BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 F
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

DOCTORIS MARTÆ NEAPOLITANI,

IVRISCONSVLTI VERIDICI, SVMMI Practici, ac in celeberrimo Papienſi Gymnaſio Iuris Ciuilis Interpretis Primarij,


SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM· IHS

SVMMÆ TOTIVS SVCCESSIONIS LEGALIS PARS QVARTA.

IN QVA COMMVNIA DE SVCCESSIONIBVS, TAM EX TESTAMENTO, quàm ab inteſtato, item communia de legatis, fideicommiſſis, prohibitione alienationis, iure accreſcendi, falcidia, Trebellianica, ſubſtitutionibus, &c. ex iure communi, ſeudorum, ac ſtatutorum, exactiſſimè pertractantur.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

CVM SVMMARIIS, ET DVPLICI INDICE, ALTERO QVÆſtionum, & Articulorum, altero rerum, ac verborum locupletiſſimo.



LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi Cardon & Petri Cauellat.

M. DC. XXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

EXCELLENTISSIMO
PRINCIPI
DON ANTONIO
ALVAREZ
DE TOLETO,
DVCI ALVÆ, ET HVESCHÆ,
MARCHIONI CHORIÆ, &c.
IN REGNO NEAPOLIS
PROREGI,
DOCTOR MARTA S. D.

ALEXANDER Macedo, & rebus præclarè geſtis, & cognomento magnus, ab vno Apelle, pingendi arte eius ætatis præſtantiſſimo, pingi voluiſſe fertur, vnum illum penicillum, à quo & Philippus parens exprimi conſueuerat, triumphalis corporis efformandæ ſpeciei putauit non imparem, aut indecorum fore, animi lineamenta cùm præclariora ſint, quàm corporis, tum verò difficiliùs etiam affinguntur; ergo quò magis me allicit admirabundum tuarum virtutum gloria, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, eò deterret magis à conſilio, quòd iamdiu melior animo, illarum exprimendarum difficultas; ſed cùm ter maximos Hiſpaniarum Reges, tres Philippos, ſecundum, tertium, & quartum, adeò benignos expertus iam fuerim, vt eorum & præconium, & patrocinium labores alij præſeferant mei, auſus denique ſum in lucem edere tuæ imagine virtutis, ac tutelæ prætenta face animoſum opus. Prouida, ſolérſque natura, ita ſe in rebus omnibus gerit, vt etiam initia per-

exigua eſſe velit, deinde ita ſuis illa vti progreſſibus ſinat, vt paulatim aucta ad iuſtam perueniat magnitudinem. Hanc antiquiſſimam, & optimæ parentis, rectéque viuendi magiſtræ ac ducis conſuetudinem prudentiſſimi quique Principes imitantes eam in ſuis actionibus moderationem tenere ſolent, ea grauitate vtuntur, vt initio imperij ſui ſeſe ſuſtineant, ſingula inſpiciant, nihil niſi exploratè decernant, conſilia ex ipſo tempore capiant, feſtinationem temeritati proximam ad deliberationem non admittant, rei benè gerendæ occaſionem ſtudioſè conſectentur, tardantem expectent, præſentem amplectantur, nec dimittant vnquam: hanc à natura hauſtam in progrediendo cunctationem animi vſu rerum & experientia edocti indicem quis vnquam aut moribus expreſſit melius, aut vtilius in publica ſalute retinuit, aut opportunius in rerum maximarum adminiſtratione adhibuit, quàm tu, EXCELLENTISSIME PROREX? Etenim ſi ordiamur à primo tui regiminis die, quo tempore regnum variis, & turbulentiſſimis procellis vexatum premeretur, & perducamus ad hodiernum, & nouiſſima Excellentiæ tuæ facta cum primis conferamus, inueniemus ſine dubio, quò plures illi accedunt anni, eò maiorem ad regni Neapolitani commoda bonorum nouorum acceſſionem fieri. Cœpiſti tu quidem, dum te Potentiſſimi, ac feliciſſimi Regis Vicarium integrum, & incorruptum recognoſcis, ea ex tuo pectore prouidere, quibus nihil erat ad celebritatem regij nominis illuſtrius, ad ſtudium ciuitatis Neapolis amabilius, ad totius Regni decus, & ornamentum glorioſius; altero, ea à te inchoata opera, ea iacta fundamenta Regni benè, felicitérque adminiſtrandi vidimus, vt ſedata ſæuiſſima fame, & aduecta è longinquis regionibus frumenti copia & vbertas frugum & fructuum, quos immodica inſtitorum auiditas, & auara induſtria ad lucrum intercipiebat, Neapoli reſtituta, vel, me tacente, teſtantur, vt eorum perfectionem cùm hic quartus annus magna ex parte polliceri videatur, dubium non ſit, quin rerum præteritarum memoriam cùm præſentium gratiſſimus ſenſus, tum exploratiſſima ſpes futurorum ſuperet. Equidem mihi videor verè poſſe affirmare, te primis duobus annis, & ſi plurima optima feceris, plura tamen, & meliora eorum, quæ ſperantur, comparatione promiſiſſe, ac tacita cogitatione deſignaſſe, quæ hoc quarto, aliiſque ſequentibus præſtares atque perficeres; inde fit, vt quò maior ſingulis annis ad vetera tua in regnicolas promerita recentium beneficiorum cumulus accedit, eò iuſtior lætandi, gaudióque exultandi non modò cauſa nobis, ſed propè neceſſitas offeratur. Quemadmodum enim in concluſis aquis vnius calculi coniectu natura fit, vt in earum ſummo alius, atque alius ab vno, velut centro exurgat circulus, ſempérque poſtremus maiori ſeſe

orbe

orbe explicans priores deleat; ita quo tempore adiectus eſt tranquillæ vitæ tuæ, nullis ambitionis aut fluctibus, aut ventis agitatæ, dies ille, qui te Proregis dignitate decorauit, omnes, qui ab eo numerantur anni, vſque adeò læti, atque iucundi efficiuntur, vt ſemper inſequens antecedentem publicæ voluptatis, & gratulationis magnitudine vincat. Hæc ſingulis diebus, ac horis renaſcens clariſſima fama, cùm iam remotiſſimas quaſque orbis partes inuaſerit, incredibilis cuiuſdam lætitiæ occaſio me planè coëgit, vt meæ voluptatis, & erga Excellentiam tuam venerationis ſignificatione minimè contentus, lætitiam animi, vt indies magis augetur, ita cumulatiùs nunc teſtificer.

Sed ne inane nomen meum excipias, tractatum hunc vltimarum voluntatum pro ſollemni munuſculo Excellentiæ tuæ ſuppliciter offerendum putaui, quo munere tametſi Celſitudini tuæ nequaquam fieri poſſe ſatis intelligebam, qui in tanta fortuna, & felicitate, & humani generis faſtigio poſitus es, & ita emines, vt ab homine priuato, tenui, doctrináque & eloquentia triuiali aliquid tale offerri poſſit, quod dignum tanto Principi, & Regni Neapolis Proregi videretur; commaculaui tandem fontem, & eraſa omni, vt prouerbio eſt, verecundia, cogitare cœpi, ſi non aliquid tale quod par tuæ Excellentiæ laudibus eſſet, offerrem, ſaltem animum meum, iugémque ac perpetuam in te, tuúmque Illuſtriſſimum nomen obſeruantiam intelligeres. Dicans itaque benignitatem tuam rogo, atque obſecro, tanta excipias hilaritate, vt qualemcumque partem reuerentiæ, qua te adit, exæquare videatur. VALE, & diu viue Hiſpaniæ decus, Regni Neapolis digniſſimus Prorex, totius Italiæ ornamentum.

ILLVSTRISSIMO VIRO

D. CAROLO TAPIÆ

MARCHIONI BELMONTIS,

SVPREMI REGII CONSILII CATHOLICÆ MAIESTATIS DECANO,

DOCTOR MARTA S. D.

SVMMAM *Succeſſionis legalis vniuerſam extremarum voluntatum argumenta latißimè ſcripta complectentem, cui potius, quàm tibi viro ſapientiſſimo, Regij Decano conſilij Collateralis, vt vocant; atque vniuerſi Regni Neapolitan: patri, in cuius gratiam ſcribebatur, nuncuparem, dicarémque, non video, nec tum occurrebat vlla alia ratio, qua & felicius ederetur liber, & editus maiorem omnium fauorem inueniret, quàm ſi Illuſtriſſimi Marchionis Tapiæ nominis patrocinio, veluti Palladis Ægida armatus, & decoratus exiret in lucem: nec enim dubitabam, quin, ſi meo nomine periclitaturus eſſet liber, tuæ tamen amplitudinis, & gloriæ reſpectu aliquo certè populari applauſu acciperetur, & quidquid mearum virium imbecillitati decederet, id tuæ authoritatis magnitudine libro aſtrueretur. His de cauſis bona ſpe animatus librum ipſum typographis dedi, vt excuderetur, excuſuſque legeretur, & quamquam in tempora iniquiſſima incidiſſe me videbam, in quibus nec ſtudiis literarum ſatis dignus vllus habeatur honor, nec ſcribendorum librorum bonorum iuxtà, & malorum aliquis, vt ille inquit, inueniatur finis; tamen cùm & antea plurimos libros, non omnino maligna, vt opinor, fama emiſißem, non ſum veritus & in hoc facto, vtinam tam felici, quàm audaci, tam meæ exiſtimationis, quàm vulgarium iudiciorum ſubire periculum, ſatius ducens paucis bonis, quàm infinitæ malorum multitudini placuiſſe, cùm hoc nulli ferè ſit difficile conſequi, illud quàm paucißimis, & per ſummos demum labores vix contingat. Illud ſolùm vereor, ne quemadmodum Solis aſpectu, comparationéque ſyderum lumina obteneбreſcunt, ita tuæ amplitudo dignitatis me in ſcribendo fecerit exilem. Velim tamen tuæ vt humanitatis magnitudo, quam reliquis diuerſorum temporum occaſionibus ad mea commoda promptiſſimam ſemper ſum expertus, ita meæ nunc inopiæ paruitatem ſubleuet, vt opus hoc, quale id ſit, quod tuo nomini certiſſimum mei in te obſequij argumentum conſecro, tuæ accideret gratum voluntati, ne me, & ſtudij mei piguerit, & tua in omnes effuſa gratia meis votis deeſſe videretur. Quòd ſi tu animum in eam cogitationem conuertas, quæ te illius vrbis patrem deprædicat, quæ cæterarum vniuerſæ Italiæ ciuitatum ſplendorem infinitis ſuperat ſpaciis, & quæ vel ſola tot viros in omni diſciplinarum genere verſatiſſimos gignit, quibus alendis vniuerſus Orbis ſatis eſſe non videatur, facilè dignoſces meritißimo etiam iure deberi, vt à me tantæ vrbis obſequentiſſimo ciue, hoc doctrinæ monumentum extremis hiſce meis annis dicaretur,*

dicaretur, quod & mei in eam ſtudij perpetuum duraret argumentum, eſſetque mei ad eam redditus certiſſimus nuntius. Equidem quandiu à patria abſui, & diutiùs quidem abſui, multa luſtrorum tempora, in id ſemper animi mei vires exercui, vt in præcipuis Italiæ Academiis, in quibus Principum virorum authoritate præcipuas ad docendum exedras conſcendi, vrbis etiam Neapolis nomen, dignitatémque proferrem, atque in eius alumnorum album, qui ſingulos per annos eruditiſſimas legum elucubrationes procudunt, honorificè cenſerer: neque verò meis votis felicem deſpondeo euentum, tuæ ſi mihi voluntatis ſignificatio accedat, quæ & me in tui patrocinij munimentum traducat, & meum hoc volumen mearum elucubrationum tertiumdecimum tuo inſignitum nomine, tuis etiam ſplendoribus illuſtretur. VALE.

APPRO

APPROBATIO THEOLOGORVM.

NOs infraſcripti ſacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, lectum à nobis librum qui inſcribitur, *Doctoris Martæ Neapolitani ſumma totius ſucceſſionis legalis*, nihilque in eo repertum quod fidei orthodoxæ, Catholicæ atque Apoſtolicæ repugnet; quin opus ipſum doctâ iuris vniuerſæ ſucceſſionis tractatione illuſtre ac vtile. Datum Lugduni 3. Ianuarij 1623.

Fr. Robertvs Berthelot Epiſc. Damaſci.

Fr. Clavdivs Cochet Dominicanæ familiæ Lugdun. Alumnus & Prior.

CONSENSVS.

EGo Aduocatus Regius, librum inſcriptum; *Doctoris Martæ Neapolitani ſumma totius ſucceſſionis legalis Pars Quarta*, &c. in lucem emitti conſentio. Datum Lugduni 9. Auguſti 1627.

Bolliovd.

PERMISSIO.

LIbrvm hunc, cui inſcriptio, *Doctoris Martæ Neapolitani ſummæ totius ſucceſſionis legalis Pars Quarta*, &c. à Iacobo Cardon & Petro Cavellat Bibliopolis Lugdunenſibus in lucem dari permittimus, ac ſimul ne quis citra factam ei ab iiſdem poteſtatem denuo excudat, interdicimus. Datum Lugduni 11. Auguſti 1627.

De Chaponay.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LVdovici XIII. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate ſancitum eſt, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra decem annos, à prima editionis die computandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inſcribitur, *Doctoris Martæ Neapolitani ſumma totius ſucceſſionis legalis*; præter Iacobvm Cardon & Petrvm Cavellat, Bibliopolas Lugdunenſes, aut illos, quibus ipſimet conceſſerint. Prohibitum inſuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dictorum Iacobi Cardon & Petri Cavellat. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſsis. Datum Pariſiis die 30. Ianuarij 1623.

De mandato Regis,

Signatum

LE BOSSV.

SYLLABVS
QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM
Quos hæc Quarta pars continet.

QVÆSTIO I.

De validitate teſtamenti eiúſque probatione.

ART. I. De origine teſtamentorum, & an illis poſſit per Principem derogari. 1.1

II. Teſtamentum an præſumatur factum ab homine ſanæ mentis. 6.1

III. De habilitate condentium teſtamenta. 8.2

IV. An, & quando Eccleſiaſtici poſſint teſtamenta facere. 18.2

V. An ſint aliquæ perſonæ, quæ teſtamenta facere ſint prohibitæ. 23.1

VI. An teſtamentum valeat, ſi malis artibus, & præter ordinem factum fuerit. 29.1

VII. An teſtamentum valeat, ſi non eſt completum, neque publicatum. 31.2

VIII. An teſtamentum aliquando valeat, cum pauciori numero teſtium. 37.1

IX. De numero teſtium in teſtamento ruſtici. Item in teſtamento cœci. 41.1

X. De probatione teſtamenti validi, eiúſque declarationis. 42.2

QVÆSTIO II.

De inualiditate, & nullitate teſtamentorum.

I. An teſtamentum ſit nullum, ſi teſtes contradicant ſcripturæ. 45.2

II. An ob præteritionem filiorum teſtamentum ſit nullum, etiam de iure prætorio. 47.2

III. An teſtamentum vitietur ex defectu aliquarum ſollemnitatum. 53.2

IV. An teſtamentum poſſit fieri validum ad alterius voluntatem. 57.1

V. De multis teſtamentorum vitiis. 59.1

VI. Quando teſtamentum fiat caducum, vel eius pars pro non ſcripta habeatur. 62.2

QVÆSTIO III.

An teſtamentum nullum poſsit confirmari.

I. An teſtamentum nullum poſſit confirmari ex tacita voluntate teſtatoris. 66.2
II. An teſtamentum nullum dicatur confirmatum ex tacita voluntate hæredis. 69.1
III. An teſtamentum nullum poſſit confirmari per pactum. 71.1
IV. An teſtamentum nullum ratione ſollemnitatis poſſit confirmari per reſcriptum Principis. 73.1

QVÆSTIO IV.

De reuocatione teſtamenti.

I. Teſtamentum quot modis reuocetur per teſtatorem. 74.1
II. An teſtamentum poſſit fieri irreuocabile per contractum in eo factum. 79.2
III. Teſtamentum factum per ingreſſurum religionem, an reuocetur per profeſſionem. 83.1
IV. Teſtamentum factum cum authoritate Principis, an reuocetur. 85.1
An & quando Princeps de plenitudine poteſtatis poſsit tollere ius alterius. 87.1
V. An, & quando teſtamentum primum ſit reuocatum per ſecundum. 99.2
VI. Teſtamentum primum inter liberos, an, & quando ſit reuocatum per ſecundum. 99.1
VII. Quomodo teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam reuocetur per ſecundum. 100.2

QVÆSTIO V.

De teſtamento irrito, rupto.

I. An teſtamentum rumpatur natiuitate nepotum. 104.2
II. An rumpatur agnatione cauſata per arrogationem, vel legitimationem. 109.1

QVÆSTIO VI.

De declaratione teſtamenti.

I. An teſtamentum declaretur, pro vt de iure communi, vel ſtatuto & conſuetudine. 110.2
II. An teſtamentum declaretur ex confeſsione teſtatoris ante, vel poſt teſtamentum emanata. 114.2
III. An declaretur ex aliis partibus eiuſdem teſtamenti, aut alterius reuocati. 116.1
IV. An declaretur ab obſeruantia ſubſequuta. 117.2

QVÆSTIO VII.

De teſtamento inter liberos.

I. De natura teſtamenti inter liberos, & de quibus liberis intelligatur. 118.2
II. An teſtamentum inter liberos valeat ſine hæredis inſtitutione. 121.1
III. An valeat ſi ſolius parentis ſcriptione, vel ſubſcriptione factum fuerit. 122.1
IV. An valeat etiam quoad extraneas perſonas. 123.2

QVÆSTIO VIII.

De teſtamento ad pias cauſas.

I. Qui teſtari poſsint ad pias cauſas. 125.1
II. Quando teſtamentum dicatur factum ad pias cauſas. 126.2
III. De natura teſtamenti ad pias cauſas. 127.2
IV. An relicta ad pias cauſas debeantur ex teſtamento nullo ratione ſollemnitatis. 129.1
V. An fauor piæ cauſæ ſit præferendus fauori filiorum. 130.1

QVÆSTIO IX.

De teſtamentis faciendis.

I. Qui poſsint teſtari de iure municipali cum alterius conſenſu. 131.2
II. Qui ſint inhabiles facti ad teſtamenta facienda per ius municipale. 134.1
III. Teſtamenta à forenſibus facta, quando valeant. 138.1
IV. De numero, & qualitate teſtium & Notariorum in teſtamentis faciendis vigore ſtatutorum. 140.2
V. Communia de teſtamentis faciendis de iure ſtatutorum. 142.2
VI. De teſtamentis interpretandis, ſtante ſtatuto, quòd intelligantur ad literam. 145.2

QVÆSTIO X.

De dilectione teſtatoris.

I. Teſtator quos magis diligere præſumatur. 148.1
II. De effectibus prædilectionis teſtatoris. 150.1

QVÆSTIO XI.

De inſtitutione.

I. Inſtitutio an, & quando validè facta dicatur. 151.1
II. Inſtitutio captatoria quando dicatur. 153.2
III. Inſtitutio an, & quando vitietur. 156.1
IV. An inſtitutus in vſufructu cenſeatur inſtitutus in proprietate, nullo dato cohærede. 158.2

QVÆSTIO XII.

De hærede.

I. Hæredis appellatione qui veniant. 161.1
II. Hæres in feudo hæreditario an debeat eſſe primi, vel vltimi decedentis. 166.1
III. Hæres ex teſtamento imperfecto retinendo bona, an ſit ſecurus in conſcientia. 168.2
IV. An hæres creditor per aditionem confundat iura. ibid.
V. Hæres cum inuentario, quæ beneficia habeat. 172.2
VI. Hæres an, & quando poſſit contrauenire facto defuncti. 176.2
VII. Hæres ad quæ teneatur. 180.2
VIII. Hæres grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, ad quæ teneatur. 186.1
IX. Hæres grauatus ne inferat moleſtiam ſub pœna priuationis, quando priuandus ſit. 188.1

QVÆSTIO XIII.

De hæreditate.

I. An hæreditas adita retineat nomen hæreditatis. 189.1
II. An hæreditatis repudiatio poſſit fieri per procuratorem. 191.1

QVÆSTIO XIV.

De aditione hæreditatis.

I. Qui poſſint adire hæreditatem. 192.1
II. Quomodo aditio hæreditatis probetur. 194.2

QVÆSTIO XV.

De executore teſtamentario.

I. An, & quando executor teſtamentarius ſit loco hæredis, & quid ſi vterque datus fuerit. 199.1
II. An executio vltimarum voluntatum ſit mixti fori. 201.1

QVÆSTIO XVI.

De remedio legis finalis. C. de edicto D. Adriani tollendo.

I. An, & quando competat. 203.1
II. De exceptionibus contra hoc remedium. 212.1
III. Quis ſit legitimus contradictor. 217.2
IV. An à ſententia ſuper hoc remedio appelletur. 222.1

QVÆSTIO XVII.

De bonorum poſſeſſione.

I. In quibus caſibus, & perſonis bonorum poſſeſſio permiſſa ſit. 224.1

II. Bonorum

II. Bonorum poſſeſſor an ſit hæres, vel differant. 231.1

QVÆSTIO XVIII.

De legatis.

I. Quæ bona comprehendantur in legatis factis ſub diuerſis formis. 233.1
II. De legatis factis vxori. 244.2
III. De legatis factis filiabus, vel pro dote, vel pro aliis cauſis. 253.1
IV. De legatis factis Eccleſiis, & ad pias cauſas. 259.1
V. De legatis factis de rebus alterius. 167.1
VI. De legatis factis animo compenſandi. 269.1
VII. De legatis alimentorum. 275.2
VIII. De legatorum tranſmiſsionibus. 281.1
IX. De legatorum defalcatione. 289.2
X. De legatorum ademptione. 292.1
XI. De legati omiſsione, & nullitate. 302.2
XII. Communia de legatis, & legatariis. 309.1

QVÆSTIO XIX.

De legatariis.

I. An legatarius propria authoritate poſsit capere legatum. 327.2
II. An legatarius, vel hæres præſtet onera. 329.2
III. An legatarius, & vſufructuarius concurrant pro medietate. 330.2
IV. An legatarius, vel hæres eligat. 331.2

QVÆSTIO XX.

De codicillis.

I. An codicilli veniant appellatione teſtamenti. 333.1
II. In quibus conueniant, & in quibus differant teſtamenta, & codicilli. 334.2

QVÆSTIO XXI.

De fideicommiſsis.

I. Ex quibus verbis fideicommiſſum inducatur. 337.1
II. Ex quibus coniecturis inducatur fideicommiſſum. 343.2
III. An, & quando fideicommiſſum reciprocum inducatur. 351.1
IV. An ratio agnationis conſeruandæ inducat fideicommiſſum. 355.1
V. Quæ perſonæ comprehendantur in fideicommiſſo familiæ relicto. 360.2
VI. An filius ingrediatur locum patris in fideicommiſſo. 364.2
VII. An & quando per clauſulam codicillarem inducatur fideicommiſſum. 365.1
VIII. An per prohibitionem alienationis inducatur fideicommiſſum. 367.1
IX. An fideicommiſſum in contractibus fieri poſsit. 375.1
X. An, & quando bona ſuppoſita fideicommiſſo alienari poſsint. 377.2

XI. Quæ veniant in reſtitutionem fideicommiſſi. 386.2
XII. An, & quando fideicommiſſum extendatur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam. 396.2
XIII. An, & quando fideicommiſſum conditionale tranſmittatur. 302.2
XIV. An, & quando fideicommiſſo cenſeatur renuntiatum. 310.1
XV. An, & quando fideicommiſſum expiret. 421.2
XVI. In fideicommiſſis linearum quando linea accipiatur contentiuè, vel effectiuè. 430.2
XVII. Quæ deducantur de fideicommiſſis. 436.2
XVIII. De fideicommiſſis contra fiſcum. 445.1
XIX. Communia de fideicommiſſis. 451.1

QVÆSTIO XXII.

De fideicommiſſariis.

I. Fideicommiſſarius quæ probare debeat, vt obtinere poſſit. 457.1
II. Quas actiones intentare poſsit. 461.1
III. Fideicommiſſarius an, & quando capiat poſſeſsionem authoritate propria. 463.2
IV. Fideicommiſſarius conditionalis, an pendente conditione agat. 465.1
V. Fideicommiſſarius an, & quando recuperet bona fideicommiſsi alienata per hæredem. 466.1
VI. Fideicommiſſarius ſi eſt factus hæres, an veniat contra factum hæredis grauati. 470.1
VII. Fideicommiſſarius an detrahat Trebellianicam ex reſtitutione aliis fideicommiſſariis facienda. ibid.
VIII. An fideicommiſſarius teneatur ad onera. ibid.2

QVÆSTIO XXIII.

De prohibitione alienationis.

I. An per prohibitionem alienationis impediatur dominij tranſlatio. 471.2
II. An prohibitio alienationis extendatur ad alias perſonas, quàm nominatas. 473.2
III. De prohibitione alienationis facta ad certum tempus, & quæ comprehendat. 475.2
IV. De effectu prohibitionis extra familiam. 478.1
V. De effectu permiſsionis alienandi factæ à teſtatore. 480.2
VI. An prohibitio alienationis includat ſucceſſionem ab inteſtato. 481.1
VII. An prohibitus alienare poſsit hæredem inſtituere. 484.1
VIII. Communia de prohibitione alienationis. 485.1

QVÆSTIO XXIV.

De ordine ſucceſſiuo.

I. Quæ perſonæ dicantur vocatæ ordine ſucceſſiuo. 487.1
II. An vocati per ordinem ſucceſsiuum cenſeantur per vulgarem. 490.1

QVÆSTIO XXV.

De pacto ſuccedendi.

I. An,& quando pactum de ſuccedendo inducat votum captandæ mortis. 495.1
II. An,& quando pactum de ſuccedendo adinuicem, & reciprocè ſit validum. 498.1
III. An conuentio de ſucceſſione viuentis conſentientis, poſſit per ipſum conſentientem reuocari. 500.1
IV. An pactum quod ſuccedat primogenitus ſit validum. 501.1

QVÆSTIO XXVI.

De donatione cauſa mortis.

I. De perſonis, quæ poſſunt donare cauſa mortis. 505.1
II. Ex quibus agnoſcatur eſſe donatio cauſa mortis, vel inter viuos. 507.2
III. Quando donatio cauſa mortis valeat vt fideicommiſſum. 509.2

QVÆSTIO XXVII.

De iure accreſcendi.

I. An ius accreſcendi locum habeat inter legatarios. 510.2
II. An ius accreſcendi locum habeat in legitima. 515.1
III. An ius accreſcendi tranſeat in ſucceſſorem. 516.1
IV. Communia de iure accreſcendi. 517.1

QVÆSTIO XXVIII.

De falcidia, & Trebellianica.

I. An falcidia, & Trebellianica in omnibus ſint exæquata de iure, ita quod diſpoſitum in vna, cenſeatur diſpoſitum in altera. 521.1
II. De quibus relictis detrahatur falcidia. 523.2
III. An falcidia poſſit per teſtatorem prohiberi. 526.2
IV. De quibus relictis detrahatur Trebellianica. 529.1
V. An Trebellianica poſsit prohiberi liberis primi gradus. 531.2
VI. De imputatione in falcidiam, & Trebellianicam. 533.2

QVÆSTIO XXIX.

De ſubſtitutione reciproca.

I. Ex quibus verbis ſubſtitutio reciproca inducta cenſeatur. 537.1
II. An ſubſtitutio reciproca inducatur inter inſtitutos, quorum vltimo morienti fuit datus ſubſtitutus. 539.1
III. An ſubſtitutio reciproca inducatur inter filios in conditione poſitos. 541.1
IV. An ſubſtitutio reciproca inducatur inter inſtitutos cum prohibitione alienationis. 542.1
V. Subſtitutio reciproca quando contineat vulgarem, & quando pupillarem. 544.2

VI. Subſtitutio reciproca quando contineat fideicommiſſariam. 546.2

QVÆSTIO XXX.

De ſubſtitutione compendioſa.

I. Subſtitutio compendioſa cur introducta fuerit, & quàm variè facta dicatur. 549.1.
II. Vtrùm ſubſtitutio compendioſa militaris per verba directa, valeat omni tempore iure directo, & quid ſi facta eſt verbis obliquis vel communibus. 551.2
III. Vtrùm ſubſtitutio compendioſa verbis directis facta à pagano, poſt pubertatem euaneſcat in totum. 553.1
IV. An ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba obliqua ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel aliquando poſſit valere vt vulgaris, aut pupillaris. 557.2
V. De ſubſtitutione compendioſa facta à pagano per verba communia an contineat vulgarem, item an pupillarem. 562.1
VI. Quando ſubſtitutio compendioſa eſt facta per verba directa, & communia ſimul in perſona vnius appoſita, vtrùm ſubſtitutus habeat electionem ſuccedendi per ſubſtitutionem directam, vel obliquam. 568.2
VII. Quando compendioſa facta ſub diuerſis formis ſolam fideicommiſſariam contineat. 571.1
VIII. Quando ſubſtitutio compendioſa extinguatur. 573.2

QVÆSTIO XXXI.

De vulgari ſubſtitutione.

I. Subſtitutio vulgaris quando facta dicatur. 574.2
II. Quas ſubſtitutiones complectatur. 576.2
III. In quibus rebus fieri poſſit. 580.2
IV. Facta pluribus quando locum habeat. 581.2
V. Quando expiret. 582.1

QVÆSTIO XXXII.

De ſubſtitutione pupillari.

I. Quando ſubſtitutio pupillaris facta dicatur. 585.1
II. Quibus perſonis fieri poſſit pupillaris ſubſtitutio. 587.1
III. Subſtitutio pupillaris quando excludat matrem. 591.1
IV. Quando expiret pupillaris ſubſtitutio. ibid.2

QVÆSTIO XXXIII.

De exemplari ſubſtitutione.

I. Vtrùm ſubſtitutio exemplaris tacita contineatur ſub vulgari expreſſa. 593.2

II. Vtrùm

II. Vtrùm poſt aditam hæreditatem locum habeat ſubſtitutio exemplaris, vel fideicommiſſaria. 596.1

QVÆSTIO XXXIV.

De ſubſtituto.

I. Subſtitutus vulgaris quando poſſit adire hæreditatem ante mortem inſtituti. 598.2
II. Subſtitutus pupillaris, quid detrahere poſſit. 599.1
III. Subſtitutus exemplaris, ad quæ bona admittatur. ibid.2
IV. Subſtitutus per fideicommiſſum quando, & quomodo agere poſſit. 600.1
V. Subſtitutus per fideicommiſſum an, & quando excludat alias perſonas, vel ab aliis excludatur. ibid.
VI. Subſtitutus an excludat monaſterium, vel econtra. 602.2

FINIS.

TABVLA

TABVLA
Exhibens
Methodum totius Operis
DE
SVCCESSIONE LEGALI.
PARS PRIMA.

Agitur

- I. Deſcendentium: vbi
  - De
    - Iis, qui veniunt appellatione
      - Deſcendentium. Q. 1.
      - Filiorum Q. 2.
      - Nepotum. Q. 3.
    - Succeſſione
      - Filiorum
        - In genere. Q. 4.
        - Diuerſi matrimonij. Q. 5.
        - Habito reſpectu ſuitatis, vel emancipationis. Q. 6.
      - Filij putatiui. Q. 7.
      - Filiorum
        - Habito reſpectu incapacitatis aliorum. Q. 8.
        - In conditione poſitorũ. Q. 9.
  - An filius ſuccedens patri teneatur ſoluere gabellam vigore ſtatuti, de illius hæreditate. Q. 10.
  - De
    - Succeſſione
      - Primogeniti. Q. 11.
      - Filiæ
        - Excludentis alios. Q. 12.
        - A ſtatuto propter maſculos excluſæ. Q. 13.
        - Quæ renuntiauit, & deſcendentium ab ea. Q. 14.
    - Potentia teſtandi filiabusfam. per ſtatutũ conceſſa. Q. 15.
    - Succeſſione filiorum
      - Illegitimè natorum, attenta diſpoſitione
        - Iuris cõmunis. Q. 16.
        - Statutorũ. Q. 17.
      - Legitimatorum. Q. 18.
      - Adoptiuorum. Q. 19.
      - Nepotum. Q. 20.
      - Nepotis
        - & patrui. Q. 21.
        - & amitæ. Q. 22.
    - Subingreſſione, Repræſentatione. Q. 23.

Tranſ

TABVLA.

de SVCCESSIONE

- Tranſmiſſione iurium. Q. 24.
- Legitima. Q. 25.
- Præteritione, / Exhæredatione. Q. 26.

PARS SECVNDA.

- II. Aſcendentium: vbi
  - De ſucceſſione
    - Aſcendentium in genere. Q. 1.
    - Patris. Q. 2.
    - Matris. Q. 3.
  - An, & quando mater excludatur à ſucceſſione filiorum. Q. 4.
  - De ſucceſſione
    - Aui. Q. 5.
    - Auiæ. Q. 6.

PARS TERTIA.

- III. Collateralium: vbi de
  - Succeſſione
    - Proximorum tranſuerſalium. Q. 1.
    - Agnatorum
      - In genere. Q. 2.
      - In feudis. Q. 3.
    - Fratrum
      - In genere. Q. 4.
      - In feudis. Q. 5.
    - Sororum. Q. 6.
    - Nepotis
      - & neptis ex fratre, vel ſorore. Q. 7.
      - & patrui. Q. 8.
    - Patrui, / Auunculi. Q. 9.
    - Amitæ, / Materteræ. Q. 10.
    - Vitrici, / Priuigni. Q. 11.
    - Mariti, / Vxoris. Q. 12.
    - Eccleſiaſticorum. Q. 13.
    - Condemnatorum. Q. 14.
  - Excluſione forenſium à ſucceſſione per ius municipale. Q. 15.

PARS QVARTA.

- De validitate
  - Teſtamenti, eiúſque probatione. Q. 1.
  - & nullitate teſtamentorum. Q. 2.
- An teſtamentum nullum confirmari poſſit. Q. 3.
- Reuocatione teſtamenti. Q. 4.

Teſtamento

TABVLA.

IV. Tractantur communia

De
- Teſtamento { Irrito, / Rupto. } Q. 5.
- Declaratione teſtamenti. Q. 6.
- Teſtamento { Inter liberos. Q. 7. / Ad pias cauſas. Q. 8. }
- Teſtamentis faciendis de iure municipali. Q. 9.
- Dilectione teſtatoris. Q. 10.
- Inſtitutione. Q. 11.
- Hærede. Q. 12.
- Hæreditate. Q. 13.
- Actione hæreditatis. Q. 14.
- Executione teſtamentorum. Q. 15.
- Remedio *l. fin. C. de edicto D. Adrian. toll.* Q. 16.
- Bonorum poſſeſſioue. Q. 17.
- Legatis. Q 18.
- Legatariis. Q. 19.
- Codicillis. Q. 20.
- Fideicommiſſis. Q. 21.
- Fideicommiſſariis. Q. 22
- Prohibitione alienationis. Q. 23.
- Ordine ſucceſſiuo. Q. 24.
- Pacto ſuccedendi. Q. 25.
- Donatione. Q 26.
- Iure accreſcendi. Q. 27.
- Falcidia, / Trebellianica. } Q. 28.
- Subſtitutione { Reciproca. Q. 29. / Compendioſa. Q. 30. / Vulgari. Q. 31. / Pupillari. Q. 32. / Exemplari. Q. 33. }
- Subſtituto. Q. 34

FINIS.

SVMMÆ

SVMMÆ
TOTIVS SVCCESSIONIS LEGALIS
Pars Quarta.

IN QVA TRACTANTVR COMMVNIA de ſucceſsionibus ex teſtamento tam de iure communi, quàm feudali, & ſtatutorum.

HVCVSQVE ſcripſimus de ſucceſſionibus ſingularium perſonarum, ſequitur in hac quarta parte, diuina fauente Clementia, diſputare communia de ſucceſſionibus ex teſtamento, tam de iure communi, quàm feudali, & ſtatutorum, proſequendo ordinem noſtrum per quæſtiones, articulos, & caſus, qui in practicum occurrere poſſunt. Et

PRIMA QVÆSTIO eſt

De validitate teſtamenti, eiuſque probatione, per decem articulos diuiſa.

I. Articulus eſt, de origine teſtamentorum, & an poſſit per Principem illis derogari.
II. Teſtamentum an præſumatur factum ab homine ſanæ mentis.
III. De habilitate condentium teſtamenta.
IV. An, & quando Eccleſiaſtici poſſint teſtamenta facere.
V. An ſint aliæ perſonæ, quæ teſtamenta facere ſint prohibitæ.
VI. An teſtamentum valeat, ſi malis artibus & præter ordinem factum fuerit.
VII. An teſtamentum valeat, ſi non eſt completum, neque publicatum.
VIII. An teſtamentum aliquando valeat cum pauciori numero teſtium.
IX. De numero teſtium in teſtamento ruſtici; item in teſtamento cœci.
X. De probatione teſtamenti validi, eiúſque declarationis.

ARTICVLVS I.

De origine teſtamentorum, & an Princeps illis derogare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum an ſit de iure gentium, vel ciuili.*
2. *Succeſſionis ius potuiſſe conſiderari de iure naturali primæuo, & num.6.*
3. *Dominium fuiſſe commune ab initio, eſſe falſam opinionem, & num.5.*
4. *Communis opinio quæ propriè dicenda ſit.*
5. *Dominia fuiſſe diſtincta de iure naturali primæuo.*
7. *Teſtamentum etiam fuit de iure gentium ſecundario.*
8. *Succeſſionem fuiſſe de iure gentium, probari de iure ciuili.*
9. *Teſtamenta quomodo ſunt de iure gentium, & quomodo de iure ciuili.*
10. *Vaſquij opinio reprobatur, volentis teſtamentum eſſe de iure ciuili.*
11. *Teſtamenta de iure ciuili omnem validitatem habere inceperunt.*
12. *Teſtamentorum virtus de iure gentium transfuſa eſt in ſpeciem teſtamentorum de iure ciuili.*
13. *Teſtamentorum ſolemnitas de iure ciuili inuenta eſt ad euitandas fraudes, & ratione publicæ vtilitatis, & num. 29.*
14. *Manus regiæ de iure gentium virtus transfuſa eſt in actionem de iure ciuili, & num. 16.*
15. *Pactum nudum, quare de iure ciuili non producat actionem.*
17. *Manus regia remanet firma, vbi ius ciuile receptum non fuit.*
18. *Teſtamenta de iure gentium nullam habent validitatem etiam in foro conſcientiæ.*
19. *Pactum nudum non obſeruans, non peccat mortaliter.*
20. Cap.1. de pactis *verus intellectus.*
21. *Excommunicatio debet ferri ob ſolam contumaciam.*
22. *Teſtamēta hodie dicenda ſunt de iure ciuili; & n.24.*

 23. *Iura*

23. *Iuramenti virtus poteſt tolli per ſtatutum ad euitandas fraudes.*
25. *Teſtamenta de iure gentium alicubi poſſunt remanere valida vigore ſtatuti.*
26. *Statutum in modo ſuccedendi debet eſſe confirmatum à Principe.*
27. *Communitates non poſſunt ſtatuta condere ſine Principis authoritate.*
28. *Statutum confirmatum à Principe, quando dicatur eſſe eiuſdem Principis.*
29. *Statutum ad euitandas fraudes dicitur conditum ob publicam vtilitatem.*
30. *Ius publicum non tollitur pactis, & iuramentis priuatorum.*
31. *Princeps ex iuſta & probabili cauſa poteſt alterare teſtantium voluntates de iure gentium.*
32. *Princeps pro bono pacis publico poteſt compellere aliquos ad contrahendam matrimonium.*
33. *Princeps pro bono publico poteſt derogare iuri gentium.*
34. *Princeps an poſſit tollere pœnam indictam de iure diuino.*
35. *Teſtamenta de iure ciuili poſſunt derogari per Principem.*
36. *Ius acquiſitum cauſa Principis poteſt tolli per Principem.*
37. *Rex poteſt tollere beneficium, quod alicui conceſſit.*
38. *Exceptiones competentes de iure ciuili tolli poſſunt.*
39. *Ius adeundi, & ius deliberandi ſunt introducta de iure ciuili.*
40. *Princeps de poteſtate ordinaria tollit acquiſita mediante iure ciuili.*
41. *Teſtamentum vt valeat de conſenſu alterius, poteſt de iure municipali introduci.*

1. ANTIQVISSIMA eſt inter Doctores controuerſia, an teſtamẽtum † ſit de iure gentium, vel ciuili, ſuper qua Accurſ. Bartol. & cæteri *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure*, firmarunt eſſe de iure ciuili; alij verò de iure gentium, gloſſ. *in c. ius naturale, diſtinct.* 1. Theophil. *in §. ius autem ciuile. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Couar. qui cæteros refert, *in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 7.* Craſſ. *in §. hæreditas. in princ.* Rebuff. *in l. obuenire. col. 6. verſ. in primis igitur quæro.* Franciſc. Connan. *in lib. 9. iuris ciuilis cap. 1.* & latiùs aliis Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1.* qui refert atteſtantes de communi pro vtraque parte, prout in ſingulis ſuis controuerſiis facere conſueuit, à quo cæteri moderniores ſumpſere.

Ego verò, in reſolutione huius quæſtionis, vt multa noua afferam, per quatuor caſus diſtinguendum eſſe arbitror.

Primus caſus eſt de iure naturali primæuo, &
2. ſecundùm hoc tempus nullum potuiſſe † conſiderari ius ſucceſſionis, dicit Vaſquius *in d. §. 1. verſ. ſecundùm quæ*; receptior illa ſententia affirmantium eſſe de iure naturali primæuo, defendi non poteſt;
3. quoniam eo tempore nulla dominij † diſtinctio conſiderari poterat, & omnia erant communia, eſt ratio Accurſij *in l. in rebus. verſ. naturaliter. C. de iure dot.* quam ſequuti ſunt Ciuiliſtæ, Bartol. *in d. l. ex hoc iure, & in l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* idem Bart. & alij *in l. ſi id quod. ff. de condict. indebit.* Michaël Vulturn. *in tract. de regimine mundi, quæſt. 1. num. 6.* & hanc rationem eſſe communiter receptam atteſtantur Cornel. Benincaſ. *in tract. de paupert. quæſt. 3. num. 12.* Addentes ad Iaſ. *in d. l. ex hoc iure, ad numer. 44.* Marant. *de ordin. iudic. part. 3. numer. 7.* Syntagma *comm. opin. lib. 1. loco 2. cap. 1. col. 1. verſ. nihilominus ipſum dominium.*

Sed certè ſi locus ab authoritate communis † 4.
opinionis rectè conſideraretur à Doctoribus, iudices in tot laqueos ſententiarum iniquè iuxta communes, vt dicunt, prolatarum, non inciderent; non enim communis eſt illa cõcluſio, quam Doctor aliquis videns plurimos cum ea pertranſire, communem eſſe atteſtatur: ſed communis eſt illa, quam aliqui Doctores ex profeſſo tractantes, ita concluſerant, Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 289.* Magis, ait, attendendum eſt, quod à ſex Doctoribus ex profeſſo materiam tractantibus concluſum eſt, quàm à quinquaginta perfunctoriè loquentibus, & alij ad hoc relati per Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 38. n. 2.* Quod ſi aduerterent ſcribentes, non ita facile de communi atteſtarentur, neque occaſionem auferendi fidẽ à Iuriſperitis, darent, quaſi certis principiis non innitantur, cùm communes contra communes in iure reperiri aſſerant.

Dico igitur quòd iſta ratio communis eſſe non poteſt, quia Doctores perfunctoriè loquentes cum illa opinione Accurſij tranſiuerunt, qui poſtea alibi contrariam opinionem ſequutus eſt, nam *in l. ex hoc iure, verſ. dominia diſtincta*, illa de iure diuino eſſe aſſerit. Ego igitur opinionem contra Vaſquium amplector, nimirum, quòd illo iure naturali primæuo
dominia † diſtincta erant, & per cõſequens gentes 5.
ſucceſſionis ius habere poterant: nam, vt ſcripſi *in lib. 1. de iuriſdictione cap. 1.* dominium ab initio creationis Adami de iure diuino proceſſit, *Geneſ. cap. 1. verſ. dominamini*, &c. & *Eccleſiaſtici cap. 17.* poſt narrationem hominis, dicit, *& dedit ei poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper omnem terram, & dominatus eſt beſtiis, & volatilibus*, &c. ergo ſolus Adam habuit dominium, quod fuit proprium, & non commune; & *Geneſ. cap. 3.* poſt lapſum primorum parentum, dixit Deus, *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Item Abel obtulit de primogenitis gregis ſui, *Geneſ. cap. 4.* ergo poterat dicere ſe habere ſui gregis dominium proprium; & *Geneſ. cap. 11.* dixit Dominus ad Abraham, *Semini tuo dabo terram hanc*; quod fecit. ergo deſcendentes ex ſemine Abrahæ poterant dicere, iſta terra eſt noſtra; & *Geneſ. cap. 26.* cùm deſcendiſſet Iſaac in Gerara, dixit Dominus ei, *Dabo tibi, & ſemini tuo vniuerſas regiones iſtas*; quarum regionum ipſe, & ſemen eius non iure gentium, ſed ex largitione Dei fuerunt domini. Item *Numeri cap. 21.* habetur, *Vnuſquiſque quod in terra prædicta rapuerat, ſuum erat*; & *Numeri cap. 33.* Dominus ad Moyſen dixit, *Præcipe filiis Iſraël, & dic ad eos: Cùm tranſieritis Iordanem, intrãtes terram Chanaam, diſperdite cunctos habitatores illius; ego dedi vobis illam in poſſeſſionem, quam diuidetis ſorte.* quod fecerunt, vt legitur *Ioſuë cap. 13.* ergo quilibet eorum dicere poterat, partem, quæ ſibi obuenerat, eſſe ſuam; ergo hoc non iure gentium, ſed diuino; & conferunt ad hoc probandum alia plurima, quæ allego *in d. cap. 1. de iuriſd.* Ex quibus probatur, quòd poſt lapſum primorum parentum, ante diluuium homines habebant propria dominia, nec viuebant in communi. Item ad hoc probandum conferunt etiam leges Dei, *Furtum non facies, Rem proximi tui non concupiſces.* Item, *Non apparebis in conſpectu Dei tui vacuus.* Quæ leges fruſtratoriæ fuiſſent, niſi illi homines proprium rerum dominium habuiſſent. Et quomodo intelligatur *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. in verſ. dominia diſtincta*, plenè ſcribo *in d. c. 1. de iuriſdictione.*

Et

6. Et quòd illo iure primæuo † eſſet in eſſe deductum hoc ius ſucceſſionis, probatur *Leuitic. cap. 25. verſ. Hæreditatis iure tranſmittetis ad poſteros*; & *Numeri cap. 27.* expreſsè diſponitur de hæreditate mortui ad poſteros tranſmittenda. Item *Deuteronom. cap. 2.* ibi, *Date nobis terram hanc in hæreditatem*; & Pſalmo 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, & hanc opinionem probant Guglielm. de Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. teſtamentum, primo, num. 2.* & Franciſc. Connanus *in lib. 9. iuris ciuilis*, referens Ciceronem *in lib. 3. de finibus*, qui ſatis apertè hoc demonſtrat; quoniam, ait, illa vox inhumana, & ſcelerata dicitur eorum, qui negant ſe recuſare quo minus illis mortuis, terrarum omnium deflagratio conſequatur, quod vulgari quodam verſu Græco pronuntiari ſolet, certè verum eſt etiam iis qui aliquando futuri ſunt eſſe propter ipſos conſulendum. ex hac animorum affectione teſtamenta, commendationéſque morientium natæ ſunt. At hæc affectio cuique homini, iam tum ab initio naturæ ſtatim inſita fuit, quare & teſtamenti deſiderium faciendi; eo enim ipſo quòd gentes eſſe cœperunt, de bonis ſuis diſponere voluerunt, vt habetur de Iacob *Geneſ. cap. 27.* & hanc concluſionẽ tenuit etiam Bartol. *in l. interdum ff. de condict. indebiti*, & Alexand. *in conſil. 2. num. 7. vol. 1.* & Rebuff. *in d. l. obuenire, col. 6. verſ. ſecundò igitur quæro.*

Secundus caſus eſt de iure gentium, quod vocant
7. ſecundarium †, & hoc iure fuiſſe ius diſponendi de rebus ſuis poſt mortem, fortiùs ex caſu præcedenti argui poteſt, & ex ſupradictis locis ſacræ paginæ de tempore poſt diluuium clarior fieri. Item quia Noe plantauit vineam, & negari non poteſt, quin illius dominium habuerit, & Dauid Salomonem Regem hæredem fecit, 3. *Reg. cap. 2.* Item quia ratio naturalis, quæ ſempiterna lex eſt, ex qua ius gentium metimur, liberis parentum hæreditatem addicit, gloſſ. *in cap. ius naturale, diſtinct. 1.* Vnde D. Paul. 1. ad Timoth. c. 5. *Quiſquis ſuis non prouidet, fidem denegat, & infideli eſt deterior.* Item propter rationem naturalem credendum eſt, vt ſicut inter viuos libera de rebus ſuis diſponendi facultas erat; ita & poſt mortem diſponendi. Item hunc teſtandi morem antiquiſſimum omnibus populis fuiſſe, hiſtoriæ antiquæ monumenta atteſtantur, in quibus & Græcorum, & aliarum gentium teſtamenta paſſim leguntur, & argumento deſumpto à teſtamento nuncupatiuo probat Connanus *in d. cap. 1. libri 9.* Nulla enim gens tam inculta fuit, quæ ius legitimarũ hereditatum ignoraret, & bona ſua in proximum debere transferri non agnoſceret.
8. Et ipſum ius ciuile †, ſucceſſionem fuiſſe de iure gentium confitetur: nam deportati aliquam teſtamenti factionem non habent. *l. 1. C. de hæred. inſtit.* & tamen milites poſſunt illos inſtituere. *l. neque enim, verſ. deportati. ff. de milit. teſtam. l. ſi deportati. de legat. 3.* Ratio deciſionum eſt, quia de iure gentium illi teſtamenta faciunt.

Quamobrem Doctores, qui diſpunxerunt quæ-
9. ſtionem, concluſerunt teſtamenta † eſſe iure gentium inuentione & origine, ſed de iure ciuili formam, & ſolemnitatem inuentas fuiſſe, gloſſ. *in l. quoties. ff. de hæred. inſtit.* quæ cum hac diſtinctione poteſt in concordiam reduci cum gloſſ. *in d. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.* Bartol. *in d. l. interdum. ff. de condict. indebiti.* Theophil. *in §. ius autem ciuile. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Barbat. *in rubric. de teſtam.* & *ibi* Zabarell. *in prima parte rubricæ col. 1.* qui referunt cæteros Canoniſtas. Rebuff. *in d. l. obuenire. verſ. verum quoad formam*, Couar. *in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 7.* Craſſ. *in d. §. hæreditas, in princ. num. 4.* Vaſq. *in d. lib. 1. §. 1. verſ. tertia fuit opinio.* Albert. Brun. *in tractatu de ſtatuto excluſiuo femin. quæſt. 1.* vbi pleniſſimè ſcribit. Foſter. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato, in princ. lib. 1. rubric. 2.* Anton. Gomeſ. *in lib. 1. var. reſolut. cap. 1. num. 2.* qui cæteros referunt, atque plurimos atteſtantes de communi ſententia, & ex dinumeratione Doctorum facta per Vaſquium *in d. verſ. tertia fuit opinio*, apparet hanc eſſe verè communem, licèt poſtea ipſe qui fuit in contraria opinione, ad diminuendam fidem veritatis alios pro altera opinione allegauerit, atteſtantes de communi, qui verè articulum non diſpunxerunt; ex quo infertur, non eſſe veram opi-
nionem Vaſquij † volẽtis eſſe per inuentionem de 10.
iure ciuili, & per approbationem de iure gentium; quoniam hæc opinio noua eſt contra communem. Item nullum poteſt eſſe ius ciuile, quod à gentibus receptum non fuerit, & approbatum, leges enim tunc dicuntur conditæ, quando à populis receptæ ſunt. *Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones. verſic. legémque ſeruantibus, gloſſ. in cap. 1. de treuga & pace*, & *ibi* Felin. latè ſcribit. Item quando nos loquimur de iure gentium, de eo intelligimus, quod omnibus gentibus omnium populorum commune erat, etiã extra ditionem Imperij Romani exiſtentium, qui legum Romanarum participes non fuerunt. *§. ius autem gentium. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* quod, vt antiquius, *§. ſingulorum. Inſtit. de rerum diuiſ.* non potuit approbare ius ciuile, quod poſt multa ſecula condita fuit.

Tertius caſus eſt de iure ciuili, † quo teſtamenta 11.
omnem validitatem habere inceperunt. Nam cùm primum teſtamentum, & quidem antiquiſſimum fuiſſet inuentum nuncupatiuum, quando nondum repertis literis, homines ſignis, & incerto vocis ſono, poſtea verbis diſtinctis ſignificantibus animi ſui ſenſa explicare didicerunt, vt probat Connan. *in d. lib. 9.* Deinde tria teſtamentorum genera eſſe cœperunt, alterum quod calatis comitiis, alterum quod in procinctu, alterũ quod per æs & libram fiebat, quod vltimum diutius durauit. Tandem ad euitandas fraudes Imperatores alias ſollemnitates inuenerunt, vt ſeptem teſtes, multas conditiones habentes, rogatíque intereſſent, deinde vt mediantibus ſubſcriptionibus & ſignis, & heredis proprio nomine, teſtatoris ore explicito, vel ſcripto, teſtamenta conderentur, quæ hiſtoria breuiter relata eſt *Inſtit. de teſtamentis ordinandis.* Ideo tota illa
virtus † teſtamenti condendi vtroque iure gentium 12.
introducta, & continuata, transfuſa eſt ad poteſtatem iuris ciuilis, quo iure etiam fideicommiſſa, & codicilli, & legatorũ fideicommiſſorúmque exæquatio facta eſt, & paulatim ſucceſſio per duodecim tabulas ordinata extenſa ad feminas, ſicut ad maſculos, atque aliis ſenatuſconſultis ſucceſſio filiorum ad matrem, & è contra pertinere incepit, atque diſtinctio ſucceſſionis reſpectu bonorum vtriuſque lineę ad deſcendentes ex ſingulis decreta fuit. *l. quod ſcitis. C. de bon. quæ liber.*

Quòd autem dicta forma iuris ciuilis inuenta † 13.
fuerit ad euitandas fraudes quæ conſueuerant, vel poterant fieri, dicit text. *l. iubemus. C. de teſt. & §. ſed his omnibus. Inſt. de teſtam.* Vaſq. *d. lib. 1. §. 1. n. 7.* Quare tota virtus teſtamenti inuenti de iure gentiũ transfuſa eſt ad poteſtatem iuris ciuilis; propterea teſtator non poteſt omittere formã legis. *l. teſtandi. C. de teſtam. l. quidã decedens, in princ. ff. de adminiſtr. tut. l. codicillis. §. finali de legat. 2.* Et ibi gloſſa teſtatorem appellat ſtultum, qui legis formam tranſgredi

poſſe putabat. *l.quod de bonis.* §.1 *ff. ad leg.falcid. l.ſi vt allegat.C.eod. tit.l.final.ff.de ſuis & legit.*

Sicut dicimus, quòd ante creationem iuris ciui-
14. lis,omnia manu † regia expediebantur.*l.2. in princ.*
ff.de origin.iur. poſtea, quia aucto populo aliis mi-
niſtris opus erat, crearũt magiſtratus, qui iura red-
derent, & tunc iudiciorum ſollemnia, & actionum
formulæ inuentæ ſunt. Vt autem dicti magiſtratus
certiores eſſent in iure dicendo, condiderunt leges
reſpectu contingentium futurorum,ad quæ ius na-
turale,vel gentium peruenire nõ poterat,& in qui-
bus prædicta iura erant diminuta, vt dicit *l. 4. ff. de*
præſcript.verb.& has leges in corpore iuris inſertas
habemus, quo iure fuit diſpoſitum neminem ſine
actione experiri. *l.ſi pupillus.* §. *videamus. ff. de negot.*
*geſt.*Quamobrem firmarunt Doct. quòd licèt quis
alterum naturaliter obligatum haberet,ſi tamen ius
ciuile tali obligationi non aſſiſteret, quamuis non
reſiſteret,tamen non poſſe experiri illam obligatio-
nem in iudicio,ſed per aſſiſtẽtiam iuris ciuilis obli-
gatio ciuilis inducitur,vt declarat Bald. *in l.ſi vnus.*
§. *pactus ne peteret. col.3 ff.de pact.*ex qua obligatione
ciuili oritur actio.*l.licet.*§.*ea obligatio. ff.de procurator.*
Iure igitur ciuili non aſſiſtente, obligatio illa ſiue
15. pactum † nudum appellatur, cui ius ciuile aſſiſtere
noluit, quoniam homines in verbis ſolent eſſe lar-
giſſimi promiſſores,quæ non aliter dicerent, ſi ſe
obligatos remanere cognoſcerent, vt dicit text. *c.*
*cùm veniſſent. de inſtit.*Ideo cùm ius ciuile certum nõ
ſit,an promiſſor per pactum nudum ſe obligare vo-
luerit, propter inde liberationem promittentis pu-
tauit æquius eſſe, vt talis promiſſor aſtringi non
poſſit.

16. Quare illa manus regia, † & eius effectus propter
ſupradictam cauſam transfuſa eſt in actionem iuris
ciuilis,in illius locum inductam,& vlteriùs excedẽ-
da nõ eſt,niſi in illis locis,vbi ſtatuto expreſſo diſpo-
ſitum eſſet,ſicuti alibi ſtatutũ fuit,vt in cõputatione
graduum obſeruetur ius Canonicum,vel vbi ex æ-
17. quitate proceditur; † & rigor iuris ciuilis receptus
non fuit,vt inter mercatores,de quo per ſcribentes
in l. iuris gentium.§.*igitur nuda.ff. de pact.& in rubric.*
C.de verb.oblig. Item ceremonialia teſtamenti vete-
ris fuere transfuſa in ſacroſanctum Euangelium,vt
ſuper D.Paul.1.*ad Timoth.c.5.*probat Nicol.de Lyra:
transfuſionis igitur virtus,ſicut & nouationis,om-
nia nouata, & transfuſa extinguit.

Teſtamenta igitur de iure gentium hodie condi-
ta, dico non ſeruata ſollemnitate iuris ciuilis, adeò
18. ſunt nulla†,vt ne in foro quidẽ conſcientiæ actionẽ
pariant, imò ne retentionem quidem ſi poſſideret.
Ripa *in l. nemo poteſt,num.97.*Iaſ.*ibi in 2.lect.num.95.*
& ſeq. Alex. *num.* 23.Bald.*in l.ſi poſt diuiſionem.C.de*
iur.& fact.ignor.& in diſputatione ſua,incip.ſtatuto ca-
uetur, quod fænerator, Angel. *in diſputatione ſua,incip.*
*Aſtenſis miles.*Calderin.*in ſua diſputatione incip.Bono-*
*nienſi ſtatuto cauetur.*Couar.*in c.cùm eſſet.num.* 10.*de*
teſtam. vbi hanc ſententiam validè probat, & Vaſ-
quius *in d.lib.1.*§.1.*num.* 8.*& plur.ſeq.* quod ampliat
etiam in legatario,& in aliis.Sicut hodie pro pacto
nudo,vbi non poſſet experiri manus regia,non poſ-
ſet agi per actionem iuris ciuilis. Neque promiſſor
19. pacti † nudi non obſeruando peccaret mortaliter,*c.*
vtilem. 22.*quæſt.*2. quem text.ita ibi inducit Archi-
diac.& ſequitur Geminian. relatus per Iaſ.*in l.ſi mo-*
ra in 2, not.ff.ſolut. matrim.& ita tenet Alciat.*in rubr.*
col. 4. *de verb.oblig.*& D. Auguſt. *in lib.contra menda-*
cium. nec text.*in c.* 1. *de pact.* probat obſeruantiam
pacti nudi, quia ſemper interpretatio facienda eſt,
ne inducatur diſcordia inter vtrumque ius. *c.* 1. *de*
noui oper. nuntiat, vbi quòd niſi expreſſa appareat
contradictio,vtrumque ſeruare debemus.Item text.
*d. c.*1.† nõ exprimit quòd ex pacto nudo oriatur a- 20.
ctio, & eius verba alium caſum ſignificant. Nam
verſ. ſi ſe non cohibuerit,Eccleſiaſticam ſentiat diſciplinã,
non habet reſpectum ad obſeruantiam pacti, ſed
quia vt excommunicetur, non ſufficit eſſe in pecca-
to, ſed debet moneri, & in contumacia perſiſtere.
Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 25. *cap.*59. *de reformat.* Et
quòd excommunicatio † debeat ferri ob contuma- 21.
ciam, tenet gloſſ. *in c. ex parte, in* 1. *de verb. ſignific.*
gloſſ. *in ver. quidam in ſumma.* 4. *quæſt.*1. D. Anton.
in tract. de excommunicat. quæſt. 73. Io.de Lignan.*in*
*tract. de cenſur. Eccleſ. cap.*1.*num.*3. Summa Syluestr.
in verb. excommunicatio, in 1. *num.* 12. Franciſc. de
Victor. *in ſumma tit. de excommunicat. quæſt.* 5. *Ideo*
ſi conuentus non ſe cohibuerit, &c. quia perſiſtebat in
contumacia; ergo ſi ſe cohibuerit, id eſt, compa-
rebit, non impeditur opponere exceptionem pacti
nudi,per *d.*§. *igitur nuda. & l.*1.§.*id quod natura ff.ad*
leg. falcid. Iacobin. *in l. mulier,in fin. ff. ſol.matrim.*

Et ex his apparet, quid ſi natura, & virtus te-
ſtamentorũ † de iure gentium eſt transfuſa in po- 22.
teſtatem iuris ciuilis, teſtamenta integraliter,& to-
ta hodie dicuntur de iure ciuili, quoniam ius ciui-
le propter iuſtam cauſam fraudis euitandæ potuit
mutare, & reformare ius gentium; ſicut dicimus
quòd iuramentum † & eius virtus poteſt tolli per 23.
ſtatutum ad euitandas fraudes, & quòd præſuma-
tur propter metum præſtitum, Bart. *in l. omnes po-*
*puli. num.*24. *& in l. Seius, & Augerius.ff. ad leg.fal-*
cid. Bald. *in l.*3. *C. plus val. quod ag.* & alij plurimi
ad hoc relati per Seraphin. *in tract. de priuig. iuram.*
*cap.*83. *num.*79.*& ſeq.* licèt *in tractatu de iuriſdictio-*
ne,parte 4.*caſu* 72. aliter pleniſſimè ſcripſerim, ta-
men ſemper in Rota vidi iudicatum contrarium,&
quòd ſtatutũ poſſit tollere vires iuramenti,propter
fraudis & doli præſumptionem; ergo & ius ciui-
le † totam ſubſtantiam teſtamenti de iure gentium 24.
conditi tollere potuit, propter ſuſpicionem frau-
dum, & ita hodie de iure ciuili dicenda ſunt, &
hoc expreſsè dicit text. *l. lege obuenire ff.de verb. ſi-*
gnificat. lege *obuenire* hæreditatem non impro-
priè quis dixerit etiam eam quæ ex teſtamento
defertur, quia per leg. XII.tab. teſtamenta confir-
mantur; ergo teſtamenta confirmata per legem,
propriè dicuntur iuris ciuilis, non autem gentium.

Ex reſolutione iſtorum caſuum poteſt reſultare
reſolutio coniuncti articuli, num Princeps poſſit
teſtamentis derogare; in quo etiam conſidero duos
caſus.

Primus eſt, cùm teſtamenta de iure gentium
ſublata de iure ciuili propter iuſtam cauſam, per
ſtatutum alicuius populi obſeruari demandatum
fuerit,videlicet quòd teſtamẽta valeant cũ duobus
teſtibus, † attento iure gentium, quo in ore duo- 25.
rum, vel trium ſtãt omne verbum.*c. cùm eſſes. de te-*
ſtam. Sicut etiam in multis ciuitatibus extant ſta-
tuta, quòd graduum computationes fiant de iure
Canonico, non autem ciuili, & tunc dico, quòd
Princeps non poteſt derogare acquiſitioni, quæ fit
per teſtamentum de iure gentium, & hanc conclu-
ſionem latiſſimè probaui *in tract.de iuriſdict. part.*4.
caſu 74.

Hoc autem intelligitur,quando dictum ſtatutum
eſſet confirmatum à Principe,quoniam † in modo 26.
ſuccedendi non poſſunt communitates ſtatuta cõ-
dere ſine Principis authoritate. Bald. *in conſil.* 340.
*verſ.Item ſuper eo.vol.*4.Corn. *in conſil.* 171.*in fin.vol.*
4. Item in his quæ concernunt deciſionẽ cauſarum
non

27. non poſſunt † ſtatuta cōdere ſine Principis authoritate. Alex. & alij *in l.1.ff.de iuriſdict. om.iudic.* Vbi Purpurat. & Cagnol. Idem Cagnol. *in l. imperium, num.* 194.*ff. de iuriſdict.om. iudic.* Viuius *in ſuis communibus,verſ. ſtatuta cōdere.* Corneus *in conſ.*38.*n.*15.
28. *& conſ.*171. *in fin.vol.*4. Et tunc ſi eſt † confirmatū à Principe generaliter, puta cum aliis ſtatutis, dicitur ſtatutum illius communitatis, quæ illud condidit:ſed ſi eſt confirmatum ſpecialiter,puta, quia eſt conditum ſuper re, in qua ſtatuentes non habebant iuriſdictionem, & ideo confirmatur à Principe, tunc verè & propriè dicitur ſtatutū illius Principis. Bald. *in l. ex placito,num.*6. *verſ. an illa ſtatuta. C.de rer.permutat.* Felin. *in c.cùm veniſſet,num.* 2. *de teſtib.* Bald. *in l.omnium, in fine. C. de teſtament.* Et
29. quando eſt conditum † vt tollatur fraus, & fraudis ſuſpicio, dicitur eſſe factum ob publicam vtilitatē. Verall. *deciſ.* 190. *part.* 3. Ideo ne per iuramentum quidem tale ſtatutum tolli poteſt,Bartol. *in l.ſi quis pro eo. num.*13.*ff. de fideiuſſor.* Corn.*in conſil.*32.*num.* 2. *vol.* 3. & quòd procedat etiā de iure Canonico, Alciat. *in cap. cum contingat. num.*153. *verſ.ſed tamen iſtæ limitationes, de iureiur.*quia quod fauore publico
30. introductū eſt, non poteſt pactis †, & iuramentis priuatorum tolli. *l. ius publicum.ff. de pact. l.nemo poteſt.de legat.*1.*per c. ſi diligenti.de foro compet.*Alexand. *in conſil.*95. *in fin.vol.*1. Et propter iſtam rationem, eſſe hanc communem concluſionem Canoniſtarū, dicit Couar.*in cap. quamuis. part.* 2. §. 6. *in princ.de pact. lib.*6.
31. Item declaratur iſte caſus,† vt Princeps ex iuſta, & probabili cauſa poſſit alterare, & derogare vltimarū voluntatum diſpoſitionibus.Bartol.*in proœmio Digeſtorum, & in l. final. col.*1.*C.ſi contra ius, vel vtilit. public.* Abbas, & cæteri Canoniſtæ *in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtitutionib.* Couarr. *in d. lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 6. *num.* 7. *verſ. ſextò hanc ſententiam.* Vaſq.*in d.lib.*1. §.1.*num.* 29. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 29.*n.*44. & alij ad hoc allegati per Maſtrill. *in tractatu de magiſtratib. lib.*5. *cap.* 4. *num.* 267. *& ſeq.*
32. ſicut Princeps † pro bono communi, videlicet pro habenda pace publica in vna ciuitate, poſſet aliquē compellere, vt alicui nubat, Henriquez *in lib.*11.*de matrimon. cap.* 6. *num.*7. Ledeſma *in* 2.*parte,quarta quæſt.*47.*artic.*1.*in fine,* Sanchez *de matrim. lib.* 2.*diſputat.*27. *num.*3. Nam Princeps pro bono pacis, &
33. publicæ vtilitatis ratione poteſt † derogare iuri gentium, Dec. *in conſil.* 520. *num.* 5. & ab hac communi concluſione nullus diſcrepat, vt dicit Clar.*in* §. *final. quæſt.*59. *num.*3. *in princip.* Gabriel *in conſil.* 172. *num.*46. *vol.* 1. Bonacoſſ. *in commun. opinion. part.*1. *verſ. gratia ſeu remiſſio.* Item quia Princeps
34. † circa pœnam inductam de iure diuino, licèt non poſſet in totū tollere,poſſet tamen ex cauſa publica diſpēſare, & declarare, *gloſ.in d.l.final.C.ſi contra ius, vel vtilit. public.* ſcribentes *in l. reſcripta.C.de precib. Imper. offer.* & alij ad hoc allegati per Maſtril. *in comment. ad indulgentiam generalem. c.*24.*num.* 15. & quæ ſint iſtæ cauſæ, vide Lucam de Penn. *in l. ſi apparitor col.*7.*C. de cohortalib.lib.*12.

Secundus caſus eſt, quando teſtamenta ſunt conſideranda ſolùm de iure ciuili, & tunc dico
35. quòd Princeps poteſt illis derogare †, quia Princeps eſt ſupra ius ciuile, & poteſt illud tollere cum omnibus ſuis effectibus. Andr. *in cap.*1. *de vaſallo decrepit. ætatis.* Et quia propter ius ciuile, cum cauſa publicæ vtilitatis extincta fuit virtus teſtamentorum de iure gentium, & conſtituta noua forma, & ſollemnitate ipſorum de iure ciuili, productæ ſunt actiones ex teſtamentis,ideo Princeps poteſt tolle-

re huiuſmodi diſpoſitiones & actiones de iure ciuili procedentes, quia poteſt tollere ius † acquiſi- 36.
tum, quando ius ciuile vel ipſe Princeps, qui eſt lex viua, ciuilis fuit cauſa acquiſitionis. Bald. *in l. qui ſe patris col.*7.*ver. ita dominus.C.vnde lib.*allegat *l. qui fundos. C. de omni agro deſert. lib.* 11. Angel. *in l. Antiochenſium num.*1.*ff. de priuileg. credit.* Abb. *in conſil.* 84. *num.* 4. *verſic. ſed his non obſtantibus. parte* 1. Albert. Brun. *in conſil.*1.*num.* 50. gloſſ. *in c. cum ſecundum. ver. certòque caſu.de hæretic. lib.* 6. vbi quòd Rex † poteſt auferre beneficium, quod alicui 37.
conceſſit,& *ibi* Io.Andr.& cæteri.Et quòd etiam acquiſitio introducta à Principe dicatur de iure ciuili poſt Odofredū tradit Alberic. *in l.quoties,num.* 4. *in fin. verſ. item quærit Odofred. C. de precib. Imper. offer.* Et quòd poſſit tollere exceptiones † compe- 38.
tentes de iure ciuili, Felin. *in Rubric. de except.num.* 4. *&* 5. *& in c.ex parte num.*2.*&* 4. *verſ.aliqua eſt exceptio ciuilis, de offic. delegati*, Bald. *in l. cùm mulier. quæſt.* 15. *in fin. verſ. quæro de vna quæſtione.ff. ſolut. matr.* Nam quod à iure ciuili introductum eſt, poteſt ab eodem iure ciuili, vel Principe reuocari, And. *in c.*1. *de vaſall. decrepit. ætat.* & eſſe communem concluſionem, atteſtatur Curt. iun.*in l.*3. *§.ſi is pro quo,num.*8.*ff. quod quiſque iur.* vbi de exceptione præſcriptionis, & rei iudicatæ Abb.*in cap.dilecti, num.*13.*de except.* Item de exceptionibus dilatoriis. Surd. *in conſil.* 252. *num.*14. *vol.*2. Item ius adeundi †, & ius deliberandi eſt introductum de iure ci- 39.
uili & poſitiuo. *l.* 3. *de teſtament.* Socin. *in conſil.*63. *num.*11. *vol.*3. *& conſil.* 120. *num.* 7. *in fin. eod.vol. l. lege obuenire. ff. de verb. ſignificat.* ergo poteſt tolli per Principem. Paul. de Caſtr. Alexand. Aretin. & cæteri *in l.Gallus.* §.*& quid ſi tantum.ff. de liber. & poſthum.* Alex. *num.* 24. *&* 26. Nec eſt vlteriùs in conſideratione quòd hoc ius adeundi erat introductum de iure gentium,vt dicit Petra *in tract.de Princip. c.*30. §. *decimò limitatur. num.* 9. quia teſtamentum de iure gentium fuit nouatum per ius ciuile ad euitandas fraudum ſuſpiciones, & ſic ex cauſa publicæ vtilitatis; ideo tota illius virtus fuit trāſfuſa in teſtamentū de iure ciuili, & ab illo non prouenit actio,neque retentio,etiam in foro conſcientiæ, vt probaui, & ideo hodie totum eſt de iure ciuili; ergo per ius ciuile †, & ſic per Principem tolli po- 40.
teſt, vel in parte derogari, non dico de plenitudine poteſtatis, prout ſcribit Peregrin. & allegati ab eo *in tractatu de fideicommiſſ. artic.*24. *num.*44. ſed de poteſtate ordinaria, quia ipſe qui eſt ius ciuile animatum, poteſt alterum tollere. Et confirmatur, quia cùm teſtamentum hodie dicendum ſit de iure ciuili; ergo de eodem iure ciuili teſtandi facultas augeri poteſt, atque per ſtatutum diſponi, quòd teſtamentum † mulieris nō valeat ſine conſenſu 41.
mariti, vel conſanguineorum, vel ſine conſenſu mundualdi, vt eſt in lege Longobardorum, quam concluſionem firmarunt Angel. *in conſil.*88. & probat Dec. *in conſil.*455. *num.* 1. *& ſeq.& in conſil.* 612. *num.*1. *& ſeq.* Bald.*in conſil.*139. *vol.*5. Socin. ſen.*in l. pactum quod dotali, in fin. C. de pact.* vbi quòd per legem fieri poteſt, vt vltima voluntas ab alio dependeat.& ibi Dec.*num.* 10. *& ſeq.* & lariùs per Tiraquell. *de legib. connubialib.gloſſ.* 5. *num.* 97. *& ſeq.* qui hanc concluſionem multis rationibus & authoritatibus veriorem eſſe probat, & Socin. iun. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, à n.* 3. *vſque ad* 13. *de verb. obligat.* eandem concluſionem probat, & plurimos ad hoc refert Hondedeus *in conſil.* 32. *num.* 95.*vol.*1. & ita fuit iudicatum, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. teſtamentum. cap.mulier iure.* Et Vrſill.

ad Afflict.ſuper *deciſ.*160. probat eſſe concluſionem communiſſimam & veriorem; & hoc caſu ſi mulier habeat duos maritos, alterum verum, alterum putatiuum, cum quo moratur, cuius conſenſus requirendus ſit, vide Cottam *in ſuis memorialib. verb. ſtatutum*, quòd vxor non poſſit teſtari ſine conſenſu viri.

ARTICVLVS II.

Teſtamentum an præſumatur factum ab homine ſanæ mentis.

SVMMARIA.

1. *Mens ſana præſumitur ineſſe homini à natura.*
2. *Teſtamentum ſemper præſumitur factum ab homine ſanæ mentis.*
3. *Hæres petens ſe immitti, narrans teſtatorem fuiſſe ſanum mente, an probare debeat, & num.*8.
4. *Sanitas mentis non probatur per aſſertionẽ Notarij.*
5. *Notarij onus an ſit perquirere de ſanitate intellectus teſtatoris.*
6. *Notarius aſſerens teſtatorem eſſe ſanum mente, nullam fidem facit.*
7. *Notarij de conſuetudine ſolent apponere clauſulam,* ſanus mente.
9. *Præſumptiones iuris releuant ab onere probandi, ſed non ab onere allegandi.*
10. *Teſtes deponentes de ſana mente præferuntur teſtibus deponentibus de dementia.*
11. *Teſtamentum præſumitur factum à demente, vel furioſo, ſi teſtator erat huiuſmodi.*
12. *Legatum factum furioſo donec in furore permanſerit, ad heredes tranſmittitur, ſi moriatur in furore.*
13. *Furioſus præſumitur durare in furore.*
14. *Dementia probatur, probatis extremis tẽporibus.*
15. *Furor, & dementia quomodo probantur.*
16. *Furoris, & dementiæ ſigna quæ ſint, remiſſiuè.*
17. *Teſtamentum, vt valeat, factum ab habente dilucida interualla, quid requiratur.*
18. *Contractus vt valeat, debet probari ſanitas mentis de tempore contractus.*
19. *Mens ſana, per quæ ſigna probetur.*
20. *Teſtes conſanguinei quando admittuntur in ciuilibus.*
21. *Notarij atteſtationi de ſana mente creditur, concurrentibus adminiculis.*
22. *Teſtes deponentes de ſana mente quare præferendi ſint teſtibus de inſania.*
23. *Teſtamentum eſt validum ſi tempus intermedium multum diſtabat à tempore furoris.*
24. *Teſtamentum legitimè, & ſapienter conditum præſumitur factum inter dilucida mentis interualla, & num.*26.
25. *Actus in dubio ſemper præſumitur validus.*
27. *Teſtamentum imbecillis ingenij eſt validum.*
28. *Curator datus imbecilli ad iudicia non intelligitur datus ad extraiudiciales contractus celebrados.*

1. STATVS ſanæ mentis † ineſt homini à natura. *l. nec codicillos*, & *ibi* gloſſa, & notant Bart. Bald. & alij. *C. de codicill.* gloſſ. *in c. final. de ſucceſſ. ab inteſtato.* & *ibi* gloſſ. *in ver. competent*, & cæteri Canoniſtæ, etiamſi in extremis laboraret, vt eſt caſus *in d. cap. fin.* & *ibi* notat Abb. *n.*9. & ad hoc eſt text. *l. quoniam indignum. C. de teſtament. in verſ. neceſſaria ſunt monumenta verborum, quæ fortè ſemineci, & balbutiens lingua profudit*, & hunc text. ad hoc notat Iaſ. *in conſil.* 123. *circa fin. vol.*1. Propterea teſtamentum † factum ſemper præſumitur ab homine ſanæ mentis factum, prout reſponderunt, Pariſius *in conſil.*87. *col.*1. *vol.*3. poſt Alex. *in conſil.* 87. *vol.* 2. & Zabarell. *in conſil.* 56. *col.* 2. *verſ. ſecundo.* quos citat. Item Riminald. *in conſil.* 809. Bero. *conſil.* 56. *n.*21. *vol.*7. Dec. *in l. furioſum. n.*20. *C. qui teſtam. fac. poſſunt.* per illum text. & alij paſſim. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſ.*38. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.*1. §.1. *n.* 59. *tom.*2. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. ſolut.* 4. *col.*1. & *ſeq. fol.*83. Rota *deciſ.* 384. *parte* 1. in vltimò impreſſis. Boër. *deciſ.* 23. Menoch. *lib.*1. *de præſumpt. qu.*18. *n.*7. Quia homo eſt animal rationale, propterea nulla certior, aut verior præſumptio in iure eſſe poteſt, quàm quòd teſtamentum ab homine ſanæ mentis factum eſſe præſumatur, & præſumptio iſta eſt liquidiſſima probatio. *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollionis. ff. de adulter. l. licet Imperator*, & *ibi* notant Alex. & Iaſ. *de legat.*1. Quamobrem hæres petens ſe immitti, vigore teſtamenti, ex l. finalis remedio obtinere debet, & qui dicit teſtamentum nullum, ex regula *d. l. furioſum*, probare debet. Cùm autem aduerſùs teſtamentum plures exceptiones opponi ſoleant, vel furoris, & fatuitatis, aut alterius impedimenti facultatis teſtandi, idcirco ad explicandas huiuſmodi difficultates, plures caſus declarandi ſunt. 2.

Primus caſus eſt, cùm hæres petit ſe immitti, & declaret ex teſtamento defuncti ſanæ mentis, tunc quia eius intentionis † fundamentum eſt probare ſanam mentem quam narrauit, non aliter admittẽdus eſt, niſi illam probauerit, ad quod Boër. *in d. deciſ.*23. allegat Socin. *in conſil.* 24. *vol.* 1. & hoc caſu non ſufficeret illa Notarij † aſſertio in teſtamento ſcripta, ſanus quidem mente, quia ſanitas mentis nõ probatur per illã aſſertionem: nam licèt ad Notarij officium pertineat antequã incipiat ſcribere teſtamentũ perquirere de bono intellectu, & ſana mente teſtatoris, & quilibet præſumitur diligens in officio ſuo. Abbas *in conſil.*41. *col.*3. *verſ. præſumitur. part.*1. & propterea credendum eſt Notario † in pertinẽtibus ad eius officium, ſicut cuilibet alteri officiali. *l. apparitores. C. de exactor. tribut. l. ſi quis decurio. C. de falſ. l. magis puto. §. ne autem. ff. de reb. eorum.* Bart. *in l ſi librarius. col.* 1. *ff. de regul. iur.* & propterea Simon de Pret. *in d. ſolut.* 4. *n.*14. & *plur. ſeq. fol.* 83. tenet dictã Notarij aſſertionem fidem facere de ſana mente; tamen certior eſt concluſio quòd dicta aſſertio † nullam fidem faciat, quam firmarunt Bald. & Aretin. *in l.* 2. *ff. de teſtam.* Alexan. *in conſil.*139. *vol.*1. & *in cõſil.* 87. & *ſeq. vol.*2. & *conſil.*92. *vol.*5. Pariſ. *d. conſil.* 87. *n.* 47. depoſitio enim Notariorum nihil in hoc operatur, quia agitur de eorum honore, vel opprobrio, Mantic. *de coniect. lib.*2. *tit.*5. *n.*17. Maſcard. *de probat. concluſ.*1096. Riminald. iun. *conſil.*376. *n.*22. *vol.*4. & *cõſil.*809. *n.*13. & *ſeq. vol.*7. & ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte* 3. *clauſula* 76. quòd dicta clauſula, *ſanus mente*, † apponitur de conſuetudine Notariorum, Alex. *conſil.* 141. *propè fin. vol.*1. Ruin. *in conſil.*189 *col.* 2. *vol.*1. Nec eſt tenenda opinio, quòd Notario ita atteſtanti credendum ſit, ſicut nuncio referenti, vt dicebat Iaſ. *in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſſ.* quia idem Iaſ. *in l. ſanum. C. de tranſact.* atteſtatur eſſe communẽ opinionem in contrarium, prout etiam refert Riminald. *in d. cõſil.*809. *n.*14. & qualitas mentis intellectus non probatur per tabellionẽ, neque per teſtẽ, niſi fuerit peritus. Salic. *in d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Angel. *in l. pen. de codicill.* Nec eſt bona ſimilitudo nuncij, cui creditur de citatione, quia iſte deponit

3. 4. 5. 6. 7.

ponit de actu qui corporis ſenſu percipitur; ſed vt quis ſit ſanus mente, vel demens, eſt quid inuiſibile, quod ſenſu corporis percipi nequit, ideo non ſtaretur dictis teſtium, vt notatur *in l.ſolam. C. de teſtibus*, & ideo Angel. *in l.quidam in ſuo.ff.de condit.inſtit.* dicit: Caueant Notarij facientes inſtrumentum teſtamenti pro eo, qui non eſt ſanæ mentis, quia non creditur eius atteſtationi, cùm non ſit de pertinentibus ad eius officium.

Contrariam opinionem ego arbitror eſſe veriorem,
8 quia cùm quis † petit hæreditatem ſibi delatam ex teſtamento, in quo teſtator mente ſanus ita diſpoſuit, habet iuris præſumptionem pro ſe, vt probaui, quia ita quiſque præſumitur, & præſumptiones iuris, licèt releuent ab onere probandi, non tamen
9. releuant ab onere † allegandi. *d. l. ſi adulterium cũ inceſtu.§.idem Pollionis.ff.de adulter.* & notant Alexand. & Iaſ. *in d.l.licet Imperator.de legat.*1. ergo iſte allegando præſumptionem iuris, in qua ſua intentio fundata eſt, non debet alio onere probationis prægrauari, & hoc caſu releuaretur per aſſertionem Notarij, quæ, vt ſcripſi *in d. clauſula 76.* facit aliquam præſumptionem, quoniam à iuris præſumptione coadiuuatur, propter quam dicimus, quòd
10. teſtes † deponentes de ſana mente præferuntur cæteris teſtibus deponentibus de dementia, quia deponunt iuxta iuris præſumptionem. Innoc. *in c.auditis.de præſcript.in gloſſa ſua, in ver. Hinc colligunt*, & ſequitur Anchar. *in c.*1 *.de præſcript.lib.6. & in conſil.* 288.Roman. *in rubrica.ff.de arbitris.col.*12. & Abbas *in c.cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt.* qui ſe remittit ad dicta per Innoc.*ibid.*

11. Secundus caſus eſt, teſtamentum † præſumitur factum ab homine, qui non ſit ſanæ mentis, ſi probatur ante teſtamentum fuiſſe dementem, nam ita de cætero ſemper fuiſſe præſumitur, gloſſ. & Abbas *in c.final.de ſucceſſ.ab inteſtato*, qui loquuntur de furioſo, Dec. *in d.l.furioſum. n.*23. *C.qui teſtamenta fac. poſſ.* Riminald. iun. *in d.conſil.*376.*num.*22.*vol.*4. Et quòd furor inceptus cenſeatur durare, probat text.
12. *l.ambiguitatem. C. de vſufruct.* vbi ſi teſtator legat † aliquid Titio, quamdiu permanſerit in furore, ſi contigerit illum decedere antequam efficiatur ſanæ mentis, legatum non reſoluitur, ſed ad hæredes tranſmittitur, quia iuriſdictione cenſetur eſſe in eo ſtatu, in quo obiit, ideo pertinebit ad hæredes decedentis in furore, *l.ſufficiat.ff. de condictione indebiti*, & notat Caſtrenſ.*in conſil.* 451. *ante finem vol.*1. Re-
13. gulariter enim furioſus † in eodem furore durare, & continuare præſumitur. *d.c.final. de ſucceſſ. ab inteſt.* gloſſ. *in c.iudicas.* 3 *quæſt.* 8. Mantic. *lib.*2.*tit.* 5. *num.*7. Maſcard. *concluſ.*815. Surd. *in conſil.* 89. *num.* 28. *vol.* 1. Bald. *in d. l.furioſum. num.* 1. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* quem ſequuti ſunt plurimi relati per Menoch. *in lib.*3.*præſumpt.*45. *num.*69. Item quòd pro-
14. bata dementia † ante, & poſt teſtamentum, medij temporis dementia præſumatur, firmarunt Anchar. *in conſil.*5.*num.*5. Ruin.*in conſil.* 67. *num.*11.*propè finem vol.* 1. & idem Ruin. inter conſilia Curt. iun. 292.*num.*25. Alexand. *in conſil.*54.*num.*2.*vol.*1. Purpurat. *in conſil.* 254. *num.* 12. quos ſequuta eſt Rota *deciſ.*134.*in fine parte* 2.*in Nouiſſim.* Boër.*d.deciſ.*23. *num.*86.

Primò declaratur iſte caſus, vt procedat quando
15. probatio furoris †, & dementiæ fuerit neceſſaria, & concludens. Bartol. *in l.is poteſt, num.*15.*ff. de acquirend. hæreditate.* Salic. *in l.final. num.* 2.*C. de hæred. inſtit.* Et teſtes debent reddere conuenientem, & concludentem cauſam ſcientiæ, etiam non interrogati per ſigna exteriora, demonſtrantia interiora ſui animi an ſapiant ſanum, vel inſanum intellectum. Bartol. *in l.is qui.* §.1. *ff.de tutor. & curat. datis ab his*, & *ibi* latè Alex. *in additionibus.* & latiùs Felin. *in cap. cùm cauſam.col.* 4. *verſ. & iſtam fallentiam. de teſtibus.* quia teſtis poteſt de facili errare, ideo ei non creditur niſi aſſignet cauſam per actus exteriores quos viderit, nam exteriora indicant ſecreta animi. gloſſa *in l. is qui.* §. *diuus. in ver. ſermonibus*, & *ibi* Bartol. *in fin.* Bald. & Cuman. *ff. de tutor. & curat. datis ab his.* Socin. *in conſil.* 42. *num.* 6. *vol.* 1. Alex. *in conſil.* 157. *num.* 16. *vol.*7. Nam multi poſſunt à teſtibus referri actus, qui ab eiſdem tanquam à demente, vel furioſo facti cenſeantur, qui re vera non ſint, vt in caſu, ſuper quo reſpondit Corn. *in conſil.* 91.*col.final. vol.* 4. vbi quòd qui valdè diues ſemper malè veſtitus incedat, licèt alius teſti dementiam oſtenderit, tamen demonſtrat potiùs auaritiam, vt dicit Corn. *ibi.* Item quòd perſequeretur Iudæos cum pueris per plateas, non probat dementiam, ſi probetur etiam ſapientes in illa terra facere conſueuiſſe. Et quæ ſint huiuſmodi † cauſæ, & ſigna 16.
probandæ dementiæ, vel furoris, ponit Alex.*in conſil.*3 *vol.6.*& Doct.*in d. l. furioſum. C. qui teſtam.fac. poſſ.in l.ob quæ vitia.ff.de ædilit.edict. in l. pen.ff.de condit.inſtit.*& plenè per Rotã *in deciſ.*107.*& deciſ.* 129. *& deciſ.* 134. *parte* 2. *in Nouiſſim.* vbi plurima ſigna demẽtiæ, & fatuitatis deſcripſi, quæ Rota approbauit ad inualidandam profeſſionem in religione, & Menoch.*in lib.6.præſumpt.*45. cumulauit decem, & ſeptem ſigna, quibus dementia, & furor probari dicitur, ſuper quibus iudices ad annullandos actus iam factos, valdè prudenter, & conſideratè procedere debent. Nam Bald. *in l.obſeruare.ff.de curatore furioſi*, dicit quòd multi fingũt furorem, & Iacob. de Aretio dicit, iudices debere adhibere medicos, qui hoc cognoſcant, & allegat *l. ſemel. C. de re militari.lib.*12.

Secundò declaratur, non procedere in habente † dilucida interualla, nam & iſte teſtamen- 17.
tum facere poteſt. *d. l. furioſum*, vbi ſolùm deſideratur, quòd teſtamenti tempore quis ſanæ mentis ſit, §. *item furioſi*, & *ibi* gloſſæ, *Inſtit. quib. non eſt permiſſum fac. teſtam.* integritas enim mentis de tempore teſtamenti deſideratur, *l.*2.*& l.qui teſtamento.*§. *quæcunque.verſ. ne furioſus.ff.de teſtam.l.* 2. *& d.l. furioſum. C. qui teſtam fac. poſſ.* & text. *d. cap. final. de ſucceſſ. ab inteſtato*, Riminald. iun. *in d. conſil.* 809. *num.* 4. *vol.* 7. poſt Zabarell. quem allegat *in Clem.* 1. *col.* 2. *verſ. ex hoc ſequitur, de homicid.* vbi quòd pro validitate contractus non ſufficit putari contrahentem habere dilucida interualla, ſed neceſſarium eſt probari, quòd tempore contractus † 18.
erat ſanæ mentis, Alex. *in d. l. furioſum.* Dec.*in conſ.* 13.*& conſil.* 384. *num.* 4. Pariſ. *in conſil.*88. *num.* 10. *vol.* 3. Et in dubio actus præſumitur geſtus tempore furoris, non autem dilucidi interualli, vt poſt alios probat Menoch. *in d. præſumpt.* 45. *num.* 63. Et ideo qui dicit fuiſſe factum tempore dilucidi interualli, probare debet, quoniam qui ſe fundat in tempore, debet illud probare, gloſſ. Bart. & Doct. *in l. eum actum.ff. de negot. geſt.* Bart. *in l. non ſolum.* §.*ſed id probari. ff. de noui oper. nuntiat.* Dec. *conſil.* 210. Riminald. iun. *conſil.* 186. *num.* 67. *& conſil.* 355. *num.* 7.*vol.*4. & alia multa ad hoc allegata per Simon.de Pret. *de interpret.vltim.volunt.ſolutione* 4. *num.*19.*verſ. Tertiò ſi conſtat.fol.*83.

Et probatur ſana mẽs † quãdo teſtes de illa depo- 19.
nunt per ſigna facti, vt quia tẽpore teſtamenti, prudẽter reſpõdebat, & diſponebat de rebus ſuis, quas reſponſiones ſingulariter teſtes deſcribere debent,

A 4 ſicut

ſicut diximus ſuperiùs de probatione futoris, & tunc dicti teſtes, etiamſi eſſent duo ſoli, probant ſanam mentem, & illa probatio præualet. *c. indicas*, &
20. *ibi* gloſſ. *3. quæſt. 9.* etiamſi eſſent conſanguinei †, quia in ciuilibus admittuntur ad teſtificãdum abſque aliqua fidei diminutione, præſertim quando habent conteſtes. Bald. *in conſil.* 10. *num.* 4. *vol.* 5. & ita fuit iudicatum in Rota, vt *deciſ.* 384. *n.* 16 *part.* 1. in vltimo impreſſ. Idem ſi cum depoſitione dictorum teſtium concurreret atteſtatio Notarij, aſſerentis illum tempore teſtamenti fuiſſe ſanæ mentis, nã
21. tunc dicta atteſtatio † teſtibus coadiuuata faceret fidem, vt per Angel. Aretin. *in tractatu de teſtamentis, verb. ſanus mente*, Dec. *in d. l. ſenium n.* 8. *C. qui teſtam. fac. poſſunt*, & declarant Corn. *in conſil.* 216. *num.* 14. *vol.* 3. Honded. *in conſil.* 78. *n.* 57. *& ſeq. vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 311. *n.* 12. *vol.* 4. Alex. *in d. conſil.* 141. *n.* 11. *in fin. vol.* 1. Decian. *in conſil.* 51. *n.* 41. *vol.* 4. Et in con-
22. curſu † probationũ magis ſtandum eſt teſtibus deponentibus de ſana mente, quia illorum depoſitiones coadiuuantur à iure naturæ, & à iure communi, vt dicit Corn. *in conſil.* 219. *n.* 7. *vol.* 1. Decian. *in conſ.* 127. *n.* 35. *vol.* 3. Gabriel *in tit. de teſtibus concluſ.* 4. *n.* 19. Menoch. *in d. præſumpt.* 45. *num.* 21. *lib.* 6. Dec. *in d. l. furioſum num.* 20. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Boër. *d. deciſ.* 23. *num.* 93. dicentes plus credi duobus teſtibus deponentibus de ſana mente, quàm mille deponentibus de inſania.

Tertiò declaratur, vt iſte caſus non procedat, ſi illud medium tempus in quo conditum eſt teſtamẽ-
23. tum †, erat multum remotum à tempore, quo furore vexabatur, nam tunc præſumitur quòd ſanę mentis extiterit, Bald. *in d. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Alex. *in conſil.* 147. *n.* 5. *vol.* 7. & alij ad hoc allegati per Menoch. *in d. præſumpt.* 45. *in fine lib.* 6.

24. Tertius caſus eſt: Teſtamentum † legitimè, & ſapienter conditum, præſumitur factum inter dilucida mentis interualla ab eo qui ſanæ mentis eſt, & ſuſtinetur. ita dixit Io. Andr. *in c. dilectus. in fin. de ſucceſſ. ab inteſtato*, & ſequuti ſunt Bald. *in c.* 1. *n.* 2. *in fin. per quos fiat inueſtit.* Roman. *in d. l. furioſum n.* 3. & *ibi* Alex. *n.* 3. Iaſ. *n.* 2. *verſ. quartò limita. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & latè probat Barbat. *in conſil.* 58. *col.* 6. *vol.* 1. Marſil. *ſingulari* 380. Riminald. iun. *in d. conſil.* 809. *n.* 22. *& ſeq. vol.* 7. Menoch. *in d. præſumpt.* 45. *num.* 66. *lib.* 6. Mantic. *lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 7. qui allegant multa exempla huiuſmodi teſtantium ex Valerio Maximo deſumpta, & comprobatur iſta concluſio, quia iſte actus ita geſtus conuenit homini ſanæ mentis, non autem dementi. *l. furioſus. ff. de act. & obligat. l. ſi à furioſo, in princip. ff. eod. tit. l. non omnis. §. ſi pupillus. ff. ſi cert. pet.* Item coadiuuatur præſumptione iuris, & naturæ, de qua ſcripſi in principio huius articuli, propter quam ſemper eſt facienda interpre-
25. tatio pro validitate † actus. *l.* 3. *ff. de milit. teſtam. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. quoties. ff. de verb. obligat.*
26. *l. quoties. ff. de reb. dub.* Et quòd in hoc caſu † teſtamentum firmitatem teneat, eſſe communiorem, & veriorem opinionem probat Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſ.* 1. *num.* 13. & ſecundùm hanc communem fuiſſe iudicatum in pluribus tribunalibus, Rota *in d. deciſ.* 129. *n.* 15. *parte* 2. *in Nouiſſim.* Boër. *d. deciſ.* 23. *n.* 54. Grammatic. *d. deciſ.* 73. Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ.* 1. vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Teſtamentum. cap. ſiue teſtamentum.*

Declaratur iſte articulus pro validitate teſtamẽ-
27. ti, etiamſi ipſe teſtator fuiſſet imbecillis †, & debilis ingenij, quem vulgariter nuncupant, *groſſolano*, qui licet non habeat vigorem mentis, & intellectum, habet tamen iudicium, & intelligit quid agat, ideo poteſt matrimonium contrahere; item donare, item alios actus extraiudiciales exercere, quia poteſt cõtrahere, & quomodolibet diſtrahere. *l. ſi frater*, & *ibi* Paul. de Caſtr. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Socin. *in conſil.* 47. *n.* 9. *vol.* 3. Dec. *in conſil.* 112. *& in conſil.* 448. *num.* 20. *& ſeq.* Ia ſ. *in d. l. furioſum. n.* 2. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Pariſ. *d. conſil.* 88. *n.* 37. *& ſeq. vol.* 3. quos cum aliis refert, & ſequitur Rota *in deciſ.* 577. *part.* 1. *in Nouiſſim.* vbi *n.* 11. *& ſeq.* deciditur, quòd etiamſi eidem curator datus fuerit in iudicialibus, non tamen impeditur actus extraiudiciales facere, nam deputatio curatoris † 28.
reſtringitur ad imbecillitatem reſpectu iudicialium, in quibus ex negligentia, & taciturnitate faciliùs infertur præiudicium. *c. cùm ſuper literis. de reſcript.* & alij ad hoc allegati per Rotam *ibi*. & ſuper hoc eodẽ caſu conſuluit Cephal. *in conſil.* 546. *vol.* 4. vbi *n.* 52. probat, quòd ſaltem teſtamentum valere debet de æquitate canonica. Item *num.* 55. quòd ſaltem in vim fideicommiſſi valebit teſtamentum, & inſtitutio, ſuper quo puncto ſcribam ſuo loco inferiùs.

ARTICVLVS III.

De habilitate condentium teſtamenta.

SVMMARIA.

1. *Teſtamenta facientium habilitas, in quibus conſiſtit.*
2. *Teſtator quando dicatur articulatè loqui.*
3. *Teſtatoris verba non bene loquentis, ſatis eſt, quòd exaudiantur à teſtibus.*
4. *Voces inarticulatæ quæ ſint.*
5. *Teſtamenti nulla ſpecies valet, ſignis facta.*
6. *Teſtator in dubio præſumitur articulatè loquutus.*
7. *Teſtamentum eſt validum, ſi teſtator loqui non valens, hæredis nomen ſua manu ſcripſerit.*
8. *Loqui dicitur, qui ſcribit.*
9. *Loqui prohibitus cum monialibus, & presbytero, etiam literas ſcribere prohibitus cenſetur.*
10. *Aduocare prohibiti forenſes, cenſentur etiam in iure ſcribere prohibiti.*
11. *Inſtitutio hæredis quomodo poteſt eſſe valida, facta ab eo, qui non poteſt articulatè loqui.*
12. *Teſtamentum per ſcripturam lectam eſt validum ſi teſtator ita mandauit.*
13. *Hæredis nominatio ab altero facta, & ab hærede approbata, quando non valeat.*
14. *Inſtitutio eſt valida, teſtatore dictante teſtamentum, & ſuam voluntatem Notario exponente.*
15. *Teſtamentum ad interrogationem valet, quando conſtat de intentione teſtatoris.*
16. *Teſtatoris reſponſio affirmatiua, quando non faciat teſtamentum validum.*
17. *Menoch.* lib. 4. præſumpt. 18. n. 16. *declaratur.*
18. *Teſtamentum ad interrogationem, cum inſtitutione illorum, in quorum poteſtate erat teſtator, non valet.*
19. *Inſtitutio ad nominationem alterius facta valet, quando ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, & quando dicitur conſtare.*
20. *Hæredis nominatio per relationem ad ſcripturam, penes aliquem relictam, an valeat.*
21. *Legatum poteſt fieri per relationem ad ſcripturam relictam penes aliquem.*
22. *Hæredis vocatio implicita, quando ſufficiat.*
23. *Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus.*

24. *Teſta*

24. *Teſtatoris ſcriptura penes aliquem relicta, quando probet intentionem relatam teſtatoris.*
25. *Teſtatoris ſcriptura quando poſſit probari per comparationem literarum.*
26. *Filiusfamilias quare non poſſit facere teſtamentum.*
27. *Teſtamentum ab eo qui bonis caret, fieri non poteſt.*
28. *Vaſquius de cauſis impotentiæ teſtandi in filiofamilias reprobatur.*
29. *Filiusfamilias an teſtetur de bonis aduentitiis illi relictis ſub conditione ne patri acquiratur vſusfructus.*
30. *Auth.* Vt liceat matri & auiæ, in princip. in verb. diſponere, *declaratur.*
31. *Verbum* diſponere *pertinet ad vltimam voluntatem.*
32. ... *& quando referatur ad diſpoſitionem inter viuos.*
33. *Filiusfam. teſtatur de lucris dotalibus, quæ lucratus eſt propter tranſitum patris ad ſecundas nuptias.*
34. *Filiifamilias non poſſunt teſtari, quia carent bonis.*
35. *Vſusfructus in bonis aduentitiis poteſt prohiberi patri, ita vt prohibitio habeat locum etiam in legitima filij.*
36. *Legitima in bonis maternis non dicitur appoſitionus, ſi prohibetur patri vſusfructus etiam ſuper ea.*
37. *Gloſſ. in auth.* Vt liceat matri & auiæ, *eſſe communiter receptam, & quot Doctores illam ſequantur.*
38. *Sententia aliquando fertur contra communem concluſionem.*
39. *Subſtitutio pupillaris expreſſa, quare excludat matrem à legitima.*
40. *Priuilegium perſonale non egreditur perſonam, & ad alium non tranſfertur.*
41. *Legitimæ non poſſe onus imponi eſt priuilegium perſonale.*
42. *Tranſmitti non poteſt ius remouendi oneris à legitima.*
43. *Pater non poteſt ex perſona filij conqueri de onere impoſito à matre ſuper legitima ipſius.*
44. *Legitima abſque onere deduci non poteſt, quando tota hæreditas relicta fuit.*
45. L. quoniam in prioribus, *loquitur, quando filius in ſola legitima eſt inſtitutus.*
46. *Pater ſuper legitima filij in bonis maternis vnita cū tota hæreditate nullum intereſſe prætendere poteſt.*
47. *Tertius non opponit de iure tertij, quando ſua non intereſt.*
48. *Tertius non opponit de iure tertij non declarantis prius velle opponi.*
49. *Tertius non opponit de iure tertij, quod nullatenus eſt validum.*
50. *Tertij ius quando indiget ſententia, non eſt penitus excluſiuum iuris aduerſarij.*
51. *Bartol.* in auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. *communiter reprobatur.*
52. *Doctori diſtinguenti magis credendum eſt.*
53. *Communis opinio fit ex numero illorum Doctorum, qui diſputant articulum.*
54. *Doctoribus ſex diſputantibus articulum magis credendum eſt, quàm quinquaginta non diſputantibus, ſed obiter dicentibus.*
55. *Doctores qui perfunctoriè loquuntur non ſunt magnæ authoritatis, nec ſunt allegandi ad faciendam communem.*
56. *Auth.* Vt liceat matri, & auiæ, in princip. *quis ſit verus intellectus.*
57. *Legitimæ vt onus imponi non poſſit, eſt lex diſpenſabilis, & quomodo.*
58. L. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. *quando procedat.*
59. *Ius acquiſitum tertio ex prouidentia legis non poteſt ei auferri ſine eius voluntate.*
60. *Vſusfructus non acquiritur patri antequam proprietas ſit acquiſita filio.*
61. *Spes ſuccedendi de futuro non eſt in conſideratione.*
62. *Filiusfamilias poteſt teſtamentum facere in aduentitiis de conſuetudine.*
63. *Conſuetudo teſtandi vnius loci non extenditur ad bona extra territorium.*
64. *Filiusfamilias quomodo teſtamentum faciat de feudalibus.*
65. *Vſusfructus non poteſt acquiri in bonis feudalibus, & emphyteoticariis.*
66. *Vſusfructus quando non acquiritur patri, acquiritur illi commoditas fructuum.*
67. *Vſusfructus acquiſitus patri per mortem filij non extinguitur, ſed commoditas fructuum extinguitur.*
68. *Feudi nulla diſpoſitio valet ſine conſenſu directi domini.*
69. *Feuda non traduntur ex teſtamento, ſed ab inteſtato.*
70. *Feudatarius habens facultatem ſubſtituendi non poteſt facere plures gradus ſubſtitutionis.*
71. *Feudatarius habens facultatem teſtandi, non poteſt teſtamentum reuocare.*
72. *Feudatarius de feudo franco diſponere non poteſt.*
73. *Diſpoſitio de feudo antiquo, & paterno, quando valeat.*
74. *Pater habet vſumfructum in feudo aduentitio filij.*
75. *Pater colligit fructus feudi filij iure patriæ poteſtatis.*
76. *Pater ratione commoditatis percipiendi fructus feudi ad filium pertinentis eſt legitimus adminiſtrator.*
77. *Feudatarius non poteſt diſponere de pretio feudi.*
78. *Feudi pretium, quando eſt feudale.*
79. *Filius qui poteſt teſtari de peculio quaſi caſtrenſi, an in conſequentiam teſtetur de aduentitiis.*
80. *Prohibitum quomodo ſit admittendum in conſequentiam permiſſi, & num.* 87.
81. *Cephal.* in conſil. 406. *reprobatur.*
82. L. final. C. de inoffic. teſtam. *declaratur.*
83. *Dictio* tantummodo, *non extenditur ad caſus ſimiles, quando verſamur in prohibitis.*
84. *Dictio* tantum, *eſt excluſiua omnium aliorum caſuum.*
85. *Dictio taxatiua non extenditur, quando inducitur correctio aliarum legum.*
86. *Teſtatus pro parte quando quis poſſit decedere, & pro parte inteſtatus.*
88. *Filiifamilias teſtamentum debet obſeruari, quando pater iurauit illud obſeruare.*
89. *Teſtamentum nullum poteſt confirmari ex poſtfacto.*
90. *Teſtamentum contra legis prohibitionem poteſt approbari, data ſcientia.*
91. *Filiusfam. teſtatur de conſenſu patris, vt valeat in vim donationis cauſa mortis.*
92. *Clauſula,* ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis, *effectus.*
93. *Teſtamentum filiifam. nullum non poteſt valere per clauſulam,* valeat iure codicillorum.
94. *Clauſula,* ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure donationis inter viuos, *quis ſit effectus.*
95. *Teſtamentum filiifamilias quando poſſit valere in vim donationis cauſa mortis.*

96. *Donatio cauſa mortis facta per filiumfam. debet habere conſenſum aui, ſi eſt in ipſius poteſtate.*
97. *Teſtamentum filijfam. quod valet vt donatio cauſa mortis, requirit præſentiam hæredis, qui habetur loco donatarij.*
98. *Donatio cauſa mortis facta abſenti, poteſt acceptari per Notarium.*
99. *Filiusfamilias poteſt facere ſubſtitutionem in donatione cauſa mortis.*
100. *Teſtamentum filijfam. in quo inſtituit patrem de eius conſenſu, non valet, nec vt donatio cauſa mortis.*
101. *Pater non poteſt conſenſum præſtare filio ad eius commodum.*
102. *Filiusfam. poteſt teſtari ad pias cauſas.*
103. *Filiusfam. Clericus poteſt teſtari de omnibus in clericatu acquiſitis, etiamſi alia occaſione acquiſiuerit.*

1. HABILITAS teſtamenta † facien-
tium aliquando reſpicit ſubſtantiam
perſonæ, aliquando accidentia. In pri-
mo capite plures caſus explicãdi ſunt,
& primus eſt, cùm teſtator ſine ſcri-
ptis teſtamentum facere vult, tunc enim articu-
latè loqui debet, & intelligibiliter hæredis no-
men nuncupare. *l. iubemus C. de teſtam. in verſ. ſi
enim talis eſt teſtator, qui neque ſcribere, neque articulatè
loqui poteſt, & in verſ. & nomen hæredis non fuerit ma-
nu teſtatoris ſcripſum, vel voce coram teſtibus nuncupa-
tum*; & teſtator † dicitur articulatè loqui, quan-
2. do illius verba à teſtibus intelliguntur, licèt lingua
balbutienti prolata fuerint. *l. quoniam indignum, &
ibi* Paul. de Caſtr. *C. de teſtament.* Iaſ. *in d. l. iubemus.
n. 2. verſ. ſed pulcrum eſt ſcire, & num. 3.* Alex. *in con-
ſil. 33. n. 7. vol. 3. & in conſil. 115. n. 7. vol. 7.* Bertrand.
in conſil. 149. *vol. 1.* Corn. *in conſil. 241. n. 24. vol. 4.* So-
cin. iun. *in conſil. 178. num. 25. vol.* 2. Ruin. *in conſil.
12. num. 5. vol. 2.* Dec. *in l. diſcretis. n. 7. C. qui teſtam.
fac. poſſ.* Petr. Pecch. *in tractatu de teſtament. coniug.
lib. 1. cap. 17. num. 6.* & ad hoc eſt text. *d. l. diſcretis.
verſ. ſi enim vox articulata, & verſ. lingua autem eius
penitus præpedita.* ex quibus verbis ſufficere videtur,
quòd aliquo modo loquatur, propter verbum *peni-
tus*, aliter text. ſibi contradiceret. Et licèt teſtator
non protulerit verba clarè, ita vt ab omnibus in-
3. telligi potuerit, tamen ſatis † eſt, quòd à teſtibus
intellectus, & exauditus fuerit, Roman. *in conſil.*
306. quem ſequitur Alex. *in d. conſil. 33. col. 3. vol. 3.*
Socin. *in conſil. 20. col. 2. vol. 4.* Bertrand. *in d. conſil.*
349. *vol. 1.* Angel. quem ſequitur Iaſ. *in d. l. iubemus.*
dicit, illum non articulatè loqui, qui à teſtibus in-
telligi non poteſt. Crot. *in l. 1. §. ſi quis ita. num. 3.
verſ. primus caſus. ff. de verb. obligat. & ibi* latè ſcripſi
de hoc in lectura Piſana, Gabriel *in tit. de teſtamen-
tis concluſ. 2. col. 1.* Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 37.* &
plenè per Corneum *in conſil. 261. n. 24. vol. 4.* vbi etiã
quòd mutus, vel ex natura, vel ex accidenti, puta
ex infirmitate, non dicitur articulatè loqui. Item
4. ſcribit inarticulatas voces † eſſe, quæ ſenſu carẽt,
& ſignificato, & pleniùs per Riminald. iun. *in con-
ſil. 261. vol. 3.* Quamobrem teſtamentum nutu, vel
ſignis fieri non poteſt. *l. hæredes palam, in princip. ff. de
teſtam. & ibi* Caſtrenſ. Et ſi quis ad ægrotum acce-
dens, dicat: Si vis me hæredem facere, manum meã
ſtringe; & grauiter ægrotus manum ſtringat, vel
5. aliud ſignum oſtendat, teſtamentum † non valet,
quia ſignis fieri non poteſt, & *d. l. iubemus* articula-
tam vocem, vel ſcripturam requirit, quod eſt verũ in
quacunque teſtamẽti ſpecie, ſiue militis fuerit, ſiue
patris inter liberos, ſiue ad pias cauſas, de quo ſcri-
bam infrà in quæſtione, de teſtamento ad pias cau-
ſas. In dubio autem † teſtatorem articulatè loqui 6.
potuiſſe, & bono intellectu, bonáque memoria
præditum eſſe præſumitur, & ſi quis contrarium
aſſerat, & teſtamentum impugnare velit, probare
debet. Gabriel *in d. tit. de teſtam. concluſ. 2. num. 5.*
Bald. *in conſil. 250. propè fin. vol. 4.* Et in dubio ſem-
per pro teſtamẽti validitate iudicandum eſt. Grat.
in conſil. 30. vol. 2. Marzar. *in epit. de fideicommiſſ.
quæſt. 49.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiam ſi te-
ſtator propter infirmitatem loqui non poterat, ne-
que hæredis nomen explicare, ſed illud manu † 7.
ſua ſcripſerit, quia licèt tunc teſtamentum ſollem-
niter in ſcriptis non faceret, tamen ſatis eſt, vt ipſe
teſtator mortuo non aſſimiletur, nam *d. l. iubemus*,
ideo requirit, vel articulatam vocem, vel ſcripturã,
ne mortuo aſſimiletur: ſed is qui naturaliter loqui
poterat, & ab infirmitate impediebatur, ſi hæredis
nomen manu ſua ſcribit, mortuo aſſimilari non po-
teſt, & qui ſcribit, etiam † loqui videtur. *§ ſupereſt.* 8.
verb. loquamur. Inſtit. de actionib. & ibi hoc notat Go-
meſius. Item ad hoc *epiſtola, inter claras. C. de ſumma
trinit.* & ad hoc eſt text. *l. non figura. ff. de act. & obl.*
vbi placuit non minus valere quod ſcriptura, quàm
quod vocibus lingua figuratis ſignificetur. Quam-
obrem † prohibitus loqui cum monialibus, & ban- 9.
nito, etiam literas mittere prohibetur. *Clem. ſi Sum-
mus Pontifex, & ibi* gloſſa. *de ſentent. excomm.* gloſſa
& Doct. *in c. conſtitutione. de ſent. excomm. lib. 6. c. vbi
periculum. §. nulli. de electio. lib. 6.* Item ſi ſtatuto † 10.
prohibeatur forenſes aduocare, prohibentur etiam
allegationes ſcribere. Areti. & Ripa *in l. 1. in princ.
ff. de verb. obligat.* Angel. *in l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtu-
land.* Felin. *in rubric. de fide inſtrument.* Anania *in ru-
bric. de magiſtr.* quamuis in hoc articulo multi con-
trariũ teneant, relati per Vaſquium *de ſucceſſ. creat.
lib. 2. §. 15. requiſito 16. num. 58.* & ego cum diſtin-
ctione reſpectu mentis diſponẽtium vtramque par-
tem defendi *in d. l. 1. in princip. ff. de verb. obligat.*

Secundus caſus eſt, cùm teſtator valens articula-
tè loqui, non expreſſit ore proprio nomen hæredis,
ſed alio nominante hæredem, ipſe articulatè reſpõ-
det, ita eſt, tunc inſtitutionem † eſſe validam, dixit 11.
primus Accurſ. *in d. l. iubemus. verſ. quemadmodum. C.
de teſtam.* quem ſequuti ſunt *ibi* Cyn. Angel. Bart. &
cæteri omnes, vt dicit *ibi* Iaſ. *n. 10.* Item Bart. & om-
nes Doct. *in l. hæredes palàm, in princ. ff. de teſtam.* Ang.
in l. in fraudẽ. §. 1. ff. de milit. teſtam. Rom. *in conſil. 306.*
Alex. *in cõſil. 33. vol. 3.* Corn. *in conſil. 73. vol. 1.* & alij
plures ad hoc relati per Couar. *in c. cum tibi. n. 4. de
teſtam.* & per Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. re-
quiſito 22. in princ.* & ita fuit deciſum in Rota, vt *Di-
geſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. teſtamentũ c. à quocũque*, dũmodo
nominatio à perſona nõ ſuſpecta facta fuerit, vt *ibi*.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando poſt
nominationem hæredis ab altero factam, teſtator
affirmatiuè reſpondeat, gloſſ. *in d. l. iubemus.* Menoch.
in conſil. 45. n. 1. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 27.* Craſſ.
in §. inſtitutio. qu. 17. n. 5. Vaſq. *d. lib. 2. §. 17. n. 52.* vbi ar-
teſtatur eſſe communem opinionem, *& n. 55. & in
lib. 3. §. 21. n. 77.* Plõt. *in conſil. 168. n. 4. inter conſil. vlt.
volunt. vol. 1.* Surd. *in conſil. 414. n. 53.* Couar. *in d. c. cùm
tibi. num. 4. de teſtam.*

Item declaratur ſi ſcriptura teſtamenti, † quæ 12.
fuit lecta, & teſtator approbauit, fuerit ſcripta te-
ſtatore ſic mandante, & ſuam voluntatem per
dicta ſcripta declarante, & ita procedit text. *l.
hac conſultiſſima. §. at cùm humana fragilitas. C.
de*

de teſtam. quem allegat gloſſ. *in d. l. iubemus*, quia
Doctor intelligitur ſecundùm legem quam allegat,
Bart. *in l. non ſolùm. §. liberationis verba. num. 7. ff. de li-
ber. legata*, & Doct. ſe referunt ad illam gloſſ. *d. l.
iubemus*, & gloſſ. ſe refert ad text. *d. §. at cùm huma-
na fragilitas.* Quamobrem quando conſtat teſta-
mentum fuiſſe ſcriptum citra mandatum teſtato-
ris, vel quando ſumus in dubio, tunc nominatio
13. hæredis † ab altero facta, & à teſtatore approbata,
non valet. Melch. de Fachin. *conſil. 1. n. 10. & ſeq. vlt.
volunt. vol. 1.* Crot. *in l. 1. §. ſi quis ita. n. 25. verſ. ſeptimus*,
& *ibi* Marc. Aquilia *ff. de verb. oblig.* Lanfr. *in conſil.*
128. *per totum*, & *ibi* Melchior de Fachinis *in ſub-
ſcript. in d. vol. 1. conſiliorum vltim. vol.* Clar. *in §. te-
ſtamentum. quæſt. 37. verſ. tertius caſus.* dicens ita fuiſ-
ſe iudicatum in cauſa Marliana ab excellentiſſimo
Senatu, Plot. *in conſil. 168. num. 13. inter conſil. vlt.
volunt. vol. 1.* in qua cauſa Marliana pro teſtamento
conſuluerant Socin. iun. *in conſil. 32. vol. 4.* Alciat. *in
conſil. 534.* & Ruin. *in conſil. 192. vol. 4.* & contra eos
14 fuit iudicatum. Item quòd dicta inſtitutio † ſit va-
lida, ſolùm in caſu quo teſtator dictauerit teſta-
mentum, ſuámque voluntatem expoſuerit Nota-
rio, reſponderunt Decian. *in conſil. 65. num. 13. vol.*
2. vbi citat Io. Andr. Rom. Corn. Anton. de Butr.
Afflict. & Marſil. *ſingular. 449. num. 2.* Paul. de Caſt.
*in d. l. hac conſultiſſima. §. at cùm humana fragilitas n.
2. C. de teſtam. & in conſil. 155. num. 2. vol. 1. verſ. quan-*
15. *do conſtabat de intentione † teſtatoris antequam fuiſſet
interrogatus*, Corn. *in d. l. iubemus. num. 31. & ibi* Iaſ. *in
fine verſ. ſecundò limita.* Crauett. *in conſil. 117. num.*
1. Socin. iun. *in conſil. 143. num. 31. vol. 2.* qui atteſta-
tur hanc eſſe magis communem ſententiam ſuper
intellectu d. gloſſ. *in d. l. iubemus.* Crot. *in d. §. ſi quis
ita. num. 20.* vbi atteſtatur ita fuiſſe in Rota Roma-
na iudicatum, Beccius *in conſil. 86. num. 31. verſ. ter-
tiò contraria.* Mantic. *in lib. 2. tit. 6. num. 9.* Burſat. *in
conſil. 307. num. 54.* Item quòd quando is, quem non
conſtat voluiſſe teſtari, interrogatur, an teſtetur ſe-
16. cundùm ſcripturam ſibi lectam, & affirmatiuè † re-
ſpondeat, tamen teſtamentum non valeat, eſt opi-
nio Pilei *quæſt. 17. in volumine ſelectarum opinionum
antiquorum*, & Albert. Papienſ. relatorum per Io.
Andr. *in addit. ad Specul. in tit de teſtamentis. §. 1. n.
9. in additione quæ incipit, Quidam Pileus*, Paul. Leon.
in d. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat. Cephal. *in conſil.*
546. Gabriel *in tit. de teſtamentis. concluſ. 2. num. 10.
& 12.* ex quibus conſtat hanc eſſe magis commu-
nem concluſionem. Et licèt contrarium teneat Me-
17. noch. *in lib. 4. præſumpt.* † 18. *num. 16.* quòd valeat
teſtamentum ad interrogationem ex ſimplici reſpõ-
ſione affirmatiua, quamuis non conſtaret, illum
voluiſſe teſtari, quia erat in poteſtate ſua reſpon-
dere negatiuè, & quòd non intendebat illo modo
teſtari; tamen aduertendum eſt Menoch. loqui in
homine ſanæ mentis, & corporis validi, & in caſu
quo ceſſabat omnis ſuſpicio, vt *ibidem* declarauerat
num. 9. & 23. & ſeq. & 28. Ideo ſecus eſt in homine
ægro, inſtituente hæredes eos, in quorum manibus
eius vita poſita erat, quo caſu ſi fiat ad interroga-
18. tionem, † antequam ordinetur ita ſcribi per teſta-
torem, ipſum nullatenus valet, vt *ibid.* per Me-
noch. *num. 29.* allegat Corn. *in conſil. 73. num. 4. in
fin. & ſeq. vol. 1. & in conſil. 319. num. 5. in fin. vol. 4.*
quia timore potiùs ne ab illis deſereretur, vel ali-
quid deterius ſentiret, quàm quòd ita voluiſſet, te-
ſtatus eſſe creditur, & *ibi num.* 30. dicit hunc caſum
fortiùs procedere, quando non conſtaret hominem
voluiſſe teſtari, vel quando interrogatio excederet
modum ſimplicis interrogationis, & *num. 38. verſ.
primum ſignum, & in conſil. 45. num. 17. vol. 1.*

Item declaratur, vt dicta inſtitutio † ad nomi- 19.
nationem alterius per teſtatorem approbata, ita de-
mum valeat, quando ceſſat omnis ſuſpicio fraudis,
metus, violentiæ, & timoris, & importunæ ſugge-
ſtionis, atque conſtet teſtatorem voluiſſe teſtari, &
eadem voluntate, atque animo læto interrogatus
à perſonis non ſuſpectis approbauit, Couar. *in d. c.
cum tibi. num. 4. de teſtam.* & dicitur conſtare ſi idem
teſtator Notarium vocauit, & teſtes, & vt de teſta-
mento rogaretur, iuſſit; quamobrem ſi vocatus, &
rogatus fuerit non à teſtatore, ſed ab eo, qui pro-
curabat ſibi aliquid relinqui, teſtamentum non va-
let. Couar. *in d. c. cum tibi. num. 13. verſ. eſt tamen in-
telligenda.* Surd. *in d. conſil. 414. n. 10. vol. 4.* & quan-
do præſumatur noluiſſe teſtari, ponit Menoch. *in
lib. 1. præſumpt.* 8. Item quando adeſt ſuſpicio falſi,
metus, aut ſuggeſtionis, teſtamentum ita factum
non valet. Menoch. *in d. conſil. 45. vol. 1.* Simon de
Pret. *de interpret. vltim. vol. lib. 2. ſolut. 1. num. 54. fol.*
114. Et quando ſunt inſtituti, qui non poterant
ſuccedere ab inteſtato, tunc teſtamentum ad inter-
rogationem alterius eſt ſuſpectum, Ruin. *in conſil. 8.
n. 9. in fin. & ſeq. vol. 3.* Corn. *in conſil. 319. n. 2. vol. 1.*

Tertius caſus eſt, quando teſtator valens articu-
latè loqui, non expreſſit ore proprio nomen hæ-
redis, † ſed per relationem ad ſcripturam, relictam 20.
penes aliquem: vt ſi dixerit coram ſeptem teſti-
bus, facio illum hæredem, quem ſcripſi in ſcriptu-
ra data Patri Guardiano ſancti Frãciſci, tunc ille di-
citur eſſe verè hæres inſtitutus, per nominationem
implicitam, & perinde eſt, ac ſi expreſſiſſet omnia,
quæ in illa ſcriptura continentur, vt declarat Paul.
de Caſtr. *in l. hæredes palàm, in princip. num. 2. ff. de
teſtam.* & probat text. *l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. verſ.
tamen hæc ex teſtamento data videtur, & l. inſtitutio.
verſ. nec videtur hæreditas codicillis data, & verſ. quæ
teſtamento data eſſet. ff. de condit. & demonſtrat. & l.
quem hæredi. ff. de reb. dub. & l. hoc articulo. ff. de hæred.
inſtit.* & hanc opinionem tenet Bartol. *in l. ſi ita
ſcripſero. num. 2. ff. de condit. & demonſtrat.* qui licèt
loquatur in legato †, tamen idem eſſe in inſtitutio- 21.
ne, probat Caſtrenſ. *in d. l. hæredes palàm.* Eandem in
inſtitutione tenent Bald. & Angel. *in d. l. aſſe toto.
ff. de hæred. inſtit.* & Socin. *in conſil. 142. col. 3. verſ. ſe-
cundò principaliter. vol. 1.* Et quòd doctrina Bartoli
in d. l. ſi ita ſcripſero, habeat locum etiam in inſti-
tutione hæredis, reſpondet Alex. *in conſil. 4. col. 2.
verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus. vol. 7.* quia ſi coram
ſeptem teſtibus dixit: Inſtituo illum hæredem,
quem ſcripſi in ſchedula relicta penes talem, & cla-
rè apparet de ſcriptura, illa eſt ſollemniter facta, &
eſt implicita † vocatio, quæ ſufficit, licèt hæredis 22.
nomen teſtibus notum non fuerit, quia ſatis eſt, vt
etiam illi implicitè ſciant. hanc eandem concluſio-
nem probat Io. Ant. Rubeus *in conſil. 14. num. 7.* &
alij relati ab eo, & à Vaſquio *de ſucceſſ. creation. lib. 2.
§. 17. requiſito 23. num. 53. & ſeq.* & à Couar. *in d. c.
cum tibi. num. 5. de teſtam.* quia relatum † eſt in refe- 23.
rente cum omnibus qualitatibus. Crauett. *in conſil.
45. num. 4.* qui alios refert, & relatio ad ſcripturam
operatur, vt tota illa dicatur inſerta in ipſo teſta-
mento verè, & propriè. Verall. *deciſ. 204. n. 4. part. 1.*
& ita ſchedula relicta penes Guardianum, conti-
nens expreſſum nomen hæredis, ineſt in ipſo teſta-
mento coram ſeptem teſtibus facto, & ipſa inſtitu-
tio valida remanet, quia ſufficit ſi à teſtibus impli-
citè audiatur, vt per Bartol. *in d. l. ſi ita ſcripſero*, vbi,
quòd teſtamentum eſt ſollemne, quod refertur ad
dictam ſchedulam.

Decla

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando clare
apparet ſchedulam fuiſſe manu teſtatoris ſcri-
24. ptam †, per text. *l. quem hæredi. ff. de reb. dubiis. verſ.*
teſtatoris voluntas; ſi quibuſdam argumentis appare-
bit, de quo dixerit, adimplenda eſt; & Paul. de Caſtr.
in d. l. hæredes palam, dicit, hoc apparere ſi teſtator
dixerit illam eſſe ſua manu ſcriptam. Bartol. *in d. l.*
ſi ita ſcripſero, dicit poſſe conſtare, vel per compara-
tionem literarum, vel per alia legitima indicia: ſed
25. hoc intelligitur, vt per † comparationem poſſit
probari, quando fuit agnita per teſtatorem. Paul. de
Caſtr. *in d. l. ſi ita ſcripſero. num.* 28. Alex. *in conſil.* 76.
vol. 3. Cephal. *in conſil.* 377. *num.* 48. *& conſil.* 409.
num. 63. Rimin. iun. *conſil.* 418. *num.* 7. *& conſil.*
439. *num.* 12. Decian. *conſil.* 86. *num.* 8. *vol.* 2. Item
probari poteſt, ſi is cuius fidei teſtator commiſit,
iuratus deponat, vt dicit Paul. de Caſtr. *in d. l. hæ-*
redes palam, tunc puto ſtandum dicto Guardiani
cum iuramento, & tenet etiam Bartol. *in l. Theo-*
pompus, num. 7. *ff. de dote prælegata.* quod ego credo
verum ſi aliæ etiam coniecturæ, & probationum ad-
minicula concurrant.

Secundum caput habilitatis qualitates perſona-
rum concernit, quæ teſtari prohibitæ ſunt, vt *Inſtit.*
quib. non eſt permiſſum facere teſt. & C. qui teſtam. fac.
poſſ. quæ cùm poſſint adeſſe, & abeſſe, ideo ad ac-
cidentia pertinere dicimus; & hoc caput plures ca-
ſus continet.

26. Primus caſus eſt de filiofamilias †, qui cùm ra-
tione patriæ poteſtatis omnia illi acquirat. *Inſtit. per*
quas perſonas nobis acquiritur, in princip. & ante tem-
pora Conſtantini Imperatoris nihil in bonis habe-
re poterat. *l. placet. l. pater. §. 1. ff. de acquir. hæred. l. ac-*
quiritur. ff. de acquir. rerum dom. l. cùm oportet. C. de
bon. quæ liber. l. 1. C. qui admitti. l. frater à fratre. ff. de
condict. indebiti. l. 1. ff. ſi quis à parente fuer. manum. l.
patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel al. iur. l. 2. C. de
patr. poteſt. l. filiæ licet. C. de collat. l. 1. §. final. & l. ſeq.
ff. ad Macedon. l. ſi quis vxori. §. 1. ff. de furt. l. quæri-
tur. ff. de bon. libert. l. poſt legatum. §. ſi pater. ff. de his
quib. vt indign. l. 3. §. hoc autem. ff. de legat. præſtand.
l. ſi infanti. verſ. iure patrio. C. de iure deliber. l. ſi pater.
27. *ff. de caſtrenſ. pecul.* Ideo ſine † bonis teſtamentum
facere non poterat. *l. lex Cornelia. ff. de vulgari, &*
pupill. verſ. vt is qui nulla bona in ciuitate reliquit, hære-
des habeat. Item quia teſtamentum remaneret fru-
ſtratorium, cùm nullus hæres factus hæreditatem
acceptaret, niſi propter commoditatem aliquid
conſequendi. *§. ſed quia hæredes. Inſtit. de fideicommiſſ.*
hæredit. Idcirco diſpoſitum eſt, vt filiusfamilias, qui
in poteſtate patris eſt, teſtamentum facere non poſ-
ſit. *l. qui in poteſtate. ff. de teſtament. & Inſt. quib. non eſt*
permiſſ. fac. teſtam. in princip. & text. *l. verbis legis. ff.*
de verb. ſignific. vti quiſque legaſſet rei ſuæ, ita ius
eſto in filiofamilias carente bonis, locũ habere non
poteſt, & cùm careat bonis, propter patrem, cui ac-
quirebat, ipſa patria poteſtas non eſt conſideranda
tamquam cauſa ſeparata à bonis reſpectu impoten-
28. tiæ teſtandi, vt volebat Vaſquius † *de ſucceſſ. creatio-*
ne. lib. 3. §. 22. num. 9. ita vt vna ceſſante, altera po-
teſtatis patriæ vigeat, ad effectum vt teſtari non
poſſit, ex *regula §. affinitatis. Inſtit. de nupt. & l. ſi non*
lex. ff. de hæred. inſtit. Sed vnica, imò cauſa bonorum
eſt præcipua, quia eſt relata ad patriam poteſtatem,
quia etiamſi ſit ſui iuris, & bona non habeat, teſta-
mentum facere non poteſt. Item quia filiusfam.
miles remanet ſub poteſtate patris, & quia habilis
factus eſt à lege vt bona caſtrenſia habeat, in qui-
bus loco patrisfamilias habendus eſt, ideo ſuper il-
lis teſtamentum facere poteſt, & textus principij
Inſtit. *quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* narrat habili-
tatem militis filiifamilias ſolùm in eo quòd bona
ſua caſtrenſia ſunt facta libera à patria poteſtate;
ergo vt teſtamentum facere poſſit, ſola bona con-
ſideranda ſunt tanquam libera à poteſtate patris.

Ideo declaratur iſte caſus, vt non procedat ho-
die in bonis † aduentitiis filio, ſub ea conditione 29.
relictis, vt patri vſusfructus non acquiratur. Nam
cùm poſt Conſtantinum Imperatorem Iuſtinianus
introduxit, vt filiifamilias poſſint habere peculium
aduentitium, in bonis, quæ aliunde quàm à patre ſi-
bi perueniunt. *l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib.* Item
ſanciuit quòd de dictis bonis filiusfamilias teſtari
non poſſit, *l. final. §. filius autem. C. de bon. quæ liber.*
Idem Iuſtinianus poſtea ſanciuit *in auth. vt liceat*
matri, & auiæ. in princip. quòd aſcendentes materni
poſſint relinquere bona filiis, & aliis deſcendenti-
bus, ſub conditione, & lege, vt vſusfructus patri,
aut alteri ſub cuius poteſtate ſit, non acquiratur,
auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Et expreſsè dicitur
in d. auth. vt liceat matri, & auiæ, in princip. quòd de
dictis bonis, in quibus patri non acquiritur vſusfru-
ctus filij, poſſint liberè † diſponere quomodocun- 30.
que voluerint. Neque dicta verba ſunt reſtringen-
da ad diſpoſitionem inter viuos, vt malè ibi gloſſa
interpretatur, & Alex. *in l. nemo. C. qui teſtam fac. poſſ.*
quoniam verbum *diſponere* † propriè pertinet ad vl- 31.
timam voluntatem. *§. final. Inſtit. quib. ex cauſ. ma-*
numitt. non licet. & auth. de nuptiis, in princip. §. diſpo-
nat, & ita reſponderunt Ruin. *in conſil. 214. num. 14.*
vol. 1. & in conſil. 121. num. 4. vol. 2. vbi allegat gloſſ.
in rubric. ff. ſolut. matrim. quam communiter ſequun-
tur Doct. vt atteſtatur Riminald. iun. *in conſil.* 112. *&*
140. *vol. 2.* Gabriel *in conſil.* 132. *quæſt. 1. num. 4. vol.*
1. Mantic. *de coniect. lib. 1. tit. 3. num. 9.* qui alios re-
fert, & ita ſemper receptum eſt in tribunalibus,
quòd verbum *diſponat* propriè referatur ad diſpoſi-
tionem quæ fit in vltima voluntate. Afflict. *deciſ.*
370. *num.* 12. Rota *in deciſ.* 879 *num. 1. in nouiter No-*
uiſſ. Franch. *deciſ.* 607. & licèt aliquando † impro- 32.
priè intelligitur de diſpoſitione quæ fit inter viuos,
vt per Gabriel. & Mantic. *in locis allegatis*, tamen
text. *d. auth. vt liceat matri, & auiæ, in princip.* dicit, li-
cèt ſub poteſtate ſint, licentiam habeant quoquo
modo voluerint diſponere. Itaque remouet impe-
dimentum patriæ poteſtatis, quod impediebat diſ-
poſitionem teſtamentariam, & addit *quoquo modo*,
quæ dictio comprehendit omnem modum, qui ex-
cogitari poſſit. Marſil. *in conſil.* 80. *num.* 57. Rota *de-*
ciſ. 505. *num.* 19. *part.* 1. *in Nouiſſim.* & ita tam per
vltimam voluntatem, quæ propria diſpoſitio eſt,
quàm per inter viuos, quæ impropria, & potiùs alie-
natio à Iuriſconſultis dici conſueuit.

Item Alex. *in d. l. nemo, num. 6. C. qui teſtam. fac. poſſ.*
dicit opinionem contrariam limitari in lucris do-
tis, quæ pater lucratus fuerat, & eorum proprieta-
tem propter tranſitum ad ſecundas nuptias perdi-
derat, nam de talibus lucris † filiosfam. teſtari poſ- 33.
ſe, aſſerit, per text. quem allegat *in §. quoniam infir-*
mus. verſ. ſiue diſponant, ſiue inteſtati decedant. auth. de
nuptiis, & l. in quibus. C. de ſecund. nupt. Sed per tran-
ſitum ad ſecundas nuptias filij prioris matrimonij
ſub poteſtate retinentur, & non eſt expreſſa lege
ſancitum, quòd non obſtante patria poteſtate de il-
lis lucris liberè teſtari poſſint; ergo dicta concluſio
non poteſt alia ratione comprobari, quàm eo quòd
proprietas dictorum bonorum, lege diſponente,
pertinet ad filios, & cùm ſint facti domini rerum,
de illis diſponere poſſunt. *d. l. verbis legis. ff. de verb.*
ſignificat. Ex quibus intelligimus prohibitionem
teſtandi

34. teſtandi factam filiisfamilias, † principaliter fa-
ctam fuiſſe, quia bonis carebant, quæ patri ac-
quirebantur: ſed ſi illa pleno iure habeant, etiam
ſi ſub poteſtate ſint, teſtari non ſunt prohibiti,
& hanc opinionem acerrimè defendit Dec. *in d. l.*
nemo. C. qui teſtam. fac. poſſ. vbi oſtendit opinio-
nem communem in contrarium non eſſe veram,
imò contra caſum legis *d. authent. vt liceat matri,*
& auiæ, per quem text. apparet non obſtare *d. l.*
nemo. C. qui teſtam. facere poſſ. quia eſt correctus de
iure authenticorum.

Item declaratur iſte caſus, vt habeat locum in
omnibus bonis matris, vel aſcendentis mater-
ni relinquentium bona filiis, vel deſcendentibus,
ſub ea lege, & conditione, vt patri, aut ei, ſub
cuius poteſtate eſt, non acquiratur vſusfructus,
ita vt filius, ſeu alter deſcendens non debeat libe-
ram habere legitimam, ex *l. quoniam in prioribus.*
C. de inoffic. teſtam. & ita abſque dicto onere pro-
35. hibitionis, quoniam prohibitio † vſusfructus ac-
quirendi patri habet locum etiam in ea quantita-
te bonorum, quæ pro legitima eiſdem compete-
ret; ita dixit Accurſ. *in d. authent. vt liceat matri, &*
auiæ, in princip. in ver. participium, quia dicta prohi-
36. bitio vſusfructus reſpectu legitimæ † non eſt ipſius
onus, ſed beneficium filij, quod filiis eſt permiſ-
ſum. *l. filiis matrem. C. de inoffic. teſtam.* quam gloſſ.
ſequuntur *ibid.* Iacob. de Bellouiſ. *in princip.* & An-
gel. *ibid. num.* 2. vbi diſputat ad partes, & allegata
priùs ratione oneris reiiciendi à legitima, contra-
rium dicit determinare d. gloſſam Accurſij, aſſi-
gnando cauſam: ſed Doctor ſemper illius opinio-
nis eſſe creditur, quam vltimò recitat. Alexan. *conſil.*
144. *num.* 11. *vol.* 2. *gloſſ. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad*
Trebell. Marſil. *ſingulari* 31.

Item Bald. *in l. filiæ cuius, in fin. C. famil. erciſc.*
37. ſequitur d. gloſſ. † vbi diſputando eam ad partes di-
cit, quia non imponitur lex grauaminis, ſed fauo-
ris, item quia onus non adiicitur ipſi legitimæ,
ſed patri ipſius, cui à matre non debetur legitimà,
& latiùs *in tractatu, de duob. fratribus*, qui eſt im-
preſſus poſt tractatum Bartoli de hoc titulo. Item
Salyc. *in d. l. filiis matrem, in fin. C. de inoffic. teſtam.*
vbi poſt diſputatam quæſtionem ad partes, in fi-
ne dicit, Teneo opinionem gloſſæ, quam noſtri
maiores tenuere. Alexan. *in l. cùm ex filio, in fin. ff.*
de vulgari, & pupilla. vbi recitatis dictis opinioni-
bus, dicit, ſibi magis placere opinioné, quæ fuit Ac-
curſij. Item Vaſquius *de ſucceſſ. creation. lib.* 1. §. 10.
num. 233. *& plur. ſeq. tomo* 1. qui latiùs cæteris diſ-
putat hanc quæſtionem ad partes, atque reſpon-
det omnibus allegatis in contrarium per Roderic.
Suarez, & per alios, & atteſtatur hanc concluſio-
nem eſſe verè communem. Item Craſſ. *in §. legiti-*
ma. num. 18. vbi etiam diſputat ad partes, & tenet
hanc partem eſſe veriorem. Item Surdus *in conſil.*
570. *num.* 1. *&* 8. *vol.* 4. vbi hanc concluſionem
multis, & validiſſimis rationibus comprobat. Item
Cucchus *in tractatu de legitima. §. vſufructu. numer.*
17. *& plur. ſeq.* vbi poſt diſputatam concluſionem,
probat hanc eſſe communem. Item Durand. *de ar-*
te teſtandi, tit. de legatis, cautela 16. vbi relatis opi-
nionibus exiſtimat hanc eſſe veriorem, & com-
munem, & pro ea allegat Bald. *in pluribus conſiliis.*

Et ſecundùm hanc concluſionem fuit iudica-
tum Neapoli. Franch. *deciſ.* 161. vbi facta diſcuſſio-
ne opinionum, & ventilata bene deciſione Boërij
194. tandem ſacrum Conſilium Neapolitanum iu-
dicauit pro opinione Accurſij, quam exiſtimauit
verè eſſe communem, & ibi Addentes atteſtantur
illud prætorium etiam ſecunda vice idem iudicaſſe
in alia cauſa. Item Gratian. *in deciſ.* 76. qui licèt vi-
deatur eſſe opinionis contrariæ, quia illam vltimo
loco recitauit, tamen poſtea in Additionibus ad d.
deciſionem, impreſſis poſt diſceptationes forenſes,
poſitis in primo illarum tomo, comprobauit hanc
opinionem Accurſij eſſe veriorem.

Præterea vltra præfatos vndecim Doctores qui
diſputant dictam quæſtionem ad partes, & prædi-
ctas tribunalium deciſiones, eandem opinionem
plurimi Doctores per tranſennam ſequuti fuere,
Iaſ. *in l. cum filiofamilias. num.* 152. *de legat.* 1. Ale-
xand. Trentacinque *in lib.* 1. *var. reſolut. tit. de pecu-*
lio, reſolutione 4. Scipio Redina *in lib. receptarum*
ſententiarum tit. de vſufruct. num. 4. Nauar. *in manuali*
cap. 17. *num.* 143. Syluestrina ſumma *in ver. pecu-*
lium, in 1. *num.* 3.

Item circumſcripta ratione deducta à Docto-
rum, & deciſionum ſimilium caſuum authorita-
te, quæ potiùs opinionem faciunt, & aliquando † 38.
ſententia contra communem ferri ſolet, vt ſcri-
bunt Socin. iun. *in conſil.* 174. *num.* 21. *vol.* 2. quem
citat, & ſequitur Gabriel *in conſil.* 100. *num.* 3. *vol.*
2. Idem quando opinio contra communem me-
lioribus rationibus fulcitur. *c.* 1. & *ibi* Felin. *num.*
54. *de conſtit.* Gabriel *in d. conſil.* 100. *num.* 1. Idcircò
ſupradicta concluſio pluribus, atque certioribus
iuris fundamentis comprobatur.

Primò, nam ſubſtitutio † pupillaris expreſſa, fa- 39.
cta à patre filio impuberi in ſua poteſtate conſtitu-
to, excludit matrem à legitima. *l. Papinianus. §. ſed*
nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam. & clariùs *in c. ſi pa-*
ter. de teſtam. lib. 6. & ita fuit iudicatum, vt *Digeſt.*
Noniſſ. tom. 5. *tit. ſubſtitutio compendioſa. cap. ſuper eo.*
& Doctores *in d. c. ſi pater, & in d. §. ſed nec impuberis,*
inueſtigantes rationem, dicunt, quia dicta pupil-
laris expreſſa à patre facta eſt, vigore facultatis ſibi
à lege conceſſæ, & quia non tenebatur relinquere
legitimam vxori in bonis ſuis, idcirco mater de di-
ctis bonis filio à patre relictis, & ſubſtituto datis
conqueri non poteſt, vt dicitur *in d. §. ſed nec impu-*
beris, quòd non habet querelam. Bart. *in l.* 2. *num.*
31. *ff. de vulgari*, & *ibi* omnes ſequuntur. Hac ea-
dem ratione in hoc articulo vtitur Bald. *in d. l. filiæ*
cuius, in fin. C. famil. erciſc. verſ. hoc non eſt teſtamen-
tum filij, ſed matris, quæ ſuo marito legitimam dare non
tenebatur.

Secundò, quia priuilegium perſonale † non 40.
egreditur perſonam, & ad alium non transfertur.
l. omnibus. ff. de regul. iuris. l. 1. *C. de priuileg. dotis.*
l. dabimus. ff. de priuileg. credit. vbi quòd priuilegium
conceſſum doti cenſetur conceſſum mulieri; ergo
per *d. l. omnibus*, non tranſmittitur, *l. fin. §. exce-*
ptis. C. qui pot. in pignor. hab. vbi ſpeciale eſt in filiis
mulierum; ergo aliis cenſetur eſſe denegatum. *l.*
cùm prætor. ff. de iudic. Item *§. fuerat. Inſtit. de actio-*
nib. verſ. cuius ſolius, ſcilicet mulieris, *prouidentia in-*
duximus, & §. 1. *in authent. vt exactiones inſtantis do-*
tis, verſ. non aliis dedimus, neque damus hoc priuile-
gium, & §. final. authent. vt immobilia ante nuptias,
verſ. aliis omnibus præter mulierem huiuſmodi priuilegia
neque ex antiquo dedimus, neque damus. Sed quòd ſu-
per legitima non poſſit onus † imponi, hoc eſt priui- 41.
legium perſonale, vt firmat Paul. de Caſtr. *in l. quo-*
niam in prioribus. num. 8. *C. de inoffic. teſtam.* Bald. &
Angel. *in l. cùm patronus, de legat.* 2. Iaſ. *in l. ſi arro-*
gator. num. 32. *ff. de adoptionib.* Suarez *in d. l. quoniam*
in prioribus in 1. *limitat. num.* 19. *& in* 4. *limitat.* ideo
hoc ius † remouendi oneris in legitima filij in- 42.
iunctum, ipſe filius non tranſmittit ad patrem,

Socin. in conſil. 126. num. 19. in fin. vol. 1. vbi
quòd etſi filius tranſmittat ius adeundi, tamen
non tranſmittit ius remouendi oneris à legiti-
ma, & hanc concluſionem probat Surd. in conſil.
570. numer. 7. & ſeq. vol. 4. vbi allegat Alciat. Cuc-
chum, Bald. Nattam, Beroum, & alios; ergo pa-
43. ter † non poteſt ex perſona filij conqueri de
hoc grauamine, ne ſibi vſusfructus acquiratur,
quando grauamen appellandum eſſet, quia ad
eum non tranſit ius remouendi oneris, & fuit
appoſitum à matre ex poteſtate ſibi à lege data. d.
authent. excipitur, & d. l. filiis matrem. Item Berous
quæſtion. familiar. 87. numer. 10. pro confirmatio-
ne iſtius rationis addit, quòd quando filio tota
44. hæreditas ex teſtamento † delata eſt, cum ali-
quo onere, non poteſt dicere, Volo legitimam
meam abſque onere, & repudio reſiduum hære-
ditatis, quia vel totam acceptare, vel totam re-
pudiare debet. Cyn. Bald. Salic. & Alexan. in l. hæ-
res. C. de impuber. ſubſtit. Bartol. Angel. & cæteri in
l. quia poterat. ff. ad Trebel. & in l. pro hærede. §. ſer-
45. uo. ff. de acquir. hæredit. Nam d. l. quoniam † in prio-
ribus, loquitur, cùm filius in ſola legitima eſt in-
ſtitutus: ſi igitur non poteſt filius ex perſona ſua;
quia vniuerſaliter factus eſt hæres à matre, mul-
tò minus debet poſſe pater ex perſona filij, cui
ſuper bonis vxoris ſuæ nullum ius compete-
bat.

Tertiò, pater non poterat opponere de reii-
ciendo dicto grauamine à legitima, quando gra-
46. uamen fuiſſet, quoniam † ſuper dicta legitima v-
nita cum tota hæreditate, pater nullum intereſ-
ſe prætendere poterat, tum quia non poterat ſe-
parare legitimam à tota hæreditate, vt proba-
ui, tum quia in bonis vxoris nihil prætendere
47. poterat, ſed tertius † non opponit de iure ter-
tij. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruitus vindic. l. ſi
quis emptionis. §. ſin verò nullum. C. de præſcript. 30.
ann. & ita reſponderunt Socin. iun. in conſil. 47.
numer. 11. vol. 2. Cephal. in conſil. 772. numer. 18.
vol. 2. Natta in conſil. 419. num. 11. etiam per
viam replicationis. Socin. in l. 2. num. 7. ff. de ex-
cept. rei iudic. Tiraquell. in l. ſi vnquam, ver. reuer-
tatur. num. 374. C. de reuoc. donat. Item quia ter-
48. tius † non poteſt opponere de iure tertij, ni-
ſi ille declaret ſe velle dictam exceptionem oppo
ni poſſe, Bartol. in l. 2. verſ. quandoque ius tertij. ff.
de except. rei iudic. & ibi Socin. ſen. num. 7. Alexan.
in conſil. 150. numer. 16. vol. 6. Dec. in conſil. 144.
num. 6. in fin. Cephal. in conſil. 3. num. 122. vol. 1.
Riminald. iun. in conſil. 447. num. 64. vol. 4. & con-
ſil. 557. num. 43. vol. 5. & conſil. 818. num. 22. Al-
ba. conſil. 187. num. 3. Item hæc concluſio eſt ve-
ra non ſolùm in his quæ competunt iure exceptio-
49. nis, ſed etiam in his quæ ſunt † nulla ipſo iure.
Socin. ſen. in conſil. 78. num. 4. & 8. vol. 4. vbi
quòd tertius non opponit de emptione facta ab
Eccleſia ſine ſollemnitate. Idem de alienationi-
bus rerum minorum; idem de caducitate, & ſimi-
libus, Crauett. in conſil. 826. num. 1. vol. 5. Surd. in
deciſ. 108. num. 2. ergo pater, qui nullum habet
intereſſe ſuper d. hæreditate filio delata, non po
teſt opponere de priuilegio perſonali filio compe-
tente, vt onus prætenſum à legitima remoueatur,
tanto magis, quia an hoc ſit onus remouibile, vel
fauor ipſius filij, eſt opinio controuerſa, quæ in-
50. diget ſententia; ergo non eſt ius † penitus exclu-
ſiuum intentionis aduerſarij; ergo ante ſenten-
tiam à tertio opponi non poteſt. Paul. de Caſtr.
in l. final. num. 2. C. de rei vendic. Bartol. & Bald.
in l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. erciſc. Barbat. in
conſil. 52. num. 16. verſ. non obſtat. vol. 4. Dec. in conſil.
144. num. 6. verſ. vltimò concludenter.

Nunc excutienda eſt opinio Bartol. † qui in d. 51.
authen. excipitur. C. de bonis quæ liber. relata opinio-
ne d. gloſſ. dicit veritatem eſſe in contrarium, &
ita etiam dixit in tract. de duob. fratrib. num. 14. Ean-
dem opinionem diſputando ad partes ſecuti ſunt
tres Doctor. videlicet Suarez, in d. l. quoniam in
prioribus. limitat. 1. num. 11. C. de inoffic. teſtam. An-
ton. Gomeſ. in tomo 1. var. reſolut. cap. 11. num. 27.
& Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 393. num. 5. & ſeq. &
Boer. in deciſ. 194. vbi dicit fuiſſe opiniones diui-
ſas in Senatu, & tandem iudicatum contra commu-
nem pro Bartolo.

Item pro hac parte allegatur Paul. de Caſtr. in
d. authen. excipitur, ſed nullo modo eſt allegandus,
quia extollit opinionem gloſſæ, & poſtea reddit
rationem illi contrariam, licèt, ait, hoc non eſt
onus, ſed commodum filij, ideo iſta gloſſa eſt
notabilis, quia poſtquam mater tenetur relinque-
re legitimam, non pertinet ad eam aliquid adii-
cere, & cùm ratio contradicat, neutrum dictum
eſt recipiendum. Surd. in conſil. 2. num. 49. Angel.
in d. authen. excipitur, qui allegatur pro Bartolo, ni-
hil dicit, quod ad eum pertineat, Alexan. in l.
mulier. col. 1. verſ. ſed aduerte. ff. ad Trebel. nihil cer-
ti firmat, quia dicit, ſi teneamus, quòd mater
poſſit adiicere onus, tunc poſſet illi perfectè ſolue-
re, ſed ſi teneremus opinionem Bartoli, quæ vi-
detur communis, ſtabimus opinioni iuris anti-
qui. ex quibus verbis nihil certi firmari poteſt;
ſed in d. l. cum ex filio, certè firmat per hæc verba,
Mihi magis placet opinio Accurſij. Loazes in l. fi-
liusfamilias. §. diui. num. 30. de legat. 1. nihil dicit
de hoc, nec Fabian. de Giocchis in authent. nouiſſi-
ma. num. 141. C. de inoffic. teſtam. qui allegantur per-
peram pro hac parte.

Cæteri verò, qui allegantur, obiter tetigerunt
articulum, Corn. & Fulgoſ. in authent. excipitur,
Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. parte 5. num.
90. ff. de liber. & poſthum. Bertrand. in conſil. 3. n. 4.
lib. 1. part. 2. Caldas in l. ſi curatorem. num. 146. C.
de in integr. reſtitut. Didac. Seuer. in l. virum ex fa-
milia. § ſed ſi fundum. col. 46. verſ. & ſic infertur. de
legat. 2. Guttieres in c. quamuis, numer. 20. de pactis
lib. 6. Molin. Ieſuita de iuſtit. & iur. diſputat. 177.
verſ. grauamen. Riminald. iun. in §. 1. num. 152. In-
ſtit. per quas perſonas nobis acquir. Burſat. in conſil. 33.
num. 35. vol. 2. Arnold. Ferron. in Conſuetud. Bur-
degalenſ. lib. 1. tit. 4. §. 1. fol. 109. verſ. ſecundò du-
bitatur.

Primò reſpondetur opinionem Bartoli gene-
raliter loqui, videlicet prohibitionem vſusfructus
non comprehendere vſumfructum legitimæ, per
regulam d. l. quoniam in prioribus; ſed opinionem
gloſſæ diſtinguere inter onus, & fauorem, & quòd
prohibitio vſusfructus reſpectu legitimæ conti-
neat fauorem; ſed Doctori † diſtinguenti magis 52.
credendum eſt, quia magis appropinquat verita-
ti. Caualcan. deciſ. 44. num. 37. part. 1. Caccheran.
deciſ. 162. num. 8. Surd. deciſ. 58. numer. 5. & ita re-
ſpondetur ad cæteros Doctores ſequaces Bartoli,
quia intelliguntur ſecundùm doctrinam, quam al-
gant, Bartol. in l. non ſolùm. §. liberationis. ff. de libe-
rat. legat.

Secundò reſpondetur, quòd communis † opi- 53.
nio non ſit ex numero omnium Doctorum, ſed
ſolùm ex illorum numero, qui ex profeſſo mate-
riam pertractant, & diſputant quæſtionem ad
partes.

partes. Nauarr. *in ſumma cap. 27. numer. 289.* vbi
54. dicit, quòd magis valet, quod à ſex Doctoribus † ex profeſſo materiam tractantibus concluditur, quàm quod à quinquaginta Doctoribus perfunctoriè loquentibus, & Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſputat. 158. num. 2. fol. 342.* alios ad hoc cumulat. Sed Doctores à nobis allegati, qui diſputant quæſtionẽ, & concludunt ſententiam pro nobis, ſunt vndecim, item tres deciſiones tribunalium; pro opinione verò Bartoli ſunt quatuor, & vna deciſio Boërij, in qua iudices fuerunt diuiſi, & ipſemet Boërius concludit, quòd iudicarunt contra communem concluſionem.

Tertiò reſpondetur, quòd Doctores, qui per-
55. functoriè † loquuntur, non ſunt magnæ authoritatis, vt reſpondet Socin. iun. *in conſil. 119. num. 29. & ſeq. vol. 1.* Iaſ. *in conſil. 151. num. 13. vol. 4.* Decian. *in conſil. 44. num. 17. vol. 3.* & ideo non ſunt allegandi ad faciendam communem concluſionem; imò etiam cum præſuppoſito, quòd omnes admittendi ſint, demptis illis, qui nihil dicunt, quos retuli *in verſ. Item pro hac parte allegantur*; vndeuiginti pro opinione Accurſij remanent, & quatuordecim pro opinione Bartoli.

Supereſt modò videre, per quas rationes Bartoli opinionem ſuſtineri poſſe, ſupradicti Doctores affirment, qui pro eo diſputando concludunt.

Prima eorum ratio eſt, per text. *d. authen. vt li-*
56. *ceat* † *matri, & auiæ, in princip.* vbi eſſe caſum pro opinione Bartoli, dixit ipſe primus *in d. authent. excipitur*, & Suarez, & Gomez *in locis ſuprà allegatis*, ità inducunt. Nam ibi Imperator diſponit, vt mater, vel alius aſcendens maternus poſſit relicta legitima filio, reliquum ſui patrimonij vel donare, vel aliter quomodocumque transferre in alios, ſub hac conditione ne patri acquiratur vſusfructus, vel habeat aliquod participium; ergo præſupponit dictam legitimam liberè fuiſſe traditam.

Reſpondetur, textum ibi de duabus rebus diſponere, ſcilicet de legitima filio danda, & de reſiduo patrimonij, poſtea ſubdere ſub hac conditione, & diſpoſitione, vt pater, & qui eos habet in poteſtate, in his rebus nullum vſumfructum, nec quodlibet penitus habeat participium. Primò ponderando verba *in his*, quæ ſunt pluralis numeri, & plura continent. *l. vbi numerus. ff. de teſtib.* Euerard. *in loco à vi numeri, in princip.* & ita in his, ſcilicet, tam in legitima, quàm in reſiduo patrimonij. Item ponderando verba, *pater, & is qui eos habet in poteſtate*, & referendo ſingula ſingulis, pater reſpectu filij, cui relicta erat legitima, & is qui habet eos in poteſtate, reſpectu aliorum, ſcilicet nepotum, vel aliorum deſcendentium, de quibus dixerat. Item ponderando, quòd dicta clauſula eſt in fine poſita, eſt generalis, & loquitur in plurali, *pater, & is qui eos habet in poteſtate*, nullum habeant participium, ideo refertur ad omnia præcedentia. *l. 1. & ibi* Iaſ. *num. 4. C. de liber. præterit.* & ſcripſi de hoc *in tract. de clauſulis parte 4. cap. 23.* Item ex reſponſione data, apparet rationem dubitandi illius text. eſſe duplicem, alteram reſpectu legitimæ, ex *d. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* alteram reſpectu vſusfructus, ex *l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* Nam text. vtrumque corrigit, vt pater non habeat vſumfructum legitimæ, & alios qui habebat eos in poteſtate, nullum habeat participium, & ſic text. facit pro opinione Accurſij.

Secunda eorum ratio eſt: hodie legitimæ nullum onus imponi poteſt. *d. l. quoniam in prioribus*; ſed nemo poteſt facere, quin leges locum habeant. *l. nemo poteſt. de legat. 1.* ergo mater non potuit relinquere legitimam filio ſub hac conditione, ne patri acquiratur vſusfructus illius.

Reſpondetur, quòd, vt legitimæ † onus impo- 57.
ni non poſſit, hæc lex ſecundùm ſcribentes eſt diſpenſabilis, quando filius inſtituitur hæres in tota hæreditate, quia tunc ſi aliquod onus eſt appoſitum, illud non poteſt deduci de legitima, ſed vel totum acceptare, vel totum repudiare debet, & eſſe communem opinionem, multis relatis, probat Berous *in quæſt. familiar. 87. num. 10.* Et, vt ip-
ſe probat, d. l. *quoniam in prioribus*, † procedit, 58.
quando ſola legitima relicta fuit, & ita confirmatur opinio Accurſij, qui dicit, hoc non eſſe grauamen, ſed reſpicere commodum ipſius filij, & Vaſquius *in d. §. 10. n. 234.* dicit, d. l. *quoniam in prioribus*, limitari, quando grauamen eſt ad commodum ipſius filij, ſiue potius eſt fauor, quàm grauamen.

Tertia ratio eſt Vrſilli *in d. deciſ. 393.* certum eſſe, ait, quotieſcumque mediante perſona alte-
rius † ius aliquod acquiritur tertio re, vel ſpe ex 59.
legis prouidentia, illud non poteſt auferri tertio ſine eius voluntate, neque diſpoſitionem annullari ſine eius conſenſu. *l. final. ff. de pact. l. poſt mortem. §. final ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* Sed ius vſusfructus acquiritur patri mediante legis diſpoſitione. *l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* ergo mater non potuit auferre hoc ius vſusfructus patri ſine eiuſdem patris conſenſu.

Reſpondetur, ius vſusfructus † non poſſe dici 60.
acquiſitum patri, antequam proprietas ſit in eſſe deducta in perſona filij, ideo ſi non eſt ius certum, & fundatum in eius perſona, non intrat text. *d. l. final. C. de pactis*, quæ procedit, ſine conſenſu illius, qui dominus erat, & antequam perueniat ad patrem poteſt tolli per extraneum relinquentem hæreditatem ſuam filiofamilias, vt dicit text. *d. authent. excipitur, & d. authent. vt liceat matri, & auiæ, in princip.* vbi Imperator ita argumentatur, ſi hoc licet extraneis, cur non poteſt licere matri, & aſcendentibus maternis. Et ratio deciſionis eſt, quia ius non erat adhuc fundatum in perſona patris, & illa ſpes ſuccedendi
de futuro † non erat in conſideratione. Paul. de 61.
Caſtr. *in conſil. 283. vol. 1.* Quamobrem cùm nulla certa ratio ſit, quæ Bartoli opinionem fundare poſſit; ergo in deciſionibus cauſarum illa non eſt amplectenda.

Secundò declaratur præfatus caſus primus huius capitis ſecundi, vt non procedat in illis locis,
in quibus de conſuetudine filij familias † poſſunt 62.
teſtamenta facere in bonis aduentitiis, Bartol. & Iaſ. *in l. cunctos populos. C. de ſumm. trinit.* Alex. *conſil. 45. col. 3. vol. 5.* Corn. *conſil. 45. col. pen. vol. 2. & conſil. 94. col. 2. vol. 2.* Ruin. *conſil. 120. vol. 1.* & eſt communis opinio, vt atteſtatur Viuius *in ſuis communibus. verſ. ſtatutum habilitans.* Ita eſt Neapoli conſuetudo in ſcriptis redacta, per quam, relicta legitima parentibus, ſicut etiam per ius commune diſponitur, de cæteris bonis aduentitiis, niſi extra territoriũ ſint, liberè diſponere poſſunt, prout fuit iudicatum, vt *Digeſt. Nouiſſ. tom. 5 tit. teſtamen-*
tum. cap. conſuetudo, vbi quòd dicta conſuetudo † non 63.
extenditur ad bona extra territorium. Aliquando autem dicti filij teſtatores patrẽ præterire poſſunt, & teſtamentum eſt validum, vigore alterius conſuetu

ſuetudinis more Nobilium, per quam filiis ab
inteſtato decendentibus pater non ſuccedit: ſi
igitur vigore pacti ab illorum ſucceſſione pater ſe
exemit; ergo & à legitima, & tunc filij in bonis
in territorio exiſtentibus, præterito patre legiti-
mum faciunt teſtamentum, & ita fuit iudicatum,
vt *in d. tit. Teſtamentum c. quid ſi parentes.*

Tertiò declaratur, vt non procedat in feudali-
64. bus, † quia feudum eſt peculium caſtrenſe, vt
dicit Bald. *in l. cum multa. C. de bon. quæ liber.* & in
bonis caſtrenſibus filiusfamilias poteſt facere te-
ſtamentum, etiamſi ſit in patris poteſtate, *l. pen. &*
final. C. qui teſtam. fac. poſſ. & not. *in l. final. C. de*
inoffic. teſtam. quia reputatur paterfamilias. *l. Ma-*
cedonianum. C. ad ſenatuſconſult. Macedon. & Afflict.
in deciſ. 183. *num.* 4. hoc intelligit, quando diſpo-
ſitio fieret in immediatè ſucceſſurum, *cap.* 1. *de ſuc-*
ceſſ. feudi. Confirmari poteſt, quia in bonis feu-
dalibus, & emphyteuſis non poteſt acquiri vſuſ-
65. fructus, † vt firmarunt Roman. *in ſingulari* 626.
tu ſcis. Franciſc. Cremenſ. *in ſingular.* 86. Iaſ. *in con-*
ſil. 123. *col.* 1. *vol.* 4. Ripa *in c. cum Eccleſia Sutri-*
na, num. 121. *de cauſa poſſ. & propriet.* Pariſ. *in con-*
ſil. 98. *num.* 4. *vol.* 2. Neuizan. *in conſil.* 9. *num.* 2.
Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 142. *num.* 4. *&* 10. Sed
66. patri † acquiritur commoditas, & facultas fru-
ctuum, Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *C. qui bonis cedere poſſ.*
Iaſ. *in §. fin. num.* 57. *Inſtit. de actionib.* Ruin. *in con-*
ſil. 173. *numer.* 13. *&* 18. *vol.* 1. Berous *quæſt. fam.*
95. *numer.* 5. Clar. *in §. feudum. quæſt.* 31. *verſ. ſuc-*
67. *ceſſiuè.* Effectus eſt, quia vſusfructus † acquiſitus
patri in bonis filij, per mortem filij non extin-
guitur, ſed durat, donec viuit pater. *l.* 3. *C. de v-*
ſufruct. l. ſi quis, vel ſi qua. C. ad Tertull. Sed commo-
ditas fructuum debita patri, extinguitur per mor-
tem filij, vt poſt Paul. de Caſtr. Molin. & alios
relatos probat Menoch. *in conſil.* 1022. *num.* 18. *&*
ſeq. vol. 11. ergo filius poterit diſponere de feudo,
quia extincto iure commoditatis, de nullius alterius
præiudicio agitur.

68. Ego verò hanc declarationem non ſequor, quia
regulariter nulla diſpoſitio facta de feudo † va-
let, *c.* 1. *de ſucceſſ. feudi. verſ. nulla ordinatione defun-*
cti de feudo valente. c. 1. *§. donare, qualiter olim feud.*
alien. pot. Martin. Laud. *in c.* 1. *in princip. de his qui*
feud. dar. poſſ. Bald. *in d. cap.* 1. *num.* 1. *de ſucceſſ.*
feudi, & in d. §. donare. num. 3. *verſ. nam nulla ordi-*
natio, Hoſtienſ. *in c. final. col.* 2. *verſ. ſed contrà, de*
reb. Eccleſ. non alien. Clar. *in §. feudum, quæſt.* 40. vbi
atteſtatur hanc eſſe communem regulam, quam
declarant Ruin. *in conſil.* 7. *num.* 1. *vol.* 2. Loffred.
in conſil. 40. *num.* 47. Burſat. *in conſil.* 131. *num.* 42.
69. *vol.* 2. vbi quòd feuda † non traduntur ex teſta-
mento, ſed ab inteſtato, ſecundùm communem
opinion. Pancirol. *conſil.* 41. *num.* 20. Pariſ. *conſil.*
23. *numer.* 39. *vol.* 1. Bero. *conſil.* 68. *numer.* 29.
vol. 1. Roland. *in conſil.* 1. *num.* 3. *vol.* 4. Franciſc.
de Amic. *in tit. de his qui feud. dar. poſſ. fol.* 129.
verſ. hoc ergo caput ſucceſſionis. Et ideo ſi eſſet data
70. facultas ſubſtituendi, † non poſſet facere plures
gradus ſubſtitutionum, Loffred. *in conſil.* 7. Et ſi
71. eſſet data licentia condendi teſtamentum, † non
poſſet illud reuocare, Frece. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 10.
quæſtione num. 2. & ſi eſſet data poteſtas legandi,
non poſſet fideicommittere, nec ſubſtituere, Fre-
cia *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 35. *quæſt. aſſenſus, à num.* 46.
ad finem. Camerar. *in l. imperialem fol.* 60. *col.* 4. *li-*
72. *tera N.* Item ne de feudo quidem franco † poſſet
diſponere, Bald. *in authen. niſi rogati. num.* 15. *verſ.*
nam & ius teſtandi. C. ad Trebell. Curt. *de feud. part.*
1. *quæſt.* 8. *col.* 9. *verſ. ſecundus.* Iaſ. *in præludiis feud.*
num. 118. Capyc. *in ſua inueſtit. verb. feudorum ge-*
nera, Riminald. iun. *in conſil.* 18. *num.* 19. *vol.* 1.
Burſat. *in conſil.* 1. *num.* 4. *vol.* 1. vbi atteſtatur eſſe
communem opinionem, *& in conſil.* 2. *num.* 35. *vol.*
2. vbi pariter fatetur communem Corn. *in conſil.*
17. *num.* 22. *vol.* 1. Pancirol. *in conſil.* 122. *num.* 7.
Berous *in conſil.* 67. *num.* 15. *vol.* 1. Menoch. *in con-*
ſil. 401. *num.* 5. *vol.* 5. *& conſil.* 504. *num.* 15. *vol.* 6.
Item quia diſpoſitio † de feudo hæreditario, etiam 73.
antiquo, & paterno valet, ſi ille, ad cuius vtili-
tatem diſponitur, ſit vna perſona, ad quam feu-
dum tranſire poterat, vt quia eſt vnus de deſcen-
dentibus primi feudatarij. Curt. iun. *in conſil.* 1. *num.*
13. *verſ. confirmantur præmiſſa.* Pariſ. *in conſil.* 11. *num.*
34. *vol.* 1. Albert. Brun. *in conſil.* 11. *num.* 6. *& ſeq.*
dicit valere teſtamentum de feudo hæreditario,
quando fit in perſonas in inueſtitura compre-
henſas.

Secundò, quia non eſt vera illa ratio, quòd
pater † non habeat vſumfructum in feudo aduen- 74.
titio ipſius filij, per *l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber.*
cùm contrarium non reperiatur deciſum de iure
feud. & hanc tenet Andr. *in c.* 1. *num.* 17. *de aliena-*
tione feudi paterni, & probat Curt. *de feudis parte* 3.
num. 46. *fol.* 281. & quòd eſt caſus *in l. cum multa.*
C. de bonis, quæ liber. Et hæc concluſio reſpectu fa-
cultatis teſtandi de feudo, eſt veriſſima, quia etiam
poſita opinione contraria pro vera, quam tenuit
Andr. *in c.* 1. *num.* 13. *de his qui feud. dar. poſſ.* illa
intelligitur de vſufructu formali, per quam induci-
tur ſeruitus in feudo, quæ eſt prohibita, niſi in-
terueniat conſenſus directi domini, ſed non eſt in-
telligenda de fructibus, † qui colliguntur iure pa- 75.
triæ poteſtatis. Bald. *in d. l. cum oportet,* & *ibi* Iacob.
de Bellouiſ. *num.* 18. *C. de bon. quæ lib.* Aluarot. *in c.*
ſi duo, num. 8. *de duobus fratrib. à capit. inueſtit.* & latè
ſcribit Boër. *in deciſ.* 199. Et tunc ipſe pater ratione
dictæ † commoditatis percipiendi fructus à feu- 76.
do, erit legitimus adminiſtrator, vt dicit Bald. *in*
l. 1. *num.* 7. *C. de bonis maternis,* quem refert, & ſe-
quitur Franciſc. de Ponte *in conſil.* 19. *num.* 28. ergo
filiusfamilias etiam in feudo aduentitio prohibitus
eſt teſtari, & quando diſponeret in proximè ſuc-
ceſſurum, hoc faceret velut habilis ad hoc factus à
concedente, à quo ſucceſſor habere dicitur, etiam
ſi qualitas hæreditaria ineſſet feudo.

Et retenta hac concluſione, infero, ſi non poteſt
diſponere de feudo, multò minus poteſt diſpone-
re de feudi † pretio, quia aut volumus illud 77.
non eſſe feudale, vt dicit Andr. *in c.* 1. *§. plauſtro-*
rum, quæ ſint regalia, & in c. ſi verò, ſi de feud. fuer.
controuerſ. inter dom. & agnat. & alij ad hoc allegati
per Franch. *deciſ.* 64. & tunc intrat regula *d. l.*
cùm oportet. Aut dicimus illud eſſe feudale, † puta 78.
ſi totum patrimonium, etiam feudum venderetur,
quia pretium ſuccedit loco rei in vniuerſalibus. *l. ſi*
rem, & pretium. ff. de petit. hæreditat. & tunc etiam
iſta pecunia erit feudalis, Vincent. de Anna *alle-*
gatione 141. Loffred. *in conſil.* 11. *num.* 12. & ita fuit
deciſum, vt atteſtatur Anna *ibidem*; ergo ſicut non
poteſt de feudo, ita non debet poſſe de feudi pretio
quod ſuccedit loco feudi.

Quartò declaratur iſte caſus, nam cùm filius
familias † poſſit teſtari de quaſi caſtrenſi pecu- 79.
lio, *l. final. C. qui teſtament. fac. poſſ. & l. final. C. de*
inoffic. teſtam. Ideò in conſequentiam dicitur poſſe
facere teſtamentum de aliis bonis, prout conſuluit
Cephal. *in conſil.* 406. *vol.* 3. nam cùm quis non
poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inte-
ſtatus.

ſtatus. *l. ius noſtrum. ff. de regul. iur.* & quotieſ-
cumque permiſſum non poteſt explicari ſine pro-
80. hibito, † tunc iſtud admittendum eſt in neceſſa-
riam conſequentiam permiſſi. *l. quoties ff. de iudic. l.*
1. & *ibi* Bartol. *ff. de auctorit. tut.* Bartol. *in l. final. in*
1. *lectura: num.* 1. *verſ. oppono. ff. de hæredit. vel actione*
vendit. l. 2. §. *illud.* vbi quòd pactum de hæreditate
viuentis permittitur in conſequentiam prioris con-
tractus liciti.

81. Sed iſta Cephali † conſultatio de iure non ſub-
82. ſiſtit, nam text. *l. final. C. de inoffic.* † *teſtam.* qui dat
facultatem diſponendi de bonis quaſi caſtrenſibus,
limitatè loquitur, in verſ. ſuper ipſis tantummodo
rebus, quæ quaſi caſtrenſis peculij ſunt, diſponen-
di facultatem habeat; & quia verſamur in pro-
hibitis per alias leges, ipſa dictio *tantummodo* eſt
83. adeò taxatiua, vt non poſſit extendi † ad caſus
ſimiles, quia tunc induceretur aliarum legum
correctio. Bartol. *in l.* 3. §. *Titio centum. ff. de adi-*
mend. legat. Iaſ. *in l.* 1. *in princip. ff. ſi quis ius dicen-*
ti non obtemper. Schrader. *de feud. parte* 8. *cap.* 7. *num.*
84. 21. & ideo Doctores ſcribunt, dictionem *tantum* †
eſſe excluſiuam omnium aliorum caſuum. Bartol.
in l. ſiquidem. C. de tranſact. & *in l. rationes. C. de*
probat. cum aliis per Decian. *conſil.* 86. *num.* 48.
vol. 3. Purpurat. *conſil.* 470. *num.* 7. & latiùs per
Dec. *in l.* 1. *col.* 3. *C. de bon. poſſeſſ. contra tab.* vbi
quòd diſpoſitio taxatiuè loquens non extenditur
ad alias perſonas, vel caſus, niſi per alias leges
includerentur. Riminald. iun. *conſil.* 506. *num.* 10.
& *ſeq.* Sed in hoc caſu habemus regulam in con-
trarium, filiusfamilias teſtari non poteſt; ergo
facultas teſtandi de bonis quaſi caſtrenſibus tan-
85. tummodo, per dictionem taxatiuam † non eſt ex-
tendenda ad omnia alia bona, quia tunc indu-
ceretur correctio aliarum legum, *l. ita nobis pu-*
dor. & *ibi* Cyn. Angel. & moderni. *C. ad l. Iul. de*
adulter. Schrader. *de feud. parte* 10. *ſectione* 3. *numer.*
131. Ideo Socin. *in ſuis regulis, in ver. teſtatus.* vbi
86. ſcripſit 22. limitationes ad *d. l. ius noſtrum*, † in
nona limitatione ponit iſtam, vt in bonis dona-
tis à Principe, quæ habent priuilegium bonorum
caſtrenſium, *l. cum multa. C. de bonis quæ lib.* dona-
tarius poſſit teſtari, & in cæteris dicatur decede-
re inteſtatus, quia facultas deeſt, & facultas re-
ſtricta ad vnum caſum non extenditur ad alios,
ad correctionem iuris. Et idem ſcripſimus paulo
antè, quòd filiusfamilias habilitatus ad teſtandum
per ius municipale, quoad bona exiſtentia extra ter-
ritorium ſtatuentium dicitur decedere inteſta-
tus. Bald. *in l. cunctos populos, num.* 73. *C. de ſumma*
trinit. Franch. *deciſ.* 546. Rota *deciſ.* 877. *in nouiter*
nouiſſim. Et ad regulam per Cephal. allegatam,
quòd permiſſum trahit ad ſe prohibitum in ne-
87. ceſſariam conſequentiam; reſpondeo, † quòd iſta
non eſt neceſſaria conſequentia, quia *l. ius no-*
ſtrum, limitatur in hoc caſu, vt probatum
eſt.

Quintò declaratur, vt non procedat quan-
do filius de conſenſu patris teſtatus eſt, & ipſe
88. pater iurauit † in eodem teſtamento illud obſer-
uare, quia tunc tametſi filius nulliter, & inuti-
liter diſpoſuiſſet, nihilominus ipſe pater tenetur
ſoluere diſpoſita propter vinculum iuramenti,
prout eſſe caſum de hoc *in l. cum pater* §. *filius ma-*
trem. de legat. 2. probat Humbertus de Bonencho
in authen. ſacramenta puberum num. 43. *C. ſi aduer-*
ſus venditionem, & ſequitur Lanarius *in conſil.* 74.
num. 4. & tenetur ipſe pater propter obſeruantiam
iuramenti pro ea parte qua ipſi filio ab inteſta-
to ſuccedit fortè cum matre, vel aliis fratribus
ad obſeruantiam relictorum. Idem ſi iurauerit
poſt teſtamentum, & poſt mortem ipſius filij,
quia teſtamentum † nullum poteſt confirmari. *l.* 89.
non dubium. §. *illud.* & *ibi* Doctor. *C. de teſtament.*
Alexan. *in conſil.* 119. *num.* 4. *verſ. quinto. vol.* 6. Et
licèt hæres adeundo hæreditatem non cenſetur
approbare teſtamentum † factum contra legis pro- 90.
hibitionem, vt probat Crauett. *in conſil.* 200. *nu-*
mer. 5. Tamen hoc intelligitur data ignorantia,
ſed qui ſcienter approbauit teſtamentum nullum,
poſtea non poteſt illud nullum dicere, ita fuit iu-
dicatum in Rota, eſt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Te-*
ſtamentum, cap. quia teſtamenti.

Sextò filiusfamilias teſtando † cum conſenſu 91.
patris, faciat vt illa diſpoſitio, quæ nullo modo
valet iure teſtamenti, valeat iure donationis cau-
ſa mortis, per *l. tam is. ff. de donat. cauſ. mort.* & ita
firmarunt Cyn. Bald. Angel. Immol. Salyc. &
alij, quos refert Alexand. *in l. ſenium, num.* 9. *C. qui*
teſtam. fac. poſſ. latè Corn. *in conſil.* 237. *verſ. li-*
cèt autem prædicta videantur multum vrgere. vol. 4.
quoniam actus ſemper eſt interpretandus vt ali-
quid operetur, *l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb.*
obligat. l. quoties. ff. de reb. dub.

Sed hæc concluſio ita demum procedit, ſi fi-
lius cum patris conſenſu ita teſtando, clauſulam
appoſuerit, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iu-*
re donationis cauſa mortis, aut cuiuslibet alterius † *vl-* 92.
timæ voluntatis, Alex. *in d. l. ſenium, num.* 9. & alij
ad hoc relati per Craſſ. *in* §. *donatio cauſa mortis.*
quæſt. 3. *num.* 4. vbi probat eſſe communem ſen-
tentiam, & ſi diceret, *ſi non valet iure teſtamenti,*
valeat iure codicillorum, † teſtamentum ipſum nul- 93.
lo modo valere poteſt, quoniam certa eſt iuris
concluſio, qui non poteſt teſtari, neque poteſt
codicillos facere. *l.* 2. §. *furioſus. l. conſiciuntur.* §. *co-*
dicillos. ff. de iure codicill. l. 2. *de legat.* 1. & *ibi* Bar-
tol. Socin. iun. *num.* 7. *l. qui teſtamenta. l. cùm quis*
decedens. §. *Titia. de legat.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præ-*
ſumpt. 3. *num.* 8. Craſſ. *in* §. *codicillus. num.* 2. Si-
mon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *ſolut.*
11. *num.* 22. *fol.* 105. & probat Turretus *in tracta-*
tu de clauſula codicillari. quæſt. 119. licèt Vaſquius
de ſucceſſionum progreſſu lib. 1. §. 1. *num.* 6. dixerit
comm. opin. eſſe in contrarium, tamen inaduer-
tenter dixit hoc, quia Doctores ab eo allegari non
dicunt, ſed in alium ſenſum loquuntur. Item ſi
dixiſſet, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure do-*
nationis, † hæc clauſula nihil operatur, quia aut 94.
teſtamentum eſt validum, & deficit conditio ſub
qua debet operari: aut eſt inualidum, & tunc
etiamſi hæres eſſet præſens, & acceptans, non in-
ducitur donatio inter viuos; quia tunc videtur
donare omnia bona præſentia, & futura, quod
fieri non poteſt. *l. final. C. de pact.* cum ſimilib. &
hanc concluſionem latiùs probo *in tractatu de clau-*
ſulis, parte 3. *clauſula* 83. Neceſſe eſt igitur, vt
filiusfamilias de patris † conſenſu teſtamentum 95.
faciens, clauſulam apponat, *ſaltem valeat in vim*
donationis cauſa mortis, ad quam eſt habilitatus per
d. l. tam is. Aut iſtam clauſulam implicitè apponat,
dicendo, *valeat in vim cuiuſcumque vltimæ volun-*
tatis, & tunc interpretatio facienda eſt, ne actus
pereat, Corn. *d. conſil.* 237. *vol.* 3. & *valeat in vim*
donationis cauſa mortis, quæ eſt ipſa vltimæ volunta-
tis ſpecies. Item ſi filiusfamilias † eſſet ſub poteſta- 96.
te aui, tunc intelligo hanc concluſionem, vt proce-
dar, ſi ipſe de conſenſu aui ita teſtaretur cum dicta
clauſula, *valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis,*

ad hoc eſt text. *in l. filiuſfamilias duxit vxorem. ff. de acquir. hæredit.* vbi diſpoſitum eſt, iura volentia filium adire non poſſe hæreditatem ſine conſenſu patris, locum habere ſi ſub patris poteſtate fuerit conſtitutus; cæterùm ſi ſub aui poteſtate ſit, iſtius conſenſum eſſe neceſſarium, ad idem *l. filium habeo. ff. ad Macedon. & Inſtit. de adoptionib. §. ſed ex contrario*, per quæ iura hanc concluſionem probat in hac facti ſpecie Roman. *in conſil. 520. in tota col. 2.* Item intelligo concluſionem procedere ſi interue-
97. niſſet præſentia † hæredis à filiofamilias ita inſtituti, vt habendus eſſet loco donatarij cauſa mortis, aliàs actus non valeret. *l. inter mortis. ff. de donat. cauſ. mort.* Socin. ſen. *in d. conſil. 112. num. 5. verſ. aliquando. vol. 1.* Clar. *in §. donatio. quæſt. 6. verſ. tu ſcis. in fin.* Benedict. *in c. Raynaldus. verbo, matrem inſuper cleram, num. 47. de teſtamentis*, Gabriel qui cæteros refert *in conſil. 16. num. 8. vol. 1.* Riminald. iun. *in conſil. 642. num. 3. & conſil. 670. num. 68. vol. 6.* Aut No-
98. tarius nomine † donatarij dictam donationem acceptaret, Bart. Salyc. Immol. Iaſ. & alij, quos ad hoc refert Rol. *in conſil. 82. num. 24. vſque ad 28. vol. 1.* & ita fuit deciſum, vt atteſtatur Gaſpar Theſſaur. *in additionibus ad deciſionem Theſſaur. 150. & in qu. foren. 67. lib. 4.* & Socin *in d. conſil. 112. n. 5. vol. 1.* dicit hanc concluſionem eſſe veriſſimam, & neminem in hoc puncto contradicere. Quamobrem interueniente conſenſu patris, vel aui, ſub cuius poteſtate eſſet filiusfamilias, ita teſtamētum faciēs, cum clauſula, *vt valeat in vim donationis cauſa mortis*, actúm validum faciet, præſente donatario, aut Notario pro eo ſtipulante, & acceptante, quia etiam
99. in ea donatione filiusfamilias † ſubſtituere poteſt. *l. vnic. §. ſi autem. verſ. quod ſi in medio. C. de caduc. tollend.* Honded. *in conſil. 32. num. 29. vol. 1.* Cæterùm ſi ipſe filiusfamilias ita teſtaretur inſtituendo pa-
100. trem, ipſum teſtamentum † nullum exiſteret, & quòd non poſſet valere in vim donationis cauſa mortis, probat Decian. *in conſil. 72. num. 1. vol. 4.*
101. quoniam communis eſt concluſio, quòd pater † ſibi ipſi, & ad eius commodum authoritatem, & conſenſum præſtare non poteſt, gloſſ. & Bartol. *in l. 1. ff. de auctorit. tut.* & eſſe communem dicit Corn. *in conſil. 294. vol. 1.* Dec. *in conſil. 279. col. 2.* Niſi eſſet ſub aui poteſtate, qui conſenſum præſtaret ad cōmodum patris, quia tunc iſta communis limitanda eſſet. Quòd ſi filiusfamilias caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium haberet, item aduentitium, quia de caſtrenſi vel quaſi teſtari poteſt, ſiquidem de omnibus teſtamentum faceret, adhibito patris, vel aui conſenſu, ſub cuius poteſtate eſt, tunc etiamſi nullam ex prædictis clauſulis apponeret, teſtamentum in aduentitiis valebit, vt donatio cauſa mortis, ita probat Roman. *in d. conſil. 520.* & ſequitur Crauet. *in conſil. 39. col. 1.*
102. Septimò declaratur, vt filiusfamilias † poſſit teſtari ad pias cauſas, prout eſſe communem opinionem atteſtatur Alex. *in l. 1. §. hoc autem. num. 4. ff. ad Trebell.* quod intelligunt communiter, ſi interueniat patris conſenſus. *c. licet. §. fieri*, & *ibi gloſſ. in ver. iudicare. de ſepultur. lib. 6.* & eſſe magis communem atteſtatur Clarus *in §. teſtamentum, qu. 5.* vbi allegat Roman. *in Auth. ſimiliter. C. ad legem Falcid.* Angel. *in §. 1. num. 7. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Dec. *in l. ſenium. num. 21. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Franch. *in c. 1. num. 36. de teſtam. lib. 6.* Ruin. *in conſil. 62. num. 11. in fin. vol. 2.* Curt. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, num. 20. C. de teſtam.* Dilect. *de arte teſtandi tit. 1. cautela 1. num. 1.* Couar. *de teſtamentis in 3. part. rubricæ. num. 45.* Craſſ. *in §. teſtamentum, quæſt. 17. num. 13.* & opinionem Bartoli diſtinguentis inter bona aduentitia, quorum vſusfructus patri acquiritur, & non acquiritur, communiter reprobari, probat Tiraquell. *de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio 79.* & hodie hæc concluſio propter tot Patrum authoritates nullam vlterius patitur difficultatem, quicquid in contrarium ſcripſerit Theſſaur. *in d. deciſ. 150. num. 13.*

Octauò declaratur in filiofamilias, qui eſt clericus, nam de bonis omnibus in clericatu † acquiſitis teſtamentum facere poteſt. *l. ſacroſancta, & auth. presbyteros. C. de Epiſcop. & cleric.* ſed de bonis ante clericatum acquiſitis non poteſt. *d. l. ſacroſancta.* Couar. *in c. quia nos, num. 2. de teſtament.* & hanc ſententiam eſſe veram & communem, dicit Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. d. §. 1. n. 25. vſque ad 45.* Sed quia iura generaliter loquuntur, ideo ſatis eſt, quòd bona in clericatu obuenerint, licèt alia ratione, quàm clericatus occaſione fuerint acquiſita, Io. Andr. Anton. de Butr. Abbas, & Couar. *in d. c. quia nos. de teſtam.* Iaſ. *in l. filia licet. n. 2. C. de collationib.* Roland. *in conſil. 16. vol. 4.* Sed de materia iſtius declarationis latiùs ſcribam in ſequenti articulo in caſu ſecundo, ideo dico, vt ibi. 103.

ARTICVLS IV.

An, & quando Eccleſiaſtici poſſint teſtamenta facere.

SVMMARIA.

1. *Monachi non poſſunt facere teſtamentum poſt profeſſionem emiſſam.*
2. *Ante profeſſionem cum qua ſollemnitate debent facere teſtamentum.*
3. *Teſtandi forma à Concilio tradita non poteſt renuntiari.*
4. *Teſtamentum Monachi poſt profeſſionem emiſſam in religione capace bonorum non valet.*
5. *Fratres mendicantes ſunt incapaces bonorum.*
6. *Teſtamentum factum ante ingreſſum Monaſterij non rumpitur ab ipſo Monaſterio poſt poſſeſſionem.*
7. *Renuntiatio bonorum facta alicui intuitu religionis eſt valida.*
8. *Concilium Tridentinum* ſeſſ. 25. cap. 16. *non habet locum in renuntiatione ante ingreſſum.*
9. §. illud. auth. de monachis, *non eſt correctus per Concilium.*
10. *Ingrediens religionem an poſſit renuntiare etiam hæreditati ſibi deferendæ.*
11. *Renuntiari poteſt iuri quærendo.*
12. *Monaſterio, vel monacho deferatur hæreditas.*
13. *Monachus factus Epiſcopus debet viuere iuxta regulam, & illam obſeruare.*
14. *Monachus factus Epiſcopus à quibus ſit liberatus.*
15. *Monachus poteſt teſtamentum facere de Papæ licentia.*
16. *Monachi, & Moniales quomodo poſſunt habere vſumfructum bonorum.*
17. *Monachus ex diſpenſatione Papæ poteſt penſiones retinere.*
18. *Vſusfructus Monachi tranſit ad ſecundam religionem, quam ingreditur.*
19. *Clerici de omnibus bonis in clericatu acquiſitis poſſunt teſtamentum facere.*
20. *Filiusfamilias clericus poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*
21. *Filiusfamilias clericus diſponit de bonis aduētitiis.*

22. Auth.

22. Auth. presbyteros. C.de Epiſcop.& cleric.*habet locum in omnibus bonis.*
23. *Dictio* quomodolibet,*includit omnem modum, & omnes caſus.*
24. *Priuilegia teſtandi conceſſa militibus cenſentur conceſſa clericis.*
25. Cap. quia nos. de teſtamentis.*generaliter loquitur de omnibus bonis,etiam ante clericatum acquiſitis.*
26. *Epiſcopi,& Cardinales poſſunt teſtari de bonis patrimonialibus , & de acquiſitis ex propria induſtria.*
27. ... *& de illis , quæ donantur eis quando ordinantur ad ſacros Ordines.*
28. *Eccleſiaſtici non poſſunt teſtari de fructibus , & redditibus Eccleſiaſticis.*
29. *Prælati quando præſumantur acquiſiuiſſe bona ex ſuo proprio patrimonio.*
30. *Fructus Eccleſiaſtici præſumuntur conſumpti in alimentis,& aliis neceſſariis.*
31. *Poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium.*
32. *Iuſpatronatus fundatũ ab Eccleſiaſtico habente patrimonium,aliquando præſumitur laicale.*
33. *Prælati quando præſumantur acquiſiuiſſe de bonis Eccleſiæ.*
34. *Prælati in dubio, ex quibus bonis præſumantur acquiſiuiſſe.*
35. *Prælati habentes patrimonium debent facere inuentarium authenticum ſuorum bonorum, aliàs ſunt in culpa.*
36. *Eccleſiaſtici de conſuetudine loci poſſunt diſponere de omnibus bonis.*
37. *Prælati poſſunt teſtamenta facere de omnibus bonis ex permiſſione Papæ.*
38. *Prælati habentes facultatem teſtandi debent ſeruare ſollemnitates à iure requiſitas.*
39. *Teſtandi facultas in proximiores hæredes conceſſa, de quibus intelligitur.*
40. *Proximior vocatus ex diſpoſitione hominis an excludat ſubingreſſionem.*
41. ... *& quid in ſtatutis.*
42. *Gradus patris quando perpetuatur in filium.*
43. *Repræſentatio quando non eſt permittenda.*
44. *Prælatus habens facultatem teſtandi non poteſt diſponere de mobilibus Oratorio ſuo priuato applicatis.*
45. *Clauſula,* non obſtantibus,*non comprehendit ſpecialiter prouiſa.*
46. *Derogatio generalis quando comprehendat ſpecialiter prouiſa.*

PRoſequendo eandem materiam habilitatis teſtantium , nunc diſputemus de Eccleſiaſticis, & primùm de Mo-
1. nachis †,in quibus regula conſtituta
eſt pro negatiua,quòd teſtamenta facere non poſſint. *Auth.ingreſſi.C.de ſacroſanct. Eccleſ. & cap.2. de teſtamentis,* & pro hoc facit §. *illud in 2. auth. de Monachis.*

Declaratur iſte caſus,vt procedat poſt profeſſionem emiſſam,quia ante illam diſpoſitũ fuit per ſacroſanctum Concil.Tridentin.*ſeſſ.25. cap.16. de re-*
2. *gularibus*,nullam renuntiationem † , etiam cum iu-
ramento , vel in fauorem cuiuſcumque piæ cauſæ, valere,niſi cum licentia Epiſcopi , ſiue eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem,& aliter facta,etiamſi cum expreſſa huius iuris renuntiatione irrita ſit,ac nullius effectus, & hanc
3. eſſe formam † à Concilio introductam,vt præteriri
non poſſit,probat Nauarr. *in conſil.82. tit. de regularibus*,& Menoch. *in conſil.388 num.7. vol.4.* Guttieres *in cap. quamuis. de pact. lib. 6. in verb. cum nuptui tradebatur. num.* 5. vbi probat ſemper eſſe ſeruandam formam Concilij , etiamſi multò antea fieret, quem citat , & ſequitur Gratian. *in deciſ. Marchiæ, 37. num.7.*

Secundò declaratur, vt poſt profeſſionem emiſ-
ſam † non valeat teſtamentum , ſi religio fuerit ca- 4.
pax bonorum,quia illam ingreſſi, cenſentur omnia bona ſua tranſtuliſſe , ita vt de illis amplius teſtari, & diſponere non poſſit. *Auth.ingreſſi.C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Quod ſecus eſt , ſi in religione incapace , vt communiter declarant Doct. *in c.in præſentia.de probation.* Et exemplificant in fratribus minoribus,qui
incapaces ſunt,& fratribus † mendicantibus. *Clem.* 5.
exiui de paradiſo.de verb.ſignificat.& latè notat Alex. *in conſil.13. col.1. & ſeq.vol.3.* Socin. *in conſil.92. col. 3. vol.1.* Ripa *in l. ex facto. §. ſiquis rogatus. num. 42. ff.ad Trebell.* Patiſ. *in conſil.65. num.11. vol.2.* Boër. *deciſ.354. num.*8. Et qui dicantur Monachi, qui fratres,qui mendicantes, qui canonici regulares , vide præter cæteros Iaſ. *in authent. ingreſſi,num.13.* & per Gemin. *in cap.quorundam. §. volentes. de electione.* Et quomodo religio clericorũ Societatis Ieſu eſt verè, & propriè religio mendicans , non obſtante quòd præpoſitus generalis habeat adminiſtrationem bonorum ſuper domibus nouitiorum,& collegij ſcholarium , probat Gabriel *in conſil.28. vol.1.* & Horatius Mandoſius *in tract. de priuileg. ad inſtar*, per totum tractatum , & ad hoc eſt etiam bulla Gregorij XIII. *bulla* 102. vbi etiam quomodo ipſi ſunt bonorum capaces , etiam ex diſpoſitione Concilij.

Tertiò declaratur , vt teſtamentum † factum 6.
ante ingreſſum Monaſterij , non rumpatur ab ipſo Monaſterio poſtea per profeſſionem ſubſequutam , prout eſt caſus *in d. §. illud in 2. auth.de Monachis* , & Dec. *in c. in præſentia. num. 61. de probat.* hanc eſſe communem concluſionem probat , & *ibi* Abb. *num.52.* & alij ad hoc relati per Vaſquium *in libro controuerſ. illuſtr. cap.* 102. Et pro hac concluſione comprobanda facit altera , quòd renun-
tiatio † bonorum ſuorum facta alicui conſangui- 7.
neo intuitu ingreſſus religionis eſt valida , & licèt multi dicant , hoc caſu habere locum Concil. Tridentin. *ſeſſ. 29. de reformatione cap.* 16. Nauarr. *in conſil. vltimo , ſub tit. de donationib.* Molin. *in tractatu de iuſtit. & iur. diſputatione 139. verſ. ambigetur rurſus*, & ipſam renuntiationem non valere , quia ipſum monaſterium poteſt ſuccedere contra voluntatem Monachi volentis repudiare hæreditatem, Anton. Gama *deciſ.* 308. Capella Tholoſ. *deciſ.*226. Tamen ſacra Cõgregatio ſuper declarationibus Concilij definiuit contrarium , videlicet,
ipſum Concilium † *in d. cap.* 16. non habere lo- 8.
cum in renuntiatione , quæ fit ante ſuſceptionem habitus, de qua declaratione atteſtatur Menoch. *in additionib. ſuper lib. 2. de arbitrar. caſu 346. num.* 3. Item atteſtantur addentes ad *conſil.* 81 *Nauarri, ſub tit. de regularib.* item Stephan. Quaranta *in ſumma Bullarij , ver. Monaſteria , & conuentus , col. final. verb. dubium illud* ; quoniam ante ſuſceptionem ha-
bitus liberum eſt vnicuique diſponere , *d. §. illud.* † 9.
in auth. de Monachis , qui textus non eſt correctus per ipſum Concilium. Et hæc opinio erit verior, quando renuntians , vel teſtamentum faciens cogitauit de ipſo ingreſſu religionis , & propterea ſe diſponere aſſerit , quo caſu quamlibet diſpoſitionem eſſe validam, & rumpi non poſſe, poſt Iacob.

 Butrigar.

Butrigar. dixit Bartol. *in d. auth. ſi qua mulier. C. de*
ſacroſ. Eccleſ. & alij plurimi ad hoc relati per Vaſ-
quium *in d. cap.* 102. & per Franch. *in deciſ.* 423. vbi
quòd hæc concluſio in conſulendo, & iudicando
ſemper amplectenda eſt.

10. Quartò declaratur, vt ingrediens † religionem
poſſit renuntiare etiam hæreditati ſibi deferendæ,
ſeruata forma Concilij *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. cuius me-
minit Guttieres *in cap. quamuis. ver. cum nuptui tra-*
deretur, num. 1. *verſ. & tandem inquit, fol.* 402. *de pactis.*
Gratian. *regula* 456. *num.* 7. Humada *in l.* 7. *tit.* 7.
partita 5. *gloſſ.* 3. *à num.* 4. Quo caſu, cùm hæreditas
deuoluitur, monaſterium excluditur, quia licitè po-
11. tuit iuri quærendo renuntiare †. Purpurat. *in l.*
final. num. 195. *C. de pactis.* & *ibi* Cagnol. *num.* 208.
alias 194. Couar. *in d. cap. quamuis. part.* 3. §. 2. *num.*
3. *verſ. erit tamen ad effugiendas.* Minadous *in conſti-*
tutione Regni, incipiente, in aliquibus in 8. *not. in fin.* Et
licèt contrarium firmauerint Corn. *in conſil.* 274.
vol. 3. & Socin. *in conſil.* 183. *vol.* 2. quòd renuntia-
tio facta per ingreſſurum de hæreditate ſibi deuol-
uenda non obſtet monaſterio, quoniam monaſte-
12. rio †, non autem Monacho eo tempore defertur.
Item in renuntiatione adeſt tacita conditio, ſi hæ-
reditas ſibi deferetur: cùm autem tunc temporis
monaſterio deferatur, idcirco renuntiatio facta per
Monachum illi non obſtat. Tamen iſtam opinio-
nem reprobarunt Dec. *in conſil.* 31. Couar. *in d. cap.*
quamuis. part. 3. §. 2. *num.* 5. *verſ. contrarium.* Mina-
dous *in d. conſtit. in aliquibus, num.* 26. Purpurat. *in d.*
l. final. num. 190. *& ſeq. C. de pact.* & *ibi* Cagnol. *num.*
205. Vaſquius *de ſucceſſ. creatione lib.* 2. §. 18. *requi-*
ſito 29. *num.* 93. Anton. Sala *in conſtitut. Pedemonta-*
na, tit. de alienatione bonorum minorum, gloſſ. 2. *num.* 24.
fol. 32. Item opinio Canoniſtarum *in d. cap. in præſen-*
tia, quòd monaſterio, & non Monacho ſit delata
hæreditas eſt magis communiter reprobata à Ciui-
liſtis, videlicet, quòd Monacho deferatur. Bartol.
in l. tutor. ff. de bonor. poſſeſſ. Socin. *in l.* 1. *num.* 70. *ff.*
de vulgari. poſt Bartol. *num.* 24. Aretin. *in l. is poteſt*
col. 5. *ff. de acquir. hæredit.* qui dicit opinionem Cano-
niſtarum non eſſe veram. Immol. *in l. ſi pater. ff. de*
hæred. inſtit. Socin. *in conſil.* 52. *col. final. vol.* 4. Ca-
gnol. *in d. l. final. num.* 206. qui dicit opinionem Ca-
noniſtarum eſſe contra textum *l. Deo nobis. C. de*
Epiſcop. & cleric. & hanc opinionem ſequendam eſ-
ſe in foro Cæſaris Clar. *in* §. *teſtamentum q.* 30. *in fin.*
probat.

Quintò declaratur, vt concluſio procedat in Mo-
13. nacho †, etiamſi factus fuerit Epiſcopus, quoniam
non deſinet eſſe Monachus. Hoſtienſ. *in cap. clerici*
in 2. *de vita, & honeſt. cleric.* & *in ſumma tituli de ſtatu*
monachorum. §. *vtrum populum.* Alexand. *in conſil.*
82. *num.* 8. *vol.* 5. Ideo veſtes non mutat. *cap. ratio*
ſanctimonialis, vbi gloſſ. Archidiac. *diſtinct.* 23. Lucas
de Penn. *in l.* 1. *num.* 12. *C. de caſtr. pecul.* Palatin. *lib.*
12. gloſſ. *in cap. innouationem.* 16. *quæſt. vltim.* Boër.
deciſ. 158. *num.* 4. *& ſeq.* text. *cap. penult. in fin. de vita,*
& honeſt. cleric. Couar. *in cap.* 1. *num.* 18. *de teſtam.* D.
Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 105. *artic.* 1. Surdus *in tractatu*
de alimentis, tit. 8. *priuileg.* 79. *num.* 10. Item quia per
promotionem ad Epiſcopatū non eſt ſolutus à ni-
bus ſubſtantialibus religionis, caſtitate, paupertate,
& religione, gloſſ. *in cap, de monachis.* 16. *quæſt.* 1. *&*
cap. 1. 18. *quæſt.* 1. Socin. *in cap. cum olim in* 2. *num.* 17.
de priuileg. Couar. vbi ſuprà proximè, Præpoſit. *in*
cap. nulli dubium. 12. *quæſt.* 5. Surdus vbi ſuprà pro-
ximè. Nec liberatur ab omnibus religionis diſci-
plinis, quæ officium ſuum Epiſcopale minimè impe-
diant. D. Thom. vbi ſuprà proximè, Turrecremat. *in*
cap. carnem. de conſecratione diſtinct. 5. Sed eſt libera-
tus † ab accidentalibus, Doct. *in cap. clerici. & in* 14.
cap. 1. *de teſtamentis. & in d. cap. carnem, & in Clem. ad*
noſtram. de cenſib. Socin. ſen. & Abb. *in d. cap. cùm*
olim. de priuileg. qualia ſunt eſus carnium, ieiunia,
ſilentium. Turrecrem. *in d. cap. carnem*, *& in cap.* 1.
num. 1. 19. *quæſt.* 1. Zabarell. *in d. Clem. ad noſtram*
num. 7. Quare teſtamentum facere non poterit, quia
non abſoluitur à ſubſtantialibus, vt ſuæ Eccleſiæ
vndecumque prouenientia acquirat, & ideo etiam
Epiſcopus factus acquirit ſuo monaſterio, Rota *de-*
ciſ. 705. *part.* 1. *in Nouiſſimis.*

Sextò declaratur, quòd Papa poteſt dare licen-
tiam † Monacho, vt teſtamentum faciat. Couar. 15.
in d. cap. 2. *num.* 10. *de teſtam.* Bald. *in l. ſi quando, in*
princip. C. de inoffic. teſtam. & in l. final. C. vnde legiti-
mi, & in auth. niſi rogati. col. penult. C. de milit. teſtam. &
alij relati per Couar. *in d. num.* 10. Quoniam ſum-
ma eſt Papæ poteſtas, & poteſt reſtituere Monachos
mundò. Io. Andr. *in regula actus legitimi.* Abb. *in*
cap. ex publico. de conuerſ. coniugat. Socin. ſen. *in l. Gal-*
lus. §. *& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Adden-
tes ad Dynum *in regula ſemel Deo. lib.* 6. Nam Mona-
chi, & Moniales licèt non poſſint habere proprie-
tatem bonorum †, poſſunt tamen habere vſumfru- 16.
ctum aliquarum rerum, gloſſ. *in ver. in domo propria,*
in cap. inſinuante, qui clerici vel vouentes, vbi Innoc.
num. 2. Idem dicit eſſe ex permiſſione ſuperioris,
Abb. *in conſil.* 44. *num.* 4. *part.* 2. vbi dicit, quòd etiam
illius tacitus conſenſus ſufficit, nam qui habet
vſumfructum, non habet proprium, & hoc eſt in
vtilitatem monaſterij, quod tantumdem eſſet ero-
gaturum; ergo ſi quid ex dicto vſufructu Mona-
chus acquiſiuerit, quia illud etiam acquiritur dicto
monaſterio, vt per Abb. *in d. conſil.* 44. ideo Papa
poſſet ei dare licentiam teſtandi, & diſponendi.
Item quia ex diſpenſatione † Papæ poteſt penſio- 17.
nes retinere, & tunc illi ſoluenda eſt, non obſtante
profeſſione Verall. *deciſ.* 223. *part.* 2. Ergo de ſuper-
lucratis ex diſpenſatione, poterit ex Papæ diſpenſa-
tione in ſuo teſtamento diſponere. Item quia di-
cti vſusfructus, & penſio ſequuntur perſonam Mo-
nachi; idcirco ſi vellet licitè ad arctiorem religio-
nem tranſire, tunc iſta † quæ ſequuntur perſo- 18.
nam, acquirentur ſecundo monaſterio, vt latè per
Couar. *de teſtament. cap.* 1. *num.* 20. *verſ. & præterea*
in eo caſu; ergo multò magis poteſt Papa dare illi te-
ſtandi licentiam, vt extra monaſterium diſponat,
præſertim ſi in ſuos conſanguineos valdè pauperes
diſponere vellet, & monaſterium eſſet diues, nam
eſſet iuſta teſtamenti faciendi cauſa licentiæ con-
cedendæ.

Secundus caſus eſt, clerici † de omnibus bonis 19.
in clericatu acquiſitis teſtamentum facere poſſunt,
l. ſacroſanctæ. auth. presbyteros. C. de Epiſcop. & cleric.
Ideo de diſtributionibus quotidianis, & redditibus,
qui dantur pro celebratione Miſſarum, licita eſt diſ-
poſitio, ſicut de bonis patrimonialibus, quia dan-
tur pro miniſterio, & ſeruitio perſonali, & illis ac-
quiruntur, etiam quò ad dominium, Hoſtienſ. An-
ton. de Butr. Zabarell. & Immol. *in cap. quia nos, de*
teſtam. quos ſequitur Alexand. *in conſil.* 116. *num.* 5.
vol. 7. Rodoan. *in tract. de ſpolio. quæſt.* 6. *in fin. num.*
18. quamuis talia acquiſita dependeant à dignita-
te clericali. Pariſ. *in conſil.* 33. *num.* 12. *vol.* 4. & in
iſtis redditibus Eccleſiaſticis filiusfamilias † poteſt 20.
eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, & conſtituere
procuratorem nomine proprio. *cap. ſi annuum. de iu-*
dic. lib. 6. Lupus *in rubric. de donat. inter virum, & vxor.*
§ 42. *num.* 10. Et quia iſta bona dicuntur peculium
quaſi

quaſi caſtrenſe clericorum, ideo de illis poterit teſtari ſicut aduocatus. *l.final. C.de inoffic.teſtam.* Bald. Salyc. & cæteri *in d. auth. presbyteros*, & latiùs per Euerard. *in ſuis locis argumentorum,in loco* 53.*n.*3. & 13.*verſ.decimonono.*

21. Sed difficultas eſt de bonis aduentitiis †, præſertim acquiſitis ante clericatum, nam in illis pater habet vſumfructum, per *l. cum oportet. C.de bon. qua liber.* ideo de illis non poterit teſtamentum facere in præiudicium patris, cui eſt acquiſitus vſusfructus. Dec. *in cap.in præſentia.num.* 64. *de probat.* Couar. *in d.cap.quia nos.num.* 2. *verſ.in his verò bonis,de teſtamentis*; & hanc concluſionem, veluti communem probant Pinell. *in l.*1.*part.*1.*num.* 43. *verſ. decimò,ex eadem concluſione. C.de bon.matern.* Suarez *in quæſt.maiorat.in fin.num.*37. Lupus *de donat.inter vir. & vxorem.in rubric.*§.42.*num.*11.*vſque ad* 15.Ceuall. *in ſuis communibus opin. quæſt.* 794. *num.* 23. & 45. & alij ad hoc relati per modern. *in ſuis diſputat. forenſib.cap.*464. ea præcipuè ratione, quia clericatus non liberat à patria poteſtate.

Contrariam opinionem ego multis annis antè probaui *in tract.de iuriſdict. part.* 4.*caſu* 26.*num.* 10. & *plur.ſeq.* Quia d.c. *quia nos*,& d.auth.*presbyteros* †,
22. generaliter loquuntur, & indefinitè diſponunt omnes clericos, etiam exiſtentes in patria poteſtate, res quomodolibet venientes ad eorum dominium habere ſub ſua poteſtate, & de illis poſſe diſponere, & teſtari;nec diſtinguunt vtrùm peruenerint ante, vel poſt clericatum, & ſatis eſt quòd habeant in eorum dominio,quando volunt teſtari. Item quia ad-
23. uerbium *quomodolibet* †, includit omnem modum, vt notat Archidiacon. *in cap. indemnitatibus, de electione,& in cap.*1. § *præſenti. de clerico agrot.* & eſt aduerbium vniuerſale.*gloſſ.*2. *in Clem.* 2. *de ſentent. excomm.* gloſſ. *in Clem.*1. *de re iudic.* & includit omnem modum,qui comprehendi poteſt.Socin. *in conſil.*15. *col.* 12.*vol.* 1. & oſtendit plenam, & exuberantem voluntatem diſponentis. Dec. *in conſil.* 137. *col.* 1. *verſ. illa enim dictio.* Item ſi d. auth. *presbyteros*, in d. verbo *quomodolibet*,non eſſet generalis ad omnes caſus,ſed limitaretur in caſu patriæ poteſtatis, tunc nullum priuilegium clericis concederet, ſed procederet diſponendo iuxta terminos *d.l.cùm oportet*,cuius contrarium eſt communiter approbatum *in d.*
24. *auth. presbyteros*, & priuilegia † conceſſa militibus armatæ militiæ teſtamenta faciendi ad eorum libitum, intelligitur etiam conceſſum clericis, qui ſunt milites cæleſtis militiæ, *cap. reprehenſibile.* 32. *quæſt.*8. & *cap. Epiſcopus. de præbend.*& notant omnes *in l.miles.ff.de re iudic.* & ego pleniùs aliis de hoc ſcripſi *in l.centurio.ff.de vulgari.* Item quia d.c.*quia*
25. *nos* †,generaliter loquitur,quòd filius liberè diſponere poſſit de bonis,quæ ſibi obuenerunt ex ſucceſſione patris,vel matris, vel conſanguineorum, vel ex artificio ſuo; ideo Doctores generaliter ibi firmant hanc concluſionem, Hoſtienſ. *in ſumma tit. de peculio clericorum, verſ. quot ſint eius ſpecies.* Zabarell. & Immol. *in rubric. eiuſdem tit. in fin.* Abb. *in cap. in præſentia. num.* 56.& *ibi* cæteri Canoniſtæ *de probat.* gloſſ. *in cap.quia ingredientibus.*16. *quæſt.vltim.* & alij plures, quos allego *in d.caſu* 26. *num.* 8. & reſtringere d. c. *quia nos*, ad bona acquiſita poſt clericatum eſt deſtruere illum text. qui generaliter loquitur,per aduerbium *liberè*; quod denotat omnem libertatē abſque aliqua contradictione,& iuris impedimento. Item quòd eo ipſo quòd quis clericus factus eſt,à patria poteſtate exemptus eſt, latiſſimè probo *in d.tract.de iuriſdict.part.*4.*caſu* 27.per totum, quibus meis allegationibus circumſcriptis, moderniores firmarunt contrarium, illis non reſpondendo,nec aliquid noui inducentes.

Tertius caſus eſt, Epiſcopi †, & Cardinales teſtari 26.
poſſunt de bonis patrimonialibus quæ eis obuenerunt,& inſtituere quemcumque hæredem voluerint,etiam extraneum, nihil relinquendo Eccleſiæ.*c.Epiſcopi,& cap.ſeq.*12.*q.*1. *c.quicumque.*12. *quæſt.* 3. *c.fixum,*12.*q.*5.*c.*1.& *ibi* Couar.*n.*5.*de teſtam.*Clar. *in* §. *teſtamentum,quæſt.* 34. Item de illis bonis, quæ ex induſtria perſonali, & labore proprio acquiſiuerint, ita vt ſi non laboraſſent, non acquiſiuiſſent; idem de redditibus caſualibus, & incertis, qui non pertinent ad corpus præbendæ,neque computantur in illius,aut fructuum illius valorem. *d.c.quicumque.* 12. *quæſt.*3.& *cap.quia nos,& cap.relatum.de teſtam.*& *ibi* Couar.*num.*11.

Primò declaratur iſte caſus,vt procedat, etiam in illis bonis quæ donantur illis qui ſacris ordini-
bus † initiantur,videlicet ſi ad titulum patrimo- 27.
nij. Couar. *in d.cap.*1. *num.*13. *de teſtam.* Idem de diſtributionibus quotidianis, vt dixi in caſu præcedenti.Item de acquiſitis ratione alicuius officij, & exercitij perſonalis. *d. cap. quicumque. & d.cap.quia nos,& d.cap.relatum.*

Secundò declaratur,vt non procedat †,ſi teſtetur 28.
de fructibus, & redditibus,& obuentionibus Epiſcopatus, vel prouenientibus illius ratione. *d. cap. Epiſcopi,& cap.ſeq.* 12. *quæſt.*1. & *cap.nulli.* & *cap. fixum.*12.*quæſt.* 5. & *cap.*1. & *ibi* Couar. *num.*5. *de teſtam.* Clar. *in* §.*teſtamentum. quæſt.*27.*num.*3.Craſſ. *in* §.*teſtamentum.quæſt.*34. *num.* 2. & alij ad hoc allegati per Surdum *in tract. de alimentis, tit.*9.*quæſt.*12.*num.* 2.& *ſeq.*

Tertiò declaratur, quòd ſi Epiſcopus antequam aſſumeretur ad dignitatem habebat patrimonium,
tunc acquiſita † per eum, præſumuntur ab illo pa- 29.
trimonio perueniſſe, ita vt liberè de illis diſponere poſſit.Abb. *in cap.cùm eſſes,num.* 24. *verſ. quoad primum,de teſtam.* Zabarell. *in conſil.* 79.*num.*1. *verſ. imò etiam.* Corn. *in conſil.* 314. *numer.* 4. *vol.* 1. Capra *in conſil.*20. *num.*3. Decian. *in conſil.* 80. *num.*1. *vol.*4. & plurimos alios ad hoc probandum referunt, Menoch. *de arbitrariis,caſu* 195. *num.* 4. & *ſeq.* & *in lib.* 3.*præſumpt.* 53. *num.*2. Surdus *in d.tract.de alimentis. tit.*9. *quæſt.* 12. *num.* 6. Vbi quòd hæc concluſio eſt vera,quando hæres Eccleſiaſtici poſſidet bona,quæ præſumuntur acquiſita ex patrimonio defuncti,& ſi Eccleſia vult dicere contrarium, debet probare, & ita probarunt Couar. *in d.cap.*1. *num.* 9. *in fin. de teſtam.* & alij allegati per Menoch. *in d. caſu* 195. *in fine*,& per Surd. *in d.quæſt.*12.*num.*6. Et hæc conclu-
ſio probatur primò, quia ſemper præſumendum † 30.
eſt,quòd Eccleſiaſtici conſumpſerint fructus beneficiorum in alimenta, & alias expenſas neceſſarias, quia ſeruiens altari debet viuere de altare. *cap. cum ſecundum,de præbendis.* & D.Paul. *ad Corinth.c.*9.Ideo poteſt erogare fructus Eccleſiaſticos pro ſe ſuſtinendo, & fructus ſui patrimonij reſeruare ſibi & poſteris,Innoc. *in cap.Epiſcopus,de præbend.*Socin.qui atteſtatur eſſe communem opinionem *in conſil.* 91. *num.* 3. *vol.*3. Alexand. *in conſil.* 156. *num.* 3. *vol.* 7. Menoch. *in d. caſu* 195.*num.*5. & Surdus *in d. quæſt.* 12.*num.* 11. *vſque ad finem*, qui meliùs & pleniùs aliis hanc concluſionem probat. Item quòd ſtante d.præſumptione,diſpoſitio remaneat valida de acquiſitis per eum,probat Couar.*in d.cap.*1. *num.*2. *de teſtam.* & Vaſquius *in lib. controuerſ. illuſtrium d. cap.*
105. *num.* 9. Item quia poſſeſſio † transfert onus 31.
probandi contrarium in aduerſarium. *l.circa. l. ius eius.C.de probat. l.liberis.*§.*final. ff. de liberali cauſ. cap.*

ſæpe

ſæpe.de reſtitut.ſpoliat. Bartol. *in l.1.§.1.in 3. oppoſitione tertiæ partis.ff.de noui operis nuntiatione*, & ad hoc conferunt ſcripta per Bald. *in auth.ex teſtamento. C. de collationib.* & per Alex. *in conſil.171. col 2.verſ.ſed in hoc pondero. vol. 6.* & per Rotam dicentem alium caſum, videlicet quòd ius patronatus fundatum ab
32. Eccleſiaſtico habente † patrimonium, ſtante poſ-
ſeſſione hæredis præſumendum eſt laicale, niſi per Eccleſiam probetur contrarium, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 6. tit. iuſpatronatus.cap.quid ſi per clericum.*

Sed ſi Epiſcopus ante aſſumptionem ad Epiſcopatum non habebat aliquod patrimonium, nec poſt dictã aſſumptionem habuit aliquod officium, aut exercitium ex quibus lucrari potuiſſet, tunc per
33. eum acquiſita præſumuntur de bonis † Eccleſiæ, &
de eis nulla diſpoſitio fieri poteſt; ita poſt plurimos ab eis relatos probant Maſcard. *concluſ. 202. num. 2.* Menoch. *in dicto caſu 195.num.3. & in dicta præſumpt.53. num.1.lib.3.* Couar. *in d. cap.1.num.6.de teſtam.* Vaſquius *in d. cap. 105.* per plura iura quæ ipſe allegat, & Menoch. repetit.

34. In dubio autem, ſi prælatus † magnum habebat
patrimonium, & Eccleſiæ redditus erant tenues, ex patrimonio acquiſita fuiſſe præſumendum eſt; ex contrario, ſi redditus Eccleſiæ eſſent magni, & patrimonium tenue, tunc ex illis acquiſita eſſe firmarunt, Abb. *in d.cap. cum eſſes, num. 24. de teſtam.* Couar. *in d.cap.1. num.6.eod. tit.* & alij per Maſcard. *in d.concluſ.202. num. 4.* Sed ſi redditus eſſent æquales, & prælatus non fecerit inuentarium bonorum
35. ſuorum; ex quo † fuit in culpa non ſeruando cau-
telam legis, vt dicit Innoc. *in d.c.cum in officiis, de teſtamentis*, Abb. *in d. cap. cum eſſes, num. 24. verſ. aut dubitatur*, & tunc præſumuntur acquiſita ex vtriſque, ideóque acquiſita diuidenda ſunt inter hæredem prælati, & Eccleſiam, Immol. *in d.c.cum in officiis*, Bald. *in auth. licentiam. C. de Epiſcop. & cleric.* Vaſquius *in d. cap. 105. num. 6.* Menoch. *in d. caſu 195. num.7.*

36. Quartò declaratur †, vt Eccleſiaſtici poſſint te-
ſtamenta de omnibus bonis quomodolibet acquiſitis facere, quæ mortis tempore habere reperiuntur, ſi eſt de loci conſuetudine, vt teſtamenta facere ſoleant, & obſeruentur, quam conſuetudinem eſſe validam, firmarunt Innoc. & Abb. *in d.cap.cum in officiis.de teſtam.* Immol. & Franch. *in rubric.de teſtam.lib.6.* Decian. *in d. conſil. 80. num. 12. vol. 4.* vbi quòd eſt valida etiam ſi conſuetudine introductum eſſet vt diſponeret de fructibus percipiendis anno poſt eius obitum ſequenti.

37. Quintò declaratur, quando ex permiſſione †, &
indulto Pontificis de omnibus bonis, etiam mobilibus, & ex Eccleſiæ fructibus acquiſitis teſtamentum facerent; quam permiſſionem eſſe validam firmarunt gloſſ. *in auth. ſi quia mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bald. *in l.final.verſ.& prædicta faciunt.C.vnde legitim.* Alexand. *in conſil.101.num.6.& ſeq.vol.7.* Decian. *in d conſil.80.num.14.* vbi oſtendit eſſe communẽ con-
38. cluſionem, dummodo † ſeruet ſollemnitates à iu-
re requiſitas. *l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam.* cum aliis ad hæc relatis per Surd. *conſ.432. n.2.vol.3.* & dicta licẽtia intelligitur tam de primo, quàm de ſecundo teſtamento, quia recipit interpretationem de iure. Burſat. *conſil. 30. num.56.* Gabriel *conſil.83. num. 27.* Simon de Pret. *lib.2.ſolut.4.n.42. fol. 84.* Et quando Papa huiuſmodi teſtandi facultatem Eccleſiaſticis concedit, clauſulam apponere conſueuit, in proxi-
39. miores † hæredes diſponendo, ſuper qua aliquan-
do conſului, dictam facultatem per nomen collectiuum conceſſam, ita cõprehendere patruum ſicut nepotem per ſubingreſſionem, Ruin. *in conſil. 101. num.9. & ſeq. vol. 2. & conſil.152.num. 2. vol. 3.* Dec. *in conſil.1. col. final. verſ.poſtremo.* Alciat. *in l.iuſta. de verb.ſignificat.* Curt.iun. *in conſil.58.num. 3.verſ.cum igitur.* Socin. iun. *in conſil. 112. vol. 3.* Roland. *in conſil. 38. num.5. vol. 4.* Menoch. *in conſil. 124. num. 91. & ſeq. vol. 2.* Cephal. *in conſil. 200. num. 12. & conſil. 269. num. 52.* Couar. *in lib. practic. quæſt. cap. 38. num.6.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic.21. num. 25. verſ.ſecundo.*

Nec eſt vera opinio quòd proximior † vocatus 40.
ex diſpoſitione hominis excludat ſubingreſſionem, nam in ſtatuto, vbi pariter ſtricta facienda eſt interpretatio, proximior ad ſucceſſionẽ vocatus non excludit nepotem ex fratre. Alex. *in conſil.88.num.4. vol.1.* Dec. *in d. conſil.1.num. 2. & 8. & conſil. 484. num.8. & conſil. 527. num.4.* Iaſ. *in conſil.159.num.4. vol.4.* Socin. ſen. *in conſil. 252. num. 17.verſ. ſecundò reſpondeo. vol. 2.* & hanc eſſe concluſionem indubitatam, probat Roland. *in conſil. 68. num. 25. & 41. vol.1.* Bartol. *in l.1. §.ſi ſit nepos. ff. de collat. dot.* Laurent. Chirchoui. *in 2. parte comm. concluſ. ver. nepos, concluſ.54. in princip.* Et licèt verba ſtatuti propriè, & ſtrictè, vt ſonant, intelligenda ſint. *l.3.§.hæc verba.ff. de negot.geſt.* & ita hominis diſpoſitio, ſicut ſtatuti in
verbo *proximior* †, intelligenda ſunt de patruo, & 41.
amita, qui ſunt in primo gradu, non autem de nepote, qui eſt in ſecundo. *§.ſecundo. Inſtit. de gradib. cognat.* Nam cùm ſtatutum, & hominis diſpoſitio ſint conformes iuri communi, à quo paſſiuam interpretationem recipere debent. Paul. de Caſtr. *in l. ius ciuile. ff.de inſtit.& iur.* & de iure communi data ſubingreſſione nepos concurrit cum patruo. *§. reliquum. auth. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* quia per mortem patris, eius gradus non corrumpitur, ſed
perpetuatur † in filium. Dec. *in conſil. 527. num.8.* 42.
Socin. iun. *in conſil.126. num.12. vol. 1.* Item iſta fictio per ſubingreſſionem prouenit à lege. *d. §. reliquum*; ergo in huiuſmodi diſpoſitionibus locum habere debet, quia fundatur in æquitate. Pariſ. *in conſil.22. num.36. & ſeq.vol. 2.* Cephal. *in conſil. 339. num.26. vol. 3.* Cacheran. *deciſ. 126. num.5.* Item omnia contraria procederent, vbi ageretur de ſucceſſione alterius, quàm patrui, tunc enim repræſenta-
tio † non permittitur, vt probat Mantic. *lib. 8. tit.* 43.
6.num.3. Secus quando agitur de ſucceſſione hæreditaria aui, vel patrui carnalis vigore legis ſtatuti, vel fideicommiſſi, tunc enim fratris filius dicta prærogatiua gaudere debet, vel iure repræſentationis ex perſona patris, vel ex perſona propria propter perpetuationem gradus patris, vt cæteri dicunt, & eſt magis communis opinio, vt atteſtatur Burſat. *in conſil.1. num.25.& conſil.67.num.9.& ſeq.& num. 24. & conſil.71. vol.1.* Rota Bonon. Benintend. *deciſ. 88. & 51.*

Sextò declaratur, vt prælatus habens faculta-
tem † teſtandi, non poſſit diſponere de illis mo- 44.
bilibus, quæ emit pro ſuo Oratorio priuato, cui applicanit, quia facultas diſponẽdi conceſſa Prælatis, ſine concedenda, eſt moderata per Bullam Pij V. in prædictis bonis. Quare, niſi facultas teſtandi derogauerit dictæ Bullæ, mobilia Oratorio applicata
non comprehendit, & clauſula, *non obſtantibus* † 45.
quibuſcumque in contrarium, generaliter concepta, non comprehendit ea, quæ ſpecialiter prouiſa ſunt. Felin. *in cap nonnulli.num.23. de reſcript.* & fuit ſæpiùs iudicatum, vti probo *in tractatu de clauſulis part.1. clauſula 77. num.4.* Niſi per ipſam facultatem eſſent ſpecialiter ſublata impedimẽta ſpeciali derogatione

gatione illorum facta,cum clauſula ;*non obſtantibus aliis quibuſcumque*, prout eſt caſus in quo reſpondit Decian. *in d.conſil.* 80.*vol.*4. cuius ſcriptis addenda ſunt,quæ ſcripſi *in d.tractatu de clauſulis part.*4. *clau-*
46. *ſula* 14. Vbi quòd quando † derogatio eſt facienda de pluribus ſpecialibus conſtitutionibus, ſi facta eſt de vna,vel duabus,cum clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque*, tunc etiam aliis cenſetur derogatum, quæ ſpecialem derogationem requirebant, Rota *deciſ.*26.*part.*3. *lib.*1. *in Nouiſſimis*,& aliæ deciſiones ad hoc, *in Digeſt.Nouiſſim.tom.*6.*tit. Derogatio. cap. cùm expreſſè.* & an teſtandi licentia Cardinalibus conceſſa intelligatur de prima vice tantùm,vide Socin.iun.*in conſil.*89. *vol.*1.

ARTICVLVS V.

An ſint aliæ perſonæ,quæ teſtamenta facere ſint prohibitæ.

SVMMARIA.

1. *Occidens ſeipſum, an, & quando poſſit facere teſtamentum.*
2. *Teſtamentum factum ab eo, qui occidit ſeipſum propter metum pœnæ,non valet.*
3. *Sepultura Eccleſiæ quando ſit deneganda occidentibus ſeipſos.*
4. *Furor mentis non poteſt argui ex eo quia ſeipſum quis occiderit.*
5. *Furor quando probetur ex proiectione lapidum.*
6. *Occiderint ſeipſos cum magno conſilio qui fuerint.*
7. *Excommunicatus quando non poſſit condere teſtamentum,& num.*9.
8. *Excommunicatus retinet dominium ſuorum bonorum.*
10. *Vſurarius manifeſtus non poteſt condere teſtamentum,niſi ſub certa forma.*
11. *Hæretici,& illis credentes non poſſunt condere teſtamenta.*
12. *Hæretici ante ſententiam declaratoriam poſſunt condere teſtamenta.*
13. *Teſtamentum factum ante ſententiam declaratoriam non poteſt in dubium reuocari.*
14. *Morte ſequuta appellatione pendente,non poteſt amplius cognoſci de crimine.*
15. *Hæretici bona cenſentur ipſo iure confiſcata.*
16. *Bonorum confiſcatio poteſt tractari poſt mortem hæretici.*
17. *Deportati in inſtanti lata ſententia efficiuntur inteſtabiles.*
18. *Deportatus appellans,pendente appellatione,quomodo teſtari poſſit.*
19. *Teſtamentum deportati factum appellatione pendente,quandò remaneat nullum.*
20. *Meretrix ân,& quando faciat teſtamentum.*
21. *Meretricis publicæ bona tranſmittuntur ad hæredes.*
22. *Legitima debetur patri in bonis filiæ meretricis, niſi fuerit leno illius.*
23. *Infamis quilibet teſtari poteſt.*
24. *Meretrix occulta non acquirit ſibi, ſed fiſco.*
25. *Meretrix occulta non poteſt teſtari ad fauorem piæ cauſæ.*
26. *Meretrix quando propriè aliqua dicatur.*
27. *Nomina ſonantia delictum, quando verificentur.*
28. *Meretrix eſſe poteſt, etiam ſi vnius tantum libidini patuit.*
29. *Meretrix an eſſe poſſit, quando fuit duorum amaſia.*
30. *Meretrix dicitur cognita à duobus, etiam ſine quæſtu.*
31. *Salarium meretrici an ſit de iure debitum.*
32. *Meretricibus quomodo ſuccedatur ab inteſtato in vrbe Roma.*
33. *Sodomitæ non poſſunt condere teſtamenta.*
34. *Sodomitæ ſtatim ipſo iure perdunt dominium.*
35. Cap. cùm ſecundum.de hæretic. lib.6. *declaratur.*
36. *Nuptiæ naturæ contrariæ ſunt intelligendæ de vitio ſodomitico.*
37. *Condemnati ad mortem ſiue naturalem ſiue ciuilem non poſſunt facere teſtamentum.*
38. *Teſtamentum condemnatorum valet ad pias cauſas.*
39. *Condemnati aufugientes è carceribus poſſunt condere teſtamentum.*
40. *.. idem ſi à ſententia appellauerint.*
41. *Banniti perdunt bona, & non poſſunt condere teſtamentum.*
42. *Banniti quando poſſint teſtari, & in quibus bonis.*
43. *Prodigus pronuntiatus non poteſt teſtamentum facere.*
44. *Prodigus declaratus, ſi poſtea frugaliter viuat, non deſinit eſſe prodigus, niſi denuo declaretur frugalis vitæ.*
45. *Prodigalitatis cauſa quomodo debeat expediri,& cuius citatio requiratur.*
46. *Peregrini non poterant condere teſtamentum, hodie poſſunt.*
47. *Ciuis Romanus probatur ex facultate teſtandi.*
48. *Peregrini in quibus locis nihil poterant acquirere, nec diſponere, & quomodo habiles facti fuerint.*
49. *Hebræi poſſunt teſtari ſecundùm legem Moſaicam.*
50. *Cæci cum qua ſollemnitate debeant teſtari.*
51. *Forma* l. hac conſultiſſima, *non poteſt remitti pro parte.*
52. *Forma non ſeruata in minimo quando actus corruat.*
53. *Teſtamentum cæci ſi non valet, nec valebit iure codicillorum.*
54. *Teſtamentum cæci imperfectum, quando poſſit valere iure donationis cauſa mortis.*
55. *Captiui, & obſides non poſſunt teſtamentum facere.*
56. *Legati principum detenti ab hoſtibus non amittunt dominium bonorum.*
57. *Impuberes nullo modo teſtari poſſunt, ne ad pias quidem cauſas.*
58. *Impuberes poſſunt teſtari,vt valeat tanquam donatio cauſa mortis cum iuramento.*

NVnc de cæteris perſonis teſtamenta facere prohibitis agendum eſt, de quibus frequentiùs in foro pertractari conſueuit, quarum primus caſus eſt, de eo, qui ſeipſum occidit †. 1.
Aut enim tædio vitæ, aut impatientia doloris, aut morbo,aut furore, aut etiam pudore contingit aliquem ſeipſum occidere,vt dicit text. *in l.omne. §.qui ſe.ff.de re milit.* Aut etiam metu pœnæ,vt *in l.final.ff. eod.tit.* quorum exempla recenſet Petrus Roytius *in deciſ.*1. *Lituanica*, eorum videlicet, qui tædio vitæ ſibi mortem irrogarunt; item qui impatientia; item,

item,qui pudore,vel dolore; item eorum qui ne ad
manus inimicorum perueniſſent , ſe ipſos occide-
runt,quorum omnium vnica diſpoſitio ab Impera-
tore facta eſt *in l.2.C.qui teſtam. facere poſſ.* vt eorum
teſtamenta valida ſint , niſi in furore facta fuiſſent.
Item *in l.fin.§.fin.ff. de bonis eorum, qui ſibi mort. con-
ſciuer.* diſpoſitum eſt,hæredes illius,qui ſeipſum oc-
cidit , defuncti innocentiam probare poſſe , ante-
quam bona publicentur ; ergo teſtamentum vali-
dum eſſe præſupponitur. At ſi metu pœnæ † pro-
2. pter delictum irrogandæ,ſe interfecerint,teſtamen-
tum nullatenus valere diſpoſitum eſt *in d.l.2. C.qui
teſtam. fac.poſſ.& in l.ſi quis filio. §. eius. ff. de iniuſt. te-
ſtam.* vbi eorum qui mori magis,quàm damnari vo-
luerunt,leges teſtamenta irrita faciunt. Et quomo-
3. do † occidentes ſeipſos Eccleſiaſtica ſepultura
indigni ſint,ſcribit Roland. *in conſil.20.col.final.vol.
3.* & fuit deciſum in Rota Auenionen. vt *in Di-
geſt. Nouiſſim.tom. 6.tit.ſepultura.cap.cadauer.*

Declaratur iſte caſus , vt non procedat , quando
4. propter furorem † ſemetipſum occiderit. *d.l.2.C.
qui teſtam. fac.poſſ.* quia tunc voluntas deficit à qua
teſtamentum dependet. Nec valet argumentum, ſi
proiiciat lapides,vt alios offendat , furor probatur.
gloſſ. *in l.ſi cum dotem. §.ſi maritus.ff.ſolut. matrim.* &
ibi Doct. *l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* ergo
multo magis ſi ſibi ipſi manus iniulerit , quia *l.cum
autem.§.malus.ff. de ædilit. edict.* probat , quòd ſiquis
ſibi ipſi non pepercit , multò minus aliis parcere
5. præſumitur; reſpondetur enim non ſatis eſſe † la-
pides proiicere,niſi probetur inſanorum more fa-
cere,ſiue ex conſuetudine eius,cuius furor probare-
tur,ita Bald. Alexand.& Iaſ. *in d.§.ſi maritus*, decla-
rant. Item interdum ad ſuam defenſionem,aut al-
terius rei iuſtę cauſa lapides proiiciuntur,ſed occi-
6, dentium † ſeipſos , interdum plurimos magno
animi conſilio feciſſe legitur, Cleombrotus ado-
leſcens Ambraciota , lecto Platonis Phœdone , qui
eſt de animarum immortalitate, ſe in mare abiecit,
& M. Cato Vticenſis Romanæ ſapientiæ Princeps,
ne in Cæſaris victoris veniret poteſtatem, gladio
ſe interimens , non prius mortem ſibi conſciuit,
quàm Platonis dictum librum bis perlegiſſet ; non
igitur ex morte ſibi ipſi illata furor mentis argui
poteſt.

7. Secundus caſus eſt de excommunicato † , qui ſi
fuerit ita ob crimen hæreſis declaratus, inteſtabilis
redditur. *l.Manichaeos. l.credentes.C.de hæretic. cap.ex-
communicamus. §. credentes. de ſent.excommunic.* Idem
ſi fuerit excommunicatus pro crimine vſurarum.
cap.quamquam.de vſur.lib.6. Bald. *in l.final.num.7. C.
ſi a nō compet.iudic.* Idē ſi ſollemniter,& publicè fue-
rit excommunicatus. Bald. *in l.3. col. final. C. ſi pen-
dente appel. mors interuen*, quia ita anathematizatus
incidit in non leuem ſuſpicionem hæreſis. Franch.
in rubic.de teſtam.lib.6. num. 31. Craſſ. *in §. teſtamen-
tum quæſt.* 24. Sed ſi ex aliis cauſis fuerit excommu-
8. nicatus †,quia adhuc retinet dominium omnium
bonorum ſuorum *cap.cùm dilectus. de conſuetud.* ideo
de rebus ſuis non impeditur diſpoſitio in vltimis
voluntatibus,& contractibus,& in ſpecie quòd poſ-
ſit teſtamenũ facere,reſponderunt Federic.de Senis
in conſil. 71. Bartol.& Aretin. *in l.ſi quæramus. ff. de
teſtamentis.* Petrus Duenas *in regula* 272.& eſſe com-
munem concluſionem probat Clar. *in §. teſtamen-
tum. quæſt.* 24. quos ſequutus fui *in tract. de iuriſdi-
ctione part.3.cap.9.num.23. & ſeq.* quibus ſcriptis ad-
do,quòd iſtam quæſtionem diſputarunt ad vtram-
que partem Io. Andr. & Ancharan. *in cap. decerni-
mus.de ſentent.excommunic.lib.6.*& reſpondentes con-
trariis per optimas rationes probarunt , excommu-
nicatum † , propter alias cauſas, quàm hæreſis, 9.
poſſe teſtamentum facere , & ſi teneremus contra-
riam opinionem aperiretur via infringendi omnia
teſtamenta , nam multi ſunt caſus , in quibus quis
incidit in excommunicationem iuris, vel hominis,
qui communiter ignorantur,& poſt mortem teſta-
toris poſſet facilè probari quòd eſſet excommuni-
catus , & daretur occaſio ſupponendi teſtes falſos.
Ad euitanda igitur tot abſurda,benignius eſt ſequi
dictam communem ſententiam. Addo, quòd ipſam
ſequuti ſunt Innoc. *in cap.cum voluntate , de ſent. ex-
comm.* Iacob. de Bellouiſ. *in §. in omnibus. in auth. de
ſanctiſſ. Epiſcop.* Ioan. Andr. *in cap.dolo facis. de regul.
iur.lib.6.* Bartol. *in l.ſi quæramus. ff. de teſtamentis* , &
ibi Bald. *& in auth.credentes,& ibi* etiam Salyc. *de hæ-
retic.* Bartol. *in l.1.col.2. & ſeq.ff. de regula Catoniana.*
Bald. *in cap.intelleximus. col. 1. in fin.de iudic.* Abb. *in
rubic.de teſtam.col.2.* Zabarell. *in Clem. 1. col. 2. de ex-
cept.* Anton.de Butr. *in ſua diſputatione,incipiente, qui-
dam vſurarius.* Angel. *in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff.
ad Trebell.* Aretin. *in l.ſi quæramus.ff. de teſtamentis.*
Corn. *in conſil.180.col.pen.vol.4.* Socin. *in ſuis conclu-
ſionibus regula* 133. Felin. qui atteſtatur communiſ-
ſimam, *in cap.cum voluntate. de ſent.excomm.& in cap.
ad probandum,in princip.de re iudic.* Io. Fab. *in §. teſtes
in fin.Inſtit. de teſtam.* Barbat. *in cap. 2. col.final.de te-
ſtam.* vbi atteſtatur de communi,& *ibi* etiam Immol.
Bertrand. qui etiam dicit communem , *in conſil. 41.
vol.2.* Couar. *in rubric.de teſtamentis,part. 2. num.18.*
Hoſtienſ. *in c.pia.de except.* Calderin. *in ſua diſputatio-
ne incipiente , excommunicatus maiori.* Iacobin. *in l.
final. num. 3. C. de procurator.* Io. Monach. *in cap.
quanquam,de vſur.lib.6.*

Tertius caſus eſt, de manifeſto † vſurario , qui 10.
non poteſt teſtamentum facere, niſi ſeruata forma.
cap.quamquam. de vſur. lib. 6. & declarat Franch. *in
rubric.de teſtam.lib. 6.* & procedit iſte caſus etiāſi tē-
pore teſtamenti non erat vſurarius manifeſtus,quia
ſufficit aliquando fuiſſe,ad hunc effectum,vt teſtari
non valeat , niſi præſtita idonea cautione , id eſt,
cum fideiuſſore de reſtituendis vſuris quandocum-
que exactis,ita declarat Socin.ſen. *in conſil. 127. col.
1.& 2.vol.3.*

Quartus caſus eſt de hæreticis †, & credentibus 11.
illis , qui teſtamenta facere nullo modo poſſunt.
*d.auth.credentes.C.de hæretic.§.fin.in fin.Inſtit.quib.no n
eſt permiſſum facere teſtament.*

Declaratur iſte caſus , vt procedat , quotieſcum-
que ſententia † declaratoria data fuerit,ideo an- 12.
te illam nō eſt eis prohibitum teſtamentum facere,
quia omnes actus ciuiles facere poſſunt. *cap.final.de
homicid.lib.6.* & latè poſt alios relatos , probat Me-
noch. *de arbitrar. iudic. caſu 416. num.64. & ſeq.* &
quòd ante ſententiam declaratoriam poſſit omnes
actus ciuiles facere, fuit iudicatum in Camera Im-
periali,vt eſt *in Digeſt. Nouiſſ.tom. 2. tit. Hæreticus.
cap. licèt hæreticus* , & quòd propterea poſſit teſta-
mentum facere , probat Hotoman. *in conſil. 57.
num.34.*

Secundò declaratur, quòd ſi ante ſententiam de-
claratoriam mortuus fuerit , teſtamentum † prius 13.
ab eo factum,non poteſt vlterius in dubium reuo-
cari, *l. final. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer.* vbi quòd
ſi deportatus appellat,& pendente appellatione
mortuus ſit †, cauſa ampliùs tractari non poteſt, 14.
nec reſpectu bonorum confiſcationis,ſed omne to-
rum extinctum eſt. Paul. de Caſtr. *in l. qui à latroni-
bus , in gloſſ. final. ff. de teſtamentis* , & propterea *in
voto 63.* inter deciſiones Piſanas latè ſcripſi , teſta-
mentum

mentum deportati factum pendente appellatione,
eſſe validum, & ſuum effectum ſortiri debere.

Contrariam opinionem firmo in crimine hæte-
15. ſis, † in quo cùm bona intelligantur ipſo iure, ipſó-
que facto publicata à die commiſſi criminis, ideo
poſt mortem hæretici poteſt tractari de confiſcatio-
16. ne bonorum, † citatis hæredibus, & bonorum
poſſeſſoribus, & ita pluries fuit iudicatum in Rota,
vt *in Digeſt. Nouiſſ. d. tom. 2. tit. Hæreticus, in tribus ca-
pitibus vltimis*, & quomodo tunc bona hæretici di-
uidi debeant inter Principem ſæcularem, & Eccle-
ſiaſticum, ſcripſi *in tractatu de iuriſdictione part. 1. c. 5.
& part. 2. cap. 35. num. 9.*

17. Quintus caſus eſt de deportatis, † qui teſtamen-
tum facere non poſſunt, quia in inſtanti lætæ ſenté-
tiæ efficiuntur inteſtabiles actiuè, & paſſiuè ſerui
pœnæ, & amittunt bona, ciuitatem, & omnia ea,
quæ ſunt iuris ciuilis. *l. eius qui. §. 1. ff. de teſtam. &
l. ſeq.* à contrario ſenſu, *& l. 1. §. hi quibus. de legat.
3. l. quidam. l. qui vltimo. l. quod ſtatum. ff. de pœnis*,
& reputantur mortui ciuiliter. *l. 1. §. quidam. ff. de
bon. poſſeſſ. contra tabul.* & hanc eſſe communem
opinionem probat Immol. *in c. quia ingredientibus,
poſt num. 30. de teſtament.* Maranta *in l. is poteſt. num.
17. ff. de acquir. hæredit.* Natta *in l. hac conſultiſſima.
§. ex imperfecto. num. 31. C. de teſtam.* Clar. *in § teſta-
mentum. quæſt. 22. num. 1.* Bartol. *in l ſi quæramus. ff.
de teſtam.* Abb. *in rubric. de teſtam. num. 4.* Vaſquius
*in lib. controuerſ. illuſtr. cap. 46. num. 2. verſ. denique.
& in tract. de ſucceſſ. progreſſ. §. 1. & de ſucceſſ. reſolu-
tione. §. 3.* Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt. 17.* Capra *in
comm. opin. ver. teſtamentum condemnati ad mortem ci-
uilem.*

Et quia dixi in declaratione ſecunda præce-
18. dentis caſus, quòd deportatus appellans, † penden-
te appellatione poteſt teſtari, & ſi ante ſententiam
appellationis mortuus fuerit, tunc vlteriùs non
poteſt in dubium refricari. Hoc declaro, quia ſi
declaretur malè appellatum, & benè iudicatum,
vel appellatio ipſa propter lapſum fatalium deſera-
tur, & ita prima ſententia condemnationis reuiuiſ-
19. cat, tunc teſtamentum deportati † remanet nullũ,
ſicut ſi factum fuiſſet ante condemnationem, quia
ſequuta iudicatione, quæ in rem iudicatam tran-
ſiuit, teſtamentum reſcinditur, & procedit text. *d. l.
eius qui. §. 1. ff. de teſtam.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. verſ.
in gloſſ. vſque ad finem. ff. de his qui not. infam.* & pro-
batur *ibi* in text. *in verſ. ſi autem omnia tempora pro-
uocationis lapſa ſunt, retrò infamis eſt.* vbi gloſſ. alle-
gat *l. final. §. illud. C. de tempor. appellat.* & dicit ra-
tionem, quia ſtatim lata ſententia condemnatio-
nis efficit deportatum inteſtabilem, & ita fuit
iudicatum in prætorio Neapolis, vt *in Digeſt. Nouiſſ.
tom. 5. tit. teſtamentum. c. quidam deportatus.*

20. Sextus caſus eſt, de meretrice, † quæ licèt turpi-
ter acquirat, tamen acquiſita iuſtè retinet, & teſta-
mentum facere poteſt, Alberic. *in l. ſi quæramus, in
fin. ff. de teſtam. & in l. qui vas. §. final. ff. de furtis.*
Bald. *in l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ. & in c. cum
decorem. de vita, & honeſt. cleric.* Gabriel *in conſil. 17.
num. 5. vol. 2.* vbi quòd non ſolùm poteſt teſtari, ſed
21. etiam bona acquiſita † tranſmittere ad hæredes ab
22. inteſtato. Itẽ quòd in huiuſmodi bonis debetur le-
gitima † patri, dummodo non fuerit eiuſdem filiæ
leno, Natta *in conſil. 559. per totum.* Iaſ. *in l. 3. § ſed &
quod meretrici. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Guazzinus
de confiſcatione bonorum limitat. 42. poſt alios ab eo
relatos, & à Viuio *in deciſ. 482.* quoniam quilibet
23. infamis † teſtari poteſt, Bartol. *in l. is cui. § ſi quis ob
carmen. ff. de teſtam.* Cephal. *in conſil. 523. num. 124.
vol. 4.* & eſſe communem probat Clar. *in §. teſta-
mentum. quæſt. 25.*

Primò declaratur iſte caſus, vt procedat in me-
retrice publica, quæ ſui corporis copiam publicè
faciat, ſecus ſi non eſſet meretrix publica, ſed oc-
culta, puta amaſia alicuius, † aut aliquorum ſub 24.
ſeruitio carnali ſtaret, quia tunc ea quæ recipit
ob libidinem occultam, iniuſtè recipit, quo caſu
cùm dicatur committere adulterium, vel ſtuptum,
acquiſita ex eo caſu non poteſt propria facere, ideo
de eis teſtari nequit ad fauorem certæ perſonæ. Nec
etiam ad † fauorem piæ cauſæ, quia fiſcus illa bona 25.
capit. *l. Lucius. ff. de iure fiſci. l. in hæredem. ff. de ca-
lumniat.* Natta *in d. conſil. 540. num. 5.* vbi alios re-
fert. Peregr. *in tract. de iure fiſci. lib. 2. tit. 2. num. 6.*
Guazzinus *in d. limitat. 42. num. 2.* & ita fuit iudi-
catum in Regno Neapolis, vt per Viuium *in d. deciſ.
482.* eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtamentum.
cap. meretrix*, & ad hoc eſt text. *l. mulierem. ff. de his
quib. vt indign.* Bartol. *in l. miles ita. §. 1. ff. de teſtam.
milit.* qui loquitur ſi quid ei mulieri relictum ſit,
quæ concubina non ſit, nimirum, quia vxor eſſe
non poteſt, Ruin. *in conſil. 109. num. 29. vol. 3.* Lu-
pus *in rubric. de donat. inter vir. & vxor, §. 41. num.
1.* Crauet. *in conſil. 229. num. 12. in fine*, & alij ad
hoc allegati per Surd. *in conſil. 469. num. 30. vol. 4.*
qui probant, talia data mulieri quæ non ſit me-
retrix publica, nec ſit concubina, à fiſco auferri.

Secundò declaratur, quòd meretrix † propriè 26.
dicitur, quæ multorum libidini patet. *cap. viduam.
diſtinct. 34.* & latè per Caball. *in reſolut. criminal. 123.
in D. Nouiſſ. tom. 2. tit. adulterium. cap. coitus. Multi*
autem in iure aliquando dicuntur vigintiquatuor.
cap. diſciplina. diſtinct. 45. aliquando quadraginta. *c.
latores. de cleric. excommunic. maior.* aliquando duo.
§. final. Inſtit. de iure perſonarum, & *ibi* gloſſ. Abb. *in
c. inter opera, in fine. de ſponſalib.* & *ibi* Addentes re-
ferunt alios. Archidiacon. Præpoſit. & Turrecre-
mat. ſuper *d. cap. vidua*, dicunt, illud verbum *multi*
intelligendum eſſe ſecundùm ſubiectam materiam,
Socin. *in conſil. 54. col. 3. vol. 3.* dicit ad minus de-
bere eſſe tres, Ripa *in cap. 1. col. penult. verſ. item no-
ta. de iudiciis*, diſtinguit, quædam eſſe nomina † 27.
ſonantia in delictum, quæ denominantur ab actu,
& tunc ſufficit vnicus actus, vt homicida, calumnia-
tor, & ſimilia; quædam verò eſſe nomina, quæ de-
nominantur ab effectu, reſultante ex actu, vt me-
retrix, quæ dicitur à merendo libidinis ſtipendia,
ſecundùm Archidiacon. *in d. cap. vidua*, & tunc re-
quiruntur plures actus; idem in fœneratore, & lu-
ſore. Franch. *deciſ. 68.* Quamobrem concludi poteſt
quòd ſi mulier libidini duorum, vel trium patuit
ſine quæſtu, dicatur meretrix, quia ab omnibus
ſtipendium merebatur. Aut vnius † tantùm libidi- 28.
ni patuit, à quo quæſtum recipit, & iſta propriè
meretrix eſt. argum. *l. mariti. §. qui quæſitum. ff. de
adulter. in verſ. ſiue ſæpius, ſiue ſemel*, & ita firmarunt
Lucas de Penna *in l. final. §. ſi qua. C. de ſcenicis, &
ſpectaculis, & lenonibus. lib. 11.* vbi ad hoc multa al-
legat, & Neuizan. *in ſylua nuptiali. ver. non nubendũ,
num. 145.* Afflict. *in Conſtitutione regni, incipiente, quæ
paſſim, num. 2.* Ludouic. Peguer. *deciſ. 12. num. 7.*

Et propter hanc doctrinam reſpondi cuidam
iuueni, qui duxit in vxorem mulierem, quæ ab
omnibus publica meretrix æſtimabatur, quòd facti
infamiam euadere non poterat, & cùm ipſe excipe-
ret, fuiſſe potiùs duorum amaſiam †, & ſine quæ- 29.
ſtu, ideo meretricem dici non poſſe, vt dicit Io.
Fab. *in §. final. Inſtit. de inoffic. teſtam.* & probat Me-
noch. *de arbitrar. caſu 328. per totum*, & alij ad hoc

allegati per Surd. *in conſil. 469. col. final. vol.*4. Et
quia illam ſucceſſiuis temporibus retinuerunt pro
concubina, ideo habenda erat pro vxore. Ego di-
xi hanc concluſionem non applicari ſuo caſui, quia
Io. Fab. Cyn. Purpurat. & Decian. allegati per Sur-
dum loquuntur de ea muliere, quæ cum vno ama-
ſio concubuit, ſed iſta fuerat duorum ſucceſſiuè,
ideo intrat altera ſuperior à nobis firmata conclu-
30. ſio, quòd cognita † carnaliter à duobus, etiam
ſine quæſtu meretrix dicenda eſt. Item quia non
poterat probari ille concubinatus, qui aliquo mo-
do dedecus, & ignominiam cooperit, de cuius
probatione ſcribit Rota *in deciſ. 254. part. 2. in No-
uiſſimis*, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 4. tit. filius. cap.
non tam facilè*. Et an ſalarium meretrici †, aut al-
31. teri non publicæ promiſſum ſolui debeat, ſcribit
Andreas *in tit. Quibus modis feud. amitt.* & latiùs
per Balſaran. *ibidem*, vbi diſputat quæſtionem ad
partes.

Tertiò declaratur ſecundùm Bullas Pontificias
in Vrbe Roma: nam Leo X. item Clemens VII. &
Paulus III. conſtituerunt, quòd meretricibus de-
32. cedentibus † ab inteſtato ſuccedat monaſterium
mulierum Conuertitarum de Vrbe: ex teſtamento
autem teneantur relinquere quintam partem om-
nium ſuorum bonorum eidem monaſterio: at ſi fi-
lios habuerit, monaſterium ab illis ab inteſtato
excludatur.

33. Septimus caſus eſt de ſodomitis †, quos teſtamē-
ta condere non poſſe communis ſcribentium ſcho-
la ſemper reſpondit, Iacob. de Bellouiſu *in Auth.
vt non luxurietur contra naturam, in fine*, & *ibi* Bart.
Io. de Platea *in §. final. Inſtit. quibus non eſt permiſſum
fac. teſtam.* Socin. *in l. quidam relegatus, num. 1. ff.
de rebus dub.* Dec. *in l. 1. num. 8. C. de ſecund. nupt.* &
alij plurimi ad hoc relati per Tiraquell. *in l. ſi vn-
quam, in ver. reuertatur, num.* 384. *C. de reuoc. donat.*
per Boſſium *in pract. criminal. tit. de ſtupro in ma-
ſculum num.* 2. per Cottam *in ſuis memorialibus in
ver. Pedices*, Menoch. *de arbitrar. caſu 386. num.* 10.
Clar. *in practica criminal. ver. ſodomia, verſ. item ſodo-
mita.* Alciat. *in l. inter ſtuprum, in princip. ff. de verb.
ſignificat.* Couar. *in Clement. ſi furioſus, in principio §.
2. num. 6.* Ignatius Lopez *in additionibus ad practi-
cam Diaz ſuper cap. 88. verſ. punitur etiam ſodomita*,
alios refert atteſtantes de communi. Et licèt ipſe
Ignatius contrarium ſentiat, tamen omnes eius ra-
tiones ſunt reſolutæ per Anaſtaſium Platum inter
34. conſilia Barbatiæ vltima *vol.* 1. Nam ſodomita †
ipſo iure perdit dominium bonorum ſuorum; ergo
non dicitur poſſe teſtari, & ſententia declaratoria
delicti poteſt ſequi etiam poſt mortem ſaltem ad
effectum, vt teſtamentum poſſit annullari, licèt
non fuiſſet accuſatus, nec condemnatus in vita,
gloſſa, Cyn. Bald. & cæteri *in l. final. C. ad leg. Iul. de
adulter.* Bald. *in l. ſi quis inceſti col. 2. C. de inceſt. nupt.*
vbi quòd poſt mortem inceſtuoſi poteſt cognoſci
de crimine inceſtus ad annullandum eius teſtamen-
tum. Idem in vſurario, Feder. de Sen. *in conſil. 7.
& conſil. ſeq.* & de hæretico ſcripſi ſuperiùs. Quòd
autem ſodomitæ bona ſint confiſcata ipſo iure, pro-
batur per text. §. 1. *Auth. de inceſt. nupt.* & *ibi* gloſſ.
in ver. illicitas, in princip. vbi quòd ſtatim commiſſo
delicto, amittit dominium bonorum ſuorum, non
expectata ſententia declaratoria. Idem *in Auth. in-
ceſtas. C. de inceſt. nupt.* vbi Bald. notat ſodomitam
non poſſe alienare bona ſua, ex quo ſtatim eius bo-
na ipſo iure confiſcata cenſentur. Idem diſponit
35. Papa *in cap. cum ſecundùm* †, *in princip. de hæretic. lib.
6.* vbi gloſſ. *in ver. naturæ contrarias*, dicit ſodomi-
tam perdere dominium bonorum ſuorum ipſo iu-
re, & quòd verba illorum textuum, de nuptiis na-
turæ contrariis †, ſint intelligenda de vitio ſodo- 36.
mitico, probat Barbat. *in d. conſil. final. num. 8. vol. 1.*
quia Papa & Imperator gratia honeſtioris circum-
locutionis ita ſcripſerunt, ſicut fecit Imper. *in l. cùm
vir nubit in feminam, C. ad legem Iul. de adulter.* pro-
pter quæ verba gloſſ. *ibi* exponit, *nubit*, id eſt, in of-
ficium feminæ, & clariùs, ac latiùs de hoc ſcribit
Barbat. *in d. conſil. final.* Quæ opinio licèt veriſſima
ſit in iure, tamen ego qui multis luſtris verſatus
ſum in tribunalibus, nunquam adhuc vidi eam
in practicam deductam fuiſſe.

Octauus caſus eſt de condemnatis †, qui ſiue ad 37.
mortem naturalem, ſiue ciuilem, vtputa deporta-
ti, item aqua, & igni interdicti, item in metallum
damnati, teſtamentum condere non poſſunt. Bar-
tol. *in l. eius qui §. 1. ff. de teſtam. num. 1. verſ. quid de
illis, & in l. ſi quis filio §. irritum num. 1. verſ. quæro an
iſtud hodie ſit correctum. ff. de iniuſt. teſtam. & in l. qui
vltimo. §. 1. verſ. ſed illud quod hîc dicitur. ff. de pœnis.*
Paul. de Caſtr. *in d. l. eius qui. §. ſi cui n. 7. in princip.
& in verſ. Doctores dicunt contrarium.* Bald. *ibid. num.
2. verſ. quæro nunquid hodie, & num. ſeq.* Couar, *in
rubric. de teſtam. part. 3. num. 43. & ſeq. verſ. hæc ta-
men opinio minimè placet.* Rolandinus *in tractatu de
teſtam. rubric. 1. num. 30. & 35.* Vaſquius *de ſucceſſ.
reſolution. lib. 1. §. 3. num. 34. verſ. contrarium*, vbi
probat eſſe communem opinionem, *& in lib. 3. con-
trouerſiarum illuſtrium, cap. 96.* vbi plurimos ad hoc
refert, Clar. *in §. teſtamentum quæſt.* 21. vbi probat
eſſe communem, à qua non eſt audendum diſce-
dere, Andr. Gaill *in lib. 1. de pace publica cap. 19.
num.* 8. Et ratio ab omnibus allegatur, quia huiuſ-
modi perſonæ ſunt quaſi ſerui pœnæ, & quaſi per-
egrini ſine ciuitate; ideo ſicut ſerui non poſſunt. *l.
filiusfamilias. ff. de teſtamentis*, & ſicut peregrini non
poſſunt. *l. 1. C. de hæred. inſtit.* Item quia eorum bo-
na aut publicantur, aut applicantur deſcendentibus
vel collateralibus. *auth. bona damnatorum. C. de bo-
nis proſcriptorum*, quæ perſonæ non ſunt illorum
damnatorum hæredes, ſed ſucceſſores. argum. *l. 1. ff.
de iure fiſc.* & *ibi* not. Bartol. Sed qui bonis caret, te-
ſtamentum condere non poteſt. *l. lex Cornelia. ff. de
vulgar. & pupill. ſubſtit.*

Primò declaratur iſte caſus, vt eorum teſtamen-
tum valeat †, ſi ad pias cauſas factũ fuerit. Bart. *in 38.
l. 1. num. 28. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *ibi* omnes Doct.
Bald. *num. 22. & ſeq.* Abb. *in rubric. de teſtament.
num. 11. verſ. de damnato.* Couar. *ibid. part. 3. num.
44. verſ. cuius reſponſum coadiuuatur ex eo*, Aretin. *in
§. final. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Paul. de
Caſtr. *in d. l. eius qui. §. ſi cui. num, 11. verſ. quæritur
an condemnatus.* Craſſus *in §. teſtamentum, quæſt.* 17.
vbi probat eſſe communem concluſionem.

Secundò declaratur, quòd ſi poſt ſententiam
condemnationis, illi aufugerint †, teſtamentum 39.
facere poterunt. Bartol. *in l. qui vltimò. ff. de pœnis.*
Et eſſe communem opinionem probat Abb. *in ru-
brica de teſtamentis. num.* 4. Aretin. *in l. ſi quis poſt ac-
cuſationem. num. 1. ff. de teſtamentis.* Clarus *in d. §. te-
ſtamentum. quæſt. 22. num.* 2. Craſſ. *in d. §. teſtamentum.
quæſt. 26. num.* 4. Idem ſi non aufugerit, ſed à dicta
ſententia condemnationis appellauerit †, & pen- 40.
dente appellatione fecerit teſtamentum, nam erit
validum. *d. l. qui à latronibus. ff. de teſtam.* & eſſe com-
munem poſt Picum *in l. poſt contractum. num. 86. ff. de
donation.* probat Craſſ. *in d. §. teſtamentum. quæſt. 26.
num.* 7. de quo ſcripſi ſuperiùs in articulo præce-
denti.

Nonus

Nonus caſus eſt de condemnatis in contuma-
41. ciam, qui ſi fuerit bannitus vigore ſtatuti †, quòd
poſſit impunè offendi, tunc perdit bona, & ideo
teſtamentum facere non poteſt, Aretin. *in d. l. eius
qui. §. ſi cui. col. 5. verſ. quærendum eſt nunquid. ff. de te-
ſtament.* Immol. *in l. ex facto. §. ex facto. num.* 20. *verſ.
Item ſecus. ff. ad Trebell.*

Declaratur iſte caſus vt teſtamentum banniti nō
42. valeat † in bonis exiſtentibus in territorio ſtatuē-
tium. Nam ſi teſtamentum fecerit de iure com-
muni, illud quidem erit validum, quoad bona exi-
ſtentia extra territorium bannientium. Bald. *in d. l.
eius qui. §. 1. ff. de teſtament.* & hanc eſſe commu-
nem opinionem probat Capra *in ſuis communibus.
ver. Teſtamentum damnati.* Clar. *in §. teſtamentum.
quæſt.* 21. *num.* 4. Craſſ. *in d. §. teſtamentum quæſt.*
26. & latiùs hunc caſum declarat Menoch. *in con-
ſil.* 492. *vol.* 5. vbi pro declaratione conſiderat ſex
caſus.

43. Decimus caſus eſt de prodigo †, qui ſi ſemel
pronuntiatus eſt prodigus, teſtamentum facere non
poteſt. *l. is cui lege. ff. de teſtament. §. item prodigus,
Inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſtam. l. is cui bo-
nis. ff. de verb. obligat. l. 2. ff. de legat.* 1. Clar. *in §. te-
ſtamentum quæſt,* 33. Imò etiamſi in veritate non
fuiſſet prodigus, ſed ita pronuntiatus, & declara-
tus eſſet, nihilominus prodigus eſt æſtimandus, ita
vt teſtari non poſſit, Bartol. *in d. l. is cui bonis. ff. de
verb. obligat.* & *ibi* Iaſ. *num.* 14. *& ſeq.* Ripa *num.* 39.
44. *& ſeq.* Quamobrem ſi iſte ita prodigus † declara-
tus, poſtea pro frugali ſe geſſerit, & curator ei da-
tus nunquam ampliùs in ſuis negotiis ſe ingeſſerit,
& ita pro homine frugalis vitæ cōmuniter ab om-
nibus habebatur, adhuc per eum geſta nullius fir-
mitatis ſunt, quia regula *l. Barbarius. ff. de offic præ-
tor.* applicata ad prodigum qui frugalis vitæ factus
fuit, prout ſcribit Decian. *in conſil.* 2. *num.* 17. *vol.* 3.
poſt Pariſ. quem allegat, non procedit, ſtante de-
claratione, & decreto iudicis, quod inficit quem-
cumque actum poſtea ſubſequutum, & contra
Barbarium nullum decretum latū fuerat, ideo actus
per eum geſti non erant in radice infecti. Item
frugalitas vitæ potuit illum purgare à vitio, quod
opponitur auaritiæ, & reducere illum in ſtatu me-
dio, in quo conſiſtit virtus, ſed non potuit facere,
vt qui de iure talis declaratus eſt, ſine alio decreto
deſinat eſſe talis. Nam pro validitate ſuorum actuū
decretum reuocatorium neceſſarium erat; ergo
quantumcunque teſtamentum ab eo prudenti iudi-
cio factum ſit, tamen remanet in radice infectum,
ita vt à nulla virtute poſtea acquiſita poſſit validi-
tatem recipere, niſi decretum reuocatorium primi
interpoſitum fuerit.

Declaratur iſte caſus, dummodo declaratio pro-
45. digalitatis †, & decretum dationis curatoris cau-
ſa cognita interpoſita fuerint, & citato eodem ho-
mine, qui prodigus declarandus erat, aliàs dictum
decretum eſt nullum. Angel. *in d. l. is cui bonis. ff. de
verb. obligat.* & *ibi* Alex. *in fin.* & poſt alios Ripa
num. 26. & eſſe communem concluſionem probat
Decian. *in d. conſil.* 2. *num.* 10. *& plur. ſeq. vol.* 3. &
quando actus eſt nullus, impedimentum nullum
præſtat, ex reg. *c. non præſtat impedimentum. de re-
gul. iuris. in* 6.

46. Vndecimus caſus eſt de peregrinis †, qui te-
ſtamentum facere non poſſunt. Vlpian. *in frag-
mentis. l. 1. C. de hæred. inſtit.* Vaſquius *de ſucceſſ.
progreſ. lib. 1. §. 1. num.* 124 *& ſeq.* Nam is qui te-
ſtari vult, vtroque tempore, ſcilicet teſtamenti,
& mortis, debet eſſe ciuis Romanus. *d. l. eius qui.
ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Ideo Romæ aduenæ non po-
terant hæredes inſtitui, ſed fiſcus ſubintrabat.
*d. l. 1. C. de hæred. inſtit. l. 1. §. 2. ff. de legat. 3. l.
quidam. ff. de pœnis.* Cicero *in oratione pro Archia,*
vt oſtenderet †, illum eſſe ciuem Romanum, hoc 47.
argumento vtitur, quia teſtamento de bonis ſuis
diſpoſuerat, quo argumento etiam vſus fuerat De-
moſthenes *in oratione contra Ebulidem*, ad proban-
dum quòd Euſitenes erat ciuis Athenienſis. Sed
hoc fuit obſeruatum vſque ad tempora Federici
Secundi, qui omnia reuocauit. *Authent. omnes pe-
regrini. C. communia de ſucceſſionibus.* & permiſit om-
nibus aduenis decedentibus in confinibus Imperij
poſſe de bonis propriis diſponere ex teſtamen-
to, & quòd proximiores ab inteſtato ſuccedere
poſſent.

Hoc idem fuit conceſſum in Gallia †, vt per 48.
arreſtum ſub die 24. Nouembris 1544. quòd om-
nes aduenæ in regno Franciæ poſſent quomodoli-
bet diſponere in vita de eorum bonis mobilibus, &
immobilibus, & quòd poſſint obtinere literas na-
turalium ciuium, mediantibus triginta ſcutis. In
tota autem Boëmia obſeruatur, vt nullus aduena
poſſit emere aliquod immobile; ita etiam in mul-
tis ciuitatibus Alemaniæ, & in multis Italiæ, vt
in Ferraria, Alexand. *in conſil.* 157. *num.* 12. *vol.*
2. *& in conſil.* 168. *vol.* 6. Ancharan. *in cap. canonum
ſtatuta. de conſtitut.* Peruſij prohibitum eſt adue-
nis transferre proprietatem, & poſſeſſionem rei
immobilis in alterum, & Mediolani prohibitum
eſt aduenis habere vſumfructum, vel redditus
alicuius ſtabilis, ſub pœna confiſcationis bonorum,
nec conceditur creditori aduenæ, ob defectum ſo-
lutionis poſſe aliquo modo capi facere ſtabilia de-
bitoris Mediolanenſis, niſi cum conditione rela-
xandi infra annum, propterea creditores inter-
dum viliſſimè vendunt, vt in conſtitutione Me-
diolani, *in tit. de pœnis.* Et per conſtitutionem Ca-
roli Quinti Imperatoris, quiſque aduena reiici-
citur à ſucceſſione ſubditi Mediolani, cui con-
ſtitutioni Ioann. Baptiſta Plotus dedit quinqua-
ginta limitationes inutiles. Venetiis, obligatio
facta aduenæ non ligat hæredes ciuis Veneti, ni-
ſi in bonis mortui, vt *in ſtatut. lib.* 1. *cap.* 59. Bri-
xiæ eſt ſtylus, quòd mulier nupta aduenæ non
transfert dominium ſtabilium in maritum, ne-
que pretium eorum directè, vel indirectè. An-
gliæ non eſt permiſſum ſubditis hypothecare bo-
na aduenis, & quando occurrit caſus, habetur
recurſus ad Oratores, vt impetrent ſolutiones
fieri creditoribus eorum nationis. In tota regio-
ne Lituaniæ, Moſcouiæ, & Tartariæ idem ob-
ſeruatur, & quando aduenæ moriuntur, ſuccedit
fiſcus, teſte Sigiſmundo Libero *in Hiſtoria Moſ-
couitarum*; in Francia verò per plures ſententias
Parlamentorum Pariſienſium ab anno 1518. vſque
ad annum 1549. fuerunt relaxatæ omnes prohi-
bitiones in aduenas, præſertim mercatores, vt
commodiùs potuiſſent negotiari in toto regno
Franciæ.

Duodecimus caſus eſt de Hebræis †, qui poſ- 49.
ſunt teſtamentum facere, quia & ipſi ciues Ro-
mani ſunt. *l. Iudæi. C. de Iudæis.* Bald. *in l. fidei-
commiſſa, in princip. de legat.* 3. per illum text. *in verſ.
vel alterius cuiuſcumque gentis.* Et hoc procedit
etiamſi ipſi exerceant vſuram, quia diſpoſitio
cap. quamquam, de vſur. lib. 6. non habet locum
in Iudæis. Aretin. *in conſil.* 158. *in* 3. *dubio.* So-
cin. *in conſil.* 70. *volum.* 1. quos ſequitur Narta *in
conſil.* 621. *in princip.* vbi etiam conſuluit, quòd

teſtamentum Hebræi validum eſt, etiamſi duo, vel
tres tantùm teſtes adhibiti fuerint, quia ipſorum
teſtamenta & ſucceſſiones, etiam ab inteſtato,
recipiunt validitatem à lege Moſaica, quæ eſt Iu-
dæorum propria, & ad hoc probandum per totum
conſilium plurimos allegat. Idem probat Rimi-
nald. iun. *in conſil.* 119. *num.* 60. *& ſeq. vol.* 2. qui
citat Alexand. Paul. de Caſtr. & alios, & intelligit
l. Iudæi. C. de Iudæis, procedere in illis quæ ſpeciali-
ter non fuerunt deciſa per legem Moſaicam, & *ibi
num.* 38. *& ſeq.* probat eſſe communem.

Tertiuſdecimus caſus eſt de teſtamẽto cœci, quod
50. ſpeciales qualitates habere debet, de quibus *in l.
hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ.* nimirum,
quòd cœcus, conuocatis ſeptem teſtibus, & No-
tario, proteſtetur ſe velle ſine ſcriptis teſtari, ex-
primens legata, hæredum nomina, dignitatem, &
cætera diſponenda coram eis, prout declarant
Cynus, Bartol. Fulgoſ. Caſtrenſ. & alij, & Specul.
*in tit. de inſtrum. edit. §. compendiosè, col. antepe-
nult.* vbi ponit formam teſtamenti. Item quòd
Notarius, & teſtes ſe ſubſcribant, ſigillaque ſua
apponant, quod non requiritur in aliis teſtamen-
ti ſpeciebus. Item quòd hæredum nomina præpo-
nantur legatis, quod non eſt neceſſarium in aliis.
§. ante hæredis. Inſtit. de legat. Item quòd hæredes
per nomina, & cognomina, & indicia dilucida
exprimantur, vt etiam poſt alios declarat Dilect.
de arte teſtandi tit. 1. *cautela* 8. & quòd diſpoſitio
51. *d. l. hac conſultiſſima*, † eſt facta pro forma, diſpo-
nit eadem lex in fin. *in verſ. vt antelata forma*, & tex-
tus *§. cæcus, Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*
Cyn. Bartol. & alij plurimi relati per Roland. *in
conſil.* 82. *num.* 1. *col.* 1. Simon de Pret. *de interpret.
vltim. volunt. lib.* 2. *ſolut.* 4. *numer.* 98. *fol.* 88. Ce-
phal. *in conſil.* 72. *in fin. vol.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 6. *num.* 1. Nec placet, quod Riminald. iun.
reſpondit *in conſil.* 84. *numer.* 41. *vol.* 1. quòd hu-
iuſmodi forma teſtamenti faciendi per cœcum, ſi
fuerit vitiata in parte, non vitiat ipſum teſtamen-
tum, ex eo, quia illa regula, quòd forma non ſer-
52. uata, † actus corruit, tunc procedit, quando for-
ma fuerit ex toto prætermiſſa, ſecus ſi non ex to-
to, ſed aliquid per errorem fuerit omiſſum, pro
quo allegat Socin. *in l.* 1. *in fin. ff. de liber. & poſt-
hum. & in l. nominatim. ff. de condit. & demonſtrat.*
Albert. Brun. *in tract. de forma, in tit. de poteſtate, &
effectu formæ, limitatione* 9. Neuizan. *in conſil.* 77.
numer. 14. Hæc opinio non ſubſiſtit, quando for-
ma introducta habet decretum irritans, quod in-
ficit quemcumque titulum, vt ſcripſi *in tractatu
de clauſulis. parte* 1. *in clauſula decreti.* Sed *in §. cæ-
cus. Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtamen.* Iu-
ſtinianus dicit cœcum non poſſe facere teſtamen-
tum, niſi ſeruata forma ſuæ diſpoſitionis, pon-
derando verbum negatiuum *non poteſt.* quòd in-
ducit neceſſitatem, ita vt aliter factum omninò
corruat.

Declaratur iſte caſus, vt ſi non valet iure te-
ſtamenti, neque poſſit valere iure codicillo-
53. rum, † tum quia ipſe Imperator *in d. l. hac con-
ſultiſſima*, hoc expreſsè diſponit, vt ne iure qui-
dem codicillorum valeat: tum etiam quia ſi non
poteſt aliter teſtari, quàm ſeruata dicta forma; er-
go nec poteſt codicillos facere, quia regula eſt;
Qui non poteſt teſtari, nec poteſt codicillare, *l.*
2. vbi Bartol. & alij; *ff. de legat.* 3. *l.* 2. *§. furioſus, l.
conficiuntur. §. codicillos. ff. de iure codicill. l. diuus. §.*
1. *verſ. codicilli. ff. eod. tit. l. teſtamenta, & l. cùm
quis decedens. §. Titia. de legat.* 3. Bartol. *in l.* 1. *nu-
mer.* 18. *ff. de iure codicill.* Bolognet. *in authent. ex cau-
ſa. numer.* 81. *C. de liber. præterit.* Sed quòd poſ-
ſit valere iure donationis cauſa † mortis, præ- 54.
ſertim quando appoſita eſt clauſula expreſſa, ad
hoc videlicet, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iu-
re donationis cauſa mortis*, & eſt facta præſenti, &
acceptanti, vel Notarius ſtipulatus eſt pro dona-
tariis, ita reſpondit Riminald. iun. *in d. conſil.* 84.
volum. 1. & pro hac opinione conferunt, quæ
ſcripſi ſuperiùs in articulo præcedenti, de fi-
liofamilias qui non poteſt teſtari cum conſen-
ſu patris; & tamen illud teſtamentum adhibitis
iſtis circunſtantiis, valebit, vt donatio cauſa mor-
tis.

Quartuſdecimus caſus eſt de captiuis, † qui 55.
nullatenus teſtari poſſunt. *§. final. Inſtitut. quib.
non eſt permiſſ. fac. teſtament. d. l. eius qui. ff. eod. tit.*
quia captiui libertatem amittunt. *l.* 1. *l. in bello. §. ſi
quis ab hoſtibus. ff. de captiuis.* Sed ſi ante captiuita-
tem teſtatus fuerit, & poſtea reuertetur, poſtli-
minij iure valebit: at ſi mortuus in captiuita-
te fuerit, lex Cornelia fingit per horam antea mor-
tuum eſſe, *§. final. Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. fac.
teſtament. l. lege Cornelia. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. lex
Cornelia. ff. de vulgari ſubſtit. l. ſi pater. ff. de iniuſt.
teſtam.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.* 25. Sed hoc
non procedit in † legatis Principum, quia iſti ſi 56.
ab hoſtibus detineantur, libertatem non amit-
tunt, vt declarat Vaſquius *in lib. controuerſ. illu-
ſtrium cap.* 105. *numer.* 1. Nec procedit, in ca-
ptis à latronibus. *l. qui à latronibus. ff. qui teſtam. fac.
poſſ.* Niſi à piratis Turcarum captus eſſet, tunc
enim libertatem amittit, & teſtari vlteriùs non
poteſt. Simon de Pret. *lib.* 3. *interpretat.* 1. *dubio* 4.
numer. 4. Item obſides teſtari non poſſunt. *l. obſi-
des. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Craſſ. *in d. §. teſtamen-
tum. quæſt.* 25. *num.* 2. nam obſides captiuis com-
parantur.

Quintuſdecimus caſus eſt de impuberibus, † 57.
qui teſtari non poſſunt. *§. præterea. Inſtitut. quib.
non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. qua ætate. ff. eod. tit.*
quia nondum plenum animi iudicium habent,
Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. §.* 1. *numer.* 104. Craſſ.
in §. teſtamentum quæſt. 20. *numer.* 2. Quæ ratio ha-
bet locum tam in pagano, quàm in milite. Vi-
uius *in commun. opinion. ver. pupillus. num.* 5. Nec
attenditur quòd doli capax fuerit. Bartol. *in l. ſi
quæramus. ff. de teſtam.* Neque ſtatuto induci po-
teſt, vt teſtari valeant, quia dicit text. *l. final. C.
de teſtament. militum*, quòd indignum eſt dare
hoc priuilegium eis, qui animi firmitate, & iudi-
cio carent, & probat Viuius *in d. verb. pupillus.
numer.* 7. & quia fauor piæ cauſæ nunquam po-
teſt ſupplere voluntatem, & animi iudicium,
ideo receptum eſt, vt teſtamenta impuberum, ne
ad pias quidem cauſas valeant, *c. ſi pater. de teſtam.
lib.* 6. Bart. *in l.* 1. *quæſt.* 2. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Iaſ.
in l. reſcripta C. de precib. Imper. offerend. & alij re-
lati per Decium *in l. pupillum. numer.* 5. *ff. de regul.
iur.* Viuius *in lib. commun. opinion. ver. pupillus. nu-
mer.* 7. *verſ. illud procedit.* Clar. *in §. teſtamentum.
quæſt.* 5. *numer.* 3. Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.* 17.
numer. 5.

Declaratur iſte caſus, vt impuberes † poſſint 58.
donare cauſa mortis, ſub conditione, ſi de-
ceſſerint in ætate pupillari, & iureiurando di-
ctam donationem confirmauerint, Decian. *in d.
l. ſi pupillus*, & eſſe communem opinionem,
idem Decian. *in l. pupillum. ff. de regul. iur.* Vi-
uius *in d. verb. pupillus. numer.* 9. Dilectus *de arte*

teſtandi

teſtandi. tit. 1. cautela 3. omnes ea ratione mouentur, quoniam impuberes religione iuramenti ligantur.

ARTICVLVS VI.

An teſtamentum valeat, ſi malis artibus, & præter ordinem factum fuerit.

1. *Teſtamentum quando præſumitur dolo, vel metu confectum.*
2. *.. dolo factum an ſit nullum ipſo iure.*
3. *Matrimonium metu contractum eſt nullum.*
4. *Dolus dans cauſam contractui facit illum eſſe nullum ipſo iure.*
5. *Teſtamentum dolo, vel metu factum, eſt validum, ſed reſcindendum.*
6. *Matrimonium propter dolum non irritatur.*
7. *Teſtamentum blanditiis factum eſſe inualidum.*
8. *Teſtamentum quando blanditiis vitietur.*
9. *Dolus probatur per coniecturas etiam non ſufficientes.*
10. *Teſtamentum poſterius quomodo redditur nullum propter blanditias.*
11. *Teſtamenta quæ per actionem de dolo reuocentur.*
12. *Teſtamenti ſubſtantialia non deſunt, ſi dolus adhibetur.*
13. *Contractus valet in præiudicium doloſi.*
14. *Dolus extrinſecus à ſubſtantia non inficit actum.*
15. *Hæreditas aliquando aufertur ab hærede doloſo.*
16. *Dolus adhibitus in ſubſtantialibus vitiat actum.*
17. *Notarius tenetur ad intereſſe, ſi omittit ſubſtantialia teſtamenti.*
18. §. Hæc autem. auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, *declaratur.*
19 *Teſtamentum metu factum eſt validum, ſed reſcindendum.*
20. *Hæreditas aufertur per fiſcum ab hærede inferente metum teſtatori.*
21. *Teſtamentum metu factum aliquando eſt nullum ipſo iure, ſi prius proteſtatum fuerit cum iuramento de non teſtando.*
22. *Proteſtatio iurata præcedens facit actum ſequentem eſſe nullum.*
23. *Metus ſpecies quot ſint.*
24. *Metus reuerentialis per impreſſionem quis, & qualis ſit.*
25. *Metus, & reuerentia æquiparantur.*
26. *Metus reuerentialis arguitur ex authoritate, vel dignitate perſonæ.*
27. *Metus reuerentialis quomodo excuſet à peccato.*
28. *Metus reuerentialis facit deficere conſenſum.*
29. *Metus debet probari cum ſua qualitate.*
30. L. 1. §. quæ onerandæ. ff. quod met. cauſa, *quando procedat.*
30. *Metus reuerentialis non præſumitur propter ſolam præſentiam perſonæ.*
32. *Metus probatur ex perſona præſentia, cui niſi obtemperetur, aliquid mali poteſt accidere.*
33. *Metus ægroti quando præſumitur propter ſolam præſentiam hæredis.*
34. *Teſtamentum ad interrogationem an, & quando valeat, remiſſiuè.*

QVANDO teſtamentum præſumatur dolo, † vel metu confectum, 1.
ſcripſit Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 11. & ſeq. & in lib. de arbitrariis, caſu* 395. Sed an teſtamentum ita factum, validum fuerit, ſcribere omiſit, quod in hoc capite tractaturi ſumus, addito etiam tertio caſu, quando præter ordinem, teſtamentum factum fuerit.

Primus igitur caſus pertinet ad teſtamentum † 2.
dolo factum. Nam Petrus de Bellapertica *in l. 2. C. ſi quis aliquem teſt. probib.* firmauit teſtamentum dolo, vel metu factum eſſe nullum ipſo iure. quam ſententiam ſequuti fuere Iaſon *ibi*, & Cyn. *in rubric. eiuſdem tit.* Cuman. *in eadem rubric.* Gloſſ. & Immol. *in l. 1. ff. de teſtamentis*, arguentes à
matrimonio, † quod metu contractum ipſo iu- 3.
re eſt nullum. *cap. veniens. cap. cum locum. de ſponſalib.* Item Bald. *in l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. probib.* tenet hanc opinionem, per text. *in authent. vt cum de appell. cognoſc. §. hæc autem, in verſ. & aliquo*, præſertim, quando dolus ad damnum deſcendentium
adhibitus eſt. Item quia dolus † dans cauſam con- 4.
tractui, facit illum ipſo iure eſſe nullum. *l. 3. §. final. ff. pro ſocio. l. & eleganter. ff. de dolo*, & *ibi* gloſſ. & Doct. notant; etiam ſi contractus bonæ fidei eſſet iuratus. Anchar. *in conſil. 28. num. 7. verſ. talis autem contractus*, quia iuramentum dolo, vel metu præſtitum non obligat. Bald. *in conſil. 213. per totum. vol. 1.*

Contrariam ſententiam firmarunt gloſſa, Bald. Salyc. Paul. de Caſtr. & cæteri communiter *in d. l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari probib. & in rubric. & l. 1. ff. eod. tit. & in l. Lucius. §. Sempronius*, & *ibi* Alberic. *in fin. de legat. 2.* videlicet teſtamentum do-
lo, † vel metu factum eſſe validum, & eſſe com- 5.
munem opinionem atteſtatur Aretin. *d. l. 1. ff. de teſtam.* vbi probat argumentum de matrimonio ad teſtamentum non eſſe validum, & dat inſtan-
tiam. Item quia matrimonium etiam propter † 6.
dolum non irritatur, Abb. *in c. cum dilecti. de emption. & vendit.* gloſſ. *in l. final. ff. de ritu nuptiarum.*

Ex quo infero quòd illa opinio, quæ conclu-
dit, teſtamentum blanditiis factum non eſſe vali- 7.
dum, ſed nullum, quando blanditiæ ſunt nimium importunæ, vehementes, & reuerentia plenæ. Decian. *conſil. 65. vol. 2.* Corn. *in conſil. 319. vol. 4.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 2. tit. 6. num. 11. & ſeq.* Item
quando blanditiæ † ſunt factæ per eum, qui ha- 8.
bet teſtatorem in manibus, vitiant teſtamentum, Plot. *in conſil. 168. num. 51. vol. 1.* inter conſilia vltim. volunt. Et habens teſtatorem in domo propria, non poteſt inducere illum ad teſtandum, & mutandum teſtamentum, Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. præſumpt. 3. num.* 114. Idem ſi blanditiæ ſint doloſæ, & fallaces. Angel. *in l. non enim*, vbi etiam Cagnol. *ff. de inoffic. teſtam.* Decian. *in conſil. 489. numer. 1. & 6.* Benedict. *in c. Raynutius. ver. condidit in 2. num.* 25. Galiaul. *in conſil. 18. numer. 1. & 2.* Menoch. *in conſil.* 544.
Cepol. *in cautela* 62. Et quòd dolus † iſto caſu pro- 9.
betur per coniecturas, etiam non ſufficienter probatas, Franch. *deciſ.* 180. Item illa opinio, quòd
poſterius † teſtamentum reddatur nullum propter 10.
blanditias, etiam non falſas, ſi prius teſtamentum validum præcedebat. Burſat. *in conſil. 407. numer.* 151. Peregrin. *de iure fiſc. lib. 2. tit. 6. num. 12. verſ. ſed contra.* Plotus *in conſil. 1. n. 17.* Surd. *in conſil. 373. num. 17. & 25.* vbi quòd blanditiæ reddunt nullum

teſtamentum alterius teſtamenti reuocatorium, vel actione de dolo ſuccurritur læſis, & in conſil. 414. num. 21. & in conſil. 670. Signorol. in conſil. 526. Socin. iun. in conſil. 548. num. 15. vol. 2. Burſat. in d. conſil. 407. num. 155. & Paul. de Caſtr. in conſil. 231. col. final. vol. 2. Petrus Duenas in regula 31 incip. Adminiſtratores, Caluacan. in tract. de tutore. numer. 279.

Iſtorum concluſiones, dico, ſunt intelligendæ, vt teſtamenta in ſupradictis caſibus enumeratis ſint
11. valida, ſed poſtea † per actionem de dolo reuocanda, & reſcindenda, & ita fuit iudicatum in prætorio Neapolis, vt probat Afflict. in deciſ. 69. eſt in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. teſtamentum. cap. Catherina. Et præcipua ratio eſſe poteſt, quia quando dolus adhibetur pro reducendo teſtatore ad ita diſpo-
12. nendum, non deſunt ſubſtantialia teſtamenti, † vt declarat Bart. in d. l. final. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuer. & Bald. in l. final. C. eod. tit. Item dolus
13. dans cauſam † contractui parit effectum, vt contractus valeat in præiudiciũ doloſi, volente eo, qui per dolum fuit inductus, vt probat Feder. de Sen. in conſil. 89. qui ita intelligit d. l. & eleganter. ff. de dolo; quamobrẽ oppoſitio, & contradictio neceſſaria eſt, quia dum is qui paſſus eſt dolum petit, & doloſus opponit pactum, ille replicabit de dolo. l. tres fratres. ff. de pact. & ibi Angel. in princip. declarat, Paul. de Caſtr. in conſil. 491. num. 3. vol. 1. ergo cùm iſta requirantur, contractus valet; ergo & teſtamentum habens omnia ſubſtantialia, etiamſi dolo factum ſit, validum eſt, ſed propter dolum reſcindendum;
14. ergo dolus, † qui eſt extrinſecus à ſubſtantia actus, non illum inficit, aut inualidum reddit, ſed doloſum percutit, vt ab eo auferatur, puta ſi dolo hæredis teſtator mutauit teſtamentum, vel ab hærede legitimo impeditus eſt, ne teſtamentum facerer, vel vt teſtes non venirent, tunc in pœnam doli aufertur hæreditas ab eo, tanquam ab indigno. l. 1. §. ſi dominus, & l. 2. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib.
15. Et propter dolum commiſſum ab hærede: † vt ſi teſtator qui deſiderabat teſtamentum mutare, ab hærede impeditur, vel non adhibito Medico, vel malo Medico adhibito mortuus eſt, aufertur ab eo hæreditas, tanquam ab indigno. l. indignum, & ibi gloſſ. ff. de his quib. vt indign.
16. Sed ſi dolus eſſet adhibitus † in ſubſtantialibus, puta quia Notarius non adhibuit debitas ſollemnitates in teſtamento cæci per ipſam confecto, de quibus in l. hac conſultiſſima. C. de teſtam. & ſcripſi in
17. præcedenti articulo; tunc quia teſtamentum † eſt nullum ipſo iure, propter defectum in ſubſtantialibus, Notarius tenetur ad intereſſe hæredis, & legatariorum. l. final. & ibi gloſſa, Bart. Salyc. & alij C. de magiſtratib. conuen. Plot. in tract. de in lit. iurando. §. 18. n. 6. & ſeq. Phanuc. in eod. tract. part. 2. membr. 2. n. 7. quos ſequutus fuit Cæſar Manentus in conſil. 64. vbi etiam quòd in dubio omiſſio ſollemnitatum in teſtamentis, & codicillis præſumitur doloſa, Alex. & Iaſ. in l. iubemus. C. de teſtam. & probat Bero. in conſil. 5. num. 6. & ſeq. vol. 2. Cùm autem ſuis ſubſtantialibus non caret, dolus adhibitus extrinſecus non vitiat actum ipſo iure, ſed reſcindendum reddit.
18. Neque obſtat text. §. hac autem, † auth. vt cum de appellat. cognoſc. quia ibi diſponitur quando filius eſt exhæredatus ſine cauſa, & tunc nullitas teſtamenti nõ proficiſcitur à dolo, ſed ab exhæredatione, Iaſ. in auth. ex cauſa. num. 8. C. de liber. præterit. & Bart. in d. auth. ex cauſa, quem ſequitur Curt. ibid. num. 31. dicit ibi teſtamentum declarari nullum, quia erat falſum, non verè factum: ſed mihi melius videtur dicere nullitatem in illo caſu procedere ab exhæredatione ſine cauſa, vt per gloſſ. ibi in §. illud, eiuſdem tituli.

Secũdus caſus eſt de teſtamẽto † metu facto, quod 19.
eiſdem rationibus non poteſt dici nullum ipſo iure, ſed reſcindendum, quia geſta per metum ſunt reuocanda. l. 1. ff. de eo quod met. cauſa. l. 1. §. quæ onerandæ, & ibi gloſſ. ff. quarum rerum actio non detur. Neuizan. in conſil. 52. num. 46. Item quòd metus non reddat contractum ipſo iure nullum, probat Bald. in tractatu ſchiſmatis. col. 6. & quòd regulariter geſta per metum ſint reuocanda, & cauſa cognita reſcindenda ſint, probat totus tit. ff. & C. quod metus cauſa. Ancharan. in conſil. 382. & in puncto quòd teſtamentum metu factum ſit reſcindendum, probat Socin. iun. in conſil. 156. num. 2. vol. 2. Quamobrem ſi quis coëgerit teſtatorem ad ipſum † inſtituẽdum, 20.
teſtamentum valet, ſed fiſcus aufert ab eo, tanquam ab indigno, Bartol. in l. final. num. 1. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib. Bald. in l. 1. num. 6. C. eod. tit. Paul. de Caſtr. in l. 2. C. eod. tit. effectus eſt, quia cùm teſtamentum ſit validum, ſuccedentes ab inteſtato excluduntur, vt probat Menoch. in d. caſu 395. num. 7. nam ſi eſſet nullum, non poſſet ſuccedentibus ab inteſtato impedimentum præſtare: ſed quia teſtamentum valet, fiſcus auferr à cogente tanquam ab indigno. & ibi Menoch. poſt plurimos relatos probat concluſionem eſſe veram, etiam ſi teſtator ab aliquo cogeretur, vt tertium inſtitueret, non ab hærede illo facto fiſcus aufert tanquam ab indigno, gloſſ. in l. 2. in ver. remoueri, in fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. Bald. num. 9. verſ. ſecundò habet, Bart. in d. l. fin. n. 6. ff. eod. tit. quia quãdo dolus alterius eſt immediata acquiſitionis cauſa, tunc ei nocet, cui acquiſitum eſt. l. ſi procurator. ff. de doli except. l. 1. §. ſi quis tamen, & §. filius. ff. de vi, & vi arm.

Primò declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando teſtator ante dictum teſtamentum metu
factum, † proteſtatus eſſet cum iuramento ſe nol- 21.
le condere teſtamentum, nam tunc factum contra iuramentum de non faciendo, eſſet ipſo iure nullum, gloſſ. in c. licèt mulieres, & ibi Archidiacon. de iureiurand. lib. 6. c. cum contingat, & cap. intellecto, & ibi gloſſ. eod. tit. vbi quòd non valet alienatio facta à Rege de re, quam iurauerat non alienare. Alex. in l. duobus. §. final. ff. de iureiur. & hanc materiam ſcripſi fuſiùs in l. non ſolùm. §. morte. ff. de noui oper. nuntiatione, in lectura Patauina: vbi in materia renuntiationis probo, quòd ſi facta eſſet, etiam cum
iuramento, præcedente proteſtatione iurata, † 22.
de non renuntiando, illa non valet, quia iuramentum ſecundum primo contrarium non tenet, gloſſ. in d. c. cùm contingat, quæ eſt communiter recepta, Bartol. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Maranta in diſputatione 10. num. 55. qui atteſtatur de communi. Nam proteſtatio non dicitur contraria facto, quæ præſernat voluntatem à metu coactionis. Digeſt. Nouiſſ. tom. 1. tit. proteſtatio. cap. 1. & ſemper præſumitur durare eadem cauſa proteſtationis. d. tit. proteſtatio. cap. 2.

Secundò declaratur, vt procedat in omni me-
tu, † ſiue fuerit expreſſus, qui habet locum in- 23.
ter perſonas priuatas, de quibus in tit. ff. & C. quod met. cauſ. ſiue tacitus, & præſumptus, qui habet locum inter inæquales, vt patrem, & filium, dominum, & ſeruum, vel ſubditum, l. penultim. ff. de furt. Bald. in cap. 1. §. item iuramenta. numer. 7. de pact. iur. firm. Loffred. in conſil. 17.
numer. 17. & 32. Et ſi ille dominus fuerit † offi- 24.
cialis,

cialis, ille metus dicetur impreſſio, propter præ-
eminentiam officij. *l. ſi per impreſſionem. C. de eo quod*
met. cauſ. qui metus per impreſſionem etiam eſt cau-
ſa reſciſſionis actus. Decius *in conſil.* 229. *col.* 1. Lof-
fred. *in d. conſil.* 17. *num.* 21. Item ſi fuerit metus re-
uerentialis, qui propriè dicitur in filio reſpectu pa-
tris, item in liberto reſpectu domini, item in cleri-
co reſpectu Epiſcopi: de quibus *in l. 1. §. quæ oneran-*
dæ, & *ibi* gloſſ. *in ver. metus. ff. quarum rerum actio non*
detur, vt Bart. & cæteri Doct. *& in l. interpoſitas. C. de*
tranſact. & per Canoniſtas *in cap. cauſam matrimonij.*
de offic. delegati. Item vxoris reſpectu mariti, vt per
Bart. *in d. §. quæ onerandæ num.* 4. Item fratris mino-
ris gubernati reſpectu maioris gubernantis. Iaſ. *in*
l. pactum, num. 5. verſ. quartò facit. C. de collat. & Ad-
dentes ad Bartol. *in d. §. quæ oneranda, in ver. dicit ta-*
25. *men not. gloſſ. & in ſumma*, quia metus †, & reue-
rentia æquiparantur. gloſſ. *in d. §. quæ onerandæ*, &
ibi Bartol. Item Bald. *in Margarita, in ver. metus, &*
verb. metum. verſ. final. Innoc. *in d. c. cauſam matrimonij,*
in gloſſa ſua, in ver. conceſſa, & reuerentia debetur ra-
tione ſuperioris poteſtatis. *cap. viſis.* 16. *quæſt.* 2. Al-
beric. *in dictionario, in ver. reuerentia.* Ideo omnes in-
feriores videntur ſuperioris metum habere reue-
26. rentialem; authoritas † enim, vel dignitas perſo-
næ tribuit iuſtam cauſam metus reuerentialis, Are-
27. tin. *in conſil.* 20. *num.* 11. Et metus reuerentialis †
aliquo modo excuſat à peccato, quia ſi eſt mortale,
iure humano fit veniale, Syluestrina *in ſumma ver.*
metus, verſ. ſeptimò quæritur. Secus eſt de iure natura-
li, vel diuino, vt *ibid.* licèt poſſit dici, quòd ille me-
tus excuſet, ſaltem quatenus ipſe fuit cauſa pecca-
ti, vt per Nauarr. *quæſt.* 17. *num.* 30. *verſ. addidi alia*, &
metus ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus excuſat à culpa.
Grammatic. *deciſ.* 18. *num.* 19. quia metus cauſa ge-
ſtum, Dei voce ratum non habetur. Boër. *deciſ.* 100.
28. *num.* 1. Item excuſat † à contractibus, quia ali-
quo modo facit deficere conſenſum. Aretin. *conſil.*
14. *num.* 8. Capyc. *deciſ.* 45. *num.* 5. Grammatic. *deciſ.*
103. *num.* 49. *& ſeq. & num.* 70. Rota *deciſ.* 5. *de re-*
nunt. in nouis.

29. Tertiò declaratur, vt metus † ipſe probari de-
beat cum ſua qualitate, vt pluries fuit in multis ca-
ſibus deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 1 tit. metus.*
cap. 1. & plur. ſeq. Et propterea verus intellectus *d. §.*
30. *quæ onerandæ* †, eſt vt procedat, quando minæ, aut
verbera præceſſerint. Alex. *in l. quæ dotis. n. 27. in fin.*
ff. ſolut. matrim. verſ. nec obſtat. d. §. quæ onerandæ, & in
l. ſi cum dotem. § eo autem tempore. num. 11. *ff. eod.* vbi
31. poſt Bartol. & Immol. quòd metus † non eo ipſo
præſumitur adhibitus, ſi pater, vel maritus aut alia
perſona, cui debetur reuerentia, præſens fuerit
actui, niſi de minis, aut verberibus præcedentibus
conſtet, & Abb. *in cap. 1. num. 3. de offic. delegati*, dicit
aduertendum eſſe in qualitatibus terrentium, nam
ſi ſolent ſæuire poſt minas, inducunt iuſtum me-
tum, Felin. *num.* 2. poſt Bald. *ibid.* Idem ſi fuerint
blanditiæ, & preces potentum, vt *ibid.* & per Ale-
xandr. *in l. non eſt veriſimile. §. ſi iuſto metu. ff. de eo,*
quod met. cauſ. Suarez *in conſil.* 23. *num.* 1. *gloſſ. in l.*
1. C. ſi rector prouinciæ. text. *cap. cum inter. de electio-*
ne. Abb. *in cap. Abbas. de his, quæ vi, metuſue cauſ.*
fiunt. & in cap. inſinuante, qui cleric. vel vouent. Innoc.
& Felin. *in d. cap. cauſam matrimonij, num. 4. circa fin.*
de offic. delegati. Bartol. *in l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt.*
Crauett. *in conſ.* 49. vbi latè, quomodo metus probe-
32. tur. Item quando perſona †, cui debetur reueren-
tia, eſt talis, cui niſi obtemperetur, aliquid mali ac-
cidere poſſet, tunc ſola illius præſentia inducit iu-
ſtum metum pro reſciſſione actus. Addentes ad
Bart. *in d. l. 1. §. quæ onerandæ*; tunc enim ita inſpicitur
nocendi potentia, ſicut actus. *l. Labeo. ff. de ſtatuliber.*
Ancharan. *in conſil.* 159. *num.* 2. Ideo ægrotus qui eſt
in manibus eius †, qui multis precibus illum roga- 33.
uit, ſi teſtatur in illius præſentia, dicitur eſſe in iu-
ſto metu reſciſſionis, quia iuſtus metus non ſolùm
eſt, ſi periculum inſtat, ſed etiamſi ad id veriſimili-
ter tendit. Grammatic. *in conſil.* 13. *num.* 24. Et quan-
do preces ſunt importunæ, & perſuaſio eſt conti-
nua, tunc habent vim coactionis. Crauett. *in conſil.*
11. *num.* 17.

Tertius caſus eſt, quando teſtamentum † fit 34.
præter ordinem, quod interdum etiam malis arti-
bus fieri potuit, vt quia præter intentionem teſta-
toris, teſtamentum ſcribatur, & poſtea à Notario
interrogetur, an ita teſtamentum faciat, & ipſe re-
ſpondet quòd ſic, tunc tale teſtamentum non eſſe
validum, ſcripſi plenè ſuprà *in part. 3. quæſt. 12. art. 1.*
ibi videndum eſt.

Articvlvs VII.

An teſtamentum valeat, ſi non eſt completum, neque publicatum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum non valet, quando non eſt completum vſque ad vltimam ſyllabam.*
2. ... *eſt quid indiuiduum, & pro parte valere non poteſt.*
3. ... *non completum dicitur imperfectum ratione voluntatis.*
4. *Contractus perfectio conſiſtit in concluſione.*
5. *Teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis, quando apparet quod teſtator aliqua volebat addere.*
6. *Verba priùs prolata probant intentionem agentis.*
7. *Teſtamentum non completum eſt inualidum, etiam inter liberos, & ad pias cauſas.*
8. *Teſtamentum inter liberos eſt validum vbi apparet de voluntate patris.*
9. *Voluntas probatur ex teſtamento nullo, & inutili, & in quibus procedat, num.* 10.
11. *Voluntas non poteſt colligi ex teſtamento, in quo in ſubſtantialibus erratum eſt.*
12. *Legata quando ſint partes integrales teſtamenti, & num. 15. & num. 17.*
13. *Tutorum datio quando dicatur pars integralis teſtamenti.*
14. *Teſtamentum cum legatis quando ſit quid indiuiduum.*
16. *Indiuiduum aliquando conſtituitur ex pluribus ſeparabilibus ratione formæ.*
18. *Actus in dubio cenſetur factus ſecundùm ſuam naturam.*
19. *Voluntas faciendi legata non probat illa eſſe de forma teſtamenti.*
20. *Teſtamentum eſt validum, etiamſi legata non ſint facta.*
21. l. ſi is qui. ff. de teſtamentis, *in quibus caſibus procedit.*
22. *Mentis vna qualitas durare præſumitur in toto actu.*
23. *Teſtamentum quando ſit perfectum, etiamſi teſtator non publicauit.*
24. *Voluntas, & publicatio ſcripturæ ſunt actus ſeparati.*

25. *Publicatio teſtamenti quando pertineat ad ſollemnitatem illius.*
26. *Teſtamentum ordinatum à teſtatore, ſed remiſſũ ad publicationem ad craſtinum diem, non dicitur imperfectum ratione voluntatis.*
27. *Conditio non importatur per dilationem breuis temporis.*
28. *Teſtamenti continentia, & ſcriptura Notarij ſunt diuerſa.*
29. *Teſtamenti inſtrumentum quos effectus producat.*
30. *Voluntas teſtatoris quomodo concurrat ad actum publicationis teſtamenti.*
31. *Publicatio teſtamenti non eſt coniuncta cum voluntate teſtatoris, ſed cum ſcriptura.*
32. *Publicatio teſtamenti an ſit pars integralis ipſius.*
33. L. contractus. C. de fide inſtrum. *declaratur.*
34. *Contractus non dicitur perfectus, ſi Notarius per conuentionem adhibendus erat.*
35. *Actus in dubio cenſetur factus ſecundum ſuam naturam.*
36. *Teſtamenti publicatio non dicitur de forma ex ſimplici voluntate teſtatoris.*
37. *Teſtamentum in dubio cenſetur validum abſque publicatione.*
38. *Voluntas perfecta non vitiatur ob publicationem non ſequutam.*
39. *Scriptura præſumitur cogitata ad faciliorem probationem.*
40. *Contractus dicitur fieri in ſcriptis, quando expreſſè conuentum eſt.*
41. *Teſtamenti publicationis defectum, qui tentant, facere illud nullum.*
42. *& quomodo illorum opinio ſit reprobata.*
43. *Couar.* in cap. relatum. num. 11. de teſtam. *declaratur.*
44. *Teſtamentum nuncupatiuum ſcriptum per Notarium non probatur per teſtes.*
45. *Teſtamentum eſt validum eo ipſo quòd eſt approbatum in ſingulis partibus a teſtatore coram teſtibus.*
46. *Teſtatoris voluntatis perfectio, quomodo probetur.*
47. *Clauſula,* & hanc dixit, *&c. quomodo extendatur.*
48. *Clauſula,* Actum, *&c. denotat perfectionem teſtamenti, & cuiuslibet actus.*
49. *Teſtamenti publicatio quotuplex ſit.*
50. *Publicatio teſtamenti in ſcriptis debet fieri citata parte, & præuio iuramento calumniæ petentis fieri.*
51. *Teſtamentum ſi non poteſt probari per teſtes, tunc publicatio eſt de illius ſubſtantia.*

NIhil dicitur actum, quando aliquid ſupereſt agendum. *l. penult. C. de his quib. vt indign. l. ſi quis legatum. ff. ad leg. Cornel. de falſis.* Quamobrem ſi teſtator non compleuit, quod facere
1. deſtinauerat, teſtamentum † non valet, quo-
niam illud perficitur in vltimis verbis. *l. ſi is qui. ff. de teſtam. l. ex ea ſcriptura. ff. eod. tit. l. final. §. illud. C. de codicill. l. fideicommiſſa, in princip. de legat. 3.* Vt autem iſte articulus clarior fiat, tres caſus conſidero.

Primus caſus eſt, quando teſtator inſtituit hæredem ſuum, & fecit aliqua legata, & quia plura alia facere deſtinauerat, morte præuentus complere non potuit, tunc totum teſtamentum corruit, quoniam
2. eſt quid indiuiduum †, ideo pro parte valere non
poteſt. Bartol. & cæteri *in d. l. ſi is qui. ff. de teſtam. & in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Bald. *in d. l. ſi is qui,* dicit, quòd teſtamenti forma eſſentialis conſiſtit in puncto indiuiſibili, & in vltima litera concluſiua, ſicut in Baptiſmate. Item quòd tale teſta-
mentum dicatur imperfectum ratione † volunta- 3.
tis, & nullo modo valeat, firmarunt Natta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. numer. 139. & ſeq. & in conſil. 164. num. 26. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Dec. *in conſil. 159. in fine.* Rimin. iun. *in conſil. 254. num. 4. vol. 3.* Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 7. num. 5.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 22. limitat. 12. num. 6. verſ. ſecundus caſus.* Menoch. *in conſil. 45. num. 28. vol. 1.* quoniam nihil dicitur actum quando aliquid ſupereſt agendum. *l. pen. C. de his quib. vt indign.* ſicut dici-
mus, quòd contractus † perfectio conſiſtit in con- 4.
cluſione omnium pactorum. *l. ſi voluntate. C. de reſcind. vendit.* & *ibi* Bald. dicit eſſe notandum, ita vt partes dicantur habere contrarium pro abſoluto, quando totum contractum concluſerunt. *l. contractus. C. de fid. inſtrum. l. inciuile, &* ibi Bald. *ff. de legibus.* Idem in ſententia Bald. *in repetit. l. quid ergo. §. pœna grauior, num. 10. verſ. iuxta hoc quæro. ff. de his qui not. infam.* Et quando duo requiruntur, contractus dicitur in vltimo perfici, & conſummari. *l. quoties. C. de rei vendicat.* Et in hoc caſu ſi non deceſſiſſet teſtator, aliud diſpoſuiſſet, vel iam diſpoſitis aliquas conditiones adieciſſet, vt dicunt Paul. de Caſtr. & Aretin. *in d. l. ſi is qui. ff. de teſtament.* & Pariſ. *in conſil. 146. num. 7. & ſeq. vol. 4.* Quamobrem imperfectum dicitur teſtamentum ratione voluntatis, quando integraliter completum non fuit, nam vt plurimum ſolent teſtatores in ipſo teſtandi actu aliqua mutare, addere, vel reuocare diſpoſita; ergo interim teſtatus dici non poteſt.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando appa-
ret tacitè, vel expreſſè, quòd teſtator † aliqua alia 5.
diſponere volebat, vt dicit Bartol. *in d. l. ſi is qui ff. de teſtam.* Et poteſt apparere, ſi teſtator antequam incepiſſet teſtamentum, iam explicauerat quid vole-
bat agere, nam verba † priùs prolata probant 6.
qualis fuerit intentio diſponendi. *l. Labeo. §. idem Tubero ff. de ſupellect. legata. l. nepos Proculo, circa medium. ff. de verb. ſignificat.* Dec. *in l. ſemper in ſtipulationibus. col. 1. ff. de regul. iur.* Crauett. *in conſil. 35. num. 6.* Item ex verbis prolatis arguitur animus diſponendi. *l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. de doli except.* Item ex præcedentibus cognoſcitur animus reſpectu ſubſequentium. *gloſſ. 2. in l. apud Iulianum, in princip. ff. de doli except.* Bald. *in l. cum proponas. num. 2. in fin. C. de bonis auth. iudic. poſſid.* Item mens diſponentis declaratur ex præfatione. *l. cum pater. §. dulciſſimus. &* ibi gloſſ. *in verb. diſcordiæ. de legat. 2. l. item quia. §. final. ff. de pact.* Bartol. & cæteri *in l. final.* per illum text. *ff. de hæred. inſtituend.* Sicut dicimus quòd nominatio teſtatoris probat eũ voluiſſe facere teſtamentũ, non autem codicillos, Corn. *in conſil. 161. col. 2. in fin. vol. 1.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 16. requiſito 20. num. 21.*

Secundò declaratur, vt teſtamentum non completum, & ita imperfectum ratione voluntatis non
ſit validum, etiamſi inter † liberos factum fuiſ- 7.
ſet. Bartol. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, & ibi* Alexand. *num. 5.* Curt. iun. *num. 12.* Iaſ. *col. 1. in fin.* gloſſ. *in d. l. ſi is qui teſtamentum. & in l. final. §. completum. C. famil. herciſc. & ibi* Bald. & Salyc. & eſt communis opinio, de qua per Durand. *de arte teſtandi. tit. 2. cap. 11.* Corn. *in conſil. 118. col. 1. vol. 3.* Alexand. *in conſil. 76. num. 13. vol. 3. & in conſil. 130. num. 2. vol. 7.* latè Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 22. limitat.*

*limitat.*12.Menoch. *in d. conſil.* 45. *num.* 28. *vol.*1. Item quòd imperfectum ratione voluntatis non ſuſtineatur, etiam fauore piæ cauſæ, Oldrad. *in conſil.* 119. Alberic. *in d. l. hac conſultiſſima.* §. *ſi quis autem. C. de teſtam.* Et hanc ſententiam firmarunt Anchatan. Immol. Paul. de Caſtr. Anania, Iaſ. Aretin. Dec. Barbat. Guido Pap. Guglielm. de Benedict. Ruin. Pariſ. & Grammatic. quos refert, & ſequitur Couar. *in cap. relatum. num.* 1. *de teſtament.* vbi quòd ab hac opinione in praxi non eſt recedendum, & quòd ita ab omnibus teneatur, dicit Loffred. *in conſil.* 14. *num.* 65. Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg.* 7. Viuius *in commun. opinion. lib.* 1. *opinione* 339. vbi quòd fatuum eſt recedere ab iſta opinione canonica & veriſſima, tam quoad piam cauſam, quàm inter liberos. Cephal. *in conſil.* 99. *per totum*, dicit eſſe veram opinionem, quando teſtator non habuit illam diſpoſitionem pro perfecta.

8. Et licèt teſtamentum inter † liberos ſit ſeruandum, quotieſcumque appareat de voluntate patris diſponentis. *d.* §. *ex imperfecto.* & voluntas poſſit etiam probari per coniecturas, & indicia. *l. final. C. famil. herciſcun. in verſ. quibuſcumque verbis, aut indiciis*, & facit *l. licèt Imperator.* vbi per omnes in ſimili *de legat.* 1. Sed quælibet voluntas etiam imperfecta probat voluntatem defuncti. Bartol. *in l.* 2. §. *teſtamentum. num.*2. *ff. quemadmod. teſtam. aper.* & *in l. in teſtamento. num.*2. *ff. de fideicommiſſar. libert.* Bald. *in l. qui à patre.* per illum text. *ff. de confirmando tut.* Item licèt teſtamentum nullum, & 9. inutile probet voluntatem †, vt reſponderunt Alexand. *in conſil.* 45. *num.* 9. *vol.* 1. Socin. iun. *in conſil.*43. *num.*5. *vol.* 3. Pariſ. *in conſil.* 7. *num.* 27. *vol.*3. Cephal. *in conſil.*411. *num.* 13. Item quia ex actu nullo declaratur voluntas. *l. final.* & *ibi* Bartol. *ff. de reb. eorum*, cum concordantibus per Iaſ. *in conſil.*127. *col.* 4. *verſ. quarto ex teſtamento vol.* 4. Ripa *in l.* 1. *num.* 164. *ff. de vulgari*, & *pupill.* & *in l. re coniuncti. numer.* 136. *de legat.* 3. Quamobrem voluntas patris probata per teſtamentum nullum, & imperfectum, ſeruanda videtur inter filios.

Tamen hæc concluſio procedit in illis tantùm, quæ teſtator diſpoſuit, non autem in aliis, in quibus teſtator nullam diſpoſitionem fecit. Iaſ. *in l. dominus. num.* 2. *ff. de condict. indebiti.* Mantic. *de coniectur. lib.* 3. *tit.*20. *num.*6. Vt ſi teſtator in te-
10. ſtamento nullo † diſpoſuit, filium debere legitimari; vtique declaratur voluntas, & eſt ſeruanda. Sed ſi teſtator credidit legitimationem valere, & ideo inſtituit filium tanquam legitimatum, iſta inſtitutio eſt nulla ex defectu voluntatis, & ex actu nullo non poteſt colligi voluntas, ita dixit Paul. de Caſtr. *in l. eam quam. num.* 4. *C. de fideicommiſſ.* quem ad hoc citat, & ſequitur Dec. *in conſil.* 176. *num.* 4. *verſ. ſecundò reſpondetur.* Sed quando teſtator incepit teſtari inter liberos, & non perfecit, item quando teſtator inſtituit filium tanquam legitimatum, qui non erat, & ita errauit in ſubſtantialibus, tunc non poteſt colligi volun-
11. tas † teſtandi inter liberos; ideo dixit Bald. *in l.* 2. *C. de confirmando tutore*, quòd iſta eſt ſimplex voluntas, non autem probatur eſſe talis, quæ ſufficiat pro danda hæreditate. Idem Bald. *in l. final. col. final. verſ. reſtat quærere. C. de fideicommiſſ.* dicit, quòd dicta voluntas ſufficit pro adimendis legatis, non autem pro danda, vel auferenda hæreditate, & poſt Ioan. Andr. Dyn. & alios probat latiùs Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 1. *ſolut.* 5. *num.* 54. *fol.* 19. qui multos ad hoc allegat.

Tertiò declaratur, vt procedat in teſtamento in fieri, & deſignati per teſtatorem, vt fieret hæredis inſtitutio ſimul cum legatis, tunc enim ipſa legata † ſunt pars integralis ipſius teſtamenti, 12.
prout eſt communis opinio, de qua per Socin. *in rubric. de legat.*1. *num.*37. *verſ. ſed aduerte.* Bolognet. *num.* 62. *in fin.* Petrus Criſpus *col.* 24. *verſ. Moderniſſimi.* Ruin. *col.* 2. *verſ. ſed ſi quæratur.* Rip. *num.* 6. *verſ. primo caſu.* quia ſi quis deſtinauit ſub hac forma inſtituendi hæredis, & legata faciendi teſtari, teſtamenti forma integra dici non poteſt, niſi poſt inſtitutionem legata fiant; ergo legata per teſtatoris deſtinationem ſunt pars integralis ipſius teſtamenti, & ſine illorum factione teſtamentum non dicetur perfectum, neque valebit quoad hæredis inſtitutionem, quia non eſt integraliter factum. *d. l. ſi is qui. ff. de teſtam.* & *l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Item quia teſtamentum eſt validum ſine datione tutorum: ſed quando teſtator deſtinauit dare tutores in ſuo teſtamento, tunc illorum † datio di- 13.
citur pars integralis teſtamenti, & ſine ea dicitur imperfecta voluntas, prout eſt communis opinio, de qua per Socin. *in conſil.* 147. *num.* 21. *vol.* 2. vbi quòd ab hac opinione non eſt recedendum. Craſſ. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 12. qui cæteros allegat. Bartol. *in d. l. ſi is qui*, & *in d. l. furioſum*, & nihil dicitur facere, quando partem tantùm indiuidui facit. gloſſ. *in d. l. furioſum*, quam ad hoc allegat Socin. *in d. conſil.* 147. *n.*9. Itẽ nullum indiuiduum perfectum dici poteſt, niſi ſingulæ eius partes cõpletæ fuerint, & poſſint valere ad vsũ deſtinatũ à præcedẽte voluntate. *l. ædificia.* §. *perfeciſſe*, & *ibi* gloſſ. *ff. de verb. ſignificat.* Sed teſtamentum † cum legatis eſt quid indiuiduum à 14.
præcedente voluntate, quoniam eſt quid facti, nam ea quæ ſunt animi & voluntatis, ad factum pertinent. *l. bona fides. ff. de acquir. rer. dom.* & vbi ex facto reſultat opus formæ, illud eſt indiuiduum. *l. ſi is qui quadringenta.* §. *quadam. ff. ad leg. Falcid.* & *ibi* Bartol. Immol. & Alex. Idem Bartol. *in l. ſtipulationes non diuiduntur, in quæſt. quarta. ff. de verb. obligat.* Sed teſtamentum eſt opus formæ; ergo eſt quid indiuiduum. Item quia cauſæ formales ſunt indiuiduæ. Bald. *in l. certi condictio.* §. *quoniam. ff. ſi cert. pet.* Item quia teſtamentum vnico contextu indiuiſibili clauditur. *l. hæredes palàm.* §. *final. ff. de teſtam.* & hac ratione vtitur Socin. *in l. ſi mihi*, & *tibi.* §. *in legatis. de legat.*1. vbi allegat text. *l. cum antiquitas. C. de teſtament.*

Neque obſtat dicere quòd homo etiam ita dicitur, licèt ei brachium deficiat, vt conſiderabat Socin. iun. *in d. rubric. numer.* 37. quia homo formatur ad finem recipiendi animam à Deo, & intelligendi, quæ eſt prima illius operatio, ſed teſtamentum non ordinatur ad finem vt recipiat perfectionem à lege, ſed lex exequitur voluntatem teſtatoris, tanquam dominum. *l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. l. vel negare. ff. quemadmod. teſtam. aperiant.* Idcirco principale in teſtamento conſiderandum eſt teſtatoris voluntas. *l. in conditionibus primum locum. ff. de condit.* & *demonſtrat.* Item quia voluntas eſt anima ipſius teſtamenti; corpus igitur, carens brachio, habet ſuam formam, quia intelligit; ſed teſtamentum † faciendum cum legatis ex vna ani- 15.
mi voluntate, ſine illis non habet ſuam formam: nec poteſt dici nullum teſtamentum ex defectu legati, ita vt principale dicatur ſumere vires ab acceſſorio, contra *l. ex pupillari. ff. de vulgar.* & *pupill.* & *l. quod per manus. ff. de iure codicill.* Quia dicitur nullum ex defectu formæ deſtinatæ non obſeruatæ,

quæ

quæ integraliter voluntatem explicare debebat. Item quando plura ſeparabilia coniunguntur ad vnam voluntatem ſub vna forma explicandam,
16. tunc efficitur vnum indiuiduum † ratione vnitatis formæ. Bartol. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſſor. Bald. in d. l. certi condictio. §. quoniam. col. 2. ff. ſi cert. pet. & tunc in indiuiduis ratione voluntatis, vtile per inutile vitiatur. Angel. Immol. Alex. & cæteri in d. l. ſi mihi & tibi. ff. de verb. obligat. per text. l. ſi duos. ff. de contrah. empt. & l. cùm eiuſdem, in princip. & §. interdum, vbi eſt text. notabilis. ff. de ædilit. edict. de qua regula latè per Dyn. in cap. vtile per inutile. de regul. iur. lib. 6. Tiraquell. de retract. ad fin. num. 64. Dec. in auth. qui rem. col. final. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Quartò declaratur, pro vberiori doctrina, quòd in hoc articulo ſunt conſiderandæ duæ inſpectiones. Prima an legata ſint partes integrales ipſius teſtamenti; ſecunda, vtrùm cùm quis deſtinauit facere teſtamentum, ſi hæredem inſtituit, & legata facere non potuit, valeat illud teſtamentum cum hæredis inſtitutione. Circa primam ego teneo le-
17. gata non eſſe partes integrales teſtamenti † regulariter, quia pars integralis eſt illa, ſine qua teſtamentum ſtare non poteſt, vt paries reſpectu domus, & malum reſpectu nauis. l. malum. ff. de verb. ſignificat. l. eum qui, & ibi gloſſ. ff. de vſucap. Sed teſtamentum poteſt eſſe ſine legatis. l. 1. §. qui neque legaturus. ff. de hæred. inſtit. & eſt communis opinio, vt per Socin. in rubric. de legat. 1. num. 21. Bolognett. num. 53. Et quando communis opinio dicit quòd ſi teſtator propoſuit inſtituere hæredem, & facere legata, ſi hæredem inſtituit, non dicitur integraliter feciſſe, quia tunc legata ſunt partes integrales ipſius teſtamenti. Dico quòd hæc communis eſt vera, quando teſtator expreſsè dixit, quòd volebat ſimul hæredem inſtituere, & legare pro ſua vltima voluntate: ſed ſi non expreſſit iſta vel ſimilia verba, aut aliis coniecturis voluntas deprehendi poſſit, legata non poſſunt dici partes illius; quia in dubio cen-
18. ſetur † facere actum ſecundùm ſuam naturam. Menoch. lib. 3. præſumpt. 38. & lib. 6. præſumpt. 10. Sed teſtamentum poteſt eſſe ſine legatis; ergo non ſunt de forma ipſius. Item ſimplex voluntas faciendi †
19. legata non ſufficit ad probandum intentionem teſtatoris fuiſſe, quòd legata eſſent de forma, quia præſumptio iuris repugnat, idcirco ad probandam talem voluntatem, validior probatio requiritur, Bartol. in l. non eſt veriſimile, in princip. ff. de eo quod met. cauſ. Abb. in cap. quia veriſimile. de præſumpt. Item quatenus teſtator voluerit hæredem inſtituere, & legata facere ſimul, ſi non appareat, quæ fuerit intentio teſtatoris, in caſu, quo propter ſuperueniens impedimentum non potuerit legata facere, non præſumitur legata eſſe teſtamenti partem, quia intrat præſumptio legis, quæ vult teſtamentum abſque legatis validum eſſe.

Circa ſecundam, vbi quis deſtinauit condere teſtamentum cum legatis, ſi legata non perfecit, an illud valeat cum ſola hæredis inſtitutione, ego credo
20. partem affirmantem † eſſe veriorem, propter eaſdem rationes, quia non præſumitur teſtatorem voluiſſe ſine legatis nullatenus valere, quoniam præſumptio legis eſt in contrarium, vt dixi; niſi expreſsè dixerit, quia aliter valere non debeat, tunc enim lex voluntatem teſtatoris exequitur. d. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & d. l. vel negare. ff. quemadmodum teſtam. aper. & hanc opinionem valdè probat l. 2. in princip. ff. de hæred. inſtit. vbi teſtator non expreſſit partes, quas volebat, & ideo in hoc deficit voluntas eius, & teſtamentum valet, ne pereat voluntas eius, in quo diſpoſuit, & quia lex dederat interpretationem, ſecundùm quam teſtatus eſſe præſumitur. Item l. cùm pater. §. final. de legat. 2. vbi deficit voluntas in declarandis finibus, & forma certaminis, & tamen valet diſpoſitio. Item l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi deficit voluntas in deſcribendis conditionibus, & tamen valet inſtitutio. Nec valet quod dicit Petrus Criſpus in rubric. de legat. 1. col. 27. quòd loquatur in conditionibus, quæ ſunt accidentia inſtitutionum, quia ita etiam legata ſunt acceſſoria teſtamentorum, vt probaui, & ſolùm in quo teſtator aliter non valere diſpoſuit, quàm cum legatis, dicuntur partes teſtamenti integrales. Quamobrem d. l. ſi is qui. ff. de teſtam. † vel loquitur quan- 21.
do voluntas deficit circa inſtitutionem, vel quando expreſſit quòd teſtamentum ſine legatis nullo modo valeat. Item lex, furioſum, C. qui teſtam. fac. poſſ. Ideo teſtamentum furioſi non valet, quia mentis † 22.
qualitas durare præſumitur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de remiſſ. l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accuſat. gloſſ. in cap. cùm inter Canonicos, ver. recuſatus. de elect. gloſſ. in cap. indicas. 3. quæſt. 9. Quare cùm cœpto teſtamento ſuperuenit furor, non poteſt dici teſtamentum perfectum quoad expreſſa, quoniam etiam expreſsè antea diſpoſita in furore facta præſumuntur. Teſtamentum regulariter eſt indiuiduum ſolùm quoad hæredis inſtitutionem; item eſt indiuiduum ratione voluntatis, quando teſtator iuſſit non aliter valere, quàm cum legatis.

Secundus caſus eſt, quando teſtator † compleuit 23.
ſcripturam teſtamenti cum hæredis inſtitutione, & legatis, coram ſeptem teſtibus, ſed illud non publicauit, ſed propter aliquod impedimentum publicationem diſtulit, tunc teſtamentum eſt validum, quia conſtat de voluntate per ſeptem teſtes: voluntas autem †, & publicatio ſcripturæ ſunt actus ſeparati, & 24.
ſuſpenſio publicationis non ſuſpendit voluntatem. l. cum pater. §. final. de legatis 2. & probat Ruin. in conſil. 1. num. 22. vol. 3. Item quando voluntas probatur per teſtes, non eſt curandum de publicatione Notarij. Alexand. in l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto num. 5. C. de teſtam. & ita eſt caſus deciſus per Rotam Romanam deciſ. 173. num. 5. part. 2. in Nouiſſim. vbi (reuocata prima deciſione, quam fecerat in deciſ. 620. parte prima, quia in prima vice caſus non fuit plenè diſcuſſus) concludit, quòd imperfectio ex non publicatione teſtamenti reſpicit Notarium, non autem teſtatorem, & dicitur imperfectio † ſollemnitatis, non autem 25.
voluntatis, quæ non attenditur, vbi non agitur de probando teſtamento per ſcripturam, ſed per teſtes, & ita eſt communis opinio, de qua atteſtatur Zunta in conſil. pro vxore, num. 504. & eſt receptiſſima, vt ibi probat num. 502. Item quando agitur de probando teſtamento per teſtes, & publicatio non eſt facta, quòd non poſſit dici imperfectum ratione voluntatis, firmarunt Paul. de Caſtr. in conſil. 307. num. 3. vol. 1. Vaſquius de ſucceſſ. creat. lib. 2. cap. 14. num. 41. & ſeq. Cranett. in conſil. 944. num. 3. & 5. Simon de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. interpret. final. dub. & ſolut. final. numer. 45. & ſeq. Item quando teſtator ordinato teſtamento † coram teſtibus, & 26.
Notario, poſtea dicit Notario: Nihil facias vſque ad cras, ſi deinde nihil faciat, & moriatur, teſtamentum illud non poteſt dici imperfectum ratione voluntatis, ſed perfectum, & abſolutum; ita vt poſſit redigi in publicam formam, ita conſuluerunt Anton.

Anton. de Prato veteri inter conſilia Alexandri 37. & idem Alexand. *in conſil.* 71. *num.* 3. *vol.* 1. Ruin. *in conſil.* 15. *num.* 19. *vol.* 2. Iaſ. *in l. penultim. verſ. iſtud limitatur. C. de inſtit. & ſubſtit.* Item quia breuis dilatio certi temporis, in quo ægrotus indiget remediis, vel velit confiteri peccata ſua, non facit
27. conditionem † aliquam, ideo non inducit ſuſpenſionem, aut vacillationem voluntaris; ſecus eſt quando dilatio non habet tempus certum, quia tūc æquiparatur conditioni. *l. dies incertus. ff. de condit. & demonſtrat.* Ideo deciſio Antonij de Prat. veter. & Alexand. in quā eſt fundata d. deciſio Rotæ 173. eſt veriſſima, & euitantur multæ aliæ deciſiones, quæ videntur contrariæ, in caſibus, in quibus temporis dilatio erat facta in tempus incertum, quam diſtinctionem probauit Iaſ. *in conſil.* 196. *col.* 5. *in fin. verſ. ſed in caſu noſtro. vol.* 2. Quare ex illis verbis teſtatoris, *lo publicaremo domani*, non probatur teſtamentum remanſiſſe imperfectum ratione voluntatis, quoniam iſta duo ſunt eſſentialiter diſtincta, inſtrumentum, ſiue ſcriptura
28. Notarij, † & tenor, ſiue continentia teſtamenti, primum eſt opus Notarij, ſecundum eſt opus teſtatoris. Bartol. *in l. ſi librarius num.* 1. *&* 8. *ff. de regul. iuris. & in l. ſi legatum. col.* 2. *verſ. aduerti. ff. de falſis,* cum aliis per Tiraquell. *de retract. lignag.* §.
29. 2. *gloſſ.* 1. *in princip.* Item inſtrumentum † totius teſtamenti facit notorietatem, & tribuit remedium. *l. final. C. de edict. diui Adr. toll.* quod exoptabat teſtator pro commodo hæredum, & ſubſtituti, ac facilitate probationis, quoniam teſtes de facili potuiſſent mori. Anania *in conſil.* 57. *in fin.* Item licèt ad actum publicationis Notarij debeat
30. concurrere voluntas † teſtatoris, tamen illa concurrit per modum cauſæ efficientis remotæ, ſeu cauſæ, quæ dicitur, ſine qua non; ſed Notarius interuenit tanquam cauſa formalis, & efficiens immediatè imprimens formam ſcripturæ, & illam perficiens. Item ſcripturæ publicatio legitimè facta cum numero teſtium à legibus requiſito nullo modo poteſt dici pars integralis voluntatis teſtatoris, adeò vt illa deficiente poſſit dici totum teſtamentum imperfectum. Bart. *in l. qui vſumfru-*
51. *ctum. ff. de verb. obligat.* Sed publicatio † non eſt coniuncta cum voluntate teſtatoris, ſed cùm ſcriptura neque tendit ad perficiendam voluntatem, ſed pertinet ad ſcripturam, cùm ſit illius forma; ergo publicatio teſtamenti non dicitur verſari circa ſubſtantiam voluntatis, ſed circa accidentia ipſius, vt appareat perfecta. Crauett. *in conſil.* 147. *numer.* 6.

Tenentes contrariam partem, ſolent allegare, quòd quando teſtator facit teſtamentum nuncupatiuum, & adhibet perſonam Notarij, atque vult fieri publicationem, tunc dicitur præſcribere formam ipſi teſtamento, ſecundùm quam velit illud
32. fieri, vnde ſi deficiat publicatio, † videtur deficere vna pars integralis ipſius teſtamenti & ſuæ voluntatis, quæ propterea redditur imperfecta, quia non fuit obſeruata forma quam præſcripſit ad teſtandum, & teſtamentum magis cœptum, quàm perfectum dici debeat, & hoc in contractibus eſ-
33. ſe verum dicit Paul. de Caſtr. *in l. contractus.* † *numer.* 9. *C. de fid. inſtrum.* vbi quærit ſi inter venditorem, & emptorem firmata fuerit venditio, & conuentum de pretio, ſed actum fuit, vt vocaretur Notarius, atque rogatus eſſet, ſed antequam Notarius veniret, alteram partem pœnituit, ſi altera velit agere ad obſeruantiam contractus, tanquam perfecti, quem velit probare per teſtes, non poteſt obtinere, quia, vt ipſe Caſtrēſ. aſſeuerat, contractus non eſt perfectus, nam cum à principio egerint Notarij rogitum adhibendum eſſe, videntur tacitè ſuſpendere voluiſſe ſubſtantiam contractus in rogitum Notarij. Item quòd illa conuentio † 34.
non ſit contractus perfectus, ſed ratiocinium de futuro contractu, dixit Caſtrenſ. *in l. cùm res, num.* 4. *C. de probat.* Socin. ſen. *in conſil.* 169. *num.* 9. *vol.* 2. Decian. *in conſil.* 11. *num.* 1. *verſ. comprobatur.* Cephal. *in conſil.* 66. *num.* 18. *& ſeq.* & ita fuit deciſum in ſacro Cōſilio Neapolitano, vt *in Digeſt Nouiſſim. tom.* 3. *tit. Fideiuſſio. cap.* 1. Riminald. iun. *in conſil.* 11. *num.* 18. *&* 20. vbi infert ad teſtamentum, & dicit eſſe verum etiam in teſtamento, Iaſ. *in conſil.* 8. *num.* 25. *verſ. item teſtamentum. vol.* 3. quia voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad mortem. *l. cùm hic ſtatus.* §. *ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. l.* 4. *ff. de adimend. legat. l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat.* 3.

Reſponderi poteſt, quòd faciens actum in dubio, † cēſeatur illum facere ſecundùm ſui naturam. 35.
Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 38. *& lib.* 6. *præſumpt.* 10. ſed de natura teſtamenti nuncupatiui non eſt facere ſcripturam; ergo non eſt illius forma, quæ adhiberi ſolet ad faciliorem probationē. Item ſimplex voluntas teſtatoris faciendi publicationem non ſufficit ad probandum illius voluntatem fuiſſe, quòd publicatio † de forma exiſteret, quia 36.
præſumptio iuris repugnat, & ideo validior probatio eſt neceſſaria. Bartol. *in l. cùm eſt veriſimile, in princip. ff. de eo quod metus cauſa.* Abb. *in c. quia veriſimile. de præſumpt.* oportebat enim dicere, quòd volebat publicationem omninò interuenire pro ſua prima voluntate iuſtificanda, vel quòd aliter teſtari nolebat. Item quatenus teſtator voluerit publicationem fieri, non apparet, quæ fuerit eius intentio, in caſu quo propter mortem ſuperuenientem publicatio facta non eſſet, & in dubio intrat legis præſumptio quæ vult, voluntatem teſtatoris fuiſſe à principio actus, vt ſine publicatione, † 37.
illa voluntas, quæ erat perfecta, ſuſtineretur, argum. *l. miles qui deſtinauerat. ff. de milit. teſtam.* Item dato quòd teſtator voluerit publicationem adhiberi, in caſu quo diſtulit eam fieri ad certum tempus, & conſtat de voluntate, non eſt præſumendum quòd illam circa ſubſtantialia mutare voluerit, ſed magis vt aliquid adderet circa ea; quamobrem publicatione non ſequuta, ipſa voluntas † 38.
iam perfecta non vitiatur. *l. penult. C. de inſtit. & ſubſtit.* Ruin. *in conſil.* 15. *num.* 19. *vol.* 2. Item argumentum à contractibus non procedit, quia illud intelligitur, quando partes expreſsè conuenerunt, contractum fore in ſcriptis celebrandum, & ante celebrationem ſcripturæ non aliter eſſe validum; ſi verò ſimpliciter conueniſſent de actu celebrando, tunc præſumitur cogitatum de ſcriptura † ad faciliorem probationem; Cyn. *in d. l.* 39.
contractus. num. 5. *C. de fid. inſtrum.* Salyc. *in authen. ſed nouo iure. numer.* 9. *verſ. vt ante contractum. C. ſi cert. pet.* Aretin. *in conſil.* 159. *numer.* 9. *verſ. ſi ergo.* Vrſill. ad Afflict. *in deciſ.* 39. *num.* 6. Aucharan. iunior *in quæſt.* 21. *numer.* 4. Vaſquius *in lib.* 1. *quæſt. illuſtr. quæſt.* 28. *num.* 23. vbi atteſtatur de communi, Decian. *in l. pactum quod bona fide, num.* 3. *C. de pact. & in conſil.* 340. *num.* 3. vbi de communi. Cotta *in memorial. in ver. contractus in ſcriptis.* & ita fuit deciſum in Rota Rom. Pur. *deciſ.* 43. *lib.* 3. vbi quòd tunc contractus † dicitur fieri in ſcriptis, quando 40.
expreſsè conuentum eſt, quòd aliter non valeat, niſi in ſcriptis factus fuerit, & multa alia ad intelligentiam

gentiam *d.l. contractus.* vide per Curt.iun. *in conſil.* 341. per plures columnas.

Item licèt pro contraria parte allegentur plures Doctores ad probandum quòd defectus publica-
41. tionis † cogitatæ per teſtatorem dicatur defectus voluntatis,& reddat teſtamentum nullum. Oldrad. *in conſil.* 119. Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſè. in additione quæ incipit, ſi primum teſtamentum.* Paul.de Caſtr. *in d. l. ſi is qui, num.3. ff. de teſtam. & in conſil.75. num. 1. vol. 1. & in conſil.450.num.2.vol.2.* Dec. *in conſil.159.num.12. & conſil.468. num.10.* Ruin.*in conſil.1. num.7. & ſeq. vol.3.& conſil.37. num.11. vol.5.* Socin.iun. *in conſil. 71. num.19. & ſeq.vol.4.* Cephal. *in conſil. 409. n. 9.* Rubeus *in conſil.94. num. 3.* Guido Pap. *in conſil. 55. num. 3.* Riminald. iun. *in conſil. 732. num. 5.* Pariſ. *in conſil. 24.num.11. vol.3.* Decian. *in conſil.8. num.8. vol.1.* Port. *in commun. concluſ. lib. 2. concluſ. 6.* Maſcard.*concl.1352.n.75.* vbi de communi, Gabriel *in tit.de teſtamentis concluſ.16.num.3.& 16.* & *ibi* recenſet plures alios atteſtantes de communi. Menoch. *in conſil.45.num.29.& in conſil.431. num.36. vol.5. & in lib.4. præſumpt.5. num.6. verſ. quartus eſt modus,& num.7.verſ. ſextus.* & ita fuit deciſum, vt per Surd. *deciſ.292. num.11.* qui omnes ita congeſti Doctores ad hoc ſolent allegari, quòd defectus publicationis arguat defectum voluntatis.

42. Nihilominus opinio Oldradi †, & ſequacium eſt communiter reprobata,vt atteſtatur Boër. *in deciſ.240.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. §. 30. num. 44. verſ. quid ſi teſtamentum.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.12. num.6.* qui dicit hanc opinionem contra Oldradum eſſe veriorem,& tenendam, & de magis communi contra Oldradum Zunta *in d. conſil. pro vxore, num. 295. & num.504.* Item contra Oldradum fuit ſæpiſſimè iudicatum, vt per Rotam *in d. deciſ. 173. part.2. in Nouiſſim.* Peregrin. *deciſ.34. lib. 1.* Put. *d.deciſ.41. lib.3.* & ita etiam refert Capiferr. *in tract. de numero teſtium in teſtam. requiſito, part. 3. cap.5. num.14. verſ. & quamuis non defuerint.* Item omnes præfati Doctores allegati loquuntur in caſibus diuerſis à propoſito, quoniam aut non erant adhibiti teſtes, & teſtamentum erat dumtaxat ſcriptum à Notario, & à teſtatore dictatum: aut ſi fuiſſent adhibiti teſtes, teſtator non approbauerat ſingula capita teſtamenti coram dictis ſeptem teſtibus.

Hunc caſum propoſitum duo Doctores tangere
43. videntur. Couar. *in cap. relatum,in † primo. num. 11. verſ.prima equidem aſſerit,de teſtamentis,* & Cato Saccus *in conſil.122.inter conſilia vltim.voluntat.vol.1.* Sed Couar. non figit pedes in ea opinione, ſed parum infrà refert opinionem Abbatis,& Felini,dicentium,inſtrumentum integrum fidem facere, ſi fuerit ſcriptum coram contrahentibus, & teſtibus audientibus,& videntibus, licèt ſcriptura teſtibus lecta non fuerit; quia ad actus validitatem nulla requiritur ſcriptura,ſed tantùm ad faciliorem probationem adhibetur, prout hodie vſu receptum eſt,
44. vt teſtamenta † nuncupatiua à Notariis redigantur in publicam ſcripturam,quo caſu ſola illius Notarij ſcriptura abſque alia teſtium depoſitione plenè probat defuncti voluntatem. gloſſ. *in l. heredes palàm,*& *ibi* Bartol. *in princip. ff. de hered.inſtit.* dicit de conſuetudine ſeruari, & hanc eſſe comm. opin. dixit idem Couarr. *in cap.cùm eſſes num. 1. de teſtam.* Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.7. verſ. nuncupatiuum. num.3.* Nec loquitur Couar. *ibi* quando teſtamen-
45. tum fuit in ſingulis † particulis approbatum à teſtatore, ſed tantùm dicit teſtamentum non probari per ſcripturam à Notario, dictante teſtatore coram teſtibus ordinatam; & dum loquitur Couar. de ſcriptura ordinata, hoc intelligo de ipſa diſpoſitione teſtatoris, quia ordinare in materia vltimarum voluntatum eſt conuenienter diſponere, & quaſi ore proprio pronuntiare. Bero. *in conſil. 84. num.80. vol.2.* ergo dum dicit de ſcriptura ordinata,non intellexit de ea, quam Notarius poſt ſcripturam legerat de capitulo in capitulum,& teſtator ſingula capitula exiſtentibus ibi ſeptem teſtibus approbauerat,ſed de ea quæ nunquam fuit lecta, ſed erat in meris terminis diſpoſitionis. Item Cato Saccus non loquitur in terminis caſus propoſiti, quando teſtator ſingula capitula approbauit, quo caſu publicatio non eſt de ſubſtantia,ſed de ſollemnitate; ſed loquitur quando extat ſtatutum, quòd teſtator in ſingulis capitulis interrogetur, an ita vellet,quo caſu talis interrogatio non eſt de ſollemnitate; ſed de ſubſtantia, quia diſpoſita per ſtatutum in dubio cenſentur eſſe de forma, & de ſubſtantia. Bald. *in l. comparationes in 8. oppoſit. C. de fid. inſtrum.* & contra Caton. Saccum conſuluit Iacobus Puteus *in conſil.121. num.25. & 28. in eod.vol.1.conſil. vltim. volunt.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando conſtat de perfectione voluntatis †, vt quia ipſe te- 46.
ſtator valdè ægrotus vocari fecerat ſeptem teſtes. *l. Pamphilo.§. propoſitum.de legat.3.* præſertim ſi periculum mortis imminebat. Ruin. *in conſil. 15. num. 10.vol.2.* & d.teſtator in ſcriptis redigi fecerat ſuam voluntatem. Ruin. *d.num.10.* & poſt dictatum, & ſcriptum dictum teſtamentum, Notarius legit ſingula illius capitula, & teſtator ſingula approbauit, quod demonſtrat deliberatum animum diſponendi,atque voluntatis perfectionem.Ruin. *d.conſil.15. num.11.verſ. nam vt dicunt teſtes.* Caſtrenſ. *d. conſil. 307. vol.1.* Item ſi teſtator dixit,volens de ſua ſubſtantia, vel patrimonio diſponere, vel dixit hoc ſuum vltimum teſtamentum diſpoſuit, & facere procurauit, quia dicta verba ſunt diſpoſitiua de præſenti,& oſtenditur deliberata voluntas, non autem præparatio ad diſponendum,vt not. *in l. final.ff. de heredib. inſtit.* Dec. *in conſil. 379.num.3. verſ. & vlterius.* Menoch. *in lib.4. præſumpt. 24.* Item ſi dixit,&
hanc dixit, &c. † quæ clauſula extenſa, prout in 47.
formulario Florentino oſtendit præciſam, & abſolutam voluntatem ſuper efficacia diſpoſitionis, vt notant Doct. *in l.eam quam. C. de fideicommiſſ.* Bartol. & alij *in l. 1. ff. de iure codicill.* Item ſi in fine ſcripturæ dicti teſtamenti Notarius appoſuerit
clauſulam, *Actum*, &c. † ex qua colligitur diſpo- 48.
ſitionem fuiſſe perfectam,& abſolutam, & pro tali habitam tam à teſtatore,quàm à Notario. Caſtrenſ. *in d. conſil. 307. num. 2. vol. 1. & in d. l. ſi is qui. n. 4. de teſtam.* & *ibi* etiam Immol. *& in cap. quia ingredientibus numer. 22. verſ. & tunc ſatis videtur quòd talis voluntas valeat, & verſic. interdum verò non mutaſſet primam voluntatem. & in cap. cùm eſſes, numer. 3. verſ. adde quòd hoc etiam. de teſtam.* vbi quòd licèt ob ſuperuenientiam mortis teſtatoris non potuerit voluntatem ſuam explicatam reiterare coram Notario, tamen dicitur teſtamentum perfectum per teſtes probatum, Natta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. quæſt.28. col. pen. & final. C. de teſtam.* Roland. *in conſil.32. num. 32. vol.2.* Bolognett.*in conſil. 53. num.2. vol. 2.* Cagnol. *in l. ſi librarius, num. 71. de regulis iur.* vbi quòd clauſula *Actum*,denotat actus perfectionem. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 5. num.3. in fine. verſ. hæc ipſa iuris præſumptio.* Barbat. *in cap. relatum,in princip. num. 13. de teſtam.*

ſtam. Bald. *in auth. quod ſine, num. 1. verſ. & ideo. C. de teſtam.*

49. Secundò declaratur, quia duplex publicatio † fit de teſtamento nuncupatiuo, altera per teſtatorem, adhibitis & rogatis ſeptem teſtibus, videntibus, audientibus, & intelligentibus, & ipſo Notario, teſtator nuncupat nomina hæredum, & legata facit, & hic eſt caſus *l. hæredes palam. in princip. ff. de teſtamentis.* & hoc ſolum pertinet ad teſtatorem nuncupatiuè procedentem. Altera quæ fit per Notarium à teſtatore vocatum ad conficiendam publicam ſcripturam de ſuo teſtamento, & hæc fit, quando Notarius legit ſcripturam à teſtatore dictatam, vel ordinatam, & dicit, *vobis teſtibus, & me Notario*, &c. & de hac ſecunda publicatione loquitur text. *d. l. fideicommiſſa. §. quoties. de legat. 3. & l. ex ea. ff. de teſtam.* quas publicationes & differentias inter eos declarat Calcan. *in conſil. 91. num.* 4. Prima pertinet ad explicationem voluntatis, ſecunda ad ſollemnitatem ſcripturæ quæ fit pro probanda dicta

50. voluntate. Item eſt tertia publicatio † quæ fit de teſtamento in ſcriptis, videlicet poſt mortem ipſius teſtatoris, & tunc is qui petit publicari, debet priùs iurare de calumnia. *l. 1. & 2. C. quemadmodum teſtamenta aper.* Iaſ. *in conſil. 67. col. 4. verſ. ſextò adeſt alius defectus. vol. 3.* Et debent citari hæredes, quorum intereſt potiùs ab inteſtato ſuccedere. Angel. Paul. de Caſtr, Alexand. & cæteri *in l. publicati. C. de teſtam.* Durand. *de arte teſtandi. tit. 2. caut. 7.* & alij ad hoc allegati per Cephal. *in conſil. 203. vol. 2.* vbi quòd ſi iſta non interueniunt, publicatio illius teſtamenti eſt nulla, & is qui illam petiit, nihil ex eo teſtamento obtinere poteſt.

Tertiò declaratur, vt procedat de iure communi: ſecus ſi extaret ſtatutum quòd teſtamentum non

51. poſſit † probari per teſtes, quia tunc etiamſi conſtaret de plena voluntate teſtatoris, quæ poſſet probari per teſtes, tamen ſtatutum illam prohibuit, ideo publicatio facienda per Notarium non pertinet ad accidentalia, ſed ad plenam teſtamenti ſubſtantiam comprobandam, vt pleniſſimè conſuluit Socin. iun. *in toto conſil. 71. vol. 4.* de qua re ſcribam inferiùs in vltimo articulo huius quæſtionis.

Articvlvs VIII.

An teſtamentum aliquod valeat cum pauciori numero teſtium.

Svmmaria.

1. *Teſtamenti ſubſtantia probatur per voluntatem teſtatoris coram ſeptem teſtibus.*
2. *Teſtamenti validitas conſiſtit, ſi probetur per ſeptem teſtes.*
3. *Teſtamenti ſubſtantia conſiſtit in teſtium numero.*
4. *Voluntas teſtatoris eſt nulla, quæ teſtibus ſeptem non probatur.*
5. *Teſtamenti forma ſubſtantialis conſiſtit in voluntate, & numero teſtium.*
6. *Hæres ex minus ſollemni teſtamento ob defectum teſtium, non poteſt retinere hæreditatem.*
7. *Leges conditæ ab habente poteſtatem ligant ſubditos etiam in foro conſcientiæ.*
8. *Poſſeſſor tenetur reſtituere, quando deficit titulus.*
9. *Succeſſores ab inteſtato non tenentur in foro conſcientiæ reſtituere hæredi nulliter facto.*
   Doct. Martæ ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.
10. *Legata in minus ſollemni voluntate ob defectum numeri teſtium, non debentur in foro conſcientiæ, & num. 12.*
11. *Obligatio naturalis non oritur ex actu ipſo iure nullo, & num. 14.*
13. *Iaſonis differentia inter legata, & hæreditatem reprobatur.*
15. *Sollemnitas quando ſit de eſſentia actus.*
16. *Legata quomodo debeantur in caſu* Auth. ex cauſa. C. de liber. præterit.
17. L. final. C. de fideicommiſſ. *declaratur.*
18. *Teſtamentum nuncupatiuum corruit, ſi ante publicationem vnus ex teſtibus præmoriatur.*
19. *Teſtamentum in loco hoſtili poteſt à quocumque fieri de iure militari.*
20. *Teſtamentum factum tempore peſtis, quot teſtes requirat.*
   Teſtator tempore peſtis non eſt excuſatione dignus ſi ſeptem teſtes non adhibet, ibidem.
21. *Teſtamentum factum tempore peſtis valet cum quinque teſtibus.*
22. *Teſtamentum factum in carceribus, metu tyranni, valet cum quinque teſtibus.*
23. *Teſtamentum coram principe valet ſine teſtibus, & quando requirantur duo.*
24. L. omnium. C. de teſtamentis, *procedit in illis principibus qui poſſunt leges condere.*
25. *Teſtamenta facta coram iudice valent ſine teſtibus.*
26. *Acta iudicialia habent virtutem omnium teſtium requiſitorum.*
27. *Teſtamentum inualidum coram iudice non poteſt fieri validum per productionem alterius validi apud acta Notarij.*
28. *Teſtamentum de iure Canonico eſt validum coram parocho, & duobus teſtibus.*
29. ... *at hoc non procedit in terris imperij.*
30. *Teſtamentum clerici factum à Notario Apoſtolico non valet in Regno.*
31. *Parochus vbi adhibetur vt Notarius ad faciendum teſtamentum.*
32. *Teſtamentum de iure Canonico non valet cum duobus teſtibus ſine parocho.*
33. *Teſtamentum in terris Eccleſiæ eſt validum ſine parocho, cum quatuor teſtibus.*
34. *Teſtes de iure Canonico requiſiti pro teſtamento, etiam fœmina eſſe poſſunt.*
35. *Numero teſtium ad teſtamentum requiſito, adhuc requiritur idoneitas ipſorum.*

Ad teſtamentorũ ſubſtantiam, & perfectionem, præcipuè concurrit numerus teſtium † à iure ciuili requiſitus, qui pariter ac teſtatoris voluntas teſtamenti ſubſtantiam à iure ciuili introductam, vt ſcripſi ſuprà in articulo primo huius quæſtionis, perficiunt. Qualis igitur teſtium iſte numerus ſit, nimirum quæ regulæ conſtitutæ fuerint, cum ſuis declarationibus, & limitationibus, in hoc articulo per plures caſus explicandæ ſunt. 1.

Primus igitur ſit, de generali teſtamentorum regula, quæ eſt, vt in teſtamentis † condendis ſeptem teſtes adhibeantur. *l. hæredes palàm, in princip. ff. de teſtam. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ. & Inſtit. de teſtament. in princip.* qui de omni teſtamentorum genere probant, ſiue nuncupatiuo, ſiue in ſcriptis facto, & hanc regulam exornant communibus Doctorum calculis, Clarus *in §. teſtamentum, quæſt. 56. num. 2.* Craſſ. *in eod. §. quæſt. 54. num. 2.* 2.

Ideo dixit text. *l. ſi vnus. C. de teſtam.* quòd per interuentum ſex teſtium non magis firmatur teſtamentum, quàm ſi vnus tantùm teſtis, aut alter interueniſſet. Item *l. ſi quis legatum in 2. reſponſo. ff. de falſis.* vbi ſi teſtamentum non fuerit ſeptem teſtibus ſignatum, non dicitur teſtamentum, & ideo qui in eo legatũ ſibi aſcripſerit, non tenetur pœna falſi, ex illa regula, *Nullum præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.* Item *d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* vbi ſi determinatus teſtium numerus non interueniat, nullum eſſe diſponitur,
3. cum clauſula irritante. Subſtantia igitur †, & perfectio teſtamenti in ipſo teſtium numero ſeptenario conſiſtit. Et licèt Vaſquius *de ſucceſſionum creatione lib. 1. §. 2. num. 2.* velit ſolam teſtatoris voluntatem eſſe teſtamenti ſubſtantiam, tamen quia leges allegatæ præſumunt nullam fuiſſe voluntatem,
4. quæ ſeptem teſtibus † non probetur, ideóque teſtatorem potiùs iactationis gratia illum actum facere voluiſſe; propterea probationis ſollemnitas adeò cum ipſa voluntate vnita eſt, vt vnà ſimul for-
5. mam ſubſtantialem † conſtituant, ita vt ſollemnitas numeri teſtium dicatur de ſubſtantiali forma ipſius teſtamenti, quam eſſe communem opinionem firmarunt Bartol. *in l. nemo poteſt. de legat. 1.* Alexand. *in l. 1. col. 2. ff. de condict. indebit.* Dec. *in l. 2. col. 3. C. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabulas.* Ripa *in d. l. nemo poteſt, num. 27.* dicit communem, & *ibi* Iaſ. *in 1. lect. numer. 17. & in 2. lect. num. 21.* Clar. *in d. quaſt. 56.* & Craſſ. *in d. quaſt. 54. num. 2.*

Confirmatur, quoniam communiter etiam recep-
6. tum eſt, quòd hæres ex minus † ſollemni voluntate ob defectum numeri teſtium non poſſit retinere hæreditatem, ad quam vocatus eſt hæres, ſed illam ſucceſſoribus ab inteſtato reſtituere teneatur, & hanc concluſionem eſſe veram etiam in foro conſcientiæ, D.Thom. *in ſecunda ſecundæ. quaſt. 96. art. 4.*
7. vbi quòd leges poſitiuæ † conditæ ab habente poteſtatem ligant ſubditos etiam in foro conſcientiæ; ergo hæres ſcriptus, vel vocatus in minus ſollemni voluntate ob defectum numeri teſtium, hæreditatem ab inteſtato ſucceſſoribus reſtituere tenetur, & ita firmarunt Rainerius *in repetione l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. num. 25.* quæ repetitio eſt impreſſa in lectura Alberici. Io. Calderin. *in ſua diſputatione, incipiente, Bononienſi ſtatuto,* quam refert Aucharan. *in reg. poſſeſſor, col. 8. de regul. iur. lib. 6.* Bald. *in l. 1. num. 55. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Conarr. *in cap. cùm eſſes, num. 8. de teſtam.* Gomezius *in l. 3. Tauri, num. 123.* Iaſ. *in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris, & facti ignorant.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quaſt. 54. num. 4.* Quando enim deficit titu-
8. lus, vel habetur pro non titulo, ſemper poſſeſſor † tenetur reſtituere. Innoc. *in cap. quia plerique. de immunit. Eccleſ.* quæ doctrina eſt communiter approbata; ergo etiamſi hæres ſcriptus poſſideret, ipſa poſſeſſio, deficiente iuſto titulo, eſt iniuſta, & nihil prodeſt, quia rem ad alterum pertinere non ignorar, vt notatur *in l. final. C. vnde vi.* Item ſi ſuc-
9. ceſſores † ab inteſtato poſſiderent, non tenentur in foro conſcientiæ reſtituere hæredi ſcripto vel vocato nulliter, quoniam lex præſumit defectum voluntatis vltimæ, quæ per ſeptem teſtes non probatur.

Ex quo infero non eſſe veram opinionem quòd
10. legata † in minus ſollemni voluntate ob defectum numeri teſtium debeantur in foro conſcientiæ, quia ex ea voluntate minus ſollemni oritur naturalis obligatio, quæ eſt efficax ad hunc effectum, quam firmarunt Bartol. *in l. cùm quis. num. 7.* poſt gloſſ. *il i, C. de iuris, & facti ignorant.* & *ibi* Immol. & Doctor. communiter. Iaſ. *num. 9. & ſeq.* qui atteſtatur de communi. Craſſ. *de vltimis voluntatibus. §. 1. num. 13.* & latiùs per Guttierez *in repetit. d. l. nemo poteſt, à num. 457.* per plures columnas.

Primò, quia contrariam opinionem firmauit Bartol. ſibi contrarius *in d. l. nemo poteſt. in 1. oppoſit.* vbi expreſsè dicit, quòd numerus ſeptem teſtium & inſtitutio hæredis ſunt de ſubſtantia, & eſſentia teſtamenti, quia ſine eis eſſe non poteſt. Idem Bartol. *in l. vniuerſa, circa med. C. de precib. Imper. offer.* dicit, quando lex iubet aliquam ſollemnitatem eſſe adhibendam, ſi aliter fiat, ipſo iure non valet, allegat *l. hac conſultiſſima, in princip. C. de teſtam.* requirentem numerum ſeptem teſtium; ergo ſi non valet ipſo iu-
re †, obligationem naturalem non producit, quæ 11.
oriri non poteſt ex actu nullo, & à lege reprobato. *l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat. l. 1. §. eum qui. ff. de conſtit. pecun.* Quamobrem Bartolo in hoc credendum nõ eſt, vti ſibi contrario, & ſublato principali, de cæteris Doctoribus ſequacibus nulla ratio haberi debet.

Propterea verior eſt opinio tenentium, quòd dicta legata ex teſtamento nullo ob defectum numeri teſtium, nullo modo debeantur, nec etiam in foro
conſcientiæ †, neque ex eo teſtamento nullo oriatur 12.
naturalis obligatio, quam firmarunt Petrus de Belapertie. *in d. l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignorant.* & *ibi* Guglielm. de Cun. & Cyn. & Fulgoſ. Item Romanus *in l. 1. ff. de condict. indebiti.* Et comprobatur ex numero illorum Doctorum, quos ſuprà allegaui, firmantiũ hęredẽ ſcriptum in teſtamento nullo ob defectũ numeri teſtium non poſſe retinere hæreditatem in foro conſcientiæ, quia deficit iuſtus titulus, & conſtituitur in mala fide, qui cùm faciant communem opinionem in illo articulo, aggregati ad iſtum caſum, conſtituunt etiã communẽ pro opinione Petri.

Itẽ quia non poteſt reddi ratio differentiæ, quare aliud ſit in hæreditate, aliud in legatis, & illa diffe-
rentia, quã conſiderauit Iaſ. † *in d. l. nemo poteſt, n. 75.* 13.
de legat. 1. non valet, quoniam, vt legata facilius reuocentur, quàm inſtitutio. *l. ex parte. ff. de adimend. legat.* Item vt legata poſſint relinqui ſolo nutu. *l. nutu. ff. de legatis 3.* ſecus hæreditas. *l. iubemus. C. de teſtamentis.* Item vt legata ſuſtineantur per edictum, *ſi quis amiſſa cauſa teſtamenti*; ſecus hæredis inſtitutio. *l. ſi in teſtamento, in princip. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam.* iſtæ rationes præſupponunt conſtare de voluntate per ſufficientem teſtium numerum, in quibus conſiſtit eſſentia, & ſubſtantia teſtamenti, & cum hoc præſuppoſito factæ fuere dictæ diſpoſitiones: ſed nos loquimur quando teſtamentum non poteſt dici in eſſe productum, quia deficiente teſtium numero, eius ſubſtantia non eſt in rerum natura. Quamobrem ratio differentię reddita non fuit, nec vera, & certa reddi poteſt, & propterea idem Iaſ. *in d. l. nemo poteſt, n. 75. verſ. tu aduerte,* attentat defendere, quòd etiam hęreditas ex huiuſmodi teſtamento nullo debeatur naturaliter, quia, vt ipſe dicit, teſtamentum eſt de iure gentium, ideo ſufficit illam vltimam voluntatem per duos teſtes probare, quam opinionem reprobauimus ſuprà in primo articulo huius quæſtionis, vbi quòd teſtamentum eſt de iure ciuili. Quare pro Petri opinione concludendũ eſt contra Bartol. & ſequaces, quia ratio differentiæ inter vtrumque caſum reddi non poteſt, & cùm illa concluſio de hæreditate non reſtituenda, vel retinenda ex teſtamento nullo ſit communis; ergo & iſta de legatis non præſtandis dicitur eſſe communis.

Item

Item Petrus optimè probat ſuam concluſionem,
14. quoniam quando actus deficit in ſui forma † eſſen-
tiali,tunc nulla oritur obligatio, ne naturalis qui-
dem,vt probaui: quòd autem deficiat in forma ſub-
ſtantiali,probatur, quia iſta voluntas, quæ ſeptem
teſtibus non probatur,non eſt teſtamentum, prout
ex definitione illius colligitur, quæ eſt ſubſtanria
ipſius definiti, ad *l.1. ff. de teſtament.* Nec eſt ve-
ra diſtinctio Bartoli, de ſollemnitate probatoria,
quia, vt dicit Bald. *ibi in d. l. cùm quis*, tunc di-
cta legata ex minus ſollemni voluntate deberen-
tur etiam ciuiliter, quia ius non deficeret, ſed
probatio, ad *l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutela.*
Item quando lex vnit ſollemnitatem probatoriam
ad actum, & illum annullat aliter factum,tunc il-
15. la ſollemnitas † eſt de eſſentia illius actus, quo-
niam ſine illa ſollemnitate in eſſe non producitur,
ſed lex requirit numerum ſeptem teſtium in teſta-
mento conficiendo, & ſine illis declarat teſtamen-
tum nullum, & vltimam voluntatem eſſe inuali-
dam. *d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, in verſ.
pro nullo haberi. d. l. ſi vnus. C. de teſtam.* Et pro hac
opinione Iaſ. *in d. l. cùm quis. num.* 13. allegat *l. ſi
veritas, in ver. ſtipulantibus. C. de fideicommiſſis.* in-
ducendo, quòd ex teſtamento inutili, & nullo ob
defectum formæ,non ſeruatæ, nulla oritur obliga-
tio,ne naturalis quidem; ergo nullo modo ſuſtine-
ri poteſt,quòd legata ex minus ſollemni voluntate
ob defectum numeri teſtium debeantur naturali-
ter,& in foro conſcientiæ.

16. Neque obſtat quòd d. legata † debeantur in ca-
ſu auth. *Ex cauſa. C. de liber. preterit.* Quia ibi con-
ſtabat de legitima voluntate, & teſtamentum erat
nullum ob defectum præteritionis, vel iniuſtæ ex-
hæredationis, quæ cùm reſpiciebant inſtitutionem
tantùm, lex voluit præſeruare voluntatem in il-
lis, in quibus peccatum non fuit, & iuſſit lega-
ta deberi, quæ non debentur ex teſtamento nul-
lo, & à lege reprobato, ſed debentur conditio-
ne ex illa lege, vt inferiùs in quæſtione *de lega-
to*, contra communem probabo eſſe concluſio-
nem veriſſimam. Neque obſtat *l. final.* † *C. de fi-*
17. *deicommiſſ. & §. final. Inſtit. de fideicommiſſar. hære-
dit.* quæ inducuntur à tenentibus opinionem Bar-
toli, in quibus probatur ſecundùm eos, quòd te-
ſtator, ſi vult, poteſt diſponere in minus ſollem-
ni voluntate, & ita ſollemnitas probatoria non
eſt de eſſentia teſtamenti. Quia imò illi textus
probant totum contrarium: nam præſupponunt
teſtamentum fuiſſe ritè, & rectè factum, atque diſ-
ponit, quòd ſi heres cui delatum fuerit iura-
mentum, negauerit fideicommiſſum fuiſſe ſollem-
niter factum, tunc fideicommiſſarius debet illam
ſollemnitatem probare per teſtes, & *ibi* gloſſa, &
cæteri dicunt per ſeptem teſtes probandam eſſe;
quamobrem ſollemnitas probatoria eſt adeò vni-
ta cum ipſa voluntate, vt ſubſtantiam teſtamenti
ſimul in eſſe producant, & illa deficiente nulla
naturalis obligatio oriri poſſit,ad effectum vt lega-
ta debeantur.

Declaratur iſte caſus, quia ſi ante teſtamenti pu-
blicationem, vnus ex dictis ſeptem teſtibus moria-
18. tur †,teſtamentum corruit. Bartol. & Immol. *in l.
tabularum. ff. quemadmod teſtam. aper.* Bolognet. *in d.
l. nemo poteſt, num.* 193. *& ſeq. de legat.* 1. Dilect. *de
arte teſtandi tit.* 2. *cautela* 1. *num.* 2. Simon de Pret.
de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. *interpretat.* 2. *dub.*
2. *ſolut.* 2. *num.* 10. *& ſeq.* Craſſ. *in §. teſtamen-
tum, quæſt.* 91. Propterea ad euadendam hanc
dubitationem, tutius eſt vt teſtator apud acta,
vel coram Principe teſtamentum faciat, vel vt
in teſtamento nuncupatiuo rogetur Notarius, qui
etiam dictos ſeptem teſtes in teſtamento ſcribat. In
teſtamento verò ſcripto, Notarius requiritur, vt
inſtrumentum conficiat ſuper teſtatoris confeſſio-
ne, quòd illud teſtamentum erat ſuum, & ſuper
teſtium præſentia, ſubſignatione,& ſubſcriptione
illorum.

Secundus caſus eſt,de iis, qui reperiuntur in lo-
co hoſtili †,qui poſſunt tunc condere teſtamentum 19.
de iure militari, ita dixit gloſſ. final. *in l. ſcriniarios,
C. de milit. teſtam.* quæ eſt communiter approbata.
Pariſ. *in conſil.* 32. *num.* 25. *vol.* 2. quos ſequitur
Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 15. *in fine.* Craſſ. *in §.
teſtamentum. quæſt.* 54. *num.* 10. Alexand. *in l. final.
C. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. creatione.* §. 23.
num. 1.

Tertius caſus eſt, de teſtamento † facto tem- 20.
pore peſtis,quod nullatenus valere, niſi ſeptem te-
ſtes interuenerint, firmarunt Socin. *in conſil.* 85. *col.*
3. *vol.* 4. vbi atteſtatur hanc eſſe communem, ſicut
etiam Alexand. *in conſil.* 69. *col. penult. & conſil.* 176.
col. 3. *vol.* 2. & Bauerius *in §. final. Inſtit. de teſtam.* & *ibi*
latè Riminald. iun. *num.* 95. *&* 103. *& in conſil.* 748.
col. 1. *vol.* 7. vbi quòd teſtator non eſt excuſatio-
ne dignus ſi ſeptem teſtes adhibere non potuit,
nam poterat imitari Aquiliam vxorem Signoroli de
Homodeis, quæ peſte percuſſa, non valens habere
teſtes,ſe portari fecit in viam publicam, vt haberet
teſtes audientes voluntatem ſuam, vt referunt Ful-
goſ. & Iaſ. *in l. final. C. de teſtam.* Item, vt dicit Rimi-
nald. *in d. conſil.* 748. *num.* 5. *vol.* 7. poterat ſeruare
morem Bononiæ, vbi teſtator ſe ponit in aliqua fe-
neſtra, & teſtes ſtant inferiùs, vt audiant eius vo-
luntatem. Boër. *deciſ.* 228. & hanc partem defendit
Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. requiſito c.* 11.
ampliat. 8.

Contrariam partem eſſe veriorem, videlicet,
quòd teſtamentum factum tempore † peſtis va- 21.
leat cum pauciori numero teſtium, & quinque
ſufficiant, firmarunt Bald. Salyc. & Iaſon. *in d.
l. final. C. de teſtam.* Raphaël. *in l. conficiuntur. §.
codicillis. ff. de iure codicill.* Angel. *in §. quod au-
tem. auth. de non alien.* Et quòd in hoc caſu quin-
que teſtes ſufficiant, firmarunt Angel. Aretin. *in §.
final. Inſtit. de teſtam.* Iaſ. *in d. l. final.* Dec. *in conſil.*
234. & *ibi* Molin. *in additionibus*, dicit hanc eſſe
opinionem æquiorem. Idem Dec. *in l. ſcriniarios, num.*
20. *C. de milit. teſtam.* Ripa *in tractatu de peſte, in
cap. de priuileg. vltim. voluntat. cauſa peſtis, num.* 12.
Roland. *in conſil.* 81. *num.* 47. *vol.* 1. Craſſ. *in §. te-
ſtamentum quæſt.* 64. & de magis communi atteſta-
tur Theſſaur. *in deciſ.* 180. & ſecundùm hanc opi-
nionem ſemper fuit iudicatum in tribunalibus, vt
in Rota Romana, in Camera Imperiali, in Sena-
tu Pedemontano, & in Parlamento Gratianopoli-
tano, quæ deciſiones ſunt cumulatæ *in Digeſtis No-
uiſſimis, tomo* 5. *tit. Teſtamentum, cap. quando tempore,
& cap. ſeq.*

Quartus caſus eſt præcedenti ſimilis. Nam ſi
fiat in carceribus † ob metum tyranni, & plu- 22.
res teſtes haberi non poſſunt, tunc coram quinque
teſtamentum factum inficiari non poſſe, dixerunt
Bald. *in d. l. final. C. de teſtam.* Vaſquius *de ſucceſſ.
creat.* §. 23. *numer.* 2. Craſſ. *in d. §. teſtamentum.
quæſt.* 54. *num.* 11. In his autem caſibus qualitas
quòd alij teſtes haberi non potuerunt,probāda eſt,
ad effectum validitatis teſtamenti,non enim ſemper
tempore peſtis,vel tyranni teſtes adeſſe poſſunt, &
qui quinque habuit, potuit etiam ſeptem habere.

Idcirco cum iſta præſumptione alia probationum adminicula concurrere debent.

Quintus caſus eſt, teſtamentum factum coram 23. Principe †, etiã ſine teſtibus, dicitur ſollemniter factum, & eſt validum, quoniam Princeps æquiparatur actis, & teſtibus ſollemniter adhibitis. *l. omnium. C. de teſtament.* Vbi autem negaretur præſentia Principis, ad illam probandam duo teſtes ſufficiunt, vt *ibi* per gloſſ. *in ver. teſtes, in fin.* Et rationem aſſignat ibi textus, quia coram Principe præſumitur ſemper adeſſe copia perſonarum, & multitudo peritorum, quæ ratio cùm deficiat in dominis recognoſcentibus ſuperiorem, ideo teſtamento coram eis facto, non procedit diſpoſitio *d. l. omnium.* Socin. iun. *in conſil.* 138. *num.* 4. *vol.* 1. Bellamer. *in conſil.* 1. *num.* 38. *verſ. primò cùm quæritur.* Quamobrem diſpoſitio *d. l.* 24. *omnium* †, eſt recepta ſolùm coram illis Principibus, qui poſſunt leges condere. Bald. *in l. ſancimus, num.* 5. *in fin. C. de donat.* Alex. *in d. l. omnium, num.* 8. & *ibi* Iaſ. *num.* 15. Dec. *in conſil.* 516. *num.* 3. *& ſeq.* Mantica *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 39. & alij ad hoc congeſti per Addentes ad Roman. *in conſil.* 59. *in ver. non recognoſcunt.* Item propter rationem *d. l. omnium*, vſu receptum eſt, vt teſtamenta facta apud acta iudicij, 25. & coram iudice †, ſint valida ſine teſtibus, quoniam perſonarum multitudo præſumitur adeſſe, & omnis falſitatis timor ceſſat. Iaſ. *in d. l. omnium, num.* 15. Alexand. *num.* 4. Felin. *in cap. quoniam contra. num.* 12. *& ſeq. de probat.* & ita fuit deciſum in Rota, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. teſtamentum. cap. vbi teſtium.* Et hoc teſtamentum erit validum etiam ſine teſtibus, quoniam acta iu- 26. dicialia † habent virtutem tot teſtium, quot in ipſo actu de iure requiruntur. Paul. de Caſtr. *in d. l. omnium, num.* 3. Felin. *in d. cap. quoniam contra, num.* 12. Hondedeus *in conſil.* 16. *num.* 27. *&* 29. *vol.* 1. Riminald. iun. *in* §. 1. *Inſtit. de donat. num.* 338. & ad hoc eſt text. *l. ſancimus. C. de teſtam.* vbi à pari procedunt, quòd teſtator declarauerit voluntatem ſuam coram teſtibus. Dec. *in d. cap. quoniam contra, num.* 19.

Declaratur iſte caſus, quantum ad teſtamentum factum coram iudice, vt non procedat ſi quis co- 27. ram iudice † priùs teſtamentum ex aliqua cauſa inualidum feciſſet, & poſtea volens illud validè repetere produxit ſcripturam teſtamenti coram Notario iudicij. Nam ſi extra acta iudicij voluntas reducatur in diſpoſitionem, non ſufficit, quòd per productionem, & repetitionem fiat de actis iudicij, & iudicis. Bartol. *in d. l. omnium. num.* 4. Bald. *num.* 3. Paul. de Caſtr. *num.* 3. Salyc. *num.* 7. *verſ. ego credo.* Alexand. *num.* 4. qui atteſtatur de magis communi, & ita fuit deciſum in Rota, vt *in d. cap. vbi teſtium*, eſt *deciſ.* 123. *part.* 1. in vltimò impreſſis. Qui enim inutiliter factum vult vtiliter repetere, debet coram iudice facere, profitendo ſe facere actum iudicialem, & petendo confirmari, vt dicit Sichardus *in l. publicati. num.* 9. *C. de teſtam.* illa enim productio, & repetitio non ſufficit, vt ibi per multas rationes probat Rota *in d. deciſ.* 123.

28. Sextus caſus eſt, in caſu *cap. cùm eſſes.* † *de teſtament.* vbi teſtamentum factum coram ſuo presbytero, & duobus, vel tribus teſtibus, eſt validũ, & illam diſpoſitionem habere locum etiam in cauſis profanis, reſponderunt Ruin. *in conſil.* 14. *num.* 4. *vol.* 2. Alexand. *in conſil.* 177. *num.* 2. *vol.* 2. Corn. *in conſil.* 137. *vol.* 2. *& conſil.* 261. *vol.* 4. Socin. *in conſil.* 138. *num.* 5. *vol.* 1. Boër. *deciſ.* 93. *num.* 2. Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 57. *num.* 1.

Declaratur, vt procedat ſolùm † in terris Eccle- 29. ſiæ Romanæ ſubiectis. Clar. *in d. quæſt.* 57. *num.* 2. Craſſ. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 56. *num.* 3. In terris autem Imperij locum non habere in foro ſæculari, ſed ſolùm in foro Eccleſiaſtico. Corn. *in conſil.* 261. *vol.* 4. Bertrand. *in conſil.* 178. *lib.* 3. *in* 2. *parte.* Clar. & Craſſ. *in d.* §. *teſtamentum.* Et in Regno Neapolis fuit deciſum, quòd teſtamentum clerici factum à Notario Apoſtolico †, in quo 30. fuerat inſtitutus heres laicus, non erat validum. Capyc. *deciſ.* 201. vbi teſtamentum fuit iudicatum eſſe nullum.

Secundò declaratur, vt procedat quando parochus † adhibitus eſt vt Notarius ad faciendũ teſta- 31. mentum pro ſuo parochiano, vt dicit Pariſ. *in conſil.* 51. *vol.* 3. Quamobrem ſi duo tantùm teſtes interueniſſent ſine parocho, tale teſtamentum de iure Canonico non valet, prout eſſe communem opinionem atteſtatur Immol. *in d. cap. cùm eſſes, num.* 13. Clar. *in d.* §. *teſtamentum. quæſt.* 57. *in fin.* Idem ſi interueniſſent † quatuor teſtes ſine parocho, teſtamen- 32. tum non eſſe validum, dixerunt Ancharan. & Immol. *in d. cap. cùm eſſes.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 21. *num.* 1. vbi quòd ius Canonicum non habet locum, vbi parochus teſtatoris non interuenerit. Sed in contrarium eſt communis opinio, quòd ſcilicet in terris Eccleſiæ, & in foro Eccleſiaſtico teſtamentum ſine parocho † ſit validum cum quatuor teſtibus. 33. Abb. *in d. cap. cùm eſſes*, & communem dicit Dec. *in conſil.* 284. *num.* 8. Alexand. *in conſil.* 103. *vol.* 4. Ruin. *in conſil.* 51. *num.* 11. *vol.* 1. Roland. *in conſil.* 32. *num.* 42. *vol.* 3. Couar. *in d. cap. cùm eſſes, num.* 13. & magis communem dicit Clar. *in d.* §. *teſtamentum. quæſt.* 57. *num.* 3. quia dicti duo alij teſtes ſupplebunt præſentiam parochiani, vt dicunt præcitati Doctores.

Tertiò declaratur iſte caſus †, vt teſtes requiſiti 34. de iure Canonico in teſtamentis condendis, etiam feminæ eſſe poſſint. Abb. & Ancharan. *in d. cap. cùm eſſes*, & eſt communis opinio ſecundùm Immol. *in l. nemo poteſt, num.* 4. *de legat.* 1. Ruin. *in conſil.* 191. *num.* 7. *vol.* 1. Pariſ. *in conſil.* 51. *num.* 16. *vol.* 3. Iaſ. *in l. hac conſultiſſima.* §. *ex imperfecto, num.* 175. Crot. *in tract. de teſtib. part.* 1. *num.* 9. *& ſeq.* vbi dicit, quòd hanc concluſionem ſequuntur communiter Canoniſtæ, Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 12. *num.* 42. vbi quòd d. c. *cùm eſſes*, reduxit ſollemnitatem teſtamenti ad ius gentium, quod ius non diſtinguit teſtimonium feminæ à teſtimonio viri. Verior tamen opinio eſt, quòd etiam femina repellatur à teſtimonio teſtamenti de iure Canonico, & ita tenet gloſſ. *in c. forus. de verb. ſignificat.* Federic. de Sen. *in conſil.* 202. Roman. *in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.* Immol. *in d. cap. cùm eſſes.* Alexand. *in conſil.* 70. *& conſil.* 77. *col.* 2. Bellon. *in conſil.* 14. *num.* 8. Dilectus *de arte teſtandi tit.* 2. *caut.* 2. *num.* 107. Tiraquell. *in l.* 9. *connubiali num.* 45. Viuius *in ver. teſtis eſſe non poteſt. num.* 2. & eſſe magis communem opinionem, atteſtatur Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 55. *num.* 3. Suarez *in theſauro recept. ſententia. litera M. num.* 264. & ab hac opinione non eſſe recedendum ait Craſſ. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 57. *num.* 3. poſt alios per Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 59. *num.* 61.

Itẽ declaratur iſte articulus in omnibus caſibus, in quibus teſtium numerus in teſtamento requiſitus †, eſt diminutus, quia quoad ipſorum idoneita- 35. tem nihil eſt immutatum, ideo femina in teſtamento ruſtici teſtis eſſe non poteſt, argum. *l. ſancimus. C. de teſtam. & l. præcipimus. C. de appellat.* Alexand. *in conſil.* 177. *num.* 6. *verſ. nec etiam prædictis obſtat, & conſil.* 70. *num.* 16. *vol.* 2. Crot. *in tract. de teſtibus. part.* 1.

part.1. num.5. verſ.iſtud amplia. Maſcard. de probat. concluſ.763. num. 5. Farinac. de teſtib. quæſt. 59. num.62.

ARTICVLVS IX.

De numero teſtium in teſtamento ruſticorum, item in teſtamento cæci.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum ruſtici quando ſit validum cum quinque teſtibus.*
2. *Ruſtici in teſtamentis condendis quomodo ſint priuilegiati.*
3. *Ruſticorum appellatione qui comprehendantur.*
4. *Ruſtici teſtantes in ciuitate non habent priuilegium.*
5. *Notario aſſerenti non reperiri alios teſtes an ſit credendum.*
6. *Teſtamentum cæci quas ſollemnitates habere debeat.*
7. *Teſtamentum cæci an vitietur propter præfationem omiſſam.*
8. *Notarius, & teſtes quando debeant ſe ſubſcribere in ipſo actu.*
9. *Hæredis nomen quomodo à cæco teſtante explicandum ſit.*
10. *Hæredum nomina in teſtamento cæci an ſint præponenda legatis.*
11. *Teſtamenti cæci ſcribendi commiſſio præcedere debet.*
12. *Codicilli faciendi per cæcum debent fieri cum eadem ſollemnitate* l.hac conſultiſſima.
13. *Cæcus ſi faciat teſtamentum inter liberos, non debet obſeruare formam* l.hac conſultiſſima.
14. *Monoculus teſtando non obſeruat formam teſtamenti cæci.*
15. *Notario atteſtanti teſtatorem eſſe cæcum, credendum non eſt.*
16. *Notario non eſt credendum, niſi in iis, de quibus rogatus eſt.*
17. *Notarius omittens ſollemnitatem in teſtamento cæci, tenetur ad intereſſe hæredis, & legatariorum.*
18. *Error ſollemnitatis omiſſæ non poteſt corrigi per Notarium.*

PRæcedenti articulo proximus eſt iſte, tam circa diminutionem, quàm circa augmentum numeri teſtium in teſtamento requiſiti.

Primus igitur caſus eſt de teſtamen-
1. mentis † ruſticorum, quibus Iuſtinianus ſpeciali-
2. ter conceſſit, *in l.final.C.de teſtam.* quòd ſi ruſticus† in rure vult condere teſtamentum, & ſeptem teſtes haberi non poſſunt, ſiquidem vnus tantùm ſciat ſcribere, ille ipſe ſubſcribat pro omnibus, & tam in teſtamento in ſcriptis, quàm nuncupatiuo quinque tantùm teſtes ſufficiant, ſi plures alij haberi non poſſunt. Tria igitur ad conſequendum hoc priuilegium concurrere debent, videlicet, vt ruſticus ſit teſtator, item vt in rure velit teſtamentum facere, item vt ſufficiens teſtium numerus haberi non poſſit. Clar. *in §.teſtamentum.quæſt.56.num.6.* Craſſ. *in §.teſtamentum.quæſt.54. num.9.*

3. Primò declaratur, vt appellatione ruſticorum † omnes illi comprehendantur, qui in rure habitant, etiamſi nobiles ſint, Petrus, Cyn. Alberic. Angel. & Iaſ. *in d.l.final.C.de teſtam.* Bartol. *in l.conficiūtur.§.1.n.* 3.*verſ. qui dicantur ruſtici.ff. de iure codicill.* Angel. *in tractatu de teſtamentis.gloſſ.5.num.8.* Vaſquius *de ſucceſſ.creat.lib.3. §.22. num.32.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.55.num.8.*

Secundò declaratur, hoc priuilegium † non competere ruſticis in ciuitate teſtantibus, etiamſi numerus ſufficiens teſtium haberi non poſſet, Iacob. de Arct. & Bartol. *in d.l.final.* Angel. *de teſtam. in d. gloſſ.5.num.8.* Magdalenus *de numero teſtium in teſtam. requiſit.part.1.cap.21.* 4.

Tertiò declaratur, ſtandum eſſe aſſertioni Notarij†, dicentis plures alios teſtes haberi non potuiſſe. Bart. *in d.l.conficiūtur.§.1.n.4.* Vaſq. *in d.§.22.n.31.* Sed non ideo aduerſario denegatur facultas probandi contrarium. 5.

Secundus caſus eſt, de teſtamento † cæci, in quo particulariter fuit prouiſum *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam.fac.poſſunt*, vt cæcus ſub hac forma teſtamentum faciat. Primò requiritur, quòd cæcus conuocatis ſeptem teſtibus, & Notario, & ſi Notarius haberi non poteſt, adiungat octauum teſtem, qui octauus teſtis ſit literarum peritus, & proteſtetur ſe velle ſine ſcriptis teſtari, declarans, & explicans legata, hæredum nomina, dignitatem, indicia, & cætera quæcumque coram eis diſponenda, ita quòd ante omnia hæc, vel ſimilia proferre debet, vt firmarunt Cyn. Bartol. Fulgoſ. Caſtrenſ. & alij *in d. l.hac conſultiſſima.* Aretin. *in tract.de teſtam.in princip.n.20.* Rnin. *in conſil.68. vol.2.* & alij per Riminald. iun. *in conſil. 83.col.1.vol.1.* Sed Dec. & Iaſ. *in d.l.hac conſultiſſima*, exiſtimant, hanc præfationem † in teſtamento cæci omiſſam non vitiare teſtamentum. Item requiritur, vt Notarius, vel ſi iſte haberi non poteſt, octauus teſtis, qui Notarij loco aſſumptus eſt, voluntatem cæci redigat in ſcripturam, quia teſtamētum cæci ſcripturam requirit. Caſtrenſ. *in d.l.hac conſultiſſima.num.* 2. Item quòd Notarius, ſiue octauus teſtis ſe ſubſcribant, ſigillaque ſua ſubiiciant dicto teſtamento, quòd in alio teſtamento nuncupatiuo quàm cæci non requiritur. Imò regulariter vbi Notarius † de actu rogatus eſt, in ipſo ſolus debet ſe ſubſcribere: teſtes autē ſe ſubſcribere non tenentur. gloſſ. *in l.donationibus.C.de donat.* & *ibi* etiam Bald. & hæc omnia requiruntur pro forma, vt probat *d.l. hac conſultiſſima, in verſ. vt antelata forma declarant.* Ea igitur non ſeruata actus corruit, *l.cùm hi. §.prætor. ff.de tranſact.* cum vulgaribus. Item requiritur quòd hæres per nomen†, & cognomen, & dilucida indicia exprimatur, vt *in d.l.hac conſultiſsima, verſ. exprimant nomina ſpecialiter hæredum, & dignitates ſingulorum, & indicia, ne ſola nominis commemoratio pariat ambiguitatem,* & ita notat Alex. *ibi col.1.* Sed ſi ex nomine ambiguitas nulla naſci poteſt, ſolum ipſum nomen exprimi ſatis eſt, vt *in d.l.hac conſultiſsima*, firmarunt Cyn. Bartol. Bald. Caſtrenſ. Alex. Dec. Iaſ. & alij. Item quòd hæredum nomina † præponantur legatis, licèt in aliis teſtamentis cæterorum hoc non ſit neceſſarium. *§.ante hæredis.Inſtit.de legatis*, & ita firmauit Aretin. *ibi*, & *in §.cæcus.* Riminald. iun. *in d. conſil. 83.num.10.vol.1.* Et niſi hæredis inſtitutio præponatur legatariis, teſtamentum cæci vitiari exiſtimant Cyn. Bartol. Aretin. & Dec. *in d.l. hac conſultiſsima.* Sed contrarium eſſe verius probant Bald. Caſtrenſ. & Iaſ. *ibid.* & hanc eſſe magis communem opinionem atteſtatur Gomeſius *in lib. 1. var. reſolut. cap. 2. num.3.* & Suarez *in comm opinion.ver.teſtamentum cæci*, quoniam hæc ſollemnitas leuis eſt. 6. 7. 8. 9. 10.

Declaratur iſte caſus, vt cōmiſſio ſcribendi† teſtamēti cæci, omnino præcedere debeat, quæ cōmiſſio ſi non probaretur, non ſufficit ſcripturam teſtamēti 11.

eſſe lectam coram teſtibus, & Notario, & ipſum cœcum dictum teſtamentum pro ſuó agnouiſſe; ſi enim nulla præceſſerit teſtatoris commiſſio, tunc talis voluntas præſumitur ſuggeſta, & non valeret, vt conſuluit Molin. *in conſil.* 31.& tetigit etiam Cephal. *in conſil.* 596.*num.*94.

Secundò declaratur, vt ſupradicta omnia ſint obſeruanda etiam in codicillis ipſius cœci †, qui neque fideicommittere, neque legare poteſt, niſi ſeruata forma d.l. *hac conſultiſſima*, vti reſponderunt Caſtrenſ. *in conſil.* 393. *num.* 1. *vol.* 2. & Alciat. *in conſil.* 32. *num.* 1. *lib.* 9. & licèt Caſtrenſ. Salyc. Iaſ. & Dec. *in d.l. hac conſultiſſima*, firmauerint, quinque teſtes ſufficere in codicillis cœci, dummodo ſupradicta alia obſeruentur; tamen contraria opinio eſt verior, & magis recepta, videlicet, quòd etiam in dictis codicillis octo teſtes neceſſarij ſint, vt poſt Rayner. Iacob. Butrig. Angel. Fulgoſ. Roman. Bald. Alex. & alios atteſtatur Vaſquius *in lib. controuerſ. illuſtr. cap.* 103. *num.* 13. Sed in donatione cauſa mortis, cœcus non tenetur ſollemnitatem dictæ legis obſeruare. Bald. *in conſil.* 148. *vol.* 5. Boët. *conſil.* 34. *num.* 5. Roland. *in rubric. de teſtament. num.* 8.

12.

Tertiò declaratur vt hæc omnia non habeant locum ſi cœcus † teſtetur inter liberos, reſpectu quorum ceſſat falſitatis ſuſpicio, & propterea inter eos ſatis eſt, ſi interueniat ſollemnitas iuriſgentium, prout firmarunt *ibi* Bald. *num.* 2. Caſtrenſ. *num.* 9. *verſ. at eum humana fragilitas*. Alexand. *num* 13. *& ſeq.* Iaſ. *num.* 4. Roland. *in conſil.* 81. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 72. Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 17. *num.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 6. Craſſ. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 11. *num.* 7.

13.

Quartò declaratur, vt diſpoſitio *d. l. hac conſultiſſima*, non procedat in teſtamento monoculi †, vt dicit gloſſ. *in d.* §. *cœcus. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

14.

Quintò declaratur, vt Notario † aſſerenti illum eſſe cœcum, qui teſtamentum facit, non ſit credendum, vt probant Cephal. *in conſil.* 72. & Riminald. iun. *in d. conſil.* 83. *à num.* 15. *ad finem vol.* 1. quia Notarius non fuit rogatus de huiuſmodi aſſertione, ideo præter illa, de quibus rogatus eſt, Notario nullatenus credendum eſt. §. *nos autem. auth. de tabellionib.* Bartol. *in auth. ſi quis in aliqua C. de edend. col.* 2. *verſ. reſpondeo*; ſicut nec illi crederetur atteſtanti de inſana mente teſtatoris. Bald. *in l. Imperator col.* 1. *verſ. pone. ff. de ſtatu homin.* Et quòd regulariter Notario credendum † non ſit, niſi in illis, de quibus rogatus fuit, ſæpiſſimè iudicatum fuit, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 1. *tit. Notarius. cap. Notario atteſtanti.* Et quomodo probetur cæcitas, pleniſſimè ſcribit Riminald. poſt Cephal. quem ſequitur *in d. conſil.* 83.

15.

16.

Sextò declaratur, vt ſi Notarius † omiſerit dictam ſollemnitatem in teſtamento cœci, tenetur ad intereſſe hæredis, & legatariorum, ita reſponderunt Bero. *in conſil.* 5. *vol.* 2. per totum conſilium, præſertim *num.* 6. *verſ. & tunc Notarius de falſo, & ad intereſſe partis tenetur*, & pleniùs D. Cæſar Manentus *in conſil.* 64. *per totum.* Ad officium enim Notarij pertinet ſollemnitatem obſeruare, atque formam legis in ipſo actu explicare, quam ſi omittit, actus eſt omnino nullus, & error † ſollemnitatis corrigi non poteſt. Bald. *in d.l. Imperator in* 1. *lect. in fine. ff. de ſtatu homin. & in l. ambiguitates. circa finem. C. de teſtament.* poſt Dyn. *in conſil.* 13. & quòd hoc caſu teneatur ad intereſſe hæredis, & legatariorum, etiam ceſſante dolo, quia per ſolam culpam tenetur. Bald. *in l. final. num.* 20. *C. de edendo.* Tanto magis, quia ſollemnitatum teſtamentorum omiſſio ſemper doloſa præſumitur. Alex. & Iaſ. *in l. iubemus. C. de teſtam.* Bero *in d. conſil.* 5 *num.* 7. *vol.* 2. & ideo tenetur ad intereſſe. Plot. *de in litem iur.* §. 28. *num.* 6. *& plur. ſeq.* Phanuc. *in eod. tractatu part.* 2. *membro* 2. *num.* 71.

17.

18.

ARTICVLVS X.

De probatione teſtamenti validi, eiúſque declarationis.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum deperditum poteſt probari per duos teſtes.*
2. *Teſtes duo probant teſtamentum ſollemniter factum fuiſſe.*
3. *Teſtamentum ſub qua forma probetur validum per duos teſtes.*
4. *Teſtamentum in fraudem falſitatis poteſt probari deperditum.*
5. *Teſtamento perdito, debet probari caſus fortuitus amiſſionis.*
6. *Teſtamenti amiſſio quomodo probetur, & an per iuramentum.*
7. *Teſtes, etiam ſingulares, probant voluntatem defuncti deperditam.*
8. *Teſtibus teſtamentariis omnibus mortuis, an duo tantùm ex illis probent teſtamentum.*
9. *Argumentum de caſu amiſſionis ſcripturæ ad caſum amiſſionis teſtium eſt validum.*
10. *Teſtes mortui præſumuntur concordare cum viuentibus.*
11. *Error Notarij commiſſus in teſtamento poteſt probari per duos teſtes.*
12. *Declaratio voluntatis teſtatoris probatur per duos teſtes.*
13. *Rogitus teſtamenti poteſt probari per duos teſtes.*
14. *Subſtitutionem fuiſſe omiſſam à Notario, quando probetur per duos teſtes.*
15. *Error in ſubſtantia diſpoſitionis tot teſtibus probandus eſt, quot ad ipſam diſpoſitionem requiruntur.*
16. *Error omiſſionis non poteſt probari per alios teſtes, quàm eos, qui interfuerunt in teſtamento.*
17. *Coniectura quæ verſatur in ſubſtantia diſpoſitionis, per quot teſtes probetur.*
18. *Declaratio vltimæ voluntatis inualidæ per quot teſtes probetur.*
19. *Declaratio probatur per ſeptem teſtes, quando teſtamentum per eum confirmatur.*
20. *Legatum validum, ſed verbis obſcurum probatur per duos teſtes.*
21. *Inſtitutionis titulus probatur per duos teſtes.*
22. *Feminæ etiam poſſunt eſſe teſtes ad declarandam voluntatem inualidam.*
23. *Feminæ poſſunt eſſe teſtes ſuper reuocatione voluntatis.*
24. *Teſtator poteſt ſuam voluntatem declarare etiam per ſcripturam priuatam.*
25. *Scriptura priuata quomodo probetur per duos teſtes.*
26. *Teſtes dicentes ſe habere notam manum, an, & quando probent.*
27. *Contractus quomodo poſſit fieri in teſtamento.*
28. *Legatum factum per viam contractus in teſtamento, probatur per duos teſtes.*

29. *Teſta*

29. *Teſtamentum non valet, ſi teſtator poſtquam teſtari inceperit, diuertit ad extraneos actus.*
30. *Contractus factus in teſtamento eſt validus, ſi ille pertinet ad materiam teſtamenti.*
31. *Contractus momentaneus, extraneus à teſtamento, illud non vitiat.*
32. *Teſtator in teſtamento poteſt diſponere etiam de pertinentibus ad inter viuos.*
33. *Teſtamentum non vitiatur propter actum momentaneum extraneum.*
34. *Teſtamenti deperditi copia cum atteſtatione Notarij plenam fidem facit.*
35. *Copia ſcripturæ originalis nullam fidem facit.*
36. *Princeps poteſt diſpenſare, quòd copia teſtamenti plenè probet.*
37. *Religioſi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.*
38. *Religioſi poſſunt deponere pro ſuo Monaſterio.*
39. *Monachi, & religioſi an debeant recipi in teſtes cum licentia ſuperioris.*

TESTAMENTI ſubſtantiam conſiſtere in voluntate teſtatoris vnita cum probatione ſeptem teſtium, iam ſatis probatum eſt *in art. 7. huius quæſtionis*; ſed quia in multis caſibus teſtamentum perfectum probatur per duos teſtes, aut alio modo, idcirco de ipſis in hoc articulo pertractandum eſt.

1. Primus caſus eſt, quando teſtamentum † factum perfectum deperditum fuit, tunc eius tenor per duos teſtes probari poteſt, per text. *in l. teſtium, in fin. C. de teſtib.* & *ibi* Bald. notat teſtamenti continentiam per duos teſtes probari poſſe, Marſil. *ſingular.* 156. qui multos ad hoc allegat, alios plurimos Maſcard. *de probation. concluſ.* 1353. *num.* 53. & Magdalenus *in tract. de numero teſtium in teſtam. requiſito. cap.* 28. & hanc concluſionem communiter omnes ſequuntur *in l. 2. C. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Alexand. *num.* 8. Iaſ. *num.* 12. Dec. *col. final. poſt princip. verſ. in vno tamen caſu.* Neuizan. *in conſil.* 26. Socin. iun. *in conſil.* 189. *num.* 25. *vol.* 2. Afflict. *in deciſ.* 14. *num.* 5. dicit teſtamentum nuncupatiuum debere probari per ſeptem teſtes, licèt per duos teſtes
2. probari poſſit † teſtamentum illud ſollemniter cũ ſeptem teſtibus factum eſſe, allegat Bald. *in d. l. 2. C. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabulas.* Bartol. *in l. hæredes palàm, in princip.* dicit, quòd tunc poteſt probari teſtamẽtum factum coram ſeptem teſtibus per duos teſtes, quando illi duo teſtes deponerent, quòd in teſtamento deſcripti fuerunt ſeptem teſtes, de qua doctrina vide Afflict. *in deciſ.* 166. *num.* 10. & quòd ſcriptura cuiuſlibet inſtrumenti ſollemniter facti deperdita, poſſit probari per duos teſtes, fuit iudicatam in Prætorio Neapolis, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 1. tit. ſcriptura. cap. ad probandum.*

3. Primò declaratur iſte caſus, vt dicti duo teſtes † debeant deponere, quòd dictum teſtamentum factum fuit in tali loco, item tali anno, menſe, & die, item de omnibus ſubſtantialibus requiſitis ad illud teſtamentum. Abb. *in cap. 1. de fide inſtrument.* Nam ſi inſtrumentum exemplatum non facit fidem ſine iſtis ſubſtantialibus, multo minus probatio, quę per duos teſtes fieret. Item debet probari authoritas inſtrumenti, & quòd fuerit ſine aliquo vitio falſita-
4. tis, † quoniam in fraudem deperditum, probari poſſet quòd in veritate erat falſum, vt notatur *in cap. cum olim. de teſtib.*

Secundò declaratur, vt dicti duo teſtes debeant deponere non ſolùm de tenore teſtamẽti, ſed etiã
5. de caſu fortuito † amiſſionis, ita vt iſta duo copulatiuè probanda ſint ad hunc effectum, vt poſt alios relatos probat Antonin. Theſſaur. *in quæſt. forenſ.* 94. *num.* 2. *lib.* 2. Item caſus fortuitus amiſſionis teſtamenti † probatur, eo ipſo, quòd inter alias 6.
imbreuiaturas ipſius Notarij non reperitur. Deinde ſatis erit, quòd iuretur eam non reperiri, gloſſ. *in c. cùm olim. de priuileg.* licèt Innoc. Io. Andr. & Abb. *ibi* dicant, quòd vltra iuramentum debet extare etiam aliqua coniectura, quam ſequitur Afflict. *in deciſ.* 274. *in fine.* Sed hoc intelligendum eſt, quando ipſa amiſſio allegaretur per Notarium, ſecus ſi allegaretur per tertium, tunc enim vltra iuramentum nulla alia coniectura requiritur, vt poſt Bart. *in l. final. C. de fide inſtrum.* tradit Alba *in conſil.* 101. *in fine.*

Tertiò declaratur, quòd teſtes probent voluntatem † defuncti deperditam, etiamſi ſingulares 7.
exiſtant, vt probat Oddus *in conſil.* 64. *num.* 49. allegat Baldum *in l. 2. num. 4. C. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabul.* & *ibi* Addentes *in ver. probatum.* Item *ibid.* Nicol. de Matar. & Marc. de Fano, & Paul. de Caſtr.

Secundus caſus eſt, quando omnes teſtes † te- 8.
ſtamentarij ſunt mortui, præter duos, & ſic per caſum fortuitum ſunt ſublati, tunc tenor teſtamenti videtur poſſe probari per illos duos ſuperue-
nientes, quia valet argumentum † de caſu amiſ- 9.
ſionis ſcripturæ ad vſum amiſſionis teſtium. argument. *l. in exercendis. C. de fid. inſtrument.* quo argumento in puncto huius caſus vtitur Neuizan. *in conſil.* 26. *n.* 21. *& ſeq.* Afflict. *in conſtitutione Regni, quæ incipit, Inſtrumentorum robur. quæſt.* 3. *num.* 27. *verſ. ego prima facie.* Item cùm dicant Bald. & Salyc. *in d. l. teſtium. C. de teſtib.* quòd non poteſt probari, niſi per plurimos teſtes, propter caſum ſuperuenientem poterit probari per duos, videtur, quòd quicumque ille caſus fuerit, ſiue amiſſionis ſcripturæ, ſiue mortis teſtium, poſſit probari voluntas per duos teſtes, quia in vtroque caſu adeſt ratio impoſſibilitatis probandi per plures teſtes. Item quia in caſu quo teſtes plures † ſunt 10.
mortui, illi præſumuntur concordare cum viuentibus, ſicut præſumuntur concordare inſtrumento. Neuizan. *in d. conſil.* 26. & licèt videatur eſſe ratio diuerſitatis, quia deperdito inſtrumento, quod fuerat authenticum, lex dat authoritatem, & ita poteſt probari per duos teſtes, vt Petrus Vnzola *in practica artis notariatus, parte* 3. Sed lex non dat authoritatem teſtamento, niſi teſtes ſeptem illud probauerint. Item quando tractatur de caſu mortis teſtium, vt poſſit probari per duos, videtur intelligendum per duos, præter illos ſeptem, qui interfuerunt, & ita Neuizanus non videtur perfectè reſpondere, & contra eum reſponderunt Tobias Idonius *in conſil.* 21. *num.* 14. & Botta *in conſil.* 104. Tamen quòd procedat, etiamſi teſtamentum probatum fuerit per duos tantùm teſtes de illis teſtamentariis ſuperuiuentibus, dixit Durand. *de arte teſtandi tit. 2. caut. 2. num. 6.* & Syntagma *commun. opinion. tit. 13. num. 55. & 204.* Sed cùm iſte caſus nobis occurriſſet Piſis, cùm præeram lecturæ veſpertinæ iuris ciuilis, ſuper eo nulla reſolutio capta fuit, quia ex alio capite iudicauimus pro validitate teſtamenti, nimirum quia erat inter liberos, & cum dictis duobus teſtibus teſtamentariis probatum dicebatur.

Tertius caſus, error † Notarij commiſſus in ſcri- 11.
ptura teſtamenti, poteſt probari per duos teſtes, Alexand. *in conſil.* 14. *num.* 16. *verſ. ſeptimò eſt attendendum. vol.* 6. & dicit Bartol. *in l. cùm proponebatur.*

de legat. 2. quòd voluntas teſtatoris, cui contradicunt verba ſcripta in teſtamento, poteſt probari per duos teſtes, quando error ſine differentia conſiſtit non in ſubſtantia rei, id eſt, non conſiſtit circa totam rem, ſed ſolùm circa maiorem, vel minorem quantitatem, vel circa aliquam qualitatem; & hanc opinionem Bartoli eſſe communiter receptã, dicit Iaſ. *in l. errore. col. final. C. de teſtam.* Bald. & Angel. *in l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. inſtituend.* Immol. *in d. l. quoties, in fine.* qui omnes intelligunt illam legem de errore commiſſo circa quantitatem, quos ſequitur Alba. *in conſil.* 529. *num.* 20. & hanc eſſe communem, etiam atteſtantur Dec. *in conſil.* 505. *num.* 3. Socin. *in conſil.* 50. *num.* 5. *vſque ad finem.* præcipuè *num.* 8. *vol.* 3. Item ad hanc opinionem conferunt, quòd ad declarandam
12. voluntatem † teſtatoris, duo teſtes ſufficiunt. Alex. *in conſil.* 100. *num.* 12. *verſ. ex quibus. vol.* 4. Gozadin. *in conſil.* 3. *num.* 12. *& ſeq.* vbi etiam quòd vnus teſtis ſufficeret ad hoc, cui teſtator multum confidebat. Item quando plenè conſtat de voluntate teſtatoris,
13. ſollemnitas rogitus † poteſt probari per duos teſtes, prout eſſe communem opinionem probat Alexand. *in conſil.* 47. *num.* 4. *vol.* 2. Item quòd declaratio teſtatoris probetur per duos teſtes, etiam circa hæredis inſtitutionem, Menoch. *in conſil.* 176. *num.* 6. *vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando conſtat de ſubſtantia vltimæ voluntatis, & ſolùm tractatur de errore omiſſionis, quia tunc ſubſtitutionẽ
14. fuiſſe † omiſſam à Notario, poteſt probari per duos teſtes, vt pleniſſimè conſuluit Surdus *in conſil.* 129. *num.* 30. *& ſeq.* Angel. *in l. quoties, in princip. ff. de hæ-*
15. *red. inſtit.* vbi quòd ſi error eſt in ſubſtantia † diſpoſitionis, & voluntatis, tot teſtibus probandus eſt, quot teſtes ipſa diſpoſitio requirit: ſi verò verſatur circa demonſtrationem, vel alia accidentia, ſufficit illum errorem probari per duos teſtes, Salyc. Fulgoſ. & Caſtrenſ. *in d. l. errore. C. de teſtament.* Alex. *ibi num.* 12. Iaſ. *num.* 7. dicit hanc eſſe veram, & communem opinionẽ, Dec. qui loquitur de ſubſtitutione per errorem omiſſa, *in conſil.* 105. *num.* 3. vbi atteſtatur de communi, & alij ad hoc allegati per Surd. *in d. conſil.* 129. *num.* 31. *vol.* 1.

16. Secundò declaratur, vt error † omiſſionis non poſſit probari per alios teſtes, quàm per eos, qui interfuerunt in teſtamento, ſi verſamur circa ſubſtantiam diſpoſitionis. Bald. *in d. l. cùm proponebatur. col.* 1. *circa medium, de legat.* 2. Idem ſi teſtes indu-
17. cantur ad probandam coniecturam †, quæ verſatur circa ſubſtantiam diſpoſitionis. Iaſ. *in l. errore. num.* 7. *C. de teſtam.* & alij ad hoc allegati per Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 13. Secus eſt ſi probandus eſt error omiſſæ ſollemnitatis, quia hic per duos teſtes probari poteſt, etiamſi rogati in teſtamento non fuerint.

Quartus caſus eſt, quando agitur de probatione
18. voluntatis declaratoriæ, quæ tamen ſit inualida, † tunc ſeptem teſtes neceſſarij ſunt. Bald. *in l. quamuis. num.* 1. & *ibi* Salyc. *num.* 4. *C. de impuber. ſubſtit.* Salyc. *in l. precibus. num.* 7. *C. eod. tit.* Alex. *in conſil.* 54. *num.* 3. *vol.* 3. Viputa ſi eſt quæſtio an inſtitutio, vel ſubſtitutio, ſiue etiam legatum ſit factum validè, tunc ſeptem teſtes ſunt neceſſarij, gloſſ. *in l. hæredes palam. § ſi quis poſt. ff. de teſtam.* & *ibi* Bartol. *num.* 4. vbi dicit, quòd etiam ſi agatur de voluntate declaratoria, quæ inutilis ſit, & per declarationem con-
19. firmetur, † ſeptem teſtes neceſſarij ſunt. Idem Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de teſtam.* vbi dicit, ſi quis voluntatem obſcuram declarare vult, quæ tamen ſit valida, duo teſtes ſufficiunt; ſi verò inualida, tunc tot requiruntur ad confirmationem, & declarationem, quot erant neceſſarij ad inducendam voluntatem, Aretin. *in l. ideoque, in fin. ff. de liber. & poſthum.* Socin. *in l.* 1. *num.* 38. *ff. de vulgari, & pupill.*
Alex. *in conſil.* 54. *vol.* 3. vbi quòd legatum † validũ, 20.
ſed in verbis obſcurum, poteſt duobus teſtibus declarari. Corn. *in conſil.* 174. *num.* 13. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.* 34. *num.* 36. *& conſil.* 94. *num.* 46. *vol.* 1. Curt. iun. *in conſil.* 56. *num.* 10. Quamobrem duo teſtes ſufficiunt ad probandum, quòd teſtator deceſſerit,
item ad probandum quòd relictum † factum fuerit 21.
titulo inſtitutionis, item quòd teſtator non ſic declarauerit, item quòd is, qui fuit filius inſtitutus, erat filius teſtatoris, item quòd eſſet erratũ in quantitate, vel qualitate, quia in his caſibus non agitur de inducenda noua voluntate, neque de confirmãda inutili voluntate, ideo duo tantùm teſtes ſufficiunt.

Declaratur iſte caſus, vt ad declarandam † vo- 22.
luntatem admittatur etiam teſtimonium mulieris, Oldrad. *in conſil.* 297. *n.* 7. Duen. *in regula* 314. *limitatione* 4. Mantic. *de coniectur. lib.* 2. *tit.* 16. *num.* 2. Maſcard. *de probationib. lib.* 2. *concluſ.* 763. *num.* 17. Sicut ſi agatur de probatione, quòd teſtator poſt ſuam voluntatem in teſtamento expoſitam, poſt teſtamentum, vel alio tempore ſine teſtamento reuo-
cauit, † tunc feminæ poſſunt eſſe teſtes. Bald. *in* 23.
conſil. 93. *num.* 3. *verſ. præterea probandum. vol.* 2. Natta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num.* 74. *C. de teſtam.* Bauerius *in §. teſtis autem. num.* 11. *Inſtit. de teſtam.* Duennas *in d. regula* 314. *in* 5. *limitat.* Maſcard. *in d. concluſione* 763. *n.* 18. Farinacius *de teſtib. quæſt.* 59. *num.* 78. *& ſeq.*

Quintus caſus eſt, quia teſtator poteſt volunta-
tem ſuam interpretari, etiam per ſcripturam † pri- 24.
uatam, veluti per epiſtolam, vel librum rationum, gloſſ. *in l. qui concubinam. §. cum ita. ver. tabulas. de legat.* 3. Bart. *in l. alimenta, in princip. num.* 3. *ff. de aliment. & cibar. legat.* Aretin. *in l. qui filiabus, num.* 1. *de legat.* 1. & alij ad hoc allegati per Mantic. *de coniectur. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 7. vbi per totum illum titulum ſcribit de modis interpretandæ voluntatis te-
ſtatoris; ideo dicta apocha priuata † poterit proba- 25.
ri per duos teſtes. Quo caſu licèt teſtes dicentes ſe habere notam manum, regulariter non probent. Alex. *conſil.* 80. *& conſil.* 150. *col.* 7. *vol.* 5. Dec. *conſil.* 615. *col.* 2. Pariſ. *in conſil.* 19. *num.* 44. *vol.* 3. *& in conſil.* 55. *num.* 13. *vol.* 4. Riminald. iun. *in conſil.* 39. *vol* 1. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 114. *num.* 22. & ita fuit deciſum, Afflict. *deciſ.* 181. Tamen Rota Ro-
mana admittit teſtes dicentes ſe habere † notam 26.
manum, quando reddunt rationem notitiæ, vt quia ſcribentem viderint ſæpiùs ſcribere. Rota *deciſ.* 124. *num.* 3. *part.* 2. *& deciſ.* 553. *num.* 1. *& deciſ.* 570. *part.* 1. *in Nouiſſimis*, præſertim in ſcripturis, quæ ſcribuntur abſente parte, & multò magis ſi aliqua adminicula concurrunt.

Sextus caſus, quando teſtator fecit filium hæredem, & in illo teſtamento legauit mille Titio, & ipſe teſtator ſtipulatus eſt ab hærede pro legatario,
& ita immiſcuit contractum † cum teſtamento, quo 27.
caſu, ſi hæres negat teſtamentum, poterit illud le-
gatum † probari per duos teſtes, vt poſt alios Af- 28.
flict. *in deciſ.* 166. *num.* 11. Et licèt, poſtquam teſta-
ri inceperit, ſi ad extraneos † actus diuerterit, teſta- 29.
mentum non valeat. *l. furioſum*, & *ibi* Doct. communiter. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Corn. *in conſil.* 238. *num.* 3. *vol.* 4. Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.* 60. *num.*
1. Tamen quando contractus † pertinet ad teſta- 30.
mentum,

mentum, omnes vtrumque valere affirmant, *l. aſſignare. ff. de aſſignat. libert. l. non eſt mirum. ff. de pignorat. act. l. Lucius. ff. de aliment. & cib. legat. l. ſi auia*, & *ibi* Salyc. *C. de iure deliber. l. Pantonius. §. final. ff. de acquir. hæredit. l. eandem, in princip. ff. de duob. reis*. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 57. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 23. *num.* 6. Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.* 60. *num.* 2. Idem ſi contractus ſit extraneus † à
31. teſtamento, ſi tamen momentaneus eſt, indiſtinctè in teſtamento fieri poteſt. *l. quæ extrinſecus*, & *ibi* Alberic. *num.* 2. *ff. de verb. obligat.* & notāt omnes *in l. cum antiquitas. C. de teſtament.* Item quia teſtator † in teſtamento poteſt diſponere etiam ea, quæ
32. pertinent ad actus inter viuos, & de illorum validitate non dubitatur, Cyn. *in d. l. cùm antiquitas, num.* 3. Bald. *num.* 4. *C. de teſtament.* Caſtrenſ. *num.* 3. Salyc. *num.* 2. Alberic. *in rubrica C. de donat. num.* 2. & Salyc. *in d. l. cum antiquitas*, dicit gloſſam, & Doctores communiter tenere, quòd teſtamentum
33. non vitietur propter actum momentaneum †, ſicut è contra etiam in contractu vltima voluntas fieri poteſt. Doctores *in l. tale pactum. §. final. ff. de pact.* Doct. *in l. licet. & l. hæreditas. C. eod. tit.* Vaſquius *de ſucceſſ. lib.* 1. §. 18. *num.* 287. Petrus Pecchius *in tractatu de teſtamentis coniugum lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1.

Septimus caſus eſt, probata amiſſione teſtamen-
34. ti, illius copia in actis reperta †, cum atteſtatione Notarij plenā fidem facit, & ita fuit deciſum in Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſimis tomo.* 1. *titulo Copia, c. cùm cenſurarum.* Et licèt regulariter copia ſcriptu-
35. ræ originalis † nullam fidem faciat, *cap.* 1. & *ibi* notat Abb. *de fide inſtrument.* & cùm textus *ibi* dicat, ſi ſcripturam authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere poſſumus, *ibi* notat Abb. quòd Princeps non poteſt dare fidem ſcripturæ non authenticæ in præiudicium alterius partis, Iaſ. *in l. Gallus, in princip. num.* 18. *ff. de liber. & poſthum.* Roman. *ſingular.* 708. Ripa *in l. admonendi, num.* 96. *ff. de iureiur.* & Oldrad. *in conſil.* 37. *in* 2. *dubio*, dicit, quòd ſi teſtes in parte dixerint verū, & in parte falſum, Princeps non poteſt facere, vt dictis teſtibus credatur ſuper eo, quod verum dixerint.

Declaratur iſte caſus, niſi Princeps hoc faceret de poteſtate abſoluta, quoniam ex magna cauſa diſpenſare poteſt, quòd copia, & exemplum teſta-
36. menti † probet, quoniam vt exemplum non probet, ſolo iure poſitiuo eſt introductum; ergo pariter eodem iure poſitiuo tolli poteſt, & ita pleniſſimè conſuluit Riminald. iun. *in conſil.* 734. *per totum vol.* 6. qui cæteros refert cum multis rationibus.

Octauus caſus eſt, teſtamentum ad pias cauſas, in quo monaſterium eſt hæres inſtitutus, poteſt
37. probari per duos religioſos † eiuſdem monaſterij, quoniam regulariter religioſi poſſunt in teſtamentis pro teſtibus adhiberi, Bald. *in cap. ſuper, de teſtib.* Zabarell. *in conſil.* 97. Signorol. *in conſil.* 157. Iaſ. *in auth. ingreſſi col.* 3. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Aretin. *in conſil.* 159. Siluan. *in conſil.* 16. *num.* 3. Felin. *in cap. cum nuntius, num.* 3. *de teſtib.* Bald. *in l. habeat, num.* 43. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Pariſ. *in conſil.* 60. *num.* 12. *vol.* 3. Crot. *de teſtib. num.* 14. Boſſ. *in tit. de oppoſit. contra teſtes num.* 91. *in fin.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt.* 55. *verſ. vlterius quæro.* Item quòd poſſint † eſ-
38. ſe teſtes, & deponere pro ſuo monaſterio. *cap. inſuper, cap. cùm nuntius. c. ſuis. de teſtib.* Dec. *in d. cap. inſuper, num.* 21. Felin. *in cap. tertio loco, num.* 3. *in fin. verſ. vnde infert, de probat.* & *ibi* Dec. *num.* 18. & 47. & alij ad hoc relati per Farinac. *de teſtib. concluſ.* 60. *num.* 469. & *ſeq.* Viuius *in lib.* 2. *comm. opin. in ver. teſtes monachi. num.* 1. Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.* 57. *n.* 13. quod maximè procedit, quia ſunt religioſi, qui renuntiauerunt mundo, & proprietati, & nihil ſiniſtri de eis dubitari poteſt. *cap. cum ex iniuncto. de noui operis nunt.*

Declaratur caſus, dummodo monachi, & religioſi † recipiuntur in teſtes cum licētia ſui ſuperioris. Io. Fab. *in §. teſtamentum, num.* 3. *Inſtit. de teſtam.* 39.
Maſcard. *concluſ.* 261. *num.* 2. quoniam ipſi non habent velle, vel nolle, & tota eorum voluntas à ſuperioris voluntate dependet, licèt contrarium conſuluerit Siluan. *in conſil.* 16. *num.* 5. *in fine verſ. nec obſtat ſi quis diceret*, & ſequitur Tobias Nonius *in §. teſtes autem, num.* 6. *Inſtit. de teſtament.*

QVÆSTIO II.

De inualiditate, & nullitate teſtamentorum, in ſex articulos diuiſa.

1. An teſtamentum ſit nullum, ſi teſtes contradicant ſcripturæ.
2. An ob præteritionem filiorum teſtamentum ſit nullum, etiam de iure prætorio.
3. An teſtamentum vitietur ex defectu aliquarum ſollemnitatum.
4. An teſtamentum poſſit fieri validum ad alterius voluntatem.
5. De multis vitiis teſtamentorum.
6. Quando teſtamentum fiat caducum, vel eius pars pro non ſcripta habeatur.

ARTICVLVS I.

An teſtamentum ſit nullum, ſi teſtes contradicant ſcripturæ.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum an ſit nullum, ſi vnus ex teſtibus teſtamenti, dicat ſe illi non interfuiſſe.*
2. *Teſtamenti ſeptem teſtes debent deponere de toto tenore ipſius.*
3. *Teſtamenti tenor non probatur, ſi vnus deponit plus altero, etiam ſi omnes eſſent concordes in reſiduo.*
4. *Teſtamenti ſeptimus teſtis, quando videatur calumnioſè ſe à teſtamento ſubtrahere.*
5. *Teſtamenti ſeptimus teſtis, quando dicatur conuinci de mendacio.*
6. *Teſtes inſtrumenti quot debent ſupereſſe, vt illud probent.*
7. *Notarius ſupplet vicem teſtis neceſſarij ad actum.*
8. *Quando agitur de probando teſtamento per teſtes, ſecus ſi de probando illo per inſtrumentum.*
9. *Notarius quando dicatur ſuſpectus ſi deponeret pro inſtrumento ſuo.*
10. *Codicilli, & teſtamentum cenſentur eſſe vna diſpoſitio.*
11. *Codicillus non probatur ſi vnus ex quinque teſtibus illi contradicat.*
12. *Sollemnitas teſtium non poteſt per alios ſanari.*
13. *Teſtamenti publicati per Notarium fides vacillat ſi vnus ex teſtibus contradicat.*

14. *In*

14. *Inſtrumento an ſtandum ſit, ſi duo ex teſtibus illius contradicant, & Notarius cum duobus teſtibus pro illo deponat.*

15. *Teſtes duo ſupernumerarij contradicentes inſtrumento, illud vacillare non faciant.*

16. *Teſtamentum omninò corruit, ſi omnes teſtes illi contradicunt.*

17. *Inſtrumentum probatur à fide teſtium.*

18. *Teſtes inſtrumenti quando dicantur illud coadiuuare.*

19. *Teſtes ſub qua forma debeant deponere pro inſtrumento.*

20. *Teſtes ſupernumerarij contradicentes teſtamento illud faciunt vacillare.*

SEQVITVR tractare de teſtamenti inualiditate, in qua quæſtione de caſibus in foro frequentioribus agẽdum eſt. In hoc igitur primo articulo

Primus caſus occurrit, quando vnus ex teſti-
1. bus † teſtamentariis negat ſe in illo teſtamento interfuiſſe, tunc facit teſtamentum vacillare, gloſſ. *in l. 1. §. ſi quis neget*, & *ibi* Bart. & cæteri. *ff. quemadmodũ teſtam. aper.* Bald. *in conſil.* 403 *col.* 2. *vol.* 5. Alexand. *in conſil.* 17. *num.* 8. *in fin. & num.* 15. *vol.* 3. Socin. *in conſil.* 92. *col.* 1. *verſ. nec obſtat. vol.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 147. *num.* 17. *vol.* 2. *& in conſil.* 87. *num.* 1. *vol.* 3. *& in conſil.* 132. *num.* 2. *vol* 3. Pariſ. *in conſil.* 162. *num.* 24. *vol.* 4. Berous *in conſil.* 6. *col.* 1. *vol.* 2. Burſat. *in conſil.* 33. *vol.* 1. Bertrand. *in conſil.* 175. *num.* 7. *vol.* 2. Felin. *in c. cum Ioannes. num.* 46. *& 49. & ſeq. de fide inſtrument.* Surd. *in conſil.* 129. *num.* 26. *vol.* 1. *& in conſil.* 414. *num.* 18. *vol.* 4. & alij ad hoc relati per Menoch. *de arbitrar. caſu* 105. *num.* 16. *& ſeq.* Nam
2. ſeptem teſtes † debent omnes deponere de tota diſpoſitione teſtatoris, nec ſufficeret eos tantummodo partem recitare. Alexand. *in conſil.* 177. *vol.* 2. Bauer. *in §. & hac quidem. num.* 14. *Inſtit. de teſtament.* & deficiente vno ex ſeptem teſtibus, corruit tota ſubſtantia teſtamenti ex defectu probationis. & dicit Bald. *in l. cùm antiquitas. num.* 5. *C. de teſtam.* non
3. probari tenorem teſtamenti † per teſtes, quorum vnus deponit plus altero, vtputa vnus de vna parte teſtamenti, & alter de altera, & Baldum ſequutus eſt Ruinus *in conſil.* 14. *num.* 2. *vol.* 2. vbi quòd ſi vnus teſtis dicat plus, vel minus, non probat teſtamentum, etiam in eo, in quo omnes ſeptem teſtes ſunt concordes. Et dicit Socin. *in d. conſil.* 92. *num.* 1. *& ſeq. vol.* 3. quòd ſi vnus ex teſtibus contradicat teſtamento, non magis valet, quàm ſi à principio factum fuiſſet tantùm cum quinque teſtibus, quam rationem licèt reprobet Menoch. *in d. caſu* 105. *num.* 17. ex eo, quia ſi ſex tantùm teſtes interuenerint, teſtamentum eſt nullum, quia ipſius forma ſeruata non fuit, ſed quando fuerunt adhibiti ſeptem teſtes, & vnus ex eis ſe ſubtrahat à teſtamen-
4. to, ſi alij ſex atteſtentur de veritate teſtamenti, † tunc ille ſeptimus videtur potiùs calumnioſè ſe ſubtrahere à teſtamento, & ſtante hac ratione diuerſitatis, dicit non eſſe veram rationem Socini. Dico eſſe veram differentiam allegatam à Menochio, quando cæteri ſex teſtes conuincerent illum ſeptimum de mendacio, nam magis credendum eſſet ſex affirmantibus illum interfuiſſe, quàm ſibimet neganti; ſed reſpectu ſubſtantiæ teſtamenti, de qua loquitur Socinus, nunquam diceretur in eſſe productum, niſi omnes ſeptem teſtes concordiret de toto & integrali tenore deponerent, Bald. *in d. l. cum antiquitas*, & Ruin. *in d. conſil.* 14.

Ideo declaratur iſte caſus, etiam ex Menochio *ibid.* vt non procedat quando cæteri ſex conuincerent † ſeptimum de mendacio, & ita loquuntur 5.
omnes Doctores ab eo allegati. Practica Papienſ. *in forma oppoſit. contra inſtrumentum. in ver. dignoſcitur, num.* 3. *in fin.* poſt Innoc. *in d. cap. cùm Ioannes. de fid. inſtrument.* & licèt Iaſ. *in conſil.* 124. *num.* 3. *verſ. tertio, & adhuc notabilius vol.* 3. qui à Menochio allegatur, dicat teſtamentum probari per alios ſex teſtes teſtamentarios, etiam vno contradicente, aliàs ſequeretur maximum abſurdum, quòd cùm in teſtamento requirantur ſeptem teſtes, & de teſtamento adeſſet inſtrumentum publicum, & pro ipſo inſtrumento deponerent quinque, vel ſex teſtes, ſed cõtradiceret vnus ſolus, quòd ille ſolus præferretur inſtrumento, & aliis quinque vel ſex teſtibus: ſed hæc doctrina Iaſonis non eſt vera, & communiter reprobata eſt, vt per Socin. iun. *in conſil.* 132. *incip. ſubtiliter, num.* 5. *vol.* 3. Nam ad hoc vt teſtes inſtrumentarij † concordantes cum inſtrumẽ- 6.
to, illud comprobent, debent ſupereſſe tot teſtes numero, quot erant neceſſarij ad eſſentiam ipſius actus, vt poſt Immol. & Felin. *in d. c. cùm Ioannes. de fid. inſtrumentorum*, reſponderunt Pariſ. *in conſil.* 162. *num.* 24. *vol.* 4. & Crauet. *in conſil.* 56. *num.* 15. *verſ. ſecundò reſpondeo*, dicit, quòd dicta cõcluſio poſſet procedere, quando remaneret numerus teſtium ſufficiens ad validitatem inſtrumenti, nam tunc contradicentes inſtrumento, etiamſi eſſent plures, non præferrentur ipſi inſtrumento, cum pauciori teſtium numero, qui eſſent neceſſarij ad illum actum; ſed quando non ſupereſſet numerus ſufficiẽs, impoſſibile eſt, quòd actus ille ſuſtineatur, & ita inſtrumentum cum vno teſte probet, cæteris contradicentibus; quamobrem doctrina Iaſonis nullatenus eſt recipienda.

Secundò declaratur, nam quando vnus ex teſtibus teſtamentariis contradicit teſtamento, tunc ipſe Notarius rogatus † de teſtamento ſupplebit vi- 7.
cem illius teſtis. *l. Domitius. de teſtament.* & *ibi* Bartol. & cæteri, Bald. *in l. final. col. penult. C. de fideicommiſſ.* vbi quòd Notarius computatur in numero teſtium, quem ſequitur Gabriel *in conſil* 61. *numer.* 10. *vol.* 1. Sed hoc eſt verum quando agitur de probando † teſtamentum per teſtes, ſecus vbi ageretur 8.
de probando teſtamento per inſtrumentum. *l. hac conſultiſſima*, & *ibi* gloſſ. & Doct. *C. de teſtam.* Bartol. *in d. l. Domitius. num.* 3. & eſt communis opinio, vt per Roland. *in conſil.* 43. *num.* 41. *vol.* 1. quia tunc Notarius non computatur in teſtium numero. Afflict. *deciſ.* 25. *num.* 4. Item quia hoc caſu, ſi teſtis negaret ſe interfuiſſe in teſtamento, in quo Notarius illum annotaſſet, ipſe Notarius diceretur ſuſpectus † de falſo, Boſſius *in tit. de falſis. num.* 62. *&* 9.
ſeq. & 67. & ideo non poterit examinari contra dictum teſtem inſtrumentum reprobantem, atque dicentem ſe in ipſo inſtrumento non interueniſſe, Felin. *in d. cùm Ioannes, num.* 51. *verſ. non eſt verum quòd Notarius poſſit examinari, qui reprobat cõtrariam ſententiam*, & poſt Calcan. Ant. Abb. & Immol. *ibid.* Felin. atteſtatur hanc eſſe communem concluſionẽ, quoniam Notarius eſſet teſtis valdè ſuſpectus, tum quia deponeret in cauſa propria, Roland. *in conſil.* 16. *num.* 1. *vol.* 1. quia ageretur de eius laude, vel vituperio, Corn. *in conſil.* 89. *col. pen. vol.* 1. & alij ad hoc allegati per Creſcent. *in deciſ.* 1. *de teſtibus.* & ad defendendum ſe non commiſiſſe falſitatem, tum etiam quia deponeret ad euadendum pœnas, & intereſſe damnorum, ad quæ teneretur, propter omiſſam teſtamentorum ſollemnitatem, vt ſcripſi in

præce

præcedenti quæſtione, *artic.* .. Mantentius *in conſil.* 64. Boſſius *in d. tit. de falſis. num.* 71. cum aliis *num.* 83.

10. Secundus caſus eſt, quando vnus † ex quinque teſtibus contradicit codicillo, tunc idem dicendum eſt quod in præcedenti caſu, quia codicilli, & teſtamentum cēſentur eſſe vna eadémque diſpoſitio. *l.* 2. *§. codicillorum. ff. de iure codicill.* & alia ad hoc allegata per Mantic. *lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 8. Ideoque ſi vnus ex dictis quinque neceſſariis teſtibus contradicat,

11. codicillus non probatur, † & inſtrumentum, in quo factus eſt, non probat, Felin. *in d. cap. cùm Ioannes, num.* 48. *verſ. amplia ſecundò*, quia vno ex eis deficiēte, deficit eiuſdem ſubſtantia, quæ indiuiſibilis eſt, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 21. *num.* 10. *&*

12. *plur. ſeq.* & propterea dicta ſollemnitas † per alios teſtes ſanari non poteſt, neque per æquipollens ſuppleri, quamuis pinguius, & vberius ſuppleri poſſet, vt per Tiraquell. *in d. num.* 11. per rationes, de quibus per eum, Couar. *in lib. practic. quæſt. cap.* 20. *num.* 2. *verſ. ſextò quamuis.*

Tertius caſus eſt, quando teſtamentum publicatum eſt per Notarium rogatum de eo, & in eius inſtrumento deſcripti ſunt ſeptem teſtes neceſſarij

13. ad eius ſubſtantiam, † tunc ſi alter ex eis contradicat inſtrumento, illius fides vacillare dicitur, Doct. omnes *in l.* 1. *§. ſi quis neget. ff. quemadmod. teſtam. aper. & in l. in exercendis. C. de fid. inſtr. & in d. c. cùm Ioannes*, vbi Felin. *num.* 48. *&* 50. *de fid. inſtrum.* Ruin. *in conſil.* 8. *num.* 14. vbi atteſtatur de communi, *vol.* 3. & alij ad hoc allegati per Menoch. *in d. caſu* 105. *num.* 15.

Primò declaratur iſte caſus, nam ſi duo teſtes

14. inſtrumentarij contradicant inſtrumento, † & Notarius, & duo alij teſtes non inſtrumentarij concordent cum inſtrumento, ipſi inſtrumento ſtandum eſt, & ita fuit iudicatum in Rota Romana, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *tit. Inſtrumentum. cap. ſi duo.* Sed ego hanc deciſionem reſpectu teſtamenti intelligo procedere, quando adhuc ſupereſt ſufficiens numerus ſeptem teſtium in inſtrumento teſtamenti deſcriptorum, tunc enim dicti duo teſtes

15. ſupernumerarij contradicentes teſtamento, † illud vacillare non faciunt. Bartol. *in d. §. ſi quis neget, n.* 2. *&* 7. Anania *in conſil.* 97. *num.* 3. Sed ſi teſtes omnes teſtamentarij numerarij mortui eſſent, & dicti duo ſupernumerarij contradicerent teſtamento, tunc dicta deciſio procedere poteſt.

Secundò declaratur, nam ſi omnes teſtes teſtamentarij numerarij ipſi inſtrumento contradicerēt, dicentes ſe in illo minimè interfuiſſe, tunc teſta-

16. mentum † omnino corrueret, & ipſius inſtrumentum non ſolùm vacillaret, ſed falſum omninò diceretur. Bald. *in d. §. ſi quis neget, num.* 6. Felin. *in d. c. cùm Ioannes. num.* 46. Couar. *in lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 11. *num.* 10. *verſ. ſecunda concluſio*, per text. *cap. tertio loco. de probat. &c. tam literis. de teſtib.* & ratio

17. eſt, quia inſtrumentum probatur † à fide teſtium. *§. ſed & ſi quis, & §. ſi verò, in authent. de inſtr. caut. & fid.* gloſſ. *in l. generali. C. de tabular. lib.* 10. Quamobrem ſi teſtes rem narrent aliter, quàm in inſtrumento ſcripta fuerit, illud reprobare dicuntur, quoniam teſtes coadiuuantes inſtrumentum de-

18. bent † illud idem deponere quod in inſtrumento ſcriptum eſt. Corn. *in conſil.* 232. *numer.* 3. *verſ. & ſic non obſtat. volum.* 1. Salyc. *in d. l. in exercendis. num.* 6. *C. de fid. inſtrum. & in l.* 1. *C. de his qui ſibi aſcripſer.* Marſil. *in l. de minore.* §. *tormenta. num.* 11. *ff. de quæſtionib.* Imò non ſufficeret, ſi in ipſo examine ſe referrent ad illud. Corn. *in d. conſil.* 232. Alexand. *in conſil.* 56. *num.* 11. *verſ. præſertim, & verſ. ſolum enim. vol.* 2. Socin. *in conſil.* 163. *num.* 4. *verſ. quoniam ex quo. col.* 2. Sed expreſsè † debent dicere, quòd te- 19.
ſtator ita loquutus eſt, prout in illo inſtrumento ſcriptum eſt, Salyc. *in d. l. in exercendis.* Felin. *in d. c. cùm Ioannes. col. final. verſ. ſecundò intellige hanc limitationem.* Dec. *in c. cum venerabilis. num.* 23. *de exceptionib.* Decian. *in conſil.* 29. *num.* 83. *volum.* 2. Ruin. *in conſil.* 35. *numer.* 15. *& conſil. ſeq. numer.* 8. *vol.* 4. Boſſius *in tit. de falſis. numer.* 30. *in fine.* Bellencin. *in repetitione d. cap. cùm Ioannes. numer.* 126.

Tertium declaratur, nam ſi teſtes teſtamentarij ſupernumerarij contradicerent inſtrumento teſtamenti, dicentes ſe nunquam fuiſſe præſentes, tunc fides teſtamenti vacillat. † Bartol. *in d. l. ſi quis* 20.
neget, num. 8. Crauet. *in conſil.* 56. *num.* 2. *&* 16. qui refert Bald. & alios. Menoch. qui cæteros refert *in d. caſu* 105. *num.* 24. & ratio allegatur à Bald. & Crauet. *ibid.* quia cùm dicti teſtes teſtamenti numerarij adhuc examinati non fuerint, adhuc pendet dubitatio, an ipſi deponerent pro teſtamento; quamobrem ad elidendam dictam fidei diminutionem, aut teſtes numerarij examinandi ſunt, aut illis mortuis alij teſtes cum Notario, vt dixi ſuprà in prima declaratione.

ARTICVLVS II.

An ob præteritionem filiorum teſtamentum ſit nullum, etiam de iure prætorio.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum eſt nullum, ſi filiusfamiliàs eſt præteritus.*
2. *Filius quando dicatur præteritus.*
3. *Teſtamentum eſt nullum, etiamſi filius præteritus non opponat.*
4. *Teſtamentum de iure prætorio an ſit nullum, ob præteritionem filij.*
5. .. *ob præteritionem filij reſcinditur per contra tabulas.*
6. *Teſtamentum nullum poſt* 30. *annos cenſetur approbatum de iure ciuili.*
7. *Teſtamentum nullum conſeruatur à prætore, ſi filius non contradicat.*
8. *Querela æquiparata eſt bonorum poſſeſſio ad rumpendum teſtamentum.*
9. *Filia præterita ſubſtuuta pupillariter fratri ſuo, dicit teſtamentum nullum.*
10. *Teſtamentum non poteſt incipere valere à ſubſtitutione pupillari.*
11. *Secus à ſuſtitutione vulgari.*
12. *Teſtamentum incipit habere validitatem à ſubſtitutione vulgari tacita contenta in pupillari.*
13. *Subſtitutio compendioſa continet vulgarem, à qua teſtamentum ſuſtineri poteſt.*
14. *Teſtamentum eſt validum, ſi filius non fuerit purè inſtitutus, ſed ſub conditione voluntaria deſinit.*
15. *Suus heres deſinit eſſe ſuus ſi eſt inſtitutus ſub conditione voluntaria.*
16. *Conditio voluntaria quos effectus producat in hærede ſuo.*
17. *Filius ſub conditione voluntaria inſtitutus, ſuccedit ab inteſtato.*

18. Te

18. *Teſtamentum vitiatur ob præteritionem filij, qui remanet ſuus, & neceſſarius.*
19. *Inſtitutionis titulus eſt neceſſarius pro validitate teſtamenti.*
20. *Teſtamentum eſt validum de iure Canonico, ſi filio relinquatur quocumque titulo.*
21. *Legitima eſt relinquenda filio, titulo inſtitutionis, etiam de iure Canonico.*
22. *Relictum pro legitima filio, cenſetur datum titulo inſtitutionis.*
23. *Inſtitutionis titulus comprehenditur ſub relicto legitimæ.*
24. §. Aliud quoque capitulum. Auth. vt cum de appellat. cognoſc. *declaratur.*
25. *Opinioni adhærendum eſt, quæ fauet validitati teſtamenti.*
26. *Filius inſtitutus in re certa, etiam dato cohærede vniuerſali, non impugnat teſtamentum.*
27. *Legatum rei alienæ, data ſcientia eſt validum, & debetur æſtimatio.*
28. *Legato rei alienæ facto, etiam cum ignorantia ſemper debetur æſtimatio coniunctæ perſonæ.*
29. *Relictum fauore filiorum eſt latiſſimè interpretandum.*
30. *Clauſula,* omni meliori modo, *facit teſtamentum valere titulo inſtitutionis.*
31. *Clauſula,* omni meliori modo, *quando cenſeatur appoſita fauore filiorum.*
32. *Teſtamentum eſt nullum ſi filius inſtitutus eſt ſub conditione caſuali, vel mixta.*
33. *Filio exhæredato an fuerat datus cohæres in caſu* l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit.
34. *Iaſ.* in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. *reprobatur.*
35. *Teſtamentum eſt nullum filio inſtituto, prout in caſu* l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit.
36. L. ſi pater. & l. ſuus quoque, *qui teneant eſſe correctas per* l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.
37. L. ſanus. §. cùm autem. C. de inoffic. teſtam. *declaratur. & num.* 40.
38. *Legem nullam reperiri in Codice, quæ alteram corrigat.*
39. *Correctio nulla eſt inducẽda inter leges habentes caſus diuerſos.*
41. *Querela præſupponit validitatem teſtamenti.*
42. *Filius emancipatus poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta.*
43. *Nepotes, qui non ſunt ſui hæredes, poſſunt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta.*
44. *Suus hæres non poteſt inſtitui ſub conditione turpi.*
45. *Suus hæres poteſt inſtitui ſub conditione caſuali vel mixta purificata in vita teſtatoris.*
46. *Filia inſtituta ſub conditione mixta, teſtamentum valet, ſi ipſa agnouit iudicium patris.*
47. L. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. *declaratur.*
48. *Legatum factum de tempore nuptiarum, debetur etiamſi in vita teſtatoris nupſerit.*
49. *Teſtamentum inualidum poteſt confirmari per hæredem.*
50. *Conditio ſi monaſterium ingrediatur eſt mixta.*
51. *Dos legata ſi monaſterium ingrediatur, debetur etiamſi nubet viro.*
52. *Filia ſemper dicitur dotata, etiamſi in altero tantùm caſu dos relicta fuerit.*
53. *Dote legata ſi nubet de conſilio talis, dicitur inuitari ad illud matrimonium contrahendum.*
54. *Conditio ſi nubet de conſilio talis, poteſt opponi in inſtitutione filiæ.*
55. *Conditionem rei ſuæ quam vult, quis poteſt apponere.*
56. L. non tale. §. reſcriptum. ff. de condit. & demonſtrat. *declaratur.*
57. §. Sed & hoc præſenti. auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. *declaratur.*
58. *& reprobatur intellectus Menochij.*
59. *Filius bannitus ſi eſt præteritus, teſtamentum eſt nullum.*
60. *Nepote præterito ab auo, etiam materno, teſtamentum eſt nullum.*
61. *Præteritio aui materni ſi eſt cum cauſa iuſta, habetur loco exhæredationis.*

EXPEDITVM eſt in iure ciuili, te-
ſtamentum, † in quo filiusfamilias 1.
præteritus eſt, ipſo iure nullius mo-
menti eſſe. *l. 1. ff. de iniuſto, rupto, &*
irrit. teſtam. in verſ. aut nullius eſſe mo-
menti, cùm filius, qui in patris poteſtate eſt, præteritus
fuit. l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum. in verſ. fi-
lio, qui in poteſtate eſt, præterito, inutile eſt teſtamentum.
l. pen. ff. eod. tit. in verſ. nihil valiturum teſtamentum.
§. 1. *Inſtit. de exhæredat. liber.* ſi ſilentio præteriit, in-
utiliter teſtatur. Ideo Doctores inferunt, quòd ſi in
teſtamento fiat mentio de filio, & illi ſit aliquid
relictum, † ſi non eſt inſtitutus, vel exhæredatus, 2.
dicitur præteritus, per text. *l. ita tamen. §. qui roga-*
tus. ff. ad Trebell. vt poſt Paul. de Caſtr. & alios re-
latos probat Iaſ. *in l. poſthumo. num. 5. C. de bon. poſ-*
ſeſſ. contra tabul. Imò etiamſi filius præteritus non
dicat teſtamentum nullum; tamen verius eſt, vt
nullum † ſit ipſo iure, etiamſi filius non opponat, 3.
Dec. *in d. l. poſthumo. num. 9.* Iaſ. *num. 25. & ſeq.* Ri-
minald. *num.* 5. Item quòd etiam de iure præto-
rio, teſtamentum ſit nullum ob præteritionem † fi- 4.
lij, firmarunt Iaſ. *in d. l. poſthumo. num. 28. & in l. ſi*
filius, qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthum. cámque
eſſe communem opinionem poſt Dec. & alios Io.
Franciſc. de Ponte *in conſil. 42. num.* 8. eandem pro-
bat Cuman. *in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. &*
poſthum. & Coſta *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.*
Sed contrariam opinionem ego credo eſſe verio-
rem, quòd de iure prætorio non ſit ipſo iure nul-
lum, quoniam per bonorum poſſeſſionem † contra 5.
tabulas reſcinditur, Roman. *in l. filius qui in poteſta-*
te. ff. de liber. & poſthum. & in d. l. final. C. de bon. poſ-
ſeſſ. contra tab. & alij ad hoc relati per Iaſ. *in d. l. final.*
n. 28. & per Forſter. *in tract. de ſucceſſionib. lib. 1. cap.*
21. *num.* 9. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 20. *n.*
140. quia poſt triginta annos, in quo tempore de
nullitate dici poteſt, teſtamentum † cenſetur ap- 6.
probatum de iure prætorio, quod de iure ciuili
confirmari non potuit, vt poſt Cyn. Bart. Bald. &
alios *in d. l. filio præterito*, probat Ruin. *in conſil.* 13.
col. 1. vol. 3. Quamobrem ſi filius expreſſim non di-
cat teſtamentum nullum, in quo eſt præteritus, il-
lud teſtamentũ † à prætore conſeruatur, & ita poſ- 7.
ſunt procedere dicta per gloſſ. *in d. l. filio præterito.*
in ver. tuebitur. ff. de iniuſto teſtamento, & allegata per
Oldrad. *in conſil. 171. col. 1.* Item querela teſtamen-
ti datur ad rumpendum teſtamentum validum, vt
ſcripſi ſuprà *in parte 1. quæſt. 26. art. 1. in princip.* ſed
bonorum poſſeſſio † æquiparata eſt à iure ipſi que- 8.
relæ. *l. vt liberis. C. de collat.* Item conceditur etiam
filiis ſuis præteritis, qui poſſunt dicere teſtamentũ
nullum de iure ciuili. *l. maximum vitium, propè fi-*
nem. C. de liber. præterit. & ibi gloſſ. *in ver. non patia-*
tur, & in §. eadem. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato
de

deferuntur. Ergo de iure prætorio teſtamentum
ſuſtinetur , ſed filius præteritus per contra tabu-
las illud reſcindit , & admittitur. Sed quia
ſuprà *in dicta parte 2. quæſtione 26. articulo* 1. in
quæſtione de præteritione , & exheredatione
tractauimus quando filiis præteritis competat
querela , & multi ex illis caſibus poſſunt etiam
huic articulo applicari , nunc in præſenti tra-
ctandum eſt reſpectu teſtamenti , videlicet quan-
do ob filiorum præteritionem teſtamentum ſit
nullum.

Primus igitur caſus ſit , quando filius eſt in-
9. ſtitutus , ſed filia femina præterita † in di-
cto primo gradu , eſt pupillariter ſubſtituta eidem
cum multis conditionibus , & euenit caſus , vt
ipſe filius præmoriatur, tunc filia præterita di-
cit teſtamentum nullum , quoniam licèt à gra-
du ſubſtitutionis teſtamentum valere incipiat , à
quo filia præterita non fuit. *l. ex facto. §. Lucius.*
ff. de vulgari , & pupill. l. ſi filius. ff. de hæredib.
inſtituend. & omnia grauamina , & conditiones
tollantur. *l. quoniam in prioribus. l. ſcimus. §. cùm*
10. *autem. C. de inoffic. teſtam.* tamen teſtamentum †
non poteſt incipere habere validitatem à ſubſti-
tutione pupillari , quoniam ſi teſtamentum fuit
nullum , quia filia fuit præterita in primo gra-
du ; ergo etiam ſubſtitutio pupillaris eſt nulla,
quæ non poteſt ſubſiſtere ſine principali funda-
mento , *l. 1. §. final. ff. de vulgar. & pupill. l. 2.*
§. adeò. ff. eod. & l. Papinianus. §. ſed nec impube-
res. ff. de inoffic. teſtament. & ita reſpondit Oldrad.
in dicto conſil. 171. Secus eſſet ſi dicta filia fuiſ-
11. ſet vulgariter † ſubſtituta , quoniam à ſubſti-
tutione vulgari teſtamentum incipit habere vali-
ditatem , *l. 3. §. final. ff. de liber. & poſthum. & d.*
l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulgar. & d. l. ſi filius. ff.
de hæredibus inſtituend. & ad hoc eſt text. *l. ſi pater*
filium. ff. de vulgar. & pupill. Vbi ſi ille qui de-
bebat inſtitui , vel exhæredari , fuiſſet præteri-
tus à primo gradu , & in ſecundo gradu fuiſſet
vulgariter ſubſtitutus , teſtamentum conſeruatur,
quia incipit habere validitatem ab ipſa ſubſtitu-
tione vulgari. Alexand. *in l. inter cætera , propè fi-*
nem. ff. de liber. & poſthum. dicit , quòd pro va-
liditate teſtamenti paterni , ſatis eſt quòd pater
relinquat filio iure ſubſtitutionis, & ibi dicit quòd
talis ſubſtitutio ſatisfacit formæ. *d. l. inter cætera,*
& §. aliud quoque capitulum. Authentic. & cùm de
appellat. cognoſc. & ita reſpondit Berous *in conſil.* 11.
vol. 2.

Declaratur iſte caſus , vt procedat , quando
hæres in primo gradu inſtitutus præmortuus fuiſ-
ſet in vita teſtatoris , tunc enim à ſubſtitutione
vulgari teſtamentum recipit validitatem , vt la-
tè ſcripſi *in repetitione l. Gallus , in princip. ſuper*
intellectu dicti principij num. 14. per text. *in l. non pu-*
tauit §. 1. ff. de bonor. poſſ. contra tab. & ſcribit Be-
ro. *in d. conſil. 11. col. 1. vol. 2.*

Secundò declaratur , vt procedat etiam in ſub-
12. ſtitutione † vulgari tacita contenta in pupillari
expreſſa , nam ſi teſtator filio inſtituto in primo
gradu , pupillariter ſubſtituerit filiam , quia in
d. pupillari expreſſa continetur vulgaris tacita. *l.*
iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. ideo ſi di-
ctus filius mortuus fuerit impubes ante teſtato-
rem , tunc dictum eius teſtamentum incipiet ha-
bere vires à ſubſtitutione vulgari tacita conten-
ta ſub expreſſa pupillari , & hoc eſſe de mente
Bartoli *in l. 1. ff. de vulgar. & in d. l. ſi pater fi-*
lium. ff. eod. probat Bero. *in d. conſil.* 11. *num.* 10.
verſic. idem videtur. & Iacob. de Aret. *in d. l. ſi*
pater filium. Nam ſi per dictam ſubſtitutionem pu-
pillarem teſtator voluit prouidere filio ſuo ſi de-
ceſſerit in ætate pupillari , multò magis creden-
dum eſt voluiſſe prouidere ſibi ipſi teſtanti per
vulgarem , quoniam per vulgarem ſuccedítur te-
ſtatori , non autem pupillo , & ordinata charitas
magis incipit à ſeipſo , *l. præſes. C. de ſeruit. &*
aqua. Qua ratione vtitur Oddus *in tractat. de*
compendioſa. part. 5. artic. 1. ad probandum quòd
ſubſtitutio compendioſa facta verbis communi-
bus à pagano , contineat vulgarem , & ideo idem
dicendum eſt , ſi teſtator dicto filio ſuo impube-
ri quandocumque deceſſerit , ſubſtituerit dictam
filiam ſuam , quoniam compendioſa facta verbis
communibus † continet vulgarem, Bartol. *in* 13.
l. centurio. numer. 32. ff. de vulgar. & *ibi* Alexand.
num. 70. Ripa *num.* 101. & 146. Iaſ. *num.* 23.
Socin. iun. *num.* 273. Lanfranch. de Oriano *nu-*
mer. 29. Galiaula *num.* 422. Bolognet. *num.* 245.
Cyn. *in l. precibus num.* 20. *C. de impuber. ſubſtit.*
& *ibi* Albetic. *num.* 121. Alex. *num.* 12. Iaſ. *num.*
12. Curt. *num.* 44. & 46. Dec. *num.* 19. Et hanc
opinionem eſſe magis communem , & magis ve-
ram , probabo infrà cùm de ſubſtitutione com-
pendioſa facta à pagano tractabimus ; & ita fuit
iudicatum in Senatu Mantuano, vt *in Digeſt. No-*
uiſſim. tomo 5. tit. ſubſtitutio. cap. ſi cuiuſcumque , &
in Senatu Burdegalenſi , *d. tit. ſubſtitutio , cap. in-*
ſtituto.

Secundus caſus eſt , ſi filius non fuerit † pu- 14.
rè inſtitutus , neque exhæredatus cum iuſta cau-
ſa , ſed fuerit inſtitutus ſub conditione volunta-
ria , quæ conſiſtet in voluntate eiuſdem filij, pura
ſi voluerit eſſe hæres , vel hæreditatem non ven-
dicauerit , tunc teſtamentum ſuſtinebitur , non
obſtante quòd filius non ſit purè hæres inſtitutus,
nec exhæredatus , ita loquitur *l. ſi quis ita hæres in-*
ſtituatur. ff. de hæred. inſtit. Nam cùm dicta condi-
tio faciat † , vt dictus filius non dicatur hæres 15.
ſuus , & neceſſarius ab inteſtato , ſed ſolùm vo-
luntarius. *l. iam dubitari. §. final. ff. de hæred. inſtit. l.*
verba hæc. ff. de condit. inſtitut. ideo dicta conditio
† voluntaria habebit duos effectus. Primus eſt, 16.
quòd poſt mortem patris non deferretur hæredi-
tas in filium iure ſuitatis ex cauſa inteſtati , quo-
niam ſuitas per dictam conditionem ſublata eſt.
Secundus effectus eſt, quòd non poterit hæreditas
patris deferri in filium ab inteſtato , antequam ſit
purificata conditio , ſub qua fuit tacite vocatus ab
inteſtato. Exemplum , ſi teſtator dixerit : Inſti-
tuo Titium ſub conditione , ſi filius meus non vo-
luerit eſſe hæres , tunc filius videtur vocatus ab
inteſtato † ſi hæres eſſe voluerit, & ita ſub con- 17.
traria conditione : ſi igitur hæres eſſe voluerit,
deficit conditio teſtamenti , & hoc præſuppo-
nit *d. l. ſi quis ita hæres inſtituatur* , in illis ver-
bis , *puto deficere conditionem teſtamenti , illo vendi-*
cante hæreditatem ; & iſta verba denotant, quòd
hæreditas illi legitimo non deferatur antequam
deficiat conditio teſtamenti , & vendicare in-
cipiat ; ergo dictum teſtamentum eſt aptum ad
impediendum , ne hæreditas deferatur ex cau-
ſa inteſtati , antequam deficiat conditio ipſius
teſtamenti , & ſic antequam filius voluerit eſ-
ſe hæres , & voluerit vendicare hæreditatem ,
& hoc caſu non vitiatur præteritione filij ,
quia tunc poteſt † vitiari ob præteritionem fi- 18.

lij, quando filius remanet ſuus, & neceſſarius ex
cauſa inteſtati: ſed in hoc caſu cùm non poſſit ſta-
tim poſt mortem patris, eius hæreditas in ipſum
filium iure ſuitatis deferri, atque continuari, quia
teſtamentum eſt aptum ad impediendum ne de-
feratur iure ſuitatis ab inteſtato, ideo donec pen-
det conditio teſtamenti, ceſſabit ratio propter
quam filij præteritione poſſit teſtamentum annul-
lari.

Tertius caſus eſt, quando aliquid eſt relictum
filio præter titulum inſtitutionis, tunc teſtamen-
tum eſt nullũ, quia pro forma validitatis teſtamen-
19. ti diſpoſitum eſt, vt filius inſtitui † debeat hæ-
res à patre, vel inſtitutionis titulo aliquid eidem
relinqui. *§. aliud quoque capitulum, Authent. vt cùm
de appellat. cognoſc. Authent. Nouiſſima. C. de inoffic.
teſtam.*

Primò declaratur, vt non procedat de iure
Canonico, quo iure ſatis eſt, vt filio aliquid relin-
20. quatur † quocumque relicti titulo, prout etiam
ſufficiebat de iure Codicis. *l. omnimodo. C. de inoff-
fic. teſtament.* gloſſ. *in cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6.*
& alij plures ad hoc relati per Ruin. *in conſil.* 11.
num. 2. *& ſeq. volum.* 3. & *ibi* quòd ita eſt commu-
nis opinio, poſt Alex. *in l. inter cætera. ff. de liber.
& poſthum.* Nam iſte titulus inſtitutionis eſt in-
troductus de iure ciuili, qui de iure naturali non
erat neceſſarius, ſed ius Canonicum ſeruat ius na-
turale, per rationem *cap. cùm eſſes. de teſtament.*
Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem, vt
21. etiam de iure Canonico legitima ſit filio † re-
linquenda titulo inſtitutionis, aliàs teſtamentum
ſit nullum, prout illam firmarunt Anton. de Butr.
in conſil. 67. *per totum*, & *ibi* Addentes *in verſic.
ſubſtitutionis*, dicunt hoc eſſe etiam verum de iu-
re Canonico, & hanc eſſe magis communem
opinionem atteſtatur Alexand. *in conſil.* 70. *num.*
6. *verſiculo nec me moueat. volum.* 2. *& in conſil.* 76.
num. 17. *verſic. non omitto. volum.* 3. vbi Adden-
tes *in verbo inſtitutionis*, allegant multos concor-
dantes, alios allegat Clarus *in §. teſtamentum. quæ-
ſtione* 38. vbi quòd licèt contraria opinio magis
conueniat æquitati iuris Canonici, tamen pro-
pter authoritatem plurimorum Doctorum tenen-
tium hanc opinionem, non eſt in conſulendo, nec
in iudicando ab ea recedendum.

Secundò declaratur, nam ſi filiis aliquid reli-
22. ctum fuerit pro † legitima, cenſetur relictum
titulo inſtitutionis, ita firmarunt Bartolus, Baldus,
& Paulus de Caſtro, *in Authent. vnde ſi parens. C.
de inoffic. teſtam.* Fabian. *in Authentic. nouiſſima, nu-
mer.* 162. *C. eod. tit.* quoniam titulus inſtitutionis
23. ex natura legitimæ † ſubintelligendus eſt. *l. hu-
manitatis. C. de impuber. ſubſtitut.* Bald. *in conſil.*
118. *num.* 4. *verſic. ſed videndum. vol.* 4. & hanc
eſſe communem concluſionem atteſtatur Zabarell.
in conſil. 60. *num.* 2. Alexand. *in conſil.* 50. *in fin.
volum.* 7. & magis dicit communem Clarus *in d.
§. teſtamentum. quæſt.* 38. *numer.* 11. Couar. *in cap.
Raynutius. §.* 1. *numer.* 6. *de teſtament.* Bartol. *in
conſil.* 151. *part.* 1. & *ibi* Addentes *in ver. Marſilius*,
Franciſcus Tigrini inter conſilia Bartoli 152. *part.*
1. & quando aliquid eſt relictum pro legitima, ſi-
ue per alia verba æquipollentia, ſemper intelli-
gendus eſt titulus inſtitutionis. Zabarell. *in d. con-
ſil.* 60. *numer.* 2. Alexand. *in conſil.* 50. *in fin. vo-
lum.* 7. Et quòd hæc opinio ſit amplectenda, poſt
alios relatos, probat Gabriel *in conſil.* 109. *num.*
2. *& ſeq. volum.* 3. quoniam teſtamento fauet. *l. ſi
pars iudicantium. ff. de inoffic. teſtam.* quem text. ad
hoc probandum allegat Crot. *in d. cap. Raynutius.
de teſtament.* Et licèt text. *in d. §. aliud quoque capi-
tulum* †, expreſsè diſponat, quòd ſi per lega- 24.
tum, vel alium quemcumque modum filiis dede-
rit legitimam portionem, nullum liberis prædictis
fiat præiudicium, ſed teſtamento euacuato, id
eſt, declarato nullo, liceat liberis ad hæredita-
tem paternam tanquam ab inteſtato ſuccedere, per
quem text. ita probari nullitatem teſtamenti, ſi
citra inſtitutionem actum eſſet de legitima, pro-
bat *ibi* Bartol. *in ſummario*, & Peregrin. *de fideicom-
miſſis. artic.* 36. *num.* 55. *verſic. teſtamentum ex defe-
ctu formæ.* Tamen illa verba intelligit Gabriel *in d.
conſil.* 11. *num.* 3. *vol.* 1. quando teſtator citra no-
men legitimæ, reliquiſſet aliqua bona, vel aliquam
quantitatem filiis; ſed cùm pro legitima expreſ-
sè relictum fuerit, tunc ſemper titulus inſtitutio-
nis implicitus eſt, vt probaui. Item quia in du-
bio debemus adhærere illi opinioni †, quæ fa- 25.
uet validitati teſtamenti, Cephal. *in conſil.* 72. *in
fine.* Gratus *in conſil.* 66. per text. *l. vel negare. ff.
quemadmodum teſtament. aper.* & alia ad hoc latè
allegata per Riminald. iun. *in conſil.* 84. *num.* 12.
vol. 1.

Tertiò declaratur, quòd licèt inſtitutus in re
certa †, dato cohærede vniuerſali, habeatur lo- 26.
co legatarij. *l. quoties. C. de hæredib. inſtituend.* tamen
fauore teſtamenti, & ne filius, tanquam præteri-
tus, poſſit patris teſtamentum impugnare, dici-
tur hæres, Bald. *in l. ſcimus. num.* 9. & *ibi* Paulus
de Caſtro, *num.* 9. & Salic. *num.* 6. *C. de inoffic. te-
ſtament.* Benedict. *in cap. Raynutius, in verſiculo
in eodem teſtamento relinquens, in* 1. *num.* 255. *verſic.
attamen, & num.* 258. *de teſtamentis.*

Quartò declaratur, quando teſtator inſtituta
vxore hærede vniuerſali filiis ſuis reliquerit ali-
qua caſtra, quæ ſciuerit eſſe aliena, & ita lega-
tum erit validum †, iuxta §. *non ſolùm. Inſtitut.* 27.
de legat. l. cùm alienam. C. de legat. ideo illorum
æſtimatio ſoluenda eſt. Bald. *in l. humanitatis. num.*
63. *C. de impuber. ſubſtit.* gloſſ. final. *in cap. ſilius*, &
ibi omnes Canoniſtæ, *de teſtament.* Corn. *in con-
ſil.* 31. *num.* 3. *volum.* 2. Capra *in conſil.* 107. *num.*
7. Craſſ. *in §. legatum. quæſt.* 14. *num.* 15. *verſiculo
vnde quæro.* Item quando relinquitur adiunctæ
perſonæ †, ſemper debetur æſtimatio, ſiue te- 28.
ſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit bona legata eſſe
aliena, prout eſt communis Doct. opin. *in d. l.
cum alienam*, de qua per Gomez. *in tomo* 1. *va-
riarum reſolut. cap.* 12. *num.* 13. Craſſ. *in §. legatum.
quæſt.* 14. *num.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 9. *tit.* 2.
num. 40. & alij per Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 116.
num. 15. Et tunc ſi æſtimatio abſorbet totam hæ-
reditatem, teſtamentum erit validum, licèt inſti-
tutio vxoris remaneat ſuperflua, quoniam reli-
ctum † fauore filiorum eſt latiſſimè interpretan- 29.
dum. *d. l. cum rem alienam. C. de legat.* præſertim
quia voluntas teſtatoris eſt clara; quamobrem
concurrit non ſolùm fauore filiorum, ſed etiam
teſtamenti, ne propter filiorum præteritionem
reddatur inualidum. Menoch. *in dicta præſumpt.*
116. *numer.* 24. *lib.* 4. & quòd teſtamentum hoc
caſu ſuſtineatur, fuit deciſum in Rota Roma-
na, vt *in deciſ.* 265. *&* 309. *parte* 1. *in vltimò
impreſſis.*

Quintò declaratur, vt relictum filio, citra
nomen legitimæ, valeat in vim inſtitutionis, quan-
do teſtator in ipſo relicto appoſuerit clauſulam,
omni

30. *omni* † *meliori modo.* Bartol. *in d. l. quoties, num.*
3. C. de hæredib. inſtituend. Cuman. *in l. his verbis.*
ff. eod. Felin. *in cap. cum ſuper , num.* 11. *verſiculo,*
ſecundus effectus , de offic. delegati. Iaſ. *in d. authent.*
Nouiſſima, numer. 21. *&* 24. *in* 8. *limitatione. C. de*
inoffic. teſtament. Alexand. *in conſil.* 113. *num.* 13.
volum. 3. Paulus de Caſtro *in conſil.* 313. *num.* 3.
volum. 6. Dec. *in conſil.* 14. *num.* 4. *& in conſil.* 77.
num. 4. & alij plures, quos ad hoc allegaui *in tra-*
ctat. de clauſulis parte 1. *clauſul.* 84. *num.* 5. *&*
ibid. num. 6. quòd hæc declaratio procedit, quan-
do dicta clauſula , *omni meliori modo*, eſt appoſi-
ta ipſi relicto , ſecus ſi eſſet appoſita in fine clau-
ſulæ codicillaris. Et quomodo hæc clauſula etiam
31. non appoſita †, cenſetur appoſita fauore filio-
rum , vt valeat in vim clauſulæ codicillaris, ſcri-
pſi *in d. tractat. de clauſulis. parte* 3. *clauſula* 56.
num. 9. *& ſeq.*

Quartus caſus eſt, ſi filius eſt inſtitutus ſub con-
32. ditione † poteſtatiua , teſtamentum eſt validum ,
vt dixi ſuprà *in* 2. *caſu* : ſed ſi ſub conditione ca-
ſuali , vel mixta , ſi non eſt etiam exhæredatus in
defectum dictæ conditionis , teſtamentum eſt nul-
lum ipſo iure , *l. ſi pater. C. de inſtitut. & ſubſti-*
tut. l. ſuus quoque. §. 1. *ff. de hæred. inſtituend. l. Lu-*
cius. ff. de condit. & demonſtrat. Quòd autem in
33. caſu *d. l. ſi pater* † filio exhæredato fuerat da-
tus cohæres, probat *ibi* Iaſ. *num.* 3. *verſiculo , & ſic*
verbum , exheredatum ; & *ibi* poſt alios relatos, di-
cit eſſe communem intellectum : ſed quantum ad
cohæredem , non eſt bona doctrina †, quia tunc
34. filium exhæredatum oportuiſſet per querelam age-
re , quæ præſupponit validitatem teſtamenti ; ſed
d. l. ſi pater , dicit quòd nullo exiſtente teſtamen-
to poterit ab inteſtato ſuccedere. Item *ibi* ver-
bum *exheredatum* ab Imperatore appoſitum fuit,
ad effectum vt filius iuſtè potuiſſet petere ab in-
teſtato ſucceſſionem; quia ſi exhæredatum ſe dixiſ-
ſet, teſtamentum per querelam rumpere oportuiſ-
ſet , & ideo non eſt bona doctrina Iaſ. *in d. l. ſi*
pater , num. 19. *in fine* , quòd teſtamento rupto
quoad legitimum tantùm , reſiduum hæreditatis
applicandum eſt dicto cohæredi , hoc enim con-
tradicit dictæ legi , quæ expreſsè dicit, *hæreditatem*
adire non prohiberis , nimirum ab inteſtato , quia
teſtamentum non valet.

Quamobrem dicta l. *ſi pater* , expreſsè pro-
35. bat filium inſtitutum ſub conditione caſuali †,
vel mixta , ſi in caſum deficientis conditionis non
fuiſſet exhæredatus , teſtamento nullo exiſtente,
hæreditatem patris ab inteſtato adire non pro-
hiberi , & hanc opinionem ſequuti fuere om-
nes Doctores antiqui , vſque ad tempora Bartoli,
vt ipſe dicit , *in dicta l. ſi pater* , eandem tenent
Cyn. *in d. l. ſi pater.* Bald. *in l. quoniam in priori-*
bus. C. de inoffic. teſtament. Bald. & Angel. *in l. ſuus*
quoque , in princip. ff. de hæredib. inſtituend. Bald. *in*
l. in ſuis. col. final. ff. de liber. & poſthum. Angel.
in l. filius à patre , in princip. ff. eod. tit. & in conſil.
160. quos allegat Iaſ. pro iſta parte *in d. l. ſi pa-*
ter. num. 19. *in princip. verſic. & iſtam opinionem.*
Eandem dicit eſſe veriorem Dec. *in d. l. ſi pater. col.*
final. verſ. in fine gloſſæ.

Pro contraria parte †, videlicet quòd dicta l.
36. *ſi pater*, & d. l. *ſuus quoque* , hodie ſint correctæ per
l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament. ita vt
ſi filius eſt inſtitutus ſub conditione caſuali , vel
mixta , dictæ conditiones ſunt omnino reiiciendæ
ab inſtitutione , quantum importat legitima filij,
& ita valeat teſtamentum , firmarunt gloſſ. *in d.*
l. ſi pater. verbo erat , & in d. l. ſuus quoque. verſic.
conſtat. Bartol. *in d. l. ſi pater. numer.* 2. & doctri-
nam Bartoli eſſe communiter approbatam , atte-
ſtatur Iaſ. *in d. l. ſi pater , num.* 19. *verſic. contra-*
rium , vbi plurimos refert , & hanc opinionem
acerrimè probat , & *ibi* Alexander , Iacobinus
num. 13. vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum , Ri-
pa *in rubrica ff. de vulgari , & pupill. numer.* 157.
Benedict. *in cap. Raynutius , verbo reliquit , num.*
28. *de teſtament.* Coraſius *in rubric. num.* 9. *C. de*
impuber. ſubſtitut. Duenas *in regula* 368. Bernar-
dus de Luco *in regula* 727. & ſecundùm hanc opi-
nionem reſponderunt , Socin. *in conſil.* 234. *vo-*
lum. 2. *& in conſil.* 97. *& in conſil.* 98. *vol.* 3. Gra-
tus *in conſil.* 112. *volum.* 2. qui cæteros refert. &
Bartol. mouetur per *l. ſcimus.* §. *cùm autem. C. de*
inoffic. teſtament. Ad quam legem nullatenus poſ-
ſe reſponderi dicit Paulus de Caſtro *in d. l. ſi pa-*
ter , & Iaſ. *ibid. numer.* 19. reprobat multas re-
ſponſiones , ibi enim expreſsè diſponitur , quòd
ſi teſtator extraneo hæredi inſtituto iuſſit , vt poſt
eius mortem, vel poſt certum tempus reſtituat hæ-
reditatem filio, iſte ſtatim abſque aliqua temporis
dilatione ſuam debet habere legitimam, ita dicen-
dum ſit in hoc caſu, vt reiectis conditionibus ca-
ſualibus , vel mixtis ab ipſa inſtitutione filij , le-
gitimam habere debeat , & ita corrigat d. l. *ſi pa-*
ter , quæ inſtitutionem factam ſub dictis conditio-
nibus , nullam eſſe , nullúmque teſtamentum exi-
ſtere diſponit.

Sed quia tota iſta communis eſt fundata ſu-
per doctrina Bartoli , quam cæteri ſequuti fue-
re , & ipſe Bartolus motus eſt per d. §. *cùm au-*
tem †, & ſequaces , credentes illi reſponderi non 37.
poſſe , contra iura expreſſa firmarunt vnam legem
Codicis alteram corrigere poſſe , contra text. *C. de*
nouo codice faciendo, vbi reſecatis ſuperfluis , & con-
trariis mandauit d. nouum Codicem componi, &
in titul. † *C. de Iuſtinianeo Codice confirmando* , 38.
opus ita demandatum , & adimpletum approba-
uit , idem repetiit *in C. de emendatione Codicis Iu-*
ſtiniani , & latiùs *in tit. de vet. iure enucleando.*
Ex quibus facile credendum eſt in Codice quem
habemus non eſſe poſitas leges contrarias , &
quæ altera alteram corrigat. Nec eſt bona do-
ctrina , vt inter leges habentes caſus omnino di-
uerſos aliqua correctio † induci poſſit. Nam 39.
d. l. ſi pater , præſupponit teſtamentum eſſe nul-
lum factum cum dictis conditionibus , & *d.* §.
cùm autem , præſupponit validitatem ipſius te-
ſtamenti , in quo filio per fideicommiſſum reli-
ctum fuerat , quo tempore quicumque relicti ti-
tulus ſufficiebat : diſpoſitio igitur , quæ ſuper te-
ſtamenti validitate fundata eſt , non poteſt alte-
ram diſpoſitionem corrigere , quæ ſuper ipſius
nullitate fundatur. Item probatur , quia d. §. *cùm*
autem †, factus eſt ad declarationem *d. l. quo-* 40.
niam in prioribus. C. eodem titul. vbi cùm fuiſſet diſ-
poſitum vt à legitima filij reiiciatur quodcum-
que onus , & quæcumque conditio , ipſe §. *cùm*
autem , referendo ſe ad illam legem , diſponit , vt
etiam dilatio temporis à legitima filij ſtatim de-
bita reiiciatur , ſed dicta l. *quoniam in priori-*
bus , præſupponit validitatem teſtamenti , quia
loquitur in caſibus , in quibus querela compe-
rebat : querela † autem illius validitatem præ- 41.
ſupponit , quæ ad reſcindendum datur. *l. vt li-*
beris. C. de codicill. ergo eodem modo debet in-

telligi d. §. *cùm autem*, qui eſt factus ad illius
legis declarationem, quia lex interpretans in-
telligitur iuxta terminos legis interpretatæ. §. *fi-
nal. Authent. de filiis ante dot. inſtrument. natis.*
Cùm igitur d. §. *cùm autem*, loquatur in terminis
teſtamenti validi, non poteſt corrigere d. l. *ſi
pater*, quæ loquitur in terminis teſtamenti nulli,
& ita opinio Bartoli non ſubſiſtit, & tota commu-
nis corruit, quia non poteſt maior virtus eſſe in
deriuato, quàm in fonte, à quo cæteri omnes
dependent.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in fi-
42. lio emancipato, quia iſte poteſt † inſtitui ſub
conditione caſuali, vel mixta. *l. 3. §. ſi ſub ea. ff.
de bonorum poſſeſſione contra tabul.* per quem text.
ita probant *in d. l. ſi pater*, Iaſ. *numer. 2. verſic.
ſed tu aduerte.* Dec. *numer. 2.* vbi agunt de in-
tellectu illius textus, quia hic eſt effectus ſui-
tatis, vt non poſſit inſtitui ſub iſtis conditio-
nibus, niſi in earum defectum exhæredetur. *d. l.
ſi pater*, & propterea non habet locum in nepo-
43. tibus †, qui non tenent primum locum, nec
ſunt ſui hæredes, prout eſt communis opinio,
de qua per Suarez *in l. quoniam in prioribus, am-
pliat. 4. C. de inofficioſ. teſtament.* poſt Bartol. Bald.
Paulum de Caſtro, Angel. & Immol. *in l. ſed ſi
ſub conditione. §. nepotes. ff. de hæred. inſtituend.* quos
44. allegat. Neque ſuus hæres † poteſt inſtitui ſub
conditione turpi. *l. filiusfamilias. ff. de conditioni-
bus inſtitut. l. Lucius, ff. de condit. & demonſtrat.*
& eſſe communem opinionem probat Suarez *in
d. l. quoniam in prioribus, in 8. limitat.* Neque po-
teſt ſub conditione exhæredari: reliqui autem
liberi poſſunt, vt probat Coſta *ibidem*, per text.
*l. ſed ſub conditione. ff. de bonorum poſſeſſione contra
tabul.* Et quia hic eſt effectus ſuitatis, propter-
ea mater, quæ non habet filios in poteſtate, po-
terit filios inſtituere ſub conditione caſuali, vel
mixta, etiam dato quòd illos non exhæredent,
quia illa præteritio habetur pro exhæredatione. *l.
1. & 2. C. de inſtitut. & ſubſtit.* & *ibi* Iaſ. & *in d. l. ſi
pater. num. 8. & 13.* & *ibi* etiam Dec. & cæteri mo-
derniores.

45. Secundò declaratur, vt filius ſuus † poſſit
hæres inſtitui ſub conditione caſuali, vel mix-
ta, quæ ſit purificata viuo adhuc teſtatore, quia
tale teſtamentum ſaltem reconualeſcit de iure
prætorio, ſi ſunt inſtituti hæredes venientes ab
inteſtato; ſicut etiam ſub quacumque conditio-
ne poteſt inſtitui poſthumus, dummodo condi-
tiones illæ verificentur ante illius natiuitatem,
quas declarationes bene explicatas vide à Iaſ. *in
d. l. ſi pater. num. 12.*

Tertiò declaratur, vt filia inſtituta ſub con-
46. ditione mixta † ſi nupta erit, ſi agnouit iu-
dicium patris, & conditionem illam adimple-
uit, teſtamentum eſt validum de iure ciuili. *l. ſi
quis hæredem. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* & hunc
eſſe verum intellectum illius legis, probat Iaſ. *in
d. l. ſi pater. numer. 11. in fine.* Item probatur,
47. quia illa lex † diſponit ſuper adimplemento
illius conditionis, ſiue factum fuerit in vita, ſi-
ue poſt mortem teſtatoris, ſemper inſtitutio vali-
da eſt. Ratio dubitandi erat, quia teſtamentum
recipit validitatem à morte, *l. 4. §. final. ff. de
adimend. legat. cap. cùm Martha. de celebrat. Miſ-
ſarum.* Ratio decidendi, quia cùm teſtator vo-
luerit conditionem adimpleri, nihil differt vtrùm
adimpleatur in vita, vel poſt mortem. *l. hæc con-
ditio. ff. de condition. & demonſtrat.* Item quia di-
cta conditio, ſi nupta erit, eſt indefinita, & com-
prehendit omne tempus. Natta *in conſil. 485.
numer. 6. verſ. ex prædictis patet*, Paulus de Caſtr.
*in conſil. 309. numer. 2. verſ. tertiò facit dubium. vo-
lum. 1.* Riminald. iun. *in conſil. 638. numer. 48. &
conſil. 639. numer. 116. & ſeq. volum. 7.* Quam-
obrem ſi legatum factum fuerit puellæ præſtan-
dum ſibi tempore nuptiarum †, debebitur poſt 48.
mortem teſtatoris, etiamſi in vita nupſerit, vt
reſponderunt Paulus de Caſtr. *in conſil. 184. vo-
lum. 2.* & Io. de Immol. *in conſil. 113.* & Surd.
in conſil. 69. volum. 1. Item quòd per approbatio-
nem hæredis, teſtamentum † remaneat validum. 49.
l. non dubium. §. illud. & *ibi* Doctor. *C. de teſtament.*
Alexand. *in conſil. 119. num. 4. verſ. quinto. volum.
6.* & ita fuit deciſum in Rota Romana, vt *in Digeſt.
Nouiſſim. tom. 5. titul. Teſtamentum. cap. quia teſta-
menti.*

Quintus caſus eſt, quando pater reliquit do-
tem filiæ ſi monaſterium ingrediatur, & ſic ſub
conditione mixta, † quoniam etiam voluntas 50.
monaſterij concurrere debet, teſtamentum erit
validum, ſtante ſtatuto, quòd filia dotata ex-
cludatur, quia tunc ipſa non poteſt contra ta-
bulas, neque teſtamentum nullum dicere, vt
ſcripſi ſuprà in parte prima, *quæſtion. 26. artic.
1. caſu 6.* & conditio, ſi monaſterium ingredia-
tur, includit † etiam conditionem, ſi nubet car- 51.
naliter, quia paria ſunt quòd pater relinquat
dotem filiæ ſimpliciter, & quòd relinquat ſub
iſta conditione, ſi monaſterium ingrediatur, quia
ſicuti dos ſimpliciter relicta debetur filiæ ſiue
viro nubat, ſiue monialis fiat, Natta *in conſil.
296.* Surd. *in conſil. 96. num. 1.* Bald. Nouell. *de do-
te parte 6. priuileg. 77. numer. 3. verſ. nam prima
facie*; ita ſi in vno tantùm caſu dos relicta fue-
rit, ſemper filia dotata † dicitur, & ad alterum 52.
trahitur, & ita in terminis huius caſus firma-
runt Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in titu-
lo de ſtatu monachorum, in rubrica, in verſiculo di-
ſputata.* Alberic. *in l. Deo nobis, numer. 7. C. de
Epiſcop. & cleric. & de ſtatutis lib. 2. quæſt. 104.*
Bartol. *in conſilio 184. part. 1.* & alij ad hoc re-
lati per Monentum *in conſilio 23. numer. 11.* vbi
per totum illud conſilium reſpondet ſuper hoc
facto.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
teſtator reliquerit mille ſuæ filiæ pro dote †, cum 53.
conditione, ſi nubet de conſilio talis, quia tunc
ipſa filia dicitur inuitari ad futuras nuptias ſub
ſpe lucri, quod eſt permiſſum. *l. Titio centum. §.
1. ff. de condition. & demonſtrat. l. vter ex fratri-
bus. ff. de condit. inſtit. l. 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut.*
& quòd talis conditio † poſſit apponi inſtitutio- 54.
ni, firmarunt Cyn. *in l. cum tale. §. arbitratu.
ff. de condition. & demonſtrationib.* Paul. de Caſtro,
Angel. de Perigl. & Alexand. *in l. turpia. §. 1.
de legat. 1.* & *ibi* Iaſ. *numer. 4.* Ancharan. *in cap.
nemo poteſt. colum. 3. de regul. iur. lib. 6.* Felin. *in
cap. ex parte. de conſtitut.* Dec. *in cap. Eccleſia
ſancta Mariæ, numer. 132. de conſtitut. & in cap.
ſi pro debilitate. num. 9. de offic. delegati, & in d. l. 2.
num. 10. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Lupus *in cap.
per veſtras. §. 52. num. 8. de donat. inter virum, &
vxor.* Benedict. *in cap. Raynutius, ver. qui cum alia
matrimonium contrahens, n. 88. & verbo quidam Pe-
tro de teſtam.* & ita reſponderunt Anania *in con-
ſil. 15.* Bolognin. *in conſil. ſeq.* Menoch. *in conſil. 69.
num. 20.*

*num.*20.*vol.* 1. Gabriel *in conſil.* 131.*num.* 10.*& ſeq.*
vol. 1. Riminald. iun. *in conſil.* 215. *numero* 183.
vol. 2.citans Connanum *in ſuis commentariis lib.* 8.
cap. 2.*col.* 5. vbi latè ſcribit de hoc. Et niſi filia
nubat de conſilio talis, cadit ab hæreditate. Ol-
drad. *in conſil.* 16. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 309.
vol. 1. Crauett. *in conſil.* 1. *per totum*, *& in conſil.*
80. *num.* 11. Anania *in d. conſil.* 15. poteſt enim
vnuſquiſque apponere conditionem rei ſuæ †,
55. quam dat. *l. ob res.* §. 1. *ff. de pact. dotalibus.l.* 1. *ff.de*
ſolut. & ſi filia illam conditionem non obſeruat,
beneficium relictum non lucratur, vt firmarunt
Oldrad. Caſtrenſ. & Crauett. *in dictis locis.* Item
quia deficiente conditione, ſub qua dos eſt re-
licta, etiam deficit relictum. *l. pecuniam quam.ff.*
ſi cert. pet. l. hac venditio. ff. de contrahend. empt.
cum ſimilibus allegatis per Crauett. *in conſil.* 93.
56. *num.* 3. Neque obſtat text. *l. cùm tale.* §. † *reſcri-*
ptum. ff. de condit. & demonſtrat. Quia loquitur
quando in ſubſtantia matrimonij apponitur dicta
conditio, ſecus quando conditio apponitur cir-
ca qualitatem tantùm. Ioan. de Anania *in dict.con-*
ſil. 15. *num.* 4. Caſtrenſ. *in d. conſil.* 300. vbi *num.*
1. *verſic. item ibi dicit*, quòd *in d.* §. *reſcriptum*, con-
ditio tendebat ad impediendum principium ac-
quiſitionis; ſecus eſt, quando conditio apponi-
tur de conſilio, quia tunc eſt potiùs modus, &
cenſetur appoſitus ad reſoluendam acquiſitionem
ipſius iam facta, ſi voluntas teſtatoris non im-
pleretur. Nihilominus ſi dicta filia non nubet vi-
ro de conſilio talis, ſed velit ingredi religionem,
d. conditio appoſita à teſtatore reiicitur, & pro
non ſcripta habenda eſt, per text. §. *ſed & hoc præ-*
57. *ſenti* †, *in Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, vbi quòd
conditio reiicitur, & monaſterium ſuccedit, etiam
contra expreſſam voluntatem teſtatoris, quia te-
ſtator contra legem expreſſam diſponere non po-
teſt. *l. nemo poteſt.* 1. *de legat.* 1.*l. quidam decedens.*
ff. de adminiſtrat. tut. l. teſtandi. C. de teſtam. l. ſi
quando. C. de inoffic. teſtam. cap. tua nos, & cap. re-
quiſiuiſti. de teſtam. Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 2.
num. 5. *in fine*, *&* §. 3. *num.* 5, Nec valet reſpon-
58. ſio † Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 83. *num.* 16.
verſiculo primò aſſertur, vbi quòd ille text. proce-
dit ex præſumpta voluntate teſtatoris non expri-
mentis expreſsè conditionem, de qua tractamus;
tunc enim illa conditio reiicitur fauore religio-
nis, & præſumitur ita voluiſſe teſtatorem; ſed
quando teſtator verbis expreſſis id iuſſit, mona-
ſterium excluditur, vt idem Menoch. *ibi* probat
num. 2. *& ſeq.* & alij ad hoc cumulati per Franch.
in deciſione 29. quia *in d.* §. *ſed & hoc præſenti*, ex-
preſsè teſtator monaſterium excluſit. Nam hæ-
res erat purè inſtitutus, deinde grauatus reſti-
tuere ſub conditione, ſi liberos non procreauerit,
vel ſi ſine liberis deceſſerit, & monaſterium in-
grediatur, quo caſu Imperator ſubſtitutionem
ſub illa conditione factam inualidam declarat, &
pro nõ ſcripta haberi diſpoſuit; ergo monaſterium
per dictum textum ſuccedit contra expreſſam vo-
luntatem teſtatoris, imò ſi voluntas teſtatoris
in caſu d. §. *ſed & hoc præſenti*, non appareret
manifeſta. Idem reſpondendum eſſet, cùm non
poſſit aſſignari ratio diuerſitatis, & in vtroque
caſu ſemper fauor religionis militat. Quamobrem
ſatis clarum eſt argumentum ab vna ſpecie dota-
tionis ad alteram, ſiue teſtator expreſſerit contra-
rium reſpectu religionis, ſiue ex eius tacita mente
præſumatur, & ita dotario facta in vno caſu, tra-
hitur ad alterum.

Sextus caſus eſt, ſi filius bannitus † præte- 59.
ritus eſt in teſtamento patris, illud eſt nullum, vt
conſuluit Corneus *in conſil.* 29.*volum.* 2. quia ban-
niti ex forma ſtatuti, retinent omnia quæ ſunt
iuris communis, prout eſſe magis communem
probat Ripa *in l. ex facto.* §. *ex facto*, *num.* 15. *ad*
Trebellian. & alij relati per Clarum *in* §. *teſtamen-*
tum. quæſt. 20. *num.* 2. *verſ. ſed quidquid dicat Iaſ.*
Craſſ. *in* §. *legatum. quæſt.* 8. *num.* 2. *verſic. ſed quic-*
quid dicant, qui cæteros referunt, de quo ſcripſi
ſuprà *in parte* 3. *quæſt.* 14. *art.* 1.

Septimus caſus eſt, ſi nepos ex filio † præte- 60.
ritus eſt in teſtamento patris, & filius præmor-
tuus ſit ante patrem, tunc præteritio nepotis facit
teſtamentum nullum, prout Doct. communiter
ſcribunt *in l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.* Et quid
ſi ſit nepos ex filio emancipato, ſcripſi *in d. part.* 1.
cap. 26. *articulo* 1. *in quarto caſu.* Idem dicendum
eſt de nepote ex filia prædefuncta, nam ſi abſque
cauſa præteritus eſt in teſtamento aui materni, te-
ſtamentum de iure nouiſſimo eſt nullum ipſo iu-
re, §. *aliud quoque capitulum*, *&* §. *cum autem. Au-*
thent. vt cùm de appellat. cognoſc. & *ibi* Angel. poſt
gloſſ. §. *poſthumorum loco*, *Inſtitut. de exhæredat. li-*
ber. Et licèt auus maternus aliquid eis reliquerit,
tamen non ſufficit, niſi titulus inſtitutionis inter-
ueniat. Berous *in conſil.* 10. *in primo dubio*, *volum.*
2. Socin. iun. *in conſil.* 184. *volum.* 2. Nam præ-
teritio aui † materni non valet ſine cauſa, quia 61.
habetur loco exhæredationis, quæ hodie ſine le-
gitima cauſa fieri non poteſt, *Authent. non licet*,
& l. ſeq. C. de liber. præterit. & teſtamentum eſt
ipſo iure nullum. *d.* §. *aliud quoque capitulum*, Bar-
tol. *in Authent. ex cauſa*, *col.* 8. *verſiculo*, *ſecundo ca-*
ſu. C. de liber. præterit. Sed an nepos natus poſt re-
nuntiationem filiæ ſi eſt præteritus poſſit dicere
teſtamentum nullum, vide quæ ſcripſi ſuprà *in par-*
te 1. *quæſt.* 14. *artic.* 2.

Octauus caſus eſt in præteritione matris, de
quo ſcripſi *in d. parte* 1. *quæſt.* 26. *artic.* 1. *in octa-*
uo caſu.

Nonus caſus eſt in præteritione fratris, de quo
ſcripſi *in d. quæſt.* 26. *artic.* 2. *per totum.*

Et in omnibus caſibus prædictis, in quibus te-
ſtamentum eſt nullum, quomodo poſſit ſuſtine-
ri propter clauſulam codicillarem, ſcripſi *in d. par-*
te 1. *quæſt.* 26. *artic.* 1. *in fine.*

ARTICVLVS III.

An teſtamentum vitietur ex defectu ſolemnitatum.

SVMMARIA.

1. *Rogitus Notarij in teſtamento condendo eſt præci-*
pua ſolemnitas illius.
2. *Notarius ſcribens inuentarium debet eſſe roga-*
tus.
3. *Rogitus Notarij non præſumitur.*
4. *Rogitus Notarij præſumitur per ſcripturam ge-*
neralem in principio, vel in fine ſui proto-
colli.
5. *idem ſi in fine inſtrumenti appoſuerit ſignum.*
6. *Clauſula* Actum, *quando denotet actus perfectio-*
nem.
7. *Clauſula*, præſentibus ſeptem teſtibus rogatis,
quem effectum producat.

8. *Teſtamentum eſt nullum ſine rogitu teſtium.*
9. *Rogitus Notarij præſumitur concurrentibus coniecturis.*
10. *Rogitus Notarij, & teſtium poteſt probari per duos teſtes.*
11. *Locus loci eſt de ſollemnitate neceſſaria teſtamenti.*
12. *Loci generalis appoſitio in inſtrumento non ſufficit.*
13. *Locus in vno inſtrumento appoſitus, quandoque cenſetur repetitus in altero.*
14. *Teſtamentum poteſt fieri etiam de nocte.*
15. *Teſtamentum factum de nocte an requirat tria lumina.*
16. *Teſtamentorum diuerſæ formæ à Iuriſconſultis excogitatæ, nunquam conſiderarunt tria lumina ſi de nocte fierent.*
17. l. 1. §. tria lumina. ff. de ventre inſpic. *declaratur.*
18. *Teſtes teſtamentarij debent exaudire teſtatorem, & nomen hæredis, aliàs teſtamentum non valet.*
19. *Negatiua quòd teſtator non nominauerit talem, quomodo probatur.*
20. *Teſtes dicentes, non audiuimus, probant negatiuam.*
21. *Rogitus teſtium ſi deficit, teſtamentum eſt nullum.*
22. *Teſtes eſſe rogatos à quocumque ſatis eſt.*
23. *Notarius quando poſſit rogare teſtes.*
24. *Rogitus teſtium à quocumque debet fieri de voluntate teſtatoris.*
25. *Teſtamentum eſt nullum ſi adhibitus ad ſcribendum ſemetipſum ſcripſit hæredem.*
26. *Teſtamentum ſcriptum manu hæredis eſt validum, ſi fuerit publicatum à Notario.*
27. ... *idem ſi teſtator illam ſcripturam dediſſet Notario.*
28. *Relictum à ſcribente ſibi aſcriptum poteſt probari per teſtes.*
29. ... *ſecus ſi teſtamentum probaretur per inſtrumentum.*
30. *Legata, & fideicommiſſa, quæ habentur pro non ſcriptis, accreſcunt hæredi.*
31. *Legatum ſibi aſcriptum per vnum ex Notariis, comprobatur per alterum Notarium in teſtamento adhibitum.*
32. *Legata facta dictantibus teſtamenta ſunt valida.*
33. *Teſtamentum eſt nullum ſi filius, vel ſeruus ſcripſerint patrem, vel dominum hæredem.*
34. *Lex quando punit ſcribentem ſua manu, an & quando habeat locum in dictante, vel mandante ſibi aſcribi.*

PRæcipua teſtamentorum ſollemnitas
ad Notarij rogitum pertinet, qui ex
1. ſuo capite nihil ſcribere debet †, niſi
à partibus rogatus fuerit, §. *nos autem.*
Auth. de tabellionib. & dicit Bald. *in*
rubric. C. de fide inſtrum. num. 10. *& num.*14. *l. final.* §.
ſin autem dubius, in fin. C. de iure deliber. vbi diſponi-
2. tur, Notarium ſcribentem † inuentarium, id face-
re debere, rogante hærede; & quòd Notarius pro
validitate actus debeat eſſe rogatus, firmarunt,
gloſſ. *in d.* §. *nos autem.* Bartol. *in l. ſi quis ex argen-*
tariis. §. *ſi initio in* 2. *lect. num.* 29. *ff. de edendo.* Iaſ. *in*
l. ſciendum. num. 40. *ff. de verb. obligat.* quoniam ſi
Notarius ſine rogitu aliquid ſcriberet de hoc capi-
te, committeret falſum, vt probat Curt. ſenior
in conſil. 55. *col.* 1. & alij per Menoch. *in conſil.* 37.
3. *num.* 105. *vol.* 1. Item rogitus eſt adeò † neceſſa-
rius ad ſollemnitatem actus, quia non præſumitur,
quia eſt ſollemnitas extrinſeca, & ita per multas ra-
tiones probat Menoch. *in lib.* 3. *præſumpt.* 81. *à num.*
1. *& plur. ſeq.*

Declaratur iſte primus caſus, vt multis modis di-
ctus Notarij rogitus præſumatur. Primò ſi in ca-
pite voluminis inſtrumentorum ſcripſerit ſe eſſe
rogatum † de omnibus inſtrumentis in illo volu- 4.
mine deſcriptis, & ita affirmando ſe ſubſcribat quę
comprehendit ſequentia, vel ſi in fine eiuſdem vo-
luminis iſta fecerit, quia tunc comprehendit præ-
cedentia, vt reſpõdet Paul. de Caſtr. *in conſil.* 292.
num. 3. *& ſeq. vol.* 1. Item † ſi in fine ſcripturæ No- 5.
tarius appoſuerit ſuum ſignum. Bald. *in conſil.* 158.
vol. 2. Et quando appoſuit ſignum, licèt non dicat
ſe rogatum, præſumitur feciſſe vt Notarius, & ideo
habet rogitum implicitum, Alex. *in conſil.* 48. *per*
totum, vol. 5. Item ſi inſtrumentum habet clauſu-
lam *Actum* †, &c. quæ denotat illius perfectionẽ, 6.
& publicationem, vt latè ſcripſi *in tractatu de clau-*
ſulis parte 1. *in clauſula, Actum*, &c. dummodo di-
cta clauſula ſit appoſita in fine inſtrumenti, quia
aliàs poſita in principio, vel in medio, potuit eſſe,
quia Notarius cogitauit ſe publicaturum, ſed non
publicauit, Pariſ. *in conſil.* 27. *num.* 17. *vol.* 2. Natta
in Additionibus ad Alexand. *in conſil.* 14. *num.* 19.
verb. dictæ imbreuiaturæ vol. 6. & de hac clauſula
Actum, in fine teſtamenti poſita ſcripſi etiam *in vo-*
to 8. *num.* 14. Item ſi Notarius ſcripſerit, publica-
ri, quia tunc præſumitur rogatus. Bellamer. *in con-*
ſil. 1. *num.* 15. *verſ. quid ergo.* Bartol. *in conſil.* 163. *cir-*
ca finem parte 1. vbi quòd verbum *publicaui*, neceſ-
ſariò importat rogitum, aliàs non poſſet dicere ſe
publicaſſe, ſicut ſtipulatio neceſſariò præſupponit
interrogationem, & reſponſionem. Item præſu-
mitur ex antiquitate temporis, quia eſt ſollemnitas
extrinſeca, & ita ſemper fuit iudicatum, vt *in Di-*
geſt. Nouiſſimis tomo 4. *tit. ſollemnitas.* Item ſi teſta-
mentum habet clauſulam *præſentibus* † *ſeptem teſti-* 7.
bus rogatis, quoniam hæc verba præſupponũt etiam
eundem Notarium fuiſſe rogatum. Neuizan. *in con-*
ſil. 24. *num.* 7. & alij per Menoch. *in d. præſumpt.* 81.
num. 11. *lib.* 3. Rogitus † enim teſtium non præſu- 8.
mitur, quia eſt ſollemnitas extrinſeca, Bellamer. *in*
d. conſil. 1. *num.* 19. *verſ. ſed quid de hoc dicemus*, niſi
concurrentibus † aliquibus ſex dictis coniecturis, 9.
& ita ſemper iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.*
1. *tit. Notarius. cap. ab eo, & cap. ſeq.* Et ſi teſtes non
apparent rogati, teſtamentum eſt nullum, Corn. *in*
conſil. 308. *vol.* 3. & ideo Notarij ſcribunt, *præſentibus*
talibus teſtibus rogatis, & vbi deficeret dictum ver-
bum *rogatis*, teſtamentum ex ſui facie appareret eſſe
nullum, niſi dictus rogitus † probaretur, quia etiam 10.
per duos tantùm teſtes probari poteſt, vt ſcripſi ſu-
prà *in quæſt.* 1. *huius partis, in articulo de probatione te-*
ſtamenti. Sicut etiam probari poteſt rogitus Nota-
rij, etiamſi ille affirmet ſe non fuiſſe rogatum, quia
dicto Notario ſic aſſerenti credendum non eſſet, vt
dicit Angel. *in conſil.* 273. *num.* 2. *verſ. in con-*
trarium.

Secundus caſus eſt de loco †, qui eſt de ſol- 11.
lemnitate teſtamenti, & ſi non apponeretur, inſtru-
mentum teſtamenti eſſet nullum, Cyn. Bald. &
Salyc. *in l. optimam. C. de contrah. & committ. ſtipu-*
lat. Specul. *de inſtrum. editione.* §. *breuiter num.* 9. Io.
Andr. *in addit. ad Specul. eodem tit. de inſtrument. edi-*
tione, §. *inſtrumentum in ſecundo, verſ. quid ſi locus. num.*
5. *in ver. de hoc.* Bartol. *in l. de pupillo*, §. *qui nuntiat.*
num. 2. *ff. de noui oper. nunt.* & *ibi* Bartol. de Caſtr. *num.*
3. Alex. *num.* 6. Iaſ. *num.* 3. Natta *in conſil.* 329.
num. 1. qui atteſtatur eſſe communem opin. & ita
iudicatum fuit ſemper in omni foro. Rota *deciſ.* 5.
de

de fid. inſtrument. in antiquis, & deciſ. 1156. num. 2. part. 3. lib. 3. in Nouiſſim. Cæſar Graſſ. deciſ. vna. num. 9. de dolo, & contumac. Capella Tholoſ. deciſ. 492. vbi Aufrer. in Addition. Verall. deciſ. 98. part. 2. Cæſ. Barz. deciſ. 39. num. 50. & 52. & aliæ plurimæ deciſiones, vt in Digeſt. Nouiſſimis. tom. 3. tit. Inſtrumentum. cap. tabellio. & c. quæ non habent. Vbi autem conſuetudo eſt quòd locus loci non apponatur, teſtamentum eſt validum, & ita eſt deciſum in Rota Romana, vt Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. teſtamentum. cap. Num valeat.

Declaratur iſte caſus, vt non ſufficiat inſerere
12. locum † generalem, puta, Actum in tali ciuitate, caſtro, vel villa, niſi dicatur in tali domo, vel in platea, & ita apponere locum loci; ſed ſi diceretur, Actum in tali palatio, vel domo, non eſſet neceſſarium dicere, in tali camera, vt concludit Bartol. & alij in d. l. de pupillo. §. qui nuntiat, & in l. libellorum n1. quæſt. ff. de accuſat.

Secundò declaratur, quia ſi præcederet aliud in-
13. ſtrumentum celebratum in tali loco † loci, ille cenſeretur repetitus in ſequenti inſtrumento alterius teſtamenti, Bartol. in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium tabularum. col. fin. ff. de edendo. Sed Ruin. in conſil. 154. num. 10. vol. 3. verſ. ſecundò reſpondetur, hoc intelligit de loco particulari, ſiue ſingulari alicuius villæ.

14. Tertius caſus eſt, teſtamentum † de nocte factum regulariter eſt validum, ſicut de die. l. ad teſtium. §. poſſe. ff. de teſtament. Bartol. in l. non minorem. num. 2. C. de tranſact. vbi quòd tantum valent actus facti de nocte, quantum de die, Dec. in conſil. 354. in princip. & in cap. conſuluit. num. 5. de offic. delegati, vbi dicit, generaliter omnia poſſe fieri de nocte, quæ in ſpecie prohibita non fuerint. Difficultas eſt, quia in teſtamento facto de nocte multi
15. firmant tria † luminaria eſſe neceſſaria, per text. l. 1. §. tria lumina. ff. de ventre inſpiciendo. vnde colligitur argumentum, quòd ſi tria luminaria requiruntur, vbi dubitatur de ſubiectione partus; ergo totidem ſunt neceſſaria, vbi dubitatur de falſitate, vel ſimulatione, aut dolo teſtatoris, quia vna perſona potuiſſet ſupponi pro altera teſtante, & ideo Bartol. in l. non minorem. C. de tranſact. dum dicit in contractibus factis de nocte, debere eſſe tria luminaria, allegat text. d. §. tria lumina. & multò magis debent interuenire in teſtamento facto de nocte, quia maius periculum vertitur, & maior falſitatis ſuſpicio verſari poteſt. l. iubemus. C. de teſtament. & quòd teſtamentum de nocte factum, validum eſſe non poteſt ſine tribus luminibus, ſcribunt Durand. de arte teſtandi. tit. 2. cautela 8. num. 2. & Matheſilan. in ſingulari 24.

Contrariam opinionem ego credo veriorem, & in omnibus ſequor conſultationem Surdi in conſil. 158. vol. 2. Quoniam Iuriſconſulti fuerunt accura-
16. tiſſimi † in inueniendis formis teſtamentorum in l. hæredes palàm. ff. de teſtam. in l. hac conſultiſſima. C. eod. tit. & in §. ſi quis autem. Inſtit. de teſtam. ordinand. & nunquam conſiderarunt hanc trium luminariũ ſollemnitatem, in teſtamentis de nocte conficiendis; nec eſt veriſimile hanc ſollemnitatem negligenter omittere voluiſſe, ſi neceſſaria eſſet. Quamobrem regulæ adhærendum eſt, quia non probatur hæc limitatio, & erubeſcimus ſine lege loqui.
17. Neque text. in d. l. 1. † §. tria lumina. ff. de ventre inſpic. applicari poteſt, quia diuerſus eſt caſus mulieris parturientis à teſtamento. In muliere parturiente multa neceſſaria ſunt, prout diuerſitas caſuum, & dolorum contingere poſſunt. Item ibi determinatur mulierum numerus, vt non plus decem liberis, ſex ancillis, & duabus obſtetricibus interueniant, & inter duodeuiginti mulieres, quæ tria forte facere poſſent, tria lumina etiam pauca ſunt, nam aliis euntibus & redeuntibus pro ſeruitiis neceſſariis poſſet ipſa parturiens remanere ſine lumine, & partus ſupponi; quæ ratio procul abeſt à teſtamento condendo, vbi quòd teſtes videant, teſtatorémque cognoſcant, atque exaudiant, ſatis eſt. Dec. in d. conſil. 354. num. 2. verſ. & iſta obſcuritas, & num. 4. verſ. & dato quòd. qui effectus cùm per vnicum lumen ſequi poſſit, ceſſat quæcumque ratio quare tria lumina interuenire debeant, & ita optimè conſuluit Surd. in d. conſil. 258. qui reſpondet omnibus contrariis.

Quartus caſus eſt, teſtes † teſtamentarij debent 18.
exaudire teſtatorem, & nomen hæredis per verba dilucida, clara, & indubitata explicantem, aliàs teſtamentum eſt nullum. l. hæredes palàm, in fine principij. ff. de teſtament. in verſ. ſollemnem numerum exaudire, & ibi Bald. in princip. Caſtrenſ. num. 2. Socin. in conſil. 20. num. 3. verſ. & ideo. vol. 4. Bellamer. in conſil. 1. num. 34. in princip. Immol. in l. qui teſtamento, & ibi in §. final. ff. de teſtam. & expreſsè probat l. iubemus. in verſ. omnimodo ſciant teſtes. C. de teſtam. Corn. in conſil. 304. col. 4. verſ. non enim verum eſt. vol. 1. & quòd dicta intelligentia ſit de forma ſubſtantiali, & probatoria teſtamentorum, firmarunt Signorol. in conſil. 149. num. 5. Gabriel in conſil. 99. num. 3. vol. 1. Dec. in l. 2. num. 5. C. de bon. poſſeſſ. ſecundùm tabul.

Declaratur iſte caſus, quia ſi teſtes dicerent, † 19.
teſtatorem non nominauiſſe hæredem, quia non potuiſſet nominare, quin ipſi audiuiſſent, & intellexiſſent, benè probatur dicta negatiua, Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itiner. actúque priuat. Bald. in l. 2. num. 7. C. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tab. & in l. in exercendis. C. de fid. inſtrument. Item quia ſi ſimpliciter dixerint teſtes inſtrumentatij, non audiuimus
hoc, probant † negatiuam. Bartol. & Alciat. in l. 20.
coram. ff. de verbor. ſignificat. in l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitr. Herculan. de negatiua probanda. n. 320. & Boſſ. in tit. de falſis. num. 10. in fine, dicit, teſtes dicentes ſe non audiuiſſe, nec intellexiſſe teſtatorem, annullant teſtamentum, Corn. in conſil. 319. col. 4. verſ. & licèt Fulcina. vol. 1. dicit, quòd vbi plures teſtes deponunt teſtatorem nullum hæredem nominaſſe, teſtamentum eſt nullum, quamuis duo teſtes dixiſſent contrarium, Guido Pap. in conſil. 64. num. 4. & dicit ibi Corn. quòd hoc procedit præſertim, quando vnus teſtis diceret, quòd nec potuiſſet nominare, nec reſpondere, quin ego audiuiſſem.

Quintus caſus eſt, Rogitus ſeptem † teſtium eſt 21.
adeò neceſſarius in teſtamento, vt niſi teſtes rogati fuerint, teſtamentum ſit nullum. l. hæredes palàm. §. in teſtamentis. ff. de teſtam. §. final. & ibi gloſſ. in ver. adhibitis. Inſtit. eod. tit. & ibi Aretin. & Portius. Bart. in l. diuus, num. 3. ff. de milit. teſtam. dicit, ſi teſtes dicant teſtatorem inſtituiſſe Titium hæredem, non aliter probãt, niſi dixerint ſe fuiſſe rogatos, Mantic. lib. 2. tit. 11. num. 8. Riminald. iun. in conſil. 13. num. 38. vol. 1. Tiraquell. de priuilegiis piæ cauſæ, priuileg. 3. in princip. vbi quòd rogitus teſtium eſt de ſollemnitate formali, & illo deficiente, teſtamentum eſt nullum. Corn. in conſil. 409. in princip. vol. 4. Roman. in l. diuus. ff. de milit. teſtam.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi di-
cti teſtes à quocumque rogati † fuerint, etiamſi ab 21.
hærede inſtituto rogati eſſent, Alex. in conſil. 47.

num. 5. vol. 2. Alciat. *in conſil.* 11. *num. 9. lib. 9.* Dec.
in conſil. 41. *num. 16. verſ. quarto de rogitu.* Iaſ. *in l.* 2.
num. 13. *C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* & *in l. hac conſul-
tiſſima, num.* 3. *C. de teſtam.* Clar. *in* §. *teſtamen-
tum quæſt.* 58. *verſ. ſcias tamen.* Item quòd No-
23. tarius † poſſit rogare teſtes, Paul. de Caſtr.
in d. l. hæredes palam. §. *in teſtamentis, num.* 5.
ff. de teſtam. vbi quòd teſtes ſunt rogandi ab
eo, qui facit actum, vel ab alio, qui agentis vi-
cem ſuſtinet, ſicut eſt Notarius: ſed hoc proce-
dit, quando ipſe Notarius rogans teſtes, fue-
rit priùs rogatus de teſtamento conficiendo.
Crauett. *in conſil.* 117. *num.* 2. Mantica *lib.* 2. *tit.* 8.
num. 5.

Secundò declaratur, dummodo rogitus te-
ſtium à quocumque alio factus fuerit præſente te-
24. ſtatore †, & intelligente fieri rogitum. Ale-
xand. *in conſil.* 47. *num.* 4. *vol.* 2. Bald. *in l. iube-
mus, num.* 16. *verſ. per quæ apparet teſtatorem ita in-
tellexiſſe. C. de teſtam.* Ruin. *in conſil.* 8. *num.* 12.
volum. 3. Immol. *in l. Domitius, in fin. ff. de teſtam.*
Iaſ. *in l. ſciendum, num.* 43. *ff. de verb. obligat.* vbi
quòd hæc procedere poſſet præſente, & patien-
te teſtatore, *l. diem proferre.* §. *palàm. ff. de arbitr.*
vbi Bartol. dicit, requiritur, vt intelligat, aliàs
non poteſt dici præſens, ideo ex præſentia ali-
cuius probata, non probatur intelligentia, vbi
hoc tradit Bartol. Baldus *in l. hæredes palàm,
in* 4. *notab. ff. de teſtam.* Corn. *in conſil.* 105.
numer. 6. *volum.* 3. Socin. *in conſil.* 114. *num.* 7.
vol. 1.

25. Sextus caſus eſt, teſtamentum † eſt nullum,
in quo adhibitus ad ſcribendum teſtamentum ſe-
metipſum ſcripſit hæredem, & ipſe ſcribens incidit
in pœnam quaſi falſi. *l. ſi teſtator. l. quæ teſtamento. l.
ſenatuſconſulto. C. de his qui ſibi aſcribunt.* quem ca-
ſum ſemper tractarunt Doctores reſpectu Notarij,
qui cùm retineat ſcripturam penes ſe, magnam
præſumptionem habet contra ſe, ſi quid in teſta-
mento illo ſibi relictum appareat, gloſſ. *in l. im-
puberem.* §. *pater. ff. de falſ.* & alia ad hoc allega-
ta per Mantic. *de coniectur. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 5. &
per Simon. de Pret. *lib.* 1. *fol.* 116. *num.* 29. Sed
idem eſt diſpoſitum in aliis ſcriptoribus, nam
ſi maritus ſcripſerit ſe hæredem in teſtamento
vxoris, relictum habetur pro non ſcripto. *d. l. quæ
teſtamento.*

Primò declaratur, vt non procedat, quando te-
ſtamentum fuiſſet ſcriptum manu hæredis, ſed
poſtea illud tradiderit Notario, qui teſtamentum
26. illud legerit, & publicauerit † coram teſtato-
re, & teſtibus ad hoc rogatis. Bartol. *in l.* 1. §. *ex il-
la. verſ. & ideo concludo. ff. de falſis.* Et ratio eſt, quia
teſtamentum non probatur per illam ſcripturam,
ſed per authoritatem Notarij, qui de illo rogatus
fuit. Bald. *in l. dictantibus, in fine. C. de teſtament.*
Angel. *in l.* 1. *col. final. verſ. aut illa ſcriptura eſt fa-
cta. C. de his qui ſibi aſcrib.* & Salyc. *ibid. numer.* 5.
Boſſius *in tit. de his qui ſibi aſcribunt, num.* 4. & *in
tit. de falſit num.* 113. Angel. *de maleficiis. in ver.
falſario. num.* 33. Item cùm ſcriptura publicata per
Notarium non ſit ampliùs penes ſcribentem pri-
uatam perſonam, ſed remaneat penes Notarium,
ceſſat ratio ſuſpicionis falſitatis, quia potuiſſet
aliqua alia addere, vel detrahere, Alexand. *in conſil.*
105. *num.* 2. *vol.* 2. & alij per Menoch. *in conſil.* 41.
num. 8. & *in tract. de arbitrar. caſu* 370. *num.* 1. Idem
27. ſi ſcriptura † manu hæredis ſcripta, fuiſſet ab
eodem teſtatore Notario tradita, quia tunc præ-
ſumitur ſcripta de voluntate teſtatoris. Doctor.
in l. ſi vnus. C. de teſtam. Immol. *in l.* 5. *in fin.
C. de his quæ in teſtam. delentur.* Alexand. *in conſil.*
33. *num.* 18. *in fin. vol.* 3. Gabriel *de teſtament. con-
cluſ.* 2. *num.* 15.

Secundò declaratur, vt non procedat, quando
is qui ſcripſit teſtamentum ſibi relictum aſcripſe-
rit †, & illud voluerit probare per teſtes, quia 28.
tunc purgat ſuſpicionem falſitatis, & probat inno-
centiam ſuam per teſtes, qui audiuerunt volunta-
tem teſtatoris. Bald. *in l.* 2. *C. de his qui ſibi aſcripſ.* &
in l. dictantibus, num. 5. *in fin. C. de teſtam.* Salyc. *in
l.* 1. *in fine. C. de his qui ſibi aſcripſer.* Cuman. *in
conſil.* 79. Durand. *de arte teſtandi tit. de legatis.
cautel.* 1. *num.* 3. Mantic. *in d. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 5.
Magon. *deciſ. Florentin.* 53. *num.* 7. Sed hoc intel-
ligitur quando teſtamentum probatur per teſtes,
ſecus eſt ſi probaretur per inſtrumentum †, prout 29.
hodie communiter obſeruatur, nam Notarius con-
ficit inſtrumentum teſtamenti nuncupatiui, tunc
enim legatum relictum non valet, & eſt locus
pœnæ falſi. Cynus *in l.* 1. *num.* 2. *C. de his qui
ſibi aſcripſer.* Bartol. *in l.* 1. §. *ex illa hora. num.* 1. *ff.
de falſis.* Bald. *in d. l. dictantibus, num.* 5. *C. de te-
ſtam.* & hanc eſſe opinionem communem atteſta-
tur Roman. *in conſil.* 185. *numer.* 12. quos refert
Mantic. *in d. num.* 5. Et quia d. relictum habetur
pro non ſcripto, *d. l. quæ teſtamento. C. de his qui ſi-
bi aſcripſer.* ideo dicta legata †, ſiue fideicommiſſa 30.
accreſcunt hæredi, *l. vnic.* §. *in primo, C. de caduc.
tollend.* Bartol. *in l. re coniuncti. num.* 54. *de legat.*
3. & ibi Crot. *num.* 100. Rip. *num.* 189. Quòd ſi
duo Notarij rogati fuiſſent de teſtamento, & al-
ter ſibi aſcripſerit relictũ †, tunc per ſubſcriptio- 31.
nem, & rogitum alterius, cui nihil relictum appa-
ret, ceſſat ſuſpicio, & legatum abſque alio teſtium
examine ſuſtinetur. Cephal. *in conſil.* 319. *num.* 54.
verſ. quibus. Et quòd per ſubſcriptionem connotarij
ceſſet ſuſpicio. Bartol. *in l. ſi quis neget.* §. *cogentur, n.*
2. *ff. de edendo.* Bald. *in l. Imperator. ff. de ſtatu ho-
min.* Iaſ. *in auth. ſi verò contigerit. C. de in-
diciis.*

Tertiò declaratur, vt non procedat in dictanti-
bus † teſtamenta. *l. dictantibus. C. de teſtament.* 32.
quoniam pœna Senatuſconſulti Liboniani eos tan-
tùm afficit, qui teſtamenta propria manu ſcripſe-
runt, niſi fuerit filius †, vel ſeruus, qui patri, 33.
vel domino aſcripſerunt. *l. diuus.* §. *ſcribere. ff. de fal-
ſis,* vbi quòd iſti tenentur eadem pœna, quamuis
per filium, vel ſeruum ſcriptum fuerit, vt *ibi* decla-
rant Bartol. & cæteri, quia manus filij, vel ſerui
videtur manus patris, vel domini. *d. l. diuus.* §. *vide-
ri,* & *l.* 1. *in fin. C. de his qui ſibi aſcripſer.* in extraneo
autem ſecus eſt, Addentes ad Bartol. *in d.* §. *ſcribere,*
& cæteros referunt: nam quando lex † punit ſcri- 34.
bentem ſua manu, non habet locum ſi quid alterius
manu ſcriptum fuerit, Natta *in auth. quod ſine, num.*
4. *C. de teſtam.* Ruin. *in l. Gallus.* §. & *quid ſi tantum,
num.* 110. *ff. de liber. & poſthum.* quod ego intelligo,
dummodo is ad cuius beneficium aſcriptum fuerit,
ignorauerit, ſecus ſi ſibi aſcribi contra teſtatoris vo-
luntatem, notitiam habuerit, aliud enim eſt dictare,
aliud mandare: primum præſupponit voluntatem
teſtatoris, nam teſtamentum præſumitur dictari ſe-
cundùm illius voluntatem; ſed mandare alteri ſcri-
benti citra dictaturam, vt aliquid ſibi aſcribat, nul-
lam illius voluntatem præſupponit, ideo ex mente
Senatuſconſulti comprehenditur.

ARTICVLVS IV.

An teſtamentum poſſit fieri validum ad alterius voluntatem.

SVMMARIA.

1. *Voluntas eſt anima volens, quæ non poteſt eſſe alterius.*
2. *Teſtator quam formam in teſtamento faciendo obſeruare debet.*
3. *Teſtamentum non poteſt fieri ad alterius voluntatem.*
4. *Hæres nominandus eſt per plures qualitates.*
5. *Explicandum propria voce non poteſt per alterum explicari.*
6. L. iubemus, *in quo ſit correcta per Auth.* & non obſeruato. C. de teſtam.
7. *Teſtamentum quomodo dicatur demandari ad alterius voluntatem.*
8. *Teſtamentum valet ſi ſola nominatio agnati remittatur ad alterius voluntatem.*
9. *Electio perſonæ incertæ de certis poteſt remitti ad alterius voluntatem.*
10. *Electione vnius ex agnatis non facta à commiſſario, omnes agnati admittuntur ad ſucceſſionem.*
11. *Electio perſonarum quæ ſint in magno numero, committi non poteſt in teſtamento.*
12. *Relictum quantitatis diſtribuendæ pauperibus eſt validum.*
13. *Inſtitutio de pauperibus in genere facta, eſt valida.*
14. *Pauperes ſi non ſunt electi per commiſſarium, Epiſcopus eliget.*
15. *Argumentum de legato ad inſtitutionem hæredis in quibus valeat.*
16. *Legati ſubſtantia non poteſt remitti ad alterius voluntatem.*
17. *Inſtitutio agnati, quem Titius nominauerit, dicitur facta ſub conditione.*
18. *Teſtamentum eſt nullum ſi in ſubſtantia remiſſum eſt ad alterius voluntatem.*
19. *Teſtator poteſt dicere in ſecreto Titio, vt talem faciat hæredem.*
20. *Teſtamentum eſt validum factum per relationem ad aliam ſcripturam.*
21. *Inſtitutio eſt valida per relationem ad ſcripturam penes Guardianum.*
22. *Teſtator poteſt in ſuo teſtamento ordinare quòd credatur vni teſti.*
23. *Alternatiua vna pars impoſſibilis de iure, reiicitur, & remanet pura, & præciſa.*
24. *Vitioſum de iure reiicitur, & remanet quod eſt validum.*
25. *Teſtamentum quando vigore ſtatuti dependet ab alterius conſenſu, tunc poteſt fieri ad illius voluntatem.*

IN hoc articulo conſtituenda eſt regula negatiua, quia teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia. *l. 1. ff. de teſtam.* & voluntas vnius, nil
1. aliud eſt quàm anima † volens illius,
Bald. & Angel. *in l. captatorias. C. de teſtam. milit.* & anima vnius impoſſibile eſt, quòd ſit anima alterius, ita arguit Suarez *in tract. de captatoria voluntate, num.* 1. & Pariſ. *in conſil.* 38. *num.* 39. *vol.* 3. Menoch. *in conſil.* 408. *num.* 10. *volum.* 5. Decian. *in conſil.* 68.
num. 18. *vol.* 4. Vbi etiam quòd iſtam opinionem
ſequuntur omnes Canoniſtæ *in cap. cum tibi, de teſtamentis.* Item quia teſtator † hanc formam in fa- 2.
ciendo teſtamento obſeruare debet, quæ certo iure præſcripta eſt. *l. iubemus. C. de teſtament.* vt ipſe propria ſua voce explicet nomen hæredis, vel manu ſua propria hæredis nomen ſcribere debet, quæ forma non poteſt adimpleri per æquipollens, vt poſt Alexand. & alios relatos probat Decian. *in d. conſil.*
68. *num.* 16. *vol.* 4. ergo non poteſt fieri † ad alte- 3.
rius voluntatem. Item quia per ſolam nominis expreſſionem, non poteſt dici hæres nominatus: vt ſi diceret Petrum, & nihil aliud. *l. 1. §. 1. ff. de hæred. inſtit.* Cyn. *in l. errore. C. de teſtam.* Ruin. *in conſil.* 177. *num.* 13. *vol.* 2. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem. Riminald. iun. *in conſil.* 363. *num.* 53. *&*
plur. ſeq. quoniam ad hæredem † nominandum 4.
aliæ plures qualitates concurrere debent. Ruin. *in conſil.* 6. *num.* 6. *vol.* 2. per text. *l. hac conſultiſſima. in princip. C. de teſtam. in verſ. exprimat nomina ſpecialiter hæredum, & dignitates ſingulorum, & indicia, ne ſola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat, & d. l. iubemus, in princip. in verſ. vt omnimodo ſciant teſtes, qui hæredes ſcripti ſint;* & ita certo hæredis nomine ſucceſſio procedat, & propterea inſtitutio hæredis facta cum propria voce teſtatoris, debet eſſe omni ex parte certa, & indubitata. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 15. *num.* 53. *& ſeq.* Suarez *in d. tractatu, de captatoria voluntate, num.* 19. Bertazol. *in conſil.* 80. *num.* 15. Item quia iſtæ qualitates neceſſariæ non poſſunt ſuppleri per alium. Bald. *in conſil.* 317. *incip. quando eſt vnum, in princip. vol.* 1. ergo non poſſunt remitti explicandæ ad alterius voluntatem, quia illud quod pro-
pria voce † explicandum eſt, non poteſt per alium 5.
fieri, etiam cum ſpeciali mandato. *l. per hanc. C. de erogat. milit. annonæ. lib.* 10. *in verſ. ſuis manibus,* quem ad hoc notat *ibi* Bartol. & facit text. *l.* 1. §. *ne autem. in verſ. ſuis manibus. C. de caduc. tollend. & in l.* 1. §. 1. *verſ. ſuis manibus. ff. de eo per quem fact. erit.* ergo teſtamentum non poteſt fieri ad alterius voluntatem, quia alteri demandari non poteſt. Et licèt *in Auth. & non obſeruato. C. de te-*
ſtam. corrigat d. l. *iubemus* †, in eo ſolo, in 6.
quo diſpoſuit teſtatorem ſi poſſet, hæredis nomen debere ſcribere; non tamen inde colligi poteſt argumentum. Riminald. iun. *in d. conſil.* 598. *num.* 56. *& ſeq. vol.* 5. quòd ſicut poteſt ſcribere per alium, ita poteſt nominare per alium, quia iſta duo ſunt parificata, quando in vtroque conſtat de voluntate teſtatoris quem velit hæredem eſſe, ita vt ſicut poſſet de iure nouiſſimo demandare vt Petrum talem hæredem ſcribat, ita potuit Notario dicere: Ego Petrum talem volo hæredem facere, & ad interrogationem Notarij ita reſpondere, vt poſt gloſſ. *in d. l. iubemus*, omnes Doctores affirmant, & latiùs per Alexand. *in conſil.* 12. *col.* 2. *vol.* 1. de quo ſcripſi ſuprà *in* 1. *quæſt. huius partis, artic...* Sed hoc non eſt demandare inſtitutionem hæredis ad alterius voluntatem, quia in vtroque caſu voluntas teſtatoris eſt declarata certa, & indubitata. De-
mandare † quidem ad alterius voluntatem eſt, 7.
quòd quis poſſit pro alio teſtamentum facere, & tunc demandanti poſſet fieri fraus, quia fortè is qui teſtamentum faceret, alium hæredem nominaret, quàm demandans voluiſſet, & ita fidem fraudare, ita arguit gloſſ. *in l. captatorias. C. de teſtam. milit.* vbi Iaſ. *num.* 2. Dec. *num.* 10. gloſſ. *in l. ille autem. ff. de hæred. inſtit.* gloſſ.

in

in l.1. ver.eodem modo. ff. de his quæ pro non ſcriptis ha-
bentur. Bero.*in conſil.*23.*vol.*2. Pariſ.*in d. conſil.* 38.
*num.*50.*vol.*3. Menoch. *d.conſil.*408. *num.*11. *vol.* 5.
& ad hoc eſt text.expreſſus *in l.illa inſtitutio.ff.de hæ-*
red.inſtit. vbi quòd teſtamentum non valet,quia de-
pendet ex alieno arbitrio. An autem hæc dicatur
verè inſtitutio captatoria,ſcribam infrà.

Vt autem articulus clariùs explanetur,plures ca-
ſus cum ſuis declarationibus explicemus, quorum
primus eſt, quando teſtator inſtituit hæredem
vnum de agnatione ſua, quem Titius nominauerit,
tunc teſtamentum valet, quia inſtitutio eſt incerta
8. de certis, & ſola nominatio pertinet † ad Titium.
l. vtrum.§.*cùm quidam. ff.de reb. dub.* Vbi cùm qui-
dam pluribus hæredibus inſtitutis, commiſiſſet fi-
dei vnius,vt cùm moreretur, reſtitueret vni ex co-
hæredibus, cui ipſe voluerit, fideicommiſſum eſt
validum, quia non eſt cõmiſſum in eius arbitrio an
velit reſtituere,ſed cui potiùs reſtituat,& *ibi* firmant
huiuſmodi diſpoſitionem eſſe validam, Cuman. &
Socin. *num.* 7. *& ſeq.* & Paul. de Caſtr. *in verſ. alio*
modo dicitur. Item ad hoc *l.vnum ex familia.* §.*fi-*
nal. de legat. 2. & *ibi* probant hanc concluſionem
Bartol. & cæteri ſcribentes. Salyc. *in l. captatorias,*
col. 1. *verſ. pono ab extra. C. de teſtament.* Iaſ. *ibi*
*num.*9. Corn. *col.*4. Bartol. Bald. Angel. & Immol.
in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtituend. Canoniſtæ
omnes *in cap. cùm tibi. de teſtamentis.*& ita reſpon-
derunt Angel.*in conſil.* 201. *verſ. tertia concluſio,* vbi
quòd nunquam dicitur captatoria voluntas, cùm
9. ſola electio † perſonarum,quibus relictum & fa-
ctum,alicui committitur. Riminald. iun. qui bene
probat hanc concluſionem,*in conſil.*598.*vol.*6.Bero.
*in conſil.*23.*vol.*2. Patiſ.qui conſuluit in eodem caſu
pro contraria parte *in conſil.*38.*col.*1.*& ſeq. volum.*3.
Menoch.*in conſil.*48.*num.*25.*&* 42. *vol.* 5. & ita fuit
iudicatum in Rota Romana,vt per Mohedan. *deciſ.*
6.de teſtamentis.

Et ratio aſſignatur ab omnibus, quia quando eſt
commiſſa electio perſonæ incertæ de certis, tunc
commiſſario non eligente, omnes perſonæ dicun-
10. tur in genere vocatæ à teſtatore †, & omnes ad-
mittendæ ſunt, vt poſt Bartol. Caſtrenſ. Cuman. &
Socin. *in d.*§. *cùm quidam*, probant Bero. *in d.conſil.*
23. *num.*31. *in fin. & num.*34. *in fine.* Pariſ.*in d.conſil.*
38. *num.*51. *vol.*3. Sed hoc intelligitur, dummo-
dò genus certum perſonarum eligendarum non eſ-
11. ſet in † magno numero: vt ſi teſtator diceret
vnum ex Mediolanenſibus, quem Titius elegerit,
quia eo non eligente, non eſt veriſimile quòd o-
mnes Mediolanenſes peterent, vt dicit Riminald.
*in d. conſil.*598. *num.*29. *vol.* 6. Item Doctor. præfa-
ti alia ratione vtuntur, quia ſi teſtator reliquerit
12. mille diſtribuenda pauperibus †, per hæredem, le-
gatum valet, quia ſola pauperum nominatio di-
citur illi commiſſa, non autem legati ſubſtantia.
Bero. *d. conſil.* 23. *numer.* 28. *vol.*2. Riminald. *in d.*
conſil. 598. *num.* 28. *vol.* 2. per text. *l. id quod pau-*
peribus. C.de Epiſcop. & cleric. Item *l. ſi quis ad de-*
13. *clinandam. C. eod. tit.* vbi valet inſtitutio † de
pauperibus in genere facta, & ſi teſtator non con-
ceſſit alicui electionem pauperum, lex facit ele-
ctionem. Idem ſi teſtator dixerit: Bona mea di-
ſtribuantur pauperibus; de qua quæſtione per Bar-
tol. *in l. centurio. num.* 22. *ff. de vulgar. & pupill.* &
per Bald. *in d. l. ſi quis ad declinandam, num.* 7. & de
hoc ſcripſi latiſſimè *in d. l. centurio, in lectura Pa-*
14. *pienſi.* Et ſi Titius ad cuius arbitrium † commiſſa
eſt pauperum electio, non elegerit, ſuccedit Epi-
ſcopus authoritate legis ad hoc munus electionis,
& ad diſtribuendum inter pauperes. *cap. tuas. de*
teſtament. cum concordantibus; & in hoc caſu ſo-
lùm illi pauperes comprehendũtur, qui ſunt de do-
micilio teſtatoris,& ita relictum reducitur ad cer-
tum genus perſonarum, vt dicit Bartol.*in d.l. ſi quis*
ad declinandam, & in l. nulli, & in d. l. id quod pau-
peribus. C. de Epiſc. & cleric. & alia ad hoc allegata
per Alexand. *in d. l. captatorias, num.* 7. & Corn. *in*
col. 2. *verſ. quarta lectura. C. de teſtam. milit.* Et eſt
validum argumentum † de legato facto ad ele- 15.
ctionem alterius ad hæredis nominationem, quia
etiam legati ſubſtantia non poteſt committi † ad 16.
alterius voluntatem, vt probatur *in l. captatoria.*
*de legat.*1. & *ibi* gloſſ. allegat concordantes, & *ibi*
eandem opinionem firmant Alberic. & Angel. &
cæteri, gloſſ. & alij, *in l.* 1. *de legat.* 2. *& in l. Sena-*
tus. §. *legatum. de legat.*1. Immol. *in d. l.captatorias.*
col. 11. *verſ. ſecundo caſu ff. de hæred. inſtit.* Paul. de
Caſtr. *in d. l. vtrùm.* §. *cùm quidam. ff. de reb. dub.*
Corn. *in d. l. captatorias. C. de teſtam. milit. col.* 1. *&*
2. Iaſ.*ibi num.* 2. *in fin.* Afflict. *deciſ.* 371.*num.*5. Al-
tera etiam ratio aſſignari poteſt, quia ſi dico: In-
ſtituo vnum ex agnatis † meis quem Titius nomi- 17.
nauerit; dicta inſtitutio dicitur facta ſub conditio-
ne antequam eligat, vt dicit Cuman. *in d. l.vtrùm.*
§. *cùm quidam. col. final. verſ. item quando. ff. de reb.*
dubiis. & electio ſubſequuta dicitur implementum
dictæ conditionis. Bart. *in d. l. vnum ex familia.* §. *ſi*
*de Falcidia,num.*4. *de legat.* 2. & *ibi* Cuman.*in princip.*
col. 1. *verſ.nota.* Bartol. *in d. l.* 1. *num.* 9. *verſ. ad hoc*
*oppono. de legat.*2.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator dixerit: Inſtituo
hæredem illum, quem Titius nominauerit †, in- 18.
ſtitutio, & teſtamentum eſt nullum, quia tunc
dicitur commiſſa ſubſtantia electionis hæredis.
gloſſ. *in d. l. vtrùm.*§. *cùm quidam. ff. de reb. dub.* &
ibi Socin. *num.* 4. qui alia allegat. Bartol. & cæteri
in l. illa inſtitutio, & in l. ſi quis Sempronium.ff. de hæ-
red. inſtit. Alexand. *in d. l. captatorias.num.* 7. *C. de*
teſtam. milit. Dec. *numer.* 11. *& ſeq.* poſt Paul. de
Caſtr. qui ponunt iſtum caſum in puncto, dicentes
rationem, quia ſubſtantia inſtitutionis remittitur
ad arbitrium tertij,& alij plurimi ad hoc allegati
per Pariſ. *in d. conſil.* 38. *num.* 45. *vol.*3. Suarez *in*
*tract. de captatoria voluntate,num.*2. *&* 4. Menoch. *in*
*d.conſil.*408. in quatuor primis caſibus, qui omnes
reſtringuntur ad iſtum,& omnes Doctores ibi alle-
gati probant iſtum caſum.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi te-
ſtator † priùs dixerit ſecretò ipſi Titio, quem 19.
velit hæredem facere, text. *l. Theopompus. ff. de dote*
prælegata, vbi valet inſtitutio eius, quem ſecre-
tò dixerat Titio, & ſequitur Paul. de Caſtr. *in l.*
quem hæredi. ff. de reb. dub. & *ibi* Socin. iun. *in d.*
conſil. 68. *num.* 3. *vol.* 4. Nam teſtamentum † po- 20.
teſt eſſe validum, factum per relationem ad aliam
ſcripturam, per text. *l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. &*
demonſtrat. vt Paul. de Caſtr. *ibi* ſummat, & *ibi* Bar-
tol. dicit, ſi teſtator dicat: Volo quòd hæres meus
det illud quod ſcripſi in ſchedula,quam dedi Guar-
diano fratrum minorum; ſi iſte oſtendit ſche-
dulam,valet relictum, quod ibi ſcriptum eſt, quod
eſt verum, etiamſi in ea ſchedula contineretur hæ-
redis inſtitutio †, vt firmarunt Bald. & Angel. *in l.* 21.
aſſe toto.ff. de hæred. inſtit. Paul. de Caſtr. *in l. hæredes*
palàm,in princip. ff. de teſtam.& in l.vbi autem non ap-
paret.§.*illud,*& *ibi* Alexand.qui alios refert.*ff.de verb.*
obligat. Socin. *in d. l.ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & de-*
*monſtrat.& in conſil.*142.*vol.*1.*& conſil.*173. *volum.* 2.
Alexand.*in conſil.*176.*col.*2.*in fin.vol.*5.*& in conſil.* 14.
*num.*15.

numer. 15.volum.6. & in conſil. 114. vol. 7. Mantic. de coniect.lib.2.tit.7. num.7. vbi atteſtatur de magis communi,& quòd ab eâ non ſit recedendum,& alij ad hoc relati per Riminald.iun.in d.conſil.598. num. 49.vol.6.Et ad hanc declarationem pertinet, quòd
22. teſtator † in ſuo teſtamento poteſt ordinare quòd credatur vni teſti. Alexand. in conſil. 54. vol.2. ergo poteſt dicere:Inſtituo eum,quem dixit Titio in ſecreto,& volo quòd ei credatur.

Tertius caſus eſt, quando teſtator inſtituit hæredem illum quem Titius nominauerit de agnatione ſua, aut alterum ad eius arbitrium, tunc dicta
23. prima pars alternatiuæ † erit valida, per eâ quæ ſcripſi ſuprà in primo caſu huius articuli, & ſecunda pars erit nulla, & ita iſta diſpoſitio alternatiua habenda eſt pro pura. l. decem. §.Stichum, & l.Stichum aut Pamphilum, in princip. & in §. 1. ff. de ſolut. l. ſi duo rei. ff. de ſolut. per quæ iura ita in hac facti ſpecie reſpondet Berous in d. conſil. 23. num.35. volum. 2. Item quia validum & à iure approbatum
24. remanet validum, & vitioſum † reiicitur. l. hæreditatis. ff. de hæred. inſtit. prout ita illam ſummat Alberic. Item quia vtile per inutile non debet vitiari, vt not. in l. 1. §. ſed ſi mihi. ff. de verb. obligat. Item quòd ſi diſpoſitio eſt pro parte impoſſibilis, non debet adimpleri, ſed pars poſſibilis adimplenda eſt,& valet.Bald. in l.1. in fin. ff. de condit. inſtit. & ibi Caſtrenſ. in fine.

Quartus caſus eſt, quando quis non habet liberam voluntatem diſponendi, quia eius voluntas
25. dependet à conſenſu alterius †, & tunc poterit ad illius arbitrium remittere inſtitutionem : nam mulier viuens iure Longobardo nihil poteſt diſponere neque inter viuos,neque in vltima voluntate ſine conſenſu ſui Mundij, ſub cuius poteſtate eſt, vt eſt caſus pluries deciſus Neapoli, vbi multi illo iure viuunt, vt in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. Teſtamentum, cap. mulier iure Longobardo ; & quia dictus conſenſus præſtandus eſt ratione poteſtatis, quam habet in muliere,ideo mulier ſuam voluntatem poterit remittere ad voluntatem Mundij.

ARTICVLVS V.

De multis vitiis teſtamentorum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum in quo filius qui vixit ſeorſum à patre per viginti annos, dixit ſe non eſſe emancipatum,an valeat.*
2. *Confeſſionem partis non poteſt iudex nullam pronuntiare.*
3. *Filiusfamilias habitans ſeorſum à patre, non dicitur ab illo abeſſe, & num.8.contrarium.*
4. *Emancipatio eſt duplex,expreſſa,& tacita.*
5. *Filius quando præſumatur habere patris conſenſum in emancipatione.*
6. *Emancipatio tacita ſufficit ad validitatem teſtamenti.*
7. *Filiusfamilias quare non poſſit condere teſtamentum.*
9. *Emancipatio facta in procinctu mortis ad effectum teſtandi cenſetur in fraudem.*
10. *Teſtamentum reſpectu patris emancipantis ſubſtituti,eſt nullum.*
11. *Mutatio ſtatus etiam dolo facta,proficit tertio.*
12. *Emancipatio ad ſolum actum teſtandi facta, non valet.*
13. *Teſtamentum eſt nullum reſpectu eius,qui fuit particeps fraudis.*
14. *Teſtamentum per vim,& metum factũ, an valeat.*
15. ... *quando non ſit perfectum ratione voluntatis.*
16. *Voluntas teſtatoris debet eſſe libera.*
17. *Matrimonium metu factum eſt nullum ipſo iure.*
18. *Contractus dotis metu factus quare ſit nullus ipſo iure.*
19. *Voluntas per metum coacta aliquando facit actum nullum.*
20. *Teſtamentum metu factum eſt validum,nec ſuccedi-tur ab inteſtato.*
21. *Aditio hæreditatis per metum eſt valida,ſed reſcinditur.*
22. *Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio.*
23. *Teſtamenti ſubſtantialia deficiunt, ſi vni teſti factus eſt metus.*
24. *Argumentum de matrimonio ad teſtamentum non valet.*
25. *Metus conditionalis, vel preciſè illatus quis ſit.*
26. *Voluntas coacta quando ſit voluntas,ſi per electionem fiat.*
27. *Voluntas non poteſt dici propter metum preciſè illatum.*
28. *Sponſa violenter cognita poteſt ingredi monaſterium.*
29. *Virgo cenſetur, cuius animus non eſt corruptus.*
30. *Bannitos receptans contra prohibitionem, quando excuſandus.*
31. *Voluntas coacta non eſt libera, nec ſpontanea.*
32. *Metus teſtatori illatus probatur per eius confeſſionem.*
33. *Hæreditas aufertur ab hærede,ſi teſtamentum factum eſt per metum.*
34. *Teſtamentum Iudæi contra ius Moſaicum, quando ſit nullum.*
35. ... *eſt nullum ſi aufert filiæ primogenituram.*
36. *Teſtamenta clericorum non ſubiacent diſpoſitioni iuris ciuilis.*
37. *Filiusfamilias ingratus ingrediens religionem, non poteſt exhæredari.*
38. *Clericus etiam prima tonſura eſt liberatus à patria poteſtate.*
39. *Teſtamentum an vitietur propter contractum ibi factum.*
40. *Teſtamenti ſi extent duæ ſcripturæ contrariæ, cui ſtandum ſit.*
41. *Scriptura matrix eſt illa,quæ in baſtardello ſcripta fuit.*
42. *Imbreuiatura dicitur ſcriptura matrix, etiamſi minus contineat.*
43. *Scriptura matrix diuerſa manu ſcripta, quando redditur ſuſpecta.*
44. *Teſtamentum eſt nullum ſi eſt exemplatum diuerſum à ſcriptura matrice facta ſine ſollemnitate ſtatuti.*

PRimus caſus huius articuli eſt de filiofamilias, qui habitauit ſeorſum à patre per viginti annos cum ſua propria familia, & ſemper publicè tanquam paterfamilias negotiatus eſt, qui ſi fecerit teſtamentum, & in eo aſſeruerit ſe emancipatum non fuiſſe, tunc teſtamentum nullatenus valere †,& tanquam continens vitium viſibile non poſſe habere executionem, neque hære- 1.
dem

dem poſſe obtinere vigore l. final. C. de edicto D.
Adriani toll. reſpondet Riminald. iun. in conſil. 159.
2. à numer. 7. ad finem volum. 2. quia confeſſionem †
partis non poteſt iudex nullam pronuntiare. Abb.
in conſil. final. part. 2. Crauett. in conſil. 61. numer.
3. & teſtamentum eſt nullum. l. qui in poteſtate. ff. de
teſtament. & Inſtit. quib. non eſt permiſſum facere te-
3. ſtament. in princip. Item quia filius habitans † ſeor-
ſum à patre non dicitur ab illo abeſſe, ſed cum pa-
tre ſuo habitare, quia verum eſt domicilium vtriuſ-
que. l. cùm ſcimus. §. ſicut. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Itē
quia per ſolam habitationem non liberatur à patria
poteſtate. l. final. Aſcan. Clemen. de patria poteſtate. cap.
5. num. 72.

Contrariam ſententiam ego arbitror eſſe ve-
riorem, quia emancipatio eſt duplex, altera ex-
4. preſſa †, altera tacita; & tacita eſt, quando pa-
ter paſſus eſt viginti annis filium viuere ſeorſum
cum ſua familia, vt l. 1. & ibi gloſſ. & communiter
omnes. C. de patria poteſtate. tunc enim præſumi-
tur filium emancipaſſe. Alexand. in conſil. 135. numer.
12. volum. 4. Baldus in tract. de præſcript. §. octauò
5. quæro. præſumitur enim † habere patris conſenſum.
Ancharan. in conſil. 67. Afflict. deciſ. 308. numer.
5. quo tempore inducitur à iure præſumpta, &
tacita emancipatio. d. l. 1. C. de patr. poteſt. &
conferunt ſcripta per Alberic. & Bald. in l. poſt
mortem. C. de adopt. gloſſ. & Bart. in l. 2. C. ſi aduerſ.
rem iudic. Quamobrem ſi filius in teſtamento con-
dendo, dicat ſe habitaſſe ſeorſum à patre per vi-
ginti annos cum ſua familia, ſed emancipatum non
fuiſſe, vtramque emancipationem expreſſit, vide-
licet tacitam, quæ tanto tempore inducta fuit; &
expreſſam, quæ non interuenerat: ſed tacita &
6. præſumpta emancipatio † ſufficit ad validita-
tem teſtamenti; quia ſufficit ad validitatem cuiuſ-
cumque contractus. Tiraquell. de legib. connubial.
gloſſ. 16. quæſt. 11. numer. 41. ergo ad validita-
tem teſtamenti, ad quod valet argumentum à
contractibus, vt per Euerard. in loco ſuo, à con-
tractibus ad vltimas voluntates. Item quia ratio
7. quare filiusfamilias † non poſſit condere teſta-
mentum eſt, quia nihil habet in bonis, quia pro-
pter patriam poteſtatem omnia patri acquirit,
ſed quando datur caſus, vt ipſe poſſit habere bo-
na, teſtamentum condere poteſt, vt ſcripſi ſu-
prà in hac parte, quæſt. 1. artic. 3. Sed iſte filius
ſeorſum habitans per viginti annos poteſt habere
bona, & obligari aliis, l. ſi quis patremfamilias. ff.
ad Macedon. Non ergo dicitur habitaſſe cum pa-
8. tre †, ſi per viginti annos ſeorſum ab illo habitauit,
l. poſt mortem. ff. de adoption. vbi pater non auditur
ſuper nullitate emancipationis ſi diu permiſit fi-
liam ſeorſum habitaſſe, & propterea teſtamentum
remanet validum; ergo in hoc caſu non poteſt di-
ci vitium viſibile teſtamenti ad effectum excluden-
di immiſſionem illius vigore, vt conſuluit Riminal-
dus in allegato conſilio.

Secundus caſus eſt, ſi pater filiam infir-
9. mam propè mortem † emancipauerit generali-
ter, ita vt dicta filia liberata fuerit à patria po-
teſtate, & in ſignum emancipationis conceſſit ei
dotem, & alia bona ſi extaret ſtatutum quòd ma-
ritus ſuccederet ab inteſtato vxori in quartam
partem dotis, & dicta mulier fecerit teſtamen-
tum, atque fratrem hæredem inſtituerit, eique di-
ctum patrem ſubſtituit, dictum teſtamentum reſpe-
10. ctu † patris inſtituti eſt inualidum, quia emanci-
patio doloſa facta videtur, ex regula l. filia mea.
ff. ſolut. matrim. & ibi notant omnes actum
factum propè mortem, in fraudem factum eſ-
ſe: ſed reſpectu fratris eſt validum, & dicta mu-
lier teſtata dicitur, quoniam mutatio ſtatus † 11.
etiam dolo, & culpa facta proficit, Dynus in
regula, quod ob gratiam; propè finem, lib. 6. & ita
reſpondit Gabriel in conſil. 17. numer. 35. volum.
1. quia cùm ſtatim poſt emancipationem teſta-
mentum factum fuerit, non poteſt dici ob aliam
cauſam factum, gloſſ. in l. ſi ventri, in fin. ff. de pri-
uileg. credit. & ideo erit inualida; ſicut ſi emanci-
patio ſolùm † ad actum teſtandi facta eſſet, quæ 12.
ad vnum actum fieri non poteſt. Bald. in l. ſenium,
propè fin. C. qui teſtament. fac. poſſ. quoniam patria
poteſtas eſt indiuiſibilis, nec quis in duplici ſta-
tu eſſe poteſt, ſed cùm generaliter facta eſt, re-
ſpectu eius qui particeps fuit fraudis, † teſta- 13.
mentum eſt nullum, ſed reſpectu filiæ erit va-
lidum, cui actus etiam doloſus proficit, & vti-
le per inutile non vitiatur, Paulus de Caſtro in
d. l. filia mea, numero 2. & ſequent. ff. ſolut. ma-
trimon.

Tertius caſus, teſtamentum per vim, † vel me- 14.
tum factum, eſt nullum ipſo iure, prout defendit
Iaſ. in rubric. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. per text.
l. ſi quis teſtamento. §. final. in fin. ff. de teſtament. vbi
quando teſtis teſtamentarius compulſus fuit adeſſe
teſtamento, teſtamentum eſt ipſo iure nullum, &
hanc opinionem latè defendit Vaſquius de ſucceſſ.
creation. lib. 2. §. 17. requiſito 22. quia teſtamentum
eſt voluntatis noſtræ ſententia. l. 1. ff. de teſtament.
Item non eſt perfectum † ratione voluntatis, etiam- 15.
ſi in minima ſui parte deficiat. l. ſi quis cum teſta-
mentum. ff. de teſtament. & notant omnes in l. final.
ff. famil. erciſc. Item quia voluntas † teſtatoris de- 16.
bet eſſe libera, adeò vt ſi quis inſtituat hære-
dem inferentem metum, non valet teſtamentum.
Bald. in conſil. 26. volum. 3. Bartol. in l. qui à latroni-
bus. in princip. ff. de teſtament. Chriſtophor. Caſtel-
lion. in conſil. 15. numer. 25. Item quia in ma-
trimonio, vbi requiritur eadem libertas volunta-
tis, ſi metu factum eſt, nullum † eſt ipſo iure. 17.
c. cùm locum. de ſponſalib. & ratio l. Titia. ff. de
verb. obligat. Item contractus dotis † metu factus 18.
eſt nullus ipſo iure. d. l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod
met. cauſ. quia dependet à matrimonio, & idem
iudicium eſt de dependentibus, quod de prin-
cipali. clem. diſpendioſam. de iudiciis. Idem in pro-
rogatione iuriſdictionis metu facta, quæ eſt nul-
la ipſo iure. l. ſi qui ex conſenſu, & ibi notant om-
nes. ff. de iudic. Vbicumque igitur libera volun-
tas eſt ſubſtantia ipſius actus, qui geritur, tunc
voluntas † per metum coacta facit actum eſſe nul- 19.
lum, Cutt. in l. interpoſitas. num. 7. & ſeq. C. de tranſ-
actionib.

Contrariam opinionem ego exiſtimo verio-
rem, quòd teſtamentum metu factum † non ſit 20.
nullum ipſo iure, neque ab inteſtato ſuccedant
proximiores, & ita firmarunt gloſſ. in l. 1. C. ſi
quis aliq. teſtari prohib. & ibi Bald. Salyc. Paulus
de Caſtr. & communiter ſcribentes ſequuntur,
& in rubric. & l. final. ff. eod. tit. & in l. Lucius.
§. Sempronius, & ibi Alberic. in fin. de legat. 2.
Et hanc opinionem eſſe communem, & ve-
ram, probat Aret. in l. 1. ff. de teſtament. gloſſ.
in l. 2. C. ſi quis aliquem, quam ſequuntur ibi Cu-
man. & Paulus de Caſtr. qui atteſtatur de com-
muni, Gabriel in conſil. 99. num. 2. volum. 1. Cor-
neus in d. l. 1. C. ſi quis aliquem. numer. 1. & in conſil.
110. col. 1. volum. 4. Quoniam voluntas coacta, vo-
luntas eſt, d. l. ſi mulier. §. pen. ff. de eo quod met.
cauſ.

cauſ. qui text. loquitur in coactorum adeundam †
hæreditatem, in quo actu libera etiam requiritur
voluntas, ſicut in teſtamento, & tamen diſponi-
tur, hæreditatem fuiſſe aditam, ſed hæredem
coactum reſtituendum eſſe; ergo idem in teſtatore,
22. quia eſt correlatiuus † ad hæredem inſtitutum, &
militat eadem ratio libertatis voluntatis in vtro-
que, propter quam diſpoſitum in vno ex correla-
tiuis habet locum in altero. Rota *deciſ. 677. part.
1. in Nouiſſim.* Nec obſtat text. *d. l. ſi quis teſtamen-
to. §. fin. ff. de teſtament.* pro contraria parte alle-
23. gatus, quia teſtes † ſeptem ſunt de ſubſtantia te-
ſtamenti, vt probaui *in quæſtion. præcedenti. artic...*
ideo ſi alteri teſti metus inferatur, vt aſſiſtat, cre-
dendum eſt voluntatem teſtatoris non audiuiſ-
ſe, ſed metus factus teſtatori ad teſtandum, non
facit, vt deſint ſubſtantialia teſtamenti, Bartol. *in
d. l. final. ff. ſi quis aliqu. teſt. prohib.* & Baldus *in d.
l. 1. C. eod. tit.* & ita etiam reſpondet Aretin. *in d.
l. 1. ff. de teſtament.* quos ſequitur Gabriel *in d. con-
ſil. 99. numer. 3. volum.* 1. Item quòd non valeat ar-
24. gumentum † de matrimonio ad teſtamentum, pro-
bant *ibid.* Aretin. & Gabriel. Imò etiam matrimo-
nium propter dolum non irritatur. gloſſ. *in l. final. C.
de ritu nupt.* Abb. *in c. cum dilecti. de empt. & ven-
dit.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat quando me-
25. tus non fuit præciſè illatus, ſed conditionalis, †
puta: Niſi me, vel illum hæredem inſtitueris, ego
te eiiciam de domo, vbi teſtator valdè infirmus cu-
rabatur; vel ego venenum dabo tibi, aut ali-
ter interficiam; tunc enim ſi teſtator eligit non in-
terfici, vel de illa domo non eiici, eius voluntas
26. eſt coacta, † ſed procedit à voluntate electionis;
idcirco voluntas dicenda eſt. *c. meritò. 15. quæſt. 1.
verſ. vult ergo facere, quia vult viuere. c. maiores. de
baptiſmo,* & tunc teſtamentum eſt validum, ſed pro-
pter metum præcedentem reſcinditur: ſecus eſt ſi
præciſè cogitur cum cultro, vel enſe euaginato, &
27. ita per violentiam facit, quia tunc voluntas †
dici non poteſt. *d. cap. maiores. de baptiſm. c. ſacris. de
eo quod met. cauſ.* Dec. *in d. l. velle non creditur, num.
6. ff. de regul. iur.* ideo teſtamentum non valet, quia
ea quæ fiunt contra voluntatem facientis, ipſi fa-
cienti non imputantur. *cap. 1. 2. & 3. & c. ita
ne. 22. quæſtion. 5. & c. presbyteros. diſtinct. 50.* &
probat text. *l. cura. ff. de muner. & honor. in verſ. nec
ſi per vim,* & ideo dicit Angel. *in l. 1. §. remouet. ff.
28. de poſtuland.* quòd ſponſa † violenter cognita à
ſponſo, poteſt ingredi monaſterium, eo inuito, ſic-
ut antea poterat. Item ſi virgo inuita cognoſca-
tur, non perdit virginitatem, ſed eam auget, Io.
de Anania *in cap. 3. col. 2. de furtis,* & ad hoc eſt
29. text. *cap. 1. n. 32. quæſtion. 5.* vbi quòd virgo † cen-
ſetur, cuius animus non eſt corruptus. Item ſta-
tutum contra receptantes bannitos locum non ha-
bet, ſi receptans prohibere non potuit, Florian. *in
l. in omnibus. ff. de noxalibus,* vt quia decem banni-
ti iuerunt ad portam ruſtici, atque dixerunt, ni-
ſi portam aperies, vſtulabimus domum, tunc
enim ſi ruſticus aperit, voluntas eius eſt libe-
30. ra † per electionem euitandi mali, ſed coacta
à malo, meretur excuſationem: ſed ſi dicti decem
banniti portam ruſtici fregerunt, & per vim in-
troiuerunt, nulla ruſtici voluntas interuenit, &
nulla excuſatione opus eſt, quoniam nulla eius
libera voluntas interuenit. Et licèt voluntas coa-
cta dicatur ſpecies voluntatis, tamen non eſt libe-
31. ra, † nec ſpontanea, vt declarat Abb. per illum
text. *cap. 1. de regular. & in cap. cùm locum. de ſpon-
ſalib. & in c. Abbas. de eo quod met. cauſ.* Teſtator
igitur qui ad aliquem inſtituendum per vim coa-
ctus fuit, poſt teſtamentum conditum † ſe per vio- 32.
lentiam illud feciſſe coram aliquibus declarare
debet. Bald. *in l. 1. num. 15. C. ſi quis aliquem teſt. pro-
hibuer.* vbi quòd ſatis creditur teſtatori aſſerenti,
quòd teſtamentum metu condidit, vel prius condi-
tum metu reuocauit. Bartol. *in l. fin num. 14. ff. eod.
tit.* & alij ad hoc allegati per Menoch. *de arbitrar.
caſu 395. numer. 40. & lib. 4. præſumpt. 11. nu-
mero 7.*

Secundò declaratur; vt hæreditas † ab eo au- 33.
feratur, qui per violentiam à teſtatore fuerit in-
ſtitutus, & fiſco applicetur, ſiue ipſe fuiſſet inſti-
tutus qui violentiam fecit. *l. 1. C. ſi quis aliquem
teſt. prohib.* & *ibi* Bald. *numer.* 6. Paulus de Caſtr.
in l. 2. C. eod. Bartol. *in d. l. final. numer. 1. ff. eod.
tit.* ſiue alter tertius fuiſſet inſtitutus, qui metum
non intulit, nam pariter hæreditas ab eo aufer-
tur, & fiſco applicatur, gloſſ. *in l. 2. in ver. remoue-
ri, in fin. C. ſi quis aliq. teſt. probib.* & *ibi* Bald. *num.*
9. Bartol. *in d. l. final. numer.* 6. & alij ad hoc rela-
ti per Menoch. *in d. caſu 395. numer.* 11. quia vbi
dolus alterius eſt cauſa immediata acquiſitionis,
nocet ei, cui acquiſitum fuit. *l. ſi procurator. ff. de
doli except. l. 1. §. ſi quis tamen, & §. filius. ff. de vi & vi
arm.* & ad hoc ſemper allegatur *d. l. 1. C. ſi quis ali-
quem,* vbi communis opinio eſt, quòd ita intelligatur
ille textus.

Quartus caſus eſt, teſtamentum † Iudæi con- 34.
tra ius Moſaicum eſt nullum ipſo iure, quia di-
ctum ius Moſaicum inter illos omnino ſeruandum
eſt, quando ſpecialiter inter eos non fuit corre-
ctum de iure communi, Calderin. *in conſil. 30. de te-
ſtament. & in conſil. 10. de conſtitut. & in conſil. 2. de
conſuetud.* Alexand. *in l. 1. numer. 32. ff. ſi cert. pet. &
in conſil. 6. col. 2. volum. 6.* Iaſ. *in l. qui ſe patris. num.
24. C. vnde lib.* Felin. *in cap. Iudæi in 2. de Iudæis.* Ad-
dentes ad Abbat. *in c. 1. de conſtit.* qui ſolutos refe-
runt, quos refert, & ſequitur Albert. Brun. *in tract.
quòd ſtantibus maſculis in 6. artic. princip. numer. 55.*
Alios refert Tiraquell. *in tract. de primogen. quæſtion.
66. numer.* 21. Riminald. iun. *in conſil. 38. num. 31.*
quos repetit *in conſil. 418. numer. 16. volum.* 4. Et
propterea ibi reſpondet, quòd ſi Iudæus in † ſuo 35.
teſtamento filio ſuo primogenito reliquerit vnum
domum, iubens ea eſſe contentum, teſtamentum
non valet, quia per legem Moſaicam debebat ei-
dem relinquere primogenituram, quæ eſt pars
duplicata vniuſcuiuſque partis pertinentis ad ſin-
gulos fratres, *Deuteron. cap.* 21. Ioan. Andr. Zaba-
rell. & Abb. *in c. licèt. de voto.* Niſi ex cauſa ingrati-
tudinis, poſſet enim ex illa cauſa filium ſuum pri-
mogenitura priuare, *Geneſ. cap. 44. & 49.* Nam ex
quibus cauſis poteſt pater filium legitima priuare,
ex eiſdem poteſt illum primogenitura priuare, Ri-
minald. *ibid. numer. 19. & ſeq.* poſt alios, quos re-
fert.

Sextus caſus eſt, teſtamentum † clerici non po- 36.
teſt dici nullum ex cauſa exhæredationis, iux-
ta diſpoſitiones legum ff. & C. *de inoffic. teſtament.*
& ita firmant Abb. *in c. quia nos. numer. 4. de teſta-
ment.* Iacob. Butr. & Bald. *in authent. presbyteros. C.
de Epiſcop. & cleric.* Bald. *in l. ſacroſancta. C. eod. tit.*
Angel. *in authent. ex cauſa,* & *ibi* Corn. *numer. 33. &
46. C. de liber. præterit.* quam dicit communem, &
ſequitur etiam Conat. *in d. c. quia nos, in fin.* licèt
videatur recedere reſpectu clericorum primæ ton-
ſuræ: ſed non eſt minor ratio de iſtis, quàm de
aliis, & ita probat text. *d. c. quia nos,* videlicet

Clericum poſſe liberè teſtari de bonis , quæ ad eum peruenerunt , ſed liberum dicitur , quod non admittit querelam. *l. filiam tuam* , & *ibi* Bald. *C. de inoffic. teſtament.* gloſſ. final. *in d. authent. presbyteros.* Angel. & Roman. *in l. final. C. qui teſtament. fac. poſſ.* & *ibi* Iaſ. *in fin.* Crot. *in l. re coniunctis. num.* 181. *de legat.* 3. Suarez *in l. quoniam in prioribus in euidentialibus , numer.* 11. *C. de inoffic. teſtament.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 22. *limitat.* 17. *num.* 37. Item quia teſtamenta Eccleſiaſticorum non ſubiacent diſpoſitioni iuris ciuilis , ſed dumtaxat iuris gentium , Bald. *in conſil.* 448. *col.* 2. *circa medium. volum.* 1. Io. Dilect. *de arte teſtandi tit.* 1. *de his qui habent teſtamenti factionem* , *caut.* 1. *in fine.* Communiter Canoniſtæ *in d. c. quia nos.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 2. *in primo dubio , ſolut.* 4. *numer.* 68. *&* 76. *vſque ad* 87. & de hoc videtur caſus *in authent. presbyteros* , quæ permittit diſpoſitionem de omnibus bonis clericorum, & reſpectu dominij omnium rerum ſuarum , & facultatis de eis diſponendi , teſtandi , & alienandi.

Idem dicendum eſt in caſu contrario , quando ſcilicet filiusfamilias patris laici, aliquam commiſerit ingratitudinem , de quibus *in* §. *aliud quoque capitulum. auth. vt cùm de appellat. cognoſc.* propter quam poterit exhæredari ſeruata forma illius
37. text. Nam ſi ingrediatur † religionem poſt ingratitudinem commiſſam , non poteſt vlterius exhæredari , gloſſ. *in authent. de monachis , in princip.* gloſſ. *in c.* 2. *de apoſtatis.* text. *in cap. non liceat.* 16. *quæſtion. final.* & notat Salyc. *in l. Deo nobis , in princip. C. de Epiſcop. & cleric.* Laurus de Palat. *in tract. de ſtatuto excluſiuo femin. num.* 108. quia per ingreſſum religionis dicitur naſci de nouo, & omnia peccata ſunt ei remiſſa. *cap. menſuras.* §. *rationes quoque. de pœnit. diſtinct.* 1.

Declaratur iſte caſus , prout ſcripſi ſuperiùs in hac eadem parte, *quæſtion.* 1. *art.* 4. Item quia qui-
38. libet ordo † eximit à patria poteſtate , vt probat poſt alios relatos Simon de Pret. *de interpret. vltim. vol. lib.* 2. *dub.* 1. *ſolut.* 4. *numer.* 76. & Iaſ. *in l. filiæ, C. de collat.* vbi atteſtatur ita etiam fuiſſe deciſum in Rota Roman. quæ opinio ſemper ſeruanda videtur , poſtquam clericus factus ſi conueniatur à patre pro iuribus patriæ poteſtatis , coram iudice Eccleſiaſtico conueniendus eſt. *cap.* 2. *de foro compet.* & ita ſecundùm ius Canonicum , & obſeruantiam Canoniſtarum decidendum eſt. Et quòd prima tonſura ſit Ordo , probat text. *cap. cùm contingat, de ætate, & qualit.* ergo & hic Ordo liberat à patria poteſtate , quia per eandem tonſuram gaudet fori priuilegio, Grammatic. *voto* 33. cum declarationibus quas ſcripſi *in tract. de iuriſdictione parte* 2. *& parte* 4.

Septimus eſt , quando teſtator in ipſo teſtamen-
39. to † facit contractum , & tunc an & quando vitietur teſtamentum , ſcripſi ſuperiùs in hac parte *quæſt.* 1. *art.* 10. *caſu* 6.

40. Octauus caſus eſt , quando de teſtamento † Notarius fecerit duas originales ſcripturas , prout ita illum poſſe facere reſpondet Alexand. *in conſil.* 70. *numer.* 1. *volum.* 1. tunc ſi dictæ ſcripturæ originales ſunt differentes , vt quia vna contineat plura capitula , quàm altera , tunc ſtandum eſt pleniori ſcripturæ. Bald. *in l. Imperator , in prima. numer.* 4. *verſ. ſed numquid per vnum inſtrumentum. ff. de ſtatu hominum.* Alexand. *in conſil.* 105. *numer.* 4. *volum.* 2. Corn. *in conſil.* 63. *in princip. volum.* 1. *& in conſil.* 31. *in princip. eod. volum.* 1. *& in conſil.* 243. *col. final. verſ. modò deueniendum. volum.* 3. vbi dicit hoc caſu non dici repugnantes eſſe ſcripturas , ſed per errorem aliquid fuiſſe à Notario omiſſum. Bertrand. *in conſil.* 39. *numer.* 1. *parte* 1. *volum.* 3. Geminian. *in conſil.* 76. *in* 2. *dubio.* Egidius Bellamer. *deciſ.* 372. Boër. *deciſ.* 351. *circa finem* , qui alios refert. Sed hoc intelligitur dummodo ſcripturæ non diſcordent in ſubſtantialibus , quia tunc ſi variant effectus , ſtandum eſt ſcripturæ matrici, Alexand. Striat. *de arte tabellion. quæſtion.* 26. *num.* 35. quæ debet produci parte petente , aliàs copia non probat. Purpurat. *in conſil.* 62. *numer.* 12. *& in conſil.* 221. *numer.* 2. *volum.* 2. Simon de Pret. *in conſil.* 106. *numer.* 29. *volum.* 1. Crauet. *de antiquit. temp. parte* 1. *circa princip.* Et dicitur ſcriptura ma-
trix † illa , quæ in baſtardello primo loco deſcripta 41.
fuit, Bald. *in conſil.* 409. *volum.* 3. Bartol. *in l. chirographis , in princip. in* 2. *not. ff. de adminiſtrat. tut.* vbi quòd protocollum dicitur inſtrumentum Notarij non extenſum. Caballin. *in additionib. ad conſil.* 11. Antonij de Butrio , & dicta ſcriptura matrix dicitur baſtardellus , ſiue imbreuiatura , vt per Maſcard. *concluſ.* 4. *in princip.* Item dicitur imbre-
uiatura † ſcriptura matrix , etiamſi minus conti- 42.
neat quàm exemplarum in libro Notarij , Baldus *in conſil.* 198. *circa finem. volum.* 5. quia propterea appellatur imbreuiatura. Quamobrem ſi illa originalis ſcriptura ſit varia in ſubſtantialibus ab exemplato in protocollo Notarij , aut ſit cancellata in ſubſtantialibus , non eſt ſtandum inſtrumento deſumpto ex tali matrice ſcriptura , quod eſſet ſine cancellatione , Bald. *in conſil.* 11. *volum.* 4. Ancharan. *in conſil.* 431. *in princip.* Io. de Anan. *in conſil.* 33. *in princip.* Roman. *in conſil.* 187. *numer.* 3. *verſ. nec obſtat* , vbi Addentes alios referunt.

Et ideo ſi prima ſcriptura † matrix teſtamenti 43.
quæ eſt in baſtardello , vel in filtia poſita fuit , ſit diuerſa manu ſcripta , ſine ſubſcriptione , & atteſtatione Notarij , redditur ſuſpecta , vt probat Cacher. *deciſ.* 36. per totam , Verall. *deciſ.* 74. *numer.* 4. *part.* 1. Item ſi eſt diuerſa in ſubſtantialibus ab exemplato , deſcripto in protocollo , teſta-
mentum † eſt nullum , vt reſpondit Bero. *in conſil.* 44.
1. *vol.* 1. & cùm ſtandum ſit matrici , ſi illa non continet ſollemnitates ſtatuti, & ſecunda eſt diuerſa in ſubſtantialibus à prima, tunc quia neutri ſtandum eſt, Bald. *in d. conſil.* 11. *vol.* 4. teſtamentum eſt nullum , & ab inteſtato ſucceditur. Bero. *d. conſil.* 1. *vol.* 2.

ARTICVLVS VI.

Quando teſtamentum fiat caducum, vel eius pars pro non ſcripta habeatur.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum quando dicatur caducum.*
2. *Hæres repudiando hæreditatem , impugnat iudicium teſtatoris.*
3. *Diſpoſitio quando habeatur pro non ſcripta.*
4. *Teſtamentum quod poteſt recipere validitatem à ſubſtitutione vulgari non dicitur caducum.*
5. *Fideicommiſſum euaneſcit hæreditate non adita, & caducata. num.* 7.
6. *Clauſula codicillaris an ſuſtineat teſtamentum caducum, & num.* 11.
8. *Subſtitutio compendioſa habet locum per vulgarem, quando inſtitutus moritur ante teſtatorem.*

9. Clau

9. *Clauſula codicillari teſtamentum remanet firmum, ſi filij in conditione poſiti ſunt vocati.*
10. *Ardor liciti amoris habet effectum clauſulæ codicillaris.*
12. *Clauſula codicillaris operatur ſolùm data inualiditate teſtamenti.*
13. *Ius accreſcendi habet locum inter cohæredes.*
14. *Portio deficiens accreſcit coniuncto cum onere.*
15. *Portio deficiens accreſcit cohæredibus pro portionibus hæreditariis.*
16. *Portio deficiens quando accreſcit cum onere, & quando ſecus.*
17. *Portio deficiens accreſcit cohæredi inſtituto in re certa.*
18. *Subſtituti præmorientis portio accreſcit hæredi cum onere.*
19. *Onus appoſitum ei, qui ſubſtitutus eſt poſthumo naſcituro, non tranſit ad hæredem inſtitutum ſi ille natus non fuerit.*
20. *Mori non dicitur, qui nunquam natus eſt.*
21. *Legata non debentur, teſtamento facto irrito.*
22. *Paria ſunt hæredem eſſe mortuum ante teſtatorem, & hæreditatem repudiare.*
23. *Legatum debetur hæredi repudianti hæreditatem.*
24. *Legata conſeruantur propter clauſulam codicillarem.*
25. *Legatarius poteſt aliqua legata acceptare, & aliqua repudiare.*
26. *Legata tot eſſe cenſentur, quot ſunt res legatæ.*
27. *Legata hæredi repudianti, debentur vel à cohærede, vel à venientibus ab inteſtato, aut ab executionibus teſtamenti.*
28. *Executores teſtamenti habentur loco hæredis.*
29. *Fiſcus ſuccedit ad bona vacantia ob defectum legitimi ſucceſſoris.*
30. *Bona caduca ſunt vacantia, & fiſco addicuntur, & num. 32.*
31. *Hæreditates, & legata quot modis antea erant caduca.*
33. *Fiſcus tenetur ad legata, & fideicommiſſa quando teſtamento facto caduco, ipſe ſuccedit, & numer. 37.*
34. *Fiſcus vendicat bona caduca tanquam hæres.*
35. *Fiſcus eſt ſucceſſor loco hæredis.*
36. *Fiſcus tanquam hæres aliquando cogi poteſt adire, & reſtituere hæreditatem.*
38. *Diſpoſitio in quibus caſibus dicatur pro non ſcripta.*
39. *Portio cohæredis quæ habetur pro non ſcripta accreſcit cohæredi cum onere.*
40. *Subſtitutio prima poſt aditam reſoluitur in fideicommiſſariam.*
41. *Subſtitutus vltimo per fideicommiſſum ſuccedit primo immediatè.*
42. *Portio pro non ſcripta accreſcit collegatario ſine onere.*
43. §. In primo. C. de caduc. tollend. *habet locum ſolùm in legatis pro non ſcriptis, ſecus in inſtitutione, & hæreditate.*

TESTAMENTVM caducum, & teſtamentum pro non ſcripto in effectu ſunt vna, & eadem res, ſed in
1. modo differunt; quoniam † caducum eſt, vel quando hæres moritur ante teſtatorem. *l. 1. §. & cum triplici. & §. ſeq. C. de caduc. tollend. l. ſi nemo. ff. de teſtament. tutela. l. eam quam. C. fideicommiſſ.* Vel conditio appoſita in diſpoſitione, deficit ante mortem teſtatoris, quia antequam purificetur conditio, nihil dicitur eſſe diſpoſitum, nam quod eſt in conditione, non eſt in obligatione. *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.* & declarat Cepoll. *in cautela* 58. & Durandus *de arte teſtandi tit. 5. cautela 3.* Vel ſi hæres ſcriptus non adeat, ſed hæreditatem repudiet,
nam ita repudiando, iudicium teſtatoris † impu- 2.
gnat. *l. ſi patroni. §. quid ergo, & §. ſeq. ff. ad Trebell.* vbi habetur, quòd deſtituere is dicitur defuncti voluntatem, qui recuſat adire, & hoc eſt verum, quando repudians eſt inſtitutus in toto, non autem in parte, vt probat text. *l. quæſitum. ff. de acquir. hæredit.* vbi quòd filius in hoc caſu dicitur oppugnare parentis iudicium, & ita declarant Bartol. Angel. Caſtrenſ. & Immol. *in d. l. quæſitum.* Item *l. filio pater. de legat.* 1. Ruin. *in conſil.* 120. *numer.* 9. *volum.* 2. Simon de Pret. *lib. 5 interpretat. 1. dubio 1. numer. 30. & ſeq.* Pro non ſcri-
pto † eſt, quãdo diſpoſitio in illius beneficium au- 3.
fertur, qui tempore teſtamenti mortuus erat, vel pro mortuo habebatur, vt quia captus ab hoſtibus, ibi mortuus erat, vt *ff. de his quæ pro non ſcriptis*, per totum: quoniam homo mortuus non eſt homo, neque capere poteſt. *l. ſeruo manumiſſo. ff. de condict. indebiti.* neque hæres illius mortui poterat habere, poſtquam non habebat fundamentum in perſona prædeceſſoris ſui. Pertractantes igitur de iſtis duobus capitibus, in primo plures caſus conſiderandi ſunt.

Primus caſus eſt, quando vnus ſolus hæres eſt inſtitutus, qui moritur ante mortem teſtatoris, & tunc ſi eſt ei datus vulgariter ſubſtitutus, tunc te-
ſtamentum † non eſt effectum caducum, quia teſta- 4.
mentum ſi eſt factum nullum in primo gradu, poteſt incipere habere effectum à ſecundo gradu, & ſic à ſubſtitutione. *l. 3. §. Splendophorus. ff. de fideicommiſſar. libert.* vbi moriente inſtituto, viuo teſtatore, teſtamentum incipit à ſubſtitutione. Aretin. *in l. quandiu in vltima. col. pen. verſ. ſed ad iſtam. ff de acquir. hæredit.* & ita reſponderunt Dec. *in conſil.* 529. *n.* 4. & Menoch. qui alios *in conſil.* 1137. *num.* 46. *& ſeq. vol.* 12.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, dummodo ſubſtitutio fuerit vulgaris, ſecus eſſet fideicom-
miſſaria, quia hæreditate non adita, † vel caduca- 5.
ta, fideicommiſſum euaneſcit, *l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellian. l. eam quam*, & *ibi* notant communiter, *C. de fideicommiſſ. §. poſteriore, verſ ideoque. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Dec. *in conſil.* 396. *num.* 3. Burſat. *in conſil.* 262. *num.* 12. *vol.* 3. qui alios refert.

Secundus caſus eſt, quando vnus tantùm hæres eſt inſtitutus, qui moriatur ante teſtatorem, tunc teſtamentum, vt dixi, factum eſt caducum,
ſed ſi in eo appoſita fuerit clauſula † codicillaris, 6.
aut nullus alter eſt ſubſtitutus, & clauſula codicillaris non poteſt habere effectum, quia teſtamentum non poteſt incipere habere validitatem à fideicommiſſo, vt dixi in declaratione præcedentis caſus, & quòd dicta clauſula nihil operetur, firmarunt Specul. *in tit. de inſtrument. edition. §. compendioſè, verſ. ſed pone*, Oldrad. *in conſil.* 141. *propè finem*, Alexand. *in conſil.* 17. *numer.* 19. *volum.* 3. vbi allegando Speculatorem *in d. §. compendioſè*, dicit, quòd in caſu ſuo erat facta ſubſtitutio fideicommiſſaria tantùm illi filio inſtituto, & fi-
deicommiſſum † vniuerſale deficit, quando hæ- 7.
res grauatus per fideicommiſſum deceſſit ante

aditam hæreditatem. *d. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellian.* Aut alter eſt ſubſtitutus
8. compendioſè, & tunc quia compendioſa † habet locum per vulgarem quando inſtitutus præmoritur ante teſtatorem, vt latè declarat Baldus *in conſil. 170. num. 3. vol. 5.* poſt Cynum *in l. precibus*, quem allegat, & tunc clauſula nullum effectum habere poteſt, quia teſtamentum non eſt omnino caducum, quia incipit habere validitatem à ſubſtitutione vulgari, vt ſcripſi in primo caſu.

Tertius caſus eſt, quando vnus tantùm filius eſt inſtitutus, & ſi deceſſerit ſine liberis, Titius eſt ei ſubſtitutus, atque clauſula codicillaris appoſita eſt, & ſumus in caſibus, in quibus filij poſiti in conditione ſunt vocati, de quibus ſcripſi ſuprà *in parte 1. quæſt. 9.* & tunc teſtamentum † non
9. eſt omnino caducum, quoniam filij cenſentur vocati, & ab illis poteſt incipere validitas teſtamenti, & tunc effectus clauſulæ codicillaris eſt, vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem primò dictis nepotibus teſtatoris, & deinde Titio ſubſtituto, vt poſt Decium, Pariſium, Socin. iun. & Burſat. & alios, probat Turret. *in tractatu de clauſula codicillari, quæſtion. 50.* & in hunc ſenſum debent intelligi ea quæ ſcripſi *in tract. de clauſulis parte 3. clauſula 11. num. 39.*

Idem eſt ſi clauſula codicillaris non eſt expreſſè poſita, ſed verſamur in teſtamento inter libe-
10. ros, quia ardor † liciti amoris cenſetur habere vim, & efficaciam clauſulæ codicillaris. Bald. *in l. ſi iure. C. de teſtament.* Roman. *in l. ſi verò. §. de viro, in 26. limitatione. ff. ſolut. matrimon.* & alij plurimi ad hoc allegati per Vaſquium *de ſucceſſ. creation. lib. 3. §. 21. numer. 162.* Aut non verſamur in caſibus, in quibus filij poſiti in conditione cenſean-
11. tur vocati, & tunc illa clauſula † codicillaris nihil operatur. Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de vltim. volunt. in additione, quæ incipit, Tertiò quæro*, Oldrad. *in conſil. 139.* quos ſequitur Socin. ſen. *in conſil. 140. numer. 7. volum. 2.* plures refert Menoch. *in conſil. 326. numer. 40. volum. 4.* qui etiam reſpondet contrariis, & Gabriel *in conſil. 129. numer. 16. vol. 2.* & hanc opinionem optimè probat Turret. *in d. tract. de clauſulis, quæſt. 51.* quia hoc caſu nunquam teſtamentum potuit dici factum caducum, nam cùm Titius fuiſſet ſubſtitutus, potuit incipere à ſubſtitutione vulgari, vt ſcripſi in d. primo caſu, & clauſula codicillaris non poteſt habere effectum, quoniam illa operatur ſolùm
12. data inualiditate teſtamenti, † vt probat idem Turret. *in d. tract. de clauſulis. quæſt. 3.* vbi infinitos allegat, etiam atteſtantes de communi, & ita viuente teſtatore, nunquam res redacta eſt ad cauſam inteſtati, & intrat regula *l. quamdiu ff. de acquir. hæredit. & l. nunquam. C. communia de ſucceſſ.* & ibi Bartol. & cæteri ſcribentes.

Quartus caſus eſt, quando teſtator fecit plures hæredes, & tunc vno ex eis præmoriente ante teſtatorem, teſtamentum non fit caducum, quia
13. portio deficiens † accreſcit coniuncto. *d. l. vnic. §. pro ſecundo. §. pro nouiſſimo. §. ne autem. §. his ita.*
14. *C. de caduc. tollend.* & accreſcit cum ſuo onere. † *d. §. his ita, & l. ſi duobus. §. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. de legat. 1. l. ſi Titio. §. Iulianus. l. final. §. Seio, de legat. 2. l. non iuſtam. C. ad Trebell.* Mantica *in tract. de coniectur. lib. 10. tit. 3. numer. 17.* vbi, quòd ſi vna res eſt relicta pluribus, & quilibet eſt prohibitus alienare ſuam partem, vnuſquiſque eorum cenſetur prohibitus alienare etiam eam partem, quam per ius accreſcendi fuiſſet conſequutus. Bartol. *in l. re coniuncti. numer. 54. & ſeq.* Crotus *numer. 107.* Ripa *numer. 191.* Antonius Fumeus *in tractat. de coniunct. in quæſtione, an portio deficiens accreſcat coniuncto cum onere*, Duaren. *in tract. de iure accreſcendi. lib. 2. cap. 2.*

Declaratur iſte caſus, † vt portio deficiens accreſcat coniunctis proportionibus hæreditariis, vel 15.
legati, *l. liber homo. §. cùm quis. ff. de hæred. inſtit. l. Mauio, in princip. de legat. 2.* quia portio accreſcit portioni. *l. ſi totâm. ff. de acquir. hæredit.* Bartol. *in d. l. re coniuncti. numer. 56.* Crot. *numer. 107.* Ripa *num. 197.*

Secundò declaratur, vt portio deficiens † accreſcat cum onere, quando ſimpliciter eſt onus in- 16.
iunctum, aut expreſsè omnibus iniunctum fuit, *l. qua conditio. §. Lucius. ff. de condit. & demonſtrat.* Crot. *in d. l. re coniuncti. num. 15.* qui atteſtatur de communi; ſecus ſi nominatim alicui fuiſſet onus impoſitum, tunc enim cæteris cum illo onere non accreſcit, *l. Celſus. §. quod alicuius. de legat. 2.* & alia ad hoc allegata per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 16. num. 88.* & eſſe communē opinionem probant Politus *in d. l. re coniuncti. num. 85.* & Romul. *ibi num. 27.* vbi quòd ab hac opinione non eſt recedendum, Duaren. *in d. cap. 2.* Fumeus *in allegat. conclus. num. 3. & ſeq.*

Tertiò declaratur, nam ſi hæres vniuerſaliter inſtitutus moriatur ante teſtatorem, ſuperſtite cohærede in re certa inſtituto, tunc portio defi-
ciens † accreſcit hæredi inſtituto in re certa, & in 17.
totum inſtitutus dicitur, *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* Bartol. *in l. ex facto, num. 2. & col. fin eod. tit. & in l. quoties. §. ſi duo.* & *ibi* Paul. de Caſtr. *col. 1. de hæred. inſtit.* Bald. *in d. l. quoties. §. ſi duo, in fin.* Roman. *in conſil. 81.*

Quintus caſus eſt, vbi hæredi inſtituto datus eſt ſubſtitutus cui aliquod onus iniunctum fuit, ſi
ſubſtitutus † priùs mortuus fuerit, & ita propter 18.
eius mortem hæres primò inſtitutus recipit commodum, quia bona liberè ad eum pertinere incipiunt, tunc illud commodum accreſcet dicto hæredi inſtituto cum onere. *d. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll.* & ita reſpondet Bald. *in conſil. 279. vol. 1.* Secus eſt ſi ſubſtitutio habetur pro non ſcripta, vt quia teſtator filio inſtituto ſubſtituit poſthumum ſibi naſciturum, & dicto poſthumo ſubſti-
tuit Titium, cum aliquo † onere; quia ſi poſthu- 19.
mus natus non fuerit, ſubſtitutio in totum euaneſcit. *l. final. in princip. ff. d. reb. dubiis. l. ſi duobus, in princip. de legat. 1. & l. 1. §. ſi quis proximior in 2. reſponſo. ff. vnde cognati.* ergo ſi dicta ſubſtitutio fuit inutilis, aliam vtilem facere non poteſt, argum. *l. nullus ſolius. C. de decur. lib. 10.* Item quia ſi dictus ſubſtitutus nihil capere potuit, quia non poterat capere pluſquam is, cui fuit ſubſtitutus. *l. Publius. § Titia. ff. de condit. & demonſtrat.* Sed primus ſubſtitutus nunquam capere potuit, quia natus non fuit, ideo nunquam habuit potentiam capiendi; ergo neque ſecundus ſubſtitutus, qui ſubſtitutus eſt illi naſcituro,
quæ conditio non extitit, quia non decedit, † qui 20.
nunquam fuit, ſolùm viuens moritur, *l. qui duos. ff. de manumiſſ. teſtam.* ergo ſi ſubſtitutus poſthumo nūquam habuit potentiam capiendi, non poteſt dici quòd ad primum inſtitutum aliquod commodum peruenerit, ſicut in caſu caduci dictum eſt.

Sextus caſus eſt, vbi hæres inſtitutus repudiauit hæreditatem, licèt nullo alio dato cohærede,
legata † non debeantur, quia teſtamentum irritatur. 21.
l. ſi patroni. §. quid ergo. ff. ad Trebell. Bartol. *in l. qui filiabus.*

*filiabus. §. final. in fin. de legat.*1. Dyn. *in l. filiofam. de*
legat. 1. Bald. *in conſil.* 328. *numer.* 1.*vol.*4. & paria
22. ſunt in effectu †, hæredem mortuum eſſe ante te-
ſtatorem, & hæreditatem repudiare, tunc ſi in eo-
dem teſtamento aliquod legatum eidem hæredi
factum fuerit, & clauſula codicillaris in eodem
teſtamento appoſita fuerit, dictum legatum præ-
ſtandum erit à venientibus ab inteſtato, quia hæres
23. repudiata † hæreditate poteſt legatum acceptare.
l. cum reſponſo.C. de legat. l.ſi qua.ff. famil. erciſc.l.qui
*filiabus.§.fin. de legat.*1.*l.apud Celſum.§. ſi quis ex vn-*
cia. ff. de except. doli. Iaſ. *in d.§. final. num.*4.Fabian.
*in authent. nouiſſima.num.*151. *C. de inoffic. teſtament.*
quos ſequitur Surd. *in conſil.* 107. *num.* 10. *vol.*1. &
24. dicta legata conſeruantur † propter clauſulam co-
dicillarem. *l.ex ea.§. ex his verbis. ff. de teſtam.* Bart.
& cæteri *in authent. ex cauſa. C. de liber. præter.* Bart.
*in l. quærebatur, num.*2.*ff. de milit. teſtam.* Couarr. *in*
*cap. Raynaldus.§.*3. *num.*8. *de teſtam.* Durand. *de arte*
*teſtandi. tit.*1. *caut.*3.*num.*4.Mantic. *de coniectur. lib.*
25. 6. *tit.*4. *num.*16.Ita dicimus in legatario, † qui po-
teſt aliqua legata acceptare, & aliqua repudiare, *d.*
l. ſi duobus, in princip. de legat. 2. gloſſ. *in l.*2.*ff.eod.tit.*
Cyn. *in l.quidã elogio. C.de iur. deliber.*& *ibi* Bart. *num.*
2.Caſtrenſ. *num.*1.*verſ. ſed tertio.* Salyc. *num.* 2.*verſ.*
ſecundo caſu, Iaſ. *num.*3.*verſ. tu tamen intellige,& nu-*
*mer.*5. *verſ.ſum in quarta*, etiamſi plura legata vnica
oratione facta eſſent. *d. l.*2. *ff. de legat.* 2. quia tot
26. cenſentur eſſe legata, quot ſunt res legatæ, † ſicut
tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt res in ſtipulatio-
nem deductæ. *l. ſcire debemus. l.Stichum.§.ſtipulatio.ff.*
de verborum obligat.

Declaratur iſte caſus vt procedat vel dato cohæ-
27. rede, quia tunc teſtamentum non corrueret, ſed †
legata deberentur à cohærede, vel quando appo-
ſita eſſet clauſula codicillaris, Bald. *in d. conſil.* 328.
*num.*1. *vol.*4. quia, vt dixi, legata conſeruantur, &
à venientibus ab inteſtato præſtanda ſunt, vel quã-
do teſtator exequutores dederit in teſtamento, quia
tunc nullo exiſtente hærede, executores habentur
28. loco hæredis, † Specul. *de inſtrument. editione.§. nunc*
verò aliqua, verſ. Item pone, quòd aliquis non inſtituit,
& verſ.ſeq. Innoc. & cæteri Canoniſtæ *in c. cùm tibi.*
de teſtam. Bartol. *in l.ſi quis ad declinandum, per il-*
lum text. C. de Epiſcop. & cleric. & in l.hæredibus.in 2.
*ff. de hæred. inſtit. & in l.ſi quis Titio. de legat.*2. *& in*
ſua diſputatione, quæ incipit, Filium, Bald. *in auth.licet.*
C. de naturalib. liber. & ideo executores tenentur
legata præſtare, & actione ex teſtamento conueni-
ri poſſunt. Alexand. *in conſil.*98. *num.*10.*vol.*2.

Septimus caſus eſt, vbi teſtator non habẽs con-
ſanguineos vnicum tantùm hæredem fecerit, qui
ante teſtatorem mortuus fuerit, & ita caducum te-
29. ſtamentum factum eſt, tunc fiſcus † ſuccedit, quo-
niam bona vacantia ſunt, quæ ob defectum legiti-
mi ſucceſſoris vacant, & in quibus priuatus nul-
lum ius petendi habet, vt declarat Io. de Plat. *in l.*1.
*num.*3. *C.de bon.vacantib. lib.*10. & plenius Lanatius
in conſil. 74. *num.* 10. Hæc autem pertinent ad fiſ-
cum, vt toto titulo *C. de bonis vacantib. lib.* 10.*& l.*
ſancimus.§. cùm autem. C.ad Trebell. & l. cum fiſco. ff.
30. *ad Syllanian.* vbi quòd fiſco bona caduca † defuncti
addicuntur, *& l.* 3.*ff. de his, quæ in teſtam. delentur,*
in verſ. & bona eius vt caduca à fiſco vendicantur. Sed
31. quia antiquitus plures erant caſus caducarum † hæ-
reditatum, & legatorum, quæ per leges Papiam,
Poppeam, & Iuliam, diuerſis temporibus ad fiſcum
pertinere diſpoſuerunt, & quales erant dicti caſus,
recenſet Valentin. Forſter. *in tract. de ſucceſſionib. ab*
*inteſtato lib.*2.*cap.*11. Iuſtinianus autem plurimos ex
illis caſibus abrogauit, *in tit. C. de caducis tollendis,*
& ibi in §. & cum triplici, annotarunt plurimi Do-
ctores hæreditatem caducam, & vacantem † pro 32.
eadem ſignificatione accipiendas eſſe, & commu-
niter concluſerunt hæreditatem vacantem dici,
vbi nullus hæres neque legitimus, neque vir &
vxor apparent, quæ cùm ita vacare dicatur, ad
fiſcum cadens, bona caduca, & vacantia appel-
lantur.

Declaratur iſte caſus, vt teſtamento ita caduca-
to ad fiſcum, legata, & fideicommiſſa † in illo te- 33.
ſtamento relicta ab eodem fiſco debeantur, *d. l.vni-*
ca. §. pen. C. de caduc. tollend.in verſ. tantum enim no-
bis ſupereſt clementiæ, quòd ſcientes etiam fiſcum noſtrum
vltimum ad caducorum vendicationem vocari, tamen nec
illi pepercimus, & ibi gloſſ. *in ver. pepercimus*, dat ra-
tionem, quia bona tranſeunt ad fiſcum cum onere.
Item ad hoc eſt textus clarus *in l.quidam teſtamen-*
to.§. quoties. de legat. 1. Quoties lege Iulia bona va-
cantia ad fiſcum pertinent, legata, & fideicommiſ-
ſa præſtantur, quæ præſtare cogeretur hæres, à quo
relicta ſunt, & *ibi* textus loquitur de bonis vacan-
tibus, condito teſtamento, nam dicit ab hærede
relicta fuiſſe; ergo fiſcus ſubintrat locum hæredis.
Et quòd fiſcus † vendicet dicta bona tanquam hæ- 34.
res, probat text. *d. l.pen. C. de caduc. tollend.* fiſcum
noſtrum vltimum ad caducorum vendicationem
vocari, ponderando verbum, *vltimum*, quod eſt di-
ctum reſpectu hæredum deficientium. Item ponde-
rando verbum *vendicationem*, quod propriè habet
locum reſpectu hæredis, fiſcus enim non eſt propriè
hæres, ſed ſucceſſor † loco hæredis. *l. inter eos.§.* 35.
final. ff.de fideiuſſor. Alexand. *in l. Marcellus.§.ſi is qui,*
*num.*2.*ff.ad Trebel.* Boſſ. *de publicatione bonorum.num.*
13.*&* 21. Peregrin. *de priuileg.fiſci.lib.*5. *tit.*1.*numer.*
66. & poſt plurimos relatos, atteſtatur eſſe rece-
ptiſſimam ſententiam Honded. *in conſil.* 95. *numer.*
108. *vol.* 1. Menoch. *in conſil.*409. *num.*1. *&* 93.*vol.*
5. Propterea fiſcus † tanquã hæres cogi poteſt adi- 36.
re hæreditatem, & fideicommiſſariis reſtituere, ſi
clauſula codicillaris in dicto teſtamento caducato
appoſita fuerit, vt latè probat Turret. *in tractatu de*
clauſula codicill. quæſt. 43. *& quæſt.* 44. Item quòd
fiſcus hoc caſu teneatur præſtare legata †, & fidei- 37.
commiſſa, firmarunt Bald. *in l. eam quam, numer.*
5. *C. de fideicommiſſ.* Salyc. *in d. §. penultim.numer.*39.
C. de caduc. tollend. & hanc eſſe opinionem verio-
rem dixit Ceuall. inter ſuas contra cõmunes *quæſt.*
144. & hanc opinionem ſequuti fuimus in Col-
legio Piſano, & ſequuti fuimus ſcripta per D. Fa-
chinæum meum concurrentem *in ſuis controuerſiis.*
*lib.*6. *cap.*22. qui reſpondet omnibus legibus quæ
pro contraria parte ſolent allegari, & in illo caſu
bis iudicauimus in Collegio, prima vice pro lega-
tariis contra fiſcum, & ita fuit executum, ſecunda
vice pro legitimo ſucceſſore contra fiſcum, & em-
ptorem bonorum qui poſt tres annos à morte teſta-
toris comparuit, & cùm ſe fecerit declarari legiti-
mum hæredem, dicta bona auocauit.

Nunc de ſecundo capite huius articuli agen-
dum eſt, & pro non ſcripto † habetur teſta- 38.
mentum, ſi hæres tempore diſpoſitionis erat
mortuus. Item ſi captus ab hoſtibus, qui non re-
diit. *l.*4. *ff.de his quæ pro non ſcriptis. l. vnic. §. & cum*
triplici.C.de caduc. tollend. Item ſi in metallum dam-
nato aliquid extra cauſam alimentorum legatũ fue-
rit, *l. ſi in metallum. ff. eod. tit.* Item ſi quis hæredi-
tatem, vel legatum ſibi aſcripſerit, pro non ſcri-
ptis habentur, *l.* 1. *ff.eod. l.* 3. *&* 4. *&* 5. *C. de his*
qui ſibi in teſtamento aſcribunt. Item ſi aliquid

relinquatur, quod in rerum natura non eſt. argum. *l. ſi homo mortuus, ff. de verb. obligat.* Item ſi propriæ res relinquantur alicui. *l. proprias. C. de legat.* In huiuſmodi igitur pro non ſcriptis aliqui caſus conſiderandi ſunt.

Primus eſt, vbi teſtator plures hæredes fecerit, quorum alter tempore teſtamenti mortuus erat, quem teſtator mortuum fuiſſe ignorabat, tunc
39. eius portio † accreſcit cohæredi cum onere. *l. quæ conditio, in ſecundo reſponſo. ff. de condit. & demonſtrat.* & *ibi* Cyn. & Bartol. *in col.* 2. Idem Bart. *in l. re coniuncti, n.* 54. *de legat.* 3. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. *in l. ſi duobus.* §. 1. *de legat.* 1. Iaſ. *in l. licèt Imperator, num.* 32. *de legat.* 1. Bartol. & cæteri *in d. l. vnic. §. his ita. C. de caduc. tollend.* Fulgoſ. *in conſil.* 92.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando onus, vel conditio omnibus hæredibus adiuncta fuerit, quia cùm omnes vnius gradus grauantur, potius cēſetur grauatus gradus, quàm perſonæ; ſecus ſi onus hæredi pro non ſcripto nominatim appoſitum eſſet, quia tunc non debetur à coniuncto, *d. l. Celſus.* §. *quod alicuius. de legat.* 2. & de hoc ſcripſi *in quarto caſu in* 2. *declaratione huius articuli.*

Item declaratur, quando teſtator inſtituit filiū, & ſi ſine liberis deceſſerit, ſubſtituit Titium, & poſt eius mortem Sempronium; ſi enim Titius primò ſubſtitutus erat mortuus, tunc primus inſtitutus moriens ſine filiis debet reſtituere Sempronio, quia
40. prima † ſubſtitutio poſt aditam reſoluta eſt in fideicommiſſariam, Bartol. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell.* & in fideicommiſſaria ſubſtitutio-
41. ne, vltimo ſubſtitutus † ſuccedit primo immediatè, Bartol. *in l. quandiu vltimus, verſ. quæro iuxta prædicta. ff. de acquir. hæredit.* vbi ponit quæſtionem de teſtatore, qui filium pupillum hæredem inſtituit, eique pupillariter ſubſtituit Titium, & quandocumque Titius deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit Sempronium, ſi primo loco moritur Titius, ſecundo pupillus, concludit, quòd Sempronius poſſit ſuccedere dicto pupillo inſtituto, quia licèt primum fideicommiſſum deficiat, vel habeatur pro non ſcripto, quia primo ſubſtitutus, tempore teſtamenti mortuus erat, tamen remanet apud hæredem cum onere ſuo, & ita vt reſtituat ſecundo fideicommiſſario. *d. l. vnic. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* & ad hoc conferunt ſcripta per Socin. iun. *in conſil.* 42. *num.* 8. *vol.* 1.

Secundus caſus eſt, quando aliqua res eſt legata Titio, & Sempronio, cui ſoli eſt appoſita aliqua conditio, vel onus, & tempore teſtamenti Sempronius mortuus erat, tunc eius portio, quæ ha-
42. betur † pro non ſcripta, accreſcit Titio ſine onere, quia in legatis, & fideicommiſſis portio pro non ſcripta accreſcit ſine onere conditionis, vel legatorum. *d. l. vnic. §. in primo, & §. in pro non ſcriptis,* & *ibi* gloſſ. & Doctor. omn. *C. de caduc. tollend.* Bartol. *in l. re coniuncti. numer.* 54. & *ibi* Crot. *num.* 100. Ri-
43. pa *num.* 189. Et quòd d. §. *in primo*, † habeat ſolum locum in legatis pro non ſcriptis, ſecus in inſtitutione, & hæreditatibus pro non ſcriptis, notatur *ibi*, & *in §. his ita. C. eod. tit.* Fulgoſ. *in d. conſil.* 92. *col.* 2. *verſ. non obſtat.* & quando hæc regula limitetur in legatis, Peregrin. ſcribit tres fallentias de fideicommiſſ. *artic.* 16. *num.* 80. *& ſeq.* Quomodo autem inter collegatarios habeat locum ius accreſcendi, ſcribam inferiùs, vbi tractabo particulariter de iure accreſcendi.

QVÆSTIO III.

An teſtamentum nullum poſſit confirmari, per quatuor articulos diuiſa.

1. An teſtamentum nullum poſſit confirmari ex tacita voluntate teſtatoris.
2. An teſtamentum nullum dicatur confirmatum ex tacita voluntate hæredis.
3. An teſtamentum nullum poſſit confirmari per pactum.
4. An teſtamentum nullum ratione ſollemnitatis poſſit confirmari per reſcriptum Principis.

ARTICVLVS I.

An teſtamentum nullum poſſit confirmari ex tacita, vel expreſſa voluntate teſtatoris.

1. *Confirmatio actus inualidi quibus modis fieri poſſit.*
2. *Teſtamentum nullum & inualidum poteſt confirmari abſque expreſſione verborum ſcriptorum in illo teſtamento.*
3. *Teſtamentum inualidum debet confirmari cum ſeptem teſtibus.*
4. *Confirmatio contractus nulli eſt nouus contractus.*
5. *Actus nullus confirmari non poteſt.*
6. *Confirmatio non retrotrahitur ad initium actus nulli confirmati, ſecus ſi fiat à lege.*
7. *Confirmatio hominis non fingit ſuper validitate actus.*
8. *Contractus inualidi confirmatio requirit eaſdem ſollemnitates.*
9. *Teſtamentum nullum non dicitur confirmatum ſi teſtator diu tacuit, & non mutauit.*
10. *Argumentum valet à defectu poteſtatis ad defectum voluntatis.*
11. *Teſtator non videtur voluiſſe quod non expreſſit.*
12. *Teſtamentū ruptum natiuitate poſthumi, an retineat validitatem propter clauſulam codicillarem.*
13. *Clauſula codicillaris operatur poſthumo nato, ſi filius teſtatoris erat inſtitutus, & teſtator diu ſuperuiuens teſtamentum non mutauit.*
14. *Teſtamentum nullum an confirmetur ſi à teſtatore producatur in iudicio penes acta iudicialia.*
15. *Confirmatio inducitur propter repetitionem.*
16. *Scripturæ tenor quando per ſolam productionem efficiatur de actis.*
17. *Teſtator ſi petat teſtamentum publicari, dicitur iterum teſtari.*
18. *Teſtamentum fieri coram iudice, & produci coram eo, differunt.*
19. L. omnium. C. de teſtam. *non habet locū quando teſtamentum nullum producitur coram iudice.*
20. *Scriptura quando dicatur eſſe in actis, & de actis.*
21. *Productio ſcripturæ in iudicio, non alterat illius qualitatem.*
22. *Producens ſcripturam in iudicio poteſt illam impugnare.*
23. *Teſtamentum inutiliter factum quomodo poſſit reperi in iudicio.*

24. *Teſtamenta in actis producta non ſunt iudicialia.*

1. Confirmatio actus inualidi † tribus modis fieri poteſt, vel verbis expreſſis, vel rebus, & factis, vel taciturnitate cum diuturnitate temporis. Salyc. *in l.1.num.2.C.ſi maior factus rem rat.hab.* Ex qua doctrina Doctores tractantes materiam teſtamenti inualidi confirmandi, duplicem iuſpectionem conſiderarunt, aut confirmandi per teſtatorem, aut per hæredes. Nos in hoc primo articulo de confitmatione inducenda ex voluntate teſtatoris, ſiue expreſſa, ſiue tacita, plures caſus explicabimus.

Primus caſus eſt, quando teſtator ſciens inualidum teſtamentum feciſſe, vtputa, quia teſtium numerus ſufficiens non adfuit, in quibus conſiſtit ſubſtantia teſtamenti, vt probauimus ſuprà, vel fortè alia ſollemnia non intreuenerunt, quorum defectu teſtamentum erat nullum, & inualidum, tunc ſi
2. verbis expreſſis illud confirmare † vult, poterit hoc facere abſque aliqua expreſſione verborum cõtentorum in primo teſtamento. Bartol. *in l.eos.num. 6.ff.de falſis.* Aretin. *in conſil.128.col.2.* Fulgoſ. *in conſil. 56.num.2.verſ.tertium eſt remedium*, vbi quòd ſi teſtator repetat teſtamentum priùs factum coram ſepté teſtibus, tunc non eſt neceſſarium, quòd illius continentiam repetat. Sed teſtator confirmando ex-
3. preſsè dictum teſtamentum † inualidum, ſeptem teſtes adhibere debet, quia confirmatio actus nulli non ſuſtinetur, niſi omnia adhibeantur, quæ in actu neceſſaria ſunt. Aretin. *in conſil. 128. col. 2.* Corn. *in conſil.71. num. 10. vol.2.* Dec. *in l. ſemper qui non prohibet.de regul.iur.* Albert.Brun. *in tract.de forma in 10.effectu.* Bellamera *deciſ.624.* Bartol. *in l. ſi filius, in fin.de legat.3.* Lambertengh. *in tract.de contractibus eorum, in fin.num.191.* Idem dicimus in contractu nul-
4. lo, quia illius confirmatio † eſt nouus contractus. Bartol. *in l.ab emptione.ff.de pact.* ideo vtriuſque conſenſum requirit, & alia ſollemnia fortè per ſtatutum requiſita, Surdus *in conſil.136.num. 31. & 34.*
5. *vol. 1.* Item quia ſi actus † erat nullus ab initio, confirmari non poterat, quia à priuatione ad habitum non datur regreſſus. Gabriel *in conſil.154. num.*
6. *37. & ſeq.vol.1.* Propterea illa confirmatio † ſubſequens non retrotrahitur ad initium primi contractus. Bartol. *in l.obſeruare, col.1. ff.de offic. proconſulis.* Bald. Salyc. & Paul.de Caſtr. *in l.final.C.ad Macedonian.* Dec. & Cagnol. *in d.l.ſemper qui non prohibet. ff.de regul. iuris.* licèt quando lex confirmat contractum nullum. *l.cùm hic ſtatus.ff.de don.inter virum, & vxor.l.2. C.ſi quis alteri, vel ſibi*; tunc nulla ſollemnitas requiritur, & confirmatio per legem facta retrotrahitur ad principium actus nulli. *l.final.C. ſi maior*
7. *factus rat.hab.* Tamen ſecus eſt, ſi confirmatio † fiat ab homine, qui non poteſt fingere ſuper validitate actus, prout lex poteſt, vt poſt Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore*, probat Aretin. *in d.conſil. 128. col.2.* Quam-
8. obrem contractus inualidus †, qui ab homine confirmatur, eaſdem ſollemnitates requirit, quæ à principio neceſſariæ erant, & dicitur nouus contractus; ergo idem dicendum eſt de teſtamento. Ideo Bartol. *in l.1. in fine. de legat. 3.* dicit: Si teſtator coram ſeptem teſtibus voluntatem inualidam declarauit, & confirmauit, nouum teſtamentum feciſſe dicitur, ita vt valeat vt ex nunc, non autem vt ex tunc.

Secũdus caſus eſt, ſi teſtator ab initio fecit teſta-
9. mẽtum nullum & inualidum, & poſtea † diu tacuit, longo enim tempore poterat teſtamentũ mutare, & non mutauit, non ideo tacita confirmatio inducta dicitur, ita vt illud teſtamentum confirmatum dici poſſit, *Auth.vt facta noua conſtitutiones.§.quia verò, in verſ.& teſtatorum voluntates non accuſandas, ex eo quòd tempore quo ſuperuixerit non mutauerit.* Item ad hoc conferunt rationes in præcedenti caſu ſcriptæ, nam ſi expreſsè non potuit confirmare, niſi ſollẽnitates requiſitas adhibuerit; ergo multò minus tacitè ſine dictis ſollemnitatibus confirmaſſe dicendus eſt, quia validum eſt argumentum † ex defectu pote-
ſtatis ad arguendum nullam fuiſſe voluntatem. *l.* 10.
Lucius.§.penult.ff.ad municipal. cap.à nobis.de ſent. excommunicat. Bartol. *in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit.& demonſtrat.* Bald. *in l.final. §.in computatione, in fin.C.de iure delib.* Dec. *in conſil.504.col.1.* Crauett. *in conſil.106.num.6.* Item quia teſtator † non videtur 11.
voluiſſe, quod non expreſſit. *l. vnic.§.ſin autem ad deficientes.C.de caduc.tollend.l.ſi ſeruum. §.prætor ait, verſ. non dixit prætor. ff. de acquir.hæredit.* & latè probant hoc dictum Lanar. *in conſil. 60. num. 7.* Decian. *in conſil. 1. num. 21. vol. 1.* Socin. iun. *in conſil. 111. num. 28. vol.1.* Cephal. *in conſil. 616. num. 43. vol. 5.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat quando teſtamentum ab initio fuit validum, ſed propter poſthumi præteriti natiuitatem poſtea ruptum fuit, quia tunc ſi teſtator diu ſuperuixit, ita vt potuiſſet mutare teſtamentum, & non mutauit, & in eodem
teſtamento aderat clauſula † codicillaris, dicitur 12.
voluiſſe decedere cum eodem teſtamento, & eius effectu, vigore dictæ clauſulæ, ita vt poſthumus natus, vigore dictæ clauſulæ cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto in dicto teſtamento. Paul.de Caſtr. *in l.1. in fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. & in conſil.200. in fin.vol.1. & in conſil.15. col.3. & in conſil.271. in fine.verſ.præterea. vol.2.* Roman. *in conſil. 122. col.3. in princip.* & ibi Addentes, Alexand. *in conſil.123. num. 10. verſ.& hanc opinionem.vol.1. & in conſil.42. num.6.vol.2. & in conſil.31. num.5. vol.3.* Ruin. *in conſil.11. num. 5. vol. 3.* Decius *in conſil.490. n. 7. & ſeq.* vbi atteſtatur eſſe communem, Curt. iun. *in auth. ex cauſa, num.72. & in conſil. 150. num. 12.* vbi de communi. Pariſ. *in conſil. 60. num.23. & conſil. 64. num.9. vol.2.* Crauett. *in conſil. 67. num.2. & conſil. 407. num. 14.* vbi atteſtatur eſſe magis communem. Roland. *in conſil. 70. num. 3. verſ. & eo magis*, vbi alios allegat *vol.4.* Menoch. *in conſil. 224. num. 21. vol.3.* Theſſaur. *deciſ.141. num.11.*

Contrariã opinionem ſequuti ſunt plurimi, videlicet, ex eo quòd teſtator poſt natiuitatem poſthumi tanto tempore ſuperuixit, quo potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, dictam clauſulam non ſuffragari, niſi nouo iudicio coram teſtibus declaret, ſe velle cum illo teſtamento decedere, & ita tenet gloſſ. *in l.1. ver. littera. C. de codicillis*, & ibi Angel. *num.3.* Bartol. *in conſil.210. num. 4. & in conſil. 235. num.2.* Angel. *in l.qui iure militari, num. 1. ff. de teſtam. milit.* vbi dicit ita tenere collegium Perusinum, & ita etiam atteſtatur *in conſil. 108. num. 3.* Socin. *in conſil.93. in fin. vol.4.* Iaſ. *in d.auth.ex cauſa, num.25.* Ripa *in l.ſi vnquam, quæſt. 42. C. de reuoc. donat.* Socin. iun. *in conſil.153. num.6. & ſeq. vol. 2.* Cagnol. *in d. auth.ex cauſa, n.149.* Clar. *in §. teſtamentum quæſt.46. in fine.* Menoch. *in lib.4. præſumpt. 32. num. 12. & in conſil.499. vol.5.* vbi acerrimè defendit hanc opinionem, & ita fuit iudicatum in Regno Neapolis, ſequendo opinionem Excellentiſſimi Senatus Mediolanenſis, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 111. 5. tit. Teſtamentum. cap. ſemper clauſula, propè finem.* Idem

fuit iudicatum in Camera Imperiali, vt *in d. cap. ſemper clauſula*. & in ſupremo Senatu Luſitaniæ concluſum fuit, quòd nato filio, ſi eo tempore, quo ſuperuixit, non mutauit, & diſpoſitio nulla eſt, nouæ voluntatis argumentum eſſe non poteſt, imò potiùs confirmationis eius, quod ius introduxit, vt *in d. tomo 5. tit. Teſtamentum. cap. nato filio*.

Sed iſtæ opiniones ad concordiã reduci poſſunt, videlicet, quòd ſi alter teſtatoris filius hæres inſtitutus fuerat, tunc poſthumo nato, dicta clauſula
13. codicillaris † effectum habere poſſit, vt in terminis legatorum tradit Paul. de Caſtr. *in l. ſicut certi, num. 3. C. de teſtam. milit.* Aretin. *in l. Titius, num. 6. in fin. ff. de liber. & poſthum.* Ruin. *in conſil. 50. num. 2. verſ. ſecundò limitatur, vol. 2.* Capra *in concluſ. 111. num. 30.* & in terminis inſtitutionis Gabriel *in conſil. 113. num. 19. vol. 1.* Gratus *in conſil. 113. num. 28. vol. 2.* Anton. Gabriel *in titulo de clauſulis, concluſ. 8. num. 17. & ſeq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 32. num. 10. in fine.* Theſſaur. *in d. deciſ. 141. num. 15.* Et licèt contrariam opinionem tenent Bald. *in l. ſi totas, num. 1. in fin. C. de inoffic. donat. & in conſil. 165. num. 1. vol. 2.* Angel. *in d. conſil. 108. in 3. dubio, & in conſil. 211. in quarto dubio:* Zabarell. *in conſil. 20. num. 40. & ſeq.* qui omnes conſuluerunt in caſu quo alter filius fuerat hæres inſtitutus, & alij ad hoc allegati per Gabriel. *in d. concluſ. 8. num. 18. verſ. contrariam.* Tamen iſta opinio contraria non poteſt ſuſtineri, quando duo ſimul cõcurrunt, videlicet, quòd filius eſt inſtitutus, & teſtator tantum ſuperuixit, vt teſtamentum mutare potuerit, & non mutauit, tunc dicta clauſula codicillaris habebit effectum, Bartol. *in d. conſil. 210. num. 4. & in conſil. 235. num. 2.* Socin. *in conſil. 93 in fin. vol. 4.* Menoch. *in d. præſumpt. 32. num. 10. lib. 4.* Et ita pluries fuit iudicatum in Rota in pluribus cauſis quas refert *in tract. de clauſulis, part. 3. clauſula 11. num. 28. verſ. adde tamen. & in Digeſt. Nouiſſimis, tomo 5. tit. Codicillus, cap. poſthumus teſtamento.* Ideo ſi extraneus fuiſſet inſtitutus, & teſtator diu ſuperuiuens poſt natiuitatem poſthumi, cum eodem teſtamento decedere credendum non eſt, & ita fuit deciſum in Senatu Pedemontano, vt *in d. tit. Codicillus. cap. ſi igitur extraneus*, & in Senatu Luſitaniæ, vt *in d. tit. Teſtamentum. cap. nato filio.*

Tertius caſus eſt, quando teſtamentum erat nul-
14. lum †, & ipſe idem teſtator produxit illud teſtamentum apud acta Notarij iudicialis, quia tunc per productionem inducitur repetitio, quæ operatur idem ac ſi nominatim, & ſpecificè iterum diſpoſuiſſet, Menoch. *in conſil. 124. num. 61. vol. 2.* Crauett. *in*
15. *conſil. 135. num. 17.* Item quia propter repetitionem † inducitur confirmatio actus in vltimis voluntatibus. *l. legata inutiliter, in princip. de legat. 1.* Et licèt, quando producitur inſtrumentum, illa productio efficiatur de actis, ſed tenor illius non efficitur de actis Innoc. *in cap. cùm in iure, in fin. de offic. delegati*, & *ibi* Abb. *num. 6.* Io. Andr. *num. 18.* tamen quando tenor ſcripturæ dependet ex ſola voluntate produ-
16. centis, tenor † illius ſcripturæ efficitur de actis, prout eſt caſus *in l. ne ſatiſdatio, in fin ff. rem rat. haberi.* Roman. *ſingular. 359. & ibi* Addentes. Idem Roman. *in conſil. 63.* Felin. *in d. cap. cùm in iure, num. 14. verſ. ſunt duo caſus*; ergo teſtatore producente teſtamentum nullum penes acta Notarij, illius teſtamenti tenor fit de actis, quia dependet ex ſola voluntate producentis, & perinde eſt, ac ſi de nouo
17. iterum validum teſtamentũ faceret. Sicut † ſi teſtator petat teſtamentum iam factum publicari, dicitur de nouo teſtari in actis, & procedit diſpoſitio *l. omnium. C. de teſtam.* vt dicunt Fulgoſ. *in l. publicati. C. de teſtam.* ergo producendo teſtamentum nullum coram iudice, apud eius acta, dicitur illud repetere, & perinde eſt ac ſi de nouo validè teſtaretur, quia hic eſt effectus repetitionis. Oldrad. *in conſil. 132.* Iaſ. *in conſil. 207. num. 5. vol. 2.* Menoch. *d. conſil. 124. num. 61. vol. 2.*

Contrariam opinionem amplexa eſt Rota Romana, vt *in Digeſt. Nouiſſimis tomo 5. tit. Teſtamentum. cap. vbi teſtium.* Quia aliud eſt teſtamentum † fieri 18.
coram iudice, aliud coram iudice produci, vel repeti, & text. *l. omnium*, habet locum ſolùm ſi fiat coram iudice; ſed ſi teſtamentum factum eſſet extra acta, & extra præſentiam iudicis, & poſtea producatur apud acta, non habet locum diſpoſitio d. *l. omnium.* † Bartol. *ibid. num. 4.* Bald. *num. 3.* Paul. de 19.
Caſtr. *num. 3.* Salyc. *num. 7. verſ. ego credo.* Alexand. *num. 4.* qui atteſtatur eſſe magis communem opinionem. Item ſola productio teſtamenti apud acta non facit illud eſſe teſtamentum iudiciale, quia aliud eſt eſſe in actis, aliud de actis, & tunc dicitur eſſe in actis, & de actis †, quando poſt ci- 20.
tationem partis aduerſæ ad dicendum contra iura producta, & repetita, iudex illam ſcripturam admittit, & non antè, prout ſæpiùs in Rota deciſum fuit; antequam igitur iudex ſcripturam productam admittat, illa non dicitur eſſe de actis, aliàs omnia inſtrumenta producta eſſent iudicialia. Productio † igitur cuiuſlibet ſcripturæ non alterat il- 21.
lius qualitatem; quamobrem ſi ſcriptura ex ſui natura non probat, etiam producens illam impugnare poteſt. Bartol. *in l. poſt legatum, num. 2. ff. de his quib. vt indign.* Et ideo ſi ſcriptura producta non erat authentica, vel non erat ſollemnis ad probandum, producens † illam, non videtur confiteri contenta in ea eſſe vera, vt firmat Immol. *in cap. cùm venerabilis, in fin. de except.* & conſuluit Alexand. *in conſil. 108. col. 3. vol. 5. & in additionibus ad Bartol. in d. l. poſt legatum.* Iaſ. *in l. 1. §. editiones col. 3. ff. de edendo*, & *ibi* Alexandr. Afflict. *in deciſ. 25. & ibi* Addentes latiſſimè cumulant ſuper hoc, & pleniùs aliis ſcribit Riminald. iun. *in conſil. 213. col. 1. & 2. & 3. vol. 3.* ergo productio, & repetitio teſtamenti inualidi & non ſollemnis, non facit illud eſſe iudiciale, ita vt intret diſpoſitio d. *l. omnium*, quia ſi illud erat inualidum ab initio, ſola productio, & repetitio non poteſt illi dare validitatem. Idcirco dicit Rota *in allegata deciſione 123. part. 1.* in vltimò impreſſis: Si quis vult teſtamentum † inuti- 23.
liter factum repetere, vt iterum vtiliter teſtetur, tunc vel illud iterum faciendum eſt in actu valido, *d. l. legata inutiliter*, vel coram iudice facere debet, profitendo ſe facere actum iudicialem, atque petendo actum iam factum confirmari, quia tunc eſt actus nouus, perinde ac ſi omnia ſollemniter, & ritè facta eſſent, Sichardus *in l. publicati, num. 9. C. de teſtam.* Item diuerſa eſt materia d. l. *publicati*, quæ pertinet ſolum ad faciendum actum publicum & authenticum, ſed materia d. l. *omnium*, pertinet ad faciendum actum iudicialem. Item teſtamenta in actis † producta non ſunt iudicialia, quia 24.
originaria reſtituuntur producenti, & Notarius iudicialis de ſola productione fidem facere poteſt, copia verò ab eo Notario, qui de actu rogatus fuit, peti debet.

ARTI

ARTICVLVS II.

An teſtamentum nullum confirmetur ex tacita voluntate hæredis.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum nullum poteſt confirmari ab hærede.*
2. *Teſtamentum ob filij præteritionem eſt nullum, ſi filius velit,& contrarium eſſe verius, n.5.*
3. *Hæres non poteſt contrauenire promiſſioni factæ teſtatori.*
4. *Teſtamenti approbatio,quando prodeſt omnibus, etiam abſentibus.*
6. *Hæredes non poſſunt confirmare priuatam ſcripturam in vim teſtamenti.*
7. *Ius publicum pactis priuatorum alterari non poteſt.*
8. *Hæres adeundo dicitur conſentire ſe teneri quatenus lex velit.*
9. *Teſtamenti approbatio poteſt fieri per pactum in concernentibus intereſſe priuatum.*
10. *Approbatio teſtamenti,qualis eſſe debeat.*
11. *Laudum auferens liberam teſtandi facultatem non poteſt confirmari per pactum.*
12. *Confirmatio per viam pacti debet fieri præſentibus,& acceptantibus.*
13. *Teſtamenti approbatio non obligat hæredem erga abſentes.*
14. *Conſenſus ſimultaneus requiritur in quolibet contractu.*
15. *Hæres promittens ſoluere vnum legatum ex teſtamento inualido,non eſt obligatus ad alia.*
16. *Hæres approbans teſtamentum inualidum, non obligatur ex illo,ſed ex pacto.*
17. *Hæres ſoluens ex teſtamento inualido, non poteſt ſolutum repetere.*
18. *Relictum in voluntate minus ſollemni non parit actionem, ſed pro eo datur retentio ſoluti.*
19. *Teſtamentum nullum non poteſt approbari,niſi data ſcientia nullitatis.*
20. *Teſtamenti, & contentorum in eo quando requiratur ſcientia explicita,& indiuidua.*
21. *Teſtamenti,& contentorum in eo ignorantia præſumitur etiam in filio,& hærede ſuo.*
22. *Hæres adeundo hæreditatem non tenetur obſeruare præceptum teſtatoris contra legem.*
23. *Filius adeundo hæreditatem ſibi non præiudicat in legitima.*
24. *Legitima poteſt prohiberi filio ſi inſtituatur in tota hæreditate.*
25. *Filius ſibi præiudicat in legitima, quando acceptat totam hæreditatem cum onere reſtitutionis.*
26. *Filius inſtitutus in certa re cum clauſula,ſit* contentus,*poteſt petere ſupplimentum legitimæ.*
27. *Legitimæ ſupplementum præſcribitur triginta annis.*
28. *Teſtamentum cum captatoria voluntate confirmari non poteſt ab hærede.*

IN hoc articulo regula affirmatiua
conſtituitur per text. *l. non dubium.* †
1. *C. de teſtament.* & *ibi* gloſſ. & omnes
Doct. notant, & ideo teſtamentum
nullum propter præteritionem filij,
ob ſolam illius approbationem conualidatur. gloſſ.
in l. filio præterito. ff. de iniuſto teſtam. Bartol. *ibi num.*
29. Immol. *num.* 56. qui atteſtatur eſſe communem,
quia in tali caſu teſtamentum ob filij † præteri- 2.
tionem ita demum eſt nullum, ſi filius voluerit, &
de nullitate dixerit. gloſſ. *in d. l. filio præterito, in ver.*
tuebitur. Iaſ. *in l. poſthumo. num.* 32. *C. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* vbi atteſtatur eſſe communem. Immol. *in*
d. l. filio præterito, num. 3. *verſ. Item nota argumentum*;
ergo ſi nullitas dependet à voluntate filij, poteſt
ipſe approbare tacitè, vel expreſsè. Item facit *l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtit.* Vbi hæres, qui te-
ſtatori promiſit † ſoluere legatum,non poteſt vl- 3.
teriùs illud impugnare. Alex. & alij, præſertim Ri-
pa *in l. nemo poteſt. de legat.* 1. Benedict. *in cap. Raynutius part:* 2. *verb. ſi abſque liberis, in* 2. *num.* 132. *de te-*
ſtam. & quòd approbatio teſtamenti † facta à fi- 4.
lio præterito proſit omnibus,etiam abſentibus,no-
tat Bart. *in d. l. filio præterito, n.* 28. & 33. & *ibi* communiter
ſequuntur, & etiam abſentes poterunt agere
ex actu approbato,vt plures ad hoc refert Maſcard.
concluſ. 347. *num.* 83. Sed hoc eſt verum,quando ap-
probatio tendit ſolùm ad declarandam volunta-
tem approbantis, ſecus eſt ſi ad illum obligandum,
quia tunc neceſſaria eſt præſentia illius, cui acqui-
renda eſt obligatio, vt poſt Socin. *in conſil.* 105.
numer. 10. *verſ. quintò etiam adducimus, vol.* 4. Surd.
deciſ. 132.

Sed licèt dicta regula communiter recipiatur ab
omnibus,tamen ſupradicta eorum ratio, quòd te-
ſtamentum ob præteritionem filij, ita demum eſt
nullum,ſi filius vult †, non eſt vera, vt ſcripſi ſu- 5.
prà in hac parte, *quæſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 3. & nunc addo
Alexand. *in d. l. poſthumo, num.* 16. *in fin.* qui atteſtatur
communem opinionem eſſe contra illam rationem.
Dec. *ibid. num.* 9. vbi dicit hanc eſſe veram opinio-
nem. Angel. *in d. l. filio præterito, num.* 5. *verſ prima eſt,*
quòd teſtamentum, vbi dicit hanc eſſe veram opi-
nionem,& communem, Anton. Gomeſ. *in tom.* 1. *var.*
reſolut. cap. 11. *verſ. prima eſt,* vbi dicit gloſſam *in d. l.*
filio præterito, communiter reprobari. Benedict. *in*
cap. Raynutius, part. 1. *verbo in eodem teſtamento relinquens, in* 1. *num.* 9. & *ſeq.* vbi pariter atteſtatur de
communi. Angel. Aretin. *in conſil.* 103. *num.* 33. vbi
etiam dicit communem, quia actus, quando eſt o-
mnino nullus de iure, confirmari nullo modo po-
teſt. Bartol. *in l. quòd obſeruare, in prima oppoſitione. ff. de*
offic. proconſul. Ancharan. *in conſil.* 123. Dec. *in l. ſemper qui non prohibet, num.* 16. *de reg. iur.* & *in conſil.* 488.
num. 18. reſpondet, quòd hæredes † non poſſunt 6.
confirmare priuatam ſcripturam,quam teſtator vo-
luit habere vim teſtamenti,quia cùm iſtud ſit de iu-
re publico,ideo pactis priuatorum † alterari non 7.
poteſt. *l.* 3. *ff. de teſtam. l. fin. ff. de ſuis,& legitim.* aliàs
legis diſpoſitio redderetur cluſoria. Socin. iun. *in*
conſil. 3. *num.* 5. & 7. *vol.* 4. & *ibid. n.* 6. poſt Alexand.
in conſil. 123. *num.* 5. & *ſeq. vol.* 1. quòd teſtamentum
nullum non poteſt confirmari per ſententiam iu-
dicis.

Idcirco dicta regula declarari poteſt, primò, vt
hæres adeundo hæreditatem † ex teſtamento nul- 8.
lo,non videtur conſentire ſe teneri, niſi quatenus
lex diſponit,cùm ea lege videatur adire, & ea for-
ma præſumendum eſt illum conſenſiſſe, & quaſi
contraxiſſe. Bald. *in conſil.* 184. *col.* 2. *verſ. bene concedo, quòd licèt teſtator, vol.* 5. Peregrin. *de fideicommiſſ.*
artic. 36. *num.* 86. Crauett. *in conſil.* 86. *num.* 5. *verſ. ad*
idem. Sed ſi promiſerit legatario ſoluere illud lega-
tum quod ſibi in illo teſtamento relictum fuerit,
tunc hæres dicitur approbare teſtamentum, & ap-
probatio † eſt valida, quia concernit intereſſe 9.
priua

priuatum, & hoc eſt quod dicit Paul. de Caſtr.
quòd ſimplex approbatio non ſufficit, ſed pactum
requiritur, & Surd. *in conſil.* 53. *num.* 23. *& ſeq.* poſt
10. alios relatos ſcribit, quòd huiuſmodi approbatio †
debet eſſe talis, quæ poſſit deduci in pactum, quia
aliter non valebit vt teſtamentum, neque vt pa-
ctum. Quamobrem approbatio non conualidat
actum nullum, quando nullitas non dependet à po-
teſtate approbantis, vt declarat Abb. *in cap. exami-
nata, in 2. not. de confirmatione vtili, vel inutili*, &
comprobantur ex ſcriptis per Decium *in conſil.* 475.
11. *num.* 34. vbi quòd ſi laudũ † auferat liberam teſtan-
di facultatem, illud non poteſt confirmari per pa-
ctum, quia eadem nullitate eſt affectum laudum, &
pactum; ergo per pactum poteſt confirmari teſta-
mentum nullum, ratione priuati intereſſe, quod po-
teſt deduci in pactum.

Secundò declaratur, quòd dicta approbatio per
12. viam † pacti, debet fieri præſentibus legatariis,
& acceptantibus, aliàs eſſet publicatio, quæ non
obligat. Iaſ. *in l. pactum, num.* 4. *in fin. ff. de pact. &
in conſil.* 82. *num.* 14. *&* 18. *vol.* 3. vbi quòd hæres ap-
13. probando ſimpliciter teſtamentum † cœci minus
ſollemniter factum, non obligatur, ſi legatarij erant
abſentes. Item quia quando approbatio tendit ad
obligandum, tunc requiritur præſentia, & conſen-
ſus illius, cui acquirenda eſt obligatio. Socin.
in d. conſil. 105. *num.* 10. *vol.* 4. quia in quolibet
14. contractu † ſimultaneus conſenſus interuenire
debet. *l.* 1. *ff. de pact.* & alia ſcripta per Maſcard. *in d.
concluſ.* 347. *num.* 89. & latiùs per Surd. *in deciſ.* 132.
num. 11. *& plur. ſeq. & in conſil.* 136. *num.* 53. *vol.* 1.
15. Quamobrem ſi hæres † ſoluerit, vel promiſerit
ſoluere vnum ex legatis, non eſt obligatus ad ſolu-
tionem aliorum. *l. Lucius in* 2. *§. ſed cum teſtator. de le-
gat.* 2. gloſſ. *in l.* 2. *ver. præſtiterunt. C. de fideicommiſſ.*
Bald. *in d. l. non dubium in* 5. *oppoſit. C. de teſtam.* &
ibi Iaſ. *num.* 5. diffusè probat Cephal. *in conſil.* 377.
num. 54. *& plur. ſeq.* Crauett. *in conſil.* 200. *num.* 9.
Clarus *in §. donatio quæſt.* 90. *in fin.* Phanuc. *de inuen-
tario part.* 6. *num.* 121. Imò ſi plura legata eſſent fa-
cta vni, & eidem perſonæ, & hæres illi ſoluerit, vel
promiſerit ſoluere vnum legatum, tunc non eſt
obligatus ſoluere aliud. Surdus *in tract. de alimen-
tis. tit.* 8. *priuileg.* 22. *num.* 13. *& plur. ſeq.* Et ratio eſt
16. quia hæres † non remanet obligatus ex teſta-
mento, ſed obligatur ex pacto, & ideo agendum eſt
ex confirmante, non ex confirmato. *l. adoptio. ff. de
adopt.* Bartol. & cæteri *in l. ſi quis priore. ff. ad Tre-
bell.* Surd. *in d. priuileg.* 22. *num.* 24. Mantic. *de
coniectur. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 10. Quare approba-
tio teſtamenti facta ad beneficium vnius ex le-
gatariis non prodeſt aliis, præſertim abſen-
tibus.

17. Tertiò declaratur, quòd hæres approbãdo † te-
ſtamentum inualidum, & illius vigore aliquid ſol-
uendo, non poteſt vlterius ſolutum repetere. *l.* 1. *&
l.* 2. *& l. ſi veritas*, & *ibi* Bald. *num.* 8. *C. de fideicommiſſ.*
Crauett. *in conſil.* 277. *col. antepenult. verſ. & quòd ex
18. obſeruantia.* Et ratio eſt, quia pro relicto † in vo-
luntate minus ſollemni datur retentio, non autem
actio. *d. l.* 2. *C. de fideicom.* & probat Surd. *in d. priui-
leg.* 22. *num.* 12.

Quartò declaratur, vt eatenus inducatur appro-
batio teſtamenti nulliter facti, quatenus hæres ha-
19. buerit notitiam † illius nullitatis. *l. mater. §. cæte-
rum. ff. de inoffic. teſtam.* gloſſ. *in d. l. non dubium. ver.
agnouerit. C. de teſtam.* quia ſine ſcientia non datur
approbatio. Alexand. *in conſil.* 2. *num.* 9. *vol.* 4. Iaſ.
in l. nec is. §. hæres, num. 9. *ff. de acquir. hæredit.* Rota
deciſ. 244. *num.* 2. *part.* 1. *in vltimis.* Corn. *in conſil.*
207. *per tot. vol.* 1. Gabriel *in conſil.* 36. *num.* 59. *&
ſeq. vol.* 1. *& in conſil.* 67. *num.* 27. *vol.* 2. & latiùs pro-
bat Cacheran. *in deciſ.* 179. Item requiritur ſcien-
tia † explicita, & indiuidua omnium contento- 20.
rum in teſtamento. Roman. *in conſil.* 407. *num.* 17.
verſ. ſecundò quia quicquid. Crauett. *in conſil.* 193.
num. 8. *& in conſil.* 423. *num.* 6. Corn. *in conſil.* 153.
num. 3. *& ſeq. vol.* 4. Item hoc eſt regulare in omni
materia præiudiciali, quòd requiritur ſcientia ex-
plicita, & indiuidua ipſius actus præiudicialis, & o-
mnium qualitatum. Menoch. *in conſil.* 389. *num.* 21.
& ſeq. vol. 4. Surd. *in conſil.* 329. *num.* 27. *& ſeq. vol.* 3.
& in deciſ. 265. *num.* 18. *& ſeq.* qui alios refert. Et
in filio †, & hærede ſuo præſumitur ignorantia 21.
teſtamenti, & contentorum in eo. Bartol. *in l. qui
Romæ. §. duo fratres. in quæſt.* 3. *num.* 13. *ff. de verb. obli-
gat.* & *ibi* Ripa *num.* 50. *& in l. filiusfamilias. §. diui.
num.* 11. *in fin. de legat.* 1. Alexand. *in conſil.* 3. *num.* 4.
in fin. & num. ſeq. vol. 3. Rota *in deciſ.* 448. *num.* 5.
part. 1. *in vltimis.* Saltem illa explicita, quæ in præ-
iudicialibus neceſſaria eſt, vt not. *in l. de his. ff. de
tranſactionib.* gloſſ. *in cap. concertationi. ver. ſciuerit. de
appellat. lib.* 6. Cacheran. *deciſ.* 176. *num.* 3. *& ſeq.* Ro-
ta *deciſ.* 621. *part.* 1. *in vltimis.* Ex quibus declaratio-
nibus inferri poteſt ad reſolutionem multorum
caſuum.

Primus eſt, hæres adeundo † hæreditatem ſim- 22.
pliciter, non cenſetur approbare totum teſtamen-
tum, ita vt teneatur ſeruare præcepta teſtatoris à
iure improbata. *l. Seius, & Augerius*, & *ibi* notant
Bartol. & alij. *ff. ad leg. Falcid.* Bald. *in l.* 1. *num.* 8. *C.
de his quæ pœnæ nomine*, *& in conſil.* 161. *vol.* 1. Ber-
trand. *in repetition. d. l. Seius. §. ſi verò plus, num.* 12. qui
ad hoc allegat text. *l. dotali. §. final. ff. de fundo dotal.*
Ideo ſi parentes inſtituiſſent alios ſecundi matri-
monij in maiori quantitate, quàm filios prioris, vel
econtra, contra *l. fœmina, & l. hac edictali. C. de ſecundis
nuptiis*, etiamſi illi adieciſſent hæreditatem, poſſunt
teſtamentum impugnare contra legis prohibitio-
nem, vt ſcripſi ſuprà *in part.* 3. *quæſt.* 11. *art.* 3. *col. pe-
nult. & final.*

Secundus caſus eſt ſi filius, cui in teſtamento pa-
tris factum eſt præiudicium in legitima †, adiuerit 23.
hæreditatem per dictam aditionem, non dicitur ſi-
bi feciſſe præiudicium in legitima. Ancharan. *in
conſil.* 152. *num.* 8. Ruin. *conſil.* 57. *num.* 2. *vol.* 2. Ale-
xand. *conſil.* 89. *circa fin. vol.* 4. Cephal. *in conſil.* 188.
num. 30. & alij plures relati per Mantic. *de coniectur.
lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 8. & Craſſ. *in §. legitima. quæſt.* 38. *num.*
31. qui plures refert.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
pater inſtituit filium † in tota ſua hæreditate, & 24.
prohibet illi detractionem legitimæ, cum condi-
tione, quòd ſi legitimam detrahere vult, tunc in di-
cta ſola legitima illum inſtituit; hoc enim caſu ſi
filius adit hæreditatem ſimpliciter, & ita teſtamen-
tum approbat, non poteſt vlterius detrahere legiti-
mam liberè, ſed ſibi imputare debet, qui cùm po-
tuiſſet habere legitimã † liberè, maluit eligere to- 25.
tam hæreditatem cum onere fideicommiſſi. Socin.
iun. *in conſil.* 122. *in* 2. *dub. num.* 8. *vol.* 1. Decius
in conſil. 688. Durand. *de arte teſtandi tit.* 5. *caut.* 31.
num. 6. & alij relati per Gabriel. *in tit. de legitima.
concluſ.* 1. *num.* 59. Cuchus *in tract. de legitima, in. quòd
legitima nullum grauamen admittit, num.* 29. Eugenius
in conſil. 38. *num.* 7. *&* 11. Sed iſta declaratio eſt in-
telligenda data ſcientia dicti teſtamenti, & conten-
torum in ea, vt ſuperiùs dixi.

Tertius caſus eſt, filius inſtitutus in aliqua re pro
ſua

ſua legitima,& grauatus de reſtituendo,etiam cum clauſula,quòd ſit tacitus,& contentus eo quod ſibi pro legitima relictum eſt,ſi teſtamentum ſimpliciter adiuerit, non dicitur illud approbare, quin
26. poſſit petere † ſupplementum legitimæ,quoniam, vt dixi,non tenetur ſeruare præceptum teſtatoris à iure improbatum,contra *l.ſcimus.§.repletionem. C. de inoffic. teſtam.* & dictum ſupplementum legitimæ omni tempore petere poterit,quia illi non præſcri-
27. bitur,niſi ſpatio † triginta annorum,ſecundùm receptiorem,& veriorem opinionem. Bald. *in l. ſi quis in ſuo.num.4.& in l.ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam. & in conſil.* 25*.num.*3*.vol.*4. Angel. *in l. omni modo, num.* 3*.C.de inoffic.teſtam.& in d.l.ſi quis filium. §.ſed nos. num.*3. vbi etiam Salyc. *num.*8.Calderin.*in conſil.* 17.*de teſtam.* Fulgoſ. *in conſil.*33*. num.* 3. Paul. de Caſtr.*in d. l.ſi quis filium,num.* 4*. verſ. ſed eſt dubium, & in conſil.* 109*.num.*2*. vol.*1. Alexand.*in conſil.*128. *num.*10*. vol.*1.Iaſ.qui atteſtatur de communi *in d. l. ſi quis filium,num.*5*. & ſeq.* Dec. *in conſil.*80*. num.*19. *verſ.quintò quæritur.*Grat.*in conſil.*109*.num.*21*.vol.*1. Socin.iun. *in conſil.*164*.num.*3*.& ſeq.vol.*2.Tiraq. *in l.ſi vnquam,in fin. num.*312*. &* 315*. C.de reuoc. donat.* Natta *in conſil.* 156*.num.*4. Bero. *in conſil.* 150*. num.* 1*.& n.*3*.verſ.ideoque*,qui dicit communem,& veriorem opinionem,& ab ea non eſſe in conſulendo,& iudicando recedendũ,*& in conſil.*.38*.n.* 2. latè Craſſus *in §.legitima, quæſt.*47*. per totam.* Surd. *deciſ.* 148. *num.* 13. Et hanc opinionem ſequuta eſt Rota Romana,vt *in Digeſt. Nouiſſim.tomo* 5*. tit. legitima, cap. ius petendi,* quia ſiue competat condictio ex lege pro legitimæ conſequendæ ſupplemento, iuxta gloſſ. *in l.omnimodo. §.exigere. C. de inoffic. teſtam.* præſcriptio requiritur triginta annorum. *l. ſicut.C. de præſcript.* 30*.annorum,& §.*1*. Inſtit. de perpetuis, & temporalib. præſcript.*ſiue competat petitio hæreditatis,non minori temporis ſpatio præſcribitur. *l.hæreditatis. C.de petit. hæredit.* & in hoc puncto, per hæc ſcripta ego obtinui idem decidi in Rota, in quadam cauſa Romana de Celſis, dum eram ibi Aduocatus.

Quintus caſus eſt,quando teſtamentum eſt nul-
28. lum propter voluntatem captatoriam † , & tunc quia agitur de intereſſe publico,pactis priuatorum fieri non poteſt,vt valeat, neque approbari poteſt, prout ad hoc eſt pleniſſima deciſio Surdi 53. *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5*. tit. Teſtamentum.cap.ſed captatoria.*

ARTICVLVS III.

An teſtamentum nullum poſſit confirmari per pactum.

SVMMARIA.

1. *Contractus poſſunt fieri in teſtamento.*
2. *Hæres, qui promiſit teſtatori obſeruare eius voluntatem, teneri dicitur obſeruare, in vim contractus.*
3. *Contractus in teſtamento factus poteſt probari per duos teſtes.*
4. *Hæres promittendo teſtatori, quomodo dicatur promittere ſibi ipſi.*
5. L.final.ff.de ſolut. *declaratur.*
6. *Promiſſio hæredis facta teſtatori de obſeruando, non prodeſt abſentibus intereſſe habentibus.*
7. *Teſtator non poteſt ſtipulari ab hærede pro intereſſe habentibus.*
8. *Emptor non tenetur creditoribus venditoris ſoluere,etiam ſi illis promiſerit ſoluere.*
9. *Stipulatio poteſt fieri à iudice, & Notario pro intereſſe habentibus.*
10. *Stipulari poſſe alteri, poteſt à ſtatuto induci.*
11. *Stipulatione Notarij non acquiritur ius irreuocabile ante acceptationem.*
12. *Acceptatio iuris ſtipulati per Notarium dicitur facta per ſolam ſcientiam ſtipulationis.*
13. *Iuramentum ſupplet præſentiam partis abſentis.*
14. *. . operatur translationem iurium ſine ceſſione.*
15. *Acceptatio iuris requiritur, etiam promiſſore iurante.*
16. *Hæres factus cum fiducia reſtituendi quando conuenitur actione negotiorum geſtorum, vel mandati.*
17. *Hæres fiduciarius non detrahit Trebellianicam, & totam cum fructibus hæreditatem reſtituere debet.*
18. *Trebellianica non detrahitur,quando hæreditas reſtituenda eſt ex conuentione.*
19. *Hæres fiduciarius tenetur ex contractu reſtituere.*
20. *Contractus fiduciæ factus in teſtamento cum teſtatore probatur per duos teſtes.*

SCripſi in præcedentibus,in teſtamento poſſe fieri contractum † de re 1.
pertinente ad teſtamentum, ad text. *l.cùm quis decedens.§. codicillis,de legat.* 3. & probat Immol.*in l.hæredes palàm. §.final.col.final.ff.de teſtam.* Et quia contractus poſſunt fieri, vel inter hæredem, & teſtatorem ad beneficium tertij,vel inter hæredem, & tertium ſuper hæreditate deferenda cum conſenſu teſtatoris; idcirco iſti duo caſus in præſenti articulo diſcutiendi ſunt.

Primus igitur caſus eſt,quando hæres † in te- 2.
ſtamento minus ſollemni promiſit teſtatori obſeruare voluntatem ſuam, tunc dicta promiſſio debet habere validitatem, vt probat Craſſus *in §. teſtamentum.quæſt.*55*.num.*21.vbi quòd debet obſeruari non tantùm in vim vltimæ voluntatis, ſed etiam in vim contractus,quia vltima voluntas tranſiuit in
contractum †, & ideo ad probationem iſtius volun- 3.
tatis duos tantùm teſtes ſufficere, ſcribit, allegando Bartol. *in l. nemo poteſt. de legat.* 1. cuius opinionem eſſe communiter receptam dicit Iaſ. *ibi in prima lectura num.* 18*. & in* 2*. lectura numer.* 27. Ripa *num.* 26. Crot. *num.* 11. Bolognet. *num.* 26.

Ego verò credo hanc opinionem nullo modo eſſe veram, quia nemo poteſt obligari ſibimet ipſi, cùm nemo poſſit eſſe agens, & patiens in vno actu,
ſed quando hæres promittit † teſtatori,conferen- 4.
do effectum obligationis ad tempus, quo teſtator mortuus eſt,dicitur promiſiſſe ſibi ipſi, quia tunc teſtatorem in omnibus repræſentat,*Auth.de iureiur. à moriente præſtito,in princip.* Ideo text. *l.final.* † *ff. de* 5.
ſolut. dicit, quòd ſi mando debitori meo, vt poſt mortem eius debitum ſoluat Titio, per mortem mandantis extinguitur mandatum, & Rubeus in repetitione *l. non ſolum.§ morte. num.*39*. ff.de noui oper.nuntiat.*dicit,ideo mandatum extinguitur,quia factum eſt de re, quæ poſt eius mortem non pertinet ampliùs ad mandantem, ſed ad eius hæredem; ideo nouum mandatum requiritur. Ita iſta promiſſio hæredis facta teſtatori, de re, quæ poſt eius mortem

mortem non pertinet ampliùs ad teſtatorem , ſed
ad ipſum met hæredem , dicitur facta ſibi metipſi,
nec poteſt oriri actio ex teſtamento ad fauo-
rem intereſſe prætendentium , quia præſuppo-
nitur minus ſollemne , & imperfectum , neque ex
d. promiſſione , quia facta ſibimet ipſi non pa-
rit actionem. Item ſi voluntas , quòd dicta pro-
6. miſſio facta teſtatori † , dicatur facta ad bene-
ficium intereſſe habentium , reſpondeo, quòd cùm
dicti intereſſe habentes eſſent abſentes , tunc di-
cta promiſſio tranſit in naturam pollicitationis,
& pacti nudi , quod nullam parit actionem , vt
poſt Surd. *in deciſ. 53. & deciſ.* 232. ſcripſi in
immediatè præcedenti articulo. Item quia teſta-
7. tor † non poteſt ſtipulari pro dictis intereſſe
habentibus abſentibus. *§. alteri. Inſtit. de inutilib.
ſtipulat.* Et ideo venditore mandante emptori ,
vt pretium ſoluat creditoribus ipſius vendito-
ris , nulla actio quæritur dictis creditoribus con-
8. tra emptorem † , etiamſi ipſe emptor ſpecifi-
ce promiſerit venditori ita ſoluere , niſi ipſe ven-
ditor ceſſerit ſua iura dictis ſuis creditoribus con-
tra emptorem debitorem pretij. *l. cum res. C. de do-
nat.* & *ibi* Cyn. *numer.* 2. Bald. *numer.* 1. *in fin. &
in l. quoties , verſ. ſecus ſi illud pactum. C. de donat.
quæ ſub modo* , & Salyc. *in d. l. quoties . in fin. verſ.
creditores ſuas habebunt actiones , & in d. l. cum res.
num.* 1. *in fin. verſ. ſic in creditoribus.* Bartol. *in l. ſti-
pulatio ipſa. §. final. num. 3. verſ. fallit verò ff. de verb.
obligat.* Tiraquell. *de retract. lignagier.* §. 1. *gloſſ.* 14.
numer. 10.

Idcirco iſte primus caſus poſſet eſſe verus,
quando hæres promiſerit teſtatori obſeruare o-
mnia in illo teſtamento minus ſollemni conten-
ta , & Notarius ſtipulatus fuiſſet pro omnibus in-
9. tereſſe habentibus , quoniam iudices † & Nota-
rij ſtipulari poſſunt pro aliis in his , quæ ab eo-
rum officio dependent , vt multos ad hoc conge-
rit Tiraquell. *in tract. de conſtituto , in 3. parte. li-
mitat. 20. numer. 24. & ſeq.* & Menoch. *in conſil.
92. numer. 68. volum.* 1. vel eſſemus in loco , vbi
10. adeſt ſtatutum , quòd quilibet priuatus † poſ-
ſit alteri ſtipulari , prout adeſt Florentiæ , ſuper
quo ſtatuto reſpondet Alexand. *in conſil.* 112.
numer. 1. *volum.* 2. Sed hoc etiam caſu , per ſti-
11. pulationem Notarij non eſſet acquiſitum ius †
irreuocabile prætendentibus intereſſe ex illo te-
ſtamento , quia ante acceptationem , dicta pro-
miſſio per hæredem reuocari poſſet ; prout hanc
eſſe magis communem , & veriorem opinio-
nem , probat Theſſaur. *in deciſ. 70. numer.* 3. vbi
allegat quadraginta Doctores pro iſta concluſio-
ne, & hanc opinionem ſequuta eſt Rota Roma-
na , vt per Puteum *deciſ. 22. numer. 6. & ſeq.
part.* 2. Item hæc concluſio eſt vera etiam in
caſu ſupradicti ſtatuti , quia neque acquiritur
ius irreuocabile ante acceptationem , vt probat
Couar. *in lib. 1. variarum reſolut. cap. 14. numer.
13. verſ. & nihilominus adhuc extante lege Regia
donatorem poſſe reuocare donationem abſenti factam
ante eius acceptationem.* Sed Rota tenet , quòd
12. dicta acceptatio † dicatur facta , eo ipſo quòd
habens intereſſe habuerit ſcientiam dictæ ſti-
pulationis per Notarium interpoſitæ , vt eſt
*in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. tit. Stipulatio. cap.
ſed an.*

Item dictus caſus poſſet eſſe verus , etiam-
ſi Notarius non eſſet ſtipulatus pro intereſſe præ-
tendentibus , dummodo ipſe hæres promittens
teſtatori , iurauerit ita obſeruare , quia iuramen-
tum ſupplet † præſentiam partis abſentis, gloſſ. 13.
in cap. quoties cordis oculus. 7. quæſt. 1. Roman.
in conſil. 76. vbi quòd iuramentum habet vim
iudicij , & ideo operatur † tranſlationem iu- 14.
rium abſque ceſſione. Item quia ſupplet præſen-
tiam abſentiæ , Gratus *in conſil. 12. numer. 9. vol.*
1. Riminald. iun. *in conſil. 239. numer. 8. volum.*
3. Hondedeus *in conſil. 37. numer. 21. volum.* 1.
Sed hoc intelligitur , quando habens intereſſe ac-
ceptauit † promiſſionem , aliàs abſenti ius non 15.
acquiritur per iuramentum , niſi ſequuta ratifi-
catione. Purpurat. *in conſil. 478. numer. 28. vo-
lum.* 2. Gratus *in conſil. 25. numer. 45. volum.*
1. Alciat. *in cap. cùm contingat , numer. 112. &
366. de iureiur.* Bauerius *in tract. de viribus iu-
ramenti, effectu* 12. Cagnol. *in l. final. numer. 273.
C. de pact. inter empt. & vendit. verſ. aduerten-
da etiam* , & hanc opinionem ſequuta eſt Rota
Rom. vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. tit. Donatio. cap.
hac verba.*

Secundus caſus eſt , quando hæres præſtat fi-
dem teſtatori , & Titio de reſtituendo hæredita-
tem dicto Titio poſt certum tempus : nam ſi
fuit adhibitus à teſtatore , poterit ab ipſo Titio
conueniri actione † negotiorum geſtorum ad 16.
ſibi reſtituendum ; ſi verò à teſtatore , & Titio,
poterit connueniri actione mandati , ita decla-
rat Bartol. per illum text. *in l. quidam cùm fi-
lium. ff. de hæredib. inſtit.* & hoc caſu , iſte erit
hæres fiduciarius , ſiue confidentiarius † , qui 17.
omnino tenetur reſtituere totam hæreditatem,
abſque aliqua deductione Trebellianicæ , vt poſt
Bartol. probat Alexand. *in additionibus ad ipſum
in d. l. quidam cum filium.* Item quia communi-
ter receptum eſt , quòd hæres , qui debet reſti-
tuere hæreditatem ex pacto , & conuentione, non
detrahit Trebellianicam †. Crauett. *in conſil.* 18.
130. *numer.* 11. Decian. *in conſil.* 41. *numer.* 19.
volum. 1. Item hæres fiduciarius , ſiue confiden-
tiarius non detrahit Trebellianicam , vt firma-
runt Menoch. *in conſil.* 1155. *numer.* 14. *&
plur. ſeq. volum.* 12. & Peregrin. *de fideicommiſſ.
artic. 3. numer.* 19. qui cæteros referunt , & ita
fuit iudicatum in Rota , vt *in Digeſt. Nouiſſim.
tomo 5. tit. Hæres. cap. illa verba* , eſt *deciſio* 765.
part. 2. in vltimis. Et ratio eſt , quia hæres fidu-
ciarius reſtituit hæreditatem ex fide , quam præ-
ſtitit teſtatori , gloſſ. *in l. Seius Saturninus , in
princip. in ver. fiduciariam. ff. ad Trebellian.* vbi
exponit , hæredem fiduciarium , quia de eo mul-
tum confidebat teſtator , & gloſ. final. *in l. ſi
poſtulante. ff. eod. tit.* qui non eſt verus , & iu-
ſtus hæres , ſed veluti depoſitarius , cuius fidei
credita eſt hæreditas alteri reſtituenda. Menoch.
in d. conſil. 1135. *numer.* 16. poſt alios quos re-
fert ; ergo tenetur † ex contractu reſtituere, 19.
qui in teſtamento factus fuit , qui contractus poſ-
ſet probari item per teſtes ſingulares , vel ſaltem
per duos teſtes †. Alba. *in conſil.* 528. & 529. *nu-* 20.
mer. 2. vbi dicit eſſe communem. Signorol. *in con-
ſil.* 188. *numer.* 15. & alij relati per Mantic. *lib. 12.
tit. 16. numer. 2. & ſeq.* quos in hoc puncto ſequi-
tur Rota *in d. deciſ. 765. numer. 7. & ſeq. part. 2. in
vltimis.*

ARTI

ARTICVLVS IV.

An teſtamentum nullum poſſit confirmari per reſcriptum Principis.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum nullum ob defectum ſollemnitatum poteſt confirmari per reſcriptum Principis.*
2. *Teſtamentum furioſi aliquando fuit approbatum à Senatu.*
3. *Princeps tollit omnes defectus iuris poſitiui.*
4. *Princeps non tollit defectus iuris non ſpecificatos.*
5. *Generalitas non operatur in his quæ in facto ignorato conſiſtunt.*
6. *Clauſula* ſupplentes,*operatur in his ſolum,de quibus Princeps eſt informatus.*
7. *Leges adducentes ſollemnitates poteſt Princeps habere pro infectis.*
8. *Princeps tollit defectum ſubſtantialis ſollemnitatis.*
9. *Clauſula* ſupplentes,*non tollit defectus prouenientes de iure naturæ.*
10. *Princeps non poteſt approbare teſtamentum furioſi.*
11. *Clauſula* ſupplentes, *non operatur expreſſa obreptione,& falſitate.*
12. *Clauſula* ſupplentes , *reſtringitur ſolùm ad expreſſos defectus.*

QVando teſtamentum eſt nullum,quia
non fuerunt obſeruatæ ſollemnitates
1. iuris †, tunc ſi fuerit confirmatum
per reſcriptum Principis ſupplentis
omnem defectum,ac ſi cum omnibus
ſollemnitatibus iuris confectum eſſet,omninò validum
factum dicitur.gloſſ. final. *in cap.* 1 *. de tranſact.*
& *ibi* notãt omnes Doct.quia omnia noſtra facimus,
quibus authoritatem noſtram impertimur. *l.* 1. *§.*
ſed neque. C. de veteri iur. enucleando. Bald. *in cap.* 1. *in*
princip. per quos fiat inueſtit. refert Senatum appro-
2. baſſe teſtamentum † furioſi,quia fuerat conditum
tanquam ab homine ſanæ mentis. Et dictum teſta-
mentum per d. confirmationem remanere validum,
reſpondet Ruin. *in conſil.* 12. *volum.* 3. Item quòd
3. clauſula *ſupplentes omnes defectus* †, tollat omnes de-
fectus iuris poſitiui, reſponderunt in variis caſibus
Decius *in conſil.* 410. *col. penult.* Ferret. *in conſil.* 32.
numer. 48. Gomeſius *in compendio ſignaturæ iuſtitiæ,*
fol. mihi 90. *col.* 1. *& ſeq.* vbi quòd de iure commu-
ni tollit omnes defectus iuris poſitiui , ſed per re-
gulas Cancellariæ Apoſtolicæ, eoſdem non tollit,
niſi fuiſſent ſpecificati : aut ſupplicatio ſignata fuiſ-
ſet per verbum *fiat, vt petitur*,vt dicit Alexand. poſt
alios ab eo relatos *in conſil.* 195. *col.* 3. *verſ. dicit tamen,volum.* 2.

Declaratur iſte caſus , vt procedat , quando di-
4. cti defectus fuiſſent ſpecificati †, aliàs per d.clau-
ſulam non tolluntur. Dec. *in conſil.* 605. *col.* 4. *&*
final. & in conſil. 5. *col. final.* & alij ad hoc alle-
gati à Ferret. *in conſil.* 31. *numer.* 33. *volum.* 1.
Item quòd huiuſmodi defectus debent eſſe ſpeci-
ficati in literis. Io. Andr. *in Clem. paſtoralis. de*
re iudic. Immol. *in d. cap.* 1. *de tranſact.* Alexand.
in conſil. 29. *numer.* 10. *& ſeq. & in conſil.* 195. *col.*
3. *&* 4. *volum.* 2. Socin. *in conſil.* 164. *col. final. vo-*
5. *lum.* 2. quia generalitas † non operatur in his
quæ in facto conſiſtunt per Principem ignorato,
cap. 1. *de conſtitut. lib.* 6. Angel. *in l. ſed & ſi quis. §.*
quæſitum , in fine. ff. ſi quis cautionib. vbi etiam Iaſ.
& Roman. *in conſil.* 327. Ideo dicta clauſula ope-
ratur ſolùm ſuper his , de quibus Princeps † in- 6.
formatus fuerit , quia Princeps nunquam cenſetur
tollere ius tertij , niſi de eo habuerit plenam noti-
tiam. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 159. *col. final. volum.*
1. Aretin. *in conſil.* 16. *col.* 5. Socin. *in conſil.* 164.
col. 3. *volum.* 2. Alexand. *in conſil.* 135. *col. final.*
Quamobrem Princeps per dictã clauſulam, ſupplet
omnes defectus narratos,& vltra eos nihil diſpone-
re dicitur. Bellamera *deciſ.* 333. & alij ad hoc al-
legati per Decium *in conſil.* 10. *col.* 4. & per Pariſ.
in conſil. 1. *numer.* 74. *volum.* 1. *& in conſil.* 23. *numer.*
53. *& in conſil.* 82. *numer.* 61. *eod. volum.* 1. *& in conſil.* 3.
numer. 59. *volum.* 4.

Secundò declaratur , quòd Princeps ſupplet o-
mnes defectus prouenientes de iure poſitiuo , &
ideo ſupplet ſollemnitates teſtamenti , quia poteſt
habere omnes leges inducentes dictas ſollemni-
tates † pro infectis , *cap.* 1. & *ibi* gloſſ. *in ver. pro* 7.
infectis. de immunit. Eccleſ. Abbas *in conſil.* 85.
numer. 4. *part.* 1. vbi quòd valet donatio confir-
mata per Imperatorem cum ſuppletione omnium
defectuum ſollemnitatum,quia cenſetur habere o-
mnes leges de ſollemnitate inſinuationis loquen-
tes pro infectis. Item tollit † defectum ſub- 8.
ſtantialis ſollemnitatis. Idcirco ſi Papa confir-
mauerit ſtatutum laicorum ſuper rebus Eccle-
ſiaſticis , cum dicta clauſula,*ſupplentes omnes de-*
fectus , valebit ſtatutum , quantumcunque laici
non potuiſſent illud condere. Alexand. *in conſil.* 79.
numer. 8. *verſ. nam dicit,* & *ibi* Addentes *in verbo ſup-*
plentes , alios allegant , *volum.* 1. Idem Alexand. *in*
conſil. 92. *numer.* 2. *in fin. & numer. ſeq. verſ. modò viden-*
dum, vol. 6.

Tertiò declaratur , vt dicta clauſula non ſup-
pleat † defectus prouenientes à iure naturali. 9.
Alexand. *in l. ſi filius à patre. §. final. in fin. ff. de liber.*
& poſthum. Iaſ. *in conſil.* 86. *col. penult. volum.* 3. Ruin.
in conſil. 36. *numer.* 5. *vol.* 5. Ideo non tollit defectus
qui concernunt perſonam ſupplicantis, vel contra-
hentis. Specul. *in tit. de legato. §. nunc oſtendendam,*
verſ. 18. Archidiacon. *in cap. Cenomanenſem. diſtinct.*
56. Roman. *in ſingulari* 424. *incip. an verò.* Staphi-
leus *de literis gratiæ , in tit. de vi , & effectu clauſu-*
larum , rubrica de clauſula , motu proprio. numer. 5.
Petrus Duenas *in regula* 131. *in prima fallentia, in*
fine. Ideo non poteſt approbare teſtamentum fu-
rioſi † , quia hoc vitium prouenit à natura, & 10.
concernit perſonam , quæ vitia non tollit Prin-
ceps,præſertim quia auferretur ius tertij , & dicta
clauſula non operatur , cùm læditur ius tertij.
Ruin. *in conſil.* 35. *numer.* 35. *volum.* 1. Item
quia non tollit defectum ſubſtantiæ. Pariſ. *in conſil.*
11. *numer.* 88. *& ſeq. volum.* 1. *& in conſil.* 45. *num.* 42.
volum. 3.

Quartò declaratur , vt hæc clauſula non opere-
tur expreſſa obreptione † & falſitate. Abb. *in c. inter* 11.
dilectos col. 4. *de fide inſtrument.* Et ſolùm operatur,
vbi cauſa cognita proceſſum fuit, aliàs ſecus, Abbas
in conſil. 34. *num.* 5. *&* 8. *part.* 2. Socin. *in conſil.* 162.
col. 2. *verſ. ſed ad iſta , vol.* 1. & ſolùm reſtringitur ad
expreſſos †,& ſpecificatos defectus prouenientes de 12.
iure poſitiuo. Alexand. *in conſil.* 52. *in fin. vol.* 7. Ruin.
in conſil. 97. *num.* 8. *vol.* 3.

QVÆSTIO IV.

De reuocatione teſtamenti, per ſeptem articulos diuiſa.

I. Teſtamentum quot modis reuocetur per teſtatorem.

II. An teſtamentum poſſit fieri irreuocabile per contractum in eo factum.

III Teſtamentum factum per ingreſſurum religionem, an reuocetur per profeſſionem.

IV. Teſtamentum factum cum authoritate Principis an poſſit reuocari.

V. An, & quando teſtamentum primum ſit reuocatum per ſecundum.

VI. Teſtamentum primum inter liberos an, & quando ſit reuocatum per ſecundum.

VII. Quomodo teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam reuocetur per ſecundum.

ARTICVLVS I.

Teſtamentum quot modis reuocetur per teſtatorem.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum factum ſub conditione ſi deceſſerit in illa infirmitate, eſt reuocatum ſi ſuperuiuat.*
2. *Anton. Gomeſ.* ſuper l. Tauri 3. *reprobatur.*
3. *Conditio ſi moriatur ex illo teſtamento non ineſt tacitè in eo, & num.* 43.
4. *Teſtamentum inductum, vel cancellatum, eſt omnino reuocatum.*
5. *Voluntas præſumitur mutata per cancellationem.*
6. *Teſtamenti inductio, & cancellatio præſumitur facta ad fauorem venientium ab inteſtato.*
7. *Fiſcus ſuccedit ad hæreditatem, cancellato teſtamento propter indignitatem hæredum.*
8. *Fiſcus quando ſuccedit cum onere adimplendi legata.*
9. *Teſtamento cancellato in vno nomine hæredis, illius portio accreſcit alteri.*
10. *Teſtamenti cancellatio non præſumitur facta animo deliberato, fauore piæ cauſæ, & libertatis.*
11. *Teſtamentum nuncupatiuum non reuocatur per cancellationem.*
12. *Teſtamenti nuncupatiui inſtrumentum non eſt de ſubſtantia, ſed ad probationem fit.*
13. *Sigilli amotio ab inſtrumento teſtamenti nuncupatiuo, illud non reuocat.*
14. *Teſtamentum cancellatum præſumitur reuocatum, quando reperitur penes teſtatorem.*
15. *Teſtamentum cancellatum, repertum penes Notarium, præſumitur falſum.*
16. *Teſtamenti cancellatio non valet, facta ab eo, cuius iuſſu fuit reuocatus.*
17. *Teſtamentum poteſt reuocari etiamſi teſtator iurauit non reuocare.*
18. *Iuramentum ſequitur naturam contractus ſuper quo interponitur.*
19. *Iuramentum non auget obligationem, ſed tantùm addit vinculum religionis.*
20. *Teſtator mutando teſtamentum iuratum, efficitur periurus.*
21. ... *& non excuſatur à noua cauſa ſuperueniente.*
22. *Teſtamentum non reuocatur per ſimplicem reuocationem illius.*
23. *Voluntas prima perfecta, & diſpoſitiua non reuocatur per ſecundam nudam, & imperfectum.*
24. *Teſtamentum prius reuocatur, ſi teſtator dixerit ſe velle decedere inteſtatus, & 26.*
25. *Teſtamentum quando dicatur conditum ad fauorem venientium ab inteſtato.*
27. *Teſtamenti reuocationem induci, etiamſi teſtator non dixerit ſe velle decedere inteſtatum, qui teneant.*
28. ... *quæ opinio eſt vera, ſi concurrat lapſus decennij.*
29. *Teſtamenti reuocatio debet fieri coram ſeptem teſtibus.*
30. *Solemnitas eadem requiritur in actu faciendo, & in illo diſſoluendo.*
31. L. militis. §. veteranus. ff. de milit. teſtament. *declaratur.*
32. *Teſtamenti primi reuocatio, aliquando dicitur nouum teſtamentum.*
33. *Interpretatio facienda eſt, vt quanto minus corrigatur ius commune.*
34. *Teſtamentum quando dicatur reuocatum ope exceptionis, & num.* 50.
35. L. ſancimus. C. de teſtament. *declaratur, & numer.* 42.
36. L. vnic. §. pen. ff. ſi tabulæ null. extab. *declaratur.*
37. *Teſtamenti reuocatio poteſt fieri coram duobus teſtibus, ſtante ſtatuto.*
38. *Sollemnitas non requiſita ad actum, ſi malè obſeruetur, non præiudicat.*
39. *Actus ſuperfluus ſine nocumento tolli poteſt.*
40. *Teſtamento reuocato propter decennium, quando hoc tempus currere incipiat.*
41. *Obliuio præſumitur ex lapſu decennij.*
44. *Teſtamentum primum an ſit reuocatum ſi teſtator ita reuocauit, quia aliud volebat facere.*
45. *Teſtamenti reuocatio quando habeat effectum teſtamenti in genere, id eſt, vltimæ voluntatis.*
46. *Verba, quia aliud volo condere teſtamentum, non ſunt cauſa finalis.*
47. *Cauſa finalis quæ ſit.*
48. *Teſtamenti reuocatio non vitiatur ex defectu cauſæ impulſiuæ.*
49. *Teſtamentum quando dicatur reuocatum ope exceptionis, & num.* 51.
50. *Reus excludit actorem per non ius ipſius.*
52. *Teſtamentum cenſetur reuocatum, quando teſtator impeditus fuit illud reuocare.*
53. *Teſtamentum primum in quo ſunt inſtituti hæredes extranei, poteſt reuocari coram quinque teſtibus.*
54. *Teſtamento reuocato, omnia, quæ in eo ſcripta ſunt, reuocata cenſentur.*
55. *Donatio inter viuos, etiam ad pias cauſas, facta in teſtamento, quando cenſeatur reuocata.*
56. *Legata, & fideicommiſſa cenſentur reuocata per ſolam pœnitentiam, etiamſi teſtator alium hæredem non inſtituat.*

Nunc exordior quibus modis teſtamenta reuocentur, & omiſſis diſputationibus de reuocatione fideicommiſſorum, & legatorum, quæ ad præſentem quæſtionem non pertinent, ſtrictè ad articulum propoſitum, plures caſus, qui frequentiùs in practica occurrere ſolent, explicandi ſunt.

Primus igitur caſus eſt, teſtamentum factum ſub
1. conditione, ſi deceſſerit † in illa infirmitate, item factum ab eo, qui nauigaturus eſt, ſi antequam reuertatur mori contigerit, item factum à muliere prægnante, ſi contingat in partu vitam cum morte commutare, ſiquidem conditio euaneſcit, vt quia teſtator ſuperuiuit, item reuertitur ex illa nauigatione, item mulier pariendo ſuperuiuit, tunc dictum teſtamentum ipſo iure reuocatum cenſetur, prout eſt caſus *in l. poteſt quis. ff. de hered. inſtit.* & ibi hos caſus declarant Bartol. Bald. Alberic. Io. de Immol. & Cuman. & per
2. multa comprobant. Et licèt Gomeſ. *ſuper* † *legem tertiam Tauri numer. 126. verſ. ſed in hoc ſingulari, & notabili articulo*, defendat contrarium, quia d. verba, *ſi ex hac infirmitate deceſſero*, ſunt potius cauſa impulſiua, quàm finalis, item tacitè inſunt ex neceſſitate; ideo etiamſi non eſſet conditio explicita, ſubintelligenda eſt; item quia teſtator poſtea ſuperuiuens, qui non mutauit teſtamentum, ex regula *l. ſancimus. C. de teſtament.* Nihilominus iſtæ rationes non ſubſiſtunt, nec à ſupradicta communi recedendum eſt, negatur enim dicta verba fuiſſe pro cauſa impulſiua prolata, quia erubeſcimus ſine lege loqui; imò pro finali, quia teſtator conditionalem inſtitutionem fecit, & ſicut ſtrictè loquutus eſt, ita ſtrictè accipere debemus; ita in puncto huius articuli reſpondet Bald. *in l. final. numer. 1. C. de poſthum. hered. inſtit.* Nec eſt
3. verum quòd illa conditio tacitè † inſit in inſtitutione, quia hoc eſt verum in donatione cauſa mortis, ſed in inſtitutione ſecus eſt, vt probat Bald. *in d. l. final. numer. 2.* aliàs d. l. *poteſt quis*, eſſet fruſtratoria. Ad *l. ſancimus*, reſpondetur, quòd loquitur de teſtamento purè, & validè condito, an ſit reuocatum per voluntatem imperfectam ex curſu decennij, ſed nos in hoc caſu loquimur de conditione ſtrictè appoſita in teſtamento, qua non verificata, ipſo iure teſtamentum corruit.
4. Secundus caſus eſt, teſtamentum quod à teſtatore eſt inductum †, vel cancellatum, dicitur omninò reuocatum, *l. cancellauerat. l. proximè. l. final. ff. de his quæ in teſtam. delent. l. 1. §. ſi heres inſtitutus. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.* Bartol. *in l. in fraudem. §. ſicut. ff. de milit. teſtament.* vbi
5. quòd per cancellationem †, vel inductionem cenſetur mutata voluntas, & quòd reſigillatio poſtea facta, potius præſumitur facta, ne animus teſtatoris detegatur. Bald. *in l. 1. in fin. ff. de his quæ in teſtamento delentur.* & ibi Paul. de Caſtr. *numer. 6.* Immol. *in d. l. proximè, numer. 10.* Io. de Anania *in conſil. 28.* & ibi Bolognin. *in Additionibus*, Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 4. numer. 1. & §. 8. numer. 34.* Mantic. *de coniect. vlt. lib. 12. tit. 1. numer. 29. & ſeq.* Idem ſi fuit inductum, & cancellatum ab altero, teſtatore mandante. *d. l. cancellauerat.*
6. Primò declaratur iſte caſus, vt dicta inductio †, & cancellatio præſumatur facta ad fauorem venientium ab inteſtato, quando non apparet de cauſa, *l. noſtram. C. de teſtament. d. l. 1. §. ſi hæres inſtitutus. ff. ſi tabulæ nullæ extabunt.* Mantic. *in d. tit. 1. numer. 34.* Secus eſt apparente cauſa, pro-
7. pter quam hæredes † facti fuerint indigni ſucceſſione, quia tunc excluſis venientibus ab inteſtato, hæreditas ab illis indignis auffertur, & applicatur fiſco. gloſſ. & Bartol. *in d. l. noſtram. C. de teſtament.* Clarus *in §. teſtamentum. quæſt. 93. verſ. ſed quæro*, vbi allegat Immol. atteſtantem de communi *in cap. cum eſſes, numer. 30. de teſtam.* Oldrad. *in conſil. 144. numer. 1.* Craſſ. *§. ſi teſtamentum, quæſt. 85. numer. 3.* Alexand. *in d. l. noſtram, numer. 3.* qui atteſtatur de magis communi. At ſi teſtator non totum teſtamentum induxerit, ſed ſolùm hæredum nomina cancellauerit, & appareat de illorum indignitate, tunc fiſcus † ſuccedet cum onere adim- 8.
plendi teſtamentum in aliis legatis, & diſpoſitis per teſtatorem. *d. l. cancellauerat*, & probant Clarus, & Craſſus in dictis quæſtionibus præcitatis. Item ſi teſtator non omnia hæredum nomina deleuerit, ſed aliquem tantùm induxerit, tunc teſtamentum in partibus non inductis †, 9.
nec cancellatis remanet firmum, & validum, & portio hæredis cancellati accreſcit alteri, neque in hoc caſu præſumendum eſt inteſtatum decedere voluiſſe. Oldrad. *in d. conſil. 144. numer. 2.* argum. *l. tribunus. §. cum aliquis. ff. de milit. teſtament.* Crauett. *in conſil. 128. numer. 1.* Clarus *in d. quæſt. 93.*

Secundò declaratur, vt iſte caſus non procedat, quando in eodem teſtamento fuiſſet alicui relicta libertas, aut pia cauſa hæres inſtituta, tunc enim cancellatio, & inductio teſtamenti non præſumitur † animo deliberato facta, ſed potiùs caſu, vel 10.
per errorem factum. Bartol. & Bald. *in d. l. proximè. §. 1.* per illum text. *ff. de his quæ in teſtament. delent.* Bartol. Angel. Fulgoſ. & Iaſ. *in l. ſi vnus. C. de teſtament.* Roman. *in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.* Mantica *in d. lib. 12. tit. 1. numer. 32.* & alij ad hoc relati per Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſ. cap. 16.*

Tertiò declaratur, vt caſus procedat in teſtamento in ſcriptis, ſecus in teſtamento † nun- 11.
cupatiuo, de quo per Notarium factum eſſet inſtrumentum, quod ſi copiam dederit teſtatori, quam cancellaſſet, aut induxiſſet, tunc teſtamentum originale penes Notarium exiſtens non cenſetur eſſe reuocatum, niſi teſtator originale ipſum cancellaſſet, de quo appareat per ſeptem teſtes, vt dicit Clar. *in d. quæſt. 93.* & licèt Craſſus *in d. quæſt. 85. numer. 2.* teneat contrariam ſententiam, tamen in eandem recidit, quia dicit, reuocatum eſſe, dummodo probari poſſit per teſtes teſtamenti ſubſtantiam cancellatam fuiſſe; ergo nihil differt ab opinione Clari; & quòd iſte caſus non habeat locum in teſtamento nuncupatiuo, latiſſimè probat Zaſius *in conſil. 2. part. 1.* quem ſequitur Mantic. *in d. lib. 12. tit. 1. numer. 28.* Nam facto teſtamento nuncupatiuo coram ſeptem teſtibus, rogitus Notarij ad maiorem illius probationem † interpoſitus dicitur. 12.
Signorol. *in conſil. 150. in princip.* & ſemper teſtamentum per ſeptem teſtes probari poſſet, etiamſi illud inſtrumentum cancellatum eſſet, niſi cancellatio, & inductio coram ſeptem teſtibus facta fuerit, ad effectum reuocandi teſtamentum, inſtrumentum illud non pertinebat ad ſubſtantiam, ſed ad probationem, & ſi teſtator in d. inſtrumento † ſuum 13.
ſigillum apponi iuſſerit, & poſtea illud auferat; ea ſigilli ablatio, teſtamenti nuncupatiui reuocationē non inducit, quia ad ſubſtantiā teſtamenti non pertinebat, vt Iaſ. *in d. conſ. 2. in 2. dubio, per totum. tom. 1.*

Quartò declaratur caſus, vt procedat, ſi teſtamentum reperiatur penes ipſum teſtatorem †, 14.
tunc enim per eam cancellationem, & inductionem præſumitur eſſe reuocatum. Bald. & Caſtrenſ. *in d. l. 1.* & Immol. *in d. l. proximè. ff. de his quæ in teſtament. delentur.* Sed ſi reperiretur cancellatum † 15.
penes Notarium, in dubio non præſumitur iuſſus, ſed potiùs præſumeretur falſum. *§. ſi verò moriatur.*

auth. de fideiuſſor. cap. ex literis. cap. inter dilectos. de fid. inſtrum. cap. licet. de crimine falſi, & in hac facti ſpecie probat Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. numer. 65.* vbi latiſſimè.

Quintò declaratur, nam ſi teſtator iuſſerit cancellari teſtamentum, & conſtito de iuſſu, illud dicitur eſſe reuocatum, vt probaui; ſi antequam is, cui iuſſi vt cancellaret, ego mandaui alteri, vt reuocaret iuſſum, facta intimatione, te-
16. ſtamenti cancellatio non valet †, argum. *l. ſi hominem. ff. mandati*, vbi gloſſ. notat de mandato ſpeciali; ita in caſu *l. 31. Tauri*, diſponentis aliquem poſſe per procuratorem teſtari, nam ſi mandaui Titio, vt pro me faceret teſtamentum, & poſtea mandaui Caio, vt illud datum Titio reuocaret, vtique teſtamentum non valet, quia etiam ego poteram teſtamentum condere, & concurrente vtroque factum à me mandante præualeret, de quo ſcribam inferiùs, in quæſtionibus ſtatutorum, pertinentibus ad teſtamenti validitatem.

Tertius caſus eſt, quando quis teſtamentum
17. fecit, & iurauit illud non reuocare †, tunc non obſtante iuramento illud reuocare poterit, ita firmarunt gloſſ. *in cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 2.* Bart. *in l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. & in l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat. 3.* & hanc eſſe communem opinionem atteſtantur Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, numer. 5. ff. de verb. obligat. & in conſil. 18. volum. 2.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 94.* Craſſ. *in eod. §. quæſt. 87. numer. 1.* Ceuall. *in ſuis communibus. quæſt. 168. numer. 2. & plur. ſeq.* Quam ſententiam eſſe veram, etiamſi teſtamentum primum iuratum eſſet conditum ad pias cauſas, probat Couar. *in rubric. de teſtament. in 2. part. numer. 15.* & ratio ab omnibus aſſignatur, quia iuramen-
18. tum † ſequitur naturam contractus ſuper quo interponitur. Oldrad. *in conſil. 238.* Ruin. *in conſil. 135. numer. 8. & ſeq. volum. 1.* Dec. *conſil. 181. in fine.* Crauett. *conſil. 102. num. 7.* Pariſ. *conſ. 110. num. 34. & ſeq. volum. 1.* Aretin. *conſil. 24. numer. 5.* Gabriel *in ſuis communibus, tit. de iureiurando, concluſ. 10.* Hieronym. Gabriel *in conſil. 67. numer. 16. volum. 2.* & alij plures quos omitto, & omnes mouentur per regulam *l. final. C. de non numer. pec.* firmantes
19. propterea, quòd non augeat obligationem †, ſed ſolùm addat vinculum religionis ipſi actui. Bald. *in l. ſi procurator, col. 3. verſ. & prædicta iura ſunt vera. ff. de condict. indebiti*, & ad hoc eſt *cap. licèt mulieres. de iureiurand. lib. 6. & cap. debitores. eod. tit. in antiquis*, per quæ iura Specul. *de inſtrument.*
20. *editione. §. compendioſè. numer. 25.* quòd teſtator † mutando teſtamentum iuratum, efficitur periurus, & Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 1. in princip.* dicit hanc eſſe communem opinionem Canoniſtarum de periurio, quam opinionem ipſe ſequitur, quando nulla noua cauſa mutandi teſtamenti ſuperuenerit: ſed ſi noua cauſa iniuriarum, inimicitiæque capitalis, culpa hæredis ſuperuenerit, ſecus eſſe affirmat. Sed certè iſta
21. cauſa teſtatorem à periurio † excuſare non poteſt, excuſat ab hærede quem reuocat, cui per iuramentum non erat obligatus, ſed non excuſat à vi religionis, qua tenebatur Deo propter iuſiurandum in actu teſtandi præſtitum, & multò magis periurus efficietur, ſi pia cauſa inſtituta fuiſſet in illo teſtamento, reſpectu cuius nulla noua cauſa mutandi ſuperuenire potuit.

Quartus caſus eſt, ſi poſt teſtamentum ſollemniter factum, teſtator ille mutauerit voluntatem †, 22.
atque dixit ſe nolle cum illo teſtamento decedere, & quòd illud reuocabat, tunc primum teſtamentum non dicitur reuocatum, quia non reuocatur, niſi ſecundum teſtamentum factum fuerit. *§. ex eo. Inſtit. quibus modis teſtam. infirmentur.* Bartol. *in l. ſi iure, numer. 3. de legat. 3.* vbi concludit, quòd ſi teſtator coram ſeptem teſtibus dixit: Nolo teſtamentum prius à me factum valere, ſed illud reuocabat, & annullabat, tale teſtamentum non eſſe reuocatum, quia neceſſarium erat, facere aliud teſtamentum ſollemne cum inſtitutione hæredis, & aliis requiſitis, & hanc opinionem Bartoli communiter approbari, dicit Natta *in auth. hoc inter liberos, numer. 10. C. de teſtament.* & ita etiam atteſtatur Alexand. *in conſil. 159. numer. 8. volum. 7.* Ruin. *in conſil. 6. numer. 1. volum. 2.* Rubeus *in conſil. 41. numer. 4. & ſeq.* Socin. iun. *in conſil. 42. numer. 1. vol. 3.* Decius *in conſil. 582. numer. 1.* Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 91. numer. 2.* quia non poteſt teſtamentum ſollemniter conditum infirmari, niſi aliud teſtamentum æquè ſollemniter conditum fuerit, ex quo hæreditas adiri poſſit. *§. ex eo, & ibi gloſſ. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirmentur*, vbi ſi teſtator dicat: Nolo teſtamentum quod prius feci valere, teſtamentum non infirmatur, quia prima voluntas † perfecta & diſpoſitiua non reuocatur 23.
per ſecundam nudam, & imperfectam, vt dicit Iaſ. *in l. ſancimus, numer. 15. C. de teſtament.* Sed ſi teſtator dixerit, teſtamentum priùs † factum 24.
valere nolo, quia volo decedere inteſtatus, tunc primum teſtamentum dicitur reuocatum, quia teſtator cenſetur inſtituiſſe venientes ab inteſtato, ita dixit Bartol. *in d. l. ſi iure*, & eſt text. *l. 1. §. hæres. ff. ſi tabulæ nullæ extabunt*, & eſſe communem Doctor. concluſionem firmant Bertrandus *in conſil. 13. numer. 2. lib. 2. part. 2.* & Alexand. *in d. l. ſancimus numer. 9. C. de teſtament. & in conſil. 30. numer. 5. volum. 5.* Dec. *in d. conſil. 582. numer. 2.* Dilect. *de arte teſtandi tit. 10. cautela 3. numer. 1.* Couar. *in rubric. de teſtament. part. 2. numer. 21. verſ. ſexta concluſio*, Natta *in d. auth. hoc inter liberos. numer. 11. C. de teſtament.* Clarus *in d. quæſt. 92.* Rubeus *in d. conſil. 41. col. final.* & ad hoc eſt text. *l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum*, vbi ſuccedētes ab inteſtato veniunt ex tacita voluntate defuncti: ſed in hoc caſu dicuntur venire ex expreſſa, quia teſtator dicendo: Prius teſtamentum à me factum valere nolo, quia volo decedere inteſtatus, tunc dicitur condidiſſe teſtamentum ad fauorem venientium ab inteſtato †, & iſti dicun- 25.
tur ſuccedere ex voluntate expreſſa, non autem tacita. Surd. *in deciſ. 128. numer. 3. verſ. quin etiam.* Item quòd iſta clauſula, quia volo † decede- 26.
re inteſtatus, inducat reuocationem primi teſtamenti, firmarunt etiam Surdus *in conſil. 310. num. 10. vol. 3.* Ancharan. *in quæſt. familiar. 70. num. 2. part. 2.* Ancharan. ſenior *in cap. cum eſſes, numer. 20.* & ibi Immol. *numer. 27. in fin. de teſtament.* Corn. *in d. l. ſancimus, numer. 8. & ſeq.* Menoch. *in conſil. 496. numer. 82. & ſeq. volum. 5. & in conſil. 170. numer. 9. volum. 2.* Cagnol. *in l. nihil tam naturale, numer. 2. ff. de regul. iur.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt. 84. numer. 2. & ſeq.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. voluntat. lib. 4. dubitat. 2. numer. 51. fol. 464.* & ita fuit iudicatum in ſacro Conſilio Neapolis, & alibi pluries, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. Teſtamentum, cap. ſimplex teſtamenti.*

Contra

Contrariam opinionem firmarunt plurimi Doctores,quòd imò ſufficiat ſimplex teſtamenti primi
27. reuocatio †,etiamſi teſtator non dixerit, quia volebat decedere inteſtatus. Bald. *in d. l. ſancimus, numer. 2. C. de teſtam.* Immol. *in l. ſi ita ſcriptum. §. regula, in fin. ff. de liber. & poſthum.* & alij plures ad hoc relati per Mantic. *de coniecturis. lib. 2. tit. 15. numer. 19. verſ. ſed contrarium.* Socin. iun. *in conſil. 145. numer. 8. & ſeq. volum. 2.* Menoch. *in conſil. 170. numer. 9. volum. 2.* Berous *in conſil. 4. numer. 2. in fin. volum. 2.* & alij plures etiam ad hoc relati per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 558. numer. 4.* qui credit hanc opinionem non eſſe veram,& propterea non eſſe diſcedendum à ſupradicta magis communi,quæ ad reuocationem teſtamenti ſollemniter conditi,requirit, vt ſuccedentes ab inteſtato expreſsè vocati fuerint per teſtatorem illud primum reuocantem.

Sed certè hæc ſecunda opinio nullo modo poteſt dici eſſe primæ contraria,quoniam prædicti allegati Doctores illam tenent quando cum ſimplici reuocatione prioris teſtamenti concurrit lapſus de-
28. cennij †,tunc hoc teſtamentum reuocans, & imperfectum dicitur reuocare prius perfectum antea factum, & omnes allegant *l. ſancimus. C. de teſtam.* vbi eſt caſus de hoc. Et hæc concluſio ita fuit vſu recepta in tribunalibus, vt *in d. cap. ſimplex teſtamenti. in Digeſt. Nouiſſim.* & in Senatu Gratianopolitano, vt *in d. tit. Teſtamentum. cap. reuocatio generalis.* Quamobrem omnes Doctor. concludunt cum iſta diſtinctione, aut teſtamentum prius conditum reuocatur cum cauſa, quia volebat inteſtatus decedere, & tunc dicitur facta expreſſa vocatio venientium ab inteſtato, & ſuccedunt ex vocatione expreſſa. Aut ſimpliciter reuocauit abſque mentione venientium ab inteſtato, & tunc teſtamentum prius non eſt reuocatum, ſed ſi poſtea effluxerint decem anni, tunc primum teſtamentum dicitur reuocatum. *d. l. ſancimus. C. de teſtam.* & venientes ab inteſtato dicuntur venire ex tacita voluntate. *l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum.*

Primò declaratur iſte articulus, vt procedat
29. quando reuocatio teſtamenti eſſet facta coram † ſeptem teſtibus, quia quot teſtes requiruntur in faciendo teſtamento, tot etiam requiruntur in ipſo reuocando. gloſſ. *in l. cùm proponeretur, de legat. 2.* Bartol. *in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ.* dicit, quòd vt teſtamentum probetur reuocatum, debet probari per ſeptem teſtes, qui in reuocatione interuenerunt. Natta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, numer. 220. C. de teſta-
30. ment.* vbi quòd talis ſollemnitas † eſt neceſſaria in diſſoluendo actu, qualis fuit neceſſaria in ipſo faciendo, quia generaliter eſt diſpoſitum omnem rem reuocari per cauſas propter quas naſcitur, *l. tam naturale. ff. de regul. iur. cap. omnis res. 27. quaſt. 2. §. final. Inſtit. quibus mod. toll. obligat.* & pleniſſimè declarat Surd. *in d. de-
31. ciſ. 128. col. penult. & final. l. militis.* † *§. veteranus. ff. de milit. teſtam.* vbi illa verba non inducunt reuocationem teſtamenti, quia coram minori numero teſtium prolata fuere. Immol. & Alexand. *in l. ſi ita ſcriptum. §. regula. ff. de liber. & poſthum.* & alij per Riminald. iun. *in conſil. 732. numer. 20. volum. 6.* Ideo ſi teſtamentum fuit ſimpliciter reuocatum abſque mentione venientium ab inteſtato, & in hac reuocatione non interuenerit numerus ſeptem teſtium, dicta reuocatio eſt imperfecta ex dupli-

ci capite, primò quia non fuerunt vocati venientes ab inteſtato, quia tunc reuocatio pri-
mi † diceretur nouum teſtamentum: ſecundò 32.
quia non fuerunt adhibiti ſeptem teſtes, vnde regula *d. l. ſancimus. C. de teſtament.* quæ ex curſu decennij ſuppler perfectionem, non poteſt ſupplere corrigendo iura ex duplici capite, videlicet contra *d. §. ex eo. Inſtit. quib. mod. teſtament. infirm.* & corrigendo regulam, ex quibus cauſis quid componitur, ex eiſdem diſſoltur, tum quia ſpecialia non ſunt multiplicanda, ex regul. *l. 1. C. de dot. promiſſ.* Tum quia ſem-
per interpretatio † eſt facienda, vt quanto mi- 33.
nus corrigatur ius commune. *cap. cùm dilectus. de conſuetudine*, & plenè probant Roland. *in conſil. 72. numer. 37. & plur. ſeq. volum. 5.* & Pariſ. *in conſil. 59. numer. 23. volum. 3.* Honded. *in conſil. 1. numer. 33. volum. 1.* Satis igitur erit ſi diſpoſitio d. l. *ſancimus* verificabitur in altero tantùm caſu, vel ex mentione ab inteſtato venientium non facta, vel ex pleno numero teſtium requiſito non adhibito; cæterùm ſi vtrumque concurrat, retenta communi intelligentia d. l. *ſancimus*, defendi poteſt temporis diuturnitatem non inducere validitatem; ſed de vero intellectu d. l. *ſancimus*, ſcribam infrà in quarta declaratione huius caſus.

Secundò declaratur, quòd ſi reuocatio prioris teſtamenti facta fuerit verbis generaliſſimis: Reuoco teſtamentum priùs factum, quia volo vt nullum legatum, nullum relictum ex eo debeatur, & nulla diſpoſitio in eo facta valeat,caſſans, & irritans, &c. & in dicta generali reuocatione ſeptem teſtes adhibiti ſint, etiamſi teſtator reuocans non dixerit, quia volo inteſtatus decedere, tunc dictum primum teſtamentum non dicitur reuocatum ipſo iure †, ſed
ope exceptionis, gloſſ. *in d. l. ſancimus, in prima* 34.
ſolut. C. de teſtament. Sed ipſo iure non cenſeatur reuocatum, niſi effluxerint decem anni, &
ita intelligendam eſſe d. l. *ſancimus* †, probat 35.
Bero. *in conſil. 4. numer. 4. & ſeq. volum. 2.* & Barbatia *in conſil. 60. col. 15. volum. 2.* probat hanc opi-
nionem per text. *l. vnica.* † *§. penult. ff. ſi tabu-* 36.
læ nullæ extabunt, vbi quòd ſi hæres inſtitutus non haberet voluntatem teſtatoris, vel quia teſtamentum cancellaſſet, vel quia mutauerit, per d. ſimplicem mutationem probat Barbat. quòd teſtamentum prius dicatur reuocatum ope exceptionis, quod intelligit Berous *in d. conſil. 40.* quando decem anni non effluxiſſent, & ſeptem teſtes in d. reuocatione interueniſſent.

Tertiò declaratur, nam ſi teſtamentum factum in loco fuerit, vbi viget ſtatutum, quòd duo tantùm teſtes ſufficiant, & teſtator in illo loco ſeptem rogauerit teſtes, & ita ſollemniter de iure communi teſtatus fuerit †, ſi poſtea
ſe pœniteat, & in eodem loco reuocare velit,pote- 37.
rit adhibitis duobus tantùm teſtibus reuocare,quia, vt dixi, tot teſtes debent adhiberi in reuocatione actus, quot in ipſius conſtitutione neceſſarij ſunt. Neque obſtat, quòd teſtator elegerit de iure communi teſtamentum facere, quia illud fuit per ſtatutum reuocatum. *l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.*
quia ſi actus † ſuperfluus, qui omitti poterat, 38.
obſeruetur, iſta obſeruatio non præiudicat, etiamſi vitiosè obſeruetur. *l. 1. C. de rei vxor. act.* not. per gloſſ. *Inſtit. de libertin. §. ſerui verò, in verbo tranſitu.* Bald. *in l. conſentaneum. col. 5.*

C. quomodo, & quand. iud. & in l. 1. col. 3. C. de
iur. emphyt. c. 1. §. ſi quis verò, de pace iuram. firmand.
gloſſ. in l. qui teſtamento. §. qui per contrarium. ff.
de teſtam. vbi quòd in caſu quo teſtes non requi-
runtur, ſi inhabiles adhibeantur, nihil nocet. Si
39. igitur actus ſuperfluus non vitiat †; ergo
ſine nocumento tolli poterat; quod teſtamentum
deſumitur ex l. videamus. §. ſed an iudex, verſ.
an igitur. ff. de in lit. iur. ad hoc l. cùm tabulæ. ff.
de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. vbi dicitur, cùm ta-
bulæ teſtamenti plurium ſignis ſignatæ eſſent,
ſufficere ſi ſeptem teſtium ſigilla apparerent, et-
iamſi aliorum ſigilla non remanſerint, ſed ſta-
tutum prædictum quod derogauit iuri commu-
ni, duos tantùm requirit teſtes pro ipſius vali-
ditate; ergo cæteri adhibiti, etiamſi inhabiles
fuerint, inutiliter in illo loco interueniſſe dicun-
tur. Quamobrem illius teſtamenti reuocatio in
illo loco cum duobus tantùm teſtibus fieri poteſt.
Surd. in d. deciſ. 128. propè finem. Sed ſi voluerit
alibi reuocare, vbi dictum ſtatutum non viget,
tunc ſollemnitatem iuris communis obſeruare de-
bet, & hoc intellige etiam cum ſupradictis
aliis declarationibus; & quouſque vires dicti te-
ſtamenti, & reuocationis extendantur reſpe-
ctu bonorum alibi ſitorum, ſcribam inferiùs in
quæſtione de validitate teſtamenti de iure muni-
cipali.

40. Quartò declaratur, vt dictum decennium †
debeat incipere à die conditi teſtamenti ſollemni-
ter, ita quòd ſi reuocatio fiat antequam decen-
nium completum fuerit, illa nullatenus valeat,
hanc opinionem firmauit Accurſ. in gloſſ. final. d. l.
ſancimus. C. de teſtam. quam opinionem eſſe magis
communem dicit Iaſ. in d. l. ſancimus, numer. 15. &
alij plures ad hoc relati per Clar. in §. teſtamentum,
quæſt. 91. in fine. Et poteſt eſſe ratio pro iſta com-
41. muni, vbi lapſum eſt decennium †, lex præſu-
mit obliuionem, l. peregrè, & ibi Doctor. ff. de acquir.
poſſeſſ. Bartol. in l. qui fundum. §. ſeruus. ff. pro empto-
re. Bald. in l. 1. col. 3. C. de confeſſis. Item altera ra-
tio Ruini in conſil. 6. numer. 3. verſ. quando igitur.
volum. 2. vbi quando decennium præceſſit, tunc
ipſa reuocatio valet ab initio, quia curſus dicti
temporis adiuuat reuocationem teſtamenti; ſed
quando ante curſum dicti temporis fit reuocatio,
illa eſt nulla ab initio, ideo curſu temporis non po-
teſt conualidari. l. quæ ab initio. ff. de regul. iuris. Bar-
tol. ita firmat in l. 1. §. ſi filius. de legat. 3. & alij, vt per
Ruin. ibidem.

Contraria opinio eſt verior, videlicet ſatis eſ-
42. ſe, quòd teſtator poſt † conditum primum te-
ſtamentum ſollemniter ſuperuixerit per decem an-
nos, & infra illos dictum teſtamentum reuocaue-
rit, licèt dictam reuocationem fecerit paucis die-
bus, vel menſibus poſt teſtamentum conditum,
& ita fuit iudicatum in Senatu Gratianopolita-
no, & in Parlamento Tholoſano, vt in Digeſt.
Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtamentum, cap. reuocatio.
Guido Pap. deciſ. 201. Maynard. deciſ. 23. part.
5. qui ſenſatam rationem pro iſta deciſione af-
fert. Nam d. l. ſancimus, emanauit ad correctio-
nem legis antiquæ, vt in fine d. l. ſancimus, ex-
ponitur, & ipſa lex correcta eſt text. l. ne quis. C.
Theodoſiano, de teſtam. qua diſponebatur vt poſt
diem mortis, ſcriptis teſtamentis ante decen-
nium nullus præſtaretur aſſenſus, quam legem
Iuſtinianus ibi corrigit, atque diſponit, quòd per
ſolum decennij, aut etiam maioris temporis cur-
ſum nulla innouatione, aut contraria teſtatoris
voluntate apparẽte teſtamentis legitimè antea con-
ditis, nullum fiat præiudicium, atque ita diſtinguit
ſaltem reuocationem teſtamenti verbalem, etiam
minus ſollẽnem, dummodo teſtes idonei nõ minus
tribus interueniant, vel apud acta manifeſta ſit, cũ
lapſu decennij coniunctam ſufficere ad hunc effe-
ctũ, aliter teſtamenta mortuorum per decennij cur-
ſum nullo modo euaneſcere diſponit, prout in illis
prioribus conſtitutionibus diſpoſitum fuerat; ergo
tempus decennij cum reuocatione à tempore dicti
teſtamenti conditi interpretandum eſt, & ita lex
corrigens ab ipſa correcta, & ipſius natura inter-
pretationem recipit, ex quibus apparet Accurſium,
& ſequaces erraſſe in interpretatione d. l. ſancimus,
& hic eſt verus illius intellectus.

Quintò declaratur, quòd ſi teſtator reuocando
teſtamentum ſollemniter factum, dixit ſe illud mu-
tare, quia inteſtatus volebat decedere, tunc illud
prius teſtamentum ſollemne dicitur reuocatum, et-
iamſi continuiſſet clauſulam derogatoriam, de qua
declaratione ſcribam in articulo vltimo huius quæ-
ſtionis.

Sextò declaratur, nam ſi teſtator reuocauit
primum ſollemniter factum, ſi fecerit ſecundum
teſtamentum, vtique reuocatio eſſet conditiona-
lis †, & eo non faciente ſecundo teſtamento, pri- 43.
mum remanet inualidum, vt ſcripſi in primo ca-
ſu huius articuli: ſed ſi teſtator dixerit, reuoco
primum teſtamentum, illúdque caſſo & cancello
in omnibus, & per omnia, verbis generaliſſimis
explicatis, quia aliud volo facere † teſtamen- 44.
tum; tunc ſiquidem illud non faciat, prius reuo-
catum non fuiſſe, etiam ſtante curſu decennij,
ſcripſit Gratianus diſceptat. forenſ. cap. 558. al-
legando Alexand. in conſil. 30. numer. 5. volum. 3.
& in conſil. 104. propè fin. verſ. nec huic reſponſioni.
volum. 2. Corn. in conſil. 149. numer. 6. volum. 2.
Contrarium credo verius, quia etiamſi diceret, quia
aliud volo condere teſtamentum, ſi illud non fecit,
primum iam factum eſſe reuocatum. Primò, quia
Doctores à Gratiano allegati non probant eius di-
ctum, quia aliud eſt dicere, reuoco teſtamentum
priùs factum, quia aliud facere intendo, & ne-
que Alexand. neque Corn. in allegatis conſiliis ita
loquuntur, prout nos diſputamus. Aliud eſt di-
cere, reuoco prius teſtamentum, illúdque caſſo,
&c. nulla facta mentione venientium ab inteſtato,
& tunc non videri factam reuocationem ad fauo-
rem illorum, propter rationem affirmatam ab Ale-
xand. & Corn. in locis præfatis, quia idem reuocans
poterat decedere inteſtatus, vel aliud facere
teſtamentum, & ita loquuntur, qui non eſt
caſus noſter. Imò Corn. in conſil. 39. verſ. his ta-
men non obſtantibus, volum. 2. expreſsè firmat con-
trarium, vbi teſtator dixerat, reuoco prius te-
ſtamentum, quia pro nunc volo decedere inteſta-
tus, ponderando dictionem pro nunc, quaſi aliud
voluiſſet facere teſtamentum, & ibi concludit,
quòd primum eſſet reuocatum, etiamſi non feciſſet
ſecundum, quoniam illa reuocatio † non habe- 45.
bit effectum teſtamenti in ſpecie, ſed teſtamenti
in genere, id eſt, vltimæ voluntatis, vt declara-
uimus in ſcholis ſuper rubric. de legat. 1. & di-
cit text. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de
teſtam. in verſ. quaſi voluntatem vltimam inte-
ſtati valere ſancimus, quæ per aditionem venien-
tium ab inteſtato confirmari poteſt. Item quia
illa verba †, quia aliud volo condere teſta- 46.
mentum, non ſunt cauſa finalis, quoniam cau-
ſa finalis † eſt, quæ cohæret diſpoſitioni, & 47.
quæ

quæ inſpecta iuris diſpoſitione cogit ad ita diſponendum. *l. 1.* & *ibi* not. Bart. *C. de falſa cauſa adiect.* idē Bartol. *in l. demonſtratio falſa. §. 1. verſ. tertiò quæro de effectu cauſæ*, gloſſ. *in l. cum tale. §. falſam cauſam. verſ. cohærent. ff. de condit. & demonſtrat.* Socin. *in conſil. 159. n. 22. & ſeq. vol. 2.* Sed dicta cauſa non cohæret diſpoſitioni, neque cogere poterat ad ita diſponendum, quoniam & teſtatus, & inteſtatus decedere
48. poterat; ergo ex defectu cauſæ † impulſiuæ non vitiatur reuocatio. Item quia, vt ſcripſi in ſecunda declaratione huius articuli, quando dicta reuocatio eſt imperfecta, quia venientes ab inteſtato expreſsè vocati non fuere, tunc retentis terminis *d. l. ſancimus. C. de teſtam.* prius teſtamentum cenſetur
49. reuocatum ope exceptionis, id eſt, hæres in illo inſtitutus, quando agit contra poſſeſſores, ab illis repellitur ope exceptionis, & reuocationis dicti te-
50. ſtamenti, quia reus † repellit actorem per non ius ipſius, Roman. *in conſil. 347. in princip.* Geminian. *in conſil. 91. in princip.* Verall. *deciſ. 11. part. 1.* & ſæpiſſimè reperitur in iure, quòd vbi non cōpetit actio, aliquando competit exceptio, vt in pacto nudo, & aliis, quæ ad hanc materiam non pertinent. Et quòd
51. teſtamentum † cenſeatur reuocatum ope exceptionis, firmarunt Bero. *in d. conſil. 4. vol. 2.* & Barbat. *in d. conſil. 60. vol. 2.* & Socin. iun. *in conſil. 145. vol. 2.* & Rubeus Alexand. *in conſil. 41.* qui ita firmarunt latiſſimè articulum diſpungentes. Propterea non eſt credendum Alexandro *in d. conſil. 30. num. 5. in fin. vol. 2.* quòd iſta ſolutio de ope exceptionis communiter reprobatur, quia ipſe non diſputat articulum, & per tranſennam ita atteſtatur, imò neque ſe firmat in hoc dicto. Quare ego credo veritatem huius articuli eſſe, quòd etiamſi teſtator reuocans, dixerit, quia aliud volo condere teſtamentum, & illud non fecerit, nihilominus prius factum ope exceptionis reuocatum fuerit.
52. Quintus caſus eſt, ſi teſtator volebat reuocare † primum teſtamentum, & alium hæredem facere, & dum ita incepit, ab hærede impeditus fuit, tunc primum teſtamentum reuocatum cenſetur. *l. ſi ſcriptis. ff. de his quib. vt indign.* & ita reſponderunt Iaſ. *in conſil. 31. col. 3. vol. 1.* & Gratus *in conſil. 20. vol. 2.* Mantic. *de coniectur. lib. 12. tit. 1. num. 24.* & Gratus *ibi* plenè probat, quomodo dictum impedimentum teſtatori datum, etiam per coniecturas probari poterit.
53. Sextus caſus eſt, quando in teſtamento † priori fuiſſent inſtituti hæredes extranei, tunc illud etiā coram quinque teſtibus reuocari poterit, ad effectū vt venientes ab inteſtato ſuccedant. *d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtament.* Bartol. *in d. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de milit. teſtam.* Couar. *in rubrica de teſtament. in 1. parte.* Mantic. *de coniectur. lib. 1. tit. 25. num. 18.* Surd. *in d. deciſ. 128. num. 3.* qui alios refert, Alexand. *in conſil. 104. num. 3. verſ. ſecundò principaliter. vol. 2.*
54. Declaratur totus iſte articulus cum ſua materia, vt reuocato teſtamento, omnia † quæ in eo ſcripta ſunt, reuocata cenſeantur, inſtitutio, legata, & fideicommiſſa, & quæcumque in illo ſcripta fuere. *l. 3. §. pen.* & *ibi* gloſſ. *in ver. ſcriptus. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt, in verſ. omnia. ff. de teſtament.* & *ibi* Bald. *in §. final. in fin.* vbi etiam dicit, quòd reuocato teſtamento, etiam cen-
55. ſeatur reuocata donatio † inter viuos in eo facta, cum clauſula, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat vt donatio inter viuos*, ſequuntur Natta *in auth. hoc inter liberos. num. 88. C. de teſtam.* Mantic. *de coniectur. lib. 12. tit. 1. num. 36.* Imò etiamſi dicta donatio inter viuos facta eſſet piæ cauſæ in teſtamento, etiamſi interueniente ſtipulatione, adhuc reuocato teſtamento, & ipſa reuocata dicitur, Bald. *in conſil. 488. vol. 4.* vbi quòd confeſſio facta in teſtamento, etiam cenſetur reuocata, antequam à parte fuerit acceptata. Item quando apparet teſtatorem pœnituiſſe teſtamenti conditi, quamuis † alium hæredem non 56.
inſtituiſſet, ſtatim eſt inducta reuocatio legatorum, & fideicommiſſorum. Cyn. *in l. noſtram. C. de teſtam.* Alexand. *conſil. 30. num. 9. & ſeq. volum. 3.* Bero. *in conſil. 4. volum. 2.*, & de hac materia ſcribam inferiùs, quando tractabo de legatis, & fideicommiſſis.

ARTICVLVS II.

An teſtamentum poſſit fieri irreuocabile per contractum in eo factum.

SVMMARIA.

1. *Vltima voluntas vſque ad extremum vitæ ſpiritum mutari poteſt.*
2. *Contractus in teſtamento facti an reuocari poſſint.*
3. *Confeſſio teſtatoris de dote recepta, facta in teſtamento, acceptante vxore, tranſit in naturam contractus.*
4. *Vxor tranſiens ad ſecunda vota non tenetur reſeruare filiis proprietatem dotis confeſſatæ.*
5. *Confeſſio facta in teſtamento, quando reuocari non poteſt.*
6. *Confeſſio ex ſui natura eſt reuocabilis.*
7. *Hæres poteſt reuocare confeſſionem erroneam defuncti.*
8. *Confeſſio debiti quando habet vim relicti, & legati.*
9. *Acceptatio confeſſionis factæ in teſtamento non aufert vim reuocabilitatis ipſius.*
10. *Legatum traditum in vita teſtatoris tranſit in naturam donationis, ſed adhuc reuocari poteſt.*
11. *Confeſſio facta inter perſonas non prohibitas, quomodo præiudicet.*
12. *Ex confeſſione debiti facta in teſtamento, non oritur actio ſufficiens ad conſequendum illud.*
13. *Confeſſio parentis ad fauorem alterius filij, cæteris non præiudicat.*
14. *Confeſſio mariti, receptæ dotis, habet vim donationis.*
15. *Confeſſio dotis receptæ non confirmatur iuramento aſſertorio.*
16. *Confeſſio dotis receptæ poteſt reuocari ante probationem illius.*
17. *Confeſſio facta in teſtamento pro exoneratione conſcientiæ, an, & quando præiudicet.*
18. *Maritus confitendo ſe recepiſſe dotem, adhuc poteſt illam petere.*
19. *Donatio reciproca facta in teſtamento inter coniuges an ſit irreuocabilis, & num. 21. & 24.*
20. *Contractus irreuocabilis an poſſit fieri in teſtamento.*
21. *Hæreditas non poteſt dari pactis, nec conuentionibus.*
23. *Donatio reciproca quomodo poſſit fieri inter coniuges.*
25. *Donatio reciproca inter coniuges valet, etiamſi bonorum donatorum traditio non fuiſſet facta in vita.*
26. *Donatio hæreditatis propriæ cenſetur cauſa mortis.*

27. *Donatio cauſa mortis cenſetur, etiamſi tacita mortis cogitatio interueniat.*
28. *Contractus irreuocabilis factus in teſtamento, non retinet ſuam naturam irreuocabilem.*
29. *Teſtamentum vitiatur ſi in eo fiat contractus de altera materia.*
30. *Contractus in teſtamento facti non ſunt irreuocabiles, vt erroneè ad hoc allegantur Doctores.*
31. *Contractus in teſtamento factos eſſe irreuocabiles qui Doctores dicant, & quomodo ſint intelligendi.*
32. *Contractus qui poſsint fieri in teſtamento.*
33. *Decius* conſil. 196. *reprobatur, & contra fuit iudicatum.*
34. *Donatio facta in pœnam reuocationis teſtamenti, non valet.*
35. *Teſtamentum nullo remedio poteſt fieri irreuocabile.*
36. *Donatio rei particularis in caſum reuocationis legati eſt valida ſecundùm aliquos, ſed contrarium eſt verius, & num. 38.*
37. *Clauſula qualibet impediens reuocationem cuiuſlibet vltimæ voluntatis, non valet.*
39. *Nullus homo poteſt diſponere ſuper impedimentis reuocationis vltimarum voluntatum.*
40. *Teſtator & hæres non poſſunt ſimul cancellare aliqua verba teſtamenti ſcripti in protocollo, niſi cum authoritate iudicis.*

INDVBITATA eſt iuris deciſio,
1. vltimam † voluntatem quamlibet,
vſque ad extremum vitæ ſpiritum
mutari poſſe, *cap. vltima voluntas. 13.
quæſt. 2. c. cum Marthæ*, & *ibi* gloſſ.
*in ver. non valet, de celebrat. Miſſ. l. 4. ff. de adimend.
legat. l. ſi quis in principio teſtamenti, de legat. 3. l. cum
hic ſtatus. §. pœnitentia. ff. de donat. inter vir. & vxor.
l. omnium. C. de teſtam. l. ſi quis. C. qui teſtam. fac. poſſunt.*
Sed quia in teſtamẽtis contractus fieri poſſunt. gloſ.
in l. hæredes palàm. §. final. C. de teſtam. quam eſſe cõ-
muniter approbatam, dicit Pariſ. *in conſil. 46. num.
36. vol. 4.* & ſuprà pluries ſcripſimus, quomodo hoc
2. intelligatur; & iſti contractus † ſunt irreuoca-
biles, cùm ad neceſſitatem obſeruantiæ reducantur.
l. ſicut. C. de act. & obligat. l. in commodato. §. ſicut. ff. commodati.
Idcirco Doctores arbitrati ſunt, teſtamen-
ta ſaltem in partibus contractuum in eis celebra-
torum, reuocari non poſſe.

Primus caſus eſt, ſi teſtator in teſtamento con-
feſſus fuit ſe habuiſſe tantam dotem ab vxore,
præſente dicta vxore, & acceptante confeſſionem,
& eidem illam ſolui mandat, tunc dicta confeſſio
3. tranſit in naturam † contractus, & efficitur irreuo-
cabilis, Bald. *in conſil. 368. vol. 3.* Alexand. *in conſil.
45. num. 6. vol. 1.* Socin. *in conſil. 61. num. 2. vol. 1.*
Socin. *in conſil. 61. num. 2. vol. 1. & in conſil. 249.
num. 1. vol. 2. & in conſil. 169. num. 12. eod. vol. 2.* &
dicit Bald. *in d. conſil. 368.* quòd ſi vxor tranſeat ad
4. ſecunda † vota, non tenetur filiis reſeruare pro-
prietatem dictæ dotis confeſſatæ, regula *l. feminæ.
C. de ſecund. nupt.* quia dictam dotem non conſequi-
tur vt lucrum, ſed vt debitum, & cùm ipſa acce-
5. ptauerit confeſſionem, habet vim † confeſſionis
factæ inter viuos, & præiudicat. Bartol. *in l. cum quis
decedens. §. codicillis. num. 5. de legat. 3. & in l. Lucius.
§. quiſquis, in 2. in fine. de legat. 2.* & quòd dicta con-
feſſio reuocari non poſſit, probat Simon de Pret.
*de interpret. vltim. volunt. dubio 2. fol. 2. lib. 2. num. 165.
fol. 138.* qui alios refert.

Contrariam opinionem ego credo eſſe veriorem,
6. quia confeſſio † ex ſui natura eſt reuocabilis; ergo
multò magis ſi in teſtamento facta fuerit, qui eſt
actus reuocabilis. Antecedens probatur, per re-
gulam *l. non fatetur. ff. de confeſſ. & l. error. C. de iur.
& fact. ignorant.* Et quòd confeſſio prætextu erro-
ris reuocari poſſit, ſemper ita fuit iudicatum, Rota
deciſ. 1166. num. 2. part. 3. in Nouiſsim. & aliæ plures
Deciſiones *in Digeſt. Nouiſs. tom. 1. tit. Confeſsio. cap.
erronea confeſsio, & cap. ſeq.* vbi etiã quomodo error
illius probari debeat. Item quòd etiam hæres poſ-
ſit † defuncti confeſſionem reuocare, fuit deciſum 7.
in Conſilio Neapolis, vt *in d. tit. confeſsio. cap. cum
hæres.* Item quia confeſſio debiti facta in vltima vo-
luntate, etiamſi teſtator non procedat vlteriùs re-
linquendo dictum debitum, ſemper habet vim
relicti, & † legati, Cyn. poſt Petr. *in l. generaliter.* 8.
num. 11. in 8. quæſt. C. de non numer. pec. & idem fir-
mauit Dynus, quem refert Paul. de Caſtr. *in d. l. ge-
neraliter, num. 5.* & alij plures ad hoc relati à Coſta
*in repetit. l. ſi ex cautione, in 12. limitat. num. 6. C. de nõ
num. pec.* Gomeſ. *de teſtam. cap. 12. tit. de legatis, num.
81.* Bald. *in conſil. 14. vol. 2.* vbi etiam diſtinguit quã-
do confeſſio facta eſt inter perſonas prohibitas, &
ideo quia habet vim legati, poteſt reuocari, Bartol.
in l. cùm quis decedens. §. codicillis. de legat. 3. Nec ac-
ceptatio † dictæ confeſſionis facta ab vxore aufert 9.
vim reuocabilitatis ipſius, quia etiam ſi legatũ fuiſ-
ſet traditum legatario in vita teſtatoris, quæ tradi-
tio eſt contra naturam legati, † quod debetur poſt 10.
mortem, & poſt aditam hæreditatem, & debet ca-
pi de manu hæredis. *l. eam quam, & ibi* not. *C. de fi-
deicommiſſ.* & traditum in vita videtur tranſire in
donationem inter viuos, vt voluit Gomeſ. *in lib. 1.
var. reſolut. cap. 12. num. 4.* & Theſſaur. *in quæſt. foren-
ſi 45. in fine lib. 3.* & tamen quia traditio fuit ſub
nomine relicti in teſtamento, ipſa irreuocabilitatẽ
teſtamenti producere non poteſt, Bartol. *in l. lega-
tum. de legat. 2.* & non obſtante traditione repeti
poteſt, ſi teſtatorem pœnituerit, vt plures ad hoc
probandum refert Surd. *in deciſ. 127. numer. 5. &
plur. ſeq. & in conſil. 14. per tot. vol. 1.* Nec valet conſe-
quentia, confeſſio † facta in teſtamento acceptata 11.
à parte præiudicat. Bart. *in d. §. codicillis*, communi-
ter receptus; ergo eſt irreuocabilis, quia aut verſa-
mur in perſonis non prohibitis, & non præiudicat
in totum, vt latè per Henric. Boic. *in c. ex parte. de
confeſſ.* & dixit Rota quòd ex dicta confeſſione † 12.
non oritur actio ſufficiens ad conſequendum debi-
tum, niſi concurrant alia adminicula probationũ,
vt *in deciſ. 94. part. 1. in Nouiſsim.* Aut verſamur in
perſonis prohibitis, & dicta confeſſio nihil præiu-
dicat, ita fuit deciſum in ſupremo Senatu Luſita-
niæ, vt *in Digeſt. Nouiſsim. tom. 1. tit. Confeſsio, cap.
priuignus*, vbi quòd confeſſio † genitorum, ad fauo- 13.
rem vnius ex filiis, cæteris præiudicium non infert,
etiamſi confeſſio iurata fuerit. Et aliquando reſpõ-
di in vna cauſa Vicentina, dum eram Patauij, quòd
pater qui confeſſus fuerat in teſtamento ſe eſſe de-
bitorem vnius ex filiis ex cauſa mutui ſibi facti de
pecuniis militaribus filij, eodem filio præſente, &
acceptante confeſſionem, quòd dicta confeſſio cæ-
teris filiis præiudicium non facit, & onus dicti filij
creditoris eſt, probare dictas pecunias mutuaſſe
patri, quoniam in prohibitis non ſtatur confeſſio-
ni etiam iuratæ ita aſſerentis, in alterius præiudi-
cium, vt pleniſſimè ad hoc allegaui inter deciſiones
Piſanas *in voto 165.* Sed confeſſio dicti mariti, de
qua in præſenti caſu, facta eſt in prohibitis, quia ſi
aliter non apparet de ſolutione dotis, illa confeſ-
ſio † habet vim donationis. *l. quod de ſuo. C. de dot. 14.
cant. non num.* Io. Andr. *in Addit. ad Specul. in tit. de
donat.*

donat. inter virum & vxor. & latiùs per Bartol. in l. ſi diuortio, & ibi Alexand. ff. ſolut. matrim. Bartol. in l. ſi quis pro eo, num. 17. & ibi Addentes in verb. in donatione. ff. de fideiuſſor. Abbas in c. 1. num. 7. de adulter. Dec. in l. 2. §. creditum. in 2. lect. num. 8. ff. ſi cert. pet. Roman. in conſil. 44. & conſil. 445. & habet vim præſumptæ donationis, quæ non præiudicat. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 36. num. 36. Maſcard. concluſ. 359.
15. & ideo dicta confeſſio † dotis receptæ non confirmatur iuramento aſſertorio, quia huiuſmodi iuramentum reſpicit ſolum præteritum, & ſtatim iurans fit periurus, & ideo neque iuranti, neque eius hæredi facit præiudicium. Gabriel. in conſil. 146. n. 2. vol. 1. ergo ceſſat argumentum Surdi in d. deciſ. 127. præiudicat, ergo eſt irreuocabilis; quod retor-
16. quetur, dicta confeſſio non præiudicat, † niſi aliter probatum fuerit dotes fuiſſe traditas; ergo eſt reuocabilis, & acceptatio confeſſionis quæ præiudicat, transfert onus probandi errorem in eũ qui vult reuocare; ergo iſta quæ non præiudicat, hoc probandi onus in alterum non transfert, ſed ipſa vxor ad euadẽdam præſumptionem prohibitæ donationis inter coniuges, dotes fuiſſe datas probare debet, & interim nihil impedit quin confeſſio ipſa ſit ex ſeipſa reuocabilis, & ex natura actus teſtamẽ-
17. ti, in quo facta eſt. Et licèt confeſſio † facta in teſtamento pro exoneratione conſcientiæ præiudicet, quia non præſumitur moribundus mentiri, l. final. C. ad leg. Iul. repetund. cap. ſancimus 1. quæſtion. 3. Tamen hoc intelligitur ſi poſt confeſſionem deceſſit, gloſſ. in l. 1. C. de falſa cauſ. adiect. Afflict. in deciſ. 168. poſt Felin. in c. ſi cautio, num. 24. & ſeq. de fide inſtrum. Pariſ. in conſil. 10. in fin. vol. 2. Sed nos in hoc caſu quando diſputamus an facta in teſtamento poſſit reuocari, præſupponimus teſtatorem ſuperuiuere, & Rota in deciſ. 685. parte 6. in Nouiſſim. tetigit iſtum articulum per diſcurſum quòd confeſſio dotis facta in teſtamẽto pro exoneratione cõſcientiæ non præiudicat, niſi verè appareat de dote data. Imò text. l. ſi voluntate. C. de dotis promiſſ. ex-
18. preſsè decidit, quòd maritus confitendo † ſe recepiſſe dotem per inſtrumentum, adhuc poteſt petere ſibi illam ſolui, ita vt confeſſio illa reuocetur; ergo multò magis, quando in teſtamento per naturam reuocabili facta eſſet.

19. Secundus caſus eſt, de donatione † reciproca, facta in teſtamento coniugum, in quo alter alteri donaret totam ſuam hæreditatem, tunc dictam donationem, & teſtamentum ipſius ratione eſſe irreuocabile, ſcripſit Hieronym. Ceuall. in ſuis communibus cap. 140. num. 4. & plur ſeq. quia, vt ipſe ſcribit, in teſtamento poteſt fieri contractus irreuoca-
20. bilis †, prout eſt donatio inter viuos, & allegat gloſſ. in d. l. heredes palàm. §. final. ff. de teſtam. quam eſſe communiter approbatam, atteſtatur Pariſ. in conſil. 2. num. 19. vol. 3. & quòd dictus contractus in teſtamento factus, ſit irreuocabilis, allegat Roman. in conſil. 171. num. 6. Dec. in conſil. 196. Boër. in deciſ. 353. num. 4. Vaſquium de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 23. num. 3. Tiraquell. ad ll. connubial. gloſſ. 5. num. 102. Ioſeph. Ludouic. in ſuis communib. tit. de teſtament. concluſ. 4. Oldrad. in conſil. 174. Iaſ. in l. cum antiquitas. num. 3. C. de teſtam. Couar. in rubric. de teſtam. part. 3. num. 17. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 75. Craſſ. in §. teſtamentum. quæſt. 60. Addit, quòd iſta opinio eſt communis, & quòd nullum habet contradictorem, ad quod allegat Guttier. in l. nemo poteſt. num. 254. de legat. 1. & addit quòd dicta communis probatur in l. ſicut. §. donationis ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. in l. ſi auia. C. de iure deliber. in l. Pantonius. §. pro herede. ff. de acquir. hered.

Contrariam opinionem ego exiſtimo eſſe veriorem. Primò obſtat text. expreſſus in l. hæreditas. C. de pact. conuent. vbi diſponitur quòd hæreditas pactis † dari non poteſt, & ibi gloſſ. dicit, quòd neque 21.
iure teſtamenti valebit. Item cùm ſit de futura ſucceſſione, ipſo iure eſt improbatum, l. final. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. Abb. in conſil. 48. part. 2. vbi quòd mutua, & reciproca donatio facta inter coniuges, etiam iuramento firmata, nullas vires habet, & ad hoc facit l. vbi ita donatur, & ibi notata per Alex. in addit. ad Bartol. ff. de donat. cauſa mortis. Item quòd dicta reciproca donatio † non ſit irreuocabilis, tanquam facta in 22.
teſtamento, eſt ratio certa, quia principium, & caput teſtamenti eſt hæredis inſtitutio. §. 1. Inſtit. de teſtam. Aut igitur volumus has reciprocas hæreditatum donationes habere vim hæredis inſtitutionis, & tunc teſtamentum remanet in ſui natura reuocabile. Aut volumus retinere vim contractus reciproci, prout poſſunt coniuges ſibi reciprocam † 23.
donationem facere. l. quod autem. §. ſi vir & vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi pater puellæ, & ibi communiter Doct. C. de inoffic. teſtam. Cephal. in conſil. 61. num. 12. vol. 1. & tunc fruſtrà quæritur an iſte contractus factus in teſtamẽto ſit reuocabilis, quia vnicus eſt actus, qui non poteſt eſſe ſimul contractus, & teſtamentum, quia caret inſtitutione non eſt teſtamentum; ergo quæſtio ſine ſubiecto non applicatur, præſertim quia dictus contractus liberam aufert teſtamenti faciendi facultatem.

Et licèt in Camera Imperiali iudicetur pro validitate dictæ reciprocæ † donationis inter coniu- 24.
ges, vt in Digeſt. Nouiſſim. tom. 3. tit. Donatio inter virum, & vxorem. cap. in multis, & cap. iuris. quia dictum pactum reciprocum, & viciſſitudinarium nulli affert præiudicium, Cyn. in d. l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtam. & ibi Bald. Salyc. & Paul. de Caſtr. Item Iaſ. ibi eandem opinionem confirmat per plures rationes, & in l. hoc iure. col. 12. verſ. tertius effectus eſt. ff. de iuſtit. & iur. Barbatia in l. diuortio. ff. ſolut. matrim. Marſil. ſingulari 50. & propter incertitudinem vitæ valeat huiuſmodi reciproca donatio, etiamſi non ſit ſequuta † traditio bonorum in 25.
vita, vt fuit deciſum in Parlamento Delphinali, vt in d. tit. Donatio inter virum, & vxorem. cap. vt donatio, in Digeſt. Nouiſſim. & eadem ratione valeat pactum de ſuccedendo ad inuicem. vt in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtamentum. cap. coniuges. Tamen quando coniuges reciprocè ſibi donant propriam † 26.
hæreditatem, tunc dicuntur ſibi feciſſe donationẽ cauſa mortis, quia cùm nullus viuens habeat hæredem, dicendo hæreditatem, intellexerunt donationem cauſa mortis, quia hæc donatio † tunc fa- 27.
cta cenſetur, quando mortis mentio vel expreſsè facta fuerit, vel alia verba expreſſa ſint morti æquipollentia, & illam in effectu ſignificent, prout fuit deciſum in Collegio Lypſenſi, vt in Digeſt. Nouiſs. tom. 3. tit. Donatio inter coniuges. cap. duo coniuges; ergo donando hæreditatem, voluerunt confirmari donationem per mortem, vt verba intelligantur ſecundùm ſubiectam materiam, & ita eſſe donationem reuocabilem, vt iudicauimus in Collegio Piſano, vt in Digeſt. Nouiſsim. tom. 5. tit. Donatio cauſa mortis. cap. iſta donatio, & dicta ſucceſſio adinuicem ſibi delata eſt reuocabilis: vt in d. tit. Teſtamentum. cap. coniuges. ergo fruſtrà quæritur an donatio per ſui naturam reuocabilis facta in teſtamento dicatur irreuocabilis, iſti termini non ſunt bene applicati.

eſt vera, quando apparet dictam donationem particulatium bonorum legatorum eſſe appoſitam in
38. pœnam reuocationis legati. † Hanc opinionem tenet Bartol. *in l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat.* 3. vbi quærit, quando teſtator dixit, volo hanc eſſe vltimam voluntatem meam, quam promitto non reuocare, & ſi contingat me reuocare, vel aliud teſtamentum facere, ex nunc dono, do omnia bona mea tibi hæredi inſtituto, vel tibi Notario recipienti pro dicto hærede, & legatariis, & *ibi* Bartol. generaliter concludit, quòd talis clauſula non valeat, & tamen Bartol. non ſolùm loquitur reſpectu hæredis vniuerſaliter inſtituti, ſed etiam reſpectu legatariorum, eandem tenet Bald. *in l. ſancimus, in fine. C. de teſtam.* quia per iſtam clauſulam tollitur facultas reuocandi legatum, contra ſubſtantiam legati, Aretin. *in d. l. hæredes palàm. §. final.* ſequitur eandem opinionem Baldi, Paulus de Caſtr. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta,* tenuit eandem opinionem Baldi in legatis, reprobata opinione Romani, Angel. *in*
39. *conſil. 66. col. final. verſ. quinimo*, vbi quòd nullus † homo poteſt diſponere ſuper impedimentis reuocationis legatorum, & cuiuſlibet vltimæ voluntatis. Et hanc opinionem eſſe magis communem atteſtantur Curt. iun. *in d. conſil. 56. num. 5. verſ. ſecundus caſus.* Ludouic. Morotius *in d. conſil. 95.* qui alios plures refert, & Addentes ad Decium *in d. conſil. 293.*

Quartus caſus eſt, ſi de teſtamento nuncupatiuo
40. Notarius rogatus fuerit, & in eo teſtator † aliqua verba iniurioſa contra hæredem ſcribi fecerit, ex quibus ille infamia irrogaretur, ſi teſtatorem pœniteat, non poteſt Notario committere, vt illa cancellet, & indueat, quia licèt de nullius præiudicio agatur, tamen agitur de intereſſe Notarij, quia ſcriptura publica coram teſtibus peracta ita perpetuò reperiri debet, vti in protocollo ſcripta fuit. Bartol. & Alexand. *in l. 2. §. ſi plura. ff. quemadmod. teſtament. aper.* & alij ad hoc allegati per Cagnol. *in l. ſi librarius. numer. 55. de regul. iur.* & cùm caſus occurriſſet, Senatus Pedemontanus demandauit Notario, quòd teneretur deferre matricem, & protocollum coram Senatore, in cuius præſentia dictorum verborum cancellatio fieret, ſuper quo ſcribit Theſaur. *in quæſt. forenſi 67. lib. 3.*

ARTICVLVS III.

An teſtamentum factum à laico, qui poſtea ingrediatur monaſterium, poſſit reuocari poſt profeſſionem factam.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum factum à laico an poſſit ab eodem reuocari, ſi religionem ingreſſus, illam profeſſus fuerit, & num. 5. & 12.*
2. *Monachus dicitur mortuus mundo, & numero 4.*
3. *Mors ciuilis æquiparatur naturali.*
6. *Teſtamentum factum à laico poſſe reuocari ab eodem facto monacho profeſſo, qui communiter teneant.*
7. *Mortis appellatione intelligitur de naturali.*
8. *Mors ciuilis æquiparatur naturali ſolùm in caſibus iure expreſſis.*
9. *Monachus profeſſus quando dicatur mortuus ciuiliter.*
10. *Religioſus poſt profeſſionem de quibus poſſit in iudicio conueniri.*
11. *Legitima num debeatur filio poſt profeſſionem patris.*
13. *Teſtamentum laici poteſt reuocari ab eodem facto monacho de licentia Papæ.*
14. *Monachus in poteſtate Abbatis non poteſt teſtari de illius conſenſu.*
15. *Immola* in l. 1. de teſtamentis, *quòd ingreſſurus religionem poſſit reuocare teſtamentum ſecundùm ſuam diſtinctionem, reprobatur.*
16. *Teſtamentum irreuocabile à nullo fieri poteſt.*
17. *Legitima debetur filio ſtatim poſt profeſſionem patris.*
18. *Mors ciuilis æquiparata eſt naturali reſpectu legitimæ dandæ filiis poſt profeſſionem.*

SCRIPSI in hac parte *quæſtion. 1. artic. 4. in 3. declaratione*, quòd teſtamentum laico factum ante ingreſſum religionis, nõ rumpitur per profeſſionẽ poſtea ſubſecutam. Nũc quæro an poſt dictam profeſſionem † dictus Monachus poſſit illud teſtamentum reuocare. Ratio dubitandi eſt, quia mors ciuilis æquiparatur naturali. *l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* 1.
Sed Monachus † poſt profeſſionem factam dicitur mortuus mundo. *cap. volo. cap. non dicatis. 12. quæſtion. 1. cap. placuit 16. quæſtion. 1. l. Deo nobis. verſ. & hoc tantummodo. C. de Epiſcop. & cleric.* Alexand. *in conſil. 139. in princip. volum. 2.* Calderin. *in conſil. 328.* aliàs eſt 1. *de pecul. cleric.* & dicta mors ciuilis † operatur omnes effectus mortis naturalis, Bartolus *in l. cùm pater. §. hæreditatem, in 1. de legatis 2.* Immol. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, in 2. numer. 23. ff. ad Trebell.* Euerard. *in loco ab æquiparatis, numer. 10.* Surd. *in conſil. 238. numer. 4. vol. 2.* Honded. *conſil. 62. numer. 37. volum. 1.* Roland. *in conſil. 97. numer. 41. volum. 2.* Alexand. *in conſ. 13. num. 1. & 4. vol. 3.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. titul. 7. numer. 8.* Item quia Monachus poſt profeſſionem factam cenſetur ciuiliter mortuus, † 4.
quia non habet poteſtatem ſui corporis, nequè habet velle, vel nolle, ſine licentia ſuorum ſuperiorum, vt probatur in allegatis iuribus, & *in cap. ſi religioſus. de elect. lib. 6. cap. ſi religioſus. de teſtament. eod. lib. 6.* ergo non poteſt facere teſtamentum, quia non habet voluntatem liberam, & quia omnia ſunt acquiſita monaſterio bonorum capaci. *authent. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ergo teſtamentum † priùs factum reuocare non poteſt, 5.
Angel. *in l. 1. ff. de teſtament.* & *ibi* latiùs per Immol. Item quia quem non poteſt actum fouere de nouo, neque poteſt eundem actum priùs factum reuocare. *l. tria onera. §. final.* & *ibi* gloſſ. *ff. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. cùm inferior. de maior. & obed.* & ita hanc concluſionem latiſſimè probat Gozadin. *in conſil. 41. per totum*, ad fauorem hæredis ſcripti, vt non poſſit reuocari poſt profeſſionem teſtatoris, & aditionem hæreditatis factam ab illo.

Contrariam opinionem † firmauit Bartol. *in* 6.
authent. ſi qua mulier. numer. 9. & 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. videlicet quando profeſſio Monachi facta eſt in religione capace bonorum, eandem tenet *in l. ſed et ſi mors. ff. de donat. inter vir. & vxor.* per illam

lum text. vbi donatio cauſa mortis facta vxori con-
firmatur deportatione mariti, ſed interim maritus
poteſt reuocare. Hanc Bartoli ſententiam ſequu-
ti ſunt communiter Doctores, Petrus *in d. authent.*
ſi qua mulier, & *ibi* Cyn. *numer.* 4. Bald. *numer.* 8. *&*
9. vbi quòd non ſolùm poteſt mutare & reuocare
teſtamentum, in quo inſtituit hæredes extraneos,
ſed etiamſi liberos inſtituiſſet, poſſet reuocaret &
monaſterium inſtituere, Anton. de Butr. *in c. in*
præſentia, numero 34. *& ſeq. de probat.* & *ibi* Dec. *nu-*
mero 68. *in fin.* Pariſ. *numer.* 170. Berous *num.* 537.
quos & alios refert Decian. *in conſil.* 31. *volum.* 3. vbi
atteſtatur in principio hanc eſſe communem con-
cluſionem, Menoch. *in conſil.* 980. *in* 3. *&* 4. *ca-*
ſu, volum. 10. vbi multis relatis, quòd pro validi-
tate teſtamenti facti ab aliquo ante ingreſſum re-
ligionis capacis bonorum, expectanda ſit mors
naturalis, & antequam ita moriatur, poterit de
conſenſu ſui ſuperioris teſtamentum reuocare. Et
ratio datur à Bartolo *in d. authent. ſi qua mulier,*
7. quoniam mortis † appellatione intelligitur de
naturali. *l. ex ea.* §. *inſuper. ff. de verb. obligat. l. final.*
C. de his qui ven. ætat. impetrar. d. l. ſed ſi mors. §. 1. *ff.*
de donat. inter vir. & vxor. & l. res vxoris. C. eod. tit.
& ſcribunt Doctores *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tan-*
tum. ff. de liber. & poſthum. Item quia mors ciui-
8. lis non æquiparatur † naturali, niſi in caſibus
à iure expreſſis, gloſſ. *in d. cap. placuit. in ver. mor-*
tuus. 16. *quæſtion.* 1. Oldrad. *in conſil.* 284. *in fine,*
Alexand. *in conſil.* 139. *numero* 4. *verſ. ſecundò quia.*
vol. 2. Ancharan. *in conſil.* 438. *numer.* 2. Iaſ. *in l.* 1.
col. 1. *C. de hered. inſtit.* & eſſe communem concluſio-
nem, atteſtatur Boër. *in deciſ.* 323. *numero* 6. & Mo-
nachus poſt profeſſionem emiſſam, cenſetur mor-
9. tuus † ciuiliter, quantum ad hoc, quia non am-
pliùs habet libertatem voluntatis, & in omnibus
debet obedire ſuis ſuperioribus. Item habetur pro
mortuo in caſibus, in quibus mors ciuilis opera-
tur eundem effectum, quem mors naturalis. Bar-
tol. Bald. & Salyc. *in l. Deo nobis, per illum text. C.*
de Epiſcop. & cleric. Sed non habetur pro mortuo
naturaliter, quia §. *finitur. Inſtit. de vſufructu*, hic
qui finitur morte naturali, non finitur ciuili, quia
Monachus etiam comedit, & manducat benè, &
alia naturalia facit, in quibus non habetur pro
mortuo. Alexand. *in conſil.* 139. *numero* 4. *verſ. ſe-*
cundò quia, & numer. ſequent. vol. 2. & *ibi* Adden-
tes referunt alios ad hoc, & meliùs aliis probat Ge-
minian. *in conſil.* 80. *per totum.*

10. Item quia religioſus † poſt profeſſionem poteſt
in iudicio conueniri, & contra eum formari li-
bellus, & ſententia de geſtis ante profeſſionem,
authent. cauſa quæ ſit cum Monacho, & *ibi* Doctor.
C. de Epiſcop. & cleric. Item pater tenetur inſtitue-
re filium Monachum profeſſum in legitima, aliàs
poſſet querelare teſtamentum. *d. l. Deo nobis.* §. *hoc*
etiam cognito. C. de Epiſcop. & cleric. Item quia le-
11. gitima †, quæ debetur filio poſt mortem patris,
non eſt illi debita poſtquam pater ingrediens, pro-
feſſionem emiſerit in monaſterio, Iaſ. *in d. authent.*
ſi qua mulier. num. 51. *C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Felin.
in d. cap. in præſentia, numero 56. *verſ. ſed contra-*
rium. de probat. & *ibi* Dec. *numero* 67. *verſ. ſecundò*
fallit in legitima. Vaſq. *in l.* 3. *de ſucceſſ. creat.* §. 21.
numer. 175. *& in lib. controuerſ. illuſtr. cap.* 37. *num.*
10. Ceual. *in ſuis communibus quæſtion.* 342. vbi alios
refert. Surd. *de alimentis tit.* 1. *quæſtion.* 29. *numero*
12. 7. *verſ. eſt verum*; ergo Monachus † poſt profeſ-
ſionem emiſſam non eſt verè mortuus, & ideo ſi
eſt in religione bonorum capace, poterit cum ſui
ſuperioris authoritate condere teſtamentum, &
illud ante ingreſſum conditum reuocare.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, ſi teſtamen-
tum † reuocauerit de licentia Papæ. Nam cùm in 13.
ipſo ingreſſu omnia ſua bona & iura ſint tranſlata
in monaſterium, *authent. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
ideo de dictis bonis teſtari vlteriùs non poſſunt, vt
ibi diſponitur, *& in cap.* 2. *de teſtam.* & ad hoc fa-
cit text. §. *illud, in* 2. *in authent. de Monachis.* ergo
de hoc iure reuocandi teſtamenti, quod reperi-
tur in hæreditate, non poteſt diſponere vlte-
riùs.

Et quia in poteſtate † eſt ſui Abbatis, non po- 14.
teſt de illius conſenſu diſponere, ad text. *l. qui in*
poteſtate. ff. de teſtament. Item Abbas nec poſſet
conſentire vt in alterius beneficium diſponeret,
quia hoc eſſet alienare in præiudicium monaſte-
rij, cui dicta bona, & iura ingreſſi acquiſita ſunt,
& obſtaret conſtitutio Paulina *de rebus Eccleſiæ non*
alienandis. Quamobrem ſolus Papa licentiam po-
teſt dare Monacho, vt teſtamentum faciat. Co-
uar. *in d. cap.* 2. *numero* 10. *de teſtament.* Baldus *in*
l. ſi quando, in princip. C. de inoffic. teſtament. & alij
relati per Couar. *ibi*, & ſcripſi *in d. quæſt.* 1. *artic.* 4.
declaratione 6. *huius partis.*

Secundò declaratur, non eſſe faciendam di-
ſtinctionem Immolæ *in l.* 1. *numero* 22. *& ſequent.*
ff. de teſtament. quam ſequuntur Menoch. & rela-
ti ab eo *in d. conſil.* 980. *numero* 4. *& plur. ſeq. vo-*
lum. 10. Aut dictus teſtator † cogitauit facere te- 15
ſtamentum irreuocabile, vt habeat effectum ſta-
tim poſt ingreſſum: aut, vt habeat effectum poſt
mortem naturalem, quia nullus poteſt facere te-
ſtamentum irreuocabile ante mortem natura-
lem, vt probaui in primo articulo huius quæ-
ſtionis; ſed cogitatio pro validitate teſtamenti,
& eius effectu ſtatim poſt profeſſionem emana-
tam, nihil aliud eſt, quàm facere teſtamentum † 16.
irreuocabile, contra textum *l. nemo poteſt. de le-*
gat. 1. Quamobrem ſine licentia Papæ poterit
illud reuocare, & monaſteriũ inſtituere; cum licen-
tia verò illius reuocando, etiam extraneos poterit
hæredes facere.

Tertiò declaratur, vt quamuis poſſit teſtamen-
tum reuocare, tamen filiis legitima † ſtatim poſt 17.
profeſſionem debita eſt, per text. *cap. cùm ſimus. de*
regularib. & hanc opinionem firmarunt Couar. *in*
d. cap. 2. *numero* 2. *de teſtament.* Roland. *in conſil.*
97. *numero* 29. *volum.* 2. Abb. *in cap. in præſentia. nu-*
mero 59. *de probat.* & hanc opinionem ſequuta eſt
Rota Romana, die 31. Ianuarij 1607. coram
Ortembergo, exiſtimantes hanc eſſe verè com-
munem opinionem Doctorum, qui articulum
diſpunxerunt, ex quibus ſolis ipſa communis con-
ſtituitur, & ratio eſt, quia in hoc caſu mors ciui-
lis æquiparata † eſt naturali, *d. cap. cùm ſimus.* 18.
Item ceſſat ratio Ciuiliſtarum volentium legiti-
mam deberi poſt mortem naturalem, quia inte-
rim poteſt pater acquirere, vel perdere. Nam eo
ipſo, quòd Monachus profeſſus eſt, nihil aliud ſi-
bi acquirit, ſed monaſterio. *d. authent. ingreſſi.*
Item nihil aliud diſponere, vel perdere po-
teſt, quia dominium eſt monaſterio acquiſi-
tum.

ARTI

ARTICVLVS IV.

An teſtamentum factum cum authoritate Principis poſſit reuocari, & an ab eodem Principe.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum confirmatum à Principe, etiam eſt irreuocabile.*
2. *Teſtandi facultas inhabili conceſſa intelligitur ſecundùm naturam teſtamenti, id eſt, vt reuocari poſſit.*
3. *Reſcriptum Principis ſemper de iure eſt interpretandum.*
4. *Confirmatio Principis intelligitur ſecundùm naturam actus.*
5. *Teſtamentum habet tacitam conditionem, niſi fiat ſecundum.*
6. *Teſtamenti faciendi facultas conceſſa impotenti de iure, an intelligatur pro prima vice.*
7. *Teſtandi facultatem habens de iure ſpeciali, poteſt teſtamentum reuocare.*
8. *Teſtamentum vltimum, inutiliter factum, cenſetur confirmatum per facultatem teſtandi ſuperuenientem.*
9. *Ratio maior verſatur in ſuſtinendo teſtamento facto, quàm in faciendo de nouo.*
10. *Teſtamenti faciendi facultas ſemper eſt intelligenda de vltimo.*
11. *...ſemper retrotrahitur ad vltimum teſtamentum.*
12. *Princeps poteſt reuocare teſtamentum factum ab aliquo.*
13. *...poteſt occurrere libertati condendi teſtamenti.*
14. *...non poteſt penitus tollere libertatem faciendi teſtamenti.*
15. *...niſi concurrente magna cauſa.*
16. *...propter iuſtam cauſam poteſt mutare, & alterare voluntates morientium.*
17. *...non poteſt reuocare teſtamentum poſt mortem teſtatoris, & hæreditatis aditionem.*
18. *..non poteſt confirmare teſtamentum nulliter factum poſt mortem teſtatoris.*
19. *Dominus directus non poteſt conſentire poſt mortem vaſalli nulliter alienantis.*
20. *Gratia facta ſuper alieno eſt ſpecies furti.*
21. *Princeps de poteſtate abſoluta poteſt mutare, alterare, & reuocare morientium voluntates, etiam ſine cauſa.*
22. *Papa ſolus poteſt commutare voluntates ad pias cauſas.*
23. *Epiſcopus debet cognoſcere de cauſa executionis mutationis vltimæ voluntatis ad pias cauſas factæ per Papam.*
24. *Papa de plenitudine poteſtatis poteſt commutare morientium voluntates, etiam ſine cauſa.*
25. *..poteſt donata Eccleſiis, etiam laicis donare.*
26. *Epiſcopus poteſt aliquando commutare legatum pecuniæ ad pias cauſas factum, in alteram cauſam piam.*
27. *..& an in hoc requiratur conſenſus hæredis.*

1\. QVANDO Princeps alicuius † teſtamentum confirmat, illud ſecundùm propriam naturam confirmare cenſetur, non alterando reuocabilitatem ipſius, & ita teſtator aliud teſtamentum condere poteſt, eo reuocato, quod Princeps confirmauit; ita firmarunt *in l. omnium. C. de teſtam.* Paul. de Caſtro *num. 6.* Salic. *num. 2.* Fulgoſ. *num. 2.* & probat ipſe text. *d. l. omnium, in verſic. ſi vltimum comprobetur, & in verſ. vt libero arbitrio cui teſtandi facultas competit.* Et hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur Iaſ. *ibi num. 5.* Ergo
quando teſtandi † facultatem concedit, ſecundùm 2.
propriam naturam concedere dicitur, videlicet, vt reuocari poſſit. Probatur conſequentia, quia tam confirmatio, quàm teſtandi facultas ab ipſo iure communi interpretationem recipit. Item
quia reſcriptum † Principis ſemper eſt intelli- 3.
gendum prout de iure. *l. quoties. C. de precib. Imper. offer.* & potius debet interpretari vt nihil operetur, quàm vt præiudicet iuri tertij. Felin. *in cap. 1. num. 9. de reſcript.* Schrad. *de feud. part. 10. ſectione*
3. num. 15. Sed confirmatio intelligitur † ſecun- 4.
dùm naturam actus, ita vt illam non extendat ad alterum caſum, *l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de liberat. legat.* Bald. *in l. nominationis, in fine. C. de appellat.* Dec. *in rubric. de confirmat. vtili, vel inutili, num. 2. & ſeq.* Bero. *quaſt. famil. 150. num. 2.* Ergo & facultas teſtandi intelligenda eſt ſecundùm naturam teſtamenti faciendi, prout eſt caſus *in l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.* Sed natura teſtamenti eſt reuocabilis vſque ad vltimum ſpiritum, & ideo recipit confirmationem à morte, vt probaui in primo articulo huius quæſtionis; ergo antequam quis moriatur, adhuc teſtatus dici non poteſt; ergo facultas teſtandi, intellecta prout de iure, intelligitur cum facultate reuocandi vſque ad vltimum exitum vitæ, non enim poteſt quis dici teſtatus, niſi moriatur, quoniam
ſemper teſtamentum † habet tacitam conditio- 5.
nem, niſi fiat ſecundum, Dec. *in conſil. 489. numero 2.* Socin. iun. *in conſil. 114. num. 15. vol. 3.* & ſemper dicitur ſecundum, illud vltimum, cum quo quis moritur.

Et licèt contrariam opinionem firmauerint mul-
ti, quòd facultas teſtamenti † faciendi con- 6.
ceſſa illi, qui non poteſt teſtari, intelligenda eſt pro prima vice, ita vt explicato primo teſtamento non poſſit condere ſecundum, vel primum reuocare. Dec. *in conſil. 512.* Socin. iun. *in conſil. 89. volum. 1.* Curt. iun. *in conſil. 178.* Couar. *in cap. cum in officiis, num. 8. de teſtam.* Tiraquell. *in l. boneæ. §. hoc ſermone, num. 128. ff. de verb. ſignificat.* Qui mouentur quoniam materia eſt odioſa, & ideo vnico primo actu conſumi debet. Item quia prohibitus teſtari, ſi obtineat facultatem, dicitur teſtari de iure ſpeciali, quæ in primo actu conſumi debet. Nihilominus contrarium fuit deciſum in Rota Romana, quòd dicta facultas teſtandi conceſſa Epiſcopo intelligitur ſecun-
dùm naturam teſtamenti †, & ita vt reuocare 7.
primum poſſit, & ſecundum vel alterum condere, donec moriens cum vltimo teſtatus dici poſſit, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. teſtamentum, cap. ſecundùm teſtamenti,* & ibi Rota *in deciſ. 47. num. 11. part. 1. in Nouiſſimis*, recenſet omnes Doctores, & quidem grauiſſimos, ex quorum relatione conſtat hanc eſſe communem concluſionem.

Item confirmatur, quia facultas † teſtandi com- 8.
petens de iure ſpeciali confirmat vltimum teſtamẽtũ, etiamſi fuerit nullũ, & inualidum. *l. ſi quis filio. §. qua ratione. ff. de iniuſto teſtam.* vnde ſi teſtator, qui teſtari nõ poterat, fecerit primũ teſtamentum inualidum, deinde illud reuocãdo fecerit ſecundũ pariter inualidum, ex defectu poteſtatis, poſteàque teſtãdi facul

facultatem obtineat, hæc facultas confirmat vlti-
mum teſtamentum. *d. §. qua ratione.* Ergo etiam con-
firmat vltimum teſtamentum poſt obtentam di-
ctam facultatem factum, quia non eſt maior ratio
de vltimo facto poſt facultatem, quàm de vltimo
9. fact- ante illā obtentam. Imò maior ratio † eſt in
ſuſt...ndo, quàm in faciendo de nouo, Paul. de
Caſtr. *in d. l. ſi quis filium. §. irritum. ff. de iniuſt. te-
ſtam.* & ideo intrat ratio Auth. *multò magis. C. de ſa-
croſ. Eccleſ.* tanto magis, quia facultas teſtandi in
futurum, ſecundùm veram opinionem, non vali-
dat teſtamentum factum, vt *Digeſt. Nouiſſ. tomo 5.
tit. Teſtamentum. cap. teſtandi facultas.* Item quia te-
ſtamentum eſt vltimæ voluntatis ſententia, & prio-
ris voluntatis ceſſat eſſe teſtamentum; ergo facul-
tas teſtandi ſemper habet reſpectum ad vltimum,
quod verè dicitur teſtamentum, & ideo text. *l. om-
nium. C. de teſtam.* expreſsè dicit: Voluntates homi-
num audire volumus, non iubere, ne poſt ſenten-
tiam noſtram inhibitum videatur commutationis
arbitrium, cùm hoc ipſum quod per ſupplicatio-
nes noſtris auribus intimatur, ita demum firmum
ſit, ſi vltimum comprobetur. Per quem text. fir-
10. marunt Doct. quòd facultas † teſtamenti faciendi
ſemper eſt intelligenda de vltimo teſtamento, Io.
Andr. *in cap. non poteſt, in vltimis verbis. de præbend.
lib. 6.* Bald. *in cap. 1. §. 1. num. 21. de pace Conſtant.*
& plures alij ad hoc allegati *in d. deciſ. Rotæ 47.
num. 11. part. 1. in nouiſſim.* Item quia dicta facul-
11. tas † ſemper retrotrahitur ad vltimum teſtamen-
tum. Paul. de Caſtr. *in l. ſi iam facta. ff. de iniuſt. te-
ſtam.* Ergo debet intelligi de teſtamento nouiſſimè
facto poſt dictam facultatem, quia maior ratio eſt
de ſuſtinendo iam facto, quàm de faciendo nouo,
ita multis relatis argumentatur Surdus *in conſ. 461.
num. 10. vol. 4.*

12. Secundus caſus eſt, Princeps † poteſt reuocare
teſtamentum ab aliquo factum, quoniam facultas
teſtandi eſt de iure ciuili, vt latè ſcripſi in hac par-
te *quæſt. 1. artic. 1.* ergo Princeps poteſt illam tol-
lere, vt notant omnes *in l. omnes populi. ff. de iuſt.
& iur. in l. de quibus. ff. de legib. in §. ius autem ciuile.
Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.* Item poteſt Princeps
13. occurrere † libertati cōdendi teſtamenti, quæ pri-
uato competebat, ex regula *l. 1. ff. de conſtit. Prin-
cip. & l. reſcripta, & l. quoties. C. de precib. Imper. of-
14. ferend.* Et licèt diſpoſitio Principis † tollens teſta-
menti factionem homini ſanæ mentis, & libero
dicatur iniqua. *l. ex facto. §. nam ſi furoſo. ff. de vulgar.
& pupillari*, & Doctores ita communiter firmarūt,
Angel. *in d. l. ex facto*, vbi atteſtatur de communi,
Iaſ. *num. 8.* & plures ad hoc probandum refert Surd.
in d. conſ. 461. num. 12. & plur. ſeq. vol. 4. Tamen iſto-
rum opinio procedit, quando Princeps tolleret ſine
15. cauſa dictam teſtandi facultatem †, ſed cum cauſa
iuſta bene dictam facultatem tollere poteſt, prout
reſpondit idem Surd. *in d. conſil. 461. per totum*, vbi
pater illecebris ſecundę vxoris inductus omnia bo-
na ſua vendere tentabat, & pretio quocumque
quod inueniret, vt deluderet, & fraudaret filios,
& in patriam ſecundæ vxoris migrando, pretio
illo vxori clam tradito, ſuos filios paterna ſubſtan-
tia priuaret; propterea Princeps illum quacum-
que diſpoſitione priuauit, atque ad teſtandum in-
habilem reddidit.

16. Item quòd propter iuſtam † cauſam poſſet al-
terare, & commutare morientium voluntates, eſt
communis opinio, dę qua per Couarr. *in lib. 3. va-
riarum reſolut. cap. 6. num. 7. verſiculo ſextò hanc ſen-
tentiam*, & Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 1. n. 29.*
Peregrin. *de ſ. deicommiſſ. art. 24 num. 44.* Et quomo-
do poſſit derogare, & tollere ius alterius, ſcribam
pleniſſimè *in Appendice huius capituli.*

Declaratur primò, vt non poſſit reuocare teſta-
mentum † poſt mortem, quando adita eſt hæ- 17.
reditas, & factum eſt proprium patrimonium
adeuntis, gloſſ. *in l. 1. §. veteres, & ibi* Alex. de com-
muni, *ff. de acquir. poſſeſſ. l. qui Romæ. §. duo fratres.
ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in l. ſi teſtamentum, num. 3. C.
de teſtam.* Socin. iun. *in conſil. 65. vol. 2.* & Bald. *in
d. l. ſi teſtamentum*, dicit, per temeritatem autem
nullus rationabiliter poteſt, cùm adita hæreditate
ſit naturalis obligatio ad obſeruationem teſtamen-
ti, quæ per temeritatem reſcripti non reuocatur.
Et ita firmarunt Martin. Laudenſ. *in tract. de prin-
cip. quæſt. 22.* Archidiacon. *in cap. Epiſcopus. diſtinct.
88.* Roman. Fulgoſ. & Cornel. *in d. l. ſi teſtamen-
tum*, & de communi Pancirola *in conſil. 59. num.
63. & ſeq.* Menoch. *in conſil. 20. num. 27. & plur.
ſeq.* Dec. *in conſil. 357. num. 5. & in conſil. 403.
num. 14. & conſil. 519. num. 5. & conſil. 557. num.
5.* Crauett. *in conſil. 296.* Petra *de ſideicommiſſ. quæſt.
11. concluſ. 22.* Theſſaur. *deciſ. 270. num. 6.* Ita poſt
mortem eius qui nulliter teſtatus fuit, non poſ-
ſet confirmare † illud teſtamentum in præiu- 18.
dicium venientium ab inteſtato, qui hæredes ſe
declarari fecerunt. Et illud ius acquiſitum nulla-
tenus tolli poteſt, ſicut dicimus quòd dominus
directus † poſt mortem vaſalli alienantis feu- 19.
dum non poteſt conſentire, & facere validam
alienationem, quia medio tempore eſt ius alteri ac-
quiſitum, quod tolli non poteſt, Andr. *in cap. im-
perialem, num. 15. & ſeq. de prohibit a feudi alienat.
per Federic. & in cap. 1. §. donare, qualiter feud. alien.
pot.* Bald. *in cap. 1. vol. 6. verſic. quærit gloſſ. de
alia quæſt. An agnat. vel filius.* Dominus, ait, ni-
hil poteſt facere ad præiudicium eius cui eſt ius
quæſitum poſt mortem vaſalli, quia facere gra-
tiam de alieno eſt † ſpecies furti, licèt illa ap- 20.
probatio teſtamenti, & conſenſus præſtiti poſt
mortem, valerent in præiudicium ipſius Princi-
pis concedentis. Natta *in conſil. 501. num. 32.* Ro-
land. *in conſil. 2. num. 146. vol. 1.* Grammatic. *in de-
ciſ. 103. num. 184. & num. 209.* Burſat. qui alios
refert *in conſil. 89. num. 29.* Sed hæc procedunt in
poteſtate ordinaria, ſed de abſoluta poteſtate
Princeps poteſt mutare †, alterare, & corrige- 21.
re morientium voluntates, etiam in tertij præiu-
dicium, quia dicta poteſtas nullis legibus eſt ſub-
miſſa, Dec. *in conſil. 357. col. 4. verſic. poſtremo*, So-
cin. *in conſil. 120. col. 7. verſic. ſed hoc non obſtante,
volum. 3.* Archidiacon. *in cap. ſinal. 9. quæſt. vlti-
ma*, Reſtaur. *in tractatu de Imperatore, quæſt. 98.
num. 8.* Pinell. *in rubric. C. de reſcind. vendit. part.
11. cap. 12. num. 14.* Berous *in conſil. 76. num. 24.
volum. 1.* Roland. *in conſil. 69. num. 23. & ſeq.
volum. 2.*

Secundò declaratur, vt voluntates vltimas, &
diſpoſitiones ad pias cauſas ſolus Papa † commu- 22.
tare, & alterare poſſit. *Clem. quia plerique, de religioſ.
domib.* & not. *in cap. quod translatione, de offic. legati.*
Sed quia non licet defunctorum voluntates alte-
rare. *cap. non licet. 12. quæſt. 2. & cap. non eſt. de vo-
to.* Ideo dicunt Papam debere moueri ex iuſta cau-
ſa ad faciendum contrariū, & prius quàm exe-
quatur Epiſcopus †, tanquam delegatus ſedis A- 23.
poſtolicæ ſummariè, & extraordinariè debere co-
gnoſcere, nihil in precibus, tacita veritate, vel
ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, vt cautum eſt
per Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* Sta-
philæus

phileus *de literis gratiæ*, *num.* 15. dicit hoc eſſe de
reſeruatis Papæ. Couarr. *in cap. tua, num.* 17. dicit
id non poſſe fieri, præterquam à Summo Ponti-
fice. Guidopap. *deciſ.* 556. dicit, hoc non poſſe fie-
ri ab Epiſcopo, Capella Tholoſ. *deciſ.* 26. Guttie-
rez *in repetit. l. nemo poteſt, num.* 83. *de legat.* 1. Ale-
xand. *in conſil.* 94. *prope finem vol.* 1. *& in conſil.* 2.
eod. vol. 1. Petra *de fideicommiſſis, quæſt.* 11. *concluſ.*
22. *verſ. & hanc concluſionem*, omnes Canoniſtæ *in d.*
Clem. quia plerique, præſertim Zabarell. *num.* 12. *in*
5. *quæſt.* Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent. num.* 19. *de con-*
24. *ſtit.* Sed Papa poſſet † de plenitudine poteſtatis,
etiam ſine cauſa commutare morientium volunta-
tes, quia ipſe tanquam dominus rerum Eccleſiæ
poſſet remittere quicquid donatũ eſt Eccleſiæ, at-
que illas donare. *cap. oportet, & ibi* Archidiacon. *di-*
ſtinct. 9. Idem *in cap.* 1. *de præbendis lib.* 6. Imò etiam
25. laicis donare † poſſet. §. *his ita.* 35. *quæſt.* 1. Item
etiamſi in remiſſionem peccatorum relictum eſſet,
Papa poteſt ſuper illis diſponere ex poteſtate cla-
uium. vt not. *in Clem.* 1. *de pœnitent. & remiſſ. & in*
cap. 1. *de pœnis lib.* 6. Ancharan. *in regula peccatum*
lib. 6. & latiùs per Felin. *in tract. de indulgentiis.* Ve-
26. rùm ſi legatum pecuniæ † factum eſſet ad certum
vſum pium, non neceſſarium Eccleſiæ, tunc Epi-
ſcopus poſſet diſpenſare, vt in alterum vſum pium
magis neceſſarium illa pecunia legata expendere-
tur, cui neceſſitati aliunde ſubueniri non poſſet,
abſque maxima neceſſitate, Couarr. *in d. cap. tua*
num. 7. *de teſtam.* Ioan. de Selua *in tract. de benefic.*
part. 1. *quæſt.* 6. *num.* 12. Summa Syluestrina *in*
ver. legatum, in quarto. num. 12. Summa Tabiena
in ver. legatum in 2. *num.* 2. Et licèt Gomeſius *in reg.*
27. *de triennali poſſeſſore, quæſt.* 92. requirat in hoc †
conſenſum hæredis, tamen Ioan. de Selua *in loco ci-*
tato, hoc intelligit quando Epiſcopi voluntas in
hoc de iure, & de facto adimpleri non poſſet.

APPENDIX AD ARTICVLVM præcedentem,

An & quando Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit tollere ius alterius.

S V M M A R I A.

1. *Princeps eſt Dei miniſter, maritus reipublicæ, & pater patriæ.*
2. .. *poteſt ex cauſa ius diuinum limitare.*
3. *Lex poſitiua diſtinguit, & limitat ius diuinum.*
4. *Bannitus an poſſit vigore ſtatuti licitè occidi, etiam in foro conſcientiæ.*
5. *Homicidium commiſſum ad vindictam, non excu- ſatur in foro conſcientiæ.*
6. *Princeps ſine cauſa non poteſt derogare iuri natu- rali, vel gentium.*
7. *Cauſa iuſta probari debet, quando Princeps diſpen- ſat contra ius naturale.*
8. *Cauſa iuſta præſumitur in Principe diſpenſante con- tra ius poſitiuum.*
9. *Princeps nihil debet attentare in præiudicium iuriſ- dictionis alterius.*
10. .. *poteſt obligare ſuos ſubditos ad obſeruantiam legis in foro conſcientiæ,*
11. .. *ſi lex facta eſt ad bonum publicum, ſecus ad pri- uatam vtilitatem.*
12. *Ius ciuile an debeat obſeruari etiam in foro con- ſcientiæ.*
13. *Ratio generalis in lege dicitur expreſſa per modum regulæ.*
14. *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt rem alte- rius auferre, & dare alteri, & num.* 23.
15. .. *etiam ſine cauſa poteſt aliquem priuare iure ſuo.*
16. *Plenitudo poteſtatis, quid ſit.*
17. L. 2. C. de crimine ſacrilegij, *declaratur.*
18. *Principes etiam mali ſunt tolerandi, neque ſubditi aliquid opponere poſſunt.*
19. *Principes habent dominium diſponendi de rebus ſui ſtatus, lege non prohibente.*
20. .. *non tollunt ius alterius niſi vrgente neceſſitate.*
21. .. *auferentes iura alterius, tenentur dare excam- bium.*
22. .. *non dicuntur poſſe quod cum peccato poſſunt.*
24. *Principi auferenti rem alterius ſine cauſa, non te- netur obedire.*
25. *Sententia continens peccatum, eſt ipſo iure nulla.*
26. *Principes auferentes rem alterius cum cauſa, te- nentur dare excambium.*
27. .. *poſſunt auferre rem alterius, quando aliter paci conſuli non poteſt.*
28. *Princeps auferens bona alterius ob publicam vtili- litatem, debet ſoluere pretium.*
29. L. item ſi verberatum. ff. de rei vendic. *de- claratur.*
30. *Princeps de plenitudine poteſtatis non aufert ius alterius acquiſitum ex contractu.*
31. .. *de plenitudine poteſtatis poteſt præiudicare in iure quærendo.*
32. *Spes ſucceſſionis ad feudum tolli poteſt.*
33. *Agnati, viuente feudatario, dicuntur eſſe in ſpe fallaci ſucceſſionis.*
34. *Primogenitura poteſt erigi à Principe in præiudi- cium agnatorum.*
35. *Princeps poteſt tollere filio potentiam ſuccedendi patri.*
36. *Filius, viuente patre, nullum ius futuræ ſucceſ- ſionis habet.*
37. *Princeps poteſt tollere ius adeundi hæreditatem.*
38. *Legitimatio poteſt à Principe fieri in præiudicium ſucceſſionis agnatorum.*
39. *Princeps poteſt mutare omnes clauſulas teſtamen- torum.*
40. .. *poteſt infectos, vel ſuſpectos de peſte de ſuis domi- bus expellere, & eorum bona mandare com- buri.*
41. *Princeps propter publicam vtilitatem, quamcun- que legem condere poteſt.*
42. .. *propter pacem publicam poteſt tempore belli dam- na ſubditis illata remittere in perpetuum.*
43. .. *etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem naturalem in criminalibus, nec in ciuilibus.*
44. *Defenſio perſonalis eſt manualis, quæ dicitur propria defenſio.*
45. *Sacerdos in celebratione Miſſæ ſe defendendo, non incurrit irregularitatem.*
46. *Statutum auferens omnes exceptiones, non dicitur auferre exceptionem innocentiæ.*
47. *Defenſio in cauſis ciuilibus, & criminalibus non poteſt tolli per Principem.*
48. *Cauſæ ciuiles grauis præiudicij æquiparantur cri- minalibus.*
49. *Defenſio cauſata à multiplicitate citationum tol- li poteſt.*

50. *Princeps poteſt tollere defenſionem in iudiciis ex iuſta cauſa.*
51. *Legitima filij delinquentis non poteſt tolli per Principem.*
52. *Legitima, viuente patre confiſcari non poteſt.*
53. *Legitimam non poſſunt petere filij, patre diſſipante omnia bona in vita.*
54. *Legitima debet dari filiis à patre ingrediente, & profitente religionem, etiam habentem bona in communi.*
55. *Princeps poteſt auferre ius quæſitum, quando ipſe fuit cauſa acquiſitionis.*
56. *Lex poteſt auferre beneficium, quod alicui conceſſit.*
57. *Priuilegium non dicitur ablatum, ex eo quia Princeps illud reducit ad terminos iuris communis.*
58. *Princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt reuocare priuilegium, quod tranſiuit in contractum.*
59. *Priuilegium non ſubdito conceſſum, reuocari non poteſt.*
60. *Princeps non vtitur plenitudine poteſtatis contra non ſubditum.*
61. *Priuilegia, quæ tranſeunt in contractum, nullatenus poſſunt reuocari.*
62. *Princeps debet habere conſtantem voluntatem.*
63. ...*reuocando priuilegium præſumitur circumuentus à miniſtris.*
64. *Priuilegium non ſubdito conceſſum propter quam cauſam reuocari poſſit.*
65. *Priuilegium aliquando ſapit naturam, facio, vt facias.*
66. *Subditi appellatione in priuilegiis propriè intelligitur de naturali, non autem per incolatum.*
67. *Ciuilitas non acquiritur per incolatum cum animo reuertendi.*
68. *Crimen læſæ maieſtatis non committitur à non ſubdito naturali.*
69. *Princeps non poteſt reuocare ius quæſitum tertio, ex contractu ſuo.*
70. *Conceſſio facta mediante pretio, reuocari non poteſt.*
71. *Priuilegium conceſſum in præmium remunerationis reuocari non poteſt.*
72. *Remuneratio dicitur titulus oneroſus.*
73. *Princeps dicitur contrahere tanquam priuatus.*
74. *Princeps ſuſtinet duas perſonas.*
75. *Prælatus, & tutor præſumuntur contrahere nomine adminiſtratoris.*
76. *Princeps in dubio præſumitur reſcribere ſecundùm leges.*
77. ...*nec præſumitur velle facere præiudicium.*
78. *Princeps aliquando præſumitur vti plenitudine poteſtatis.*

1. PRINCEPS eſt Dei miniſter † ad curam, & ſalutem hominum conſtitutus; iuſtitia enim eſt finis legis, lex Principis opus, Princeps verò eſt Dei ſimulacrum, gloſſ. *in rubrica Authent. de hæredib. & falcid.* Dei proconſulem in terra appellat. Item maritus regni, ſiue Reipublicæ à Lucano appellatur, quoniam inter ipſum, & Rempublicam matrimonium politicum contrahitur, ſicut dicitur de Prælato cum Eccleſia, *in cap. ſcire 7. quæſt. 1.* & ita ſcribit Paris de Put. *in tract. de re milit. fol. 155. num. 9.* ſed reſpectu ciuium pater patriæ dicitur, Andr. *quæ ſit prima cauſ. beneſic. amitt. num. 42.* Quemadmodum Deus in cœlo conſtituit pulcherrimum ſimulacrum ſolem, & lunam, talis eſt in Republica imago, & lumen ipſe Princeps, qui Dei iuſtitiam tuetur; erudito enim, & prudenti Principi legis ratio ſemper familiaris, nec vnquam animum ſuum ductu, ſuáque moderatione deſtituens, ipſe eſt lex animata in terris conſtitutus. *Authent. de conſulibus, circa finem, & §. ſit igitur licentia. Authent. quib. mod. nat. effic. legitim.* Itaque dicebat Anaxarchus Alexandro: Quicquid à Rege fit, fas, iúſque ſit, vt latè exornat Plutarchus *in libello de doctrina Principis.* Sed quia ſæpe ſæpius agendo aliquid, ſolitus eſt vti clauſula, *De plenitudine poteſtatis*; idcirco Doctores noſtri in controuerſiam poſuerunt, vtrùm in omni caſu illa vti conueniat, præſertim ſi tertio fiat præiudicium. Quamobrem per frequentiores caſus iſtam controuerſiam explicandam exordior.

Primus caſus eſt, Princeps † ex cauſa poteſt 2.
ius diuinum limitare, ita firmarunt Bartol. *in proœmio Digeſt. col. 3. verſic. quæro quid in reſcriptis, & in l. omnes populi in 3. quæſt princip. ff. de iuſtit. & iur.* Bald. *in Authent. ad hæc col. 2. de vſuris, & in l. 2. in fin. C. de precib. Imper. offer.* Alberic. *in 1. part. ſtatut. quæſt. 7. & in l. quoties. col. 3. & 4. C. de precib. Imper. offer.* Et hanc concluſionem communiter ſequuntur omnes Canoniſtæ *in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit.* Felin. *num. 49.* Bero: *num. 30.* & fuit recepta in multis tribunalibus, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 4. tit. Princeps. cap. quæ, & quanta, & cap. princeps ex iuſta.* Zaſius *in l. princeps. num. 12. ff. de legib.* ſcribunt Doct. *in l. final. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. & in l. 1. C. communia prædiorum,*
quòd licet † lex poſitiua non poſſit tollere ius 3.
diuinum; tamen poteſt illud diſtinguere, & limitare. Nam de iure diuino, *In ore duorum, vel trium ſtat omne verum. cap. in omni, de teſtib. cap. nouit. de iudic.* & tamen lex poſitiua diſponit, quòd in aliquibus caſibus requirantur plures, vt in teſtamentis. *l. ſi vnus, & l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.* Item de iure diuino eſt prohibitum homicidium, & tamen per ſtatûtum poteſt permitti occiſio ban-
niti †: quo caſu, ſtante tali ſtatuto, poterit etiam 4.
occidi in foro conſcientiæ, vt eſt communis opinio, de qua per Alex. *in l. ſi plagij, in princip. ff. de verb. obligat.* poſt Bald. *in l. Gracchus. C. de adulter. & in l. 1. C. de confeſſ. & in l. 1. col. 3. C. ſi à non compet. iud. & in d. l. final. C. ſi contra ius, vel vtil. pub.* Angel. *in l. de quibus. ff. de legib.* Anton. de Butr. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum,* & *ibi* Dec. *num. 54. & ſeq.* licèt multi contradicant, quòd in foro conſcientiæ occidi non poſſit, Nicolaus Moronus *in tract. de fide, treuga, & pace, quæſt. 107. num. 9. fol. 434. in vndecimo vol. tractatuum parte 1.* Addentes ad Abb. *in cap. olim, num. 17. de reſtit. ſpoliat. & in cap. interfeciſti, de homicid.* & *ibi* Addentes, Alberic. *de ſtatutis parte 4. quæſt. 19. fol. 69.* Idem ſi per le-
gem, vel ſtatutum permitteretur homicidium † 5.
ad vindictam, occidens non excuſaretur in foro conſcientiæ, gloſſ. *in cap. inter. 33. quæſt. 2.* quæ dicit patrem occidentem adulterum filiæ, non excuſari in foro conſcientiæ, quia lex illud concedit ad vindictam, de quo per Anchar. *in d. c. interfeciſti, de homicid.* Abb. *in cap. veniens in 2. de ſponſalib. & in cap. cùm eſſes. de teſtament.* Et ſi diceretur quòd illa gloſſ. dicit neminem excuſari, niſi quem canon excuſat; reſpondetur, quòd ſicut canon excuſat iudicem, ita excuſare debet occidentem vigore legis, quæ ſuccedit loco iudicis, & ad hoc propoſitum,

ſitùm, conferunt multæ deciſiones in materia bannitorum, quæ ſunt cumulatæ *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 2. tit. Bannitus.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat in Principe limitante, vel diſtinguente ius diuinum ex cauſa, ſine
6. qua iuri naturali †, vel gentium derogare non poteſt, Abb. Felin. Dec. & cæteri *in d. cap. quæ in Eccleſiarum*, Bartol. & cæteri *in d. l. final. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* Aretin. *in l. 1. in princip. col. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* niſi de modico præiudicio ageretur. Abb. & alij, *in d. cap. quæ in Eccleſiarum*, per text. *l. quoties. C. de precib. Imper. offer.* Alex. *in conſil. 215. vol. 2.* ſed debet euidenter conſtare de voluntate Principis, prout loquitur d. l. *quoties*, aliàs in dubio non præſumitur præiudicare voluiſſe, gloſſ. *in cap. cum olim, in verſic. ſine præiudicio, de con-*
7. *ſuetud.* Item de iuſta cauſa † in Principe diſpenſante contra ius diuinum conſtare debet, quia in dubio in hoc caſu non præſumitur, vt per omnes Canoniſtas *in d. cap. quæ in Eccleſiarum*, Iaſ. *in l. quominus, in repetit. ff. de fluminib.* Roman. *in conſ. 352. in fin.* Alciat. *in regula 3. præſumpt. 8. num. 3.* Et hæc opinio fuit recepta in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo 1. titulo Cauſa. cap. iuſta cauſa.* Li-
8. cet ſi diſponeret contra ius poſitiuum †, tunc in principio ſemper iuſta cauſa præſumenda eſſet, ad gloſſ. communiter approbatam *in l. relegati, in fin. ff. de pœnis*, pro quo facit text. *in Clem. 1. de probat. & cap. cum à nobis, in fine*, & ibi Doct. *de teſtibus.* Sed hoc intelligitur, quando motu proprio diſponit, ſecus ſi ad partis poſtulationem, vt plenè probat Mynſinger. *in allegata deciſ. Cameræ Imperialis, obſeruat. 8. centur. 4.*

Secundò declaratur, vt procedat in pertinentibus ad ſuam iuriſdictionem, puta Princeps in temporalibus ſuæ iuriſdictionis, & Papa in ſpirituali-
9. bus, quia aliter nihil debet in præiudicium † iuriſdictionis alterius attentare, vt latè ſcribit Dec. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum. n. 81. & ſeq. de conſtit.* vbi hoc deducit in practicam aliquorum caſuum, & alij ad hoc allegati per Mynſinger. *obſeru. 97. cent. 5.*

Secundus caſus eſt, Princeps de plenitudine po-
10. teſtatis † poteſt obligare ſuos ſubditos ad obſeruantiam ſuæ legis, etiam in foro conſcientiæ, prout declarat D. Thom. *in 1. 2. quæſt. 69. artic. 4.* Archiepiſc. Florentin. *in ſumma parte 1. tit. 18. cap. vnic. §. 2.* Alphonſus de Caſtro *de poteſtate legis pœnalis lib. 1. cap. 4.* Medina *de reſtitutione, quæſt. 36. verſic. quo præmiſſo*, Summa Syluestrina *in ver. lex, quæſt. 8.* Barbatia *in cap. filius, num. 8. de teſtam. & in conſil. 46. num. 20. vol. 1.* Bartol. *in l. ſi quis pro eo. col. 4. ff. de fideiuſſor. & ibi* Addentes alios referunt.
11. Declaratur iſte caſus, quando lex eſt facta † ad bonum publicum principaliter, ſecus ſi principaliter ad priuatam vtilitatem, Bartol. & cæteri *in d. l. ſi quis pro eo*, Anton. Gomeſ. *ad l. 69. Tauri num. 4.* D. Thom. *in 2. 2. quæſt. 60. art. 5.* Couar. *in c. quamuis. parte 2. §. 2. num. 7. de pact. lib. 6.* vbi de communi atteſtatur, & poteſt eſſe exemplum in filia à patre matrimonio collocata, quæ renuntiat bonis paternis, nam tale pactum eſt nullum. *l. pactum. C. de collat.* ſed ſi iuramentum appoſuerit, eſt omnino obſeruandum. *cap. quamuis. de pact. lib. 6.* Quòd ſi iuramentum apponeretur actui principaliter vetito, propter vtilitatem publicam, tunc legis tranſgreſſio induceret peccatum, ac proinde iuramentum non obligaret. Idem ſi eſſet præſtitum contra bonos mores. *c. non eſt validum. de regul. iur. lib. 6.*

Secundò declaratur caſus, vt procedat, quando conſtat legiſlatorem Principem ad peccatum obligare voluiſſe, Curt. iun. *in conſil. 10. num. 12.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 660.* & in dubio idem reſponderunt Barbat. *in d. cap. filius*, quia ius
ciuile † ſi expreſsè nõ eſt de iure Canonico repro- 12.
batũ, debet obſeruari in foro animæ, & *in d. conſ. 46. num. 20. vol. 1.* Bartol. & addentes ad eum *in d. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* Sed in contrarium ſubtiliter ponderatur à Vaſquio *ibid. num. 661.* textus *in l. quæ ſub conditione, in princip. ff. de condit. inſtitutionum*, vbi relictum fuit ſub conditione iurandi, & lex noluit vt iuramentum præſtaretur, addens rationem, quia perfidi, & religionis contemptores facilè periurabunt: ergo lex noluit, vt augeretur peccatum eorum qui religionem contemnunt, ſed potiùs ſtudet peccata diminuere. Et quia illa ratio ge-
neraliter † in lege expreſſa eſt, ideo per modũ re- 13.
gulæ in omnibus intelligenda eſt, gloſſa *in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. §. fin. in ver. ordine.* Baldus *in l. final. ff. de hæred. inſtit. & in l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* Alex. & Iaſ. *in l. humanitatis*, per illum text. *C. de impuber. ſubſtit.* Dec. *in l. final. C. de pact.* facit *l. 2.* per locum à ſpeciali. *C. de reb. credit. in verſ. ſatis Deũ habet vltorem.* Quamobrem intentio legis non videtur in dubio in foro conſcientiæ obligare, niſi cùm legis tranſgreſſor damnum infert dolo, aut culpa, tunc enim ad damni reſtitutionem tenetur, quamuis ad pœnã legalem præſtandam in foro animæ nunquam teneatur. Bald. *in l. 1. C. de vectigal. & commiſſ.* Felin. *in c. audiuimus col. 1. de ſimonia*, gloſſa communiter approbata *in cap. fraternitatis. 12. q. 2.*

Tertius caſus eſt, Princeps † de plenitudine po- 14.
teſtatis poteſt rem alterius ſine cauſa auferre, & dare alteri, Angel. *in l. item ſi verberatum, in princ. ff. de rei vendic.* dicit: Mentiuntur per gulam, qui dicunt quòd Imperator de plenitudine poteſtatis nõ poſſit mihi auferre dominium rei meæ. *& in l. 5. §. ſi is pro quo ff. quod quiſque iur. & in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. credit.* Cyn. Bald. & Angel. *in l. 2. C. de quadrienn. præſcript.* Bald. & Salyc. *in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer.* Iaſ. *in l. final. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. verſ. ſextò limita, & in d. l. reſcripta.* Marſil. *in l. de vnoquoque. num. 17. & ſeq. ff. de re iudic.* Dec. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum. num. 29. verſ. reſoluendo dici poteſt, de conſtit* & *ibi* Barbat. *col. pen. & final.* & *ibi* Innoc. Abbas, Felin. & cæteri. Bartol. *in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicill.* Vaſquius *in lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 15. col. 1.* Petra *de poteſtate Principis cap. 24. incip. circa illam quæſtionem, n. 12. & ſeq.* qui plurimos allegant, & ita reſponderunt Oldrad. *in conſil. 257. in princip.* Dec. *in conſ. 291. col. 2. & in conſ. 198.* Calcan. *in cõſ. 46. n. 8.* vbi quòd Princeps,
etiam ſine cauſa † poteſt aliquem priuare iure ſuo, 15.
Alexand *in conſ. 216. num. 10. verſ. dato quòd ſine cauſa, & num. 16. vol. 2.* Iaſ. *in conſil. 236. col. 2. verſ. confirmantur optimè, vol. 2.* Gratus *in conſil. 9. num. 173. & ſeq. vol. 1. & in conſil. 227. in 12. fundamento vol. 2.* Gozadin. *in conſil. 26. num. 17. & ſeq.* Barbat. *in conſil. 64. col. pen. verſ. ad hoc ego reſpondeo. vol. 4.* Minadous *in deciſ. 24. in princip.* vbi quòd de plenitudine poteſtatis poteſt tòllere rem alteri acquiſitam etiam per modum iuris naturalis, vel gentium. Nam ple-
nitudo † poteſtatis eſt illa, propter quam non eſt 16.
ratio exquirenda cur ita faciat. Bald. *in l. 2. C de ſeruit. & aqua, & in l. impetrata. C. ſent. reſcindi non poſſ. & in c. 1. §. ſi quis autem. de pace Conſtantiæ*, & declarat Theſſaur. *in deciſ. 91.* Quamobrem ſacrilegiũ dicunt eſſe de poteſtate Principis diſputare; pro quo dicto
cõmuniter allegatur † *l. 2. C. de crimine ſacrileg.* licèt 17.
illa lex loquatur de iudicio electionis factæ per Principem; & ratio deciſionis eſt, quia à Principe

fluunt, & refluunt omnes dignitates, *l.1.C.de me-*
tropoli Berito. lib. 11. Dicebat Theleſphorus *in epi-*
18. *ſtola vnica cap.* 3. Dei accuſat ordinatorem † qui
eos accuſat, qui ab eo conſtituuntur, aut damnari
cupit, & habetur *in cap. ſacerdotes. §. Dei ergo. 6.*
quæſt. 1. inferior non dat legem ſuperiori, *cap. cùm*
inferior. de maior. & obed. quod licèt ſit dictum de
prælatis Eccleſiæ, idem intelligendum eſt de Prin-
cipibus ſecularibus, peccata Regum perſonalia
ſunt, ſed officium eorum publicum, neque pro-
pter eorum peccata, illorum poteſtas contemnen-
da eſt; cùm enim Saul iam fuiſſet à Deo reproba-
tus, tamen iudicabat, eiúſque iudicium, quandiu
vixit, populus expetebat, 1. *lib. Reg.cap.*15. Sum-
mæ igitur poteſtati obediendum eſt, eique non re-
ſiſtendum, D. Paul. *ad Roman. cap.* 13. & D.Petrus
in epiſtola 1. *cap.* 2. *& cap. omnis anima, de maior. &*
obed. miſerrimi omnium eſſent Principes, ſi ſubdi-
torum iudicio expoſiti eſſent. Cùm igitur ratio ex-
quirenda non ſit, cur ita faciat; ergo de plenitu-
dine poteſtatis, rem alterius auferendo, & dan-
do alteri, etiam ſine cauſa, obediendum vi-
detur.

Contraria opinio verior eſt, quoniam Princeps
19. habet dominium †, id eſt, ius diſponendi de
rebus ſui ſtatus, lege non prohibente, id eſt, ſecun-
dùm iuris diuini, & humani regulas, à quibus illi
præceptum eſt, vt regat, & protegat, & omnia fa-
ciat, quæ ad reipublicæ conſeruationem fuerint ne-
ceſſaria, & ad eundem finem poteſt vti bonis ſub-
ditorum. Bartol. *in tract. de regimine ciuitatis, num.9.*
& ſeq. D. Thomas *in opuſculo* 21. *ad Duciſſam Bri-*
tanniæ. Couarr. *in reg. peccatum in 2. parte. §.9.num.*
6. Nauarr. *in cap. nouit. de iudic. notab* 3. *num.* 100.
& ſeq. Alphonſus de Caſtro *in lib.* 1. *de lege pœnali.*
cap. 10. Vaſquius *in lib. controuerſ. illuſtr. in præfa-*
tione num. 101. *& ſeq.* Alphonſus Guerrerius *in ſpe-*
culo princip. cap. 54. *num.* 41. Franciſc. Patritius Se-
nenſis *in lib. 2. de regno, & regni inſtitutione, tit.* 1. Et
20. niſi vrgeat neceſſitas, non poſſet tollere † ius al-
teri acquiſitum, aliter iret in tyrannidem. Zaſius
in conſil. 10. *num.7. & ſeq. vol.* 2. Quamobrem licèt
poſſit alterius bona auferre pro bono pacis, tamen
hoc intelligitur quando aliter paci conſuli non po-
teſt, Capyc. *deciſ.* 51. *in fine, & deciſ.* 69. In quo ne-
que pro Principe præſumitur, neque eidem ita af-
firmanti credendum eſt. Capyc. *deciſ.* 166. *num.* 6.
& ſeq. Et quando hæc omnia concurrunt, & tol-
21. lit † bona alterius, tunc debet dare excambium.
cap. niſi cum pridem, verſ. niſi pro graui quoque. & *ibi*
Innoc. *de renuntiat.* Bartol. *in l. final. col.* 2. *verſ. eo*
modo. C. ſi contra ius, vel vtilit. publicam, dicit, quòd
Deus non dedit Principi iuriſdictionem auferendi
alienum indebitè, Dec. *in cap. final. num.* 6. *de con-*
ſtitut. qui ad hoc etiam allegat Bald. *in l. Gallus. §.*
& quid ſi tantum. col. penult. ff. de liber. & poſthum.
Tiraquell. *in tract. de conſtituto in 7. limitat. num.* 47.
Lucas de Penn. *in l. final. num.* 57. *C. de location. præd.*
ciuil. lib. 11. vbi quòd Princeps accepit imperium à
Deo ſecundùm leges, ſed auferre bona alterius ſine
cauſa, eſt contra leges, & eidem iniuſtitiam face-
re, Andr. *in cap.* 1. *§. iterum. n.* 14. *de capitulis Corra-*
di, vbi quòd Princeps non poteſt facere aliquod in-
22. iuſtum. Neque dicitur poſſe †, quod cum pecca-
to poteſt, *cap. faciat.* 22. *quæſt.* 2. Petra *de Principe*
in d. cap. 24. *num.* 22. *& plur. ſeq.* vbi probat, quot
modis dicatur peccare Princeps auferendo bona
alterius ſine cauſa. Item quòd Princeps rem alte-
rius ſine cauſa auferre non poſſit, & dare alteri, fir-
marunt gloſſ. pen. *in l. Barbarius. ff. de offic. prætoris.*
& Felin. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum. num.* 27. *de conſtit.*
gloſſ. 2. *in l. final. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* quam
ſequuntur, Petrus, Cynus, Bartol. Bald. Salyc. *n.* 2.
& ſeq. Paul. de Caſtr. *num.* 1. Bald. *in l. reſcripta.*
*num.*9. *in* 2. *&* 3. *quæſt.* & *ibi* Caſtrenſ. *num.*3. *C. de*
precib. Imper. offer. Bartol. *in proœm. Digeſtorum, in*
princip. num. 5. Innoc. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum.*
num. 2. *& ſeq.* & *ibi* Io. Andr. *col.* 2. *circa princip.*
Zabarell. *in* 3. *quæſt.* Abbas *num.*11. *verſ. circa ſecun-*
dum. Immol. *num.*20. Anton. de Butr. *in fine.* Et hanc
ſententiam eſſe magis receptam, & magis rationa-
bilem, probat Fulgoſ. *in d. l. final. C. ſi contra ius, vel*
vtilit. public. Anania *in conſil.* 81. *col. final. verſ. præ-*
terea communiter, & *ibi* Addentes cæteros conſulen-
tes referunt, Curt. ſen. *in conſil.* 20. *num.*9. Roman.
*in conſil.*352. *num.*52. vbi ait eſſe vulgatiſſimam con-
cluſionem, quam nullus ignorat, quòd Princeps † 23.
ſine cauſa non poſſit ius alterius tollere, & eſſe cō-
munem concluſionem, probat Crauett. *in conſ.*103.
num. 3. Item eſſe communem tam Ciuiliſtarum,
quàm Canoniſtarũ, probat Socin. *in conſ.*273. *num.*
9. *vol.* 2. *& in conſil.*164. *num.* 7. *in fin. eod. vol.* 2. Item
Ancharan. *in cap. ſuper hoc in* 2. *&* 3. *oppoſit. de renun-*
tiat. dicit, quòd ſi Princeps † aufert mihi rē meam, 24.
vt concedat alteri, ego non teneor obedire in foro
conſcientiæ, ſequitur Felin. *in d. cap. quæ in Eccleſia-*
*rum. num.*27. Idem Felin. *in c. ſi quando. de reſcript. &*
in cap. reſponſo. de ſent. excommunic. poſt Innoc. &
Abb. quos allegat, dicit quòd mandato Papæ iniu-
ſto non teneor obedire, præſertim ſi ſapiat hære-
ſim, vel peccatum mortale, quia ſententia † con- 25.
tinens peccatum eſt ipſo iure nulla. *cap. venerabili-*
bus. §. penult. de ſent. excom. lib.6. Felin. *in cap. per tuas,*
num.2. eod. tit. Et quòd mandato Principis non eſt
parendum, quando eſt iniuſtum, & ſine peccato,
vel ſcandalo obediri non poteſt, probatur *in cap. ni-*
hil cum ſcandalo. de præſcript. gloſſ. *in cap. qui ſcanda-*
lizauerit. de regulis iuris, Abb. *in cap. cùm teneamur.*
num.2. de vita, & honeſt. cleric.

Primò declaratur iſte caſus, vt quando Princeps
ex cauſa aufert rem vni, & dat alteri, puta propter
publicam vtilitatem, & ex cauſa pacis, tunc tene-
tur † prouidere de æquiualenti excambio. *l.* 2. & 26.
ibi Bald. *cap. ex quib. cauſ. ſerui pro præm. libert. accip.*
Innoc. *in cap. niſi cùm pridem. col.2. verſ. nos dicimus.*
de renuntiat. Bartol. & Doct. *in l. final. §.1. ff. de pi-*
gnor. & in l. ſi venditor. §. conſtat. ff. commun. prædio-
rum. Alex. *in conſil.* 151. *vol.* 6. Iaſ. *in l. Barbarius.*
num. 33. *ff. de offic. prætor. & in l. final. num.* 9. *ff. de*
pact. & *ibi Addentes,* Andr. *in cap.* 1. *§ ſimiliter. col.*
3. *de capit. qui cur. vend. & in cap.* 1. *§. moneta. quæ*
ſint regal. & in proœmio conſtit. regni, & *ibi* Afflict. Et
hæc procedunt, etiamſi Princeps condendo legem,
auferret bona alterius, Iaſ. *in d. l. Barbarius, num.*
33. Item hoc intelligitur †, quando aliter bono 27.
publico conſuli non poteſt. Capyc. *in d. deciſ.* 51.
*in fin. & in deciſ.*69. *col.*1. *& d. deciſ.* 166.

Item declaratur †, quia auferens bona alte- 28.
rius, etiam ob publicam vtilitatem, tenetur illi ſol-
uere pretium, nam text. *l. item ſi verberatum.* † §. 1. 29.
ff. de rei vendic. in verſ. medico dato, intelligitur de
iuſto pretio, vt *ibi* Cyn. & Iacob. de Aren. Item Bel-
luga *in ſuo ſpeculo principum. §. donum, rubric.* 46. *n.*
4. dicit, quòd illud medium dicitur reſpectu vo-
luntatis domini, à quo inuito extorquetur, *l. nec*
quaſi, & *ibi* gloſſ. *ff. de rei vendic.* Bald. *in l. non in-*
tereſt. ff. de eo quod met. cauſ. quia conſideratur in-
tereſſe voluntatis. *l. final. ff. de vſu & habitat.*
Andr. *in cap. imperialem num.* 4. *de prohibita feudi*
alienat. per Federic. quia, qui me cogit, damnum
infert,

infert,& damni loco habetur, ſi voluntatem perdo. Bald. *in l.* 1. *col.* 5, *in* 2. *lectura. de legat.* 2. Item Andr. *in d.cap.* 1. §. *ſimiliter. numer.* 27. *de capit. qui cur. vendid.* & *ibi* Afflict. *numer.* 6. dicunt,quòd *in d. l. item ſi verberatum*,contingat modicum fuiſſe datum,ſed de iure non ſufficit, quia integrum pretium dandum eſt. Item quòd re ablata per Principem debet dari iuſtum pretium,firmarunt Andr. *quæ ſint regalia. num.* 23. *&* 53. *& in præludiis conſtit. regni, numer.* 60. Lucas de Penn. *in l prædia. numer.* 52. *C. de locat. præd. ciuil. lib.* 11. Iaſ. *in d. l. Barbarius. numer.* 36. Felin. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum. numer.* 28. *de conſtitut.* Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 48. *num.* 10. Gabriel *in tit. de iure quæſito non tollend. concluſ.* 2. *num.* 25. Item Bald. *in cap.* 1. §. *ad hæc, de pac. iuram. firm. col.* 3. dicit,quòd ſi commune Peruſij de plenitudine poteſtatis aufert ab emptoribus fructus pro certo tempore eis venditos,vel locatos, vtique emptores prælati poſſunt agere ad intereſſe contra d. commune,quam doctrinam etiam applicari ad Principem, probat Petra *in tract. de princip. cap.* 24. *num.* 50. & ad hanc concluſionem conferunt ea quæ ſcripſi *in tract. de clauſulis in* 1. *part. clauſ.* 196. *numer.* 9. *vſque ad finem.* Vbi quòd
30. Princeps etiam cum clauſula †, *de plenitudine poteſtatis*, non poteſt tollere ius alteri acquiſitum ex contractu. Item quòd dicta clauſula, *de plenitudine poteſtatis*,nihil operatur in his, quæ de iure non poteſt, & potiùs dicatur plenitudo tempeſtatis. Item quòd dicta clauſula Princeps vti non debet, niſi rariſſimè. Item quòd in vtendo illa, debeat adhibere cauſæ cognitionem, ibi vide, vbi plurima allegaui.

Quartus caſus eſt, Princeps de plenitudine poteſtatis † poteſt præiudicium facere in iure acquirendo, ita reſponderunt Cuman. *in conſil.* 168. *per tot.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 461. *num.* 4. *volum.* 2. Dec. *in conſil.* 269. *num.* 8. *& in conſil.* 390. *num.* 11. Albert. Brun. *in conſil.* 1. *numer.* 57. Curt. iun. *in conſil.* 1. *n.* 24. *& ſeq. & in conſil.* 157. *num.* 18. Io. Campeg. inter conſilia Bruni 2. *num.* 36. *& ſeq. volum.* 2. Roland. *in conſil.* 3. *num.* 141. *& ſeq. volum.* 1. Natta *in conſil.* 96. *num.* 56. *& ſeq.* Crauet. *in conſil.* 135. *num.* 5. Couar. *in lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 6. *num.* 2. *& ſeq.* ex quibus patet hanc eſſe communem concluſionem, quam ſequuntur omnes Doctor. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, ver. ſuſceperit liberos, num.* 71. *C. de reuoc. donat.* & hanc ſententiam ſemper ſecuta eſt Rota, vt *in Digeſt, Nouiſſim. tomo* 3. *tit. Emphyteuſis, cap. in iure, & tomo* 4. *tit. legitimatio. cap. nemo negat.* Idcirco † ius ſola ſpe competens ad feudum tolli poteſt, vt quia feudum non adhuc ad eum peruenerat, ſed eſt in inueſtitura comprehenſus. Curt. iun. *in d. conſil.* 1. *verſ. quintò aduertendum eſt*, Picus *in conſil.* 100. *numer.* 139. Cephal. *in conſil.* 694. *num.* 50. *vol.* 5. Beccius *in conſil.* 56. *num.* 36. *&* 42. Dec. *in conſil.* 390. *col.* 5. *verſ. quartò quia*,& alij ad hoc relati per Gabriel. *in tit. de iure quæſito non toll. concluſ.* 5. *num.* 40. plenè Surdus *in conſil.* 308. *numer.* 38. *& ſeq.* quoniam dum viuit fundatarius † poſſidens feudũ, cæteri vocati in inueſtitura, dicuntur eſſe in ſpe fallaci, poteſt enim eſſe,& non eſſe, quòd eis deferatur ſucceſſio,& poteſt contingere, quòd prædecedant, antequam eiſdem aperiatur; ideo Princeps, etiam ſine cauſa, etiam illis non vocatis, poteſt tale ius ſuccedendi tollere, Socin. *in conſil.* 87. *num.* 20. *volum.* 3. Pariſ. *in conſil.* 1. *num.* 138. *volum.* 2. Berous *in conſil.* 76. *num.* 117. *volum.* 1. Berrand. *in conſil.* 169. *vol.* 2. Beccius *in d. conſil.* 56. *num.* 40. *& ſeq.* poſt Dec. Gozadin. Cephal. & Natt. reſpondet Menoch. *in conſil.* 158. *num.*

31. (margin, beside "ſtatis † poteſt præiudicium")
32. (margin, beside "tomo 4. tit. legitimatio")
33. (margin, beside "ueſtitura, dicuntur")

27. *& ſeq. volum.* 1. propter quam concluſionem, Doctor. inferunt ad multas quæſtiones,& præcipuè ad erectionem primogenituræ † in præiudicium agnatorum, & ideo Princeps poteſt admittere feminam in ſucceſſione feudi, etiam in præiudicium agnatorum. Surd. *in conſil.* 407. *num.* 42. *vol.* 3. Item potentia † ſuccedendi, quam habet filius in bonis patris, eſt non ens, antequã pater moriatur. Bald. *in c. ſi quis miles, col. pen. Imperator Lotharius.* Iaſ. *in l. is poteſt, num.* 16. *ff. de acquir. hæredit.* quæ per Principem de poteſtate abſoluta tolli poteſt, etiam reſpectu legitimæ, viuente patre. *l.* 1. §. *ſi impuberi. ff. de collat. bon. l. final. in fin. C. de pact.* Spes acerbiſſima appellatur generaliter omnis ſpes futuræ ſucceſſionis, & quòd filius † viuente patre, nullum futuræ ſucceſſionis ius foueat, ſcribit Socin. *in conſil.* 118. *in fin. volum.* 3. per text. *d.* §. *ſi impuberi*, & nulla ſucceſſio expectari poteſt cum ſpe à iure approbata. *l.* 2. §. *interdum. ff. de vulgari, & pupill.* Bartol. *in l. is poteſt, num.* 10. *ff. de acquir. hæredit.* poteſt enim viuens de bonis ſuis diſponere,& de diſpoſitis in vita ne filij quidem conqueri poſſunt; ergo ſpes nulla certa eſt, & ideo propter minus præiudicium Princeps de poteſtate abſoluta illam tollere, vel alterare poteſt. Imò etiam † ſi hæreditas delata eſſet, antequam adeatur per Principem tolli poteſt. Bald. *in l. nam ita diuus, in princip. verſ. ſed quid ſi mortuo patre. ff. de adoptionib.* quoniam ius non eſt plenè acquiſitum. Bald. & cæteri *in d. l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum.* & *ibi* Bartol. *num.* 14. *in fin.* Bald. *in conſil.* 104. *verſ. in contrarium oſtenditur. vol.* 4. qui loquitur de legitimatione facta poſt mortem patris in præiudicium aliorum filiorum. Et quòd hoc modo tollatur ius adeundi per Principem ſine cauſa, firmant Paul. de Caſtr. Aretin. Alexand. & Socin. *in d.* §. *& quid ſi tantum, numer.* 23. *in* 2. *concluſ.* Alexand. *in conſil.* 2. *num.* 14. *verſ. & caſum noſtrum decidit Bald. volum.* 1. Item quia aditio hæreditatis eſt de iure ciuili. *l. ſi nemo. ff. de teſtament. tut. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. l.* 1. *ff. de acquir. rer. dom.* gloſſ. *in l. cum antiquioribus. in ver. beneficio, in fin. C. de iure deliber.* Bald. *in l. non dubium. in* 8. *oppoſit. ff. de teſtament.* ergo antequam hæreditas adita ſit, vel bonorum poſſeſſio apprehenſa, poteſt liberè Princeps ius aditionis tollere. Innoc. & cæteri *in d. cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit.* Doctor. *in d. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. pub.* & omnes Doct. hoc probant in caſu legitimationis factæ per Principem † in præiudicium agnatorum, dummodo fiat ante aditam hæreditatem, de quo plenè ſcribit Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 1. *ſolut.* 13. *numer.* 11. *& ſeq. fol.* 26. Et ita poterit mutare omnes † clauſulas teſtamentorum, etiam in præiudicium vocatorum in maioratibus, & fideicommiſſis, quia teſtamenta ſunt de iure ciuili, vt latiùs ſcripſi ſuprà in hac parte, *quæſt.* 1. *artic.* 1. *caſu* 2. & tota virtus teſtamentorum de iure gentium fuit nouata per ipſum ius ciuile. Quamobrem omnia ad teſtamenta pertinentia, poſſunt per Principem alterari.

Quintus caſus eſt, Princeps † de plenitudine poteſtatis poteſt infectos, ſiue ſuſpectos de peſte, de ſuis domibus eiicere, & ingreſſum ſuarum domorum impedire, atque illorum bona mobilia comburi facere. Bald. *in l. nullus, numer.* 2. *C. de ſumma Trinit.* vbi quòd ſi eſt timor alicuius infectionis, poteſt quis de ciuitate expelli. *l. caſus maioris, verſ. aduerſus timorem contagionis. C. de teſtament.* per quem text. dicit Roman. *ibi*, quòd patientes morbum peſtiferum ſunt expellendi ab vrbe, & *ibid.* ſequitur Alexand. *num.* 3.

Margin numbers (right column): 34. (agnatorum †), 35. (potentia †), 36. (filius †), 37. (Imò etiam †), 38. (Principem †), 39. (omnes †), 40. (Quintus caſus)

& ita in puncto fuit deciſum in Regio Senatu Conſilij Cathaloniæ, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo*
41. *4. tit. Rex. cap. lege.* Etenim propter † publicam vtilitatem, habet poteſtatem ſtatuendi, atque legem condendi. *l. 1. & l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Item iuſta cauſa eſt, vt propter infectionem, eiúſque ſuſpicionem Princeps alterius ſuſpecti bona comburi mandet. Item quia pro
42. quiete, & publica inter ſubditos pace habenda †, poſſet damna ſubditis belli tempore illata remittere, & talis pax, etiam inuitis ſubditis, & in eorum præiudicium facta, valet, præſertim ſi aliter pax haberi non poterat, adeò vt ſubditi perpetuò ab omni actione ciuili, & criminali excludantur: nam ipſe Princeps remittere poteſt. *cap. in noſtra,* & *ibi* Canoniſtæ. *de iniuriis. l. conuentionum, in fine,* & *ibi* Doctor. *ff. de pact.* Afflict. *in deciſ. 361. num. 4.* & *ibi* Addentes alios referunt; & in puncto ita fuit deciſum in Camera Imperiali: vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 4. tit. Princeps. cap. in conditionibus,* & talis remiſſio etiam in foro conſcientiæ valida eſt; quia ex duobus malis, minus eſt eligendum. *cap. quod Dauid, & cap. ſeq. 22. quæſt. 4.*

43. Sextus caſus eſt, Princeps † etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem tam in criminalibus, quàm in ciuilibus cauſis competentem. Bald. *in l. 3. §. ſi quis pro quo. numer. 2. ff. quod quiſque iur.* qui loquitur in criminalibus per text. *in Clem. paſtoralis. de re iudic.* Guido Pap. *in conſil. 6. col. 5. verſ. plus dicit Bald notabiliter.* Felin. *in cap. dilecti. numer. 7. de except.* Marſil. *in ſingulari 388. incip. defenſio,* vbi plures allegat, & probat eſſe communem opinionem. Nam defenſio per-
44. ſonalis † eſt propria defenſio, quæ manualis appellatur ab Alberico *in l. omnes vbique, col. 1. verſ. nec obſtat quòd defenſio. C. de Epiſcop. & cleric.* de qua loquitur text. *l. vt vim,* & *ibi* Doctor. *ff. de iuſtit. & iur. & l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur,* quæ eſt adeò immutabilis,
45. vt etiam Sacerdos † celebrando, offenſus poſſit Miſſam relinquere, & ſe defendere, & poſt defenſionem ad ſacrificium redire, vt dicit Io. de Lignano *in tract. de duello,* nec aliquam incurrit irregularitatem. Lupus *in tractatu de bello. §. de hoc non debes, in princip.* Sed reus in criminalibus ſe defendens, agit de conſeruanda perſona ſua per probationem innocentiæ, vt dicit Bald. *in l. 1. in princip. ff. ne quis eum, qui in ius voc.* allegando etiam *d. Clem. paſtoralis.* Io. de Anan. *in conſil. 59.*
46. Ideo ſtatutum auferens † omnes exceptiones, non dicitur auferre exceptionem innocentiæ. Marſil. *in l. 1. §. ſi quis. numer. 74. ff. de quæſtionib.* Idem in cau-
47. ſis † ciuilibus, etiam pecuniariis firmarunt Alexand. *in conſil. 105. numer. 8. volum. 5.* & ad hoc eſt text. *l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci. lib. 10.* vbi quòd defenſio non eſt deneganda his, quibus aliquam inquietudinem fiſcus infert, & loquitur in caſu, quo fiſcus peteret bona à priuato, etiam ratione ſucceſſionis, quam prætendebat fiſcus, & ſic in cauſa ciuili, vt *ibi* aduertit gloſſ. Item text. *in l. final.* iuncta gloſſ. *C. de legib.* qui loquitur in ſententia Principis in cauſa ciuili, quē text. allegant ad hoc Addentes ad Felin. *in d. c. quæ in Eccleſiarum, numer. 66. de conſtit.* & hanc eſſe communem opinionem probat Socin *in conſil. 120. col. final. verſ. ſexto caſu, volum. 3.* &
48. pro ea facit, quia cauſæ † ciuiles graues præiudicij æquiparantur criminalibus. Socin. *in conſil. 164. numer. 16. in quinto caſu, & in conſil. 266. num. 8. & ſeq. volum. 2.* Doctor. *in §. item propter litem. Inſtit. de excuſat. tut.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in defenſione † cauſata à multiplicatione citationum. 49.
Abb. & cæteri Canoniſtæ *in cap. cum inter. de except.* Anton. de Butr. *in conſil. vltim. num. 22.* poſt Bald. *in d. l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur.* & in hunc ſenſum procedere poſſunt ſcripta per Vaſq. *in lib. controuerſ. illuſtr. cap. 36. col. 1.* vbi quòd Princeps † 50.
poteſt tollere defenſionem in iudiciis ex iuſta cauſa, videlicet quando talis defenſio competebat de iure ciuili, aut de iure ciuili fuerit limitata, nam tunc propter iuſtam cauſam, aut in totum tolli, aut breuior fieri poterit, vtputa ſi facinus eſſet pluſquam notorium, aut populi tumultus timeretur.

Septimus caſus eſt, Princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt auferre legitimam † filij de- 51.
linquentis de bonis patris viuentis, quoniam legitima viuente patre non debetur. *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bon. l. 2. §. interdum ff. de vulgari, & pupill.* Doct. *in l. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. in ſuis. ff. de liberis, & poſthum.* & alij ad hoc allegati per Duenam *in regula 356.* Idcirco viuente patre † con- 52.
fiſcari non poteſt, vt firmarunt Bartol. & Bald. *in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & alij plurimi ad hoc allegati per Craſſ. *in §. legitima. quæſt. 12.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 3. tit. 7. num. 31.* Duen. *d. regula 356.* Farinac. *de delictis, & pœnis, quæſt. 24. numer. 16.* Couar. *in lib. 2. var. reſolut. cap. 8. numer. 7. verſ. hinc apparet,* qui cæteros referunt, Guazinus *de confiſcatione bonorum limitat. 19. numer. 9.* Hinc eſt, quòd ſi pater diſſipet omnia † bona ſua in vita, 53.
non poſſunt filij petere legitimam à patre, neque illum ad hoc iudicis officio cogere. Bald. *in l. non poteſt. in 1. lectura. ff de adopt.* Iaſ. *in l. nam poſtea. §. ſed & ſi quid, numer. 4. ff. de iureiur. & in §. in fraudem, numer. 3. Inſtit. de actionib.* & alij plurimi ad hoc probandum allegati per Vaſquium *in d. lib. controuerſ. illuſtr. cap. 37. col. 1.* & ad hoc ponderatur text. *l. non vſque adeò ff. ſi quis à parent. fuer. manumiſſ.* vbi ſi libertus dolo malo alienauerit in fraudem patroni, poteſt patronus alienationem reuocare. *l. 1. & per tot. titulum ff. ſi quid in fraud. patr.* Sed alienata in fraudem patris reuocari non poſſunt, & rationem ibi aſſignat text. quia iniquum eſt ingenuis hominibus auferre liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem; ergo pari ratione alienata à patre viuente, reuocari non poſſunt à filio, quia rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mandati,* etiam abutendo, & prodigaliter expendendo. *l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat † ſi 54.
pater religionem ingreſſus, in ea profeſſus fuerit, tunc enim ſtatim tenetur filio dare legitimam, nec illius mors naturalis expectanda eſt, & ita conſului dum eſſem Romæ Aduocatus in cauſa Tridentina legitimæ, quæ diſputabatur in Rota coram R. P. D. Orrembergo per text. *cap. cum ſimus. de regularib.* vbi gloſſa dicit, filium non poſſe priuari legitima, quæ in ipſo ingreſſu competit. Io. Andr. *numer. 2.* Anchar. *numer. 4.* Anania *numer. 3.* Butr. *numer. 5.* Hoſtienſ. *numer. 3. in fin.* Abb. *numer. 4.* qui atteſtatur Doctor. communiter ita intelligere illum textum. Abb. *in cap. in præſentia, num. 59. verſ. ſed reſpectu legitimæ filiorum. de probat.* gloſſ. *in cap. tranſmiſſæ. in ver. mota. qui filij ſint legitim.* quam ſequitur, & extollit Aretin. *in rubric. de teſtament. numer. 6.* & Franchus *in eadem rubrica lib. 6. numer. 66. verſ. tertio aduerte.* Couar. *in cap. 2. num. 7. de teſtam.* Duen. *in d. regula 356. numer. 6.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1.*

lib.1.§.1. numer.48. Anchar. iun. in quæſt. famil. 47. numer.11. lib.2. Viuius in commun. opin. 199. in fin. Hondedeus in conſil.60.& 61. volum.2. Qui omnes fatentur ita tenere omnes Canoniſtas, etiamſi monaſterium habeat bona in communi, quicquid in contrarium ſcripſerit Vaſquius in lib. controuerſ. illuſtr. cap. 37. numer. 10. vbi multos allegat, & pro iſta parte fuit reſolutum in Rota in eadem cauſa die 31. Ianuarij. 1607. in qua deciſione reſoluuntur omnia contraria.

55. Octauus caſus eſt, Princeps † poteſt auferre ius quæſitum, quando ipſe fuit cauſa acquiſitionis, mediante ſua noua lege. Bald. in l. qui ſe patris. col. 7. verſ. ita dominus. C. vnde liber. allegat l. qui fundos. C. de omni agro deſerto. lib. 11. Angel. in l. Antiochenſium numer.1. ff. de priuileg. credit. Abb. in conſil. 84. numer.3. verſ. ſed iſtis non obſtantibus. part. 1. Albert. Brun. in d. conſil. 1. numer. 50. gloſſ. in cap. cum ſecun-
56. dum. in ver. certoque caſu. de hæretic. lib. 6. vbi quòd lex† poteſt auferre beneficium, quod alicui conceſſit, & ibi Io. Andr. & cæteri. nam cùm dicta acquiſitio proceſſerit ab eodem Principe; ergo de iure ciuili introducta dicitur, vt poſt Odofred. tradit Alberic. in l. quoties. numer.4. in fin. verſ. item quærit Odofred. C. de precib. Imper. offer. ergo ab eodem Principe tolli poteſt.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando conſtat de intentione Principis concedentis, quòd pri-
57. uilegium † conceſſum auferre vult; ſecus ſi conceſſionem iam factam reduxerit ad terminos iuris communis, vt ſi Princeps conceſſerit iuriſdictionem in aliquo caſu non habenti illam, & poſtea reduxerit dictum priuilegium ad terminos iuris, tunc enim non intelligitur voluiſſe facere præiudicium iuriſdictioni per priuilegium acquiſitæ, vt egregiè ſcripſit D. Regens Carolus Tapia in ſua compilatione iuris regni Neapolitani, tit. de ſacroſanctis Eccleſiis, cap. de perſonis clericorum num. 31. quia ſimplices literæ reductionis ad ius commune, non tollunt ius acquiſitum ex ſpeciali priuilegio, vt fuit reſolutum in Rota deciſ. 711. in nouiter Nouiſſimis, eſt in Digeſt. Nouiſſim. tomo 6. tit. Exemptio. cap. reductio.

58. Nonus caſus eſt †, Princeps de plenitudine poteſtatis non poteſt reuocare priuilegium, quod tráſiuit in contractum, Paul. de Caſtr. in l. digna vox. C. de legib. Dec. in conſil. 151. Andr. & cæteri feudiſtæ in cap. 1. de natura feudi, Gabriel in tit. de iure quæſito non toll. concluſ. 1. num. 1. verſ. contrarium, & verſ. tenendo, numer. 6. Hieronym. Gabriel in conſil. 193. num. 13. volum. 2. & multo magis, quando conceſſum eſt
59. non ſubdito † propter aliquod factum, contra
60. quem plenitudine poteſtatis vti non poteſt†. Natta in conſil. 47. num. 6. Patiſ. in conſil. 2. numer. 120. vol. 4. Solent Principes aliqua priuilegia concedere introducentibus aliquod artificium in eorum ſtatibus, quæ priuilegia dicuntur tranſire in naturam contractus. Dec. conſil. 292. num. 7. & ſeq. ſtudia enim Principum potiſſimum verſari debent in promouendis artificibus qui conſtituunt bonam partem ciuitatis, adeò vt ponantur in numero rerum neceſſariarum ad bene viuendum in ciuitate. Ariſtoteles
61. in 4. lib. politic. cap. 4. & talia priuilegia † nullatenus reuocari poſſunt. Bartol. in l. 2. in fin. ff. de iure immunit. & in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordine faciend. Roman. in conſil. 252. in 2. dubio. & in conſil. 436. numer. 16. Ruin. in conſil. 229. numer. 7. & ſeq. & in conſil. 230. numer. 4. volum. 1. vbi poſt Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi, declarat, quòd Princeps reſpectu reuocationis dictorum priuilegiorum cenſetur priuata perſona, & dicit Bald. in conſil. 279.
volum. 3. quem ſequitur Dec. in conſil. 292. in fine.
quòd in Principe † tanquam infinitæ iuſtitiæ, de- 62.
bet eſſe voluntas conſtans, qui debet obſeruare verbū, quod proceſſit ab ore Dei, quod ſcripſi, ſcripſi. Nam ſcriptum eſt, Quæ proceſſerunt de labeis meis, nunquam faciam irrita. Ideo Princeps debet eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo. Dec. in d. conſil. 292. in fine. Afflict. in deciſ. 282. numer. 7. Et communiter ſcripſerunt Doctores, quòd cùm Princeps hodie concedit alicui priuilegium, & poſt aliquod tempus reuocat †, præſumitur 63.
à miniſtris circumuentus, nec præſumitur à ſua voluntate facere. Bald. in conſil. 327. numer. 4. volum. 1. Crauett. in conſil. 141. numer. 10. Curtius iun. in conſil. 170. num. 4. Roland. in conſil. 2. num. 135. & ſeq. vol. 1. Dec. in conſil. 588. & in conſil. 599. & in conſil. 640. & in conſil. 689. Viuius in ſuis communibus, opin. 235. omnes aſſerentes dictam præſumptionem eſſe iuris, & de iure, & nullam probationem in contrarium admittere, etiam ſi motu proprio facere aſſereret.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat propter aliquam iuſtam cauſam, propter quam, Principem, priuilegium † non ſubdito conceſſum, poſſe reuo- 64.
care, firmarunt Alexand. in conſil. 101. num. 7. vol. 1. videlicet propter publicam vtilitatem, Afflict. deciſ. 361. num. 10. & tunc tenetur prouidere de æquiualenti, vt dixi ſuprà in declaratione tertij caſu. Item poteſt reuocare ante implementum †, quia hoc pri- 65.
uilegium ſapit naturam contractus, facio, vt facias, in quo licita eſt pœnitentia ante implementum, nec inſpicitur an exceſſerit tempus congruum adimplendi, vt notant communiter ſcribentes in l. ſi pecuniam. ff. de condict. cauſ. data. Item in hoc aduerto, illam regulam quòd vtilitas publica ſit præferenda priuatæ, de qua in l. vtilitas. C. de primip. lib. 12. tunc procedere, quando vtilitas priuata eſt ſub publica, gloſſ. in cap. bona. in 1. de poſtulat. prælat. gloſſ. in cap. final. ver. enormiter. de voto, vbi Io. Andr. dicit, quòd ſi vtilitas priuata omninò confunderetur cum publica, & publica non multum iuuaretur, tunc ipſa priuata præferretur, vt ibi dicit Abb. in fine.

Secundò declaratur, quòd Doctores loquentes de priuilegio ſubdito, vel non ſubdito conceſſo, intelligendi ſunt de ſubdito † naturali, non autem 66.
de ſubdito per incolatum alicuius temporis, quia incolatus non mutat ciuilitatem originis, quæ eſt immutabilis, quia naturalis. l. aſſumptio. l. final. §. pen. ff. ad municipal. l. origine. C. de municip. & origin. lib. 10. Boër. deciſ. 13. num. 6. & 8. Afflict. deciſ. 384. Nec quis dicitur acquiſiuiſſe priuilegium ciuilitatis Romanæ, † etiamſi per mille annos ſteterit Ro- 67.
mæ, ſi ad ſuam patriam reuertendi animū habeat. Barbat. in conſil. 52. num. 10. vol. 2. Abb. in conſil. 110. pact. 2. Iaſ. in conſil. 77. vol. 3. Idcirco ſubditus natu-
ralis † vnius Principis non dicitur committere læ- 68.
ſam maieſtatem alterius Principis, cuius ciuitatem habitet, gloſſ. in Clem. paſtoralis. in ver. ſufficit. de re iudic. & alij ad hoc allegati per Grammatic. voto criminali 30. n. 32. & per Gigantem in tract. de crimin. læſæ maieſtatis, quæſt. 68.

Decimus caſus eſt, Princeps † non poteſt reuo- 69.
care ius quæſitum tertio ex contractu ſuo, etiamſi eſſet ius in ſpe, quia pendente conditione cōtractus eſt perfectus, & irreuocabilis. Ruin. in conſil. 7. num. 3. vol. 1. vbi latè de hoc, & in conſil. 36. num. 17. & 21. & ſeq. vol. 1. vbi atteſtatur de magis communi, & in conſil. 95. n. 9. & in conſil. 118. n. 27. eod. vol. 1. Gabriel in tit. de iure quæſito non tollend. concluſ. 1. num. 32. verſ.

verſ. ſublimita. & de magis communi atteſtatur Peregrin. in conſil. 8. numer. 48. volum. 1. Item quòd etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt reuocare conceſſionem, quæ tranſiuit in contractum, puta,
70. quia alieni conceſſio † facta eſt mediante pretio, vt dicit Bald. in l. precibus. numer. 13. C. de impuber. ſubſtit. Paul. de Caſtr. in l. digna vox. C. de legib. Zabarell. in conſil. 187. col. penult. Dec. in conſil. 604. numer. 9. & latiùs in conſil. 689. numer. 5. Crauett. in conſil. 241. numer. 10. Iaſ. in conſil. 56. numer. 2. volum. 1. Socin. in conſil. 25. numer. 10.
71. volum. 1. Idem ſi aliquid non ceſſiſſet in præmium † remunerationis ſeruitiorum expreſſorum, quia dicta conceſſio tranſit in naturam permutationis, qui contractus cum Principe factus eſt irreuocabilis, vt lariſſimè probat Decian. in conſil. 25. volum. 1. con-
72. ceſſiones enim in remunerationem factæ † dicuntur titulus onerosus, l. Aquilius. ff. de donat. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit. vbi Bartol. & Bald. & in l. per diuerſas, verſ. iuxta hoc quæro. C. de mandato. Io. Andr. ad Specul. tit. de inſtrument. editione. §. porrò, col. final. Alberic. in 1. parte ſtatut. quæſt. 122. Alexand. in conſil. 127. col. 2. volum. 1. & in conſil. 43. col. 6. verſ. nec obſtat,
73. quòd ſtatutum, volum. 4. & quando Princeps † contrahit, non tanquam Princeps, ſed tanquam priuatus habetur, & iiſdemmet legibus ligatur, quibus omnes priuati obſtricti ſunt, vt probat Menoch. in conſil. 403. numer. 6. & ſeq. volum. 5. Curt. iun. in conſil. 141. numer. 7. Oldrad. in conſil. 7. Bald. & cæteri in l. digna vox. C. de legib. Decian. in d. conſil. 25. numer. 28. volum. 1. & latiſſimè de hoc ſcribit Petra in tractatu de Principe, in cap. quod incipit, Capio nunc ſecundam principalem dubitationem. numer. 56. & plur. ſeq. fol. mihi 526. Nec in-
74. conuenit Principem ſuſtinere † duas perſonas, ſicut dicimus de magno magiſtro religionis Hieroſolymitanæ, qui in re, & negotio pertinente ad ſuam religionem, præſumitur agere vt magnus magiſter, & non vt Princeps, & pro hoc faciunt ſcripta per Bartol. in l. 1. §. nuntiatio. numer. 15. ff. de noui oper. nuntiat. Socin. ſen. in conſil. 154. numer. 11. volum. 2. Surdus in conſil. 19. num.
75. 33. volum. 1. & Prælatus † ſemper præſumitur contrahere nomine adminiſtratorio ſuæ Eccleſiæ. Menoch. lib. 3. præſumpt. 49. numer. 5. Surd. in conſil. 103. numer. 41. volum. 1. Item tutor nomine tutorio in re pupilli; ergo cùm permiſſum ſit, duas perſonas ſuſtinere poſſe, etiam ipſe Princeps vt priuatus contraxiſſe præſumitur, & ita contractus ſecum geſtos obſeruare tenetur, & reuocare non poteſt.
76. Vndecimus caſus eſt, Princeps † in dubio præſumitur reſcribere ſecundùm leges, nec præſumitur vſus ſuprema poteſtate, ſed iure communi, Innoc. & cæteri Canoniſtæ, in cap. innotuit. de electione. Angel. in l. benè à Zenone. C. de quadriennij præſcriptione. Et ideo in iure alteri quæ-
77. ſito, vel quærendo, non præſumitur † velle facere præiudicium. Socin. in conſil. 251. numer. 11. & in conſil. 164. numer. 3. & ſeq. volum. 2. Gratus in conſil. 65. numer. 38. volum. 1. & in conſil. 29. numer. 58. & ſeq. volum. 2. vbi quòd generales clauſulæ non operantur circa non expreſſa. Alexand. in conſil. 94. numer. 7. in fin. volum. 1. Ruin. in conſil. 28. numer. 10. & ſeq. volum. 1. vbi quòd etiã de iure in ſpecie fieri debet mentio, niſi fuerit dictum in reſcripto, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & non obſtantibus quibuſcumque, & clarè de eius mente conſtet. Bartol. in l. prædium. C. de locatione præd. ciuil. lib. 11. Suarez allegat. 12. numer. 57. Menoch. lib. 2. præſumpt. 12. numer. 3. & ſeq. & poſt alios relatos Albert. Brun. in conſil. feudal. 5. numer. 7. & cum iſtis clauſulis conceditur Principem poſſe tollere ea, quæ ſunt iuris poſitiui. Brun. in conſil. 1. numer. 39. Sed ſi actus facti à Principe de iure communi, vel aliter valere non poſſunt, niſi de plenitudine † 78.
poteſtatis, ſubintelligitur, quòd Princeps tali poteſtate vti voluerit. Paul. de Caſtr. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtament. Socin. iun. in conſil. 134. num. 27. volum. 3. Crauett. in conſil. 75. numer. 3. Menoch. in conſil. 2. numer. 38. volum. 1. & in conſil. 250. numer. 66. volum. 3. & in lib. 2. præſumpt. 9. num. 23. & in lib. 6. præſumption. 4. numer. 4. Alba. in conſil. 555. numer. 3. Dec. in l. ex teſtamento. C. de teſtament. Duen. in regula 43. in vltima limitatione. Riminald. iun. in conſil. 339. numer. 17. volum. 3.

ARTICVLVS V.

Teſtamentum primum, an & quando ſit reuocatum per ſecundum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum primum confirmatum in ſecundo, habet effectum codicillorum.*
2. *Teſtamenta duo ſi reperiantur facta eadem die, in diuerſis contextibus propter incertitudinem temporis vitiantur.*
3. *Heres incertus de viribus teſtamenti, non poteſt adire hæreditatem.*
4. *Teſtamentum primum omnino cenſetur ſublatum per ſecundum.*
5. ... *etiamſi primum fuerit iuratum, & in ſecundo non ſit facta mentio de iuramento.*
6. *Teſtamentum ſollemne reuocatur per alterum pariter ſollemne.*
7. *Teſtamentum ſollemne reuocatur per non ſollemne cum quinque teſtibus ſi in primo fuerint inſtituti extranei, & in ſecundo venientes ab inteſtato.*
8. *Subſtitutio pupillaris de extraneo facta in teſtamento ſollemni reuocatur in minus ſollemni, ſi venientes ab inteſtato ſubſtituti fuerint.*
9. *Teſtamentum inter liberos eſt vna ſpecies teſtamenti de per ſe.*
10. ... *ſuſtinetur etiam inter extraneos in vim fideicommiſſi.*
11. Auth. quod ſine. C. de teſtam. *habet locum in legatis, & fideicommiſſis factis etiam extraneis.*
12. *Teſtamentum primum eſſe reuocatum per ſecundum probari per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam.*
13. *Teſtes ad perpetuam rei memoriam poſſunt examinari ſuper prioritate donationis factæ inter coniuges.*
14. *Teſtes ad perpetuam rei memoriam debent examinari ad inſtantiam eius, cuius intereſt.*
15. *Teſtamenti ſubſtantia poteſt probari per duos teſtes.*
16. *Teſtamentum primum validum non reuocatur per ſecundum inualidum ob filij præteritionem.*
17. *Teſtamentum eſt nullum etiamſi filius præteritus approbauerit.*
18. *Vaſquius reprobatur, quia leges ab eo allegatæ non probant.*
19. *Legata, & fideicommiſſa aliquando debentur ex teſtamento*

ſtamento nullo de æquitate iuris prætorij.

20. *Legata non debentur hæreditate non adita.*
21. *Legata debentur, quando inſtitutio eſt inualida per errorem.*
22. *Legata in teſtamento valido reuocantur in teſtamento inualido, & num. 30.*
23. *Ademptio in vltimis voluntatibus facilius inducitur, quàm conceſſio.*
24. *Teſtator nunquam videtur velle recedere à primo teſtamento valido per ſecundum inualidum.*
25. *Inſtitutio, & legata dicuntur quid indiuiduum ratione voluntatis.*
26. *Legata ſunt accidentia teſtamentorum.*
27. *Teſtator poteſt facere, vt teſtamentum valeat, & legata adimantur.*
28. *Legata non ſunt acceſſoria teſtamenti neceſſaria, ſed voluntaria.*
29. *Legata poſſunt deberi etiam ex teſtamento imperfecto.*
31. *Hæreditas, & legata an ſint æquiparata reſpectu facilis ademptionis.*
32. L.Titius, & Seius. ff. de hæred. inſtit. *declaratur.*
33. *Clauſula codicillaris in primo teſtamento valido operatur vt hæredes ſcripti in eo teneantur reſtituere hæredibus ſcriptis in ſecundo teſtamento inualido, & num. 35. & quando fallit, num. 36.*
34. *Clauſula codicillaris in teſtamento nullo ob filij præteritionem operatur fideicommiſſum.*
37. *Filij inſtituti in primo teſtamento cenſentur magis dilecti.*
38. *Interpretatio ſemper capienda eſt, vt magis dilectus præferatur minus dilecto.*
39. *Rogatus per tacitum fideicommiſſum vigore clauſulæ codicillaris cenſetur rogatus purè, & detrahit ſolam quartam.*
40. *Filius præteritus in ſecundo teſtamento cenſetur rogatus de reſtituendo vocatis hæredibus in primo teſtamento, vbi appoſita fuit clauſula codicillaris.*
41. *Teſtamentum primum validum non reuocatur per ſecundum inualidum, etiam ſi filij promiſerint cum iuramento obſeruare ſecundum.*
42. *Conuentio de hæreditate viuentis eſt contra bonos mores.*
43. *Conuentio de obſeruando teſtamento reuocatur, ſtatim facto altero teſtamento.*
44. *Conuentio iſta habet tacitam conditionem ſi teſtator perſeuerauerit in eadem voluntate.*
45. *Conuentio conditionalis euaneſcit ſublata conditione.*
46. *Conuentio quando ſit de hæreditate acquirenda, vel conſeruanda.*
47. *Conuentio de hæreditate viuentis cum eius conſenſu, eſt reuocabilis per contrarium illius conſenſum.*
48. *Conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur, nullum ius tribuit contrahentibus ſuper illius hæreditate.*
49. *Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum, etiam ſi in illo eſſent inſtituti liberi ipſius teſtatoris.*
50. *Teſtamentum primum habet tacitam conditionem, ſi non fiat ſecundum.*
51. *Pia cauſa, & filij, ſunt æquiparati reſpectu ſucceſſionis.*
52. *Teſtamentum primum reuocatum per ſecundum, non reconualeſcit reuocato ſecundo.*
53. *Teſtamentum ſecundum ſufficit eſſe validum per momentum temporis, ad hoc vt ſit reuocatum primum.*
54. *Teſtamentum primum ipſo iure reuocatum non reconualeſcit ipſo iure.*
55. *Cephal. in toto conſilio. 519. reprobatur.*
56. *Teſtamenti reuocatio aliquando eſt valida, etiam ſi teſtator non dixerit, quòd volebat decedere inteſtatus.*
57. *Clauſula codicillaris corruit, reuocato teſtamento, in quo fuit appoſita.*
58. ... *reuocato primo teſtamento, nunquam reuiuiſcit, reuocato ſecundo teſtamento.*

De primo, & ſecundo teſtamento agẽtes, aduertendum eſt, aliquando teſtatorem expreſsè diſponere, vt vtrumque valeat, & tunc diſpoſita in primo
teſtamento † ſuſtinentur, tanquam 1.
relicta in codicillis. *l. ſi quis priore. ff. ad Trebell. §. ſed ſi quis priore. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* ita vt hæredes vocati in ſecundo teſtamento teneantur reſtituere hæredibus ſcriptis in primo teſtamento, quod fuit confirmatum in ſecundo. *l. poſthumus. §. ſi paganus. ff. de iniuſto teſtam.* & hanc concluſionem firmarunt Paul. de Caſtr. *in ſummario d. l. ſi quis priore, & ibi* Angel. *in ſecundo not.* Seiſel *in 1. notab.* Aretin. *in d. §. ſed ſi quis priore. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* & latè probant Natta *in conſil.* 483. *& conſil.* 484. *& conſil.* 527. Cephal. *in conſil.* 73. *col.* 2. *& ſeq.* Menoch. *in conſil.* 857. *num.* 16. *& plur. ſeq. vol.* 9. *& in conſil.* 1148. *n.* 12. *vol.* 12. Surd. *in conſil.* 330. *num.* 3. *vol.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 37.
Aliquando teſtator † duo 2.
teſtamenta fecit, in vna & eadem die, ſed diuerſi Notarij in diuerſis contextibus rogati fuerunt de illis, nec apparet de anterioritate, & tunc propter incertitudinem neutrum teſtamentum valet, gloſſ. magiſtralis *in l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul.* & hanc opinionem tenuerunt Azo, & Hugo, quos refert & ſequitur Bartol. *in d. l. 1. §. non autem. ff. de bon. poſſeſ. ſec. tabul.* per text. *l. ſed & ſi de ſua. §. cur autem. ff. de acquir. hæredit.* quia vterque hæres incertus eſt de
viribus † teſtamenti, ideo hæreditas adiri non po- 3.
teſt, niſi inſtituti eſſent venientes ab inteſtato, qui in dubio præferendi ſunt, vt per Bartol. & Alberic. *in d. l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* & Alberic. atteſtatur de communi. Aut pia cauſa quæ etiam in dubio præferenda eſt, vt latiùs per Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 13. *per totam.* Aliquando poſt conditum primum, pœnitet teſtatorem, & condit poſterius, &
tunc primum † omninò cenſetur ſublatum per po- 4.
ſterius, vt *in §. poſteriore. Inſtit. quibus mod. teſtament. infirmentur.* & quando conſtat expreſsè de voluntate teſtatoris declarantis ſe velle ſecundum teſtamentum valere, tunc nihil refert, quòd primum te-
ſtamentum fuerit iuratum †, & teſtator in ſecundo 5.
non fecerit mentionem iuramenti. Bald. *in l. ſancimus. quæſt.* 4. *C. de teſtam.* Pariſ. *in conſil.* 10. *n.* 21. *vol.* 3. Ruin. *in conſ.* 11. *n.* 13. *vol.* 2. Couar. *in rubric. de teſtam. part.* 2. *concluſ.* 4. *n.* 20. quia ſemper ſecundum teſtamentum ex voluntate teſtatoris, tollit primum.

De reuocatione igitur teſtamenti primi per ſecundum ſcribentes, hoc primum fundamentum
ſtatuimus, vt primum teſtamentum † ſollemne 6.
ita demum reuocetur, ſi ſecundum pariter ſollemne fuerit, atque præmunitum aut iure communi, aut iure ſpeciali. *l. 2. ff. de iniuſto teſtament. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtament. §. ex eo. Inſtit quib. mod. teſtament. infirm. l. ſi iure. de legat.* 3. *& ibi* Bart. probat, & latiùs per Caſtrenſ. Alexand. & Iaſ. *in l. planè. de legat.* 1. Couar. *in rubric. de teſtam. part.* 2. *num.* 21. *verſ. aduertendum eſt,* & alij relati per Rotam *deciſ.* 47. *num.* 1. *part.* 1. *in Nouiſſim.* gloſſ. *in l. eius militis. §.* militia

militia miſſus. ff. de milit. teſtament. dicit quòd ſecundùm teſtamentum vt inualidet primum, ſaltem iure ſpeciali ſuffultum eſſe debet, & communiter omnes Doctor. *in d. l. 2. ff. de iniuſt. teſtament.* & ſtante hac declaratione, ad maiorem dilucidationem plures caſus ſubnectemus.

Primus caſus eſt, teſtamentum primum ſollemni-
7. ter † factum, in quo fuerunt inſtituti hæredes extranei, reuocatur per ſecundum, cum quinque tantùm teſtibus factum, in quo fuerunt inſtituti venientes ab inteſtato, prout eſt caſus *in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis. C. de teſtament.* & hanc eſſe receptiſſimam ſententiam per illum textum, reſpondit Bertrand. *in conſil. 25. num. 2. vol. 3.* & probat Ludouic. Zunt *in reſponſo pro vxore, numer. 119. & num. 703. &* 728. alios ad hoc referunt Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 97. verſ. non tamen,* & Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt. 86. numer.* 4. & quando minus ſollemne reuocet primum, ex diſpoſitione *l. ſancimus. C. de teſtam.* ſcripſi ſuprà.

Declaratur iſte caſus, vt procedat non ſolùm quando extraneus eſt inſtitutus in teſtamento ſollemniter facto, ſed etiam ſi in illo filius fuiſſet inſti-
8. tutus pupillus, eique pupillariter extraneus † ſubſtitutus fuiſſet: nam poteſt teſtator in codicillis cum quinque teſtibus dictam ſubſtitutionem pupillarem auferre, eique ſubſtituere pupillariter alterum ſibi ab inteſtato ſucceſſibilem, ita dixit Bartol. *in d. §. ſi quis autem*, quem ſequuti ſunt *ibi* Paul. de Caſtr. Alexand. & Iaſ. Item Bartol. *in l. militis codicillis. ff. de milit. teſtament.* Aretin. *in auth. hoc inter liberos. C. de teſtament.* & alij relati per Vaſquium *de ſucceſſ. reſolut. lib.* 1. §. 1. *numer.* 34. & hanc concluſionem valdè probant Alexand. *in toto conſil. 146. volum.* 2. Nam teſtamen-
9. tum patris inter liberos † eſt vna ſpecies teſtamenti de per ſe, quæ eſt valida cum duobus tantùm teſtibus, *auth. hoc inter liberos. C. de teſtament.* & per vnam ſpeciem teſtamenti validam, cum ſua forma factam, tollitur altera teſtamenti ſpecies cum alia ſollemnitate inter extraneos facta. Item quia propter interuentum duorum teſtium,
10. teſtamentum inter liberos †, ſuſtinetur etiam in vim fideicommiſſi inter extraneos. gloſſ. *in auth. de teſtamentis, in princip. in ver. vnius.* Alexand. *in conſil. 114. numer. 3. volum.* 7. Item quia cùm prædicta inter liberos ſit vera, & propria ſpecies teſtamenti, nec reperitur de iure prohibitum facere ſubſtitutionem pupillarem, & fideicommiſſa, ideo erubeſcimus dicere contrarium. *l. diſſentientis. C. de repud. l. illam. C. de collat. §. conſideremus. in auth. de triente, & ſemiſſe.*
11. Item ad hoc eſt textus *in auth. quod ſine.* † *C. de teſtament. in verſ. & aliis legari, & fideicommitti poteſt*, quem textum habere locum in fideicommiſſo vniuerſali, iudicauimus in Collegio Piſano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtamentum. cap. vera, & propria.* Item ille text. addit, & libertas relinqui poteſt, ſed valet argumentum à libertate data directò ad ſubſtitutionem pupillarem, & voluit textus ille intelligere, quod & per fideicommiſſum, & directò aliquid extraneo in teſtamento inter liberos dari poteſt; ergo teſtamentum vltimum factum cum quinque teſtibus, in quo filij ſunt inſtituti, & venientes ab inteſtato ſunt pupillariter ſubſtituti, tollit teſtamentum primum ſollemniter factum, in quo extraneus pupillariter fuerat ſubſtitutus.

12. Secundus caſus eſt, Teſtamentum † primum dicitur reuocatum per ſecundum, etiamſi ſecundum fuerit probatum per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam, vti reſpondet Corn. *in conſil. 157. numer. 1. volum.* 4. quem ſequutus fuit Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 1. numer.* 27. & ita fuit in puncto iudicatum in Rota Auenion. vbi maritus obtinuit examinari teſtes ad futuram rei memoriam † ſuper prioritate dona- 13.
tionis ſibi per vxorem conſtante matrimonio factæ, contra alios, quibus dicta vxor ſucceſſiuis temporibus donauerat, vbi fuit conſideratum, quòd licèt actio mariti penderet à futuro euentu, ſi ipſa vxor illi præcederet, tamen, quia interim poterant teſtes mori, vel longa peregrinatione ſe abſentare, vt probat text. *l. lege Aquilia ſi deletum. ff. ad leg. Aquil.* ideo illa Rota admiſit illud examen, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 1. tit. Teſtes. cap. ex duobus.* Sed certè ego hanc practicam non admitterem, tum quia teſtes ad futuram rei memoriam non ſunt examinandi ad eius inſtantiam †, cuius adhuc non 14.
incepit intereſſe, quia viuus teſtator poterat illud teſtamentum reuocare, & interim illo viuente, ſuper illius hæreditate agi non poteſt. Tum etiam quia ſi teſtator & omnes teſtes mortui eſſent, poſſet teſtamenti † ſubſtantia 15.
probari per duos teſtes, vt firmauit Bartol. *in l. hæredes palàm, in princip. ff. de teſtament.* & ſequuti ſunt alij, quos refero ſuprà in hac parte *quæſt.* 1. *artic.* 10.

Tertius caſus eſt, primum teſtamentum † va- 16.
lidum non reuocatur per ſecundum inualidum ob filij præteritionem, quia hoc ſecundum eſt nullum ipſo iure. *l. 1. ff. de iniuſt. teſtament. l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum. auth. ex cauſa. C. de liber. præterit.* & ideo non tollit primum. *l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthum. l. cùm in ſecundo. ff. de iniuſt. teſtament.* Item quia dictum teſtamentum † eſt nullum, etiamſi filius præ- 17.
teritus approbauerit illud, quoniam ius publicum, cuiuſmodi eſt teſtamentum, partium conuentione approbari non poteſt, vt latè ſcripſi in hac parte ſuprà *in quæſt.* 3. *artic.* 2. & ideo non eſt recipienda opinio Vaſquij † *in lib. 1. de ſucceſſ. re-* 18.
ſolut. §. 7. col. 1. & ſeq. vbi quòd ſi filius præteritus expreſsè, vel tacitè abſtinuerit ſe à patris hæreditate, locum facit hæredi ſcripto, *l. poſthumus. §. idem & circa. l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſtam.* Quia dictæ leges hoc non probant, vt ſæpiſſimè Vaſquius ex legibus inutiliter allegatis aliquam nouam ſuam opinionem firmare arbitratur. Hoc tantùm illæ leges probant, quòd filius præteritus, qui abſtinuit à petitione hæreditatis ab inteſtato, nec petierint bonorum poſſeſſionem contra tabulas, de æquitate iuris prætorij legata †, & fideicommiſſa debentur, & ratio eſt, 19.
quia ius prætorium inuenit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, rumpendo teſtamentum, quod erat validum de iure ciuili, ob præteritionem filij emancipati, & ita iniuriam faciebat legatariis, quia hæreditate † non adita, legata ha- 20.
bere non poterant. *l. is qui in poteſtate. ff. de legatis præſtandis.* Ideo idem ius prætorium voluit conſeruare legata quibuſdam perſonis, per edictum de legatis præſtandis, vt *ff. eod. tit.* & ita etiam declarat Bartol. *in auth. ex cauſa, numer. 6. verſ. quare autem prætor*, & idem Vaſquius ita etiam ſcripſit *de ſucceſſ. creatione lib. 2. §. 15. numer. 39. & ſeq.* Neque obſtat *l. final.* † *ff. de hæred. inſtit.* 21.
Quia ibi error cauſæ finalis in inſtitutione ſola

ſola factus fuit, ideo illam ſolam vitiat, & non legata, vt Bartolus etiam declarauit *in d. authent. ex cauſa, numero 6. propè finem, verſ. ſed contra iſtam opinionem*, & hodie de iure nouiſſimo diſpoſitum eſt, per *d. authent. ex cauſa*, vt legata, & fideicommiſſa omnibus præſtentur, filio præterito, etiam hæreditate non adita, & ab inteſtato illa debeantur.

Primò declaratur iſte caſus, vt teſtamentum primum ſollemne non dicatur reuocatum per ſecundum inualidum, quoad inſtitutionem tantùm, quia hæredes inſtituti in primo, poſſunt adire hæreditatem, ſed quoad legata ſecus eſt, quia
22. legata ſola voluntate † adimuntur. *l. 3. §. final. l. ex parte ff. de adim. legat. l. planè, in 1. in princip. de legat. 1. l. ſi iure. de legat. 3.* & voluntas teſtatoris deprehenditur ex actu nullo. Abb. *in cap. 1. in 3. not. de ſucceſſ. ab inteſt.* Dec. *in conſil.* 159. & alij ad hoc allegati per Decian. *in conſil. 41. volum. 1.* & Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 1. numero 54. fol. 5.* Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 20. numer. 1.* & in vltimis voluntatibus faciliùs indu-
23. citur † ademptio, quàm conceſſio. *l. ſi fuerit. ff. de reb. dub.* Alexand. *in l. ſancimus*, & *ibi* Iaſ. *col. 2. verſ. ſecundò confirmat. C. de teſtament. & in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis, verſ. tu fructiſica. de legat. 1.* Et licèt teſtator numquam videatur velle recedere à primo teſtamento ritè, & rectè condito, niſi poſte-
24. rius fuerit validum, † vt not. *in l. 2. ff. de iniuſt. teſtament. §. poſteriore. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Cyn. *in l. noſtram. C. de teſtament.* Bartolus *in l. ſi iure. de legat. 3.* Alexand. *in conſil. 146. col. 2. & in conſil. 104. numero 8. volum. 2. & in conſil. 159. num. 2. & 3. volum. 7.* & plenè per Iaſ. *in l. ſancimus. C. de teſtament. & in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis au-*
25. *tem. C. eod. tit.* & tam inſtitutio, quàm legata † dicuntur quid indiuiduum ratione voluntatis. *l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. de teſtament.* & in indiuiduis vtile per inutile non vitiatur: vt plenè per Bartolum & Doctor. *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb.*
26. *obligat.* Tamen legata regulariter † ſunt accidentia teſtamentorum, quia poſſunt adeſſe, & abeſſe abſque deſtructione teſtamenti, vt habetur *Inſtit. de adim. legat.* ſicut claues, & clauſtra domus ſunt acceſſoria ipſius. *l. fundi. ff. de action. empti.* Item quia legata etiam in codicillis fieri poſſunt. *§. præterea. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* & poſſunt deberi à venientibus ab inteſtato. Item quia teſtamentum poteſt ſtare ſine legatis. *l. 1. §. qui neque legaturus. ff. de hæred. inſtit. & Inſtit. de adimend. legat. per totum.*
27. Ideo teſtator † poteſt facere, vt teſtamento exiſtente valido quoad hæredis inſtitutionem, quæ eſt caput teſtamenti. *§. ante hæredis. Inſtit. de legat.* ipſa legata ſint adempta, quia non ſunt acceſſoria
28. neceſſaria, † quæ ſequuntur naturam, & ſtatum rei principalis, ſicut littus ad mare. *§. 1. Inſtit. de rerum diuiſ.* & ripa ad flumen. *§. riparum. Inſtit. eod. tit.* & tabula ad picturam, *§. litera, in fine. Inſtit. eod.* ſed ſunt acceſſoria voluntaria, & ex accidenti, quia eſt in electione teſtatoris an voluerit facere legata, *l. 1. §. qui neque legaturus. ff. de hæred. inſtit.* Item quia teſtator poteſt facere, vt legata debean-
29. tur etiam † ex teſtamento imperfecto, quæ aliàs non deberentur, puta ſi perſonis coniunctis teſtatori relicta fuerint, vel ei valdè dilectis. text. & *ibi* gloſſ. *in l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert.* gloſſ. *in l. eam quam, in ver. traditur. C. de fideicommiſſ.* Matheſilan. *ſingulari 41.* Natta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. quæſtion. 27. limitat. 4.* Cephal. *in conſil.*

294. num. 15. ergo etiam † debet poſſe reuocare 30.
in teſtamento imperfecto, quæ legata fuerint in priore perfecto, nam eo caſu declarat legata non eſſe partem integralem ipſius teſtamenti, iuxta regulam *d. l. ſi quis cum teſtamentum. ff. de teſtam.* ſed oſtendit habuiſſe animum non voluiſſe legare, *d. l. 1. §. qui neque legaturus. ff. de hæred. inſtit.* Item quia legata poſſunt remanere valida, inſtitutione hæredis vitiata. *d. l. final. ff. de hæred. inſtit.* ergo multò magis poſſunt eſſe adempta ex quacumque voluntate teſtatoris, inſtitutione hæredis firma remanente. Neque obſtat quòd ſi ex teſtamento ſecundo inualido ſunt reuocata legata, ergo etiam hæredis inſtitutio reuocata dici debet, quia hæreditas, † & legata ſunt æquiparata reſpe- 31.
ctu facilis ademptionis, vt poſt Bartolum *in l. re coniuncti. de legat. 3.* probat *ibi* Iaſ. *numero 27.* & idem Bartolus *in l. quod traditum. ff. de condit. & demonſtrat.* per text. *l. Titius & Seius*, † & *l. ſeq. ff. de hæredib. inſtit.* Quia Iaſ. *in d. l. re coniuncti, numero 25.* 32.
reſpondet *d. l. Titius*, non probare intentionem Bartoli, quia illa lex, & ſequentes loquuntur in tacita ſubſtitutione, quæ cùm ſit fauorabilis, fuerunt in hoc æquiparata; quia ſicuti legata tacita, & præſumpta voluntate relinqui poſſunt. *l. nutu. ff. de legat. 3.* ita hæreditas tacita, & præſumpta voluntate relinqui poteſt. *d. l. Titius. & l. ſeq.* vbi vulgaris ſubſtitutio tacitè, & præſumptè ineſt in ipſa inſtitutione, & probatur *in l. iam hoc iure. ff. de vulgari*, & alia ad hoc allegata per Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 172. numero 26.* & ex his reſtat, quòd inſtitutione remanente firma in d. primo teſtamento valido legata in d. teſtamento dicuntur reuocata per ſecundum teſtamentum inualidum ratione præteritionis.

Secundò declaratur, vt ſi in ſecundo teſtamento, quod eſt nullum ob filij præteritionem, fuerit appoſita clauſula codicillaris, tunc operetur, vt hæredes ſcripti in primo † teſtamento ſollemniter facto, te- 33.
neantur reſtituere hæredibus inſtitutis in ſecundo teſtamento, ita reſpondet Corn. *in conſil. 145. per totum, volum. 3.* Sed contra dictam conſultationem opponitur, quòd clauſula codicillaris appoſita in teſtamento † nullo ob filij præteritionem, opera- 34.
tur fideicommiſſum. *l. quærebatur. ff. de teſtament. milit. l. 2. C. de codicill. l. 2. §. fin. ff. de iur. codicill. l. Scæuola. ff. ad Trebell. §. final. Inſtit. de codicill.* id eſt, vt filius præteritus cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis. Bartolus *in l. 1. numer. 9. ff. de iure codicill. & in authent. ex cauſa. num. 24. verſ. & hoc tenent*, & hanc eſſe magis communem concluſionem, poſt quamplurimos relatos, probant, Gabriel *in tit. de clauſulis concluſ. 7. num. 1.* Vitalis *de clauſulis. in ver. clauſula codicillaris, num. 2.* Turret. *in tractatu de clauſula codicillari, quæſt. 53. num. 6.* Reſponderi poteſt quòd iſta procedunt, quãdo non apparet aliquem à teſtatore fuiſſe vocatum in teſtamento valido, nam quando apparet † in te- 35.
mento ſollẽni hæredes factos fuiſſe, etiamſi clauſula codicillaris in ſecũdo teſtamẽto inualido poſita eſſet, nihilominus ſcripti hæredes in primo tenentur reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis in ſecũdo teſtamento, ita reſpondet Socin. iun. *in conſil. 106. num. 37. vol. 1.* & hanc opinionem, multis aliis relatis, ſequutus ſum *in tractatu de clauſulis parte 3. clauſula 11. num. 20.* vbi oſtendi ita fuiſſe decíſum in Rota Romana.

Sed iſta doctrina non videtur † poſſe applicari ad 36.
caſum propoſitum, quia nos præſupponimus primum teſtamentum fuiſſe validum, & ſecundum

ob filij præteritionem inualidum ; ergo debemus
præſupponere dictum filium iam natum in primo
teſtamento,etiam fuiſſe inſtitutum : ſi igitur in pri-
mo teſtamento inſtituit omnes filios , & in ſecun-
do vnum præteriit , tunc arguimus filios in pri-
37. mo † inſtitutos fuiſſe magis dilectos , vt probant
Menoch. in conſil. 954. numero 47. volum. 10. & Sur-
dus in conſil. 31. numero 8. volum. .. & filium præte-
ritum in ſecundo non fuiſſe dilectum ; ſed ſemper
38. capienda eſt interpretatio , † vt magis dilectus
præferatur. Ruin. in conſil. 136. numero 14. volum.
3. ergo filius præteritus in ſecundo , vigore di-
ctæ clauſulæ codicillatis cenſetur rogatus de re-
ſtituendo hæreditatem cæteris fratribus inſtitutis
in primo, nam ita filij magis dilecti præferuntur in
maiori portione. Nam rogatus per tacitum fidei-
39. commiſſum † vigore clauſulæ codicillaris cenſe-
tur rogatus purè, ideo detrahit vnam tantùm quar-
tam , id eſt , legitimam tantùm , ſi eſt filius, & hanc
eſſe veram , & magis communem concluſionem
probat Turret. in d. tractatu de clauſulis. quæſtion. 54.
numero 25. & plur. ſeq. & ita fuit iudicatum, Andr.
Gaill obſeruat. 114. numero 8. & ſeq. part. 2. Guido
Pap. deciſ. 513. Aliàs , ſi diceremus ſupradictam
opinionem eſſe veram , etiam in hoc caſu , videli-
cet , quòd filij inſtituti in primo valido cenſeren-
tur rogati de reſtituendo vocatis in teſtamento in-
ualido , tunc ſequeretur , quòd ſi in ſecundo inua-
lido eſſent inſtituti iidemmet filij , præter vnum
præteritum , dicerentur rogati de reſtituendo ſi-
bimetipſis.

Item ſi in ſecundo inualido eſſet inſtitutus et-
iam extraneus , tunc iſte magis haberet , quàm fi-
lij , & ita minus dilectus præferretur, & filius præ-
teritus in ſecundo nihil haberet. Ad euitandum
40. igitur tot inconuenientia , dicendum eſt filium †
præteritum in ſecundo eſſe rogatum de reſtituen-
do filiis , & aliis vocatis in primo , retenta ſola le-
gitima.

41. Quartus caſus eſt , primum † teſtamentum vali-
lidum non reuocatur per ſecundum inualidum , et-
iamſi filij inſtituti promiſiſſent cum iuramento ob-
ſeruare ſecũdum inualidum,quia teſtamenti factio
eſt publici iuris,quod non ſubiacet priuatorum ar-
bitrio. l. 1. ff. de teſtam. l. priuatorum. C. de iuriſd. omn.
42. iudic. l. ius publicum. ff. de pact. Item quia conuentio †
de hæreditate viuentis eſt contra bonos mores , &
de iure reprobatur. l. final. C. de pact. l. ſtipulatio hoc
modo concepta. ff. de verb. obligat. l. ex eo. C. de inuti-
lib. ſtipulat. & Doctor. communiter ita firmant in
d. l. ſtipulatio. & de communi Alexand. in conſil. 38.
volum. 3. Item dicta conuentio non ſubſiſtit,quia
impeditur libera teſtandi facultas , & eo ipſo quòd
43. teſtator faceret alterum teſtamentum †, ſtatim ip-
ſo iure eſſet dicta conuentio reuocata , vt Docto-
res communiter in d. l. final. C. de pact. Item quia
44. dicta conuentio † habet tacitam conditionem , ſi
teſtator , de cuius ſucceſſione conuentum fuit,
perſeuerauerit in ipſa voluntate , Oldrad. in con-
ſil. 331. per text. l. final. C. de non num. pec. & l. fi-
nal. ff. qui ſatiſd. cog. & c. quemadmodum. de iureiur.
45. Angel. in conſil. 159. col. 2. & conuentio † condi-
tionalis euaneſcit, ſublata conditione , & iuramen-
tum cenſetur appoſitum ſub eadem conditione. Nec
46. poteſt dici, quòd iſta conuentio non eſt de futura †
ſucceſſione acquirenda, prout loquuntur d. ll. fin. &
ſtipulatio , ſed de futura ſucceſſione conſeruanda,
quæ eſt permiſſa , §. final. Inſtit. de legitim. agnat. ſuc-
ceſſ. Quia in d. § final. agitur de conſeruanda ſuc-
ceſſione ab inteſtato , ſed in hoc caſu agimus de
acquirenda ſucceſſione ex teſtamento, quæ adhuc
delata non fuit, & poteſt non deferri , quia teſtato-
rem pœnitere poteſt ; ergo interim inducit votum
captandæ mortis , quod eſt à iure reprobatum , &
ita in puncto huius caſus reſponderunt Ruin. in
conſil. 26. volum. 2. & Dec. in conſil. 475. Vbi etiam
reſpondent , quòd licèt in d. conuentione interue-
niſſet conſenſus illius , † de cuius hæreditate tra- 47.
ctatur,tamen talis conſenſus eſt reuocabilis,vt Do-
ctor. communiter in d. l. final. & ex tali conſenſu
reuocabili † nullum ius contrahentibus acquiſitum 48.
dici poteſt , & reuocatio conſentientis operatur
etiam quoad ipſos paciſcentes. Ancharan. in conſil.
403. Dec. in d. l. final. in 4. not. C. de pact. & in d. conſil.
475. num. 4. verſ. tamen talis conſenſus.

Declaratur iſte articulus,vt teſtamentum primũ
ſit reuocatum per ſecundum , etiamſi in primo eſ-
ſent † inſtituti filij ipſius teſtatoris , & in ſecundo 49.
non ſit poſita clauſula derogatoria , quia dictæ le-
ges generaliter loquuntur. Item quia † primum ha- 50.
bet tacitam conditionem , ſi non fiat ſecundum,
Angel. in d. conſil. 159. col. 2. Barbat. in conſil. 2. in prin-
cip. volum. 1. Dec. in conſil. 154. num. 2. Pariſ. in con-
ſil. 34. num. 56. vol. 2. Idem ſi in primo teſtamento
eſſet inſtituta pia cauſa , † quia iſti duo caſus ſunt 51.
æquiparati de iure, Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §.
1. num. 17.

Secundò declaratur,vt quando primum † teſta- 52.
mentum eſt reuocatum per ſecundum , tunc ſi ſe-
cundum etiam reuocatur, vel cancellatur, primum
vlteriùs non conualeſcit , quia , vt dixi , primum
habet tacitam conditionem , dummodo non fiat
ſecundũ,& ideo ſufficit ſecundũ per momentum † 53.
temporis eſſe validũ,ita dixit Angel. in d. conſil. 159.
col. 2. quem ſequitur Dec. in conſil. 489. numero 3.
verſ. primum enim teſtamentum, & ad hoc eſt text. l.
militis codicillis. §. final. & ibi Bartol. ff. de milit. te-
ſtam. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. numer. 43. &
ſeq. vbi quòd ſi priores literæ reuocentur per ſe-
quentes, quòd licèt poſteriores poſtea reuocentur,
tamen non reuiuiſcunt priores, Clar. in §. teſta-
mentum. quæſtion. 95. Ita etiam dixit gloſſ. in l.
penult. §. final. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul. in ver. non
ſecus, in fine , vbi inſtituti hæredes in primo re-
uocato per ſecundum non poſſunt agere , quia
illud primum † ipſo iure euanuit , & in ver. con- 54.
ſtituti , dicit quòd primum ipſo iure euanuit , nec
reſuſcitatur ipſo iure, licèt & inſtituti in primo,
& inſtituti in ſecundo teſtamentis reuocatis ſint
ſimiles in hoc , quòd alter contra alterum exci-
pere poteſt , & hanc opinionem ibi ſequuntur
omnes, quòd primum reuocatum per ſecundum
ipſo iure , non poſſit reuiuiſcere ipſo iure per re-
uocationem ſecundi , niſi noua voluntas appareat
pro confirmatione primi.

Quamobrem non eſt recipienda conſultatio
Cephali † in conſil. 519. vbi quòd reuocato ſe- 55.
cundo teſtamento , ſi teſtator non dixerit , quòd
volebat inteſtatus decedere , tunc reuocatio eſt
nulla , & ſuccedunt hæredes vocati in primo te-
ſtamento. Nam cùm primum teſtamentum ſit ip-
ſo iure reuocatum , vt probaui , non poteſt vl-
teriùs reuiuiſcere , niſi ex noua voluntate.

Item etiam ſi eſſet vera illa opinio, quòd re-
uocatio teſtamenti non eſt valida , niſi teſtator
dicat, quòd volebat inteſtatus decedere , tunc de-
buiſſent ſuccedere hæredes vocati in ſecundo,quia
primum fuit reuocatum per ſecundum , & reuoca-
tio ſecundi,ſecũdũ Cephalũ, non valebat;ſed nos
probauimus ſuprà in articulo 1. huius quæſtionis , in 2.
decla

56. *declaratione quarti caſus*, reuocationem † eſſe vali-
dam, etiamſi non dixerit, quòd volebat inteſtatus
decedere, quando reuocauit, caſſauit, & deleuit
coram ſeptem teſtibus. Neque ſuſtinetur dicta
conſultatio Cephali, etiamſi in primo teſtamento
57. fuiſſet apposita clauſula codicillaris, † quoniam
reuocato primo, omnia in eo ſcripta, caſſata ſunt,
vt probaui, etiam clauſula codicillaris euaneſcit,
Barrol. *in l.1. quæſt. 15. ff. de iure codicill.* Bald. *in l.
poſthumus. §. final. verſ. quæro hîc de iſta quæſtione. ff. de
iniuſt. teſtam.* & alij per Guid. Pap. *deciſ. 323. num.
3.* ergo dicta clauſula reuocata cum d. primo teſta-
58. mento, nullo modo reuiuiſcere poteſt †, nec ali-
quem effectum operari. *l. 1. C. de codicill. l. ſi quis
cum teſtamentum nullum. §. final. & l. ab inteſtato. ff.
de iure codicill. l. 1. C. de poſthum. hæred. inſtit. l. ex te-
ſtamento. C. de fideicommiſſ.* Et hanc opinionem con-
tra Cephalum bene probat Turret. *in tract. de clau-
ſula codicillari. quæſt. 53.* vbi reſpondet omnibus al-
legatis per illum.

ARTICVLVS VI.

Teſtamentum primum inter liberos, an & quando ſit reuocatum per ſecundum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum minus ſollemne inter liberos tollit primum ſollemne factum inter eoſdem.*
2. *Teſtamentum ſecundum factum iure ſpeciali, tollit primum de iure communi.*
3. *Teſtamentum primum ſollemne, in quo eſt inſtituta pia cauſa, tollitur per ſecundum minus ſollemne, in quo ſit inſtituta alia pia cauſa.*
4. *Teſtamentum ſecundum, ex quo poſſit adiri hæreditas, ſemper tollit primum.*
5. *Teſtamentum ſecundum inter liberos ita demum tollit primum inter eoſdem, ſi fuerit magis fauorabile liberis.*
6. *.. etiamſi liberi eſſent inæqualiter inſtituti.*
7. *.. & quid ſi eſt magna inæqualitas.*
8. *Teſtamentum ſecundum eſt validum, filio præterito de eius conſenſu.*
9. *Teſtamentum primum inter liberos non reuocatur niſi per teſtamentum ſollemne.*
10. *Teſtium idem numerus requiritur in conſtructione, & deſtructione actus.*
11. *Teſtamentum primum inter liberos non reuocatur per ſecundum in quo aliqui filij ſunt inſtituti in rebus particularibus.*
12. *Clauſula* omni meliori modo, *habet effectum derogatoriæ, & clauſula codicillaris, & numero* 14.
13. *Clauſula derogatoria expreſſa tollit conſenſum ab actu ſubſequente.*
15. *Teſtamentum ſecundum inter liberos quando valet vt codicillus.*
16. *Teſtamentum primum inter liberos reuocatur per ſecundum, quod ſola patris ſubſcriptione factum eſt.*
17. *Teſtamentum imperfectum inter liberos eſt vera, & propria ſpecies teſtamenti.*
18. *Scriptura teſtamenti paterni poteſt probari per comparationem literarum.*
19. *Comparatio literarum habet effectum confeſſionis.*
20. *Scriptura teſtamenti paterni vt valeat, debet habere tempus certum.*
21. *Tempus dicitur eſſe de forma, quando per legem requiritur.*
22. *Teſtamentum inter liberos non intelligitur reſpectu filiorum adoptiuorum.*

HIc articulus per tres caſus declaran-
dus eſt, & primus eſt, quando pater
ſollemne teſtamentum inter liberos
condidit, deinde ſecundũ inter libe-
ros non ſollemne fecit, ſi ſecundum
factum eſt ſecundùm formã, † & ſpeciem teſtamen- 1.
ti inter liberos, licèt tantam ſollemnitatẽ non con-
tineat, quanta inter extraneos neceſſaria eſt, primũ
teſtamentum reuocatum dicitur, & intrat text. *§. po-
ſteriore. Inſtit. quibus mod. teſtam. infirmentur.* vbi quòd
ſecundum etiam † factum iure ſpeciali, vt eſt teſta- 2.
mentum militare, vel inter liberos, tollit primum,
Paul. de Caſt. *in conſil. 464.* vbi ſcripſit, quòd ſi in pri-
mo teſtamento fuiſſet inſtituta pia cauſa, † cũ om- 3.
nibus ſollemnitatibus, quæ inter extraneos adhibe-
ri ſolent, & poſtea in alio teſtamento fuiſſet inſtitu-
ta alia pia cauſa coram duobus teſtibus, hoc ſecun-
dum teſtamentum factum de iure ſpeciali tollit pri-
mum, & hanc doctrinam Paul. de Caſt. refert, & ſe-
quitur Alex. in teſtamento inter liberos *in conſ. 146.
vol. 2.* & ſequitur Gratus *in conſil. 90. vol. 2.* vbi hanc
concluſionem pleniſſimè probat, ſatis enim eſt ad
reuocationem primi teſtamenti ſollemniter facti,
quòd ſecundum teſtamentũ † aliquo modo valeat, 4.
ita vt ex eo poſſit hæreditas adiri. *l. ſi quis priore. ff. ad
Trebell. l. cum in ſecundo. ff. de iniuſt. teſtam.* & ita poſt
Bald. Angel. & Caſtrenſ. firmat Alex. *in l. hac conſul-
tiſſima. §. ex imperfecto, col. final. verſ. quæro etiam. C. de
teſtam.* & relati per Decium *in conſil. 489. col. 2. verſ.
ſed prædictis non obſtantibus*, quos etiam ſequitur So-
cin. iun. *in conſil. 144. vol. 2.* & hæc concluſio nullam
habet difficultatem.

Primò declaratur iſte caſus, vt ſecundum inter
liberos ita demum reuocet primum † pariter inter 5.
liberos, ſi ſecundum fuerit eiſdem liberis fauorabi-
lius, gloſſ. *in auth. de teſtam. imperfectis, in princ.* quam
dicunt eſſe notabilem Iacob. de Bellouiſ. & alij *ibi-
dem.* Iaſ. *in auth. hoc inter liberos. col. 2. C. de teſtam.* vbi
poſt Cyn. & alios relatos, dicit eſſe communem, &
ibi etiam Natta *quæſt. 1. & 2.* Corn. *in conſil. 31. col. 2.
vol. 4.* Alex. *in conſil. 105. vol. 4.* Barbatia *in conſil. 32.
col. 3. vol. 2.* Cranet. *in conſil. 142. num. 7.* Socin. iun. *in
conſil. 127. num. 10. vol. 1.* Dec. *in conſil. 632. num. 4.* &
hæc concluſio procedit etiamſi liberi in ſecundo † 6.
teſtamento eſſent inæqualiter honorati. Paul. de
Caſtr. *in d. auth. hoc inter liberos*, & alij ad hoc relati
per Riminald. iun. *in conſil. 296. num. 2. vol. 3.* Natta *in
conſil. 423. num. 11. & conſil. 622. n. 8. & 21.* licèt quan-
do eſſet magna inæqualitas, † aliter dicendũ eſſet, vt 7.
per Roman. *in conſil. 179. & conſil. 385.* Dec. *in conſil.
105. col. fin. & in l. 1. C. vnde liberi.* & latiùs probat
Simon de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dubitat. 2.
num. 9. fol. 460.* Secus ſi vnum ex filiis præteriiſſet in
ſecundo, de conſenſu ſuo, qui paternæ hæreditati in
eius vita renuntiauit, quia tunc ſecundũ teſtamen-
tũ † eſt validum, vt poſt Baldum reſpondit Corn. *in* 8.
conſil. 31. vol. 2. & iſta inæqualitas non procedit ex
voluntate patris, ſed ex voluntate filij, qui ita vo-
luit, & renuntiauit, & ideo eius præteritio non
facit teſtamentum ſecundum eſſe nullum, vt *ibi* per
Corneum.

Secundò declaratur, vt nõ procedat in reuocatio-
ne primi teſtamẽti inter liberos, quoniã illud nõ re-
uocatur † per aliud teſtamẽtum, niſi parens coram 9.
ſeptem teſtibus declaret ſe nolle tale teſtamentum

valere, & aliam diſponat vltimam voluntatem vel in teſtamento ſcripto, vel non ſcripto, & perfecta voluntate, ita expreſsè diſponitur *in authent. hoc inter liberos. C. de teſtam.* & *ibi* Iaſ. *in* 1. *limit.* Caſtrenſ. *num.* 4. & alij omnes, & firmarunt Io. Andr. *in Additionib. ad Speculat. in tit. de inſtrument. editione.* §. *compendiosè. verſ. quid ſi primò*, vbi quòd minus ſollemnis voluntas inter liberos non reuocetur per ſubſequentem voluntatem, & ità etiam reſpondet Natta *in conſil.* 579. *numer.* 7. Corn. *in conſil.* 21. *verſ. his tamen non obſtantibus. volum.* 4. Corn. *conſil.* 6. *volum.* 4. Cephal. *in conſil.* 548. *num.* 10. *volum.* 4. Clar. *in* § *teſtamentum. quæſtion.* 98. *verſ.* 1. qui alios refert. Craſſ. *in eod.* §. *quæſt.* 86. *num.* 5. Curt. iun. *in conſil.* 169. *num.* 8. *& ſeq.* qui atteſtatur de communi. Et

10. licèt idem numerus teſtiũ † requiratur in conſtructione actus, & in ipſius diſſolutione, *l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. & c. pen. eod tit. in antiquis*, vbi quòd omnis actus per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, tamen ſpecialiter eſt diſpoſitum in reuocatione teſtamenti inter liberos, vt cum maiori ſollemnitate fieri debeat, *d. authent. hoc inter liberos*, quoniã propter ipſorum fauorem maior ſollemnitas in reuocatione requiſita eſt.

11. Secundus caſus eſt, teſtamentum † primum ſollemne inter liberos, in quo omnes filij vniuerſaliter inſtituti ſunt omni meliori modo, non reuocatur per ſecundum minus ſollemne, inter liberos, ſed iure ſpeciali factum, in quo aliqui ex filiis inſtituti fuerunt in certis rebus particularibus, quoniam teſtamentum non reuocatur per codicillos: ſed dictũ ſecundum teſtamentum habetur loco codicillorum, quoniam primum non fuit in ſpecie reuocatum, prout reuocari debebat, vt concludunt omnes, *in authent. hoc inter liberos, num.* 4. *C. de teſtament.* Item

12. quia clauſula, *omni meliori † modo*, poſita in primo teſtamento, habet effectum clauſulæ derogatoriæ, vt probat Cephal. *in conſil.* 548. *num.* 11. *volum.* 4. qui multos refert; ergo in ſpecie illi debebat derogari,

13. quia clauſula derogatoria † expreſſa tollit conſenſum ab actu ſubſequente, & ideo ſecundum teſtamentum non ſubſiſtit, vt bene probat Rubeus *in conſil.* 25. *n.* 9. *& plur. ſequent.* Item quia dicta clau-

14. ſula, † *omni meliori modo*, habet effectum clauſulæ codicillaris, vt ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte* 3. *cap.* 56. & in quolibet teſtamento inter liberos ſemper cenſetur appoſita, & repetita; idcirco dictum ſecundum teſtamentum valebit tanquam codicil-

15. lus, † & quia inſtitutio fuit facta de rebus particularibus, & dato cohærede vniuerſali habet effectũ legatorum, *l. quoties. C. de hered. inſtit.* propterea hæredes ſcripti in primo teſtamento, tenebuntur ante partem ſoluere dicta prælegata dictis filiis cohæredibus relicta in teſtamento imperfecto, quoad habebit vim codicillorum, nam codicilli etiam minus ſollemnes valent inter liberos. *l. final C. famil. erciſc. & in auth. de teſtament. imperfectis, in princip.* & latiùs probat Corn. *in conſil.* 21. *col.* 3. *verſ. hoc itaque præmiſſo. vol.* 4.

16. Tertius caſus eſt, Teſtamentum ſollemniter † factum inter liberos reuocatur per ſecundum pariter inter liberos, quod ſola manu parentis ſub-

17. ſcriptum fuit, quoniam eſt vera & propria † ſpecies teſtamẽti, & ita reſponderunt Bald. *in conſ.* 207. *numer.* 3. *volum.* 1. *& in conſil.* 300. *vol.* 4. Paulus de Caſtr. *in conſil.* 93. *num.* 2. *verſ. ſecundo, quia ſi nulli teſtes. volum.* 1. Non enim eſt minus proprium teſtamentum inter liberos cum duobus teſtibus, quàm ſi mille teſtes haberet inter extraneos; cùm enim ſollemnitas teſtamenti in genere ſit de iure poſitiuo, potuit vna ſpecies teſtamenti corrigi circa numerum maiorem, vel minorem teſtium per alterum ius poſitiuum: ſed de iure remiſſa eſt omnis ſollemnitas iuris ciuilis in teſtamentis inter liberos, & retenta eſt ſollemnitas iuriſgentium. *l. hac conſultiſſima.* §. *ex imperfecto. C. de teſtamentis.* ergo eſt vera, & propria ſpecies teſtamenti, quicquid ſcripſerint Iaſ. *in d.* §. *ex imperfecto. col. penultim.* & Curtius *numero* 25. quia imperfectum dicitur reſpectu maioris ſollemnitatis, vt dicit Abb. *in conſil.* 98. *in princip. part.* 2. ſed qualitas imperfecti non conſtituit ſpeciem teſtamenti impropriam, & ita etiam probat Vaſq. *de ſucceſſ. creatione.* §. 21. *limitat.* 6. *&* 7. *numero* 48. & hanc opinionem ſequuti fuimus in Collegio Piſano, vt eſt *in Digeſtis Nouiſſ. tom.* 5. *titul. Teſtamentum, cap. vera, & propria.*

Item quia ſi nulli teſtes interueniſſent, dummodo ſcriptura † teſtatoris poſſit probari per 18.
comparationem literarum, ſatis eſt, vt dicatur teſtamentum validum inter liberos. Alexand. *in toto conſilio* 114. *volum.* 7. vbi, præſertim *numero* 4.
quòd comparatio † habet effectum confeſſionis, & 19.
ita ſicut per confeſſionem filiorum valeret teſtamentum patris inter liberos, licèt nullus teſtis interueniſſet, ita etiam per comparationem plenè probatam, vt *ibi* per Alexand. quicquid dixerit Abbas *in d. conſil.* 98.

Declaratur iſte caſus, dummodo dicta ſcriptura † teſtamenti patris inter liberos habuerit tem- 20.
pus certum ſuæ ſcriptionis, ita enim expreſsè dicitur *in d. authent. quod ſine. C. de teſtament.* & quando lex requirit † tempus, illud dicitur requiſitum 21.
pro forma, vt probat Decian. *in conſil.* 34. *numer.* 4. *& ſeq. volum.* 1. & *ibi*, quòd eſt communis opinio, vt pro validitate d. ſcripturæ teſtamenti paterni, debeat eſſe appoſitus dies, menſis, & annus. Abbas *in d. conſil.* 98. *part.* 2. Alex. *in conſil.* 123. *num.* 4. *vol.* 1. *& conſil.* 76. *num.* 11. *vol.* 3.

Secundò declaratur, vt procedat in teſtamento † inter liberos veros, non autem adoptiuos, 22.
quia filius adoptiuus non dicitur ſuus hæres patri, vt notant omnes *in l. Gallus.* §. *ſi eius. ff. de liber. & poſthum.* Iaſ. *col.* 3. Nec adoptiuus præteritus rumpit teſtamentum ſicut filius verus, ſi ab extraneo fuiſſet adoptatus, *l. cùm in adoptiuis. verſ. ſed ne articulum*, & *ibi* Bald. & cæteri. *C. de adopt.* & hanc concluſionem latiſſimè probat Decian. *in d. conſil.* 34. *volum.* 1.

ARTICVLVS VII.

Quomodo teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam reuocetur per ſecundum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum habens clauſulam derogatoriam quomodo reuocetur per ſecundum, & num.* 3.
2. *Clauſula derogatoria poteſtatis teſtandi non eſt attendenda.*
4. *Clauſula derogatoria generalis, vel ſpecialis, vel ſingularis, quæ ſit, & quomodo reuocanda ſit.*
5. *Clauſulæ derogatoriæ ſequentium teſtamentorum, cur inuentæ ſint.*
6. *Teſtamentum ſecundum quando præſumatur potiùs factum ad importunitatem.*

7. *Sta*

7. *Statutum quòd teſtamentum vltimũ valeat, non obſtantibus clauſulis derogatoriis in primo, non valet.*
8. *Clauſula, caſſans, &c. reuocat omnes derogatorias primi teſtamenti.*
9. *Clauſulæ cæteratæ ſunt extendendæ ſecundum naturam actus.*
10. *Clauſula,* fecit teſtamentum, *&c. eſt extendenda vt comprehendat derogatorias ad teſtamenta futura.*
11. *Clauſula derogatoria magis trahitur ad teſtamenta præterita, quàm futura.*
12. *Clauſula,* caſſans, & irritans, *&c. quomodo extendenda.*
13. *Clauſula reuocatoria generalis, quibus deroget.*
14. *& quomodo reuocet omnes derogatorias teſtamẽti.*
15. *Derogatoria ſpecialis teſtamenti, per quæ verba reuocetur.*
16. *Clauſula,* quouis modo, *comprehendit omnem modum, & formam.*
17. *Derogatoria teſtamenti primi cenſetur reuocata, ſi teſtator dixit, volo ſecundum præualere, vel præferri.*
18. *Clauſula*, caſſans, & irritans, *habet effectum clauſulæ* præferri, & præualere.
19. *Verba præciſa derogatoria in primo teſtamento, quando non ſint reuocanda.*
20. *Clauſula,* caſſans, & irritans, *&c. extendenda eſt ad quæcumque verba poſita in primo teſtamẽto.*
21. *Derogatoria omnis teſtamenti eſt reuocata per clauſulam* caſſans, & irritans, *&c.*
22. *Teſtamenti primi derogatoriarum reuocatio poteſt probari per coniecturas.*
23. *Clauſulæ derogatoriæ teſtamenti poſſunt reuocari in codicillis.*
24. *Teſtamentum inter liberos continet tacitam derogatoriam ad ſequentia.*
25. *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alterum priuilegiatum.*
26. *Teſtamentum duorum inter liberos, quale ſit attendendum.*
27. *Teſtamentum inter extraneos non reuocat factum inter liberos, niſi cum reuocatione derogatoriarũ.*
28. *Clauſula derogatoria tacita reuocatur per reuocatoriam tacitam.*
29. *Iuramentum poſitum in teſtamento habet effectum clauſulæ derogatoriæ.*
30. *Teſtamentum ſecundum iuratum tollit primum iuratum, abſque alia reuocatione.*
31. *Iuramentum plus operabitur in ſecundo, quàm in primo teſtamento.*
32. *habet vim ſpecificæ expreſſionis.*
33. L. final. in princip. de legat. 2. *declaratur, & num.* 36.
34. *Actus tacitus contrarius reuocat præcedentem.*
35. *Recuſatio iudicis tollitur per actus ſequentes iudiciales.*
37. *Fideicommiſſum poteſt relinqui per epiſtolam.*
38. *Teſtamentum ſollemne cum clauſulis derogatoriis cenſetur reuocatum per minus ſollemnem voluntatem, concurrente ſpacio decem annorum.*
39. *Teſtator per lapſum decennij non præſumitur recordari de clauſula derogatoria.*
40. *Derogationis validitas non eſt inquirenda poſt longum tempus.*

1. SVper iſto articulo pleniſſimè ſcripſerũt † Natta in particulari tractatu de clauſula derogatoria, quem impreſſit poſt repetitionem *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 8. Simon de Pret. *de interpretat. vlt. volunt. lib.* 4. *dubitatione* 2. *fol.* 460. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 166. Valq. *de ſucceſſ. reſolutione. lib.* 1. §. 1. *n.* 29. *& plur. ſeq.* ego *in tractatu de clauſulis, part.* 3. *clauſ.* 6. In quibus libris cumulantur omnes conſulentes, atque aliorum doctrinæ, qui in diuerſis caſibus reſponderunt: ſed quia ſinguli ſcribentes ſuam particularem methodum ſequuti fuere prætermiſſis multis ſuperfluis, ad hanc materiam non pertinentibus, hunc articulum pertractabo per tres tantùm caſus, ad quos totam materiam reduci poſſe credo.

Primus caſus eſt, quando teſtator in ſuo teſtamẽto addidit clauſulam derogatoriã voluntatis, (nam de derogatoria † poteſtatis non eſt hîc ſcribẽdum, 2.
prout Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *n.* 2. *& ſeq.* & Simon de Pret. *in d. dubit.* 2. *num.* 56. *& ſeq. fol.* 464. & Riminald. iun. *in conſil.* 268. *col.* 1. *vol.* 3. qui alios referunt, cùm nullum remedium inueniri poſſit, propter quod teſtamentum irreuocabile fieri poſſit, vt ſcripſi in præcedentibus articulis huius quæſtionis. De derogatoria igitur voluntatis agentes, de qua *in l. diui Verus. §. licet. ff. de iure codicil. & in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de legat.* 1. *& in l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat.* 3. Si teſtator dixerit, † ſi aliud teſta- 3.
mentũ fecero, illud nolo valere, vel illi per hoc præſens derogatum eſſe volo. Aut dixerit, illud nolo valere, ſed per hoc præſens derogatum eſſe cenſeatur, niſi in eo tota ſalutatio Angelica ſcripta fuerit, iſti ſunt tres modi clauſulæ reuocatoriæ generalis, vel ſpecialis, vel ſingularis quos Doctores excogitarunt, Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 6. Menoch. *d. præſumpt.* 166. in primis tribus caſibus, & relati ab eis.

In quibus caſibus concluſerunt, quòd primũ teſtamentum habens † clauſulam reuocatoriã gene- 4.
ralem ad omnia teſtamenta ſequentia, non reuocatur per ſecundum, niſi in hoc etiam adſit clauſula reuocatoria generalis prioris teſtamenti, vt quia dixit, caſſans, & irritans teſtamentum factum coram Sempronio Notario, Bart. *in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, n.* 8. *verſ. ſi enim ſunt concepta, de legat.* 3. Iaſ. *in d. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis in* 2. *lectura. n.* 13. *de legat.* 1. & alij per Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *n.* 10. Sed ſi teſtator ſpecialiter dixerit, ſi aliud teſtamentum fecero, illi per iſtud derogatum eſſe volo, tunc dictum primum non reuocatur per ſecundum, niſi ſpecialiter dixerit, non obſtante primo teſtamento à me facto, & clauſula reuocatoria in eo deſcripta, Bart. *in d. l. ſi quis in princip. teſtam. n.* 8. *verſ. ſed ſi ponimus, & n.* 9. *verſ. ſed ego dico.* Socin. *in d. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. n.* 9. *de legatis* 1. qui atteſtatur eſſe communẽ concluſionem, Iaſ. *num.* 12. Socin. iun. *in d. l. ſi quis in princip. teſtamenti, n.* 54. *de legat.* 3. & alij ad hoc relati per Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *num.* 13. *verſ. tertia opinio, & num.* 14. *& ſeq.* qui probat hanc concluſionẽ per *d. l. ſi quis in princip. teſtamenti,* prout ita etiam ponderauit Simon de Pret. *in d. dubitatione* 2. & Mantica. *in d. lib.* 12. *tit.* 8. *num.* 7. *verſ. Didacus in rubrica, & in fine numeri*, atteſtatur Rotam Romanam ſequutã fuiſſe hanc opinionem, allegando Cæſarem de Graſſis *deciſ.* 1. *de teſtamentis*, & ita etiam fuit deciſum in aliis tribunalibus, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Teſtamentum. cap. circumſcriptis, & pluribus cap. ſequentibus.*

Verùm ſi teſtator dixerit in primo ſuo teſtamẽto, quòd ſecundum non valeat, niſi in eo fuerit ſcripta tota ſalutatio Angelica, vel quid aliud; tunc iſta clauſula derogatoria ſingularis, etiam ſingulariter reuocari debet pro validitate ſecundi teſtamenti. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 279. *col. final. vol.* 1. & alij ad hoc probandum relati per Menoch. *in d.* præ

*præſumpt.*166.*num.*59. & per Manticam *in d. titulo*
8.*num.*6.*& ſeq.*
5. Teſtatores enim dubitantes † fortè in articulo
mortis perſuaſionibus, & inſtigationibus conſan-
guineorum facilè induci poſſe ad mutandum teſta-
mentum præcedens contra eorum voluntatem, in-
uenerunt huiuſmodi clauſulas pro firmitate primi
teſtamenti priùs facti, vt per Socin. *in d. §. in lega-
tis, numer.* 6. *verſ. confirmantur præmiſſa, & in conſil.*
163. *col.* 3. *verſ. prima eſt. volum.* 2. Gozadin. *in con-
ſil.* 98. *numer.* 10. Crauet. *in conſil.* 25. *numer.* 2. Et id-
circo ſi in ſecundo teſtamento non appareat de ple-
na pœnitentia prioris voluntatis, & de ſpeciali
derogatione dictæ clauſulæ derogatoriæ in prio-
ri teſtamento appoſitæ, ſecundum teſtamentum
6. potius dicatur † factum ad importunitatem alicu-
ius, & per quandam impreſſionem, quàm ſi verè
teſtari voluiſſet, Natta *in conſil.* 639. *col.* 2. quem
ſequitur Riminald. iun. *in conſil.* 278. *numer.* 11. *vol.*
3. omnes concludentes, quia per dictas clauſulas
7. derogatorias ad ſequentia teſtamenta, dicitur defi-
cere conſenſus in dictis ſubſequentibus, vt plenè
etiam per Rubeum *in conſil.* 25. Quamobrem ne-
que ſtatutum valeret, quo diſponeretur, quòd te-
ſtamentum vltimum ſit validum, non obſtantibus
quibuſcumque clauſulis derogatoriis poſitis in pri-
mo, vt reſpondit Paul. de Caſtr. *in conſil.* 443. *vol.*
2. & ſequitur Natta *in d. tract. de clauſula deroga-
toria, numer.* 26. *verſ. hanc concluſionem*, Simon de
Pret. *in dubitatione* 2. *numer.* 59. *fol* 464.

Contrariam opinionem ego exiſtimo eſſe verio-
rem, videlicet ſecundum reuocare primum, quod
continebat clauſulas derogatorias, ſiue generales,
ſiue ſpeciales, ſiue ſingulares, ſi in ſecundo teſta-
8. mento appoſita eſt clauſula, *Caſſans,* † *& irritans,*
&c. quoniam clauſulæ cæteratæ ſunt extendendæ
9. ſecundùm naturam actus, † Iaſ. *in l. Gallus. §. idem
credendum. numer.* 6. *& ſeq. verſ. adde quòd dicit. ff. de
liber. & poſthum.* & *ibi* Ruin. *numer.* 8. dicit commu-
nem, Zabarell. *in conſil.* 133. *col.* 2. *in princip. verſ.
aliter reſpondemus.* Sed natura huius verbi *caſſans, &
irritans*, eſt vt caſſet, atque reuocet omne impedi-
mentum, & quaſcumque clauſulas derogatorias,
quæ poterant impedire validitatem ſecundi teſta-
menti; ergo dicta clauſula eſt ſcribenda, & exten-
denda, vt ſiue clauſula reuocatoria generalis, ſiue
ſpecialis, ſiue ſingularis, quæ ſecundo teſtamen-
to obſtare potuiſſent, reuocatæ cenſeãtur. Alexand.
in conſil. 163. *volum.* 7. vbi quòd iſta clauſula, *fecit*
10. *teſtamentum*, † &c. eſt extendenda, vt compre-
hendat clauſulam derogatoriam ad futura teſta-
menta; ſed illam doctrinam Carolus Pariſien-
ſium doctiſſimus *in additionibus ibi, in ver. vlti-*
11. *mam, & in ver. voluit*, intellexit reſpectu † te-
ſtamenti in præteritum facti, qui propriè eſt ca-
ſus, de quo agimus, & ita probat Socin. iun. *in con-
ſil.* 124. *numer.* 27. *volum.* 1. vbi quòd d. clauſula
potius ad præterita, quàm ad futura teſtamenta re-
ferenda eſt, ex quorum doctrina arguitur, ſi teſta-
mentum, &c. eſt extendendum, vt contineat clau-
ſulam derogatoriam ad teſtamenta præterita; ergo
multò magis clauſula, *caſſans, & irritans*, &c. eſt
12. extendenda, † vt comprehendat reuocationem
omnium clauſularum derogatoriarum, cuiuſcum-
que qualitatis exiſtant, ſiue generales, ſiue ſpeciales,
ſiue ſingulares, & ita latiſſimè probat Berous *in con-*
13. *ſil.* 2. *vol.* 3. Item quando verba reuocatoria † dero-
gatoriarũ ſunt valdè prægnantia, tunc ſemper illis
derogatum cenſetur, præſertim ſi teſtator proteſte-
tur ſe non recordari de qualitate verborum in de-
rogatoriis appoſitorum, & ita fuit iudicatum, vt
Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. *tit. Teſtamentum. cap. verba de-
rogantia.* aliàs ſequeretur abſurdum, quòd ſi teſta-
tor non recordaretur de illis verbis, derogare non
poſſet, vt dicit Federic. de Sen. *in conſil.* 47. *num.* 1.
verſ. ſi diceremus, vbi atteſtatur eſſe communem cõ-
cluſionem, *& conſil.* 233. *col.* 2. *in fin. verſ. modò bene-
dictus.* Calderin. *in conſil.* 12. *de priuilegiis, verſ. nec ob-
ſtat quòd ſufficiant.*

Item quòd clauſula derogatoria † generalibus, & 14.
amplis verbis concepta, ſufficiat ad reuocationẽ de-
rogatoriarum poſitarum in primo teſtamento, ſiue
ſingularis, ſiue ſpecialis fuerit, ſiue etiam generalis,
probat Bartol. *in conſil.* 21. *part.* 1. Ruin. *in conſil.* 228.
num. 1. *in fin. vol.* 1. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 279. *in
fin. vol.* 1. & Geminian. *in conſil.* 115. *col.* 1. *verſ. & quia
in ſecundo, & col.* 2. *verſ. in iſto caſu*, dicit, quòd pro
reuocatione derogatoriæ, etiam ſingularis, † ſa- 15.
tis eſt ſi apponantur iſta verba, reuocando alia te-
ſtamenta priùs facta ſiue nuncupatiuè, ſiue in ſcri-
ptis, vel quouis modo, cùm dicta clauſula, *quouis
modo*, comprehendat † omnem modum, & for- 16.
mam ſub qua factum fuerit primum teſtamentum;
ergo multò magis hoc facere debet clauſula, *caſ-
ſans, & irritans*, &c. quæ extendenda eſt ſimili-
ter, vt comprehendat omne aliud teſtamentũ quo-
uis modo factum. Idem ſi teſtator dixit, & hoc teſta-
mentum omnibus aliis † præualere volo; tũc enim 17.
non eſt neceſſaria mentio clauſulæ derogatoriæ in
primo teſtamento appoſitæ, Bald. *in conſil.* 196. *vol.* 5.
quem citat, & ſequitur Socin. ſen. *in d. l. ſi mihi, & ti-
bi. §. in legatis. num.* 17. *de legat.* 1. & in terminis dicti
verbi *præualere* Pariſ. *in conſil.* 10. *num.* 22. *vol.* 3. & de
verbo *præferri* Capra *in conſil.* 30. *num.* 17. & alij ad
hoc allegati per Riminald. iun. *in conſil.* 278. *numer.*
32. *volum.* 3. Sed d. clauſula †, *caſſans, & irritans,* 18.
&c. habet effectum clauſulæ *præualere, & præferri*,
quia ad hunc effectum caſſauit, & irritauit, &c. id
eſt, generaliſſimis verbis, vt ſecundum teſtamẽtum
præualeat, & præferatur primo. Item ſi dixerit in
ſecundo, *Non obſtante quocumque alio teſtamento per
me facto, quacumque verba derogatoria habente*,
tunc non eſt neceſſe facere mentionem de verbis
præciſis † derogatoriarum poſitarum in primo te- 19.
ſtamento, Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *num.* 59. *&
in conſil.* 1093. *numer.* 10. *vol.* 11. ergo multò magis
per clauſulam, *caſſans,* † *& irritans*, &c. quæ ex- 20.
tendenda eſt ad quæcumque verba poſita in primo
teſtamento, quæ validitatem ſecundi oppugnare
poſſent. Item in puncto, quòd per dictam clauſu-
lam, *caſſans, & irritans*, &c. ſit reuocatum primum † 21.
teſtamentum abſque aliqua alia mentione verbo-
rum cuiuſuis tenoris derogatoriarum, ſcripſit So-
cin. *in d. §. in legatis. d. num.* 17. poſt Baldum quem
allegat *in d. conſil.* 196. *vol.* 5. *& cõſil.* 226. *vol.* 1. Simon
de Pret. *d. dubit.* 2. *num.* 65. *fol.* 465. qui multos refert,
Menoch. *in d. præſumpt.* 166 *num.* 47. qui alios refert,
& alij, quos ego retuli ad hoc probandum *in d. tra-
ctatu de clauſulis part.* 3. *clauſula* 6. *n.* 7. Et licèt ibi ſcri-
pſerim communem opinionem eſſe in contrarium,
tamen ibi non tractaui quomodo dicta clauſula
cæterata poſt clauſulam, *caſſans, & irritans*, ſit ex-
tenda, & cùm nunc pateat quòd ad omne, & quod-
cumque impedimentum extendenda ſit, propterea
de validitate ſecundi teſtamenti vlteriùs dubitari
non oportet.

Declaratur iſte caſus, vt ſi nõ ſit appoſita clauſu-
la *caſſans, & irritans*, &c. in ſecũdo teſtamẽto, ſi tamẽ
de voluntate teſtatoris apparere poteſt, voluiſſe ſe-
cundum teſtamentum valere, etiãſi forma mẽtionis
clauſulæ

clauſulæ derogatoriæ obſeruata non fuerit, quæ no-
22. ua voluntas etiam per coniecturas † appareat, ſemper primum reuocatum cenſetur. Socin. *in d. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. num.* 15. *de legatis* 1. Bald. & alij *in l. ſancimus. C. de teſtament.* & alij relati per Couar. *in rubric. de teſtament. part. 2. numer. 19. verſ. quarta concluſio.* Sarmiento *in lib. 3. ſelectar. interpretat. cap. 14. num. 7. & ſeq.* qui alios refert. Ideo Menoch. *in d præſumpt.* 166. *lib.* 4. & Mantic. *in d. lib.* 12. *tit.* 8. cumulanr omnes huiuſmodi coniecturas ad probandam voluntatem teſtatoris ſuper reuocatione primi teſtamenti.

Secundò declaratur, vt eodem modo clauſulæ
23. derogatoriæ poſitæ in teſtamento † poſſint reuocari in codicillis ſubſequentibus. Salyc. *in l. 2. numer. 3. C. de codicill.* quia non reperitur iure cautum in contrarium; ergo permittitur. Angel. Aretin. *in §. penult. numer.* 1. *in fin. verſ. quarit, Inſtit. de codicill.* quam doctrinam dicit eſſe ſingularem Iaſ. *in d. l. ſancimus, numer.* 14. *in fin. C. de teſtament.* Alexand. *in d. l. 2. numer. 4. C. de codicill.* Pariſ. *in conſil.* 10. *numer.* 28. *volum.* 3. Natta *in auth. hoc inter liberos, num.* 54. *C. de teſtament.* Couar. *in rubric. de teſtament. part.* 2. *num.* 19. *verſ. decimoquinto.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 166. *numer.* 52. Mantic. *in lib. 6. tit. 4. numer. 9. & lib. 12. tit.* 8. *numer.* 25. Oddus *in conſil.* 89. *numer.* 33. *& num.* 117. *&* 125. vbi probat eſſe communem concluſionem, & improbat opinionem Ruini volentis, hanc concluſionem non procedere, quando codicilli eſſent facti poſt ſecundum teſtamentum.

Secũdus caſus eſt de reuocatione tacitæ clauſulæ derogatoriæ. Nam teſtamentum inter liberos hanc tacitam continet derogatoriam ad alia teſtamen-
24. ta †, *auth. hoc inter liberos. C. de teſtament. auth. de teſtament. imperfect. §. ſiquidem.* gloſſ. *in cap. 1. in ver. reuocare. de conſtit. lib.* 6. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. penult. verſ. retenta.* Boër. *deciſ.* 240. *num.* 10. Propterea diſtinguendum eſt, aut etiam ſecundum teſtamentum eſt inter liberos, & tunc in hoc ſecundo appoſita cenſetur dicta clauſula, quo caſu
25. priuilegiatus † non vtitur ſuo priuilegio contra pariter priuilegiatum. *l. ſed & milites. §. coæqualitas. ff. de excuſat. tut. l. aſſiduis. §. & ideo. C. qui potior. in pignor. habeantur. cap. final. de ordine cognit.* Dec. *in cap. in præſentia, numer.* 51. *de probat.* & ideo ſcripſi in artic. præcedenti, teſtamentum ſecundum minus ſollemne inter liberos tollere primum ſollemne inter eoſdem, etiamſi in ſecundo liberi eſſent inæqualiter honorati, dummodo dicta inæqualitas non ſit
26. magna, quia tunc attendendum eſt † teſtamentum quod eſt liberis fauorabilius, vt latè probat Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 4. *dubitatione* 2. *numer.* 9. *fol.* 460. & dicta regula in contrariũ allegata non habet locum, quia inter duos pariter priuilegiatos, attenditur priuilegium illius, qui tractat de damno vitando; *l. verum. §. final. & l. ſi apud. ff. de minor.* Bartol. *in auth. quas actiones, num.* 3. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. final. C. de fruct. & lit. expenſis.* Alexand. *in conſil.* 55. *numer.* 18. *volum.* 5. gloſſ. *in l. final. ff. ex quib. cauſ. maior.* Item quando viget maior ratio in vno teſtamento quàm in altero, tunc tacita clauſula derogatoria, in teſtamento magis fauorabili liberis prçualere debet, quia inter duos pariter priuilegiatos, attenditur illius priuilegium, in quo viget maior ratio. Bald. *in auth. habita. num.* 3. *C. ne filius pro patr.* Rota *deciſ.* 558. *part.* 1. *in Nouiſſim.* & dicta maior ratio vnius quàm alterius facit ceſſare regulam, quòd inter eos priuilegia conquaſſentur, & fiat reditus ad ius commune, vt firmant Franch. *deciſ.* 234. *in fin.* & Theſſaur. *deciſ.* 177. *num.* 9. hæc enim regula non habet locum in priuilegio tacitæ derogatoriæ pro filiis ſubintellectæ, dico, reſpectu illorum de quorum maiori fauore tractatur, & propterea illud teſtamentum inter liberos præualere debet, quod de maiori eorum fauore, & vtilitate pertractat. Bald. *in d. auth. hoc inter liberos,* quem ſequuntur *ibi* Angel. Caſtrenſ. & Salic. Alex. *conſil.* 134. *num.* 5. *volum.* 1. *& conſil.* 146. *numer.* 7. *vol.* 2. Aut ſecundum teſtamentum eſt factum inter extraneos, & tunc non aliter reuocat primum inter liberos factum †, niſi reuocauerit illam tacitam derogatoriam à lege fauore filiorum ſubintellectam. 27. Socin. *in d. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis num.* 17. *de legat.* 1. *& in conſil.* 163. *col. final. volum.* 2. *& in conſil.* 250. *col.* 1. *vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 170. *vol.* 2. Paul. de Caſtr. & Aretin. *in d. auth. hoc inter liberos.* Corn. *in conſil.* 7. *numer.* 6. *volum.* 4. Cephal. *in conſil.* 548. *numer.* 10. *volum.* 4. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 98. *verſic.* 1. Craſſ. *in eod. §. teſtamentum. quæſt.* 86. *numer.* 5. Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *num.* 62. Ad conualidandum igitur ſecundum teſtamentum, pater filiis legitimam relinquere debet, & primum teſtamentum reuocare, vel cum clauſula, *caſſans & irritans,* &c. vel cum aliis clauſulis æquipollentibus, vt ſcripſi in caſu præcedenti, ita vt ſaltem per coniecturas appareat patrem illud primum teſtamentum reuocare voluiſſe.

Declaratur iſte caſus, vt clauſula derogatoria tacita non ſolùm tollatur per reuocatoriam expreſſam, ſed etiam per reuocatoriam † tacitam, ita re- 28.
ſponderunt Angel. *in conſil.* 383. Abb. *in conſil.* 41. *n.* 2. *part.* 1. & hanc tenet Bartol. *in d. l. ſi quis in principio. n.* 2. *de legat.* 3. *in d. tit.* 8. *n.* 14. qui alios refert Mantica *in d. tit.* 8. *n.* 14. qui alios refert. Petrus Pecchius *in tractatu de teſtamentis coniugum, lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 5. & probatur, quia iuramentum appoſitum in teſtamento habet effectum clauſulæ † derogatoriæ ad 29.
ſequentia teſtamenta. Bartol. *in l. ſi quis in principio teſtamenti. numer.* 15. *de legat.* 3. *& in l. omnes populi, numer.* 33. *ff. de iuſt. & iur.* Io. Andr. *in reg. quod ſemel, in fin. lib.* 6. Salyc. *in l. ſancimus, in* 8. *quæſt. C. de teſtament.* & alij pleniſſimè ad hoc allegati per Seraphin. *in tract. de priuileg. teſtamenti. cap.* 75. *num.* 6. & tamen ſi ſecundum teſtamentum etiam fuiſſet iuratum, dictum iuramentum † habebit vim 30.
clauſulæ derogatoriæ, quæ facilius trahitur ad præterita teſtamenta, quàm ad futura extendatur, vt probat Socin. iun. *in conſil.* 124. *numer.* 27. *volum.* 1. & addentes ad Alexand. *in d. conſil.* 163. *volum.* 7. & licèt Bartol. *in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, num.* 1. dicat quòd tali caſu appoſito iuramento in primo, requiratur ſpecialis derogatio in ſecundo, cuius opinionem eſſe communiter receptam probat Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *numer.* 64. *& ſeq. lib.* 4. tamen Bartol. nihil ſcribit, quando etiam ſecundum teſtamentum fuerit iuratum. Quamobrem ſi vtrumque iuramentum tam in primo, quàm in ſecundo teſtamento derogatoriæ vim habet, plus operabi- 31.
tur † in ſecundo, tũ quia primum eſt per naturam reuocabile, tum quia dicta derogatoria plus trahitur ad præterita, quàm extendatur ad futura: tum etiam, quia iuramentum † habet vim ſpecificæ 32.
expreſſionis. Bald. *in l. 1. col. 4. C. commodati.* Roman. *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* Gozadin. *in conſil.* 69. *numer.* 19. latè Seraphin *in d. tract. de priuileg. iuram. cap.* 26. & ita iuramentum in ſecundo teſtamento appoſitum habet effectum ſpecialis derogationis derogatoriæ in primo appoſitæ. Neque ad iſtum caſum pertinet an teſtator reuocando primum iuratum efficiatur periurus, quo argu-

mento vtitur Menoch. *in d.præſumpt.166.numer.63.* nam cùm iuramentum derogatoriæ vim habeat in vtroque teſtamento, ſatis eſt quòd per eandem ſpecialem derogatoriam primum iuratum tolli poſſit.

Item hæc declaratio benè probari poteſt per
33. text. *l.final.in princip.de legat.2.* † quam ad hoc allegat Abb. *in d.conſil.41.numer.2.part.2.* vbi teſtator filio cohæredi inſtituto dixerat, ſi quid obſignatum recepiſſet, id vice codicillorum valere, & poſtea miſit ad eum epiſtolam non obſignatam, & Iuriſconſultus reſpondet per d. epiſtolam deberi; itaque per actum contrarium tacitum reuocauit quod filio cohæredi ſcripto ſignificauerat. Ad idem text. *l. diui Verus. §. licet. ff. de iure codicill.* vbi licèt in confirmatione codicillorum teſtator adiecerit, eos non aliter valere, niſi manu ſua ſignati, & ſubſcripti fuerint, tamen valent codicilli facti, neque ſcripti, ne-
34. que ſignati, quia per actum † tacitum contrarium reuocatur actus præcedens, & ad hanc concluſionem conferunt quæ à Doctoribus ſcribuntur ſuper theorica Bartoli *in l.non ſolùm §.morte.ff.de noui oper. nunciat.* ſuper proteſtatione declaratoria voluntatis, quæ ſemper tollitur per actum contrarium, et-
35. iam in iudicialibus, nam recuſatio † iudicis tollitur per comparitionem coram eo poſtea factam, & actus iudiciales ſubſequentes: vt *Digeſt. Nouiſſ.tom. 1.tit.Proteſtatio. cap.in iudicialibus.* Neque obſtat re-
36. ſponſio ad *d.l.final.* † *in princip.de legat.2.* data per relatos à Menoch. *in d.præſumpt.166.n.64.* videlicet quòd loquatur de derogatoria, deſūpta ab argumētò à contrario ſenſu, vt etiam dixit Bartol. *in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. numer. 2.* quia argumentum à contrario ſenſu non procedit, vbi inducitur legum correctio, vt probat Ruin. *in conſil.169. num. 6. & ſeq. volum.3.* Sed in caſu *d. l.final. in princip.* argumentum à contrario ſenſu ita concipiendum eſt, ſiquid obſignatum receperis, vice codicillorum valere volo; ergo à contrario ſiquid non obſignatum receperis, vice codicillorum non valeat, & tamen ibi deciditur contrarium, quòd per epiſtolam non obſignatam datum eſt, valet, & ratio deciſionis eſt,
37. quia etiam per epiſtolam † fideicommitti poteſt. *l.miles ad ſororē.de legat.2.& l.& in epiſtola.C.de fideicommiſſ.* quæ leges corrigerentur ſi dictum argumentum à contrario ſenſu inde deſumendum eſſet; ceſſante igitur iſta reſponſione, ille textus probat, quòd tacita reuocatio ſufficit, ad remouendam derogatoriam tacitam.

Tertius caſus eſt, de tacita reuocatione derogatoriæ expreſſæ, nam ſi quis teſtamentum fecerit cū
38. clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta †, poſtea illud reuocauerit, & decennium lapſum fuerit, ipſum teſtamentum reuocatum dicitur. *l.ſancimus.C.de teſtament.* de quo ſcripſi *in articulo primo huius quæſtionis*, & dicta clauſula derogatoria reuocata eſt. Bald. *in d.l.ſancimus, numer.6. in fin.* Fulgoſ. *numer.2. verſ. quarta exceptio.* Alexand. *numer.5.& in conſil.234.col.final.verſ.ex quo præſumitur.volum.1. & in conſil.105.col.2. verſ. ad hoc probandum.volum.4.* Roman. *in conſil.179.col.final. verſ. tertio, & vltimo.* Patiſ. *in conſil. 10.numer.17.volum.3.* Burſat. *in conſil. 47.numer. 19. volum.1.* Riminald. iun. *in conſil.682. numer.10. volum.6.* Corn. *in conſil. 88. volum. 3.* & eſſe communem opinionem atteſtatur Socin. *in d.l.ſi quis in princip. teſtamenti. numer. 58. & in d. §. in legatis, numer. 15.* Natta *in d. tractatu de clauſula derogatoria, numer.55.* Ruin. *in conſil. 11. numer. 10. volum.2.* Simon de Pret. *in d.dubitat.2. numer.80.fol.466.* omnes mouentur, quia per ſpatium decennij † præſumitur teſtatorem non ita 39.
facilè poſſe recordari de dicta clauſula reuocatoria in primo teſtamento appoſita, & propterea reuocando illud iuxta terminos *d. l.ſancimus,* & ſcripta à nobis *in d.articulo primo huius quæſtionis,* etiam dictam clauſulam derogatoriam reuocaſſe dicitur, & ita fuit iudicatum in pluribus tribunalibus, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. Teſtamentum. cap.reuocatio generalis*, & ad hoc conferunt ſcripta per Alexand. *in conſil. 30. numer. 11. verſ. præterea. vol. 5.* vbi quòd poſt lapſum longi temporis †, non 40.
eſt quærendum ampliùs de validitate dictæ derogationis.

QVÆSTIO V.

De teſtamento irrito, rupto, per duos articulos diuiſa.

I. An teſtamentum rumpatur natiuitate nepotum.

II. An rumpatur agnatione cauſata per arrogationem, vel legitimationem.

ARTICVLVS I.

An teſtamentum rumpatur natiuitate nepotum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum rumpitur agnatione ſui hæredis.*
2. *Nepos poſthumus præteritus rumpit teſtamentum.*
3. *Galli formula intelligitur de poſthumo alieno, & numer. 15.*
4. *Poſthumo alieno fideicommiſſa relinqui poſſe.*
5. *Fideicommiſſum, & inſtitutio directa quomodo differant.*
6. L. pen.de legat.1. *declaratur.*
7. *Poſthumorum inſtitutio quare vitiatur, & numer. 11.*
8. §.Poſthumo. Inſtit.de legat. *declaratur.*
9. § Poſthumus.Inſtit.de legat. *declaratur.*
10. *Poſthumus non natus adhuc, eſt capax ſucceſſionis ex teſtamento.*
11. *Poſthumi alieni inſtitutio quare reddatur inualida.*
13. L. etiam. §. libertis. ff. de bonis libert. *declaratur.*
14. *Inſtitutio propter conditionem mortis de iure ciuili redditur inualida.*
16. *Poſthumus alienus de iure antiquo poterat hæres inſtitui.*
17. *Galli formula debet intelligi de inſtitutione nepotis in primo gradu.*
18. *Nepos factus ſuus hæres præteritus in teſtamento aui, rumpit illud.*
19. L. Gallus, in princip. *quis ſit verus intellectus.*
20. *Nepos præteritus rumpit teſtamentum auiæ.*
21. *Clauſulæ codicillaris effectus reſtituendi hæreditatem aliis.*
22. *Clauſula codicillaris nihil operatur quando filij ſunt*

ſunt inſtituti æqualiter, & nepos ex altero filio præmortuo eſt præteritus.

23. *Clauſula codicillaris operatur vt fiat reſtitutio illius quantitatis in qua quis directò inſtitutus eſt.*

24. *Nepotes non cenſentur priuati ex veriſimili mente teſtatoris.*

25. *Clauſula codicillaris operatur quando filij ſunt inæqualiter inſtituti, & nepos ex altero præmortuo præteritus fuit.*

26. *Fideicommiſſum reciprocum inter filios quando ſit eluſorium.*

TEſtamentum rumpitur agnatione †
1. ſui hæredis. *l.1.ff.de iniuſto teſtament.* quamobrem ſi quis inſtituerit filium ſuum, & ex eo præmoriente natus fuerit nepos, iſte quidem efficitur ſuus hæres, & agnaſcitur auo. §.*ſui. Inſtit. de hered.*
2. *qualit.& differ.* & ſi reperit ſe præteritum †, rumpit teſtamentum. *l.poſthumorum.ff. de iniuſto teſtament. l. Gallus.§.nunc de lege.ff.de liber.& poſthum.* Socin. *in conſil. 31. in princip. volum. 3.* Ad quam rupturam euitandam Gallus Aquilius nouam formulam induxit, de qua *in d.l.Gallus, in princip.* Si filius meus me viuo morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis quibus filius meus morietur, natus, natáue erit, hæredes ſunto.

3. Declaratur iſte articulus, vt formula Galli † intelligatur de poſthumo alieno, ex regula *l.3.§.1.ff. de iniuſto teſtament.* vbi poſthumus eſt is, qui naſcitur poſt mortem patris ſui: ſed poſthumus Aquilianus non eſt filius teſtatoris, neque ſuccedit in locum filij, qui adhuc viuit; ergo dicitur poſthumus alienus, prout eſt communis opinio, de qua *in l. Gallus, in princip.* Socin. *numer.* 20. Iaſ. *numer.* 5. quia naſcitur poſt mortem patris ſui, & pro hac communi
4. eſt text. *l. pen. de legat.1.* Vbi quòd poſthumo † alieno poſſunt fideicommiſſa relinqui, propter duas rationes, & quia in fideicommiſſis ſeruatur voluntas, & quia obtinuit ſententia Galli alienos quoque poſthumos legitimos hæredes nobis fieri, ex qua lege ita debet fieri argumentum, ſi poſthumus alienus eſt capax fideicommiſſi, & ſic ab inteſtato; ergo eſt capax inſtitutionis, & legati, & ſic ex teſtamẽto. Imò fortius poſthumus ex filio, qui aliquando ſuus fieri
5. poteſt: & licèt inter fideicommiſſa †, inſtitutionem, & legata ſit differentia, quia in fideicommiſſis verba non attenduntur, ſed ſola voluntas eſt in cõſideratione, ſecus eſt in inſtitutione, & legatis. *d. l. pen. & §. ſed non vſque. Inſtit. de legat.* & notant communiter DD *in rubrica de legat.1.& in l.hæredes mei.§. cũ ita.ff.ad Trebell.* tamen quoad capacitatem, vel incapacitatem eius, cui relinquitur, nulla differentia
6. conſtituitur, & erit ſenſus *d.l.pen.* † obtinuit ſententia Galli alienos poſthumos legitimos nobis hæredes fieri, id eſt, cenſuit Gallus, quòd poſthumi etiam alieni ſunt capaces. Et licèt inſtitutio ipſo-
7. rum reiiciatur, † tamen hoc non procedit propter eorum incapacitatem, ſed quia inſtituendo poſthumos Titij, illa inſtitutio continebat conditionem de morte Titij, videlicet naſcituros poſt mortem Titij, & quia in inſtitutionibus attenditur propria verborum ſignificatio, ideo ex verbis dictæ inſtitutionis non poteſt colligi alia cauſa, propter quam adiecta fuerit dicta conditio, niſi propter votum captandæ mortis illius Titij, & ideo vitiabatur inſtitutio, ſed fideicommiſſum quamuis ſit reſtrictum ad eos, qui naſcentur poſt mortem Titij, & ita etiam contineret conditionem mortis, & votum illius captandæ, tamen in fideicommiſſis ſola voluntas attenditur præter, & vltra verborum ſignificationem, & hic eſt verus intellectus *d. l. penult.* Item pro hac communi Bartol. *in d. l. Gallus. §. ille caſus, allegat. §.poſthumo. Inſtit.† de legat.* Vbi poſthumus 8.
alienus eſt is, qui natus inter ſuos hæres teſtatoris non eſt, ideo Bartol. colligit, quòd cùm tempore teſtamenti non eſſet ſuus, quia pater illum præcedebat, neceſſariò ſequitur, quòd eſſet alienus. Et licèt vterque Socin. & Fortunius ibi diſputent de intellectu *d.§.poſthumo*; tamen illa verba, *qui natus inter ſuos futurus non eſt*, non habent illum ſenſum, ideſt, neceſſariò inter ſuos futurus non eſt, quia tunc ſequeretur, quòd is, qui aliquando naſci poſſet inter ſuos, non eſſet poſthumus alienus; ſed habent iſtum intellectum, qui natus poteſt non eſſe inter ſuos, ita quòd dummodo poſſibile ſit, quòd non naſcetur ſuus, dicetur poſthumus alienus, & ita interpretando illa deſcriptio poſthumi alieni conueniet nepoti naſcituro ex filio, donec filius exiſtit. Et ſi replicares, quòd verba ſequentia, *& ideo ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erit poſthumus auo*, à contrario ſenſu probant, quòd ſi ſit conceptus filius in poteſtate, non erit poſthumus extraneus. Reſpondeo, quòd dicta verba in ſenſu directo loquuntur ſolùm de nepote concepto poſt emancipationem filij; ergo à contrario ſenſu præſupponunt, quòd nepos conceptus ante emancipationem filij, non eſſet extraneus, ſed ſuus auo, quia tunc eſt certitudo quòd naſcetur ſuus, nam cùm fuerit filius emancipatus, ipſe naſcitur in poteſtate aui, *§.illud. Inſtit. quib.mod. ius patr. poteſt. ſolu.* non autem voluit præſupponere quòd conceptus ex filio in poteſtate non dicatur poſthumus extraneus auo, donec filius eſt in poteſtate, & hæc reſponſio eſt ſubtilis Tornielli *in d. l. Gallus, in princip. num.23.*

Aliqui moderni allegant pro iſta communi text. *§.poſthumus* †. *Inſtit. de legatis*, credentes quòd verba ipſius, *poſthumus alienus hæres inſtitui & antea* 9.
poterat, & nunc poteſt, loquuntur de poſthumo Galli. Sed quia nullus ex Doctoribus, qui hanc communem ſequuti ſunt, iſtum textum ita vulgarem pro ipſa allegauit, ſignum manifeſtum, quòd pro d. communi nullatenus faciat. Deinde oſtendo, pro dicta communi allegari non poſſe, quia dicta communis pro indubitato præſupponit ante Galli tempora poſthumum alienum inſtitui nullo modo poſſe, vt declaraui latiſſimè in repetitione dictæ legis in lectura Patauina, ipsúmque Gallum ita induxiſſe; ergo non poteſt probari per d. §. *poſthumus*, qui habet, quòd poſthumus alienus ante Galli tempora inſtitui poterat, iſta ſunt principia contraria, ex quibus concluſio ſequi non poteſt. Nec valet reſponſio Accurſij, Iuſtinianum *in d.§ poſthumus*, intelligere de iure prætorio, per text. *Inſtit. de bon. poſſeſſ. in princip.* Quia d.§.*poſthumus* dicit, & antea poterat, & nunc poteſt: ſed nunc poteſt de iure ciuili etiam per conſtitutionem Iuſtiniani; ergo & antea poterat de iure ciuili. Item probatur iſte intellectus per ipſum textum *Inſtit. de bonor. poſſeſſ. in princip.* vbi prætor poſthumo † non nato dat bonorum 10.
poſſeſſionem, ſed ſi ille poſthumus inſtitutus nondum natus eſſet incapax de iure ciuili, ius prætorium non potuiſſet illum facere capacem, neque illi dare bonorum poſſeſſionem. *l.non eſt.§. vbicumque. ff. de bon.poſſeſſ.* Confirmatur, quia text. ibi dicit, poſthumus alienus inſtitutus iure ciuili non poterat adire hæreditatem, quia inſtitutio non valebat, per quæ verba non videtur præſupponere quòd poſthumus

poſthumus alienus eſſet incapax, ſed potiùs capax, dum vult quòd non poſſit adire, ex quo inſtitutio erat inualida, non autem quia erat incapax; & inter hos terminos eſt magna differentia, quia poteſt eſſe capax, & inſtitutio eſſe inualida, videlicet, quia facta fuerat ſub conditione mortis patris, nam in-
11. ſtituendo † poſthumum alterius, iſta inſtitutio cõtinebat cõditionẽ mortis patris, & ita erat inualida, quia effectum habere non poterat, niſi patris mors interueniſſet ante natiuitatem inſtituti. Quòd autẽ
12. inſtitutio poſthumi alieni reddatur † inualida, probatur primò, quia nulla ratio differentiæ reddi poteſt, quare non permittatur poſthumi alieni inſtitutio, ſicut permittitur inſtitutio proprij, niſi quia illa includit conditionem de morte alterius, & ita inducit votum captandæ mortis, contra *l. final. C. de pact.* nam vxor prægnans, ne filius, quem in vtero habet, priuetur hæreditate ſibi delata, poſſet machinare contra vitam patris illius. Item quòd conditio mortis, ſub qua facta fuiſſet inſtitutio, ſit valida
13. de iure prætorio, eſt text. *l. etiam. §. libertus.* † *ff. de bonis libert.* ita inducendo illum text. Dum enim dubitat, vtrùm valeat patroni inſtitutio ſub illa conditione, ſi filius liberti teſtatoris illo viuo, deceſſerit, reſpondet valere, quoad effectum excludendi patronum, ne vti præteritus de iure prætorio, poſſit contratabulare teſtamentum, clarè præſupponit, quòd illa inſtitutio patroni ſub illa conditione mortis ſolùm valeat de iure prætorio, quoad effectum, vt illi patrono inſtituto competat bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas, & ſic excludatur à bonorum poſſeſſione contra tabulas; propterea concludendum eſt, text. Inſtit. *de bonorum poſſeſſ. in princip.* non probare, quòd de iure ciuili poſthumus alienus inſtitui non poterat, ex eo quia erat incapax de iure ciuili, ſed quòd inſtitutio erat inualida de iure ci-
14. uili †, propter conditionem mortis, ne induceretur votum illius captandæ, ſed de iure prætorio erat valida. *d. §. ſi libertus*, & ideo conſtat iſtum text. malè allegari ad intelligentiam d. §. *poſthumus alienus*; ergo iſte textus nullo modo poteſt allegari pro dicta communi.

Conſtat igitur hanc communem eſſe veriſſimam,
15. Galli diſpoſitionem de alieno poſthumo † loqui, pro qua etiam eſt l. *quòd ſi nepotes. ff. de teſtament. tut.* Apparet etiam, præſuppoſitum Doctorum, quòd ante tempora Galli poſthumus alienus inſtitui non poterat, eſſe falſum. Item quòd potuiſſet inſtitui, firmauit Bald. *in d. l. Gallus, num. 3.* per hæc verba, & omnes alij dicunt, quòd nõ eſt verum, quòd Gallus introduxerit facultatem, ſed tantùm inuenit formam inſtituendi, & ſubſtituendi; ſed et-
16. iam de iure antiquo poſthumus † alienus poterat hæres inſtitui, allegat *l. filius. ff. de teſtament. l. legati, & l. heredi poſthumo, de legat.* 1. Ne igitur nepos poſthumus cùm agnaſceretur auo, ſuúſque hæres illi fieret, videns ſe præteritum, rumperet teſtamentum, Gallus pro conſeruatione teſtamenti induxit
17. ſupradictam formam, quæ forma † debet intelligi de inſtitutione nepotis in primo gradu, nam ſi inſtitutio nepotis nondum nati facta eſt in caſu, quo ipſe nepos efficitur ſuus hæres auo, quia ſi in eo caſu non fuiſſet hæres inſtitutus, rumperet teſtamentum; ergo non poteſt intelligi in ſecundo gradu, videlicet ſubſtitutionis, quia ſi iſte nepos fa-
18. ctus † ſuus hæres eſt præteritus à primo gradu, ipſe primus gradus diceretur nullus, & teſtamentum inciperet à ſecundo gradu, qui ſecundus gradus ſtatim diceretur primus. *l. 3. §. final. ff. de liber. & poſthum.* & ideo Torniel. *in d. l. Gallus, in princip.* *numer. 61.* diſtingnit, quòd quatenus hic nepos efficitur ſuus, & neceſſarius hæres auo, verbum *inſtituo* à Gallo explicatum, debet intelligi in primo gradu, ſed quatenus non efficeretur ſuus hæres auo, cenſeretur in ſecundo gradu, & ita intelligit *l. cùm in teſtamento, in princip. ff. de hared. inſtit. & l. ſi mater. §. final. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* nam loquitur in iſtis propriis terminis, quando filius ſuperuixit, & fuit hæres auo, vt *in d. l. cùm in teſtamento*; vel quando non eſt natus, vt *in d. §. final.* ex quibus re-
ſultat verus intellectus † d. l. *Gallus, in princip.* 19.
Nam ratio dubitandi erat, quia cùm nepos efficeretur ſuus, rumperet teſtamentum, in quo præteritus erat in primo gradu. *l. nam etſi ſub conditione. ff. de iniuſt. teſtament.* Item quia in primo gradu purè, non autem ſub conditione debebat hæres inſtitui, quia inſtitutio de hærede ſuo, & neceſſario, reiicit omnẽ conditionem. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament.* ergo non poterat fieri ſub conditione ſi filius me viuo moriatur. Ratio deciſionis eſt, quia illa conditio, ſi filius, &c. eſt reſtricta tantùm in caſu ſuitatis, & poſtea non vitiabat inſtitutionem de nepote futuro ſuo, quia habet reſpectum ſolum ad illum caſum particularem, in quo debebat nepos inſtitui in primo gradu.

Declaratur ſecundò, vt nepos poſthumus præte-
ritus, rumpat teſtamentum auiæ †, quia præte- 20.
ritus dicit matris teſtamentum nullum. Dec. *in l. poſthumi in 1. lectura, numer. 4. C. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, & ibi* Bolognet. & alij *numer.* 17. Berous *in conſil. 16. numer. 17. volum. 2.* & alij quos allegaui ſuprà in parte 1. *quæſt. 26. artic. 1. numer.* 18. ergo rumpit teſtamentum auiæ, quia intrat locum parentis ſui, quoad hunc effectum.

Tertiò declaratur, quando in teſtamento rupto propter natiuitatem & agnationem nepotis præte-
riti, eſſet appoſita clauſula codicillaris †, quæ 21.
habet effectum vt ſuccedentes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæredibus ſcriptis, *l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſis.* Sed in hoc caſu dicta clauſula codicillaris nihil operari poteſt. Nam ſi
pater inſtituerat filios †, & altero ex eis præ- 22.
mortuo, relicto ſuo filio, & ſic nepote teſtatoris, qui tanquam præteritus rumpit, & teſtamentum aui nullum dicit, hoc enim caſu dictus nepos propter dictam clauſulam non tenetur reſtituere ſuis patruis, quia dicta clauſula operatur, vt reſtituatur per fideicommiſſum hæredi ſcripto illud, in quo dire-
ctò † inſtitutus fuerat is cui reſtitutio fit. *l. quæ-* 23.
rebatur. ff. de milit. teſtament. verſ. vtrùm ſi portio filij prædecedens nullo modo relicta fratribus. l. poſthumus. §. ſi paganus. ff. de iniuſt. teſtament. l. ex ea. §. 1. & ibi not. *ff. de teſtament.* Sed portio ad quam vocatur nepos, rumpens teſtamentum, non fuerat relicta patruis, ideo dicta clauſula nihil poteſt operari, & ita in hac facti ſpecie ſcribit Bartol. *in l. 1. quæſt. vndecima. ff. de iure codicillorum*, vbi Cuman. dicit, quòd licèt aliter poſſet dici, quando extranei ſunt inſtituti; tamen quando filij ſunt inſtituti, opinio Bartoli eſt certiſſima, quia non eſt veriſimile quòd teſtator voluerit
priuare nepotes † ſuccedentes in locum patris, & 24.
eorum portionem applicare aliis filiis ſuis, qui ſunt patrui dictorum nepotum. argum. *l. cùm auus. ff. de condit. & demonſtrat. & l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* & hanc opinionem Bartoli ſequuti ſunt Alexand. *in conſil. 26. numer. 6. volum. 1. & in conſil. 161. numer. 3. volum. 2.* Pariſ. *in conſil. 60. numer. 40. volum. 2.* Corn. *in conſil. 96. volum. 2.* Socin. *in conſil. 31. in princip. volum. 3.* Socin. iun. *in conſil. 29. numer. 15. volum. 3.* Dec. *in conſil. 242. num. 3.*

num. 3. *verſ. in iſto caſu. & in conſil.* 670. *col.* 2. Crauet. *in conſil.*295. *in* 3. *dubio.* Craſſ. *in* §. *codicillis, numer.* 24. qui poſt alios relatos atteſtatur hanc opinionem Bartoli non habere contradictorem, Turret. *in tract. de clauſula codicillari, quæſt.* 36. *effectu* 13. Sed hæc procedunt, quando filij æqualiter
25. inſtituti fuerunt, ſecus eſt ſi inæqualiter †, vt dicit Bartol. *in d. quæſt.* 11. *in fine*, quia tunc alter frater, qui in maiori quantitate inſtitutus fuerat, poteſt dicere nepoti, reſtituas mihi illud plus, quod mihi deeſt, de eo quod in teſtamento relictum eſt. Nam hoc caſu ceſſat ratio ſupradictæ communis, quòd quando fratres ſunt æqualiter inſtituti, tunc
26. non tenentur adinuicem ad fideicommiſſum †, quia tantum tenerentur dare, quantum recipere, & ita fideicommiſſum eſſet fruſtratorium. *l. ab omnibus.* §. *ſi à Titio, in fin.* & *ibi* gloſſ. *de legat.* 1. & declarat Bartol. *numer.* 6. quia quando inæqualiter inſtituti fuerunt, tunc agimus de portione maiori, & clauſula codicillaris effectum habere poteſt.

Articvlvs II.

An teſtamentum rumpatur agnatione cauſata per legitimationem, vel arrogationem filij.

Svmmaria.

1. *Filius legitimatus præteritus rumpit teſtamentum.*
2. *Legitimatus nihil differt à filiis verè legitimis, &* numer. 40.
3. *Legitimatus habetur loco poſthumi quoad rumpendum teſtamentum.*
4. *Legitimatus quò ad honores tantùm ſi eſt præteritus non rumpit teſtamentum.*
5. *Legitimatio poteſt fieri quò ad honores tantùm, citra ius ſucceſſionis.*
6. *Filij legitimati quò ad honores tantùm, non ſuccedunt patri.*
7. *Legitimati ampliſſimè, ſi ſunt præteriti rumpunt teſtamentum.*
8. ... *etiam ſi ſit dictum quòd patri non ſuccedant ab inteſtato, & ex teſtamento ſolum in ea parte, quam pater voluerit eis dare.*
9. *Ius agnationis non eſt ſeparatum à iure ſucceſſionis.*
10. *Ius agnationis non contrahitur inter naturales, & ſpurios.*
11. *Pater legitimans non poteſt excludere filios ab eius ſucceſſione, & num.* 19.
12. *Legitimati redacti in patriam poteſtatem, & ſui heredes facti, non poſſunt per aliquam clauſulam excludi à ſucceſſione legitimantis.*
13. *Ius filiationis non poteſt ſeparari à iure ſucceſſionis.*
14. *Filij ideo ſuccedunt patri, quia ſunt illi proximiores agnati.*
15. *Succeſſionis ius dependet à iure ſanguinis.*
16. *Ius agnationis non poteſt tolli quò ad effectum ſuccedendi, & opinio contraria Peregrini reprobatur.*
17. *Bartoli ratio* in l. is poteſt, num. 8. ff. de acquir. hæredit. *non recipitur.*
18. *Nepos venit ad ſucceſſionem aui ex perſona propria, non autem ex perſona patris.*
20. *Qualitas adiecta actui contra eius ſubſtantiam reiicitur, & num.* 25.
21. *Qualitas inducens perplexitatem actus, reiicitur, & vitiatur.*
22. *Ius ſuitatis non eſt ſeparatum à iure ſuccedendi.*
23. *Suitas eſt ius continuans dominium in filios.*
24. *Pater legitimans non poteſt facere, vt filij legitimati ſint ſui, & ſibi non ſuccedant.*
26. *Sui ſunt ipſo iure heredes nomine & effectu.*
27. *Filius ſtatim ac probatur filius præſumitur hæres.*
28. *Comes palatinus non poteſt legitimare vt ſint ſui heredes, & non ſuccedant patri legitimanti, niſi habeat facultatem.*
29. *Conceſſum quod non legitur cenſetur prohibitum.*
30. *Facultas derogandi legibus eſt reſtringenda quò ad expreſſa tantùm.*
31. *Interpretatio non eſt facienda contra leges.*
32. *Legitimatione facta pleniſſimè, cum limitatione ſucceſſionis, qui teneant filios ita legitimatos debere habere legitimam.*
33. *Legitima debetur iure ſucceſſionis ab inteſtato.*
34. *Filij ſucceſſibiles in legitima, ſuccedunt in toto.*
35. *Doctori diſtinguenti magis credendum eſt.*
36. *Nepos legitimus, & naturalis natus ex legitimato filio, ſi eſt præteritus, rumpit teſtamentum.*
37. *Nepos ex filia legitimata eſt de deſcendentibus aui materni.*
38. *Nepos ex filio legitimato ſuccedit ex perſona propria tanquam ſuus hæres.*
39. *Nepoti legitimo quando non obſtet origo patris, vel matris.*
41. *Adoptatus ab extraneo de conſenſu patris naturalis non rumpit teſtamentum.*
42. *Filius adoptatus non eſt ſuus hæres adoptanti, & ei non debetur legitima.*
43. *Filius adoptatus non eſt verè filius, ſed fictè.*
44. *Statutum de filiis non habet locum in adoptiuis.*
45. *Leges loquentes de filiis non habent locum in adoptiuis.*
46. *Adoptatus ab auo materno, ſiue paterno poſt emancipationem filij, ſi eſt præteritus rumpit teſtamentum.*
47. *Nepos in teſtamento inſtitutus, & poſtea adoptatus in filium, non rumpit teſtamentum.*

PRimus huius articuli caſus ad legitimationem filij pertinet, quæ ſi poſt teſtamentum à patre conditum, facta fuerit †, ipſe qui propterea agnatus fit patri, inueniens ſe præteritum, 1.
teſtamentum rumpit, ſiue legitimatio per ſubſequens matrimonium facta fuerit, ſiue per Principis reſcriptum ampliſſimum cum omnibus clauſulis neceſſariis, tunc enim pro verè legitimo habendus eſt †, & nihil à verè legitimis differt, *auth. quibus mod. nat. effic. legit.* §. *ſi igitur licentia*, & de hoc 2.
latiùs ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 18. *artic.* 1. Idcirco ſicut legitimus præteritus rumpit teſtamentum, ita legitimatus qui in omnibus legitimus reputatur, *l. inter cætera ff. de liber. & poſthum.* §. 1. *Inſtit. de exhæredat. liber.* Item ſicut natiuitate poſthumi legitimi rumpitur teſtamentum priùs factum. §. *poſthumi quoque. Inſtit. de exhæred. liber.* ita de legitimato dicendum

3. dicendum eſt, quia legitimatus † habetur loco
poſthumi, quando teſtamentum factum eſt ante le-
gitimationem. Dynus *in conſil.* 10. *col.* 2. per text. ex-
preſſum ad hoc *in l. certum. ff. de iniuſto teſtament.* &
ita reſponderunt Dec. *in conſil.* 55. *& conſil.* 257. *num.*
2. *& conſil.* 264. *& conſil.* 338. *numer.* 9. *in fin. & conſil.*
576. *numer.* 6. Alexand. *in conſil. vltimo. numer.* 9. *circa*
fin. volum. 5. Ruin. *in conſil.* 89. *numer.* 4. *volum.* 3. Ro-
land. *in conſil.* 67. *numer.* 22. *volum.* 1. Decian. *in conſil.*
37. *numer.* 7. *volum.* 1. & alij plures ad hoc allegati per
Theſſaur. *in deciſ.* 84. vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 5. *tit.*
Teſtamentum. cap. legitimatione, vbi quòd ita fuit iudi-
catum.

4. Declaratur, quando legitimatio † eſſet facta
ad honores tantùm, & limitata quò ad ſucceſſio-
nem bonorum, ita quòd non poſſit ſuccedere legi-
timanti, quia tunc ſi eſt præteritus in teſtamento,
non habet querelam inofficioſi, vt concludunt iſti
Doctores, qui reſponderunt dictam legitimatio-
5. nem † poſſe ita fieri. Paul. de Caſtr. *in l. ſed ſi hac.* §.
patronum. num. 7. *ff. de in ius voc. & in l. pactum quod do-*
tale, & ibi Alexand. *num.* 5. *C. de collat.* Iaſ. *in rubric. de*
liber. & poſthum. num. 15. Alexand. *in conſil.* 30. *num.* 4.
vol. 4. *& in conſil. final. per totum vol.* 5. Socin. *in conſil.*
246. *in princip. volum.* 2. Curt. iun. *in conſil.* 75. *numer.* 1.
Roland. *in conſil.* 26. *num.* 1. *vol.* 4. & alij plurimi ad
hoc relati per Pariſ. *in conſil.* 7. *num.* 5. *vol.* 2. vbi atte-
ſtatur eſſe communem opinionem. Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. artic. 23. *numer.* 33. *& ſeq. & in conſil.* 8. *vol.* 2.
Lupus *in tractatu de illegitimis reſtituendis, comment.* 3.
§. 1. *numer.* 48. & rationem aſſignat *ibi* Peregrin. quia
ius ſuccedendi eſt diſtinctum à iure filiationis, ad
Bartol. *in l. is poteſt. ff. de acquir. hæredit.* & quia ius co-
gnationis quò ad effectum ſuccedendi tolli poteſt.
§. *quod autem. Inſtit. de capit. deminut.* quam ratio-
nem ego non ſequor, & in ſequenti declaratione
reprobabo, & ideo filij ita legitimati non poſſunt
6. ſuccedere patri ab inteſtato †. Socin. *in conſil.* 246.
col. 1. *& final. volum.* 2. Dec. *in d. l. pactum quod do-*
tale, numer. 25. *& in conſil.* 258. *col. final.* Ruin. *in*
conſil. 75. *numer.* 11. *& conſil.* 86. *volum* 3. ergo ipſis
non debetur legitima, quæ debetur iure ſucceſſio-
nis, vt infrà declarabo, & per conſequens non rum-
punt teſtamentum.

Secundò declaratur, vt procedat in filiis legiti-
matis ampliſſimè, videlicet ad honores & dignita-
7. tes †, & quòd ſint reſtituti iuri naturali, & reci-
dant in patriam poteſtatem, quia ſi cum huiuſmodi
verbis ampliſſimis legitimationis pater legitimans
addiderit, ita tamen quòd non poſſint ſibi ſuccede-
8. re ab inteſtato †, ſed debeant eſſe contenti ea par-
te, quam dictus pater legitimans eiſdem relinquere
voluerit, hoc caſu non obſtante dicta clauſula re-
ſeruationis, dicti filij poſſunt ſuccedere dicto patri
ab inteſtato, & omnino debent habere legitimam;
ergo præteriti rumpunt teſtamentum: quod proba-
9. tur, quia ius agnationis non eſt † quid ſeparatum à
iure ſucceſſionis. Bartol. *in d. l. is poteſt, num.* 6. *ff. de ac-*
quir. hæredit. quæ doctrina ab omnibus recipitur,
ſicut vſusfructus cauſalis non eſt quid ſeparatum à
dominio. Item patronus, qui habet ius ſuccedendi
liberto, non habet aliquod ius ſeparatum à iure pa-
tronatus. *l. final. ff. de liber. agnoſc.* Sed inter natura-
10. les †, & ſpurios non contrahitur ius agnationis. *l. ſi*
ſpurius. ff. vnde cognati. Bartol. *in l. tutelas, num.* 4. *ff. de*
capit. diminut. & in l. pronuntiatio, num. 1. *ff. de verb. ſi-*
gnificat. Bald. *in l. certum, num.* 8. *C. vnde cognati.* Dec. *in*
conſil. 315. *num.* 1. Pariſ. *in conſil.* 100. *num.* 12. *volum.* 2.
Mantic. *lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 20. Paleott. *de nothis, & ſpu-*
riis. cap. 39. *num.* 5. & per legitimationem ſtatim fit
agnatus patri, & omnibus eius coniunctis. Paul. de
Caſtr. *in conſil.* 34. *num.* 3. *verſ. nam legitimatus, vol.* 2.
Alexand. *in conſil.* 139. *col.* 2. *verſ. tamen hoc non obſtan-*
te. vol. 1. qui atteſtatur de magis communi. Gozadin.
in conſil. 6. *num.* 77. Socin. iun. *in conſil.* 142. *numer.* 34.
vol. 1. Menoch. *in conſil.* 266. *num.* 19. *vol.* 3. Curt. iun.
in conſ. 37. *num.* 4. ergo ſtatim ac fit agnatus patri, eſt
illi ſucceſſibilis, quia, vt dixi, ius agnationis non eſt
quid ſeparatum à iure ſucceſſionis, & propterea non
poteſt pater in legitimatione ampliſſima exclude-
re filios legitimatos † ab eius ſucceſſione, quo- 11.
niam implicat contradictionem, vt legitimatus ple-
niſſimè ſit factus agnatus, item ſit ſuus hæres patri,
item ſit ſub eius poteſtate, vt *in* §. *ſi quis verò non ha-*
bens, in verſ. ipſos quidem ſuos facere voluerit, & in §. *li-*
ceat igitur, verſ. & ſuos de cætero, & ſub poteſtate ha-
bere, *in auth. quib. mod. nat. effic. legitim. & in auth. qui-*
bus modis nat. effic. ſui, in rubric. Tiraquell. *in l. ſi vn-*
quam, verbo ſuſceperit liberos, numer. 78. *C. de reuoc. do-*
nat. Menoch. *in d. conſil.* 266. *numer.* 2. *volum.* 3. & ab
agnato, item à filio in poteſtate, item ab hærede
ſuo ſit ſublatũ ius ſucceſſionis per dictam reſerua-
tionem in legitimatione appoſitam, debebat enim
pater legitimare ad honores, & dignitates, & præ-
termittere reſtitutionem ad primæua iura, & ad pa-
triam poteſtatem, & ad ius ſuitatis, & tunc potuiſſet
fieri reſeruatio iuris ſuccedendi, vt dicit Menoch.
in conſil. 737. *numer.* 7. *verſ. tertius caſus. volum.* 8. Sed
quando legitimatio facta eſt ad prædicta, etiam ex-
preſſa, ita quòd filij legitimati † facti ſunt agnati, 12.
tranſierunt in patriam poteſtatem, & ſui hæredes
facti ſunt, tunc limitatio, & reſtrictio iuris ſucce-
dendi fieri non potuit, quia continet perplexitatem,
cùm ius ſuccedendi non poſſit ſeparari à iure ſuita-
tis, & à iure agnationis, vt probaui, & tanquam facta
contra leges, vitiatur, vt notant omnes *in l. nemo po-*
teſt. de legatis 1. Item quia ius filiationis † non poteſt 13.
dici ſeparatum à iure ſuccedendi; ergo ſi legitima-
uit naturales, qui non erant agnati, vt ſint filij legi-
timi, & naturales, dicitur legitimaſſe, vt ſibi ſucce-
dant. Antecedens probatur, quia ſicut ius agnationis
non eſt ſeparatum à iure ſuccedendi, vt probatum
eſt, idem debet eſſe in iure ſuccedendi liberorum,
quia filij ideo † habent hoc ius ſuccedẽdi patri, quia 14.
illi ſunt proximiores agnati. *l. final. & in auth. in ſuc-*
ceſsione. C. de ſuis, & legitimis. Item quia caro filij cen-
ſetur eadem cum carne patris. *l. cùm ſcimus.* §. *illud*
quoque, in fin. C. de agric. & cenſit. lib. 11. §. *ei verò qui.*
Inſtit. de inutilib. ſtipulat. l. final. C. de impuber. ſubſtit. Et
propter identitatem carnis inductum eſt illud com-
mune votum parentum, de quo *in l. ſcripto, in fin. ff.*
vnde liberi. Si igitur filius non eſſet ita ſanguine
coniunctus cum patre, vtique tale ius ſuccedendi nõ
haberet; ergo à iure ſanguinis † dependet ius ſucceſ- 15.
ſionis, & donec durat, non poteſt dici quid ſeparatũ.
Item aliàs ſequeretur, quòd filius poſſet tali iuri
ſuccedendi, tanquam ſeparato à iure filiationis, re-
nuntiare, & tamen ſicut cæteri agnati non poſſunt
renuntiare. *l. pactum quod dotali. l. final. C. de pact.* &
probatur *in l. ſi quando.* §. *illud. C. de inoffic. teſtam.* Item
non poteſt eſſe alia ratio tam in agnatis, quàm in fi-
liis, niſi quia iura ſanguinis repudiari non poſſunt.
l. ius agnationis. ff. de pact. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iuris.

Nec eſt verum quòd ius † agnationis tolli poteſt 16.
quò ad effectum ſuccedendi, vt dicit Peregrin. *in*
d. artic. 23. *numer.* 34. *verſ. item ius agnationis*, per
text. *in* §. *quod autem. Inſtit. de capit. dimin.* Quia
ille text. non ſeparat ius ſuccedendi à iure agna-
tionis, imò retorquetur, quia ius agnationis pe-
rit capitis diminutione; ergo & ius ſuccedendi,
tanquam

ſuccedendi , tanquam vnita. Nec eſt vera ra-
17. tio Bartoli † *in d. l. is poteſt, numer.* 8. *ff. de ac-
quir. hæredit.* quòd nepos mortuo filio, ſuccedat
in ius filiationis, ſiue ius ſuccedendi, quia ex illà
ratione non probatur ius filiationis eſſe ſeparatum
à iure ſuccedendi, imò illa ratio retorquetur, ſi
nepos ſuccedit in iure filiationis; ergo in iure
ſuccedendi; ergo non ſunt iura ſeparata, ſed vni-
ta. Item dicta ratio Bart. non eſt vera, quia ſi
nepos ſuccederet in ius filiationis, & ius ſucce-
18. dendi, tunc ſequeretur, quòd nepos † veniret ad
ſucceſſionem aui ex perſona patris; ſed hoc eſt fal-
ſum, quia venit ad ſucceſſionem aui ex perſona
propria, licèt ſubintret locum patris ex iuris diſpo-
ſitione, idem Bàrtol. *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir.
hæredit.* & *in l.* 1. *§. ſi vt nepos. ff. de collatione dotis.* So-
cin. *in conſil.* 252. *col.* 4. *volum.* 2. Item ſi veniret ex per-
ſonà patris tranſmiſſiuè, tunc ſufficeret inſtituere fi-
lium in teſtamento, nec requireretur inſtitutio ne-
potis, quod eſt contra legem *Gallus*; ergo ſuccedit
vt nepos, non autem vt filius, & ita ius ſuccedendi
non eſt ſeparatum à iure filiationis.

19. Quamobrem pater † non poteſt filios natura-
les ſuos pleniſſimè legitimare, vt ſint ſub eius po-
teſtate, & ſui hæredes, & quoad omnia ſint reſtitu-
ti natalibus legitimis, ſed ſibi non ſuccedant, quia
hæc qualitas, quòd ſibi non ſuccedant, eſt vnita
cum iure filiationis & agnationis, ita vt de iure ſe-
20. parari non poſſint, & dicta qualitas † reiicitur,
quia eſt contra ſubſtantiam actus. *l. cùm precariò.
ff. de precario*, & pacta, quibus non aſſiſtit ius, ſunt
nulla ipſo iure. *l. final. C. de pact. pignor. gloſſ. fi-
nal. in l. pactum inter hæredes. ff. de pact.* & ad cui-
tandam perplexitatem, pactum potius eſt inter-
pretandum ſuperfluum, quàm iuri contrarium. *l.
1. C. de pact. pignor.* Oldrad. *in conſil.* 108. *numer.*
21. 1. *verſ. circa ſecundum*, vbi quis inſtituerat † fra-
trem, & plura legata fecerat, & diſpoſuit, quòd hæ-
res non poſſit adire hæreditatem, niſi ſatis factis
legatis, ex qua diſpoſitione oritur perplexitas, quia
legata non debentur, niſi adita hæreditate, & *ibi*
Oldrad. reſpondet, quòd aditio non dicitur prohi-
bita, & illa qualitas, quòd non poſſit adire, niſi ſo-
lutis legatis, tanquam contra ius, reiicitur. Item
Dyn. *in conſil.* 3. vbi ſi teſtator legat vſumfructum
vxori, & ea mortua facit hæredem Titium, perple-
xitas eſt, quia vxor non poteſt capere, niſi de ma-
nu hæredis, & tamen concludit, quòd ipſa vxor eſt
hæres, & poſt eius mortem Titius; ergo iſta quali-
tas quòd ſibi non ſuccedat ab inteſtato, tanquam
contraria pleniſſimæ legitimationi, & inducens
perplexitatem iuris, omnino reiicienda eſt, velut ſu-
perfluè appoſita.

22. Præterea probatur, quia ius ſuitatis † non eſt
23. ſeparatum à iure ſuccedendi, quia ſuitas eſt ius †
quoddam, per quod dominium bonorum patris
continuatur in filios. Bald. *in l. apud hoſtes. col.* 2. *C.
de ſuis, & legitim.* Roman. *in l. apud Iulianum. §. idem
Iulianus. ff. ad Trebell.* Iaſ. *in l. qui ſe patris, numer.* 3.
C. vnde liber. & *ibi* Dec. *in princip.* Sebaſtian. Medic.
in tractatu de definitionibus cap. 84. quod eſt verum
etiam in filio legitimato, qui iura ſuitatis acquirit.
Bald. *in l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* quem ſequitur
Iaſ. *in l. qui ſe patris, numer.* 12. *C. vnde liber.* ergo
etiam in filio legitimato in patriam poteſtatem re-
dacto, dominium bonorum patris continuari dici-
24. tur, propterea non potuit pater legitimans † dictam
qualitatem apponere, vt filij legitimati ſint ſui hæ-
25. redes, & ſibi non ſuccedant, quia qualitas † contra
iuris diſpoſitionem, & contra ſubſtantiam legiti-
mationis, quæ perfecta fuit, reiicienda eſt, filij enim
in poteſtate ſui hæredes ſunt. *§. ita demum. Inſtit. de
hæred. qualit. & differ. l. inter omnes. C. famil. herciſc.* &
hoc eſt ſpeciale ſuitatis priuilegium, nam ſui † ipſo 26.
iure hæredes ſunt, non ſolùm nomine, ſed etiam ef-
fectu, gloſſ. Bartol. & cæteri *in l. neceſſariis. ff. de acquir.
hæredit.* & eo ipſo quòd probatur filius †, præſumi- 27.
tur hæres. gloſſ. *in §. final. Inſtit. de hæred. qualit. &
differ.* Bald. *in cap.* 1. *an agnatus, vel filius.* Item Comes
Palatinus legitimans, debet in ſpecie habere facul-
tatem pleniſſimam † legitimandi, cum hac quali- 28.
tate, vt filij legitimati non ſuccedant patri, quia ſe-
parando ius ſuitatis à iure ſucceſſionis, oportet de-
rogare legibus in ſpecie loquentibus, & quod ex-
preſsè non legitur conceſſum †, cenſetur prohibi- 29.
tum. Bald. *in conſil.* 16. *col.* 2. *in fin. verſ. Comites etiam,
volum.* 4. & non poteſt ampliare ſuam facultatem.
Paul. de Caſtr. *in conſil.* 125. *numer.* 3. *verſ. tertiò dubita-
tur. volum.* 2. Item quia facultas † derogandi legi- 30.
bus, eſt reſtringenda ad expreſſa in facultatibus,
nec eſt extendenda, vt inducatur abſurdum. Bald.
in conſil. 14. *numer.* 2. *verſ. nunc ad vires, vſque ad
finem, volum.* 4. Vbi quòd debet eligi ſenſus † qui 31.
iuri conſonet, non autem vt inducatur abſurdum.
Signorol. *in conſil.* 218. *numer.* 8. Alexand. *in
conſil.* 60. *numer.* 21. *verſ. poteſtas conceſſa, volum.* 2.
Addentes ad Alexand. *in conſil.* 188. *numer.* 23. *verſ.
latè. volum.* 5. vbi quòd non eſt facienda interpre-
tatio contra ius, ſed contra ius eſſet, vt quis ſit
filius ſuus, & in poteſtate ſuus hæres, & ſibi non
ſuccedat; quamobrem dicta qualitas tanquam
nulla, contra diſpoſitionem iuris, potiùs ſuperflua
iudicanda eſt. *d. l.* 1. *C. de pact. pignor.* & ipſa ſola vi-
tiari debet.

Et hæc concluſio coadiuuatur ex authoritate
multorum Doctorum, qui reſponderunt in hac ea-
dem facti ſpecie, quòd vbi pater legitimat filios † 32.
quo ad honores, & dignitates, cum clauſula quòd
de ſua hæreditate nihil petere poſſint, præter illam
partem, quam ſibì relinquere velit, tunc dicti fi-
lij adhuc debent habere legitimam in bonis pa-
tris. Cephal. *in conſil.* 117. *volum.* 1. Pariſ. *in conſil.*
7. *volum.* 2. Decian. *in conſil.* 49. *numer.* 43. *volum.* 2.
Riminald. iun. *in conſil.* 469. *numer.* 13. *volum.* 4. quos
ſequutus fui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 18. *artic.* 2. *numer.*
7. quibus addo Peregrin. *in conſil.* 18. *numer.* 6. *volum.*
4. & Menoch. *in d. conſil.* 737. *verſ. ſecundus caſus. vol.*
8. Surd. *in conſil.* 185. *numer.* 9. *in fin. volum.* 2. Sed le-
gitima † debetur iure ſucceſſionis. Dec. *in conſil.* 33.
525. Alexand. *in conſil.* 41. *volum.* 1. quia eſt tertia,
ſiue medietas portionis debitæ ab inteſtato, & ita
eſt correſpectiua ad ſucceſsionem ab inteſtato. *l. pa-
rentibus. l. cùm quæritur. C. de inoffic. teſtament.* & aliquos
ad hoc allegaui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 2. *nu-
mer.* 3. *& ſeq.* & ita fuit iudicatum, vt *in Dig. Nouiſſ.
tomo* 5. *tit. Succeſſio. cap. quando mater*; ergo ſi quando
pater teſtatur, alio hærede facto, filij ita legitima-
ti debent habere legitimam; ergo ſi ab inteſtato
deceſſit, filij, qui erant ſucceſſibiles in legitima †, 34.
ſuccedunt in toto, non obſtante dicta reſeruatione,
& ita præteriti rumpunt teſtamentum. Et opi-
nio Doctorum allegatorum in prima declaratio-
ne huius caſus, quando legitimatio non eſt facta
pleniſsimè, & hanc diſtinctionem dat Menoch. *in d.
conſil.* 737. *caſ.* 2. *& caſu* 3. *volum.* 8. Riminald. *in d.
conſil.* 469. *numer.* 17. *vol.* 5. & Doctori diſtinguenti † 35.
magis credendum eſt, quia magis accedit veritati.
Cacher. *deciſ.* 162. *numer.* 8. Surd. *deciſ.* 58. *nu-
mer.* 5. Caualcan. *deciſ.* 44. *numer.* 37. *parte* 1. &
quòd non ſit vera illa opinio, quòd legitimatio

facta quò ad certos caſus tantùm ſit potiùs diſpenſatio, ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 18. *artic.* 2. *numer.* 7. ergo vt legitimatio pleniſſima eſt, pleniſſimè ad ſucceſſionis ius extendenda, ita legitimati præteriti rumpunt teſtamentum.

36. Tertiò declaratur iſte caſus †, vt multo magis procedat in nepote legitimo, & naturali, nato ex filio legitimato pleniſſimè, nam ſi dictus nepos inuenit ſe præteritum in teſtamento aui, illud rumpit, quia præmortuo patre, factus eſt ſuus hæres auo. §. *ita demum. Inſtit. de hered. ab inteſt. ven.*

37. etiamſi eſſet nepos ex filia ita legitimata †, quia eſt de deſcendentibus aui materni, vt probaui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 20. *artic.* 6. *numer.* 25. Item quia d. nepoti non poteſt opponi qualitas in legitimatione appoſita, quòd non ſuccedat ab inteſtato, niſi in certa parte, quam pater ei relinquere voluerit: tum quia dicta qualitas eſt reiicienda, vt probaui in præcedenti declaratione: tum quia

38. nepos vult ſuccedere auo ex perſona propria †, tanquam ſuus hæres illi, non autem ex perſona parentis. Et quando nepos venit ex perſona propria, renuntiatio matris non nocet illi. Aretin. & Iaſ. *in l. is poteſt. ff. de acquir. hæredit.* Iaſ. *col.* 7. *verſ. pro iſta parte*, qui alios refert, *& in l. ſi arrogator. col.* 8. *verſ. pro pleniori. ff. de adopt. & in l. qui ſe patris. col. pen. verſ. facit quod mirabiliter. C. vnde liberi.* Crauett. *in conſil.* 127. *numer.* 1. Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 40. *numer.* 115. *& plur. ſeq.* & ad hoc probandum ſcripſi multa ſuprà *in part.* 1. *quæſt.* 14. *artic.* 3. *numer.* 12. & ideo eidem nepo-

39. ti † non poteſt obſtare origo matris, vel patris, tanquam infecta, ad tradita per Bald. *in l. final. C. de natural. liber. & in l. final. C. de verb. ſignificat.* Barz. *in tract. de filiis non legitimè natis par.* 2. *numer.* 32. Mantic. *lib.* 8. *tit.* 12. *numer.* 21. quòd nulla conſequentia poteſt eſſe legitima ex illegitima, quia quando nepos venit ex perſona propria, tanquam vocatus à lege, non conſideratur origo parentum. Item quia hic nepos natus eſt ex parentibus ampliſſimè legitimatis, & ideo non dicitur prouenire ex origine infecta, quia legiti-

40. matus † pleniſſimè, nihil differt à verè legitimis. §. *liceat verò, verſ. nihil à filiis legitimis differentes. Auth. quib. mod. nat. effic. legitim. §. reliqui. auth. quib. mod. nat. effic. ſui*, & probaui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 18. *artic.* 1. *numer.* 2. *& ſeq.* Item non eſt conſideranda ratio ex *l. ſi viua matre. C. de bon. matern.* quia iſte nepos non venit ad ſucceſſionem ex perſona parentis, ſed ex perſona propria, vt ſcripſi *in parte* 1. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *numer.* 5. *& ſeq.* & conferunt etiam quæ ſcripſi *in parte* 2. *quæſt.* 4. *artic.* 5. *numer.* 25. Cùm igitur d. nepos natus ex filio legitimato, præmortuo patre factus ſit ſuus hæres auo, idcirco ſi præteritus fuit in eius teſtamento, illud rumpit, quia vult ex propria perſona ſuccedere.

Secundus caſus eſt, an filius adoptiuus præteritus rumpat teſtamentum, & ſiquidem adopta-

41. tus † eſt ab extraneo, de conſenſu patris naturalis, teſtamentum non rumpit, prout eſt caſus *in l. cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum. C. de adopt.* de quo ſcripſi etiam *in parte* 1. *quæſt.* 19. *artic.* 1. quia

42. iſte adoptiuus non eſt ſuus hæres patri † adoptanti, ſicut filij veri, vt ſcribunt omnes *in l. Gallus. §. ſi eius.* Iaſ. *col.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* Idcirco iſti filio adoptiuo non debetur legitima. Bald. *in d. l. cùm in adoptiuis, col.* 3. *in princip. verſ. iſtam ergo comparationem.* ergo præteritus non rumpit teſtamentum, non enim filius adoptiuus eſt verus fi-

lius, ſed fictus †, & idcirco ſtatutum loquens 43.
de filiis, non habet locum in adoptiuis †, An- 44.
gel. *in d. l. cùm in adoptiuis, col.* 2. quia nomen filij ſimpliciter prolatum abſque adiecta qualitate adoptiui, non conuenit adoptiuo. Bald. *in conſil.* 24. *volum.* 1. Alexand. *in l. adoptiuum, in princip. ff. de in ius vocand.* vbi quòd in nulla diſpoſitione, appella-
tione filij venit adoptiuus. Ideo † diſpoſitio *l.* 45.
cùm auus. ff. de condit. & demonſtrat. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. non habet locum in filiis adoptiuis, vt ſcribunt omnes, *in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Alexand. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col.* 6. *verſ. an autem habeat locum. ff. ad Trebell. & l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat.* non habet locum in filiis adoptiuis, quia non ſunt veri filij. Paul. de Caſtr. *in l.* 2. *in fin. C. ſi quid in fraudem patroni.* Alexand. *in conſil.* 40. *col. final. verſ. nec puto etiam, volum.* 4. & noua conſtitutio, quæ auxit legitimam filiorum, non comprehendit adoptiuos, gloſſ. *in §.* 1. *verb. quale. auth. de hæred. & falcid.* gloſſ. *in §.* 1. *verb. hoc obſeruando. auth. de triente & ſemiſſ.* Bartol. & cæteri *in l. ſi arrogator. ff. de adopt.* & patet qui tenetur alere filios, non eſt obligatus alere adoptiuos, gloſſ. *in §. ſed & ea omnia. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. in verb. tantummodo.* Quamobrem præteritus non rumpit teſtamentum.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in filio
adoptato † ab auo materno, ſiue ab auo pater- 46.
no, quia natum poſt emancipationem filij adoptauit in filium, nam tunc præteritus rumpit aui priùs factum teſtamentum, quia eidem agnaſcitur, & in eius poteſtatem recidit. §. *ſed hodie. Inſtit. de adopt. l. cùm in adoptiuis. in princip. C. de adopt.* & ita intelligitur *Inſtit. quib. mod. teſtament. infirmentur, in princip.* vbi gloſſ. & Doctor. ita declarant. Item ita intelligenda eſt *l. certum. ff. de iniuſt. teſtament.* non autem vt illa lex ſit correcta per d. l. *cùm in adoptiuis. §. ſed ne articulum*, vt dicit gloſſ. *in d. l. certum.* Hæc opinio eſt falſa, quia nulla lex Codicis corrigit aliquam legem Digeſtorum, vt ſæpe probauimus, ſed eſt intelligenda prout *in d. caſu d. l. cùm in adoptiuis, in princip.*

Secundò declaratur, vt non rumpatur, ſi ne-
pos † fuit in teſtamento inſtitutus, & poſtea 47.
idem nepos fuiſſet arrogatus in filium, prout eſt caſus *in l. filio quem pater. §. final. ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi quis hæres inſtitutus. ff. de iniuſt. teſtament.* & latè conſuluit Cephal. *in conſil.* 24. *per totum, volum.* 4. qui reſpondet contrariis.

QVÆSTIO VI.

De declaratione teſtamenti, per quatuor articulos diuiſa.

I. An declaretur prout de iure, vel ſtatuto, vel conſuetudine.
II. An declaretur ex confeſſione teſtatoris ante, vel poſt teſtamentum emanata.
III. An declaretur ex aliis partibus eiuſdem teſtamenti, vel alterius teſtamenti reuocati.
IV. An declaretur ab obſeruantia ſubſequuta.

ART.

ARTICVLVS I.

An teſtamentum declaretur prout de iure, vel ſtatuto, vel conſuetudine.

SVMMARIA.

1. *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum iure communi.*
2. *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, eſt validum.*
3. *Coniectura quòd teſtator cenſetur ſe reddere conformem iuri communi facilius eliditur.*
4. *Teſtator cenſetur velle id quod verba diſponunt.*
5. *Verba potius intelliguntur de facto, quàm de iure.*
6. *Verba, & mens, an, & quando ſint ſimul attendenda, vel alterutrum.*
7. *Verba, vbi repugnant, non eſt capienda interpretatio legalis.*
8. *Voluntas hominis conſiſtit in verbis.*
9. *Coniectura legalis interpretandæ voluntatis, eſt valdè leuis.*
10. *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum eo iure, quod obſeruatur.*
11. *Ius municipale, dicitur ius commune loci.*
12. *Statutum loci dominantis non habet locum in loco ſubdito, qui habet ſua ſtatuta particularia, etiamſi ille caſus non haberet ſtatutum proprium.*
13. *Leges nouæ non ligant, niſi publicentur, & recipiantur.*
14. *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum iure communi, ſi nullum ſtatutum factum ſit in eo caſu.*
15. *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum verbis diſpoſitiuis ſtatuti, non autem cum enuntiatiuis.*
16. *Verba narratiua legis non diſponunt.*
17. *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione ſtatuti, quod vigebat tempore ſuæ diſpoſitionis.*
18. *Ius acquiſitum de iure communi non poteſt reuocari per nouum ſtatutum.*
19. *Teſtatoris mens cenſetur conformis ſtatuto, dummodo quanto minus corrigatur ius commune.*
20. *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad ſtatuta, eſt validum.*
21. *Teſtatoris mens non cenſetur conformis iuri communi, quando ab eo receſſit.*
22. *Teſtator quando vocauit feminas non cenſetur habere rationem agnationis, neque ſtatuti illas excludentis propter maſculos.*
23. *Interpretatio, per quam fit reditus ad ius commune, faciliùs eſt admittenda.*
24. *Conſuetudo eſt ius municipale, imò potentius, & quomodo differat à ſtatuto.*
25. *Conſuetudo quare potentius operatur, quàm ſtatutũ.*
26. *Conſuetudines vicinorum quando obſeruandæ ſunt, eis cenſetur quis ſe conformem reddere voluiſſe.*
27. *Conſuetudines comprehendunt diſpoſitiones clericorum.*
28. *Teſtamenta clericorum recipiunt interpretationem de iure communi.*
29. *Clerici non poſſunt fieri hæredes laicorum in teſtamento inualido.*
30. *Statuta, & conſuetudines laicorum ſunt ſeruandæ in facultatibus competentibus circa rem.*
31. *Conſuetudines loci non ligant forenſes, neque ſcholares ibi ſtudentes.*
32. *Patria qualibet ſuo ſenſu abundat.*
33. *Femina excluſa per ſtatutum in bonis ſitis extra diſtrictum, ſuccedit cum maſculis.*
34. *Conſuetudines non ligant extra territorium.*

Regulariter teſtamentum declaran-
dum eſt à iure communi, quoniam
pro regula conſtitutum eſt à Docto-
ribus, quòd teſtator † cum iure com- 1.
muni conformem ſe reddidiſſe credi-
tur. Alciat. *in lib. 3. præſumpt. 32. & in lib. 1. de verb. ſi-
gnificat. numer. 24.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff.
ad Trebell. in parte 1. numer. 50. verſ. accedat,* quam
regulam pleniùs tractat *in parte 9.* Menoch. *in lib.
4. præſumpt. 202. in princip.* probat ita eſſe conſti-
tuendam regulam, quam pleniſſimè exornat Manti-
ca *de coniectur. lib. 6. tit. 6. per totum*, vbi omnes alle-
gat, & hæc regula probatur per text. *l. ſi duo. ff. de
acquir. hæred. & d. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Tre-
bell.* & *ibi* Bartol. *numer. 4.* & Ripa *numer. 79.* qui
alios refert; & hanc eſſe receptiſſimam ſententiam
probat Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 76. verſ. ſcias
tamen.* Ceuall. *in ſuis communib. quæſt. 693. numer.
7.* & ſemper in tribunalibus recepta fuit. Viuius
deciſ. 295. Afflict. *deciſ. 44. numer. 20.* Rota *deciſ.
775. num. 6. part. 1. in Nouiſſim.* & alia, prout *in
Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtator. cap. 2.* & com-
probatur deſumendo argumentum † à contra- 2.
ctibus, nam & contrahentes cenſentur ſe confor-
mes reddere cum diſpoſitione iuris communis. *l.
quæro. §. inter locatorem. ff. locati*, & latè exornat
Menoch. *in lib. 3. præſumpt. 38.* Pro qua conclu-
ſione comprobanda infiniti Doctores allegari poſ-
ſunt, cùm vulgatiſſima, & frequentiſſima ſit, quos
omitto, quia ſinguli ex allegatis plurimos cumu-
lant.

Sed iſta regula non ſemper procedit †, & de 3.
facili ab ea receditur, vt ſcripſerunt Corn. *in conſil.
91. col. 1. volum. 1. & in conſil. 202. col. 4. verſ. nec obſtant
adducta. volum. 3.* Decian. *in conſil. 60. num. 29. volum. 3.*
Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 6. numer. 21. & plur. ſeq.*
Rota *deciſ. 765. numer. 6. part. 1. in Nouiſſim.* & licèt
Menoch. *in d. præſumpt. 202. lib. 4.* impugnet exempla
inducta à Mantica, & priùs à Corneo *in locis allega-
tis*, tamen de validitate illorum exemplorum, non
eſt in hoc articulo diſputandum, ſed ſuo loco de il-
lis pertractabo. Sed circumſcriptis dictis exemplis,
vera eſt dicta concluſio, quòd à dicta coniectura de-
ſumpta ex conformitate legis facili negotio rece-
ditur, quoniam ſi verba † repugnent interpreta- 4.
tioni legis, non eſt credendum teſtatorem voluiſſe
ſe conformem reddere illi, verba enim ſunt atten-
denda, quæ ſunt inſtrumentum ad voluntatem ho-
minum demonſtrandam. Socin. *in l. 1. numer. 3. ff. de
verb. obligat.* Item ſi verba † ex ſui natura poſſunt 5.
intelligi de iure, & de facto, & habent relationem
ad materiam, cui non congruit intellectus iuris,
tunc intelligenda ſunt de facto. Abb. *in cap. nuper
in 1. notab. de bigamis.* Quando igitur verba †, & 6.
mens præcisè conſonant, tunc vtrumque atten-
dendum eſt. *l. nominis, & rei. §. ex legib. ff. de verb. ſigni-
ficat. l. ancillas. de legat. 1. in verſ. verbis voluntati accom-
modata eſt hæc ſententia*; ergo ſi verba † repugnent, 7.
non eſt capienda interpretatio legalis. Alexand.
*in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. numer. 11. verſ. ex
prædictis. ff. ad Trebell. & in conſil. 52. col. 2. volum. 4. &
in conſil. 176. numer. 5. volum. 7.* Crauett. *in conſil. 294.*
Socin. iun. *in conſil. 66. numer. 5. vol. 4.* quia voluntas † 8,
hominis conſiſtit in verbis, ſicut facies in ſpeculo, vt
dicit Bald. *in conſil. 111. vol. 3.* & hanc concluſionem

de attēdendis verbis teſtatoris,latè exornat Zanch.
in d.§.cùm ita. part.3.numer.69.& 71.& facit text. *l.*
generali.§.duabus. ff. de vſufruct. legat. vbi quòd non
eſt recedendum à verbis, niſi manifeſtiſſimè appa-
reat teſtatorem aliud ſenſiſſe. *l. non aliter. de legat.3.*
l. ille aut ille. §. cùm in verbis nulla eſt ambiguitas. ff.
eod. tit. Item *l.Aurelius. §.teſtator. ff. de liber. legat.*
vbi teſtator habens voluntatem augendi legatum
in teſtamento factum,addidit in codicillis quædam
verba,per quæ legati diminutionem induxit, & ita
verba præferuntur menti, & inducta ad vnum fi-
9. nem, operantur contrarium. Quamobrem leuis †
coniectura eſt interpretandæ voluntatis ex diſ-
poſitione legis, quæ ex teſtamenti verbis col-
ligenda eſt. Item quia dicta coniectura ex le-
gis diſpoſitione cauſata, ex alia tollitur. Socin.
iun. *in conſil. 13. numer. 35. volum. 3. & in conſil.*
95.numer.36.volum. 1. dixit quòd hæc coniectura
tollitur per alteram, quæ ſit magis potens,& ma-
gis fauorabilis.

Declaratur iſte articulus,vt conformitas teſtato-
10. ris cum diſpoſitione iuris communis intelligatur †
de eo iure, quod communiter obſeruatur in loco,
11. nam & ius municipale dicitur † ius commune inter
municipes.Bald. *in l.vnic.C.de confeſſ.* quia vnaquæ-
que prouincia in ſuo ſenſu abundat.*cap.final.diſtinct.*
25. & totum regnum Neapolis dicitur vna prouin-
cia,vt dicit Andr.*in conſtitut. regni conſuetudinem*,&
Afflict. *in deciſ.* 404. *numer. 6.* Ideo conſtitutiones
regni ſunt ius commune in toto regno. Afflict.
ibid.& in præludiis conſtitut. regni. quæſt. 1. numer.
*3.*Andr. *in cap. 1. in fine. de eo, qui ſibi & hæredi-*
bus ſuis maſculis, & fem. Idem in quolibet munici-
pio, vt illius ſtatuta dicantur ius commune illius
loci, probat Ripa *in d. §. cùm ita. numer. 79.* qui
alios refert. Et ideo iſta coniectura quòd teſtator
intelligatur ſe conformem reddere cum iure com-
muni, eſt reſtringenda ad ius commune loci; ideſt,
ſtatuta, vel conſtitutiones illius, & latè probat
Mantica *de coniectur. lib. 6. titul. 7. per totum.* Hoc
autem eſt intelligendum, quando ille caſus,qui de
iure decidendus eſt, deciſus fuit per ſtatutum lo-
12. ci. Nam ſi dictus locus habens ſtatuta propriè †,
non habet deciſionem illius caſus per ſua ſtatuta,
tunc decidendus eſt per ius commune Romano-
rum,non autem per ſtatuta loci dominantis,& con-
traria opinio,quam tenuit Peregr.*in deciſione 1. Pa-*
*tauin.*eſt communiter reprobata.Socin.*in conſil.271.*
volum.2. Dec. *in conſil.429.*& alij,quos ad hoc alle-
gaui ſuprà *in parte 1. quæſt. 9. artic. 6. numer. 11.*
Addo rationem, quia dum locus ſubditus facit ſua
ſtatuta particularia, oſtendit ſe nolle regi per
ſtatuta loci dominantis, nec illius ſtatuta velle re-
13. cipere; ſed leges † nouæ non ligant niſi recipian-
tur, *Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones*, & probat
Felin. *in rubric. & in cap. 1. de treuga & pace*; ergo
niſi ſtatuta loci dominantis fuerint recepta in locis
ſubditis, non poſſunt dici ius commune illorum
locorum, & in caſu deficientiæ recurritur ad ius
commune Romanorum, propterea in hoc caſu ab
illo coniectura & conformitas deſumenda eſt,& ita
fuit in Rota Romana iudicatum,vt atteſtatur Man-
tic. *in d.tit. 7.in fin. in Additionibus nouis ad illum ti-*
tulum. Teſtator igitur cenſetur ſe conformem red-
14. dere cum iure communi †,ſi nullum ſtatutū factum
fuerit in contrarium, quod ſi extet, cum eo ſtatuto
conformem ſe reddere creditur.*d.l.hæredes mei.§.cùm*
ita. ff.ad Trebell. vbi notant hoc Bartol. Alexand. &
cæteri omnes.Corn. *in conſil.31.n.4.& conſil.37.n.5.*
*& conſil.47.num.16.& conſil.55.n.7.in fin.vol. 1.*Iaſ.
in l.omnes populi.in 2.lect.numer.28.& 32.ff.de inſtit.&
iur. & in l. 1. §. hoc autem, in 2. lect. numer. 2. ff. ad
Trebell. Socin. *in conſil.21.numer.6.volum.3.* Crauett.
in conſil.250. numer.2. Pariſ. *in conſil.22.num.15. vol.*
2.& conſil.5.numer.27.volum.3. & alij plurimi quos
omitto. Quamobrē ſi nullum extat ſtatutum exclu-
dens feminas, tunc filiorum appellatio à teſtatore
facta illas comprehendit, vt *in l. cùm acutiſſimi. C. de*
fideicomm.& in l.1. C. de condit. inſert. Sed ſi extet ta-
le ſtatutum, etiam teſtator ipſas feminas excluſiſ-
ſe cenſetur, ita vt filiorum appellatio ab ipſo facta,
feminas non comprehendat.Anchar.*in l.tres fratres.*
ff. de pactis.

Secundò declaratur,vt teſtator cenſeatur ſe con-
formem reddere † cum verbis diſpoſitiuis ſtatuti, 15.
non autem cū verbis conditionalibus eiuſdem. So-
cin.*in d.§.cùm ita,in fine.* Riminald.ſen. *in conſil.224.*
numer.49.& 82.vol.2. Decian.*in conſil.12.numer.31.*
verſ.verùm ego, & numer.32. & ſeq.volum.1. Cephal.
in conſil.527. numer.43.& ſeq. volum. 4. & ideo non
cenſetur ſe conformem reddere cum verbis narrati-
uis ipſius ſtatuti, quia verba narratiua † legis non 16.
diſponunt. Bartol. *in l.extat. col. final.ff.de eo quod*
met.cauſ. Salic. *in l.accuſationem.C.de accuſat. & in l.*
qui ſe patris.col.8. vbi latè Alexand.*C.vnde liber.* & à
verbis enuntiatiuis legum non licet ſumere argu-
mentum. gloſſ. *in l. vnic. C. quando non petentium*
part. quam allegat pro ſingulari Roman. *in auth.*
ſimiliter. C. ad legem Falcid. & in conſil. 134. gloſſ.
in cap. auditis. ver. ex poſtfacto, in fin. de election.
gloſſ. *in cap.2. verb. non teneris*, & *ibi* Geminian. ad
hoc notat, *de dolo, & contum. lib. 6.* gloſſ. *in cap. 1.*
verb. collatione.de rer. permutat. lib. 6. Cuman. *in l.*
ſi inſulam. ff. de verb. obligat. & in l.qui Romæ. §.
Callimachus. eod. tit. & quòd verba enuntiatiua le-
giſlatoris non inducant diſpoſitionem, Iaſ.*in rubric.*
Inſtit. de actionib. Aretin.*in conſil.23.* Sic etiam ver-
ba aſſertiua Principis non inducunt diſpoſitionem.
l.ſi fortè, & *ibi* Bart.*ff.de caſtrenſi pecul.*gloſſ. final. &
Doct.*in l.ſi donatione.C.de collat.*Grammatic.*deciſ.51.*
*num.11.*Crauett.*in reſponſo pro genero.num.24.& ſeq.*
& 187. & rurſus in corrolario reſponſi pro genero
*numer.85.*Idcirco text.*in cap. quanto. de præſumpt.* di-
cit, latere te non potuit,quod ad nos de longinquo
peruenit, *& cap. ſi Paulus. 32. quæſt. 5.* Non poteſt
Deus virginem ſuſcitare,& laureola virginitatis vi-
tiatam virginem donare, *& in cap. literis. de reſtitut.*
ſpoliat. vbi Papa aſſerit ſe non poſſe diſpenſare nu-
ptias, quæ celebrantur cum coniunctis in quarto
gradu. Nam in dictis caſibus dicta verba non
fuere diſpoſitiuè appoſita ad inducendam prohibi-
tionem de nouo,vel ad tollendam potentiam, quæ
adeſſet,ſed tantùm ad referendum,quòd aderat im-
potentia,vel quòd veriſimiliter adeſſe deberet,ideo
non diſponunt,nec important aliam impotentiam,
præter illam,quæ adeſt, vel veriſimiliter adeſſe po-
teſt; ergo verba enuntiatiua legiſlatoris non diſpo-
nunt, & ideo teſtator non cenſetur ſe conformem
reddere cum verbis enuntiatiuis, vel narratiuis, vel
relatiuis ſtatuti,ſed ſolùm cum verbis diſpoſitiuis
illius.

Tertiò declaratur †, vt teſtator cenſeatur ſe con- 17.
formem reddere cum diſpoſitione ſtatuti, quod vi-
gebat, & erat in vſu tempore ſuæ diſpoſitionis,
non autem cum nouo iure poſtea ſuperueniente.
Corn. *in conſil.82. col.2.verſ. ex alio dico, volum. 1.*
Caſtrenſ. *in conſil.121. col.2. vol.1.* & alij relati per
Honded.*in conſil.14.numer.34.vol.2.* quia ipſe teſta-
tor non potuit vaticinari de eo, quod ſtatuendum
eſſet,& ius quæſitum † per ius commune,nō potuit 18.
reuocari

reuocari per nouum ſtatutum illi contrarium. §. *ſed neque effuſus,auth.quomodo oport. Epiſcop.* §.1. *auth. de menſur. ordin.cleric.*§.*ſancimus,auth.vt determinatus ſit numerus cleric.* Anchar.*in cap.canonum ſtatuta.n.* 229. *& ſeq.de conſtit.* Alberic. *in l.leges,& conſtitutiones. C. de legib.* & de hac re latiùs ſcripſi *in voto* 17. inter deciſiones Piſanas.

19. Quartò declaratur, vt mens teſtatoris † ſit conformis ſtatuto, quò ad illam declarandam,vt quanto minus corrigat ius commune,quia diſpoſitio teſtatoris æquiparatur ſtatuto. Curt. *in conſil.* 5. *num.* 18. latè per Tiraquell.*de retract. conſanguin. ad finem* 20. *numer.*14. Ideo valet † argumentum ab vltimis voluntatibus ad ſtatuta, & è contra.Iaſ.*in conſil.*52. *volum.*1.& alij per Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit.* 7. *numer.*5. Sed ſtatutum ſemper eſt interpretandum, vt quantò minus corrigat ius commune. *cap. cùm dilectus. de conſuetud.* Roland.*in conſil.*.72.*num.*37.*& plur.ſeq.vol.*3. Pariſ. *in conſil.* 59.*numer.*23.*vol.*3.Menoch.*in conſil.*497. *num.* 18 .*vol.*5. Honded. *in conſil.* 1. *num.* 33. *volum.* 1. qui alios referunt; ergo etiam teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum iure ſtatutario, quanto minus corrigi poſſit ius commune,& ita in puncto arguit Menoch. *in d. conſil.* 497. *numer.*18.

21. Quintò declaratur, vt teſtatoris † mens non cenſeatur conformis iuri municipali, quando teſtator ab eo receſſit. Ruin. *in conſil.* 36. *col. pen. verſ. & ea ratione.volum.* 3. Mantica *in conſil.* 390. *numer.* 8. *in fin.volum.*2.Pariſ. *conſil.*78. *numer.*26. *& ſeq. volum.* 2. Cephal. *in conſil.* 529.*numer.*26. *& ſeq. volum.*4. Ideo ſi ſtatutum excludit feminas propter maſculos, ratione agnationis conſeruandæ, teſtator qui voluit conſeruare etiam agnationem, cenſetur teſtamentum ſuum feciſſe, vt patiatur dictam ſtatuti interpretationem, ſed ſi teſtator receſſit à 22. diſpoſitione dicti ſtatuti, vt quia vocauit † feminas, tunc non cenſetur habuiſſe rationem agnationis conſeruandæ. Bald. *in conſil.* 473. *vol.* 5. Alexand. *in conſil.*115.*numer.*10.*volum.*2. Socin. *in l.cùm auus numer.*82. *verſ.ſecundus caſus.ff.de condit. & demonſtrat.* Dec. *in conſil.* 370. *numer.* 30. Curt. iun. *in conſil.* 172. *numer.*4. *& ſeq.* Socin. iun. *in conſil.*6. *numer.*20. *volum.*1. Crauett. *in conſil.* 180. *numer.*1. *& conſil.* 306. *numer.* 5. Mantic. *lib. 6. tit.* 15. *numer.*9. & ita eius teſtamentum non eſt interpretandum de iure municipali. Item quia faciliùs 23. eſt admittenda interpretatio †, per quam fiat reditus ad ius commune, quia eſt benignior. *cap. ſtatutum*, & *ibi* gloſſ. *in ver. ſed contrarium credo,de præbend.lib.*6. Crauett.*in conſil.*173.*num.*3.& alij per Cephal.*in d. conſil.*429.*numer.*29. *& ſeq.* ſicut è contra difficilius eſt admittenda interpretatio contra ius cõmune,quia omnis à iure receſſus dicitur odioſus. *cap.*1.*&* 2.*de filiis presbyt. lib.*6. *l. ius ſingulare. l. quod contra. ff. de legib.* & latiùs per Crauett. *in d. conſil.* 173.*numer.*3.

Quæ de iure municipali ſcripta ſunt, etiam conſuetudinem includunt, nam & ipſa ius 24. municipale † eſt. §. *conſtat. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. cap. conſuetudo. diſtinction.* 1. & à ſtatuto ſolùm differt in forma, vt per ſcribentes *in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur.* ergo vbi extat aliqua conſuetudo, ad quam diſpoſitio quæuis referri poteſt, talis diſpoſitio ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, ab ea conſuetudine interpretationem recipit. Signorol. *in conſil.* 148. *numer.* 6. Innoc. *in cap. cùm olim,in princip.de verb.ſignificat.* & latiſſimè probat hanc concluſionem Mantica *de coniectur. lib.* 6. *tit.*8. *per totum.* Sed hoc inter ipſos ciues intelligo, quia conſuetudines ſunt pactiones ciuium, vt *in rubric.C. de decret. decur. lib.* 10. & *ibi* hoc notat Lucas, & ita quodammodo ſunt contractus ciuium, propterea debent latius interpretari, quàm ſtatuta. Ideo in ſtatutis, quæ loquuntur in caſu prouiſo à iure communi, non habet locum argumentum à contrario ſenſu. Bartol. *in l. omnes populi in 6. quæſt. principali*; ſed in contractibus non ita diſtinguitur. *l. ſi pecuniam.ff.ſi cert. pet.* etiam ſi ſint ſtricti iuris. Roman.*in conſil.*339. Capyc. *deciſ.* 21. *numer.* 5.Item conſuetudo † potentius operatur,quàm ſtatutum. 25. Felin. *in cap.*1.*numer.*4.*& ſeq.de ſponſalib.* quia trahitur ad caſus ſimiles,quod non eſt in ſtatuto.Angel. *in conſil.*52. Alexand. *in conſil.*119.*numer.*14.*vol.*6. & de præſtantia conſuetudinis plura ſcribit Cardinal.Alban. *in Addit.ad Bartol.ſuper l.de quibus.ff. de legib.* & Connanus *in commentariis iuris ciuilis lib.* 1. *cap.* 10. Item ratio eſt, quia ſanctiora videntur eſſe quæ moribus, quàm ea quæ legibus afferuntur, quia leges vtplurimum dantur inuitis,& recuſantibus ab eo, qui plus poteſt; ſed conſuetudo per ſe influit in mores hominum, ſic vt vel à natura putetur eſſe, aut ab antiquis paciſcentibus bono publico inſtituta. Riminald. iun. *in conſil.*758.*num.*27. *volum.*7. Ciues igitur ſecundùm loci conſuetudinem diſpoſuiſſe cenſentur,& ab ea diſpoſitio interpretationem recipere debet. Item aliquando etiam à conſuetudine † vicinorum locorum interpretatio 26. ſumenda eſt, quia etiam ſi ea loca non ſint vt caput prouinciæ, ſeruanda eſt, ſi rationabilis eſt, & contra ius non exiſtat. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 164. *col.*4. *verſ. tum etiam quia. volum.*2. per text.*cap. cùm olim. de conſuetud.* Innoc. *in cap. dilecto, de offic. Archidiacon.* Raudenſ. *in tract. de Analogis, cap.* 35. *numer.* 46. & latiùs per Riminald. iun. *in conſil.* 26. *numer.* 28. *volum.*1. qui loquitur, etiam ſi conſuetudo vicinorum ſit oneroſa, & multos allegat, *& in conſil.*57.*numer.*11.*eod.volum.*1. licèt aliquando limitetur,vt per eundem *in conſil.*505.*num.*7. *&* 53. *& ſeq.volum.*5.

Declaratur iſte articulus conſuetudinis, vt comprehendat etiam diſpoſitiones † clericorum,quoniã 27. etiam ipſi ſunt de diſtrictu temporali. *cap.final. de offic. delegati lib.*6. Ancharan. *in cap. dilecti. de foro compet.*vbi Felin.ſcribit, clericos dici de prouincia, & venire appellatione ciuiũ. *c.cùm nullus. de tempor. ordinat. lib.* 6. Franciſc.Marc. *deciſ.* 456.*num.*9.*part.* 1. ergo etiam illorum teſtamenta à iure † municipali 28. interpretationem recipere debent, & in hanc ſententiam concurrit etiam Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 7. numer.* 19. Niſi clerici,& Eccleſiaſtici alio iure vterentur, quòd ſi non apparet, ſecundùm conſuetudines ciuitatis diſpoſuiſſe dicuntur, nam etiam ipſi dictis conſuetudinibus ligantur.Abb. *in cap.Eccleſia ſancta Mariæ.num.*13. *de conſtit.* vbi quòd lex ciuilis loquens de contractu emptionis,vel ſimilis,debet ſeruari inter perſonas Eccleſiaſticas, ex quo non contradicit canoni, & poteſt afferre commodum & incommodum. *cap.* 1. *de noui oper.nuntiat.* Felin. *in d.cap. Eccleſia ſancta Mariæ numer.*66.Ancharan.*in cap.canonum ſtatuta.de conſtit.* Abb. *in conſil.* 66. *part.* 2. Maranta *in diſputat.* 8. *numer.*20.& eſt text. *l. de fideicommiſſo*, vbi omnes notant. *C. de tranſact.* quòd non dicitur grauamen quod poteſt ſe habere ad damnum, & lucrum. Iaſ. *in conſil.* 63. *col.* 7. *verſ. quartò facit. volum.* 3. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 379. *quæſt.* 2.*volum.*1. Item multò magis hæc concluſio intelligitur,quando ipſi clerici † facti ſunt hæredes à laicis perſonis, nam 29. illorum teſtamenta, ſpretis ſollemnitatibus iuris

municipalis facta, nullius ſunt roboris, nec momenti. Maranta *diſputat*. 8. *numer*. 27. Abb. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. numer*. 43. Felin. *numer*. 82. vbi dicit, hoc idem tenere Bartol. *in d. l. omnes populi*. Io. de Immol. *in cap. Eccleſia, vt lite pendente*. Corn. *in conſil*. 64. *col. pen. verſ. confert etiam ad prædicta volum*. 3.
30. Nam cùm quærimus de facultate † competente circa rem, debent ſeruari ſtatuta, & conſuetudines loci. *l. ſi ſine herede. § Lucius ff. de adminiſtr. tut. l. an in totum. C. de ædific. priuat. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædiorum. l. forma. ff. de cenſib*. Cyn. *in l*. 1. *col. penult. verſ. ſecundò quæro. C. quæ ſit longa conſuetud*. Bartol. *in l. cunctos populos. in* 5. *quæſt*. Alberic. *in* 1. *part. ſtatut. quæſt*. 31. Florian. *in l*. 1. *ff. de vſuris*.
31. Item declaratur, quòd iſtæ conſuetudines † non ligant forenſes; ergo ſi iſti teſtantur in loco conſuetudinum, non cenſentur illis ſe conformem reddere velle. Antecedens probatur per gloſſ. *in cap. quæ contra. diſtinct*. 8. vbi dicit, quòd forenſes, vel peregrini, vel ſcholares non ligantur conſuetudine loci, & *ibi* Archidiacon. dicit, quòd Doctor inter ſcholares iudicabit ſecundùm iura communia, & non ſecundùm conſuetudinem ciuitatis, in qua ſtudium viget. Item probatur, quia conſuetudo eſt lex non ſcripta. *d. §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natural. gent. & ciuil*. Sed lex non ligat eos, qui non ſunt ſubditi. *cap. vt animarum. de conſtitut. lib*. 6. *l*. 1. *C. de ſumma Trinit. & fid. Catholica*, & *ibi* dicit Odofred. quòd conſuetudo ciuitatis non ligat ſcholares, & Oldrad. *in conſil*. 248. vbi quòd conſuetudo Pariſienſis non ſeruatur in forenſibus, quia conſuetudo localis non ligat niſi ſubditos. *l*. 2. *C. quæ ſit longa conſuetud*. Roman. *in conſil*. 163. vbi multa ad hoc allegat. Item ad hoc facit text.
32. *cap. certificari. de ſepultur*. vbi quòd quælibet † patria ſuo ſenſu abundat, & conferunt latiſſima ſcripta, per Curtium *in ſuo tractatu de conſuetudine. quæſt*. 12. Item probatur, quia conſuetudines non extenduntur ad bona extra diſtrictum, ideo
33. filia femina † excluſa per conſuetudinem, in bonis extra diſtrictum ſuccedet ſimul cum maſculis. gloſſ. *in conſuetudine Neapolis. incip. ſi moriatur. in ver. facultatem, numer*. 69. *& ſeq*. Idem de aliis coniunctis. gloſſ. *in conſuetudine, ſi quis, vel ſi qua, in ver. in bonis omnibus. numer*. 173 gloſſ. 1. *in verſ. ſed an intelligatur, in conſuetudine Neapolis, incip. ſi Eccleſia*, vbi dicit, debere conſiderari, vbi poſſeſſiones ſitæ ſunt, & *ibi numer*. 174. gloſſ. *in conſuetudine prima, in ver. geſtorum. col. final. numer*. 21. *de inſtrument. confeſſ. procur*. vbi quærit, an geſta, de quibus ibi, poſſint fieri extra territorium, & dicit quòd ſic; ſed gloſſ. *in conſuetudine* 2. *eiuſdem tituli. numer*. 26. quærit, an curiales, de quibus ibi, poſſint conficere inſtrumentum extra diſtrictum Neapolis. Item gloſſ. final. *in conſuetudine prima, numer*. 18. *in titulo, in quibus rebus habeat locum quarta*, vbi dicit, quòd illa conſuetudo, quæ diſponit, mulierem in bonis feudalibus non habere quartam, non habet locum in bonis extra terri-
34. torium: conſuetudines igitur † quæ non ligant extra territorium, non poſſunt comprehendere forenſes; ergo ſi in loco conſuetudinis teſtamentum faciant, potius iuri communi, quàm municipali conformes ſe reddere voluiſſe credendum eſt, à quo iure communi eorum teſtamenta interpretationem habere debent.

ARTICVLVS II.

An teſtamentum declaretur ex confeſſione teſtatoris ante vel poſt teſtamentum emanata.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum declaratur per verba enuntiatiua teſtatoris.*
2. *Voluntas teſtatoris non attenditur, niſi tranſiuerit in diſpoſitionem.*
3. *In interpretanda volũtate teſtatoris nõ eſt diuinandũ.*
4. *Teſtator non præſumitur voluiſſe, quod verbis diſpoſitiuis non expreſſit.*
5. *Fideicommiſſum tacitum inducitur, quando tranſit in diſpoſitionem.*
6. *Teſtatoris voluntas eſt intelligenda ſolum ex iis, quæ ſcripta ſunt in inſtrumento teſtamenti.*
7. *Voluntatis mutatio non præſumitur, quæ tranſiuit in diſpoſitionem.*
8. *Verba enuntiatiua ante teſtamentum prolata non inducunt diſpoſitionem.*
9. *Legata non cenſentur facta per verba enuntiatiua.*
10. *ſecus in fauorem Eccleſiæ.*
11. *Actus perfecti recipiunt declarationem.*
12. *Teſtamentum declaratur ex dictis à teſtatore poſt illud factum.*
13. *Voluntas teſtatoris declaratur ex eo quod poſtea geſtum eſt.*
14. *Declaratio teſtamenti debet fieri coram legitimo numero teſtium.*
15. *Probatio legitima voluntatis debet fieri per ſeptem teſtes.*
16. *Teſtamenti error an poſſit probari per pauciores teſtes.*
17. *Voluntas explicita in teſtamento poteſt declarari in codicillo.*
18. *Volũtas teſtatoris quæ eſt ambigua in iure poteſt probari per verba teſtatoris, & per pauciores teſtes.*
19. *Subſtitutio pupillaris contenta in vulgari, an excludat matrem, poteſt declarari per verba teſtatoris enuntiatiua.*

SOlent cauſidici vltimarum voluntatum cauſas, quæ in puncto iuris ſuper illarum verbis decidendæ ſunt, variis atteſtationibus intricare, quia text. *l. cùm proponebatur. de legat*. 2. diſponit, per verba enuntiatiua teſtatoris, ea quæ in teſtamẽto † geſta ſunt, probari poſſe. Idcirco pro reſolutione ipſius articuli, duo caſus conſiderari poſſunt. 1.

Primus caſus eſt, de iis, quæ teſtator dixit ante teſtamentum, & iſta verba enuntiatiua non poſſunt probare voluntatem in teſtamento explicatam, quia voluntas † teſtatoris non attenditur, niſi 2.
tranſiuerit in diſpoſitionem. *l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred inſtit*. vbi notant Bald. & Immol. Nec prodeſt imaginatio quòd teſtator ita voluerit, & ita ſenſerit. *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellect. legat*. Socin. *conſil*. 104. *numer*. 8. *volum*. 1. & probat Roland. *in conſil*. 51. *numer*. 7. *volum*. 3. quòd non eſt curãda ea voluntas teſtatoris, quę in diſpoſitionẽ non tranſiuerit, ipſa vltima voluntas mutabilis eſt, *l*. 4. *ff. de adim. legat. l. ſi quis in principio. de legat*. 3. potuit aliquid ante teſtamentum dicere, cuius ſe pœnituerit, & circa illam interpretandam †, non eſt diuinandũ. Bald. *in conſ*. 235. *in princip. vol*. 5. Sæpiſſimè 3.
enim

enim erramus, dum credimus animum teſtatoris intueri, quem non videmus, Bald. *in l. precibus, num. 32. C. de impuber. ſubſtit.* Mantic. *lib. 3. tit. 2. numer. 1. & ſeq.* ergo illam fuiſſe ſuam voluntatem credendum eſt, quam verbis diſpoſitiuis expreſſit, quia
4. non præſumitur voluiſſe, quod † verbis expreſſis non diſpoſuit, Decian. *conſil. 1. num. 21. vol. 1.* Neque ſufficit dicere, teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſponat. *l. quidam cùm filium*, & *ibi* Bald. *in 3. notab. ff. de hered. inſtit.* Immol. *num. 3.* Item tacitum fidei-
5. commiſſum † tunc habetur pro expreſſo, quando illud tacitum tranſit in diſpoſitionem, vt per Bald. & Immol. *in d. l. quidam cùm filium*, Socin. *in l. in ambiguo in 5. notab. numer. 6. ff. de reb. dub.* Iaſ. *in l. 3. num. 3. C. de liber. præterit.* Item voluntas teſtatoris non ſimpliciter attenditur, ſed illa tantùm quæ cohæret expreſſæ diſpoſitioni, Bald. *in c. mandatum. num. 2. de reſcript.* Item ad hoc textus eſt notabilis *l. in his. ff. de condit. & demonſtr.* vbi Iuriſconſultus dicit: In his, quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono, & æquo interpretationem capere; ea verò quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundùm iuris ſcripti rationem expedire. Idcirco nihil aliud eſt quærendum, quàm quod in
6. ipſo inſtrumento † teſtamenti ſcriptum eſt, vt notat Bald. *in l. final. C. de falſa cauſ. adiect.* & illud quod non dicit ſcriptura, neque nos dicere debemus. Baldus *in c. Rodolphus. num. 21. de reſcript.* Item licèt vo-
7. luntatis mutatio † non præſumatur, etiam ex interuallo, vt probat Menoch. *in conſil. 203. numer. 20. & plur. ſeq. vol. 3.* & Roland. *in conſil. 31. num. 7. & ſeq. vol. 4.* qui per plura ſimilia exornant: tamen hoc eſt intelligendum, quando voluntas tranſiuerit in
8. diſpoſitionem; ſed verba enuntiatiua, quæ ante † teſtamentum dicta fuere, non tranſiuerunt in diſpoſitionem; ideo non poteſt ex eis aliqua volun-
9. tas deprehendi, quia verba enuntiatiua † legatorū non inducunt illorum diſpoſitionem, quamuis aliàs legata ſolo nutu relinqui poſſint, *l. nutu. ff. de legat. 2.* Iaſ. *in l. ſi ita legatum, num. 8. de legat. 1. & in l. ſi res obligata. ff. eod. tit.* Item quia verba enuntiatiua ſtatuti, non inducunt diſpoſitionem. Alexand. *in conſil. 82. col. pen. vol. 3. & in conſil. 17. vol. 2.* Lapus *allegat. 80.* Sed validum eſt argumentum de ſtatutis ad vltimas voluntates. Iaſ. *in conſil. 52. vol. 1.* ergo verba enuntiatiua dicta ante teſtamentum, nō poſſunt interpretari diſpoſitionem in teſtamento factam; quia illis verbis ſtandum eſt, quæ in ipſo inſtrumento teſtamenti ſcripta ſunt, & boni cauſidici potius debent magnificentia honoraria optimis Iuriſconſultis benè conſulentibus elargiri, quàm ſuos clientes, & cauſas inutilibus atteſtationibus intricare.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in verbis
10. enuntiatiuis dictis ad fauorem Eccleſiæ †, quia illa operantur diſpoſitionem, & acquiſitionem. *c. final. de ſucceſſ. ab inteſt.* vbi Anton. de Butr. *num. 29.* Abbas *numer. 11. verſ. ſed ſaluando eos.* Bartol. *in l. 1. numer. 77. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Zabarell. *in c. iudicante. num. 2. verſ. quæro. de teſtam.* Abb. *in conſil. 11. num. 2. verſ. nam ad pias cauſas, part. 1.* Iaſ. *in l. ex his. num. 2. verſ. quintò limita. C. de milit. teſtam.* Alexand. *in conſil. 190. num. 24. & ſeq. volum. 6.* Afflict. *deciſ. 83. num. 5.* Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 86.* & ita fuit iudicatum in Rom. Cur. 26. Maij 1602. coram Pamphilo.

Secundus caſus eſt de iis, quæ teſtator dixit poſt
11. teſtamentum, nam actus † perfecti recipiunt formam declaratoriam. Bald. *in l. precibus. num. 10. C. de impuber. ſubſtit.* vbi quòd hoc eſt verum, etiamſi verba prolata fuerint ex interuallo, Paul. de Caſtro *in conſil. 344. circa finem vol. 1.* vbi quòd voluntas dubia in donatione declaratur ex his, quæ poſtea donans dixit in ſuo teſtamento, *l. vxori. §. final. de legat. 3.* Item quòd ex dictis, vel geſtis à teſtatore † 12.
ex interuallo poſt teſtamentum declaretur eius voluntas, ſcripſerunt Mantic. *de coniectur. lib. 5. tit. 15. num. 3. & ſeq.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. voluntat. lib. 1. ſolut. 5. num. 44. & ſeq. fol. 19.* vbi latiſſimè ſcribit, Socin. iun. *in conſil. 167. num. 11. & 20. vol. 2.* Decian. *in conſil. 57. num. 49. vol. 1.* qui alios allegant. Item voluntas teſtatoris † declaratur ex 13.
eo, quod poſtea geſtum eſt. *l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. cùm quis. C. de natural. liber.* Item poteſt declarari in codicillis. Aretin. *in conſil. 84. num. 5.* & poſt alios Rota *deciſ. 621. num. 3. part. 1. in Nouiſſ.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, ſi declaratio † 14.
voluntatis facta fuerit coram legitimo numero teſtium, ita dicit text. *d. l. cùm proponebatur. de legat. 2. in verb. coniectura*, vbi gloſſ. exponit, id eſt, per legitimum numerum ſeptem teſtium in teſtamento, vel quinque teſtium in codicillo, & hanc ſententiā ſequuntur ibi omnes. Bart. *in fin.* dicit, ita probari dictā cōiecturam. Alberic. dicit quòd legitima pro-
batio † voluntatis eſt per ſeptem teſtes, ſecundùm 15.
opinionem Io. qui veritatem dicit, & licèt Bartol. dicat, hoc non procedere, quando agitur de pro-
bando errore † teſtamenti, quia tunc per paucio- 16.
res teſtes probari poteſt, vt etiam dixit *in l. ſi quis in fundi vocabulo. de legat. 1.* vbi quòd ſi teſtator dixerit coram aliquibus, voluiſſe legare fundum Titianum, & per errorem fuiſſe ſcriptum Sempronianum, quaſi velit, quòd dictus error teſtatoris per eum declaratus poſſit probari per pauciores teſtes: tamen hæc opinio non procedit, & contrarium eſt probatum in præcedenti caſu, nam in his quæ in facto conſiſtunt, ſtandum eſt ſcripturæ facti, & teſtator coram ſeptem teſtibus mutare debebat, vel
corā quinque in codicillo declarare †, Rota *deciſ...* 17.
& *l. quoties. §. 1. ff. de hered. inſt.* non probat intentionē Bart. circa probādum errorem vigore declarationis factæ per teſtatorem coram pauciori numero teſtium, ſed ſi ageretur de ambiguo iuris, & teſtator declaraſſet ſuam voluntatem, quónam modo illud
ambiguum † intellexerit, tunc credo declarationē 18.
illā per pauciores teſtes probari poſſe, & ita intelligo doctrinam Bartol. *in l. 2. in princip. n. 40. ff. de vulgari, & pupill.* vbi quòd etſi dubium ſit, an ſi te-
ſtator ſubſtituendo vulgariter † impuberi, voluerit 19.
pupillarem tacitam in ea contentam comprehendere matrem, tamen quando teſtator aliqua verba dixerit, per quæ ſignificauit, matrem excluſam eſſe, dicendum eſt eam non admitti ex d. tacita pupillari, quam doctrinam ſequuti ſunt Ripa *ibid. numer. 52.* & Socin. iun. *num. 112.* & Socin. ſen. *in conſil. 23. num. 9. vol. 1.* Ruin. *in conſil. 4. in fin. volum. 1.* Hæc enim declaratio ita probata, admitti poteſt ſuper declaratione voluntatis in ambiguo iuris, ſed ea quæ in facto conſiſtunt, & à teſtatoris potentia dependent, non poſſunt coram pauciori teſtium numero declarari, ſed illorum legitimus numerus eſſe debet, aliàs iam diſpoſitis ſtandum eſt, vt probaui.

ARTICVLVS III.

An teſtamentum declaretur ex aliis partibus eiuſdem, vel alterius teſtamenti reuocati.

SVMMARIA.

1. *Teſtamenti vna pars alteram declarat, & num.4.*
2. *Verbum* ſubſtituo, *quando intelligatur de ſubſtitutione directa.*
3. *Statuti vna pars alteram declarat.*
5. *Qualitas in vna parte teſtamenti quando ſubintelligitur in altera.*
6. *Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita in altera parte teſtamenti, & qui teneant contrarium, num.8. contrarium num.9.*
7. *Filiorum appellatione quando non veniant feminæ.*
10. *Maſculinitatis qualitas ſemper cenſetur repetita in feudalibus.*
11. *Teſtamentum ſecundum an poſſit declarari ex teſtamento reuocato, & num.14.*
12. *Prohibitio alienationis non cenſetur repetita in ſecundo teſtamento.*
13. *Teſtamentum primum cenſetur reuocatum quo ad omnia per ſecundum.*
15. *Conditio viduitatis in vna diſpoſitione non cenſetur repetita in altera.*
16. *Voluntatis mutatio præſumitur, quando res non permanet in eodem ſtatu.*
17. *Statuto, & lege correcta, cenſentur correcta omnia quæ eius occaſione facta fuere.*
18. *Statutis reuocatis, omnes reformationes reuocatæ cenſentur.*
19. *Voluntas teſtatoris deprehenditur ex actu nullo.*
20. *Vltima voluntas, & voluntas vltima quomodo differant.*
21. *Voluntas non colligitur ex actu reuocato.*

REGVLA conſtituenda eſt affirma-
1. tiua †, per text. *l. qui filiabus. de legat.*
1. vbi ſi teſtator in aliqua parte teſtamenti fecit mentionem poſthumę, tunc appellatione filiarum, etiam illæ veniunt. Item ad hoc *l. ſi ſeruus plurium. §. final. ff. eod. tit.* Ideo Bartol. *in l. centurio, num. 27. ff. de vulgari, & pupill.* dicit, ſi teſtator in vna parte teſtamenti accepit ſubſtitutionem pro directa, & in alia
2. parte verbum *ſubſtituo* † fuit ſimpliciter appoſitum, debet intelligi etiam de ſubſtitutione directa, eo quia ita teſtator in alia teſtamenti parte declarauit, & *ibidem* Rip. *num.* 124. & ita reſponderunt Corn. *in conſil. 57. col.pen.verſ. non enim. vol. 2. & in conſil. 9. col.3. vol. 3.* & eſſe doctrinam communiter approbatam, atteſtatur Pariſ. *in conſil. 86. num. 55.*
3. *vol.2.* Item comprobatur quia † ſtatuti vna pars alteram declarat. Bartol. *in l. prætor ait. §. eritque differentia. ff. de vi bon. rapt. l. non eſt nouum. l. ſed & poſteriores. ff. de legib.* Corn. *in conſil.* 183. *col.* 2. *vol.*2. Dec. *in conſ.* 81. *col.3. in fine,* Angel. *in l. vtrùm. ff. de petit. hereditat.* Socin. *in conſil. 9. num.8. vol.3.* Socin. iun. *in conſil.* 19. *n.7. vol.* 1. & argumentum à ſtatuto ad vltimas voluntates eſt validũ de iure, vt ſæpe probauimus in præcedentibus. Quamobrem teſta-
4. mẽti altera pars alteram † declarabit, vt etiã reſpõderunt Anchar. *in conſil.* 113. *n.6.* Socin. iun. *in conſil.* 170. *n.* 32. *vol.* 2. Grat. *in conſil. 5. col.pen.vol.2.* Sicut etiam declarantur codicilli ex iis, quæ in teſtamento ſcripta ſunt. Alexand. *in conſil.56.vol.3.* Paulus de Caſtr. *in conſil.* 218. *vol.* 1.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando concurrit eadem ratio ſubintelligendi qualitatem † in 5.
altera teſtamenti parte expreſſam, ſecus ſi dicta ratio non concurreret: vt ſi teſtator in vna parte teſtamenti faceret mentionem de filiis maſculis, & in altera parte de filiis ſimpliciter mentionem fecerit, tunc ſi in dicta altera parte non concurrit eadem ratio † maſculinitatis, illa non cenſetur repe- 6.
tita, vt poſt alios relatos probat Ioan. Vincent. de Anna *allegat.* 10. *num.* 26. Nam ſi appellatio filiorum facta in altera parte teſtmenti eſt fauorabilis, illa etiam † feminas comprehendit. Dec. *in con-* 7.
ſil. 441. *num.*11. Item ſi non eſt conſiderabilis ratio conſeruandæ agnationis, item agatur ne filia excludatur ab hæreditate patris, quæ materia fauorabilis eſt, Bald. *in conſil. 396. in fin. vol. 3.* Alex. *in conſil. 158. num.8. vol.6.* tunc enim qualitas maſculinitatis in altera parte repetita non cenſetur, multò magis, quando concurrere poteſt aliqua ratio propter quam intellexerit etiam de feminis, ad tradita per Corn. *in conſil.* 124. *num.21. vol.2.* Socin. iun. *in conſil.* 135. *num.6. vol.1.* Ruin. *in conſil.* 168. *n.* 13. *vol.* 3. Et licèt magnus numerus Doctorum teneant, quòd ſi teſtator in altera parte teſtamenti fecit mentionem † de filiis maſculis, & in altera de 8.
filiis ſimpliciter, tunc in ſecunda etiam de maſculis intellexiſſe cẽſeatur, quos refert Gabriel *in conſil.*97.
num. 28. *vol.*1. † Tamẽ magis communis opinio eſt 9.
in contrarium, vt *ibid.* atteſtatur Gabriel, ita etiam atteſtatur Alciat. *in conſil. 8. num. 23. lib.9.* ita etiam atteſtatur Riminald. ſen. *in conſil.* 78. *numer.* 24. *& ſeq. vol.* 1. Nam ſi teſtator voluiſſet etiam de maſculis in altera teſtamenti parte intelligere, vtique expreſſiſſet, ad *l. vnic. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend.* & hanc opinionem magis communem ſequuti ſunt Io. de Anan. *in conſil.* 12. *in fin.* Anchar. *in conſil.* 120. Alexand. *in conſil. 55. col. pen. vol. 3. & in conſil.* 58. *num.6. vol.6.* Dec. *in conſil. 339. col.2.* Socin. *in conſil. 27. in fin. vol.* 2. Curt. iun. *in conſil.* 49. *col.3.* Zuccardus *in l. final. num. 68. C. de edicto diui Adr. tollend.* Berous *in conſil.* 110. *num.27. volum.2.* Ruin. *in conſil. 93. num. 13. vol.2.* Cephal. *in conſil.* 68. *num.*17. Riminald. iun. *in conſil. 59. num.56. vol.* 1. & latiſſimè hanc concluſionem probat Gerard. Mazel. *in conſil. 1. per totum, & ibi* Addentes in ſubſcriptionibus, qui plurimos alios referunt; addo etiam Io. Vinc. de Anna *allegatione* 138. & Decian. *in conſil. 1. num.* 131. *vſque ad num.* 152. *vol.*2. Mantic. *lib. 11. tit.14. n.* 10. Petegr. *art.* 22. qui plurimos referunt. Sed hæc concluſio non procedit in † feu- 10.
dalibus, in iſtis enim ſubiecta materia facit, vt ſemper qualitas maſculinitatis repetita cenſeatur, Pariſ. *in conſil. 72. num. 31. & ſeq. vol.*4. Peregrin. *in conſil. vol.*5.

Secundus caſus eſt de teſtamento † reuocato, 11.
quod videtur declarare teſtamentum ſecundo loco factum, vt ſi teſtator fecerit primum teſtamentum, in quo filios inſtitutos grauauit de reſtituendo nepotibus ſi deceſſerint ſine filiis maſculis, & in ſecundo teſtamento filij filiorũ ſimpliciter in conditione poſiti fuere, tunc qualitas maſculinitatis appoſita in primo teſtamento, cenſetur repetita in ſecundo, per text. *l. cùm tacitum. ff. de probat.* vbi tacitum fideicommiſſum relictum incapaci in primo teſtamento, intelligitur repetitum ab eodem in ſequenti teſtamento, illa ratione, vt dicunt Doctores, quia mutatio voluntatis non præſumitur. *l. non ad ea. ff. de condit. & demonſtrat. l. eum qui. ff. de probat.*

ſ. maio

c. maiores. de Baptiſm. c. in præſentia, & ibi Dec. n. 69.
de probat. Alciat. regul. 2. præſumpt. 28. Surd. in con-
ſil. 35. num. 8. vol. 1. Roland. in conſil. 31. num. 7. &
ſeq. vol. 4. qui hanc regulam exornat.

Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem,
nam Bartol. in l. Statius Florus, in princip. ff. de iure
fiſci, quærit, ſi teſtator legauit fundum alieni in pri-
mo teſtamento cum conditione, quòd abalienetur
12. extra familiam, & in ſecundo † teſtamento, reuo-
cante primum, legauit eidem ſimpliciter, tunc pro-
hibitio alienationis extra familiam nō cenſetur re-
petita in ſecundo teſtamento, & ratio eſt, quia pri-
13. mum teſtamentum † reuocatum per ſecundum,
cenſetur eſſe quoad omnia reuocatum, vt ſcripſi ſu-
prà in hac parte. quæſt. 4. artic. 5. & reuocato teſta-
mento omnia reuocata eſſe cenſentur, Alexand. in
conſil. 70. n. 11. vol. 2. Dec. in conſil. 190. num. 3. &
ſeq. & num. 10. Barbat. in conſil. 59. num. 12. vol. 1. Curt.
iun. in conſil. 163. num. 18. Ruin. in conſil. 144. num.
17. vol. 2. & ſi teſtator in ſecundo teſtamento idem
voluiſſet, vtique expreſſiſſet, argum. d. l. vnicæ. §.
ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. non enim vi-
detur voluiſſe, quod non expreſſit. Decian. in con-
ſil. 1. num. 21. vol. 1. Socin. iun. in conſil. 111. num. 28.
vol. 1. vbi plura allegat. Et licèt vna pars teſtamenti
alteram declaret, vt ſcripſi in præcedenti caſu, ta-
men ſecus eſt in teſtamento reuocato, nam illud
14. non declarat † teſtamentum ſecundo loco factum,
Alex. in conſil. 70. n. 2. & ſeq. vol. 2. Menoch. in lib. 4.
præſumpt. 176. qui poſt Ruin. in d. conſil. 144. n. 17.
vol. 2. reſpondet ad d. l. cùm tacitum. de probat. Item ad
15. hoc cōfert, quia conditio † viduitatis in vna diſpo-
ſitione appoſita, non cēſetur in altera repetita. Bar-
tol. in conſil. 39. part. 1. Bald. in conſil. 153. vol. 5. & in
l. final. quæſt. vltima. C. de indict. vid. tollend. Cuman.
in conſil. 22. & conſil. 47. Alexand. in conſil. 66. vol.
3. & in conſil. 227. num. 9. vol. 6. Socin. conſ. 8. num. 6.
vol. 2. & quòd conditio viduitatis appoſita in lega-
to facto in teſtamento, non intelligitur repetita in
legato facto in codicillis, Socin. in conſ. 10. verſ. ve-
rum præfatis non obſtantibus. vol. 1. Natta in conſ. 459.
vbi quòd conditio viduitatis appoſita in legato v-
ſusfructus non cenſetur repetita in ſubſtitutione
facta vxori, & ibid. numer. 6. reſpondet rationi-
bus Pauli de Caſtro, qui contrarium ſentiebat, &
dicit eſſe fragiles rationes; quamobrem ſi hæc
ſunt vera in illis diſpoſitionibus, quæ ſimul
ſtare poſſunt, multo ſunt veriora, quando præce-
dens diſpoſitio reuocata fuit, nam ſi teſtator in
ſecundo teſtamento idem voluiſſet, vtique expreſ-
ſiſſet; non ergò ex teſtamento, reuocato poſſumus
declarare ſecundum teſtamentum reuocans, & illa
16. regula quòd voluntatis † mutatio non præſumitur,
non procedit, quando res in eodem ſtatu non ſunt,
ſed aliquid ſuperuenit, vnde mutatio voluntatis
colligi poſſit, ad l. ſi hominem. ff. mandati, & l. cùm
Cornelius, in ſine. ff. de ſolut. & latè per Tiraquell. in
in l. ſi vnquam, in princip. num. 161. C. de reuocand. do-
nat. Sed quando quis fecit ſecundum teſtamentum,
habuit aliquam cauſam mutandæ voluntatis, ideo
res non ſunt in eodem ſtatu, vnde teſtamento re-
uocato, etiam omnes eius partes reuocatæ cenſen-
tur, etiam ad effectum interpretandi voluntatem
reuocantem. Item quia à ſtatuto ad vltimas vo-
luntates validum eſt argumentum, ſed ſtatuto &
17. lege correcta, † etiam cenſentur correcta omnia,
quæ eius occaſione facta fuere. Cyn. in l. tranſigere,
circa finem. verſ. pro hoc optimè. C. de tranſact. per text.
l. final. C. de edicto diui Adr. toll. & ibi Bald. & Ca-
ſtrenſ. & facit c. translato. de conſtit. vbi Bald. dicit
in princip. quòd abolito titulo intelligitur abolita
lex ſua. Idem Bald. in l. 1. in princip. ff. de Latina libert.
toll. vbi quòd reuocatis ſtatutis, cenſentur reuoca-
tæ omnes reformationes † ſtatutorum, quia ſubla- 18.
to principali, tolluntur omnia, quæ ipſum ſequun-
tur, c. fraternitatis. de hæretic. vbi damnato autho-
re, eius ſcripta damnata intelliguntur, niſi ſpecia-
liter approbata fuerint. c. 2. §. final. de ſumma Trinit.
ergo teſtamentum primum reuocatum non poteſt
dare intelligentiam teſtamento ſecundo reuocanti,
niſi in aliqua parte illud reuocatum in reuocante
relatum fuiſſet. Neque obſtat, quòd voluntas † 19.
teſtatoris deprehendatur ex actu nullo, etiamſi eſ-
ſet ſpontanea ſimpliciter, Abb. in c. 1. in 3. not. de
ſucceſſ. ab inteſt. Dec. in conſil. 159. cum aliis latè con-
geſtis per Decian. in conſil. 41. num. 41. vol. 1. & la-
tiùs per Simon. de Pret. de interpretat. vltim. volunt.
lib. 1. num. 54. fol. 5. & per Menoch. in lib. 4. præ-
ſumpt. 15. & Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 20. num. 1.
Quia ex actu nullo deprehenditur voluntas, ſed nō
eſt vltima † voluntas, nam eſt differentia inter vo- 20.
luntatem vltimam, & vltimam voluntatem, ſicut
inter poſſeſſionem bonorum, & bonorum poſſeſſio-
nem, vt declarat Salyc. in l. 1. num. 12. C. de ſacroſ.
Eccleſ. Itaque ex actu nullo colligitur voluntas, quæ
aliquando ſeruanda eſt, ſed non eſt vltima volun-
tas. Item ex actu † reuocato nulla colligi poteſt vo- 21.
luntas, quæ ex cauſa reuocata fuit, & ita res in pri-
mæuo ſtatu non exiſtit.

ARTICVLVS IV.

An teſtamentum declaretur ex obſeruantia ſubſecuta.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum declaratur per obſeruantiam ſubſequutam.*
2. *Obſeruantia declarat quamlibet diſpoſitionem, tam legis, quàm hominis.*
3. *Legati quantitas declaratur ab obſeruantia.*
4. *Conceſſionem fuiſſe realem declaratur ab obſeruantia.*
5. *Statuta declarantur ab obſeruantia.*
6. *Contractus declarantur ab obſeruantia.*
7. *Regalia an fuerint conceſſa, declaratur ab obſeruantia.*
8. *Obligatio ambigua declaratur ab obſeruantia.*
9. *Inueſtitura declaratur ab obſeruantia.*
10. *Obſeruantia, vt declaret actum præcedentem, debet eſſe immediata, cùm primùm occaſio ſe obtulerit.*
11. *Obſeruantia declarat actum, etiamſi non fuerit præſcripta.*

QVANDO ſuper verbis teſtamenti
aliqua ambiguitas exiſtit, obſeruan-
tia † ſubſequuta teſtatoris mentem 1.
declarare ſolet, per text. l. ſed Iulia-
nus. §. proinde. ff. ad Macedon. per cuius
regulā Doctores vnanimiter firmarūt, quòd omnis
diſpoſitio ſiue legis, ſiue hominis, † ſiue inter vi- 2.
uos, ſiue in vltima voluntate, ab ipſa obſeruantia
declarationem recipit, Crauet. in conſil. 764. num.
7. Berous in conſil. 91. num. 10. vol. 1. Menoch. in con-
ſil. 341. num. 23. vol. 4. & latiùs in conſil. 49. num. 20.
& ſeq. vol. 1. Natta in conſil. 406. num. 28. Roland.
in

in conſil. 69. num. 50. vol. 2. Cephal. *in conſil. 172 num. 144. vol. 2.* Surd. *in conſil. 224. num. 7. vol. 2.* Vbi quòd ſi teſtator legauerit prædium Titianum, & legatarius ſolam illius partem acceptauit, illa obſeruan-
3. tia declarat † quantitatem legati, quia legatarius præſumitur de mente teſtatoris informatus, & obſeruantia ſubſequuta declarat teſtamentum. Item ad hoc confert regula *c. cùm dilectus*, & quæ *ibi* notantur de conſuetudine, quòd obſeruantia quæ ſequitur, omnem dubitationem tollit. *l. minimè, & l. ſi de interpretatione. ff. legib.* Item text. *cap. cùm veniſſent. de inſtit.* vbi quia non conſtabat de prima
4. conceſſione, & dubitabatur vtrùm perſonalis, † vel realis exiſteret, deciditur eſſe realem, quia vt realis obſeruata fuerat, & poſſeſſa, vt *ibi* notat Anton. de Butr. *col. 2. in 2. oppoſit. & col. 8. verſ. oppono eum gloſſa*, & *ibi* Immol. *col. 3.* Item non eſt rece-
5. dendum ab obſeruantia † ſtatuti ita interpretati. Bald. *in conſil. 176. vol. 2.* Fulgoſ. *in conſil. 1. in fin. & in conſil. 215. circa finem.* Corn. *in conſil. 58. col. 2. vol. 4.* Dec. *in conſil. 11. & conſil. 344.* Socin. *in conſil. 263. col. 1. volum. 1.* Afflict. *in deciſ. 140.* per text. *l. illud. ff. de excuſat. tut.* & *ibi* Bald. hoc notat, quia voluntas præſumitur interueniſſe in actu per obſeruantiam ſubſequutam diutius ſeruatam, Socin. *in conſil. 68. col. 1. vol. 3.* & latiùs *in conſil. 145. quaſi per totum, vol. 1.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 168. per totum, vol. 1.* Alexand. *in conſil. final. num. 11. verſ. conſuetudo enim. vol. 4.* Crauet. *in conſil. 201. num. 11.* vbi quòd verba ſtatuti dubia ex obſeruantia ſubſequuta recipiunt interpretationem. *& in conſil. 226. num. 6. & conſil. 274. num. 7. & conſil. 277. verſ. vltra teſtes, & conſil. 293. verſ. octauò conſidero.* ille enim intellectus capiendus eſt, quem effectus, & rerum exitus demonſtrat, Iaſ. *in conſil. 128. col pen. in princip. vol.*
6. *1.* Item in contractibus † obſeruantia ſubſequuta declarat contractum ambiguum, & obſcurum, ideo ſi quis eſt obligatus ad dandum duas ampullas vini, an teneatur ad menſuram, vel ad ampullas vini, ſtatur obſeruantiæ. Fulgoſ. *in conſil. 231.* Item
7. an regalia † non expreſſa, conceſſa fuerint, ſtatur obſeruantiæ ſubſequutæ. Cuman. *in conſil. 162. col. penult.* Alba. *in conſil. 62. num. 8. & ſeq.* vbi quòd nulla melior interpretatio diſpoſitionis eſſe ſolet, quã ea quæ ſumitur ab obſeruantia ſubſequuta, ex qua
8. obligatio ambigua † declaratur, Socin. *in conſil. 25. verſ. octauò probatur, in conſil. 145. col. 2. vol. 1.* Corn. *in conſil. 188. col. final. vol. 4.* Crauet. *in conſil. 101. n. 3. & conſil. 211. in fine.* Item an in venditione caſtri veniat iuriſdictio, inſpicitur illud quod poſt venditionem obſeruatum fuerit. Bartol. *in conſil. 59. commune ſpoleti. num. 3.* Bald. *in conſil. 245. vol. 3.* Riminald. *in conſil. 256. num. 31. vol. 3.* Item verba inue-
9. ſtituræ † recipiunt interpretationem ab obſeruantia. Angel. *in conſil. 184. col. 1.* Quæ à nobis adducuntur in ſtatutis, & contractibus, à quibus ad vltimas voluntates eſt validum argumentum; ergo verba ambigua teſtamenti ab ipſa obſeruantia ſubſequuta interpretationem recipiunt, & hanc opinionem pluries ſequuta eſt Rota Rom. vt per Put. *deciſ. 12. in fin. part. 3. & deciſ. 663. num. 7. part. 2.* in vltimò impreſſis.

Declaratur iſte articulus, vt procedat in ea ob-
10. ſeruantia quæ immediatè † poſt actum, cùm primùm occaſio venerit, obſeruari incepit, Bald. *in proœmio Digeſtorum num. 2.* Socin. *in conſil. 6. num. 2. & ſeq vol. 1.* Et hanc opinionem ſemper ita ſequuta eſt Rota Romana *deciſ. 197. num. 2. parte 1. in Nouiſſim. & deciſ. 359. num. 3. in nouiter Nouiſſim.* Seraphin. *in deciſ. 1410. num. 7.* Rota *deciſ. 170. numer. 4. part. 2.* in vltimò impreſſis; & obſeruantia interpretatiua non poteſt deſumi ex actibus remotis, Rota *deciſ. 216. numer. 4.* in eiſdem vltimò impreſſis.

Secundò declaratur, quòd dicta obſeruantia immediatè ſequens actum, interpretatur ambiguitatem illius, etiamſi † non fuerit præſcripta, nec lon- 11.
go tempore ita fuerit obſeruatum. Anton. de Butr. *in cap. final. circa mediũ, de conſuetudin.* Paul. de Caſt. *in conſil. 347. col. final. vol. 1.* Alexand. *in conſil. 8. num. 7. vol. 6.* Aretin. *in conſil. 15. col. final. verſ. ſed tamen.* Socin. *in conſil. 145. vol. 1.* Dec. *in conſil. 48. col. 1.* Crauet. *in d. conſil. 101. in fin. & conſil. 118. num. 2. & d. conſil. 201. num. 11. & conſil. 273. in 4. dubio,* Rochus *in tractatu de conſuetud. num. 24. verſ. quartò quæro.* Neuizan. *in ſylua nuptiali lib. 5. num. 94. verſ. nec requiritur.*

QVÆSTIO VII.

De teſtamento inter liberos, per quatuor articulos diuiſa.

1. De natura teſtamenti inter liberos, & de quibus liberis intelligatur.
2. An teſtamentum inter liberos valeat ſine hæredis inſtitutione.
3. An valeat teſtamentum inter liberos ſi ſolius parentis ſcriptione, vel ſubſcriptione factum fuerit.
4. An valeat etiam quo ad extraneas perſonas.

ARTICVLVS I.

De natura teſtamenti inter liberos, & de quibus liberis intelligatur.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentorum ſpecies quot ſint.*
2. *Teſtamentum inter liberos eſt vera ſpecies teſtamenti.*
3. *. . quare dicatur imperfectum.*
4. *Liberi inſtituti in teſtamento inter liberos ſuccedunt ex teſtamento.*
5. *Teſtamentum inter liberos dupliciter fit.*
6. *. . non poteſt fieri nutu.*
7. *. . factum nutu valebit vt codicillus.*
8. *Codicillus imperfectus valet inter liberos vt teſtamentum.*
9. *Inſtitutio facta inter liberos in codicillo valet vt teſtamentum.*
10. *Teſtamentum inter liberos, vt valeat, debet conſtare de voluntate.*
11. *Voluntas teſtatoris inter liberos, quando conſtare non dicatur.*
12. *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis inter liberos, quando dicatur.*
13. *Teſtamentum inter liberos, de quibus ſit intelligendum.*
14. *Mater etiam poteſt teſtari inter liberos.*
15. *Teſtamentum non valet inter liberos naturales.*
16. *. . non habet locum in extraneis.*
17. *Liberi non poſſunt teſtari inter parentes, vt ſit teſtamentum inter liberos.*
18. *Voluntati paternæ in dubio fauendum contra filios.*

19. *Amor*

19. *Amor parentum in filios, & è contra, an ſit ſimilis.*
20. *Teſtamentum inter liberos non habet locum in adoptiuis.*
21. *..nec in monaſteriis.*
22. Authent. quod ſine. C. de teſtam. *non habet locum ad pias cauſas.*

Testamentorvm multas eſſe ſpecies ſæpe in iure ſcriptum eſt, nam *Inſtit. de teſtam. per totum*, aliud eſſe in ſcriptis, aliud nuncupatiuum, probatur, & quia teſtamenta omnia firmitatem habuerunt de iure ciuili, vt latè ſcripſi *in primo articulo huius partis*, & ſubſtantia teſtamentorum in reſtium numero conſiſtit, vt probaui *in hac parte. qu. ..art. ..* quæ de iure ciuili diſtincta fuit;
1. ideo diuerſas teſtamentorum † ſpecies conſtituiſſe dicitur, prout diuerſi ſunt caſus, in quibus teſtamenti ſubſtantia alterata fuit, nam in teſtamento militis ius gentium obſeruatur, non ſecus ac inter viuos ageretur, vt *ff. & C. de teſtam. milit. & l. licet. C. de pact.* Item in teſtamentis Principum. *l. omnium. C. de teſtam.* vel factis coram Principe, aut apud acta, *d. l. omnium.* & ſicut iſtæ ſunt veræ teſtamentorũ ſpecies, à iure ciuili introductæ, ita teſtamentum in-
2. ter † liberos teſtaméti ſpecies ab aliis diſtincta eſt, *l. final. C. famil. erciſc. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Non enim minus proprium teſtamentum eſt inter liberos cum duobus teſtibus, quàm ſi mille teſtes interueniſſent inter alios; cùm enim ſollemnitas teſtamenti ſit de iure poſitiuo, potuit illa met ſollemnitas augeri, vel minui in vna ſpecie per alterum ius poſitiuum; ſed de iure remiſſa eſt omnis ſollemnitas iuris poſitiui in teſtamento inter liberos, & ſola ea quæ eſt iuriſgentium ſollemnitas retenta eſt. *d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto*; ergo vera, & propria ſpecies teſtamenti eſt, licèt contrarium teneant Iaſ. *ibi col. penult.* & Curt. *num. 25.*

3. Tamen hæc ſpecies † imperfecta dicitur, reſpectu maioris ſollemnitatis, vt dicit Abb. *in conſ. 98. in princip. part. 2.* Item quia teſtamentum, quod verè imperfectum eſt, omninò nullum dicitur, *§. ex eo autem ſolo, Inſtit. quib. modis teſtam. infirm.* & alia per Socin. iun. *in conſ. 147. col. 2. vol. 2.* Sed hoc teſtamentum inter liberos validitatem habere debet; ergo illud imperfectum, quod vocatur, eſt imperfectum ratione ſollemnitatis maioris, non autem ea ratione, quia à iure reprobatum eſt. Et quòd ſit vera teſtamenti ſpecies, probat etiam Vaſquius *de ſucceſſ. creatione. lib. 3. §. 21. num. 48.* Clarus *in §. teſtamentum quæſt. 13.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt. 11.*
4. *num. 2.* Et ideo liberi inſtituti † ſunt hæredes teſtamentarij, & ſuccedunt ex teſtamento, non autem ab inteſtato. Clar. *in d. §. teſtamentum quæſt. 14.* & pupillaris ſubſtitutio in tali teſtamento facta valet. Clarus *in d. quæſt. 13.* & in tali teſtamento pater poteſt vnum ex filiis alteri filio dare tutorem. Clar. *ibid. qu. 10. num. 3.* Item in eodem etiam exhæredatio fieri poteſt. Benedict. *in c. Raynutius. in ver. teſtamentum, in 1. numer. 73.* Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 2. num. 15.*

5. Teſtamentum inter liberos duplicíter † fit, vel nuncupatiuum, vel in ſcriptis, Craſſ. *de teſtam. quæſt. 16. num. 10.* In nuncupatiuo ſatis eſt, vt parentes voluntatem ſuam coram duobus teſtibus; etiamſi feminæ fuerint, & rogatæ, publicauerit, Andr. Gaill *obſeruat. 112. num. 11. part. 2.* Couar. *in c. relatum, num. 4. & ſeq. de teſtam.* Clarus *in §. teſtamentum. quæſt. 8. verſ. hinc infertur*, Craſſ. *in eodem §. qu. 11.* Tiraquell. *in lege 9. connubiali. num. 59.* Farinac. *de oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſt. 59. numer. 68.* In ſcriptis autem inter liberos nulli prorſus teſtes ſunt neceſſarij pro ſollemnitate, vel ſubſtantia ipſius, Alexand. *conſ. 105. vol. 7.* Magdalenus *in tractat. de numero teſtium in teſtamento requiſit. part. 1. cap. 16. num. 166. & 204.* ſed ſatis eſt ſi ſcheda parentis manu ſcripta, vel ſubſcripta fuerit, & quòd conſtet eſſe manus parentis, nam ad ſubſtantiam non requiruntur, ſed ad probationem, & ſi illius manus negetur, probari poterit per duos teſtes, cuiuſcumque conditionis, etiam feminas, & non rogatos, Gaill *d. obſeruat. 112.* Couar. *in d. c. relatum. de teſtament.* Craſſ. *in d. §. teſtamentum. quæſt. 11. num. 4. & ſeq.* & *ibi* etiam quòd dictum teſtamentum abſque aliqua publicatione valebit. Gaill *d. obſeruat. 112. num. 5. part. 2.*

Declaratur iſte caſus, vt quamuis teſtamentum inter liberos abſque aliqua ſollemnitate fieri poſſit, tamen nutu † fieri non poteſt, ſed vel nuncupatiuè, vel in ſcriptis teſtari debet. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 8. num. 7.* Sed quia dictum teſtamentum dicitur continere clauſulam codicillarem, quam inducit ardor liciti amoris, item clauſulã, *omni meliori modo*, Couar. *in cap. Raynutius. §. 1. n. 2. de teſtam.* Magdalenus *in tract. de numero teſtium in teſtam. part. 1. qu. 16. n. 82.* Craſſ. *in §. teſtamentum. qu. 11. n. 11.* Idcirco ſi dictum teſtamẽtum non valebit vt teſtamentum, valebit † vt codicillus, vel vt diuiſio patris inter filios ſuos, nam codicillus nutu fieri poteſt, vt probat Cephal. *in conſil. 546. num. 45. vol. 4. per l. nutu. de legat. 3. & l. & epiſtola. C. de fideicommiſſ.* Nam teſtamentum, & codicillus, † & quæcũque vltimæ voluntates imperfectæ valent inter liberos. *l. final. C. famil. erciſc. & in authent. de teſtam. imperfect. in princip.* vbi declaratur, quòd diſpoſitio Conſtantini, de qua *in d. l. final.* fuit extenſa per Theodoſium, quæ extenſio dicitur facta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* quia aliam legem Theodoſij non habemus de hac materia pertractantem; quamobrem cùm Conſtantinus diſponeret non ſolùm de teſtamento, ſed etiam de codicillis, & aliis vltimis voluntatibus, licèt videatur loqui in ſucceſſione inteſtati, tamen per Theodoſium extenditur etiam ad ſucceſſionem ex teſtamento, vt communiter concludunt Doct. *in dictis iuribus*, & latiùs probat Corn. *in conſil. 21. vol. 4.* Si igitur codicillus imperfectus inter liberos habet validitatem & nutu fieri poteſt; ergo quando pater nutu teſtatur inter liberos, illud teſtamentum valebit vt codicillus. 6. 7. 8.

Secundò declaratur, quòd quando conſtat clarè, parentem noluiſſe teſtari, ſed inter liberos codicillis hæredes ſcribat, illa voluntas non valebit † 9.
vt teſtamentum, quia conſtat de voluntate contraria, neque valebit vt codicillus, in quo hæreditas directò dari non poteſt, & ita tenet Magdalenus *in d. part. 1. quæſt. 16. num. 257.* ſed Immol. *in l. 1. num. 4. ff. de iniuſt. teſtam.* tenet contra Angelum, quòd inſtitutio non concidat, ſed valeat vt fideicommiſſum, per *l. Scæuola. ff. ad Trebell.* Sed quia in præcedenti declaratione probatum eſt, ſucceſſionem ab inteſtato inter liberos fuiſſe extenſam ad ſucceſſionem ex teſtamento; ideo dico quòd inſtitutio directa facta in codicillo erit valida vt ex teſtamento, non autem vt ab inteſtato.

Tertiò declaratur, vt teſtamentum inter liberos valeat, † quando eſt perfectum ratione voluntatis, 10.
quoniam defectus in voluntate concernit ius naturale,

ratle, non autem poſitiuum, circa quod diſpenſa-
tum non eſt, & ideo propter voluntatis defectum
corruit, Bartol. *in d.* §. *ex imperfecto*, & *ibi* Iaſ. *col.* 1.
in fin. Alexand. *num.* 3. Curt. *num.* 12. gloſſ. *in l. ſi quis*
cum teſtamentum. ff. de teſtam. gloſſ. *in l. final. in verb.*
completum. C. famil. erciſc. Corn. *in d.* §. *ex imperfecto*,
dicit hanc eſſe communem concluſionem, de qua
etiam atteſtantur Durand. *de arte teſtandi tit.* 1. *cap.*
11. Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 8. Gabriel *de teſtam.*
concluſ. 9. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 21. *num.*
62. qui alios refert, Boër. *deciſ.* 93. *num.* 10. Andr.
Gaill *obſeruation.* 112. *num.* 10. *part.* 2. Tiraquell. *de*
priuileg. piæ cauſæ priuileg. 7. In qua declaratione ali-
11. qui dant exemplum, ſi teſtator † expreſſit volunta-
tem ſuam inter liberos coram duobus teſtibus, ſed
iuſſit vocari Notarium, & antequam veniret, mor-
tuus eſt, Oldrad. *in conſil.* 119. Aretin. *in l. is qui. ff.*
de teſtam. Iaſ. *in conſil.* 155. *vol.* 4. Ruin. *conſil.* 11. *vol.*
3. Sed hoc exemplum non poteſt ſtare, quoniam
cùm teſtator explicauerit voluntatem ſuam coram
duobus teſtibus, hoc teſtamentum non poteſt dici
imperfectum ratione voluntatis, ſed ſollemnitatis,
ideo vti teſtamentum inter liberos eſt validum, A-
lex. *in d.* §. *ex imperfecto. num.* 4. & eſt communis opi-
nio, vt per Boër. *deciſ.* 240. Vaſquium *de ſucceſſ. pro-*
greſſ. §. 30. *num.* 44. *verſ. quid ſi teſtamentum.* Craſſ.
in §. *teſtamentum. quæſt.* 12. *num.* 6. & ſcripſi latiſſimè
de hoc *in voto* 8. Sicut non poteſt dici imperfectum
12. ratione voluntatis, † quando teſtator voluit, quòd
teſtamentum inter liberos publicetur coram Nota-
rio, & teſtibus, & interim ante publicationem mor-
tuus eſt, quia hæc eſt ſollemnitas iuris ciuilis, quæ
non attenditur in teſtamento inter liberos, Boër. *d.*
deciſ. 240. *num.* 4. Gabriel *de teſtam. in d. concluſ.* 9.
num. 12. Exemplum igitur dari poteſt, quando pa-
ter cœpit diſponere de rebus ſuis inter liberos, &
antequam compleret, deceſſit, vel ſuperuenit fu-
ror, ita vt vlterius complere non potuiſſet, Boër. *d.*
deciſ. 240. Craſſ. *in d.* §. *teſtamentum quæſt.* 12. *num.* 2.
Item ſi reperiretur ſcheda patris, in qua diceretur,
quòd ipſe volebat ſic teſtari, per verba futuri
temporis, quia non eſſet teſtamentum, ſed præpa-
ratio ad illud faciendum, idcirco eſſet imperfectum
inter liberos. Bartol. *in l. quoties.* §. 1. *num.* 4. *ff. de hæ-*
red. inſtit. Dec. *in conſil.* 448. *num.* 9. Decian. *in conſil.*
34. *num.* 19. *volum.* 1. *& conſil.* 126. *num.* 15. *vol.* 3.

13. Nunc de quibus liberis † intelligatur hæc con-
cluſio, dicendum eſt, & quidem de omnibus libe-
ris in infinitum intelligenda eſt, nec facienda eſt
differentia an ſint in gradu æquali, vel inæquali,
Clar. *in d.* §. *teſtamentum. quæſt.* 12. *num.* 5. Boër. *de-*
ciſ. 241. *num.* 3. & latè probat Curt. iun. *in conſil.*
423. *num.* 4. Item tam in liberis emancipatis, quàm
ſuis. *l. final. C. famil. erciſc.* etiam in deſcendentibus
ex filia. Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib.* 1. §. 1. *num.* 39.
Craſſ. *in d.* §. *teſtamentum. quæſt.* 15. *num.* 5. Item etiam
in liberis, pacto, vel ſtatuto à ſucceſſione excluſis.
Clar. *in d. quæſt.* 12. *num.* 4. Item in legitimatis, Clar.
ibid. num. 3. Gaill *d. obſeruat.* 112. *num.* 21. *part.* 2.
Boër. *deciſ.* 251. *num.* 14. Sed vt concluſio clarior
fiat, per caſus particulares declaremus.

14. Primus eſt, non ſolùm patrem, † ſed etiam ma-
trem poſſe teſtari inter liberos, *d. l. hac conſultiſſi-*
ma. §. *ex imperfecto. C. de teſtam.* & eſt communis opi-
nio, vt per Andr. Gaill *d. obſeruat.* 112. *num.* 20.
Clar. *in d. quæſt.* 12. *n.* 2. & probatur *in d.* §. *ex imper-*
fecto, in verſ. parentibus vtriuſque ſexus. Item quia
mater habet eamdem coniunctionem cum filiis, quã
habet pater, & ſimilis reuerentia eidem debetur.
l. veluti. ff. de iuſtit. & iur. l. final. C. de in ius voc. &
pietas æqualis debetur vtrique, licèt impar ſit po-
teſtas, *l. furioſo. ff. de curat. furioſi.* Quamobrẽ quam-
uis ſtatutum prohibeat matri diſpoſitionem, niſi
pro anima ſua, tamen hoc ſtatutum non habet lo-
cum ſi mater inter ſuos liberos diſpoſuerit, Paul. de
Caſtr. *in conſil.* 315. *in fine vol.* 2. Bald. *in conſil.* 407.
num. 4. *vol.* 2. Gratian. *in diſceptat. forenſi. cap.* 219.
num. 18. vbi probat ita fuiſſe in Rota iudicatum.

Secundus caſus eſt de liberis naturalibus, † in- 15.
ter quos licèt pater ita teſtari non valeat, Dec. *in cõ-*
ſil. 610. *num.* 7. *in fine*, Boër. *d. deciſ.* 240. *n.* 13. Clar.
in §. *teſtamentum, quæſt.* 12. *num.* 1. Tamen mater po-
teſt inter liberos naturales ita teſtari, Boër. & Cla-
rus *in locis allegatis.* Craſſ. *in d.* §. *teſtamentum. quæſt.*
15. dummodo mater non ſit illuſtris perſona, vel fi-
lij non ſint nati ex damnato coitu.

Tertius caſus eſt, hæc ſpecies teſtamenti † non 16.
habet locum in extraneis, & extraneos intelligo
omnes perſonas, quæ nec verè, nec ſecundùm na-
turam ſunt liberi, Dec. *in d. conſil.* 610. Clar. *in d.*
quæſt. 10. & quia parentes non ſunt de liberis, ideo
liberi non poſſunt ita teſtari ad beneficium † pa- 17.
rentum, vt valeat inter liberos. Bald. & Salyc. *in*
d. l. final. C. famil. erciſc. Idem Bald. *in l. ſi qua illuſtris.*
C. ad Orfician. & latè probant Suarez *in l. quo-*
niam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. Atque Vaſquius
in lib. 3. §. 21. *num.* 61. *de ſucceſſ. creatione.* Et ratio
eſſe poteſt, quia hæc ſpecies teſtamenti inter libe-
ros fuit principaliter inducta fauore parentum, &
non filiorum, quia verba d. §. *ex imperfecto*, non fue-
runt relata ad liberos, ſed ad parentes, fuit enim
diſpoſitum, quòd ex teſtamento imperfecto valeat
voluntas parentum inter liberos. Et in dubio faue-
mus validitati teſtamenti † paterni, etiam aduersùs 18.
ipſos filios. *l. ſi pars. ff. de inoffic. teſtam. l.* 2. *C. de edict.*
diui Adr. tollend. Sed voluntas liberorũ inter paren-
tes, non eſt voluntas parentum inter liberos, de
qua facta eſt diſpoſitio, & ſtante ratione diuerſi-
tatis regula correlatiuorum locum habere non po-
teſt, Pater plus diligit † filium, quàm ſeipſum. gloſſ. 19.
in l. iſti quidem. ff. de eo quod met. cauſ. Tiraquell. *in l.*
ſi vnquam, in præfat. num. 7. *C. de reuoc. donat.* filius
eſt pars patris. Oldrad. *conſil.* 224. *n.* 35. & nullus a-
mor vincit paternum, Crauet. *conſil.* 1. *num.* 2. Et ali-
qui ſcribunt maiorẽ eſſe amorem matris, quàm pa-
tris. Corn. *in conſil.* 175. *num.* 12. *vol.* 3. Io. de Lignan.
in tract. de amicitia. §. *& ſurgit, per totum.* Dec. *in c. ex*
parte in 2. *num.* 27. *de appellat.* text. *l.* 1. *C. vbi pupill.*
educ. debeat; ſed filij non ita amant parentes, quia
amor deſcendit, non autem aſcendit, & vtpluri-
mum ſunt ingrati; non eſt igitur eadem ratio, &
diſpoſitio facta de teſtamentis parentum inter li-
beros, non habet locum in teſtamentis liberorum
inter parentes.

Quartus caſus eſt, teſtamentum parentum in-
ter liberos non habet locum in filiis adoptiuis, † 20.
quia non ſunt propriè filij, vt latè per Decian. *in*
conſil. 34. *num.* 6. *& plur. ſeq. vol.* 1. *& in conſil.* 126.
num. 4. *& plur. ſeq. vol.* 1. Item licèt † monaſterium 21.
habeatur loco filij, tamen huiuſmodi teſtamentum
non habet locum in monaſteriis, Maſcard. *in con-*
cluſ. 1352. *num.* 69. Nam diſpoſitio *authent. quod*
ſine. † *C. de teſtament.* non habet locum in teſtamen- 22.
to ad pias cauſas. Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 7. *n.* 1.
Craſſ. *in eodem* §. *quæſt.* 18. VVeſembecius *conſil.* 90.
num. 9.

ARTI

ARTICVLVS II.

An teſtamentum inter liberos valeat ſine hæredis inſtitutione.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum inter liberos valet ſine inſtitutione expreſſa.*
2. *Inſtitutio tacita inducitur per diuiſionem bonorum inter filios.*
3. *Inſtitutio eſt valida quibuſcumque verbis facta ſit, dummodo de voluntate appareat.*
4. *Teſtamentum inter liberos non valet ſine inſtitutione ſaltem tacita.*
5. *Diuiſio patris inter filios quando habeatur pro inſtitutione.*
6. *Filij cenſentur inſtituti, quando aſſignatis partibus bonorum alter ex eis grauatus fuerit.*
7. *Inſtitutio præſumitur facta ex conſequenti ademptione.*
8. *Teſtamenti forma impletur ex tacita inſtitutione.*
9. *Teſtamentum inter liberos ex præteritione alterius corruit.*
10. *Clauſa codicillaris operatur, vt filius præteritus cenſeatur grauatus de reſtituendo hæredi ſcripto.*

PRo reſolutione iſtius articuli, plures caſus conſtituendi ſunt. Primus eſt, quando pater non fecit ſollemnem inſtitutionem filiorum, ſed ſolùm di-
1. uiſit bona, † atque aſſignauit vnicuique portionem ſuam, tunc teſtamentum valet, ita probat tex. *l. inter omnes. C. famil. erciſ.* vbi inter omnes ſuos hæredes ex quolibet gradu venientes, ſi tamen à nemine præceduntur, poteſt pater familias facere ſuum teſtamẽtum, ſine vlla hæredis inſtitutione, & eius teſtamentum ratum eſt, quibuſcumque verbis, vel indiciis patris familias inter ſuos hæredes teſtantis appareat. Sed hæc apparere dicitur per di-
2. uiſionẽ † bonorum inter filios, & vnicuique portionem aſſignatam, nam diuiſio, & aſſignatio partium habet effectum inſtitutionis. Boër. *deciſ.* 267. Couar. *in c. Raynutius. §. 1. num. 3. de teſtam.* VVeſembec. *in conſil. 90. num.* 12. & latiùs per Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 7. num. 9. & præſumpt. 19. in 2. caſu.* Item *l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtit.* Vbi quamuis hæres proprio nomine non nuncupetur, tamen teſtamentum valebit, dummodo certo ſigno demonſtretur, & ita firmant Doct. *in l. Gallus. §. inſtituens. ff. de liber. & poſthum.* Item quia ſi ſcribentis errore prætermiſſa ſit inſtitutio, adhuc teſtamentum eſt validum. *l. errore.* vbi omnes Doct. *C. de teſtam.* Item quia teſtantium voluntates debent benigna interpretatione iuuari. *l. cùm quidam. & l. placet,* & *ibi* notat Bart. *ff. de liber. & poſthum.* Et ideo quibuſcũque ver-
3. bis facta inſtitutio † tenet, ſi modò de volũtate appareat, *l. quoniam indignum. C. de teſtam.* quia publicè intereſt cuſtodiri hominum placita. *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. d. l. Gallus. §. quid ſi is. l vel negare. ff. quemadmod. teſtam. aper.* & verba impropriantur pro ſaluanda voluntate. *l. Proculus. ff. de vſufruct.* & interpretatio ſemper facienda eſt vt actus valeat. *l. quoties. ff. de reb.*
4. *dub.* Sed ſi nulla † prorſus facta fuerit inſtitutio ſollemnis, neque diuiſio bonorum, aut aſſignatio illorum, quæ minus ſollemnis eſt, teſtamentum dici non poteſt, ſed diſpoſitio valebit, vt codicillus minus ſollemnis, vel epiſtola, vel cauſa inteſtati. *l. filij. & l. final. C. famil. erciſ.* & omnes ab inteſtato erũt hæredes patri, & quoad honorem tituli omnes æquales erunt, non tamen quoad bona, quia cùm teſtamentum inter liberos in ſe contineat clauſulam codicillarem, & clauſulam, *omni meliori modo*, vt ſcripſi in præcedenti, tunc diſtributio bonorum à patre facta ſeruabitur, & ſi alter ex filiis integram legitimam non habet, fiet ſuppletio. Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt. 11. n. 10. & qu. 50. n. 3.* qui probat hãc eſſe communẽ & veriorem opinionẽ. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 30. num. 46.* Vt igitur diui-
ſio † pro inſtitutione habeatur, æqualitas inter filios ſeruanda eſt, vt per Doct. *in l. final. C. famil. erciſc.* Bald. *in d. l. filij. num. 6. C. eod. tit.* Alex. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. num. 2.* Ruin. *conſ.* 126. *vol. 1.* Magdalen. *de numero teſtium in teſtamento requiſito. part. 1. cap. 16. num. 136.* Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt. 35. num. 9.* 5.

Secundus caſus eſt, quando pater aſſignatis portionibus bonorum ſuis filiis, etiam inæqualibus, † 6.
grauauit portionem alterius aliquo onere, tunc cenſetur illos inſtituiſſe, per regulam *l. ab eo. C. de fideicommiſſ.* de quo ſcripſi latè ſuprà *in parte 1. quæſtion. 9. artic. 1. per totum.* grauamen enim præſupponit inſtitutionem, *d. l. ab eo.* & priuatio præſupponit habitum. *l. decem. ff. de verb. obligat.* nec adimi poſſet pars partis, niſi pars ipſa priùs data eſſet, & ex conſequenti ademptione † præſupponi- 7.
tur facta inſtitutio. Item quia ne teſtamentum corruat, aliquando filius in teſtamento inſtitutus, non autem præteritus cenſetur. *l. 3. C. de inoffic. teſtament.*

Item quia teſtamenti † forma impletur, vbi 8.
quis eſt tacitè inſtitutus. Aretin. *in l. ſi pater filium, in princip. ff. de vulgari & pupill.* per text. *d. l.* 5. quem ſequutus eſt Iaſ. *ibid. num. 4.* ergo cùm facta diuiſione bonorum inter filios, alter ex eis grauatur, ex neceſſario antecedenti, dicitur facta tacita inſtitutio pro teſtamenti validitate. Item *l. 1. ff. ſi tabulæ teſtam. nulla extabunt*, loquitur de eo, cuius nomen deletum eſt. Sed hîc agimus de filiis, qui nominati fuerunt, nec deleta fuerunt eorum nomina, imò text. ille probat, quòd ex coniectura præſumitur non ſcriptus, cuius nomen deletum eſt; ergo multò magis ſcripti cenſentur hæredes omnes de quorum partibus mentio habita eſt. Item aliquando modica inæqualitas inter filios nihil operatur. Socin. iun. *in conſil. 147. volum. 2.* Boër. *deciſ. 240. numero 8.*

Tertius caſus eſt, quando pater plures habens filios, alterum ex eis præterit, † & alterum inſtituit, 9.
hoc caſu teſtamentum patris inter liberos ex vitio præteritionis in totum corruit, vt concludunt omnes Doctor. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtament.* gloſſ. *in l. filius in poteſtate. ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſil. 105. numer. 5. verſ. non obſtat quod ſi teſtamentum,* Angel. *in l. filio præterito. col. 1. ff. de iniuſt. teſtament.* Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 2. num. 15. verſ. neque etiam obſtat authoritas.* Corn. *in conſil. 49. col. 1. verſ. tamen ſi patitur, vol. 1.* Sed quia in d. teſtamento inter liberos ſemper adeſt clauſula codicillaris quam inducit ardor liciti amoris, vt ſcripſi *in præcedenti art.* idcirco illa operabitur, vt filius † præteritus cenſeatur rogatus reſtituere hære- 10.
ditatem hæredi ſcripto in tali teſtamento, Alex. *in conſ. 26. n. 5. verſ. vnde nunc eſt videndum vol. 1.* per textum, quem dicit ſingularem *in l. generaliter. §. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ.* Dec. *in conſ. 241. n. 2.* & latiùs per Roland. *in conſ. 71. num. 57. vol. 2.*

ARTICVLVS III.

Teſtamentum inter liberos an valeat, ſi ſolius parentis ſcriptione, vel ſubſcriptione factum fuerit.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum parentum inter liberos, eſt ſcriptura eorum in arca reperta.*
2. *Teſtamenti inter liberos vim tunc habet ſcriptura parentum in arca reperta, quando eſt perfecta.*
3. *Scriptura parentum aliquando ſolet eſſe præparatio voluntatis ad teſtandum.*
4. *Scriptura parentum continens multas cancellationes non habetur pro teſtamento inter liberos.*
5. *Subſcribens dicitur virtualiter ſcribere omnia præcedentia.*
6. *Subſcribens præſumitur habere notitiam de contentis in ſcriptura.*
7. *Subſcriptio in fine fieri debet.*
8. *Sigillus in fine appoſitus æquiparatur ſubſcriptioni.*
9. *Conſuetudo, vt pro ſubſcriptione apponatur ſigillus, eſt valida.*
10. *Scriptura patris ſubſcripta ſolum à liberis an habeat vim teſtamenti.*
11. *Scriptura parentis ſine teſtibus debet recognoſci per comparationẽ, vt valeat tanquam teſtamentum.*
12. *Comparatio literarum habet effectum confeſſionis.*
13. *Teſtamentum ad pias cauſas valet ſine teſtibus, dũmodo ſcriptura recognoſcatur.*
14. *Teſtamẽtum parentum ſcriptum in pluribus chartis, non poteſt habere ſuſpicionem falſitatis.*
15. *Teſtamentum inter liberos ſcriptum, debet habere certum tempus, & diem, alias non valet.*
16. *Scriptura parentum inter liberos ſine teſtibus, quæ reperitur extra arcam, etiam ſi penes Notarium, non valet vt teſtamentum.*

NVNC de teſtamento inter liberos in ſcriptis agendũ eſt, quæ tractatio in ſex caſus diſtinguitur à Menoch. *in lib.4. præſumpt.7. & in conſil.267. vol.3.* Sed nos in duos caſus principales reſtringimus.

Primus eſt, quando parentes propria manu ſcribunt, quam ſcripturam pro ſuo teſtamento inter
1. liberos obſeruari volunt, † ſed in ea nullos teſtes ſubſcribi procurant, tantùm in arca reponunt, tunc enim reperta, recognita pro teſtamento obſeruanda eſt, ita firmarunt, Bart. *in l. cum quis. num.4. C. de teſtam.* Bald. *in auth. quod ſine. C. de teſtam.* vbi hæc concluſio probatur, & eſt communiſſima, & ab omnibus recepta, & de communi atteſtatur Alex. *in conſil. 105. in fin. verſ. fortius voluit. vol.7.* Dilect. *de arte teſtandi tit. 2. de teſtamentis, cautel. 2. in fin.* Decian. *in conſil.46. num.157. vol.2.* Cephal. *in conſil.99. num.2.* Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 14. per totam*, & alij ad hoc relati per Menoch. *in d. præſumpt.7. num.5. & in d. conſil.267. n.7.* Couar. *in c. relatũ, 1. n.12. de teſtam.* & hæc ſcriptura erit teſtamẽtum, etiamſi à matre ſcripta fuerit, vt probat Cephal. *in conſil.474. vol.4.*

Primò declaratur, tunc demum dictam ſcripturã
2. habere vim teſtamenti, quando † ſcriptura eſt perfecta, vt dicũt omnes, præſertim ſi à matre facta fuerit. *§. 1. in verſ. inſuper Theodoſius. in auth. de teſtam. imperfect.* Corn. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, n. 18. C. de teſtã.* ita quòd appareat parentes per illã ſcripturam voluiſſe teſtari, nam ſecus eſt, ſi teſtator per illam ſe præparauerit ad teſtandum, † & præparatio 3.
voluntatis non eſt conſideranda. *l. fideicommiſſa. §. quoties, de legat. 3.* vbi quòd exemplũ teſtamenti præparati non valet, & relicta in eo, nec codicilli quidem iure obtinent. *l. is qui. alias l. cũ quis. ff. de teſtam. l. fi. n. C. de iur. codicill.* Nã ſi teſtator præparauit minutã teſtamenti faciendi, ſiue illius exẽplum ſcripſit, quod in futurum facere intẽdebat, ſolito more nũcupatiuo, & ita nolebat vti priuilegio d. auth. *quod ſine*, quæ loquitur de eo qui volebat in ſcriptis teſtari, vtique talis ſcriptura præparatiua ad teſtamentum nuncupatiuè faciendum, non valet vt teſtamentum inter liberos, quia in aliud tẽpus volebat teſtari, & publicare; ergo talis ſcriptura non diſpoſitiua inter liberos, non eſt teſtamentũ inter eos. Addo quòd quando dicta ſcriptura † cõtineret multas cancellationes 4.
& apoſtillas, non eſt veriſimile, quòd teſtator in ea animũ firmare voluerit ad perfectè teſtandum, vt arguit Io. de Anania *in conſ. 28.* & Bolognin. *in addit. poſt num.9. verſ. præterea quod plus eſt*, vbi quòd ex eo quòd teſtator multa cancellauit, & multa in apoſtillis in margine appoſuit, facilè argui poteſt, quòd non habuerit illam ſcripturam pro perfecto teſtamento ſuæ voluntatis, quam doctrinam ſequitur Boër. *in deciſ.48. n.11.* & hæc concluſio multo magis procedit ſi teſtator poſt factam dictam ſcripturam diu ſuperuixit, atque eam non reduxit in puram ſcripturam ſine cancellationibus, pro quo conferũt ſcripta per Menoch. *in conſil. 40. num. 16. verſ. accedit.*

Secundò declaratur, vt non ſolùm procedat ſi parentis ſola manu fuerit ſcripta, ſed etiam ſi ſubſcripta, quia ſubſcribens † dicitur virtualiter ſcri- 5.
bere omnia præcedẽtia, & ita Natta atteſtatur Doct. communiter tenere *in auth. quod ſine. quæſt. 24. C. de teſtam.* & per Addentes ad Abb. *in c. inter dilectos. de fide inſtrum.* & hanc concluſionem latiùs probat Cacheran. *in deciſ.36. n. 3.* Itẽ quòd ſubſcribens ſe alicui ſcripturæ, † eam legiſſe præſumitur, & de con- 6.
tentis in ea notitiam habere, vt probat Ruin. *in conſil. 193. vol.2.* Sed dicta ſubſcriptio † in fine fieri de- 7.
bet, quia ſubſcriptio eſt exitus, & concluſio actus, de quo quæritur, *l. contractus. C. de fide inſtrum.* Baldus *in conſil. 175. num. 2. volum. 1.* & propterea cæteris peractis facienda eſt. Bald. *in l. non aliter. in 1. lect. in fin. ff. de adopt.* Rebuff. *in tractatu nominationum, quæſt. 10. num. 6.* Monticulus *in tract. de inuentario, ſuper l. final. num. 60. C. de iure deliber.* dum dicit, non licere crucem poni in fine, ſicut non liceret ſubſcriptionem poni in principio, neque fraus in medio inſeratur. argum. *l. 1. §. dolum. ff. de peric. & commodo rei vendit.* Item quia ſubſcribere eſt ſubtus ſcribere. Put. *deciſ. 226. num. 3. part. 1.* Item quia ſubſcriptio, quæ fit in principio, potiùs dicitur ſupraſcriptio, vt per Maſcard. *in concluſ.1342. n.14.* Menoch. *lib.3. præſumpt.66. num.32.* vel potiùs ſuperſcriptio, de qua loquitur text. *l. 4. ff. de oper. public.* Rebuff. *in l. appellatione parentis. col. final. ff. de verb. ſignificat.* Item ſicut ſubſcriptio in fine facta approbat teſtamentum parentis, quamuis aliena manu ſcriptum, ita & ſigillus † eiuſdem in fine poſi- 8.
tus, quoniam ſubſcriptio, & ſigillatio operantur approbationem actus, Rom. *in conſil. 303.* Maſcard. *concluſ.1294.* & ſigillum præſumitur de volũtate appoſitum, vt probat VVeſembec. *conſil.14.* & quòd ſigillus deſeruiat pro ſubſcriptione ad obligandum, ſcribit Felin. *in c. 2. num 37. de fid. inſtrument. & ibi* per Canoniſtas; & conferunt ſcripta per Gabriel. *in tit. de præſumpt. concluſ. 4. per totam*, & per Roman. *in conſil. 303.* & per Rotam *in deciſ. 535. part.*

part. 1. in Nouiſſim. Et hæc concluſio procederet multò magis ſi eſſet conſuetudo, quòd pro ſub-
9. ſcriptione † apponeretur ſigillus, ſicut eſſet valida conſuetudo, vt ſubſcriptio fieret in principio actus, vt probat Barbat. *in repetitione rubricæ de fide inſtrument. numer.* 106. de qua etiam per Bero. *in conſil.* 91. *num.* 2. *&* 8. *&* 10. *volum.* 3. & per Aſinium *in tract. de executionib.* §. 5. *cap.* 26. *num.* 24. Item licèt Natta *in d. authent. quod ſine. numero* 51.
10. *C. de teſtamen.* dicat, quòd ſcriptura † patris, licèt neque ab eo fuerit ſcripta, nec ſubſcripta, tamen valebit, vt teſtamentum, ſi liberorum tantùm ſubſcriptionem habeat, quem ſequitur VVeſembecius *in d. conſil.* 90. *numer.* 7. Tamen contraria opinio eſt verior, quoniam repugnat illa diſpoſitioni d. authent. *quod ſine*, vbi parentis ſcriptura opus eſt, & probat Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 14. *verſ. ſed pone.* Niſi pater eandem ſcripturam à liberis ſubſcriptam, coram teſtibus nuncupaſſet, tunc enim, & non aliàs, vt teſtamentum valeret, & ſubſtitutio pupillaris, atque datio tutelæ, & ſimiles actus qui extra teſtamentum fieri non poſſunt, & dicit Rota *in deciſ.* 734. *num.* 17. *part.* 1. in Nouiſſ. quòd ſubſcriptio liberorum non poteſt ſcripturam à patre non ſcriptam, neque ſubſcriptam, facere vt valeat iure teſtamenti, ſed vt contractus ex conuentione liberorum.

11. Tertiò declaratur, vt dicta ſcriptura parentis † ſine teſtibus, vt valeat iure teſtamenti, debeat recognoſci, & probari per comparationem literarum, quæ ſufficit ſecundùm communem Doctorum concluſionem, Bartolus *in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit, & demonſtrat.* quem ſequuntur *ibi* Io. de Immol. & Socin. Bald. & Angel. *in l. aſſe toto. ff. de hered. inſtit.* Gozadin. *conſil.* 3. *num.* 16. & eſſe communem opinionem, atteſtatur Pariſ. *in conſil.* 19. *num.* 14. *vol.* 3. Decian. *in conſil.* 53. *num.* 119. *vol.* 1. Alexand. *in toto conſil.* 114. *vol.* 7. vbi quòd compara-
12. tio habet † effectum confeſſionis; ergo ſicut per cõfeſſionem liberorum, teſtamentum inter eos probaretur, etiam ſine teſtibus; ita etiam per comparationem, quem ſequutus ſum *in voto* 60. *num.* 5. Idem Alexand. *in conſil.* 239. *vol.* 6. Ruin. *in conſil.* 11. *num.* 2. *vol.* 3. Peregrin. *in conſil.* 32. *num.* 4. *vol.* 4. & fuit ita indicatum. Rota *deciſion.* 553. *part.* 1. in Nouiſſim. vbi quòd teſtamentum ad pias cauſas non re-
13. quirit teſtes, † quando eſt ſcriptum, & ſubſcriptũ manu teſtatoris, & ſatis eſt ſi recognoſcatur per teſtes dicentes, ſe habere notam manum, præſertim, quia, vt dicebat *ibi* Rota, cùm illud teſtamentum
14. continebatur in pluribus chartis ſcriptis, † ceſſat præſumptio quòd falſificari potuerit, propter quã ſuſpicionem Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtr.* tenebat contrarium, propterea ſi cum ipſa comparatione literarum, & atteſtatione teſtium dicentium ſe habere notam manum cum redditione cauſæ, quia pluries illum viderunt ſcribere, concurrant aliqua alia adminicula probationum, dicta communis opinio nullum habebit contradictorem, & omnis falſitatis ſuſpicio ceſſat, propter quam euitandam aliqui moti ſunt contra communem.

Quartò declaratur, vt teſtamentum ſcriptum in-
15. ter liberos in tantum valeat, in quantum † certum tempus in eo exprimatur, videlicet nõ modò annus, & menſis, ſed etiam dies, quia etſi aliàs in ſcriptura priuata non requiratur dies & conſul, tamen in caſu huius teſtamenti Doctores communiter firmarunt, dici certæ appoſitionem eſſe neceſſariam, Bald. Ang. & Salyc. *in d. auth. quod ſine*, & ibi cæteri omnes nemine excepto, Alex. *in conſil.* 123. *num.* 4. *vol.* 1. *& in conſil.* 76. *n.* 11. *vol.* 3. Dec. *in c.* 2. *num.* 14. *de fid. inſtrum.* Cephal. *in conſil.* 377. *n.* 20. *& ſeq. vol.* 3. Abb. *in conſil.* 98. *part.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 3. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 4. qui plurimos refert ad hoc, Decian. *in conſil.* 34. *num.* 5. *vol.* 1. & eſſe communem opinionem atteſtantur Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 14. Gabriel *de teſtam. concluſ.* 9. *num.* 15. quicquid in contrarium ſcripſerint Roman. *in conſil.* 179. & Guido Papæ *in conſil.* 55. & Menoch. 563. *num.* 16. *vol.* 6. quorum ſcripta ſunt potiùs nugæ, & contra communem concluſionem recipienda non ſunt.

Secundus caſus eſt, quando dicta ſcriptura pa-
rentum non repetitur in eorum arca, ſed extra † il- 16.
lam, vel etiam extra domum, & tunc non habetur pro teſtamento inter liberos, etiamſi penes Notarium reperirietur, ita firmarunt Bald. *in d. auth. quod ſine, num.* 1. Iaſ. *num.* 1. Natta *num.* 3. & alij ad hoc relati per Menoch. *in conſil.* 42. *num.* 23. *& in conſil.* 267. *n.* 4. *vol.* 3. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 7. *n.* 2. *& ſeq.* Neque domus Notarij, aut aliæ ſcripturæ illius huic de qua agimus authoritatem dare poſſunt, niſi Notarius deſuper ſe rogatum fuiſſe ſcripſerit, aut eandem in ſuo protocollo deſcripſerit, Curt. iun. *in conſil.* 162. Cephal. *in conſil.* 409. *num.* 12.

ARTICVLVS IV.

An teſtamentum inter liberos valeat quoad extraneas perſonas.

SVMMARIA.

1. L. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. *quæ ſit vera ratio deciſionis.*
2. *Teſtamentum inter liberos ſine teſtibus non præiudicat tertio.*
3. *Iuriſconſulti ſæpe ſolent repetere eadem ſcripta.*
4. *Scriptura parentis inter liberos cum ſubſcriptione duorum teſtium valet etiam quoad legata, & fideicommiſſa.*
5. *Teſtamentum inter liberos valet non ſolùm ſi eſt ſcriptum manu teſtatoris, ſed etiam ſi eſt ſcriptum per Notarium.*
6. *Fideicommiſſum vniuerſale factum in teſtamento inter liberos, eſt validum.*
7. Auth. quod ſine. C. de teſtament. *habet locum in fideicommiſſo vniuerſali.*
8. *Fideicommiſſa vniuerſalia poſſunt fieri in qualibet ſpecie proprij teſtamenti.*
9. Auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. *habet locum in legatis, & fideicommiſſis vniuerſalibus.*
10. Auth. quod ſine. C. de teſtam. *an ſit limitatoria, vel correctoria* §. ex imperfecto.
11. *Extenſio fit in correctoriis.*
12. *Copulatiua, & disiunctiua ſemper ponuntur inter diuerſa.*
13. *Extranei non poſſunt directò inſtitui in teſtamento inter liberos.*
14. Authent. quod ſine, *eſt inducta fauore liberorum quoad diſtributionem partium.*
15. *Inſtitutione facta de filiis, & extraneis ſimul, quando portio extraneorum accreſcat filiis.*
16. *Acceſſoriũ vigore attractionis ſequitur principale.*
17. *Subſtitutio pupillaris non poteſt fieri in teſtamento inter liberos.*
18. *Subſtitutio pupillaris non eſt omni reſpectu acceſſoria ad inſtitutionem.*

IN hoc articulo duo caſus conſiderari poſſunt. Primus eſt, quando ſcriptura patris inter liberos nullos teſtes habet ſubſcriptos, & controuerſia non eſt inter eoſdem filios, qui propter reuerentiam, quam parentibus debent, teſtamentum illud recipere, atque paterno iudicio
1. ſtare debent, quam eſſe verã rationem † §. *ex imperfecto*, dicit Natta *num.* 130. *&* 132. vbi multis confirmat rationibus, quem ſequuta eſt Rota, vt per Seraphin. *in deciſ.* 820. *propè finem.* Sed controuerſia eſt inter dictos filios, & extraneum, & tunc quia
2. tertius poteſt negare illud teſtamentum eſſe † manu teſtatoris ſcriptum, item negare non eſſe ſollemne, quia non interuenerunt ſaltem duo teſtes, iuxta *auth. quod ſine. C. de teſtam.* & tunc tale teſtamẽtum quoad tertij præiudicium nullam vim habet, vt probat Menoch. *in conſil.* 267. *num.* 11. *& ſeq. vol.* 3. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 7. *num.* 8. vbi repetit eadem ſcri-
3. pta. Nec eſt mirum, quia etiam Iuriſconſulti † compilatores legum ſæpe eandem legem in pluribus titulis reperierunt, vt *l. diem functo. ff. de offic. aſſeſſor. l. diem functo. ff. locat. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de Epiſcop. & cleric. l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. & l. rogaſti ff. de præſcrip. verb. l. Lucius, in princip. ff. ad Trebell. & l. final. §. Lucius. ff. de legat.* 2. & aliæ centum quas poſſem allegare, ſed omitto.

4. Secundus caſus eſt, quando parentes † ſcripturam teſtamenti inter liberos faciunt cum ſubſcriptione duorum teſtium, & tunc legata facta tertio in eodem teſtamento ſuſtinentur, Anton. de Butr. *in c. quod laicis. de foro compet.* qui loquitur de teſtamento, in quo liberi ſunt inſtituti, vel pia cauſa, quem ſequuntur Salyc. *in authent. caſſa, num.* 7. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alexand. *in conſil.* 41. *num.* 5. *vol.* 1. *& conſil.* 105. *num.* 14. *vol.* 4. Ruin. *in conſil.* 1. *num.* 12. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 72. *num.* 6. Corn. *in conſil.* 178. *vol.* 1. & ab hac ſententia neminem diſſentire dicit Iaſ. *in l. hac cõſultiſſima. in d. §. ex imperfecto, num.* 12. *C. de teſtam.* & eſſe magis communem, probat Albert. Brun. *in tract. de forma, tit. de poteſtate, & effectu formæ. limitatione* 31. Item eſſe communem dixit Crot. *in l. re coniuncti, n.* 160. *de legat.* 3. Item communem dixit Benedict. *in cap. Raynutius. part.* 1 *num.* 6. *de teſtamentis*, quam ſequitur etiam Couar. *in c. relatum, in princip. num.* 2. *de teſtamentis.* pro qua opinione eſt text. *in d. auth. quod ſine. C. de teſtament.* ſumpta ex §. *ſi tamen vxori, auth. de teſtam. imperfecti.* quæ iura licèt loquantur de te-
5. ſtamento ſcripto manu † teſtatoris, tamen habet locum etiam ſi per Notarium fuiſſet ſcriptum, & ipſe teſtator approbauerit, vt latè probat Curt. iun. *in conſil.* 303. *num.* 26. *& ſequent.* Scotus *in conſil.* 1. *num.* 65. *tom.* 1. Bertrand. *in conſil.* 106. *num.* 2. *part.* 12. *vol.* 3. aliàs *lib.* 6.

Declaratur iſte caſus, & *d. auth. quod ſine*, vt tale teſtamentum inter liberos ſuſtineatur etiam quoad
6. extraneas perſonas in vim fideicommiſſi † vniuerſalis, propter interuentum duorum teſtium, vt dicit gloſſa *in authent. de teſtament. imperfect. in princip. in ver. vnius*, quæ dixit, ſi quid relinquitur extraneo à patre teſtante inter liberos, requiruntur duo teſtes, per quam gloſſ. Alexand. *in conſil.* 114. *num.* 3. *vol.* 7. concordauit opiniones, quando ſola diſpoſitio inter liberos dirigitur, & quando fit extraneis. Item
7. quòd d. auth. *quod ſine*, † habeat locum in fideicõmiſſo vniuerſali, firmarunt Socin. *in conſil.* 24. *num.* 4. *in fin. verſ. ſed etiamſi inſtituantur heredes, vol.* 3. Matheſilan. *ſingulari* 41. Capella Tholoſan. *deciſ.* 455. Quia, vt probaui ſuprà *in* 1. *articulo huius quæſtionis*, hæc eſt vera, & propria ſpecies teſtamenti, in qua non ſolùm non reperitur de iure prohibitum facere
fideicommiſſa vniuerſalia, † & ideo erubeſcimus 8.
ſine lege dicere contrariũ. *l. diſſentientis. C. de repudiis, l. illam. C. de collationib. §. conſideremus. in auth. de triente, & ſemiſſ.* Sed imò de iure communi fideicõmiſſa vniuerſalia ſuſtinentur, etiamſi in teſtamẽtis nullis, & aliàs imperfectis fierent, per *auth. ex cauſa. C. de liber. præterit.* & hanc opinionem tenet Bart. *in l. peculium. §. final. n.* 1. *de legat.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 184. *n.* 5. *vol.* 2. Item quia dictæ Authenticæ indefinitè loquuntur; ergo vniuerſaliter intelligendæ ſunt. *l. ſi pluribus. de legat.* 2. *l.* 1. *§. & generaliter. ff. de legat. præſtand.* tam de legatis, quæ æquiparantur fideicommiſſis particularibus, quàm de fideicommiſſis vniuerſalibus, ſicut de vtriſque intelligitur *d. auth. ex*
cauſa. † *C. de liber. præterit.* vt latè per Io. de Anania 9.
in conſil. 28. *col.* 3. *verſ. circa tertium dubium*, qui atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. Neque obſtat, quòd multi ſcripſerũt d. auth. *quod ſine*, eſſe correctoriam, ideo non extendendam ad fideicommiſſa vniuerſalia, quia hoc negatur, dicitur enim limitatoria, vt Corn. atteſtatur eſſe communẽ opinionem *in conſil.* 118. *in fin. vol.* 3. Neque in totũ corrigit d. §.
ex imperfecto, † vt dicit Bart. *in d. auth. quod ſine, n.* 7. 10.
& ideo benè poteſt fieri extenſio, vt per Boër. *deciſ.*
240. *in fin.* Item quia etiam in correctoriis † fit ex- 11.
tẽſio ex maioritate rationis, vt dicit Clarus *in q.* 52. *verſ. ſed quæro.* Nec ibi verbum *fideicommitti*, poteſt intelligi de fideicommiſſo particulari, quia eſt idem quod legatũ, gloſſ. *in l.* 1. *§. item hæc communio. de legat.* 1. Item quia text. *d. auth. quod ſine*, loquitur per copu-
latiuam, quæ ſemper ponitur † inter diuerſa, gloſſ. 12.
in rubric. ff. de iuris, & fact. ignorant. cum ſimilib. Item *d. auth. quod ſine*, eſt deſumpta ex *d. §. ſi tamen vxori*, vbi Imperator loquitur cùm alternatiua, aut legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & alternatiua ſemper diſtinguit, & ponitur inter diuerſa *l. ille, aut ille, de legat.* 2. Item quia eadem verba habentur *in §. ſi verò contigerit. auth. vt cùm de appellat. cognoſc.* & probatur etiam per rubricam *ff. de conditionib. inſert.* tam legatis, quàm fideicommiſſis, & libertatibus.

Neque obſtat conſideratio Cyni, Baldi, & Salyc. *in d. authent. quod ſine*, vbi quòd ſi extranei non
poſſunt directò inſtitui † propter fauorem libero- 13.
rum, ſi poſſent inſtitui per fideicommiſſum, ipſa authentica redderetur eluſoria, gloſſ. *in §. eſt tamen caſus, Inſtit. de hæred. inſtit.* Quia cùm de iure nouiſſimo liberis titulo inſtitutionis debeat relinqui legitima. §. 1. *authent. de triente, & ſemiſſ.* idem fauor etiam per d. auth. inducitur, aliàs tale teſtamentum non valebit. Clar. *in d. §. teſtamentum. quæſt.* 8. *verſ. ſed ſunt*,
vbi probat eſſe communem. Item eſt inducta † ad 14.
fauorem liberorum, quoad diſtributionem partium, ſaltem quoad illos, quibus maior pars relicta fuerit, vt ibi per Clar. *quæſt.* 14. *verſ. ſed quæro*, quia partibus non diſtributis, æqualiter ſuccederent, ideo quoad quantitatem patrimonij nihil eſt immutatum, neque gloſſ. *in d. §. eſt tamen caſus*, poteſt habere locum in hoc caſu, propter diuerſitatem rationis inter directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem. Nam extranei non poſſunt directò inſtitui, quia d. authent. *quod ſine*, principaliter reſpicit ipſos liberos, ideo ipſi liberi ſunt principaliter inſtituendi, acceſſoriè verò reſpicit extraneos, quibus nihil prohibet poſſe fieri fideicommiſſum vniuerſale, & ideo Iaſ. *in d. §. ex imperfecto, num.* 10. *& in l.* 1. *num.* 22. *&* 31. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* contrarium tenet, in caſu, quo cum filiis eſſent inſtituti †
alij extranei directò, quo caſu eorũ portio nõ valet, 15.
ſed

ſed accreſcit filiis, & idem dicit Couar. *in d. cap. relatum. num.* 2. Et ratio eſt, quia extranei ſunt admixti in principali diſpoſitione teſtamenti, & ad hoc eſt alter text. *l. final. C. famil. erciſc.* vbi quòd inſtitutio facta de extraneo iure communi non valet, nec poteſt vires aſſumere vigore inſtitutionis factæ de filio, quia cauſa validitatis teſtamenti, quæ eſt fauor liberorum, reſpicit ſolùm eos, nec extenditur ad extraneos in ſubſtitutione directa: ſed quando ſolus filius eſt inſtitutus, & inſtitutio ex priuilegio legis valet, tunc data validitate capitis, non eſt mirum, ſi illius virtus diffundatur per membra acceſſoria, cuiuſmodi ſunt legata, & fideicommiſſa, hoc enim operatur natura ac-
16. ceſſorij, † quæ virtute attractionis ſequitur principale; ergo teſtamentum inter liberos, ſi non valet quoad ſubſtitutionem pupillarem, vt fuit deciſum Seraphin. *in d. deciſ.* 820. tamen valebit quoad legata, & fideicommiſſa vniuerſalia, quia quam-
17. uis ſubſtitutio † pupillaris, quando fit eodem contextu cum inſtitutione, dicatur illi acceſſoria. *§. liberis. Inſtitut. de pupillari ſubſtit.* & certis reſpectibus teſtamentum patris, & filij dicatur vnum teſtamentũ, vt notant Doct. *in §. igitur. Inſtit. de pupill. & in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupill. & in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtament.* tamen propter duas hæreditates cenſentur duo teſtamenta. Cephal. *in conſil.* 339. *num.* 4. *& conſil.* 507. *n.* 27. Roland. *in conſil.* 69. *num.* 25. *vol.* 1. Ideo ſubſti-
18. tutio † pupillaris ob æqualem rectitudinem, non eſt abſolutè, & omni reſpectu acceſſoria inſtitutionis, ſicut abſolutè, & ſemper ſunt illi acceſſoria legata & fideicommiſſa, ideo ſubſtitutio pupillaris non poteſt ita faciliter participare vigorem inſtitutionis factæ de filio, ſicut faciunt legata, & fideicommiſſa, quæ cùm ſint merè acceſſoria, nihil mirum ſi ſequantur naturam ſui principalis, & hanc opinionem veluti communem, & certam ſequutus ſum *in voto* 8. *& voto* 60. inter deciſiones Piſanas.

QVÆSTIO VIII.

De teſtamento ad pias cauſas, per quinque articulos diuiſa.

1. Qui teſtari poſſint ad pias cauſas.
2. Quando teſtamentum dicatur factum ad pias cauſas.
3. De natura teſtamenti ad pias cauſas.
4. An relicta ad pias cauſas debeantur ex teſtamento inualido.
5. An fauor piæ cauſæ ſit præferendus fauori liberorum.

ARTICVLVS I.

Qui poſſint teſtamẽta facere ad pias cauſas.

SVMMARIA.

1. *Diſpoſitio nulla generalis comprehendit piã cauſam.*
2. *Iuramentum fidelitatis non cenſetur factum contra Principem.*
3. *Fauor Eccleſiæ, & filiorum æquiparantur.*
4. *Pia cauſa præualet admixta cũ inſtitutione hæredis.*
5. *Teſtamentum ad pias cauſas non comprehenditur ſub ſtatuto prohibente fieri teſtamentum, niſi ſub certa forma.*
6. *Filius familias poteſt teſtari ad pias cauſas in aduentitiis, cum patris conſenſu.*
7. *Conſuetudo populi non ligat clericos in deciſoriis.*
8. *Diſpoſitio ciuilis quando eſt fundata ſuper defectu intellectus, & voluntatis, ligat piam cauſam.*
9. *Pupillus non teſtatur ad pias cauſas, niſi de conſenſu Principis.*
10. *Condemnatus cum publicatione bonorum, quando teſtetur ad pias cauſas.*
11. *Diſpoſitio delinquentis, cuius bona non ſunt publicata ipſo iure, an, & quando valeat.*
12. *Dubius de ſtatu ſuo teſtatur ad pias cauſas.*
13. *Vſurarius manifeſtus non poteſt facere teſtamentũ.*
14. Cap. quamquam. de vſuris. lib. 6. *comprehendit quamlibet diſpoſitionem.*
15. *Vſurarius manifeſtus non poteſt facere donationem cauſa mortis.*
16. *Teſtamentum vſurarij quomodo poſſit reconualeſcere.*
17. *Teſtamenta inualida quando non poſſint reconualeſcere.*

IN hoc articulo præcipuũ fundamentum ſtatuẽdum eſt, quòd nulla generalis diſpoſitio † piam cauſam com- 1.
prehendere poteſt, vt dixit Bald. *in l. ſponſus. §. ſi vxor. ff. de donat. inter virum, & vxor.* quia videtur à qualibet excepta perſona Dei, ſicut à iuramẽto † fidelitatis facto alicui eſt excepta 2.
perſona Principis, *c. imperialem. de prohibita feud. alienat. per Federic.* & ita dicit Socin. *ſuper regula priuilegiorum pia cauſa, priuileg.* 14. & Dec. *in c. ſcripta n.* 29. *de fide inſtrum.* vbi tractat an diſpoſitio *auth. quod ſine. C. de teſtam.* habeat locum in pia cauſa, dicit affirmatiuam eſſe veram, quia non minor fauor † præ- 3.
ſtatur Eccleſiæ, quàm filiis. Item quòd pia cauſa nõ veniat in generali diſpoſitione, probatur in quibuſdam caſibus, nam filio, qui de iure authenticorum debet hæres inſtitui, nec ſufficit quicunque relicti titulus, aliàs teſtamẽtum eſt nullum, *§. aliud quoque capitulum. auth. vt cum de appellat. cognoſc.* & tamen ſi pia cauſa eſt inſtituta, poteſt quomodolibet relinqui, hoc facit mixtura cum pia cauſa, † & eius fauor, 4.
qui ſub illa diſpoſitione non continetur, & probat Tiraquel. *de priuil. piæ cauſæ, cap.* 14. Item diſpoſitio *l. final. C. de pact.* vbi prohibetur donatio omniũ bonorum, *& l. ſancimus. C. de donat.* vbi donatio excedẽs ſummam quingentorum aureorum debet inſinuari, aliàs eſt nulla, non comprehendit piam cauſam, vt probat Tiraquel. *in priuilegio* 100. *& priuil.* 124. Item ſtatutum prohibens † aliquem teſtari ſine conſenſu 5.
propinquorum, non comprehendit teſtamentũ factum ad pias cauſas, Bald. *in l. generali. verſ.* 1. *quæro. C. de ſacroſ. Eccl. & in conſil.* 159. *vol.* 5. Dec. *in conſil.* 455. *n.* 9. *verſ.* 2. *non obſtat.* vbi hoc probat; ex hoc fundamento poſſunt reſolui aliqui caſus pertinentes ad hunc articulum, Craſſ. *in §. teſtamentum. quæſt.* 17. *n.* 10. & latiùs per Corn. *in conſil.* 278. *verſ. Dominus Petrus. vol.* 1.

Primus eſt, † filius familias poteſt teſtari ad pias 6.
cauſas in aduẽtitiis, quia diſpoſitio *l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. & l. ſenium. C. eod. tit.* non comprehendit pias cauſas, in quas ſi diſpoſitio fiat in aduentitiis cum patris conſenſu, valida eſt, per text. *c. licet. de ſepultur. lib.* 6. vbi filius ſine conſenſu patris poteſt eligere ſepulturam, & præter illius conſenſum non poteſt aliquid relinquere pro anima ſua, niſi habeat peculium caſtrenſe, vel quaſi; ergo à con-

trario ſenſu cum patris conſenſu poterit liberè diſponere, & teſtari. Bald. *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & eſt communis opinio, vt atteſtatur Dec. *in d. l. ſenium. num. 15. C. de teſtament.* & hanc opinionem latè probat Tiraquell. *in priuileg.* 78. qui omnes refert, & eſſe magis communem probat Couar. *in rubric. de teſtament. cap. 3. num. 28. in fin.* quicquid ſcripſerit Vaſquius in contrarium *in lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 22. num.* 8. & hanc etiam ſequutus fui *in tract. de iuriſdictione. part. 4. caſ. 5. num. 33. & ſeq.* vbi etiam ſcripſi, quòd ſi Eccleſia, vel pia cauſa apprehendiſſet hæreditatem, & bona, ſi is qui vellet defendere contrariam partem, ageret contras eas, prout debet in foro Eccleſiaſtico, ex regula *c. cùm ſit generale. de foro compet.* talis diſpoſitio contraria in foro Eccleſiaſtico non eſſet attendenda. *c. quod clericis. de foro compet.* Cyn. *in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo*, vbi quòd in deciſoriis conſue-
7. tudo † populi non ligat clericos, Zabarell. *in d. c. quod clericis.* Hoſtienſ. *in ſumma de conſtitutionib.* §. 1. vbi quòd ſtatuta laicorum ſeruantur in foro ciuili quoad ordinatoria iudicij contra clericos, ſecus quoad deciſionem; ergo multò fortiùs hoc eſt in foro Canonico.

Declaratur fundamentum huius articuli, vt non procedat, quando diſpoſitio legis ciuilis eſt funda-
8. ta ſuper defectu † intellectus & volũtatis, quia tunc comprehendit perſonas quaſcumque etiam diſponentes ad pias cauſas; idcirco omnes inhabiles de iure communi ad teſtandũ, ea inhabilitate, quæ eſt ex defectu intellectus, neque ad pias cauſas teſtari poterunt, vt latiùs probat Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg.* 79. ex qua declaratione infertur

9. Secundus caſus, de pupillo, † qui etiam ſi pubertati proximus eſt, tamen ad pias cauſas teſtari non poteſt, Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 5. num.* 5. Craſſ. *in eod. §. quæſt. 17. num.* 5. Niſi pupillus qui eſt doli capax ex permiſſione Principis ad pias cauſas teſtamentum fecerit, vt declarat Craſſ. *ibidem*, qui alios refert. Neque furioſus, & ſimiles illi æquiparati teſtari poſſunt ad pias cauſas. Clar. & Craſſ. *in dictis quæſtionibus*, & ad hunc caſum confert, quòd & miles aliàs priuilegiatus, ſi intellectus defectum patiatur, teſtamentum facere non poteſt. *l. final. & ibi not. C. de teſtam. milit.*

10. Tertius caſus eſt, de eo, cuius bona † publicantur propter delictum, qui nec ad pias quidem cauſas teſtari poteſt, vt probat Tiraquell. multos referens *in d. priuileg. 79. propè finem*, & poteſt addi Abb. qui hoc idem dixit *in conſil. 63. num. 5. part.* 1. Contrariam opinionem ego tenui *in d. tract. de iuriſdict. part. 4. caſu 5. num.* 38. quia Doctores *in l. poſt contractum. ff. de donat.* diſtinguunt: Aut ſunt delicta propter quæ ſtatim ipſo iure ſunt publicata bona. *l. commiſſa. ff. de publican. & vectigal. auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. c. cùm ſecundum. de hæretic. lib. 6.* & tunc poteſt eſſe vera iſtorum opinio, quia dictus condemnatus nihil habet in bonis, ſicut dicimus in Monacho, & ſeruo, qui propterea ad pias cauſas teſtari non poſſunt, vt declarat Bartol. *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* At ſunt delicta, in quibus non ſtatim perditur dominium ipſo iure, nec interdicitur adminiſtratio ipſo iure, prout regulariter non fit. *l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fiſci*, & tunc valet
11. quælibet illius † diſpoſitio. *d. l. poſt contractum*, licèt poſtea veniret publicanda, ſi aliter probaretur de fraude, & *ibi* Doctor. communiter concludunt, & probaui latiùs in repetitione dictæ legis in lectura Paduana; dicit tamen Angel. *in l. ſi quis poſthac. C. de bonis proſcriptorum*, quòd in omnibus caſibus, in quibus præſumeretur fraus, nunquam præſumitur, ſi quis alienaret pro redemptione captiuorum, aut ob alias ſimiles cauſas; ergo cùm iſte habeat ad miniſtrationem bonorum, & ad pias cauſas, non præſumatur in fraudem feciſſe, teſtamentum ab eo factum, validum exiſtit.

Quartus caſus eſt de impeditis à iure ciuili, vt eſt
dubius † de ſtatu ſuo, talis enim ad pias cauſas te- 12.
ſtari poteſt, vt poſt alios relatos probat Craſſ. *in d. quæſt. 17. num.* 14. quia impedimentum inductum de iure ciuili non nocet piis cauſis.

Quintus caſus eſt de impeditis de iure Canoni-
co, nam vſurarius manifeſtus † nõ poteſt facere te- 13.
ſtamentum, niſi præſtiterit cautionem de reſtituendo vſuras. *c. quamquam. de vſur. lib. 6.* Ideo neque ad pias cauſas teſtari poterit, Bald. *in l. 1. col. 4. verſ. octauò quæro. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Abb. *in conſ. 1. in fin. part. 2.* quos ſequitur Tiraq. *de priuil. piæ cauſ. priuileg. 79. in fin.*
Item quia diſpoſitio *d. c. quamquam*, † comprehen- 14.
dit quamlibet vltimã voluntatem, vt dicit Immol. *in l. tam is. in princip. num. 3. ff. de donat. cauſ. mortis.* vbi atteſtatur ita communiter teneri per omnes
Canoniſtas, & ideo etiam comprehendit † dona- 15.
tionem cauſa mortis, aliàs ipſa diſpoſitio redderetur eluſoria. Alex. *in l. diſcretis, in princip. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ. 5. numer. 77. & ſeq.* Peguer. *deciſ. 31. num. 12.* Et hæc opinio eſt communis, & verior, atque attendenda, quia fauet animæ, licèt aliqui contrarium ſentiant, vt per Couar. *in rubric. de teſtam. part. 3. num. 11. circa medium.*

Declaratur iſte caſus, quòd teſtamentum vſura-
rio † factum ante cautionem præſtitam eſt inuali- 16.
dum, ſed ſi præſtatur poſtea cautio, vel idem vſurarius conſtituat procuratorem ad ita faciendum, tunc dictum teſtamentum reconualeſcit, vt probat Surd. *de alimentis, tit. 7. quæſt. 4. num.* 20. Zabarell. *in Clem. 1. quæſt. 23. de ſepultur.* Felin. *in c. ad hæc. col. 1. in princ. verſ. item quia, de reſcript.* Iaſ. *in l. vniuerſa. num. 14. ff. de precib. Imper. offer.* Et licèt teſtamen-
tum † filij familias etiam ad pias cauſas ſine con- 17.
ſenſu patris non reconualeſcat, ſi pater eius præmoriatur, niſi ipſe denuò teſtetur. Bald. *in d. l. 1. verſ. ſextò incidenter quæro. C. de ſacroſ. Eccleſ.* per text. *l. 1. §. ſi filius. de legat.* 3. Tiraquell. *in lege 16. connubiali gloſſ. 8. num. 108. verſ. nam & in ſimili.* tamen ſecus eſt in teſtamento vſurarij, & ratio differentiæ eſt, quia aliud eſt eſſe defectum in perſona teſtantis, in filiofamilias, vel minore, & ſimilibus, quorum teſtamenta non reconualeſcunt. *§. præterea. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtament.* aliud eſt defectum eſſe in ipſo teſtamento, cuius factionis vſurarius eſt particeps, ſed impeditur de iure Canonico, niſi reſtituat; ergo cùm primùm reſtituit, vel cauet de reſtituendo, teſtamentum reconualeſcit. ad tradita per Iaſ. *in l. ſi arrogator. num. 36. ff. de adopt.*

ARTICVLVS II.

Quando teſtamentum dicatur factum ad pias cauſas.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum quando dicatur factum ad pias cauſas.*
2. *Teſtamentum conſiſtit in inſtitutione hæredis, non autem in legatis.*
3. *Legatum ad pias cauſas non debetur ex teſtamento inualido.*

4. *Le*

4. *Legata pia non debentur, hæreditate non adita.*
5. *Teſtamentum dicitur ad pias cauſas, vbi iſta eſt in quocunque gradu ſubſtituta.*
6. *Pia cauſa propter maiorem dilectionem cenſetur pupillariter ſubſtituta.*
7. *Conditio ſi ſine liberis, verificatur in pupillo.*
8. *Teſtamentum dicitur ad pias cauſas ſi legata pia continent maiorem partem patrimonij.*

1. SEQVITVR videre, quando teſtamentum ad pias cauſas † factum dici poſſit; & quidem ad pias cauſas dicitur, quando ipſa pia cauſa principaliter inſtituitur: ſin autem laicus inſtituitur, & legata pia in illo teſtamento relinquuntur, tale teſtamentum ad pias cauſas non dicitur, ita firmarunt Anton. de Butr. *in cap. quod clericis, col. penult. verſ. ideo puto, quòd ſi laicus inſtituta Eccleſia, de foro competenti.* & Salyc. *in auth. Caſſa. num. 7. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Dec. *in conſil. 455. col. final.* Socin. *in*
2. *conſil. 115. num. 7. vol. 4.* quoniam teſtamentum † in inſtitutione hæredis verè, & propriè, non autem in legatis conſiſtit, *l. 1. §. fin. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. ſi nemo. ff. de teſtam. tut. §. ante hæredis. Inſt. de legat.* & hanc concluſionem comprobant ſcripta per Alexand. *in conſil. 177. num. 16. verſ. ſed vbi eſt inſtitutus laicus. vol. 2. & in conſil. 209. num. 15. verſ. poſſet & tertia ratione excludi. vol. 2.* & ita hæc ſententia in tribunalibus recepta fuit, vt in Senatu Luſitaniæ, & in Rota Rom. *D. N. tom. 5. tit. Teſtamentum. cap. tam verbis, & cap. non ex legatis.*

Primò declaratur iſte caſus, vt ſi principaliter non ſit inſtituta pia cauſa, ſed laicus fuerit inſtitutus, & ipſi piæ cauſæ legatum factum fuerit, tunc ſi
3. non valet † teſtamentum, quia nō eſt ad pias cauſas, neque legatum illi factum debetur, Bart. *in l. final. num. 1. ff. de his quæ pro non ſcriptis hab.* ſequitur Iaſ. *in l. Marcellus nū. 36. ff. ad Trebell.* & alij plurimi ad hoc relati per Theſſaur. *in quæſtion. forenſ. cap. 35. num. 5.* vbi expluribus probat, quòd doctrina Salyc. *in d. auth. Caſſa,* eſt cōmuniter recepta, poſt Vaſquiū, Couarr. Boër. & alios quos allegat. Item quia legata †
4. pia non debentur hæreditate non adita, Salyc. *in l. 1. quæſt. 13. num. 18. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & eſſe communem opinionem probat Iaſ. *ibid. num. 34.* Item Alexand. *in conſil. 209. num. 16. vol. 2.* etiam probat eſſe communem. Et licèt Couar. *in cap. Raynaldus. §. 3. num. 11.* teneat legata pia valere, etiam hæreditate non adita, per extraneum inſtitutum, tamen hæc opinio eſt contra communem allegatam, & ſi teſtamentum ſuſtineretur fauore legatorum ad pias cauſas, vt dicit Tiraquell. *in priuileg. 15.* tamen non ideo teſtamentum dicitur ad pias cauſas, ſed legata ipſa dicuntur ad pias cauſas.

5. Secundò declaratur, quòd teſtamentum † dicitur ad pias cauſas, ſiue ipſa fuerit in primo gradu inſtituta, ſiue in quocunque alio gradu ſubſtituta, eo enim ipſo quòd via ſucceſſionis ipſi piæ cauſæ aperitur, ad pias cauſas teſtamentum dicendum eſt, vt eſt caſus *in c. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* Nec eſt inconueniens vt teſtamentum à ſubſtitutione vires habere incipiat, *l. etſi perceperit. §. fin. & ibi* Bartol. & cæteri omnes, *ff. de liber. & poſthum.* & ita fuit iudicatum in Regno Neapol. vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtamentum, c. ſiue pia cauſa.* Item quia teſtator tertio loco ſubſtituit piam cauſam, in qua concurrit ma-
6. ior dilectio, † ideo dictam piam cauſam directò pupillariter ſubſtituiſſe dicitur, Corn. *in conſil. 138. num. 8. verſ. ita dicamus in caſu noſtro. vol. 3.* Roland. *in conſil. 69. num. 27. & ſeq. vol. 1.* & licèt alter fuerit ſubſtitutus primo loco, & poſt eum pia cauſa, non tamen ideo videtur cogitatum de fideicommiſſo, quia cùm priùs ſubſtituti prædeceſſerint ante pupillū inſtitutum, perinde eſt ac ſi ipſa pia cauſa fuiſſet pupillariter ſubſtituta. Pariſ. *in conſil. 73. num. 43. vol. 3. & in conſil. 74. num. 40. eod. vol.* Bartol. *in l. centurio num. 36. verſ. quæro vlteriùs. ff. de vulgari, & pupill.* Surdus *deciſ. 273. num.* 8. Item hæc concluſio eſt vera, etiam ſi teſtator pupillo ſuo inſtituto ſubſtituerit, quandocunque ſine liberis deceſſerit, † hæc enim conditio nihil impedit, quin etiam 7.
ipſa pupillaris dicenda ſit, quin etiam pupillus dicitur ſine liberis decedere. *l. credendum, verſ. ſi verò. ff. qui petant tutores,* Bartol. *in d. l. centurio. numer. 27. & ibi* Immol. *num. 15. in fine. ff. de vulgar.* & *ibi* etiam Alexand. *numer. 27. & ſeq.* Bald. *in conſil. 38. num. 5. in fin. vol. 2.* & alij relati per Mantic. qui probat eſſe communem concluſionem, *in tract. de coniectur. lib. 11. tit. 1. num. 3.* & de hoc latiùs ſcribam infrà in quæſtionibus pupillaris ſubſtitutionis.

Tertiò declaratur, vt teſtamentum dicatur ad pias cauſas, etiamſi ipſa non fuerit inſtituta, dummodo † legata pia facta in teſtamento abſorbeant maiorem partem hæreditatis, & ita fuit 8.
iudicatum in Rota, vt per Cæſar. Graſſ. *in d. deciſ. 3. de teſtament.* vbi allegantur Dec. *in conſil. 504. numer. 3.* Bald. *in l. auia. §. Titio. ff. de condit. & demonſtrat.* per illum text. & alij relati *in d. deciſione.*

ARTICVLVS III.

De natura teſtamenti ad pias cauſas.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum ad pias cauſas eſt validum ſine ſolemnitate iuris ciuilis.*
2. *& cum duobus teſtibus, & quando ſint neceſſarij tres.*
3. *Probatio de iure diuino quando debeat fieri per tres teſtes.*
4. *Legatarius aliquando non eſt integer teſtis in teſtamento.*
5. *Probationes ſunt arbitrariæ iudicibus.*
6. *Rogitus teſtium non eſt neceſſarius ad pias cauſas.*
7. *Rogitus teſtium in teſtamentis, quando eſt neceſſarius.*
8. *Rogitus teſtium in teſtamento inter liberos non eſt neceſſarius.*
9. *Teſtamentum ad pias cauſas ſola manu teſtatoris ſcriptum, vel ſaltem ſubſcriptum, eſt validum.*
10. *Teſtamentum ad pias cauſas etiam nutu factum eſt validum.*
11. *Teſtamentum ad pias cauſas imperfectum ratione voluntatis, non valet.*
12. *Voluntas imperfecta fauore piæ cauſæ non ſuſtinetur.*
13. *Piæ cauſæ non eſt fauendum contra regulas iuris expreſſas.*
14. *Piæ cauſæ non eſt fauendum, quando in ſpecie non eſt priuilegiata.*
15. L. *cùm acutiſſimi.* C. *de fideicomm. habet locum contra piam cauſam ſubſtitutam.*
16. *Teſtamentum ad pias cauſas valet etiam quoad legata prophana aliis perſonis relicta.*

L 4 In

1. IN hoc teſtamento † ſola iuris diui-
ni, vel gentium ſolennitas neceſſa-
ria eſt: ſollemnitas autem iuris ciui-
lis non eſt neceſſaria, vt probat Ti-
raquell. *de pia cauſa priuileg.* 64. Clar.
in §. *teſtamentum quæſt.* 6. *numer.* 1. Craſſ. *in eod.*
§. *quæſt.* 18. *numer.* 2. & latiùs per Corn. *in con-
ſil.* 261. *vol.* 1. *& conſil.* 307. *vol.* 3. & ita obſer-
uatur in quocunque foro, etiam laicorum, vt
probant præfati Doctores, & Couarr. *in c. rela-
tum, in* 1. *de teſtament.* Bartol. & cæteri omnes *in
l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quamobrem in huiuſmo-
2. di teſtamento duos teſtes ſufficere firmarunt †
Tiraquell. *de pia cauſ. priuileg.* 1. Couarr. *in d. c.
relatum, in* 1. *numer.* 2. *de teſtament.* Clar. *in d.
quæſt.* 6. *numer.* 2. Sed Corn. *in conſil.* 261. *col.* 2.
verſ. His minimè refragantibus, vol. 1. limitat hanc
concluſionem non procedere, quando dicti duo
teſtes, vel alter ex eis non eſt integer, tunc enim
tres eſſe neceſſarios vult, & ideo ipſum ius diui-
3. num † ſtatuiſſe in ore duorum vel trium ſtandum
eſſe. *c. in omni. de teſtib. cap. nouit, circa princip. de iudiciis.
cap. ſi peccauerit.* 2. *quæſt.* 1. & quia nullum verbum
debet eſſe ſine virtute operandi. *l. ſi quando. de legat.*
1. *cap. ſi Papa. de priuileg. lib.* 6. ideo etiam illa verba,
vel trium, toties repetita debent habere effectum,
videlicet, quando dicti duo, vel alter ex eis non eſt
integer teſtis, ad probandum teſtamentum ad pias
4. cauſas, exemplum eſſe poteſt. nam legatarius † ali-
quando non eſt integer teſtis in teſtamento, vt quia
deponeret ſuper illius validitate, & aliter legatum
conſequi non poſſet, tunc enim teſtamentum ipſum
etiam ad pias cauſas, duos tantùm probari poſſe
non videtur, ſed totum iudicis arbitrio remiſſum eſ-
ſe debet, vt *ibi* per Corneum; iſti enim teſtes adhi-
bentur ad probandam teſtatoris voluntatem, non
autem ad ſollemnitatem. Tiraquell. *de pia cauſa pri-
uileg.* 2. Couar. *in d. cap. relatum, numer.* 12. Corn. *in
5. conſil.* 215. *volum.* 3. Sed probationes † fiunt iudi-
ci. *l. quinquaginta. ff. de probat.* idcirco arbitrarium
illi eſſe debet an duo non integri ſatis ſint, vel
etiam tertius adhibendus, quia in ore duorum, vel
trium ſtat omne verbum. Cùm autem dicti teſtes
non ſint neceſſarij pro ſolemnitate, & ſubſtantia
ipſius teſtamenti, ideo etiam non rogati ſufficiunt,
6. & illorum rogitus † ad pias cauſas non eſt neceſſa-
rius, Bartol. *in d. l.* 1. *num.* 76. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *ibi*
Bald. *in fin.* Couar. *in d. c. relatum, num.* 6. Tiraquell.
de pia cauſa priuileg. 3. Coſta *in repetitione c. ſi pater,
in ver. in ſuo teſtamento, num.* 9. *de teſtam. lib.* 6. Alexand.
in conſil. 131. *numer.* 2. *verſ. ſecundò præſuppono, vol.* 7.
Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 6. *num.* 3. *verſ. ſecundò in-
fertur*, Craſſ. *in eodem* §. *quæſt.* 5. *numer.* 5. quicquid in
contrarium ſcripſerint Boër. *in deciſ.* 34. & Roman.
in auth. ſimiliter. in 11. *ſpeciali. C. ad leg. falcid.* Nam
7. rogitus † teſtium ideo requiritur in teſtamentis, vt
appareat de deliberatione voluntatis ipſius te-
ſtatoris. *l. diuus. ff. de milit. teſtam.* quæ deliberatio ap-
paret per tertium rogitum. Mantic. *de coniectur. lib.* 2.
tit. 11. *num.* 14. Sed ad pias cauſas quæcũque diſpoſi-
tio, etiam per verba narratiua, & enunciatiua eſt
valida, vt ſæpiùs probaui in præcedentibus. Acce-
8. dat, quòd in teſtamento inter liberos † neque requi-
ritur teſtium rogitus, gloſſ. *in l. final.* §. *final. C. de
codicill.* Benedict. *in cap. Raynutius. in ver. teſtamen-
tum, in* 1. *numer.* 58. *& ſeq. de teſtament.* ergo neque
in teſtamento ad pias cauſas, quæ ſæpiùs ſunt inter
ſe æquiparata; & ſicut inter liberos valet ſine teſti-
bus, vt ſcripſi *in præcedenti quæſtione*, dummodo ali-
quo modo conſtet de voluntate teſtatoris, ita ad
pias cauſas, poteſt enim conſtare per confeſſionem,
vel ſcripturam, & cùm teſtes, vt dixi, requirantur ad
probandum, ſi probatio certa aliunde haberi poſſit,
nõ ſunt neceſſarij: ergo neque ipſorũ rogitus neceſ-
ſarius eſt. Item quia teſtamentum † ad pias cauſas 9.
propria manu teſtatoris ſcriptum, vel ſubſcriptum,
eſt validum etiam ſine teſtibus, Immol. *in l. ſi quis
cum teſtamentum, num.* 5. *& ſeq. ff. de teſtam.* Alexand.
in conſil. 4. *num.* 10. *verſ. accedit ad ſuſtinendum. vol.* 7.
Iaſ. *in conſil.* 61. *vol.* 1. Corn. *in conſil.* 307. *num.* 6. *&
plur. ſeq. vol.* 3. quod eſt verum ſi liquidò conſtare
poſſit, illud manu defuncti ſcriptum, vel ſubſcri-
ptum eſſe, prout ſcripſi de teſtamento inter liberos
in quæſt. præcedenti artic. 3. Item quia huiuſmodi te-
ſtamentum, etiam † nutu factum eſt validum, gloſſ. 10.
in c. cùm tibi. de teſtament. Bald. *in d. l.* 1. *C. de ſacroſ. Ec-
cleſ. & in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris, & facti ignorant.
& in l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* Ancharan. &
Immol. *in c.* 2. *de teſtament.* Immol. *in l. captatorias,
verſ. ſed iuxta prædicta. ff. de hæred. inſtit.* Angel. *in l. iu-
bemus. C. de teſtam. & in l. in fraudem.* §. 1. *ff. de milit.
teſtam.* Felin *in c. in præſentia. de probat.* Barbatia *in con-
ſil.* 43. *vol.* 3. Clar. *in* §. *teſtamentum quæſt.* 6. *num.* 7. Ti-
raquell. *de pia cauſa priuileg.* 8. quod eſt verum ſi de
voluntate teſtatoris liquidò conſtare poſſit, Couar.
in d. c. cùm tibi. de teſtamentis.

Declaratur iſte articulus, vt teſtamentum valeat
ad pias cauſas, quando † eſt imperfectum ratione 11.
ſollemnitatis, ſecus ſi eſſet imperfectum ratione
voluntatis. Couar. *in d. c. relatum, in* 1. *num.* 13. *de
teſtam.* & dicitur imperfectum ratione voluntatis,
quando non perfecit, quod facere deſtinauerat in
illo actu, ſed morte præuentus eſt, vt in caſu *l. ſi quis
cum teſtamentum. ff. de teſtam.* Et quòd imperfectum
ratione voluntatis neque valeat ad pias cauſas,
Clar. *in* §. *teſtamentũ quæſt.* 7. *num.* 4. Craſſ. *in eodem* §.
quæſt. 11. *num.* 2. qui probant eſſe magis commu-
nem opinionem. Boër. *deciſ.* 240. Et voluntas † im- 12.
perfecta fauore piæ cauſæ non ſuſtinetur. Ol-
drad. *in conſil.* 119. & eſſe communem probat Iaſ.
in conſil. 135. *verſ. ſed per aduocatos vol.* 4. Clar. *in d.
quæſt.* 7. *num.* 3. *verſ. aliquando & tertiò.* Et licèt ali-
qui firment contrarium propter fauorem piæ cau-
ſæ, tamen non eſt recedendum à communi Docto-
rum ſententia, quia non eſt fauendum piæ cauſæ † 13.
contra regulas iuris expreſſas. *c. ex tenore. de foro com-
pet. in verſ. Nos attendentes quòd ita ſumus viduis in iu-
ſtitia debitores, quòd aliis iniuſtitiam facere non debeamus.*
Item text. *c.* 1. *de teſtament. lib.* 6. vbi nihil fauetur
piæ cauſæ ſubſtitutæ, & eſt communis opinio con-
tra piam cauſam, de qua per Doct. *in l. pen. C. de im-
puber. ſubſtit.* & atteſtatur Pariſ. *in conſil.* 86. *num.* 74.
vol. 2. Item quando ſumus in qualibet ſpecie vltima-
rum voluntatum, & pia cauſa non reperitur expreſ-
ſè priuilegiata † de iure, ſemper contra illam inter- 14.
pretatio facienda eſt. Pariſ. probat *in d. conſil.* 86.
num. 70. *& plur. ſeq. vol.* 2. *& conſil.* 77. *num.* 44. *vol.* 1.
Paul. de Caſtr. *in conſil.* 236. *vol.* 1. Aretin. *in conſil.*
53. *num.* 4. Decius *in conſil.* 273. qui alios allegat. *& in
conſil.* 391. *col. final. verſ. non obſtant, & in conſil.* 159.
Socin. *in conſil.* 77. *& conſil.* 80. *vol.* 1. *& conſil.* 26.
num. 7. *vol.* 4. Decian. *in conſil.* 10. *num.* 74. *vol.* 4.
Bertazol. *in conſil. ciuili* 58. *num.* 25. Oldrad. *in conſil.*
219. Item quia in dubio opinionem contra piam
cauſam tenuerunt Bartol. & alij communiter *in l.
hæredes mei.* §. *cùm ita. ff. ad* Trebell. volentes, quòd
diſpoſitio *l. cùm acutiſſimi.* † *C. de fideicomm. & l. cùm 15.
auus. ff. de condit. & demonſtr.* procedat, etiamſi pia
cauſa ſubſtituta fuiſſet, & Socin. *in d. l. cùm auus*
probat eſſe communem concluſionem, & quòd non
ſit

ſit fauendum piæ cauſæ contra regulas iuris communis. Socin. poſt alios *in l. 2. in princip. ff. de vulgari, & pupill.* Dec. *in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* Doctores omnes *in l. centurio. ff. de vulgari*, vbi concludunt, quòd tacita pupillaris non habet locum matre exiſtente in medio, etiamſi pia cauſa ſubſtituta fuiſſet. Paul. de Caſtr. *in l. cum ſtipulamur. num. 3. ff. de verb. obligat.*

Secundò declaratur, vt teſtamentum ad pias cauſas factum ſecundùm ſollemnitatem iuriſgentium, & diuini, valeat etiam quò ad legata propha-
16. na † aliis perſonis relicta, prout diximus de legatis, & fideicommiſſis factis in teſtamento inter liberos *in quæſt. præcedenti artic. 4.* & ita firmarunt Salyc. *in auth. caſſa. quæſtione nona. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Anton. de Butr. *in d. cap. quod clericis.* & *ibi* Abb. *de foro compet.* Alexand. *in conſil. 41. verſ. quinto, volum. 1.* & eſſe magis communem opinionem probant Craſſ. *in d. §. teſtamentum quæſt. 18. n. 7.*

Quando autem dicatur diſpoſitio ad pias cauſas, ſcribam infrà *in quæſtione de legatis ad pias cauſas*; ibi declarabo plures caſus.

ARTICVLVS IV.

An relicta ad pias cauſas debeantur ex teſtamento inualido.

SVMMARIA.

1. *Legata non debentur, quando hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento inualido.*
2. *Legata pia deberi ex teſtamento inualido, qui teneant, & qui contrarium defendant, num. 3.*
4. *Hæreditas quando adiri non poteſt, omnia corruunt.*
5. *Libertas non debetur hæreditate non adita.*
6. *Legata pia non deberi ex teſtamento inualido eſſe communem opinionem Ciuiliſtarum, & Canoniſtarum.*

IN ſecundo articulo huius quæſtionis allegaui pro ratione, ex teſtamen-
1. to inualido, cuius hæreditas † adiri non poteſt, legata pia nullatenus deberi: ſed quia Rota dubitauit de hac opinione *in deciſ. 5. de teſtamentis Cæſaris de Graſſis*, & multi tenent contrarium; idcirco (quamuis iſte articulus ad quæſtiones legatorum pertineat) decreui hoc loci de ipſius veritate inquirere. Partem igitur affirmantem, quòd legata
2. debeantur, † firmarunt Bartol. & Bald. *in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quos refert, & ſequitur Ripa *in l. hæc verba num. 28. de legat. 1.* Decian. *in conſil. 65. num. 19. volum. 2.* qui allegat Doctor. *in authent. Caſſa & irrita, & in l. id quod pauperibus. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Roman. *in auth. ſimiliter. C. ad legem falcid.* Riminald. iun. *in conſil. 729. num. 34. vol. 6.* qui allegat eoſdem præcitatos, & latiùs aliis probat Rubeus Alexandrin. *in conſil. 72. num. 5.* Quia, vt dicit, talia legata non ſubiiciuntur ſubtilitatibus legum, ideòque valent, etiamſi hereditas adita non fuerit. Item etiam ſi voluntas captatoria fuerit; item, vt dicit Ripa, hæc conditio ſi hæres erit, in hoc caſu non ineſt de neceſſitate; ideo hoc legatum ad pias cauſas erit purum, & erit debitum, etiam hæreditate non adita, ſicut legata in teſtamento militis facta debentur hereditate non adita. *l. Antoninus, & l. tractabatur. ff. de milit. teſtament.* Item quòd legata pia debeantur, etiamſi cætera ſint inualida, & hæreditas ex teſtamento adiri non poſſit, firmarunt etiam Calderin. *in conſil. 23. in titul. de conſtitutionibus.* Anton. de Butr. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ, eodem titul.* Albert. Brun. *in tract. de potentia formæ, limitatione 31.* Couarr. *in cap. relatum, in 1. numer. 4. de teſtament.*

Contrariam opinionem ego exiſtimo † verio- 3.
riorem, videlicet, quòd legata pia nullo modo debeantur ex teſtamento inualido, cuius hæreditas adiri non poſſit; quoniam Doctores communiter, & vnanimiter firmarunt concluſionem *in l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* quòd legata non debentur ex teſtamento, cuius hæreditas adiri non poteſt, & hanc eſſe regulam, probat Iaſ. *ibidem numer. 10.* per illum text. & per *l. ex teſtamento. ff. de fideicommiſſ.* & per *l. ſi nemo. ff. de regul. iur.* vbi dicitur, *ſi nemo ſubiit hæreditatem, omne ius teſtamenti ſoluitur.* Ergo dicta legata non debentur ab hærede teſtamentario, qui adire non potuit, ideo non contraxit cum legatariis, & creditoribus, *§. heres. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contractu. l. apud Iulianum. §. ſi pupilli heres. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Neque debentur à venientibus ab inteſtato, quia nec expreſſè nec tacitè fuerunt grauati, neque ab ipſis fuerunt repetita. Si igitur omnia diſpoſita corruunt per regulam, quando hæ-
reditas † adiri non poteſt, corruit pupillaris ſub- 4.
ſtitutio. *l. 2. §. adeò. ff. de vulgari & pupill.* Item dationes tutelæ. *l. ſi nemo. ff. de teſtament. tut.* cum ſimilibus; ergo etiam corruunt legata pia, quia, vt latiſſimè probaui in articulo proximè præcedenti, pia cauſa non admittitur propter fauorem, niſi expreſſè reperiatur priuilegiata, & in dubio non debemus fauere piæ cauſæ, contra expreſſas iuris regulas. Item quòd legata ad pias cauſas non debeantur hæreditate non adita, probatur optima ratione, quia libertas † eſt cauſa
pia, vt notat Bartol. *in l. ſi vnus. C. de teſtament.* & 5.
valet argumentum de libertate ad cauſam piam, & è contra, & tamen legatum libertatis non debetur, niſi adeatur hæreditas per hæredem ſcriptum, prout eſt caſus *in l. 2. ſi quis omiſſa cauſa teſtament. l. 1. §. libertatibus. C. de caduc. toll.* Lupus *allegatione 92. num. 4.* Et propterea Iaſ. *in d. l. eam quam, numer. 19.* atteſtatur eſſe communem opinionem
tam Ciuiliſtarum, quàm Canoniſtarum, † quòd le- 6.
gata pia non debeantur ex teſtamento, cuius hæreditas adiri non poſſit, atque allegat Angel. *in l. qui filio. §. 1. ff. de hered. inſtit.* dicentem, ita Bononiæ fuiſſe de facto determinatum. quam ſententiam ſequuti ſunt Alexand. *in conſil. 109. numer. 16. vol. 7.* vbi allegat Bartol. Bald. Io. Andr. Anton. de Butr. & Io. de Immol. & Cumanum cum ſuis rationibus, & atteſtatur eſſe magis communem opinionem, Salyc. *in l. 1. quæſt. 13. num. 18. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & alij plures ad hoc probandum relati per Theſſaur. *quæſt. forenſ. cap. 35. numer. 5.* vbi probat eſſe magis communem, quam benè probat Socin. *in conſil. 5. numer. 7. volum. 3. & in conſil. 49. numer. 12. volum. 4.* eandem eſſe magis communem probant Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt. 18. numer. 6.* & Vaſquius *de ſucceſſ. creatione lib. 3. §. 22. numer. 12.* Lupus *in d. allegatione 92. numer. 4. verſ. item relinquere*, qui dicit non deberi, niſi adita hæreditate. Bald. *in conſil. 248. circa medium verſ. ſecus eſt in legatis. vol. 5.* Angel. Aretin. *in conſil. 22. num. 6. & ſeq. verſ. quia etiam ad pias cauſas.* Ex quibus apparet, quòd tam ex dinumeratione Doctorum, quàm ex viuis rationibus iſta eſt verior, & magis communis,

præſertim

præſertim quia præfati Doctores à nobis allegati articulum diſpunxerunt, ideo verè communem feciſſe dicuntur, & allegati pro parte contraria, aut non diſpunxerunt articulum, aut de eo dubitarunt, Bartol. enim & Bald. pro iſta ſententia alleganturab Alexand. *in d. conſil. 209. numer. 16. volum.* 2. Item Iaſ. *in d. l. eam quam, numer. 19. in princip.* dicit, quòd Bartol. non aperit clarè ſuam intentionem in hoc articulo, & Ripa *in d. l. hac verbi*, etiam cum dubitatione ſcribit, dum dicit *ibi num. 28. in princip.* quod eſt notatu dignum, ſi ſit verum, & argumentum Ripæ ex *l. Antoninus, & l. tractabatur*, ego non inueni, ſed *in l. quærebatur. ff. de milit. teſtament.* miles qui habet priuilegium decedendi pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus; iuſſit vtrumque teſtamentum valere; qui caſus non conuenit huic articulo.

ARTICVLVS V.

An fauor piæ cauſæ ſit præferendus fauori filiorum.

SVMMARIA.

1. *Pia cauſa in dubio fauendum eſſe.*
2. *plus fauendum eſſe, quàm filiis, qui dixerint.*
3. *Teſtator præſumitur plus ſibi, quàm filiis proficere voluiſſe.*
4. Cap. final. 17. quæſt. 4. *declaratur.*
5. *Fauor filiorum præferendus eſt fauori piæ cauſæ.*
6. *Leges plus fauent filiis, quàm Eccleſiæ, etiam vltra legitimam.*
7. *Pia cauſa non reperitur priuilegiata contra filios.*
8. *Filiorum fauor qua ratione præferendus piæ cauſæ.*
9. *Eccleſia, & pia cauſa quando habeantur loco liberorum.*
10. *Filij inſtitutorum excludunt piam cauſam ſubſtitutam.*
11. L. cùm auus. ff. de condit. & demonſtr. *habet locum etiam contra piam cauſam.*
12. *Pia cauſa admittitur contra matrem ex tacita pupillari.*
13. *Donatio facta Eccleſiæ reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*
14. *an reuocetur in totum, vel ſolùm quo ad legitimam.*
15. *Legata ad pias cauſas non debentur ſtante præteritione filiorum.*

SVMMA ratio eſt, quæ pro anima, & religione facit. *l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* ex qua Doctores arguunt ſemper piæ cau-
1. ſæ † in dubio fauendum eſſe, Alexand. *in conſil. 190. in fin. & conſil. 204. numer. 17. volum. 6.* quia anima ipſa cunctis rebus eſt præponenda, *l. ſancimus, propè finem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & in puncto huius articuli Bartol. *in repetit. l. 1. numer. 58. & 61. & 74. C. de ſa-*
2. *croſanct. Eccleſ.* ſcripſit piæ cauſæ † plus eſſe fauendum, quàm filiis, excepta legitima eiſdem debita, quam doctrinam ſequuti ſunt Alexand. *in l. pactum quod dotali. numer. 7. C. de pact. & in conſil. 66. numer. 6. volum. 2.* Dec. *in l. licet, numer. 5. C. de pact. & in l. precibus, numer. 15. C. de impuber. ſubſtit.* Quia relictum piæ cauſæ cenſetur relictum animæ propriæ. Abb. *in conſil. 11. num. 2. part. 1.* Natta *in conſil. 124. num. 13.* Ideo teſtator præ- ſumitur magis † ſibi, quàm filiis, vel alteri cuicunque proficere voluiſſe, *l. præſes. C. de ſeruit. & aqua. l. 2. de patrib. qui fil. diſtraxerunt*, & ita arguit Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 3. num. 35.* 3.

Sed quia omnes præfati Doctores mouentur ex *cap. finali.* † 17. *quæſt.* 4. vbi D. Auguſtinus dicit, 4.
non eſſe exhæredandum filium, vt Eccleſia inſtituatur, & gloſſ. *in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & cleric. & in l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffi. teſtam.* intellexit illum textum reſpectu legitimæ tantùm, quam poſtea omnes Doctores ſequuti ſunt, deſtructo hoc fundamento, dicta opinio ſubſiſtere non poteſt: nam ibi exhæredatio ſumitur pro exhæredatione à tota ſucceſſione, vt probat Barbat. *in l. cum acutiſſimi. num. 74. verſ. quid autem. C. de fideicommiſſ.* & ſequitur Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 189. numer. 122.* ita vt D. Auguſtinus hoc voluerit nobis declarare, vt pater non debeat priuare filium ſuum tota ſucceſſione ſua, & illam dare Eccleſiæ; ergo ex illo textu probatur contrarium, videlicet, quòd fa- uor filiorum † præponderat, & piæ cauſæ fauori 5.
præponendus eſt. Item quòd regulariter leges magis fauent filiis quàm piæ cauſæ, firmarunt Bald. *in d. l. 1. num. 58. C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi quòd ſi pater titulo legati relinquat filio legitimam, & in reſiduo faciat hæredem Eccleſiam, non valet teſtamentum fauore Eccleſiæ, & ſequuntur Salyc. *ibi*, & Matheſil. *in tractatu extenſionis*, dicit quòd ſecundùm iſtam opinionem conſuluerunt Anton. de Butr. & Petr. de Anchar. quos etiam ſequitur Socin. *in d. l. cùm auus num. 42. ff. de condit. & demonſtr.* poſt Barbat. *in d. l. cùm acutiſſimi.* qui latiſſimè illam probat, & Menoch. *in d. præſumpt. 189.* Dec. *in l. licet, num. 5. in fin. C. de pact.* vbi quòd leges † regulariter, etiam vltra legiti- 6.
mam, magis fauent filiis, quàm Eccleſiæ, Socin. iun. *in conſil. penult. numer. 74. volum. 2.* vbi quòd magis communis opinio eſt, quòd leges magis fa- ueant filiis in ſucceſſione parentum etiam vltra legitimam, quàm Eccleſiæ, & piæ cauſæ. Ego etiam ſequor, præcipua ratione, quia ratio propter quam parentes filiis relinquere debent, eſt fundata in pietate naturali. *l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. l. cùm ratio. ff. de bonis damnat.* propter quam ſemper præſumendum eſt teſtatorem diſpoſuiſſe ad fauorem filiorum. Sed in concurſu fauorum reſpectu filiorum, & piæ cauſæ, non repetitur pia cauſa † pri- 7.
uilegiata contra filios, & textus *d. c. fin. 17. quæſt. 4.* qui ſolet allegari ad hoc, dicit totum contrarium, & hanc rationem dixit Bald. *in conſil. 410. circa medium, verſ. ex hoc concluditur, vol. 1.* vbi quòd licèt in dubio pro pia cauſa ſit iudicandum, tamen vbi contraria eſt præſumptio de iure communi, pia cauſa non eſt admittenda, ſed, vt dixi, contraria eſt præſumptio pro filiis, & pia cauſa non reperitur expreſſè priuilegiata contra illos; ergo fauor filiorum eſt præferendus fauori Eccleſiæ; nec eſt faciendum piæ cauſæ, vt filiis fiat iniuſtitia. *c. ex parte. de foro compet.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 100. n. 3. verſ. iis tamen & aliis non obſtantibus. vol. 1.* Abb. *in conſil. 27. in fi. part. 1.* Item quia pro filiis † concurrit votum parentum & ra- 8.
tio naturalis, & pro pia cauſa concurrit ſolum votum teſtatoris, potentior debet eſſe fauor filiorum, prout arguit Barbat. *in d. l. cùm acutiſſimi, num. 71. C. de fideicommiſſ.* quem ſequitur Menoch. *in d. præſumpt. 189. num. 124. in fin.* & ille fauor præferendus eſt, qui duplici fundamento innititur. argum. *auth. itaque. C. communia de ſucceſſ.* & pia cauſa non eſt priuilegiata ad inducendam diſpoſitionem legis eluſoriam;

Zabarell.

Zabarell. *in conſil.* 49. *numer.* 3. *& ſeq.* Neque ob-
9. ſtat,† quòd Eccleſia, & pia cauſa aliquãdo habeatur loco liberorum. *c. in præſentia. de probat.* §. *ſed & hoc præſenti, in Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. & Auth. niſi rogati. C. ad Trebell.* Quia,reſpondet Barbat. & ſequitur Menoch.*in locis allegatis*,hoc non procedit, quando Eccleſia , & pia cauſa concurrit cum filiis, tunc enim ipſorum fauor fauori piæ cauſæ præferendus eſt.Sed vt iſte articulus fiat clarior, deducamus aliquos caſus in practica.

Primus caſus eſt, vbi quis inſtituit filium hæredem, & eidem ſubſtituit piam cauſam , ſi inſtitutus
10. generet filios , † dicti nepotes teſtatoris excludunt piam cauſam, vt firmarunt, Socin. *in l. cùm*
11. *auus* , † *numer.* 42. *& ſeq. ff. de condit. & demonſtrat.* qui acerrimè hunc caſum defendit, & reſpondet contrariis. Socin. iun. *in conſil.* 125. *numer.* 21. *volum.* 1. vbi atteſtatur hanc eſſe veriorem,& magis communem concluſionem, quia pia cauſa minus iuris habet in bonis defuncti, quàm habeant eius deſcendentes, iſti enim poſſunt ab inteſtato ſuccedere. Item naturali iure, & communi votoparentum bona ſibi debentur , ſed pia cauſa non niſi ex expreſſa diſpoſitione capere poteſt, & *ibi* Socin. *numer.* 28. pro hac opinione allegat Bald. & Paul. de Caſtr. *in d. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* Socin. ſen. *in conſil.* 227. *colum. final. verſ. nec ex eo* , & probat Ancharan. *in conſil.* 43. tenere hanc opinionem,Capra *in conſil.* 18. *colum.* 1. Alexand. *in conſil.* 226. *verſ. tamen præmiſſis non obſtantibus. volum.* 6. Corn. *in conſil.* 197. *verſ. & per hoc patet reſponſum. volum.* 3. Barbar. *in conſil.* 13. *volum.* 1. Dec. *in l. generaliter.* §. *cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* qui reſpondet contrariis. Ruin. *in conſil.* 121. *numer.* 7. *volum.* 3. vbi probat eſſe communem concluſionem , *& numer.* 122. *numer.* 1. *eodem volum.* vbi atteſtatur quòd ferè omnes Doctores Italiæ ſe ſubſcripſerunt opinioni Socini ſenioris.Eandem ſequuntur Cuman. *in d.l.cùm auus.* Alexand. *in l.ex facto.*§.*ſi quis rogatus, in* 1. *verſ. ſextò fallit. ff. ad Trebell. & in conſil.* 37. *numer.* 5. *vol.*6.vbi allegat Bald. *in d.l.cùm acutiſſimi* , & illum ſequitur Felin. *in c. in præſentia, in princip. de probat.* & multi alij ad hoc relati per Tiraquell. *in l. ſi vnquam. in verb. libertis. num.* 64. *C. de reuocand. donat.* Et licèt multi teneant quòd diuerſum ſit in tacita
12. pupillari, quæ admittitur contra matrem , † quando pia cauſa eſt ſubſtituta, vt per Angel. *in l. precibus.C. de impuber. ſubſtit.* Tamen in iſto caſu pia cauſa vult admitti ſecundùm regulas iuris communis, ſecundùm quas in expreſſa vulgari continetur tacita pupillaris, & mater non vult excludi per illam de iure ſpeciali , idcirco pia cauſa quæ innititur iuri communi præferenda eſt,argum. *l. eius militis.*§. *militia miſſus.ff. de milit.teſtam.* Sed in hoc caſu pia cauſa vult præferri filiis contra diſpoſitionem iuris communis , quæ eſt pro filiis , quod non eſt concedendum,vt probaui.

Secundus caſus eſt, quando quis non habens filios donauit Eccleſię,nam ſi poſtea filios ſuſceperit,
13. donatio reuocatur†,per *l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat.*Et quòd reuocetur in totum, quia fauor filiorum præferendus eſt, tenet gloſſ. *in c. ſi quis iraſcitur* 13. *quæſtion.* 2. quæ ita intelligit text. *d. c. final.* 17.*quæſt.*4. vbi dicit, honeſtum eſſe, quòd Eccleſia donata reſtituat , licèt imperialis poteſtas non potuerit Eccleſiæ donatariæ legem imponere, & hanc opinionem videtur probare Ripa *in d. l. ſi vnquam in quæſt.* 49. licèt poſtea in fine relinquat cogitandum , & pro hac opinione allegantur Cyn. *in l.* 1.*quæſt. vltima. C. de inoffic.donat.* Oldrad. *in conſil.*176.Bartol. *in l.* 1.*quæſt.*5.*principali. C. de ſacroſ. Eccleſ.*Bald.*in auth.ſi qua mulier. C. eod.tit. & in conſil.* 215. *volum.* 5. Iaſ. *in conſil.* 212. *volum.* 2. *& in conſil.* 141. *volum.* 4. Fabian. de Monte *in repetit. Auth. Nouiſſima in* 14. *quæſt. principali. C. de inoffic. teſtam.* Et iſta opinio poteſt ſuſtineri ex eo,quia, vt probatum eſt,fauorabilior eſt cauſa filiorum,quàm Eccleſiæ, & licèt Gabriel *in tit. de donat. concluſ.* 2. *num.* 62. atteſtetur communem opinionem eſſe , vt dicta donatio † per ſuperuenientiam liberorum non 14.
reuocetur in totum , ſed ſolùm vſque ad legitimam filiorum ſupernatorum ; tamen Socin. ſen. *in d. l. cùm auus,numer.* 44. *verſ. primò ,quia licèt* , atteſtatur magis communem opinionem eſſe, vt reuocetur in totum , quia ratio *l.* 2. *& l. ſi totas. C. de reuocand. donat.* militat ſolùm quando donatio eſt facta filio , ſed pia cauſa non habetur loco filij, vt probat Ripa *in d. l.ſi vnquam. quæſt.* 42. *& q.* 49. Item quia *d. l. ſi vnquam* , eſt fundata in ratione *d. l. cùm acutiſſimi , & d. l. cum vnus* , vt dicit gloſſ. *ibi.* Sed in præcedenti caſu probauimus filios in caſu *d.l.cùm acutiſſimi*, eſſe præferendos piæ cauſæ ſubſtitutæ; ergo etiam filij ſupernaſcentes præferendi ſunt,& ita in totum reuocabunt.

Tertius caſus eſt , quia præteritio facta à patre ignorante ſe habere filium , extinguit legata † 15.
etiam ad pias cauſas , quia ſi pater de filiis cogitaſſet,illa non reliquiſſet, vt firmarunt Bartol. *in l.* 1. *numer.*59.*C. de ſacroſ.Eccleſ.*Bald. *numer.* 5. *& in repetitione numer.* 58. *& in l.filio præterito , numer.* 8. *verſ. præterea hoc perſuadet. ff. de iniuſto teſtam.* Barbat. *in l. cùm acutiſſimi. numer.* 72. *C. de fideicommiſſ.* quos ſequitur Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numer.* 126. & latiùs probat Socin. *in d. l. cum auus , num.* 43.& ita ſemper apparet quòd fauor filiorum præponderat,& præferendus eſt fauori piæ cauſæ.

QVÆSTIO IX.

De teſtamentis faciendis de iure municipali , per ſex articulos diuiſa.

1. Qui poſſint teſtari de iure municipali, cum alterius conſenſu.
2. Qui ſint inhabiles facti ad teſtamenta facienda per ius municipale.
3. Teſtamenta à forenſibus facta quando valeant.
4. De numero, & qualitate teſtium, & Notariorum in teſtamẽtis faciẽdis vigore ſtatutorũ.
5. Communia de teſtamentis faciendis de iure ſtatutorum.
6. De teſtamentis interpretandis, ſtante ſtatuto quòd intelligantur ad literam.

ARTICVLVS I.

Qui poſſint teſtamenta facere de iure municipali,cum alterius conſenſu.

SVMMARIA.

1. *Statutum quòd filiusfamilias teſtetur cum conſenſu patris,intelligitur de expreſſo.*
2. *Clauſula* de conſenſu , *inducit conditionem , & formam.*

3. *Filiiſamilias aliquando in aduentitiis teſtamenta facere poſſunt.*
4. *Teſtatus pro parte bonorum quando quis poſſit decedere.*
5. *Legitima non debetur patri, quando per ſtatutum diſponitur, vt filius patrem non poſſit inſtituere, & quando hoc procedat, num. 7.*
6. *Legitima non poteſt in totum auferri.*
8. *Legitima non debetur excluſo à ſucceſſione.*
9. *Statutum quòd mulier non teſtetur ſine conſenſu mariti, an ſit validum, & num. 11.*
10. *Teſtamentum mulieris ſine conſenſu mariti, contra formam ſtatuti, non eſt validum.*
12. *Statutum poteſt inducere teſtamentum fieri cum voluntate captatoria.*
13. *Conſenſum præſtare recuſans, quando poſſit compelli ad conſentiendum.*
14. *Clauſula* de conſenſu, *eſt conditio mixta, & quando habetur pro impleta.*
15. *Conſenſus alterius requiſitus per ſtatutum debet præſtari in ipſo actu.*
16. *Conſenſus ſuperueniens nihil operatur, quando actus fuit nullus.*
17. *Conſenſus quando ponitur pro conſilio, debet ſolùm requiri, & non tenetur ſequi.*
18. *Teſtamentum vigore ſtatuti faciendum in præſentia conſanguineorum.*
19. *Præſentia conſanguineorum quando introducitur pro forma actus.*
20. *Teſtamenta de iure municipali an trahantur ad bona ſita extra territorium.*
21. *Teſtamenti validitas inſpicitur de tempore mortis.*
22. *Statutum admittens filiam ad teſtandũ de dote, intelligitur de aduentitia, & aliquãdo de profectitia.*
23. *Filia in dote aduentitia habet hæredem.*
24. *Statutum vocans dotantes, vel eius filios, excludit agnatos.*
25. *Succeſſionis nomine venit etiam hæredis inſtitutio.*

CVm teſtamentorum ordinatio ſit de iure ciuili, vt probaui in primo articulo huius partis; ideo per ſtatuta alterari, corrigi, & mutari potuit, *vulgata l. omnes populi.* Quamobrem per ſtatuta induci potuit, vt filiifamilias cum conſenſu patris, aut mariti, teſtamenta faciant. Hæc autem in quibus caſibus obſeruata fuerint, videamus.

1. Primus caſus eſt, ſi ſtatutum † dicat, filiosfa-
milias poſſe teſtari cum conſenſu parentis aut ma-
riti, tunc requiritur conſenſus expreſſus, & tacitus
2. non ſufficit, quoniam dicta clauſula *de conſenſu*, †
inducit conditionem, vt ſæpe reſolutum fuit, Put.
deciſ. 18. & *deciſ.* 269. *num.* 2. & *deciſ.* 281. *num.* 2. *part.* 3.
& ideo expreſſus requiritur, quia forma punctualiter obſeruanda eſt, vt probat Sarnenſ. *ſuper regula de impetrand benefic. per obitum familiar. quæſt.* 11. *n.* 2. *verſ. & ideo,* & Tiraquell. *de legib. connubial. gl.* 7. *num.* 98. & *ſeq.* & alij quos allegaui *in tract. de clauſulis p.* 1. *clauſula* 3. & *clauſula* 31.

Declaratur iſte caſus vt habeat locum in bonis
3. aduentitiis † quando diſpoſitum eſt, quòd in illis
teſtamenta facere poſſint, ſicut eſt Neapoli, vbi per
conſuetudinem ciuitatis in ſcriptis redactam diſpoſitum eſt, quòd in bonis à matre, vel eius linea prouenientibus filiifamilias teſtamenta facere poſſint, & propterea ſi extra locum conſuetudinis filius haberet alia bona aduentitia, reſpectu illorum inteſta-
4. tus † decederet; accedente enim legis poteſtate po-
teſt pro parte quis inteſtatus decedere, prout ſæpiùs Neapoli, & Romæ hic caſus deciſus fuit, vt eſt *in D. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Teſtamentum, cap. conſuetudo Neapolis.* Idem eſſet ſi bona filiofamilias relicta eſſent, cum conditione, vt ne vſusfructus quidem acquireretur patri, tunc enim ſtante hoc ſtatuto poſſet de dictis bonis teſtamentum facere, & dicta prohibitio impediret vt ne in legitima quidem patri competenti, poſſet vſusfructus illi acquiri, vt latiùs ſcripſi in hac parte *quæſt... artic....*

Secundus caſus eſt, quando ſtatuto diſponitur,
vt poſſit teſtamentum facere cum conſenſu patris,
ſed illum inſtituere non poſſit, tunc enim neque le-
gitimam † patri relinquere tenetur. Nam legitima 5.
debetur iure ſucceſſionis, ideo excluſus à ſucceſſione, dicitur excluſus à legitima. Dec. *in conſil.* 525. Alex. *in conſil.* 41. *vol.* 1. & *in conſil.* 65. *vol.* 4. & *in l. Gallus.* §. & *quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Gabriel *in conſil.* 24. *num.* 20. & *ſeq. vol.* 2. Quamobrem ſi eſt præteritus, teſtamentum non rumpit; ſicut dicimus de filia per ſtatutum excluſa, vt communiter omnes firmãt, *in d.* §. & *quid ſi tantum.* Clar. *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 42. Dec. *in conſil.* 105. *in princip.* & ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 26. *artic.* 1. *in* 6. *caſu.* Item ſicut lex poteſt auferre legitimam filiis in bonis parentum, vt probant Caſtrenſ. & Sàlyc. *in authent. Nouiſſima. C. de inoffic. teſtament.* & *ibi.* Vaſquius *numer.* 296. ita & multò magis poſſet tollere legitimam parentibus in bonis filiorum. Angel. *in conſil.* 105. Roman. *in conſil.*
32. *in fin.* Sed hæc ratio non procedit, quia nec legi-
tima † filiorum poteſt in totum auferri, nec legi- 6.
tima parentum, niſi ex magna cauſa, poſſunt alterari, & minui, non autem in totum auferri, vt ſæpe deciſum eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Legitima. cap. vetus quæſtio,* & *cap. verius etiam.* Poſ-
ſet autem dicta ratio procedere, † quando in pactis 7.
matrimonialibus conuentum eſſet, vt eſt Neapoli, quando matrimonium contrahitur ſecundùm nouam Nobilium Neapolis conſuetudinẽ, per quam diſpoſitum eſt, quòd filiis decedentibus parentes non ſuccedant, quoniam huiuſmodi pacta, ac renuntiationes operantur, vt pater cenſeatur præmortuus, ideo ſi præteritus eſt, teſtamentum non
rumpit, ita iudicatum fuit, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5.
tit. Teſtamentum. cap. quòd ſi parentes; excluſus † 8.
enim à ſucceſſione dicitur excluſus à legitima, quæ eſt portio ſucceſſionis ab inteſtato. Paul. de Caſtr. *in l. Titio centum.* §. *Titio genero. col. penult. ff. de cond. & demonſt.* Iaſ. *in l. ſi quando.* §. & *generaliter. num.* 11. *C. de inoffic. teſtam.* & *in d. auth. nouiſſima. col. penult.* & *fin.* & ita fuit iudicatum in Rota Rom. vt *D. N. tomo* 5. *tit. Legitima. cap. dotata.*

Tertius caſus eſt, quando ſtatutum diſponit, vt
mulier teſtamentum facere non poſſit ſine conſen-
ſu mariti, † & tunc licèt Paul. de Caſtro dixerit ſta- 9.
tutum non valere tanquam auferens liberam teſtamenti factionem, *in l. ex facto n.* 6. *ff. de vulgari, & pupill.* quem ſequitur *ibi* Alex. & *in conſil.* 154. *n.* 15. *vol.* 2. Idem tenet Curt. *in additionib. ad Paul. de Caſtr. in d. l. ex facto,* & *ibi* Iaſ. dicit eſſe communẽ, prout etiam atteſtatur Io. de Arono *in ſingulari* 16. & Cror. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col.* 2. *ff. de verb. oblig.* & *in conſil.* 52. *n.* 14. Tamẽ contraria opinio eſt verior, quoniam ſtatutum, ne mulier, aut aliæ perſonæ poſſint alienare ſine conſenſu propinquorum, eſt validum, prout ſemper ad fauorem ſtatutorum ſimilium iudicatum eſt. Puteus *dec.* 153. *p.* 3. Verall. *dec.* 205. *part.* 3. Cartar. *in dec. Rota Genua* 91. & aliæ plures deciſiones, de quibus *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 3. *tit. Contractus.* Gabriel *conſil.* 6. *volum.* 2. Sed ſub verbo alienationis comprehenditur etiam hæredis inſtitutio, & ſic

teſtamen

teſtamentum. Alexand. *in conſil.*155.*volum.*2.Angel. *in conſil.* 126. Bertrand. *in conſil.*385.*numer.* 9. & *ſeq. volum.*2.*part.*1. & alij plures ad hoc allegati per Viuium *in deciſ.* 245.vbi *numer.* 1. probat hanc eſſe communem opinionem;ergo & ſtatutum quòd mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu duorum propinquorũ,etiam eſt validum, & latiſſimè probat Simon de Pret.*in conſil.*127.*volum.*1. vbi probat ita bis iudicatum fuiſſe, & *de interpret. vltim. volunt. lib.* 2.*ſolutione* 4. *numer.* 108. & *ſeq. fol.* 88. & præſuppoſita validitate fuit iudicatum pro nullitate teſta-
10. menti †,quod factum fuerat ſine conſenſu Mundualdi, prout requirebatur de iure Longobardo, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Teſtamentum, cap. mulier iure.* Item quòd huiuſmodi ſtatutum valeat, firmarunt Paul. de Caſtr. *in l. ſi cùm dotem. col.final.ff.ſolut. matrim.* Angel. *in d. conſil.*126. Benedict. *in cap. Raynutius.ver.vxorem. numer.* 216.*de teſtament.* Iaſ.*in l. ex facto. in* 7.*notab.ff. de vulgar. & pupill.* & latiùs per Eugenium *in conſil.* 85.*col.*1. *vol.* 1. Cotta *in ſuis memor. in ver.ſtatutum quod vxor,& in ver.ſtatuta per Italiam.* Neque poteſt dici,per dictum ſtatutum tolli liberam teſtandi facultatem,
11. quia illa non impeditur, ſed noua † ſollemnitas ordinatur, ad excludendum dolum, & metum, qui in teſtamentis mulierum adhiberi poſſet, vt in ſimili ſtatuto dixit Bald. *in l. prima. quæſt.* 9. *C. de reſcind.vendit.* & latiùs per Cottam *in dictis locis.* Neque poteſt dici voluntas captatoria, quia non remittitur ad arbitrium alterius, imò per ſtatutum poteſt diſponi, vt voluntas vltima remittatur ad alterius voluntatem, vt ſcribam *in quæſtionibus de inſti-*
12. *tutione hæredis*; quoniam declaratio voluntatis † captatoriæ eſt de iure ciuili, ſicut quæuis alia teſtamenti ordinatio, quæ per ſtatuta corrigi, & mutari potuit, & propterea fauore piæ cauſæ,voluntas captatoria habet executionem, vt probat Tiraquell. *de pia cauſa, priuileg..*. in qua ſolùm ius gentium attenditur,& ita etiam in milite,vt notant omnes *in l. captatoria.C.de teſtam.milit.*Pariſ. *in conſil.*38.*vol.*3. & *in conſil.*45.*num.*12.*eod.vol.*3.

Primò declaratur iſte caſus, nam ſi is, qui debet
13. conſentire,recuſat, tunc poterit † compelli per iudicem ad conſentiendũ,ita dicit Abb. *in c.quod Dei, in fin. de ſtatu Monachorum*, vbi quòd ſtante ſtatuto, quòd puella non poſſit ſe maritare ſine cõſenſu cognatorum,ſi illi recuſant conſentire,poſſunt per iudicem cõpelli ad conſentiendũ.Bartol.*in l.ſi cùm dotem.§.eo autẽ tẽpore.ff.ſolut.matrim.*Bald. *in l.in computandis,in fin.C.de nupt.* Item gloſſ. *in c.bona,in* 1.*in ver. gratia,de poſtulat.prælat.*vbi ſi quis recuſat cõſentire, poteſt per iudicem compelli ad conſentiendum,per text.*c.nullus.*& *ibi* etiam Abb.*de iure patronat.*& vtrobique addentes ad Abbatem, alios referunt. Item Caſſan.*in conſuetud.Burgund.rubric.*4.§.1.*fol.*130. dicit,quando conſanguinei nolunt conſentire ſine iuſta cauſa,tunc iudex partes ſuas interponere debet. Alex.*in d.l.ſi cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolut.matrim.*Vrſil.ad Afflict.*ſuper deciſ.*160.*n.*12.Itẽ quia iſta
14. conditio de conſenſu†,vel cum conſenſu,eſt mixta, quia concurrit qui petit conſenſum, & is qui debet cõſentire,& tunc ſi conſenſu petito,conſanguineus nõ vult cõſentire, dicta cõditio habetur pro impleta,vt probat Socin. *in l.in teſtamento in* 2. *n.*2.& *n.*7. *verſ. tertius caſus.ff. de condit.& demonſtrat.*& multis relatis probat Menoch. *in conſil.*146.*n.*31. *verſ.ſecundus caſus,vol.*2.& *in lib.*4.*præſumpt.*183.*n.*25 Et regulare eſt in quolibet, quòd ſẽper habeatur pro facto in præiudiciũ eius,qui cõcurrere debet,& non vult, vt latiſſimè probat Tiraquell.*de retract.conſanguin.* §.

15.*gl.*2.*n.*7.Quod eſt verum,vt iudex nulla allegata cauſa,poſſit partes ſuas interponere,& per decretum confirmare,non autem vt ſine decreto iudicis teſtamentum valeat.

Secũdò declaratur,vt iſte cõſenſus†alterius à ſta-
tuto requiſitus, debeat præſtari in actu ipſius teſta- 15.
mẽti,quoniã requiritur pro ſollẽnitate actus;ideo licèt cõſenſus poſſit quandocũque adhiberi,Bartol.*in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.ff. de acquir. hæredit.* & *ibi* Iaſ.*n.*41.Doct.*in c.cura.de iure patron.*& *in c.cùm nos.de his quæ fiũt à prælatis*;tamẽ ſecus eſt,quãdo adhibetur propter ſollẽnitatẽ actus,quia tũc in ipſo actu debet interuenire.Doct.*in l.tranſactionẽ.C.de tranſact.*& ad hoc eſt text.*in* §.*pen.Inſtit.de milit.teſtam.*vbi quòd ita demũ poſſunt rata haberi,quæ ab initio de iure ſubſiſtere nõ potuerũt, ſi nullã ſollemnitatẽ deſiderãt, ſed ſolùm à volũtate cõſentiẽtis dependebãt, & tũc nõ retrotrahitur,ſed valet tanquã actus de nouo fieret.Bald.*in l.*1.*col.antepen.C.qui admitti*,vbi quòd talis cõſenſus requiritur pro forma,ideo nihil prodeſt, niſi interueniat in ipſo actu, antequã diuertatur ad
actus extraneos,& conſenſus † nihil operari poteſt, 16.
quãdo actus fuit ipſo iure nullus nõ ſeruata forma; licèt ſecus eſſet in cõſenſu confirmatorio actus iam validi,& hãc concluſionẽ benè probat Caſſador. *in deciſ.*5.*de iure patr.*Alex.*in l.*1.§.*fuit quæſitũ.ff.ad Trebell.*& *in d.l.ſi eũ dotẽ.§.eo autẽ tempore.ff.ſolut.matrim.* Riminald.iun.*in conſ.*565.*n.*5.& *plur.ſeq.vol.*5.

Quartus caſus eſt,quãdo conſenſus†ponitur pro 17.
conſilio,vt declarat Abbas *in c.quoniam,in fine, de vita,& honeſt.cleric.*vt ſi ſtatutum diceret quòd mulier non poſſit nubere ſine conſenſu alicuius, ſumendo pro conſilio,& tunc ſatis eſt,ſi illud conſilium petatur,quia nulla eſt obligatio ad illud ſequendum.Couar. *de ſponſalib part.*2.*c.*3.§.8.*n.*2.*in fin.*Sanchez *de matrimonio.lib.*1.*quæſt.*34.vbi quòd puella petens illud conſilium,non eſt obligata illud ſequi.

Quintus caſus eſt,quãdo ſtatutũ diceret aliquem nõ poſſe teſtari ſine præſentia duorũ conſanguineo-
rũ†,& tũc quia præſentia illorũ in eodẽ actu teſtãdi 18.
requiſita eſt,debet intelligi ſecundũ illud tẽpus. *l.in delictis.§.extraneus.ff.de noxal.actionib.*Dec.*in conſ.*5.*n.*4.Decian.*in conſ.*32.*n.*4.*vol.*1.Riminald.iun.*in conſil.*563.*n.*5, Itẽ quia hoc ſtatutum eſt correctoriũ iuris cõmunis,quo diſponitur, vt libera ſit teſtamenti faciẽdi facultas.*l.*1.*C.de ſacroſ.Eccleſ. l.verbis legis.ff. de verb.ſignificat.§.diſponat.in auth.de nuptiis.* Ideo dicta
præſentia † adiecta,cẽſetur pro forma actus teſtãdi. 19.
Anchar.*in conſ.*241 *in fine.*& forma data à ſtatuto eſt ſubſtantialis,ad Bald. *in l.comparationes in* 3. *quæſt. in fin.C.de fide inſtrument.* Decian. *in conſil.*72.*n.*24.*vol.*2.ergo dicta præſentia non interueniente,& ita forma non ſeruata,actus omninò corruit.Dec.*in conſil.*455 *verſ.vltimo.* Fulgoſ. *in conſil.*107.*col.*4.

Declarãtur omnes prædicti caſus, vt teſtamenta
prædicta facta de iure municipali† nõ trahantur ad 20.
bona ſita extra territoriũ ſtatuẽtium, in quibus lege permittẽte,& ſeparãte bona, dicitur decedere inteſtatus,verùm filiifamilias, qui aliàs erant inhabiles, ſi ita teſtamẽta fecerint in loco ſtatuti, & poſtea ſui iuris facti fuerint, illa teſtamẽta facta habebunt va-
liditatẽ †, etiã quò ad bona ſita extra territoriũ ſta- 21.
tuentiũ,quia licèt de tẽpore teſtamẽti, de illis teſtamentũ facere nõ potuerit,tamẽ habilitas inſpicitur tẽpore mortis,quia illud teſtamentũ non erat omnino nullũ.Bartol. *in l.filio præterito.col. final.ff.de iniuſto teſtam.*Cephal.*in conſ.*406.*n.*22.& *ſeq.vol.*3.Alex.*in l. poſthumo.col.final.C.de bonor.poſſeſſ.contra tabul.* Felin. *in c.eũ dilectus.col.*2.*de accuſat.* Secus eſſet ſi teſtamẽtũ fuiſſet omnino nullũ,vt eſt teſtamentũ ſerui,quia

hoc nō cōualidaretur ſuperueniente habilitate ante mortē.gloſſ.Inſtit.*quib.nō eſt permiſſum facere teſtamētum,in princip.*& *ibi* Bauerius *in fine,verſ.capio nunc ſecundam partem.*Surdus *de alimentis tit.7. queſt.4.n.21.*

Sextus caſus eſt, vbi ſtatutum ſimpliciter admittit filiam familias maritatam ad teſtandum de ſua
22. dote †,debet intelligi vt poſſit teſtari de dote aduentitia,non autem profectitia. Bartol. *in l. poſt dotem in 3. & 4. queſt.ff. ſolut.matrim.* quia filia in do-
23. te aduentitia habet hæredem †, *§. 1. auth. de hæredib.ab inteſt. venientib. gloſſ. 3. in l. pater qui caſtrenſe,in princip.ff. de caſtrenſi pecul.* & latiùs declarat Barboſ. *in d. l. poſt dotem,numer.41. & ſeq.* dos enim aduentitia dicitur proprium patrimonium filiæ, in qua pater vſumfructum non habet. Socin. & Iaſ. *in l.2. §.quod ſi in patris.ff.ſolut. matrim.* Bald. Nouell. *de dote,parte 6. priuilegio 33.* Crauett.*in conſil. 84. per totum.*Idem in dote profectitia , ſi filia ſtipulata fuerit illam ſibi reddi ſoluto matrimonio,quia tunc pater nullam habet communionē in ea. *l.ſi cùm dotem, in princip.ff.ſolut.matrim.*& illa dos non reuertetur ad patrem, *l. dos à patre. C. ſolut. matrim.* ſed tanquam hæreditas filiæ conſiderabitur. *l. inter ſocerum. §.cum inter.ff.de pact.dotalib.*& eſt communis concluſio,vt poſt Alexand.*in d.l.poſt dotem, num.23.ff. ſolut. matrim.*probat etiam latiùs *ibi* Barboſ. *num.42. verſ. ſuccedit quarta queſtio.* & probat etiam Peregrin. *in deciſ.Patauina 139.col.pen.& final.*

24. Declaratur iſte caſus, nam ſi ſtatutum ad dotis ſucceſſionem vocaret ſolùm dotantes †, vel filios mulieris dotatæ,tunc dicitur excludere agnatos, ad Bartol. *in l.2.§.videndum.ff.ad Tertull.num.2. verſ.non obſtat ſi dicis,*vbi quòd ſtatutum vocans agnatos,dicitur ex hoc capite incluſiuo excludere matrem, quam doctrinam eſſe communiter receptam probaui ſæpiùs ſuprà *in 2.parte*, in pluribus articulis; &
25. cùm nomine ſucceſſionis † veniat etiam hæreditas,& nomine ſucceſſoris etiam hæres. *l.ſi defenſor.§. non ſolum.ff. de interrogat. act.* Dec. *in conſil.250.col. 1.* Rebuff. *in l. hæredis appellatio.ff. de verb. ſignificat.* ergo tantum eſt dicere, quantum dixiſſet, quòd mulier poſſit dotantes, vel eius filios hæredes facere, & cæteros excludere, vt latiùs per Menoch. *in conſil.1143.volum.12.per totum,*probat,& reſpondet contrariis.

ARTICVLVS II.

Qui ſint inhabiles facti ad teſtamentum faciendum de iure municipali.

SVMMARIA.

1. *Princeps ex cauſa poteſt tollere liberam teſtandi facultatem.*
2. *Teſtamenti factio per ſtatutum, vel conſuetudinem tolli poteſt.*
3. *Statutum tollens teſtamenti factionem, dicitur fauorabile.*
4. *Mulier per ſtatutum poteſt prohiberi, ne faciat teſtamentum.*
5. *Teſtandi forma eſt de iure poſitiuo.*
6. *Statutum poteſt diſponere tam ſuper iure formæ teſtandi,quàm ſuper iure perſonæ.*
7. *Statutum inhabilitans perſonam habet locum extra territorium.*
8. *Mariti conſenſus in teſtamento vxoris vigore ſtatuti,quando interuenire debeat.*
9. *Mariti conſenſus loco,quando poſſit interuenire iudicis authoritas.*
10. *Mariti conſenſus,quando poſſit interuenire per procuratorem.*
11. *Teſtamentum vxoris ſine conſenſu mariti,quomodo poſſit reconualeſcere.*
12. *Vxor quæ non poteſt teſtari ſine conſenſu mariti, non poteſt illum hæredem facere.*
13. *Vxor per ſtatutum prohibita, poteſt teſtari inter liberos.*
14. *Statutum generale non comprehendit ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt.*
15. *Alienare in potentiorem prohibitus, non cenſetur prohibitus in filium.*
16. *Vxor prohibita per ſtatutum, poteſt teſtari ad pias cauſas.*
17. *Teſtamentum præcedens an reddatur inualidum, propter ſollemnitatem à ſtatuto poſtea inuentam,& num.19.*
18. *Statutum excludens fœminas, comprehendit natas antea.*
20. *Lege correcta, cenſentur correcta omnia, quæ eius occaſione facta fuere.*
21. §.Prouinciarum. Auth.vt factæ nouæ conſtitutiones,*declaratur,& num.28.*
22. *Leges inſtituuntur,quando promulgantur.*
23. Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones, *habet locum in ſtatutis.*
24. *Legis perfectio incipit poſt publicationem.*
25. *Concilium non afficit,niſi poſt publicationem.*
26. Auth. vt neque milites, neque fœderatos, *declaratur.*
27. *Leges non ligant,niſi fuerint vſu receptæ.*
29. *Conſenſus mariti requiſitus in teſtamento vxoris vigore ſtatuti, præſumitur ex diuturnitate temporis.*
30. *Maritus poteſt per ſtatutum prohiberi ad aliquid relinquendum vxori.*
31. ... *& tunc non poteſt donare cauſa mortis, nec relinquere per fideicommiſſum.*
32. ... *nec poteſt relinquere per interpoſitam perſonam.*
33. *Statutum poteſt prohibere patrem ne plus relinquat alteri filio.*
34. *Statutum quòd mater non poſſit diſponere, niſi de certa portione,quomodo intelligitur.*

SICVT Princeps propter iuſtam cauſam † poteſt alicui tollere liberam 1.
teſtandi facultatem, vt ſcripſerunt Bald.*in conſil.297.in fin.volum.2. & in conſil.37.vol.3.*Fulgoſ. *in conſil.61. col. 3.verſ.quartò quia reſcriptum.* Paul.de Caſtr. *in l. ex facto.§.nam ſi furioſo,num.6.ff.de vulgar. & pupill.ſubſtit.*& *ibi* Alexand. *num.3.* & idem Alexand. *in conſil. 155.num.6.vol.2.* Corn.*in l.ſi teſtamentum, in 2. C. de teſtament.*Curt.ſen.*in conſil.66 col.2.* Calcan. *in conſil. 8.numer.16.* Iaſ.*in d.l. ex facto.§.nam ſi furioſo,numer. 5.& in d. l.ſi teſtamentum,numer.6.*Ruin.*in conſil.80. numer.8.volum.3.* Dec. *in rubric.C.qui teſtam.fac. poſſ. num.9.& in conſil.357.num.5.& in conſil.361. num.6.* Durand.*de arte teſtandi tit. 1.cautela 2.* Pariſ. *in conſ. 1.numer.49.volum.2.& in conſ. 46. numer. 32. volum. 3.*Tiraquell. *de legibus connubialib. gloſſ. 3. numer. 87.* Crauett.*in conſ. 669. num.7. vol.4.* Ita,& multo fortiùs propter publicam vtilitatem teſtamenti factio † per ſtatutum , vel conſuetudinem poteſt 2.
tolli, vel limitari, & reſtringi , vt probant Angel. *in conſil. 25. & in conſil. 323.* Dec. *in d. conſil. 361. col. penult. verſ. ſecundò reſpondetur.* & latè de hoc ſcribit Seraphin. *de iurament. priuileg.*

75.*num.*

75. *numer.* 30. Item propter delictum, vel propter ætatem, puta quòd minor vigintiquinque annis teſtari non poſſit. Pariſius *in conſil.* 16. *col.* 1. *& ſeq. volum.* 3. Decius *in l. pactum quod dotali. col. penult. C. de pact. & in l. nec ex prætorio. ff. de regulis iuris.* Crauett. *in conſil.* 138. *numer.* 7. *& ſeq.* vbi quòd
3. dicta conſuetudo, vel ſtatutum †, dicitur fauorabile propter iuſtam cauſam, vt bona permaneant in agnatione, & propterea valer ſtatutum, quòd femina non ſuccedat, neque dicitur eſſe contra bonos mores, neque tollit liberam teſtandi facultatem. Ruin. *in conſil.* 151. *circa finem, volum.* 2. Pariſ. *in conſil.* 54. *numer.* 3. *volum.* 2. *& in d. conſil.* 16. & alij plures ad hoc relati per Pretum *de interpretatione vltimarum voluntatum lib.* 2. *ſolutione* 4. *numer.* 108. *fol.* 88.

Et ideo cùm mulier de iure communi non prohibeatur teſtamentum facere, poteſt per ſtatutum pro-
4. hiberi †, ne illud condat præterquam cum conſenſu mariti ſui, & ideo teſtamentum ab ea ſine conſenſu mariti factum, eſt ipſo iure nullum. Bald. & Salyc. *in l.* 1. *C. vnde vir, & vxor.* Angel. & Immol. *in l.* 2. *in princip. ff. de vulgari, & pupill. ſubſtit.* Idem Angel. *in §.* 1. *col.* 5. *auth. vt facta noua conſtitutiones.* Petr. Pecchius *in tractatu de teſtament. coniugum lib.* 3. *cap.* 1. Afflict. *deciſ.* 206. *numer.* 3. Andr. Gaill *obſeruatione* 118. *numer.* 1. *part.* 2. & latiſſimè ſuper hoc ſtatuto, & eius validitate ſcribit Aldobrandin. *in conſil.* 122. *inter conſil. vltim. volunt. volum.* 2. ſtatutum enim huiuſmodi ſeruandum eſt, quia cum magna ratione conditum, vt dicit Pecchius *ibi*, ad ſuccurrendum lubricitati ſexus, & fragilitati conſilij muliebris, quæ propterea faciliùs
5. deceptionibus expoſitæ ſunt. Forma † teſtamenti eſt de iure poſitiuo. Alexand. *in conſil.* 65. *col.* 3. *verſ. ſed præmiſſis. volum.* 6. ideo à ſtatuto poteſt mutari, ita vt vltra numerum ſeptem teſtium interueniat conſenſus mariti. Bald. *in l.* 3. *ff. de teſtament.* vbi quòd ſtatutum poteſt diſponere, vt non valeat teſtamentum mulieris ſine præſentia coniunctorum. Item poteſt diſponere quòd filiusfamilias teſtari poſſit, & ita ſtatutum poteſt diſponere tam ſu-
6. per iure formæ teſtamenti †, quàm ſuper iure perſonæ. Idem Bald. *in l. teſtamento. ff. de hæred. inſtit.* vbi quòd ſtatuta poſſunt detrahere viribus, & naturæ teſtamentorum, quia publica vox ſtatuentium poteſt derogare priuatæ voci teſtatoris. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. §. 13. vbi agit de pupillari ſubſtitutione *numer.* 17. *& plur. ſeq.*

Declaratur iſte caſus, vt locum habeat, etiamſi vxor faceret teſtamẽtum extra locum ſtatuentium, quoniam per ſtatutum ſuæ patriæ inhabilis facta eſt ad teſtamentum faciendum, & ſtatutum inhabilitans perſonam habet locum etiam † extra
7. territorium; itaque teſtamentum mulieris ſine conſenſu mariti extra territorium ſtatuentium, non valet, ita reſpondit Bald. *in conſil.* 418. *volum.* 4. & ſequitur Capra *in conſil.* 21. & hanc concluſionem multis relatis comprobat Pretus *de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *ſolut.* 4. *numer.* 109. *& ſeq. fol.* 88. ſed Pecchius *de teſtament. coniugum lib.* 3. *cap.* 16. firmat huiuſmodi teſtamentum extra territorium ſtatuendum eſſe validum quò ad bona ſita alibi quàm in eorum ditione, ita ſtatutum habilitans ad capiendam hereditatem quam non poterat, non extenditur ad bona alibi ſita. Curt. iun. *in conſil.* 108. *num.* 31.

8. Secundò declaratur, vt mariti † conſenſus debeat interuenire in ipſo actu teſtamenti, vt ſcripſi in præcedenti articulo; niſi fuerit abſens in remotiſſimis partibus, vt ſcripſit Bald. *in conſil.* 488. *volum.* 1. *& conſil.* 394. *vol.* 5. Tiraquell. *de legibus connubial. gloſſ.* 6. *verſ. ſed hîc de multis.* Pecchius *de teſtament. coniugum lib.* 3. *cap.* 4. Corn. *in conſil.* 53. *volum.* 4. vbi quòd poſſet, ſi eſſet in periculo mortis, ſed ſi maritus breui reuerſurus ſperetur, & periculum non ſit in mora, expectandus eſt, vt dicit Baldus *in dictis conſiliis*; ſed tutius eſt, ad euitandas omnes difficultates, vt loco mariti abſentis, adhibeatur † iudicis authoritas, ſicut ſi maritus eſſet de- 9.
mens, vel furioſus, qui propterea conſentire non poſſet, vt per Bald. *in l. ſi furioſi, in princip. C. de nupt.* & notatur *in l. cum hæres. ff. de acquirend. hæred.* tunc enim iudicis conſenſus ſupplere debet. Idem ſi teſtaretur coram Principe. Pecchius *de teſtam. coniugum libro tertio, cap.* 24. Quòd ſi maritus ob iuſtum impedimentum præſtò eſſe non poſſet, & periculum in mora verſaretur, tunc per procuratorem †, vel nuntium ſpecialiter deputa- 10.
tum conſenſum ipſi actui præſtare poſſet, Angel. *in l. Pomponius, in princip. ff. de procurat.* Aretin. *in cap. licèt ex quadam, in* 8. *notab. de teſtib.* Dec. *in c. cum parati. colum.* 2. *verſ. ſed tamen iſta concluſio, de appellat.* Pecchius *de teſtam. coniugum lib.* 3. *cap.* 6. Idem eſt, ſi maritus propter aliquod delictum, aut pœnam ei irrogatam, præſens eſſe ſit prohibitus. Gloſſ. Angel. Paul. de Caſtr. & Alexand. *in l. ſi cùm dotem. §. ſi patri. ff. ſolut. matrim.* quòd ſi mulier poſtea ſuperuiuat, & maritus præſens ſit, iterum de illius conſenſu teſtari debet.

Tertiò declaratur, vt teſtamentum ab vxore ſine conſenſu matris factum, poſſit reconualeſcere †, 11.
ſi maritus ante vxorem moriatur, vt dicit Pecchius *de teſtam. coniugum libr.* 3. *cap.* 8. quod nullo modo placere poteſt, quia nullum eſt ipſo iure à principio, ſicut neque poſſet idem maritus, qui non præſtiterat conſenſum, habere teſtamentum illud pro valido, quoniam ea quæ ſunt publici iuris, pactis priuatorum ſubſiſtere non poſſunt.

Quartò declaratur, quòd in dicto teſtamento † 12.
vxor nõ poteſt inſtituere hæredem maritum cum cuius conſenſu teſtamentum facit, vt eſſe communẽ opinionem atteſtatur Decius *in conſ.* 612. & probant Tiraquell. *de legib. connubial. gloſſ.* 8. *n.* 114. & Pretus *in d. ſolut.* 4. *n.* 108. quoniam conſenſus mariti requiritur pro ſollemnitate; ideo non poteſt hæres inſtitui, ſicut non poſſet vnus teſtis teſtamentarius. *§. ſed neque. Inſtit. de teſtam. l. qui teſtamento, in princip. ff. eod. tit.* Pecchius *de teſtam. coniugum. lib.* 3. *cap.* 1. & ita fuit iudicatum in Rota Romana *deciſ.* 621. *part.* 1. in vltimò impreſſis, vbi quòd conſenſus alicuius requiſitus in contractu mulierum, non poteſt interuenire, ſi illius principaliter intereſt; ſicut principaliter intereſt mariti, ſi ipſe poſſet conſenſum præſtare inſtitutioni de ſe factæ.

Quartò declaratur, vt ipſa vxor † inter liberos ſuos 13.
poſsit teſtamentum facere, etiam ſine conſenſu mariti. Bald. *in conſ.* 407. *vol.* 1. Crauett. *in conſ.* 39. *n* 14. Cephal. *in conſ.* 13. *n.* 41. *& conſ.* 109. *col.* 3. *& conſ.* 161. *n.* 25. Riminald. *in conſ.* 15. *n.* 5. vbi quòd ſtatutũ prohibens mulierem donare ſine ſollemnitate non cõprehendit donationem, quæ fit propriis filiis. Bald. *in conſ.* 37. *n.* 3. *vol.* 3. vbi quòd prohibitus alienare ex Principis decreto, non intelligitur prohibitus inſtituere filios ſuos, quoniã dicta alienatio eſt neceſſaria. Nam filij ſunt ſpeciali nota digni, vbi agitur de excludendo eos à ſucceſsione parentũ; quamobrem legitima eiſdem debita, non comprehenditur ſub generali reuocatione. *l. ſi quando. §. & generaliter.*

C. de inoffic. teſtament. §. cæterum, auth. vt cùm de ap-
pellation. cognoſc. Item filius debet nominatim ex-
hæredari, l. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum. Sed ſtatu-
tum excludens eos, dicitur exhæredare. Bald. in
l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legitim. Item quia fi-
liorum ſucceſſio eſt priuilegiata, ideo generalis
14. ſtatutorum † diſpoſitio illam non includit. Dec.
in l. 1. in 2. not. & ibi Cagnol. numer. 16. ff. de regul.
iur. & latè de hoc per Tiraquell. de retract. conſan-
guin. §. 1. gloſſ. 14. numer. 13. vbi plurimos allegat,
& propterea alienatione generaliter prohibita, non
comprehendit illam quæ fit in filios. l. 1. C. de
imponend. lucrat. deſcript. lib. 10. Bald. in d. conſil.
388. numer. 3. volum. 1. & in l. cum pater. §. cùm
inter. de legat. 2. Item prohibitus † alienare in
15. potentiorem, non cenſetur prohibitus in filium,
quamuis filius eſſet potentior. Bald. in l. ea lege,
col. 8. C. de condict. ob cauſ. Felin. in cap. afferte.
numer. 4. de præſumpt. & alia plura ſimilia ad hoc
congerit Surdus in conſil. 461. per totum, volum. 4.
ex quibus clara fit iſta concluſio quòd mulier po-
teſt etiam ſine conſenſu mariti, filios ſuos heredes
facere.

16. Quintò declaratur, vt mulier † ſine conſenſu
mariti poſſit teſtari ad pias cauſas. Bald. in l. gene
rali. in prima quæſt. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi Paul. de
Caſtr. num. 2. & ſeq. Abb. in c. relatum, in 1. per illum
textum num. 5. verſ. & ex his. de teſtament. Alexand.
in conſil. 105. num. 11. & plur. ſeq. vol. 4. Corn. in con-
ſil. 259. vol. 4. Dec. in conſil. 455. num. 9. & conſil. 504.
Socin. iun. in conſil. 41. vol. 1. Bellon. qui atteſtatur
hanc eſſe communem concluſionem in conſil. 16. n.
1. & alij plures ad hoc allegati per Tiraquell. de
legib. connubial. gloſſ. 6. quæſt. 17. Pecchius de teſta-
ment. coniugum lib. 3. cap. 14. num. 3. quoniam in lega-
tis piis non attenditur ius ciuile, ſed Canonicum,
& ex defectu poteſtatis cùm caſus euenerit, dicunt
ſtatutum non poſſe applicari, ſeu non valere, ſim-
plices Canoniſtæ in ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de con-
ſtitut.

Sextò declaratur, ſi teſtamentum eſſet factum à
muliere ante ſtatutum ſine conſenſu mariti, & poſt
dictum teſtamentum, conditum eſſet ſtatutum, tūc
teſtamentum † præcedens redditur inualidum, ita
17. dixit Angel. in Auth. vt factæ noua conſtitutiones, &
ratio eſt, quia teſtamentum recipit confirmationem
à morte. c. cùm Marthæ. de celebr. Miſſ. Sed quando
factum de præterito expectat perfectionem &
complementum à facto futuro, tunc ſtatutum ſu-
perueniens, illud factum comprehendit; ideo ſta-
18. tutum excludens † feminas ſtantibus maſculis, et-
iam excludit feminas natas ante ſtatutum. Laur.
de Palat. in tract. de ſucceſſ. maſculorum, part. 2. num. 12.
Item ſtatutum excludens filiam dotatam, etiam il-
lam excludit, quæ ante conditum ſtatutum dotata
fuerat. Bald. in l. omnes populi, col. 7. verſ. ſed pone ſta-
tutum. ff. de iuſtit. & iur. & in l. illam, C. de collat. & la-
tiùs declarat Felin. in cap. final. num. 11. verſ. illam
gloſſam. de conſtitutionib. vbi totam materiam decla-
rat. Campegius in tractatu de dote parte 5. quæſt. 57.
& ratio eſt, quia licèt dotatio, quæ eſt cauſa exclu-
ſionis, ſit de præterito, tamen caſus deferendæ ſuc-
ceſſionis eſt de futuro, & ita effectus, & comple-
mentum excluſionis conſiderandum eſt, poſt quem
ſtatutum factum fuerit, & hanc concluſionem per
alia ſimilia, & per alias ſimilium deciſiones, optimè
probat Socin. iun. in conſil. 20. num. 10. & plur. ſeq. vol.
1. & Menoch. Socinum referens ſequitur in conſil.
461. num. 33. & ſeq. vol. 5.

Et licèt contrariam opinionem tenuerit idē Me-
noch. † ſibi contrarius in conſil. 499. num. 21. & ſeq. 19.
in eo. vol. 5. per text. 1. in §. prouinciarū in Auth. vt factæ
noua conſtitutiones, vbi expreſsè Imperator decidit,
quòd teſtamentum factum ante nouam conſtitutio-
nem, ſecundùm formam antiquam legum de tem-
pore teſtamenti, remanet validum, & firmum, & per
nouam legem non dicitur inualidari, & ibi Menoch.
reprobat opinionem Crot. in conſ. 66. n. 17. & Iaſo-
nis in Auth. ex cauſa, C. de liber. præterit. qui dixe-
runt illum textum procedere, quando teſtator poſt
nouam conſtitutionem breui deceſſit, & non ha-
buit tempus mutandi teſtamenti; hanc ratio-
nem reprobat Menoch. ibid. tanquam diuina-
tiuam. Item quia nō conuenit generalitati illius le-
gis, & quia teſtamenum ſecundùm formam anti-
quarum legum erat perfectum, licèt effectus erat in
pendenti.

Tamen non eſt recedendum à priori concluſione,
quia effectus confirmationis teſtamēti exequendus
eſt, tempore quo leges antiquæ abrogatæ fuerant,
quas vlteriùs allegare non decet, etenim correcta † 20.
lege cenſentur etiam correcta omnia, quæ eius occa-
ſione facta fuere, Dynus in l. tranſigere. propè finē, verſ.
pro hoc optimè. C. de tranſa. per text. l. final. C. de edict. di-
ui Adr. toll. vbi Bald. & Caſtren. declarant. Et ad hoc
facit regula, c. tranſlato. de conſtit. & quod ibi not. Bal.
quòd abolito titulo, etiam cenſetur lex ſua abolita,
& c. fraternitatis. de hæretic. vbi quòd damnato au-
thore, eiuſdem ſcripta antea facta, damnata intel-
liguntur. Neque obſtat text. in d. §. prouinciarum † in 21.
Auth. vt factæ noua conſtitutiones. Quia reſpondeo,
quòd ille text. procedit antequam noua lex publi-
cetur, & vſu recipiatur, qui eſt caſus particularis di-
ctæ Authēticæ, tunc enim ſi antequam publicetur,
& vſu recipiatur, is moriatur, qui teſtamentum fe-
cerat, illud quidem exequendum eſt, & per ſolem-
nitatem nouæ legis non obſeruatam, minimè red-
ditur nullū, quod ita probo ad declarationem dictæ
Authenticæ, vt factæ noua conſtitutiones: nam ibi duo
menſes à die inſinuationis aſſignantur, ad effectū vt
lex illa ligare incipiat, & ibi inſinuatio accipitur pro
publicatione, vt cōmuniter ibi per Doctores, & in c.
in iſtis §. leges, diſtinct. 4. vbi diſponitur, quòd leges † 22.
inſtituūtur, quando promulgantur. l. penult. circa fin.
C. de decurionib. lib. 12. l. final. de decretis ab ordine fa-
ciend. Innoc. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. Io. Monach.
in c. 1. de reſcript. libr. 6. Dyn. in l. ſi quis in graui. ff. ad
Syllanian. Item d. regula vt factæ noua conſtitutiones †, 23.
habet locum non ſolùm in legibus Imperialibus,
ſed etiam in quibuſcumque aliis, etiam in ſtatutis, vt
firmarunt Dynus in c. ignorantia. de reg. iur. libr. 6.
Bald. in conſil. 382. vol. 2. dicit, ordinamentum factum
à ciuitate non ligat, niſi fuerit publicatum per
præconem more ſolito. Item proclamationes, &
cridæ contra receptatores bannitorum, non ſtatim
ligant, quia præſumitur ignorantia, ſed ſtatim poſt
duos menſes à die publicationis. Signorol. in conſil.
125. circa finem, verſ. præterea vox præconis, & in conſ.
134. in princip. vbi quòd cridæ publicatæ Mediolani,
non ligant in Vicomercato, niſi poſt duos menſes,
actus enim publicationis † eſt perfectio ipſius legis, 24.
ſine quo lex non dicitur in eſſe deducta. Abb. & alij
in rubr. de conſtit. Ludouic. Carbon. in tract. de legib.
lib. 3. diſputat. 2. Gabriel in tit. de conſtit. concluſ. 1. n. 6.
Imò etiam ſi dicatur, ex nunc obſeruetur, iſta clauſula
intelligitur poſt factam publicationem. gloſſ. not. in
clem. 2. de hæret. in verſ. ex nunc, & rationem dat ibi
Zabarell. col. 1. quoniam iniquum eſſet, vt pœna
alicui inferretur ſine culpa, ſed ignorantes non ſunt
in culpa, Dec. in c. cognoſcentes num. 3. & ſeq. de conſtit.
ſed

ſed Bartol. *in extrauagant. ad reprimendum. in verſ. ex*
25. *nunc*, declarat, niſi aliud tempus aſſignetur in lege. Item ſi Concilium non fuerit † publicatum in aliqua parochia, non afficit illos de eadem parochia. Rota *deciſ. 429. part. 1. in Nouiſſim.* Seraphin. *dec.* 189. Ego autem credo verius eſſe, quòd ſi lex iubeat vt ex nunc ligare incipiat, etiam illa intelligenda ſit per d. auth. *vt facta nouæ conſtitut.* id eſt, ex nunc poſt ſcientiam, id eſt, poſt publicationem factam in loco, quæ arguit ſcientiam, & eſt de ſubſtantiæ legis
26. obſeruantia, & ideo Auth. *vt neque † milites, neque fœderatos. §. ſint igitur*, tempus triginta dierum in illo caſu præfixum, intelligitur à die factæ publicationis in loco, & notitiæ habitæ, quia terminus currit à die ſcientiæ. Bartol. *in l. Labeo ff. de iureiur.* & *ibi* Iaſ. *num. 1. & in l. beneficium n. 48. ff. de conſt. Princip.* Alexand. *in l. qui abſenti num. 5. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ruin. *in conſil. 130. num. 12. vol. 5.* Idcirco ſi legis publicatio facta eſt Conſtantinopoli quòd nullus milites, & confœderatos apud ſe retineat, ſed infra triginta dies dimittere debeat, hoc caſu tres menſes neceſſarij ſunt, duo videlicet, in quibus ad notitiam perueniſſe præſumatur, & tertius triginta dierum ad dimittendum milites, & fœderatos, aliud enim eſt tempus legis obſeruandæ, aliud tempus ad dimittendũ milites, vt infra triginta dies ſarcinulas colligere valeant in loco, vnde dimittuntur. Item in caſu Authenticæ, *in priuatis domibus, ſacra miniſteria non fiant*, vbi aſſignatur tempus trium menſium ad deſtruendum Oratorium priuatum, iſte enim terminus currit à die publicatæ legis in loco, & à die præſumptæ notitiæ legis, hoc eſt, poſt duos menſes à publicatione facta in Metropoli, & ita intelliguntur iſta loca Authenticæ in diuerſum ſenſum allegata à Menoch. *de arbitrar. caſu 185. in princip.* Et de hoc multa alia ſcripſi *in tract. de iuriſdictione. parte 1. cum additionibus nouis ad capitulum* 37.
27. Item leges † non ligant niſi fuerint vſu receptæ, & tranſgreſſor ipſarum ante d. vſum non eſt puniendus. *§. leges diſtinct. 4. gloſſ. 2. in cap. 1. de treug. & pace*, vbi Abbas, & Felin. etiam *in rubrica illius titul.* Bartol. *in l. final. §. ſed cùm antiquitas. C. de curatore furioſi, & in conſil. 144. part. 1. & in proœmio Digeſtorum. §. nos autem*, Bald. *in Authent. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſ.* Alexand. *in conſil. 6. numer. 4. & conſil. 132. numer. 1. volum. 1.* Item Bald. *in d. authentic. omnes peregrini*, dicit, quòd ſi ſtatutum ſit à Principe reformatum, & reformatione non obſtante ſemper illud fuit ſeruatum, non poteſt dici, quòd ſtatuti vires ſint per reformationem abrogatæ. Idem *in cap. final. de conſuetudine*, iura communia dicit, quæ non obſeruantur, pro nullis habentur, Ancharan. *in clem. 1. de reb. Eccleſ. non alienand.* valere ſententiam, ait, quæ contra ſtatutum lata fuit, ſi illud vſu receptum non fuerat. Alexand. *in l. cum prolatis, in fin. ff. de re iudic.* Iaſ. *in l. rem non nouam, numer. 4. C. de re iudic.* dicit, quòd omiſſio ſollẽnitatis ordinatæ à ſtatuto, non vitiat actum, ſi illa lex vſu recepta non fuit. Gozadin. *in conſil. 96. n. 4.* Aretin. *in conſil. 11. col. 3.* Pariſ. *in conſil. 105. num. 6. vol. 4.* Plotus *in tract. de in litem iurãd. §. 6. num. 51.* vbi, quòd lex reſiſtens contractui, non poteſt illum annullare, ſi non fuit vſu recepta, Bellon. *in conſil. 8. numer. 15.* Alba. *in conſil. 27. numer. 1.* Vbi quòd per inobſeruantiam tollitur ius commune, & ſtatutum, Natta *in conſil. 254. numer. 5.* Roland. *in tract. de lucro dotis quæſt. 99. per totam.* Cephal. *in conſil. 15. & conſil. 129. num. 9. & conſil. 155. numer. 16.* & dicit Geminian. *in d. §. leges diſtinct. 4.* rationem eſſe, quia lex ſub iſta ratione condita cenſetur, ſi moribus vtentium comprobata ſit, ſequitur Ruin. *in conſil. 13. num. 28. vol. 2.* Cephal. *in d. conſil. 129. & d. conſil. 155.* & quomodo hoc fuerit plures deciſũ in Rota Romana ſuper conſtitutionibus Papalibus, quæ non ligant, neque per inobſeruantiam incurritur pœna, niſi fuerint vſu receptæ, diffusè ſcribo *in dictis additionibus ad d. capitulum* 37.

Si igitur tempus duorum menſium requiritur in publicatione nouæ legis: item ſi aliud tempus requiritur, vt dicatur vſu receptum in loco poſt publicationem, ad effectum vt ligare incipiat; idcirco
cùm Imperator *in d. §. prouinciarum*, † dixerit, quòd 28.
interim teſtamentum factum cum ſollemnitate legum antiquarum remanet validum, videlicet ſi intra tempus publicationis, & vſu receptionis ſtatuti, teſtator mortuus fuerit, hoc propriè ſignificauit, *in d. auth. vt facta nouæ conſtitutiones. in verſ. aut ante legis, poſitionẽ, aut poſt poſitonẽ legis, antequã hæc iudicibus innoteſcerẽt*; ergo ſecus eſt, quãdo iudicibus nota facta ſunt per publicationẽ, de qua propriè loquitur dicta Authentica, & poſtquam noua lex vſu recepta fuit.

Septimò declaratur, vt quamuis non appareat mariti conſenſum interueniſſe in ipſo actu teſtamenti, quia Notarius illum non ſcripſerit, nihilo-
minus † ex diuturnitate temporis, videlicet tri- 29.
ginta annorum ſpacio interueniſſe præſumendus eſt, tametſi Notarius nullam eius mentionem fecerit. *l. ſi filius.* vbi hoc notant Bartol. & Bald. *C. de petit. hæred. & in l. qui in aliena. ff. de acquirend. hæredit.* Alexand. *in conſil. 79. numer. 4. volum. 1.* Crauett. *in conſil. 204. numer. 9.* Pecchius *de teſtamentis coniugum cap. 22.* & quòd ſollemnitas extrinſeca præſumatur hoc tempore, ſæpiſſimè in omnibus tribunalibus deciſum fuit, vt probatur in multis capitulis *tituli Sollemnitas tom. quarti in Digeſtis Nouiſſimis*; multò magis ſi cum dicto tempore obſeruantia interueniſſet.

Secundus caſus eſt, quando maritus † inha- 30.
bilis ſit à ſtatuto ad relinquendum vxori, de cuius validitate dubitare non oportet, vt firmarunt, Alexand. *in conſil. 128. numer. 1. volum. 7.* Dec. *in conſil. 196. numer. 4.* Burſat. *in conſil. 189. numer. 1. & ſeq. volum. 2.* Caualcan. *de vſufruct. mulieri relict. numer. 122.* Alexand. Gallia *ſuper conſuetud. Alexandriæ in 4. præfat. numer. 4.* Menoch. *lib. 4. præſumptione 97.* Quo caſu ma-
ritus † neque poteſt donare cauſa mortis vxori, Ri- 31.
pa *in l. ſciendum, numer. 14. de legat. 1.* Menoch. *in conſil. 11. per totum*, vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum. Neque poteſt eidem relinquere per fideicommiſſum, Lancellot. Gallia *ſuper conſuetud. Alexandriæ in verſ. legare numer. 5. & 12.* Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 97. numer. 6.* Quia ſtatutum loquens de legatis, intelligitur etiam de fideicommiſſis. Crauet. *in rubric. de legatis 1. numer. 175.* Cuman. *in conſil. 185. colum. 1.* multò magis ſi ſtatutum loqueretur per verbum *relinquere*, quod eſt genericum, atque aptum comprehendere quamcumque ſpeciem relicti, & ideo
neque poterit eidem relinquere per interpoſitam † 32.
perſonam. Menoch. *de arbitr. caſu 459. numer. 28. & in d. præſumpt. 97. num. 7.* & alij plures ad hoc alleg. per Tortum ſuper ſtatuto Papiæ *in cap. 90. in ciuilibus*, vbi etiam *numer. 15.* quòd nec poſſet vxorem ſubſtituere pupillariter filiis ſuis, intelligendo in bonis eiuſdem teſtatoris, ſecus in bonis pupilli, Iaſ. *in l. ſi is qui, num. 15. ff. de vulgari, & pupillari.*

Tertius caſus eſt, quãdo pater ſit inhabilis per ſta-
tutum ad relinquendum plus vni filiorum, † quàm 33.
alteri, hoc habet locum, etiam ſi relinqueret vxori

ipſius filij, quoniam ex coniunctione ſanguinis ſumitur coniectura, quòd in fraudem ſtatuti illi reliquiſſet *l. data. C. de donat. l. pen. in fin. princip. ff. de bon. libert.* Crauett. *in conſil.* 82. *num.* 5. *verſic. tertiò arguitur fraus.* Bartol. *in l. non ſolum, num.* 1. *ff. de ritu nupt.* Aretin. *in conſil.* 2. *numer.* 5. *verſic. etiam factis inter patrem, & filios, & in conſil.* 17. *num.* 7. *verſ. ſecunda ratio.* Gozadin. *in conſil.* 1. *num.* 34. *verſ. & quia militabat eadem ratio,* quos ſequutus ſum ſuper interpretatione ſtatuti Piſani, *in voto* 39. *num.* 15. vbi reſpondeo omnibus contrariis, quæ adduci poſſunt.

34. Quartus caſus eſt, quando mater inhabilis † redditur à ſtatuto ad diſponendum in vltima voluntate, præterquam de certa portione, ſed quòd totum reſiduum debeat filiis relinquere; quod ſtatutum eſſe validum, firmarunt Albert. Brun. *de ſtatuto excluſiuo femin. artic.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 37. *& ſeq.* Ancharan. *in conſil.* 380. Abb. *in conſil.* 63. *num.* 7. *part.* 1. Menoch. *in conſil.* 456. *num.* 22. *& ſeq.* Socin. *in conſil.* 48. *col.* 2. *& in conſil.* 93. *col.* 7. *vol.* 1. Rolan. *de lucro dotis quæſt.* 105. *num.* 2. & cæteri ad hoc allegati per Purpurat. *in conſil.* 234. *num.* 4. *vol.* 1. Super cuius ſtatuti interpretatione ſcripſi plurimos caſus ſuprà *in parte* 2. *quæſt.* 3. *artic.* 12. *per totum,* vbi probaui quòd filij, ad dicta bona eiſdem per ſtatutum præſeruata, ſuccedunt ab inteſtato, & in illis portionibus eorum legitima aucta eſſe dicitur; quamobrem mater nō poteſt eiſdem filiis ſubſtituere, vt reſpondet Paul. de Caſtr. *in conſil.* 468. *num.* 1. *vol.* 2. & Albert. Brun. *de ſtatut. excluſiuo femin. art.* 11. *num.* 60. quicquid in contrarium ſcripſerit, ſine ratione, Theſſaur. *in quæſtione forenſi* 65. *part.* 3.

ARTICVLVS III.

Teſtamenta à forenſibus facta, quando valeant.

SVMMARIA.

1. *Statutum ſimpliciter inducens nouam formam teſtandi includit forenſes.*
2. *.. ligat forenſes reſpectu bonorum ſitorum in territorio.*
3. *Factum ad commodum ciuium habet locum in forenſibus.*
4. *Statutum loci rerum acquirendarum obſeruandum eſt.*
5. *Statutum præter vel contra ius ſemper inducit formam, & continet clauſulam annullatiuam actus.*
6. *Forenſis non habens bona in loco ſtatuti poteſt teſtari de iure communi.*
7. *Teſtamentum forenſis in loco ſtatuti, & ſecundum eius ſollemnitates, habet locum in bonis vbique exiſtentibus.*
8. *Statutum, & conſuetudo loci, vbi actus celebratur, eſt attendenda.*
9. *Aditio hæreditatis extenditur ad bona vbicumque ſita.*
10. *Teſtamentum forenſis debet regulari à ſtatuto loci, vbi factum eſt.*
11. *Domicilium habitationis eſt attendendum.*
12. *Statutum de teſtamentis ciuium, non comprehendit ciues per priuilegium.*
13. *.. loquens in caſu ſimplici, non verificatur in mixto.*
14. *Caſus mixtus quomodo iudicandus ſit, ſub ſtatuto comprehenſus.*
15. *Statutum reddens habiles, vel inhabiles ad teſtandum, non comprehendit forenſes.*
16. *.. loquens cum modificatione ſemper comprehendit forenſes.*
17. *Prohibitorium non extenditur ad actum extra territorium.*
18. *Teſtamentum forenſis apud Turcas, vel Saracenos, vel in eorum portu, recipit validitatem de iure gentium.*
19. *Portus hoſtium an ſint regulandi de iure gentium.*
20. *Teſtamentum apud hoſtes factum, non eſt validum ſecundùm illorum conſuetudinem.*
21. *Teſtamentum Iudæi debet fieri ſecundùm ſollemnitates iuris Romanorum.*

SCRIPSI ſuprà *in parte* 3. *quæſt.* 15. per plures articulos de excluſione forenſium à ſucceſſione immobilium, vigore ſtatuti: nunc tractandum de ſollemnitate ſtatutorum à forenſibus in teſtamentis faciendis ſeruanda; in quo articulo plures caſus occurrunt.

Primus caſus eſt, vbi ſtatutum ſimpliciter inducit nouam formam teſtamenti † faciendi in loco, tunc forenſes habitantes in illo loco, habētes 1.
bona, de quibus teſtamenta facere volunt, ſtatuti illius ſollemnitates obſeruare debent, quoniam ſtatutum ligat forenſes reſpectu bonorum ſitorum in territorio † ſtatuentium. Bald. *in l. cunctos populos. num.* 86. *C. de ſumma Trinit.* vbi quòd in hac 2.
materia inſpiciendus eſt rerum acquirendarum locus, & hanc eſſe communem opinionem, probat Albert. Brun. *in tract. de ſtatuto excluſiuo femin. artic.* 6. *num.* 27. *in fine,* poſt Iacob. de Rauenn. Dyn. Cyn. & alios, quos refert etiam Bartol. *in l. relegatorum.* §. *interdicere. ff. de interdict. & relegat.* vbi quòd ſtatutum factum † ad commodum ciuium 3.
habet locum etiam in forenſibus, etiam ſi ſtatuti effectus redundet in pœnam eorum, per *l. mercatores. C. de commerc. & mercat. & l. final. in princip. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Imò ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in perſonam, ſemper afficit bona ſita in territorio ſtatuentium, & hanc eſſe communem concluſionem, & ſecundùm illam fuiſſe iudicatum, eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Succeſſio. cap. ob ſententiarum,* quia ſtatutum rerum acquirendarum ſeruari debet. Put. *deciſ.* 29. *num.* 4. *verſ. ideo debet attendi locus † rerum acquirendarum, & illius ſtatutum, & num.* 5. Alexand. *in conſil.* 101. *num.* 7. *vol.* 4.
7. Paul. de Caſt. *in conſil.* 10. *num.* 2. *vol.* 1. Ruin. *in con.* 49. *nſ.* 7. *vol.* 3. Lapus *allegatione* 101. *per totam.* Quamobrem ſi forenſis non ſeruauerit ſollemnitates ſtatuti, eius teſtamentum erit nullum, etiamſi dictum ſtatutum non contineret clauſulam annullatiuam actus, quoniam ſtatutum præter, † vel cōtra ius commune ſemper dicitur inducere formam, 5.
Ancharan. *in conſil.* 36. *in princip. & in conſil.* 241. *in fin.* Pariſ. *in conſil.* 97. *in princip. vol.* 3. Dec. *in conſil.* 531. & forma tradita à ſtatuto dicitur ſubſtantialis, Bald. *in l. comparationes in* 3. *oppoſit. C. de fid. inſtrum.* & ad vnguem ſeruari debet. Bald. *in l. ceſſante. num.* 12. *C. quomodo, & quando iudex.* Alex. *conſil.* 98. *num.* 10. *verſ. poſtremo. vol.* 6. Socin. *in conſil.* 24. *num.* 21. *& conſil.* 33. *num.* 6. *vol.* 1. & cùm ſtatutum prohibet aliquid fieri niſi ſub illa forma, licèt non habeat decretum irritans, tamen ſemper dicitur formula, & geſta ſunt nulla non ſeruata ſollemnitate,

tate, quia dictum decretum præſumitur in omni lege prohibente. *l. non dubium. C. de legib.* & *ibi* notant omnes, Alex. *conſil.* 24. *col.* 1. *vol.* 4. Dec. *in l. hac conſultiſſima, num.* 20. *C. qui teſtam. fac. poſſunt.*

Primò declaratur iſte caſus. Nam ſi forenſis non
6. habeat bona † in loco ſtatuti, & declaret ſe facere teſtamentum ſecundùm ius commune, illud quidem teſtamentum validum erit, quoad bona vbicumque exiſtentia, ita probat Alexand. *in conſil.* 44. *num.* 19. *in fin. vol.* 5. & eſſe communem opinionem probat Pariſ. *in conſil.* 12. *num.* 45. *vol.* 3. poſt alios, quos refert.

Secundò declaratur, quòd ſi forenſis habeat bona
7. in loco ſtatuti, & ibi faciat teſtamentum † ſecundùm dictum ſtatutum, tunc illud erit validũ etiam quoad bona vbicumque exiſtentia, per textum *l.* 2. *C. quemadmodum teſtam. aper.* & *l.* 1. *C. de emancipat. liber. l. ſi non ſpeciali.* & *l. final. C. de teſtam.* & ita reſponderunt Alex. *in d. conſil.* 44. *num.* 20. *vol.* 5. Pariſ. *in d. conſil.* 12. *num.* 46. vbi plurimos allegat, *vol.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 95. *num.* 4. *vol.* 2. & alij ad hoc relati per Mantic. *de coniectur. lib.* 9. *tit.* 8. *num.* 14. & fuit deciſum in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Teſtamentum. cap. lege municipali.* Franch. *deciſ.* 552. *in fine*, & Theſſaur. *in quæſt. forenſi* 8. *lib.* 2. qui alios referunt. quia quoad ſollemnitates atten-
8. ditur conſuetudo † loci, vbi actus celebratur. *l. ſi fũdus. ff. de euict. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur.* Cephal. *in conſil.* 170. *num.* 21. *vol.* 1. Gozadin. *in conſil.* 49. *num.* 14. vbi quòd reſpectu ſollemnitatum ſemper inſpicitur locus, vbi actus geritur, tã circa contractus, quàm circa vltimas voluntates, etiam
9. quoad forenſes, & ibi etiam, quòd aditio † hæreditatis extendit vires ſuas quoad bona vbicumque ſita fuerint, allegat Bartol. *in l.* 1. *num* 37. *C. de ſumma Trinit.* Item comprobatur, quia teſtamentum factum coram quinque teſtibus vbique valet. *l. final. C. de teſtam.* & *ibi* Iaſ. *num.* 11. Paul. de Caſtr. & cæteri, & hanc concluſionem etiam comprobat Riminald. iun. *in conſ.* 56. *num.* 27. & *ſeq. vol.* 1. Actus enim teſtandi vnicus eſt, atque ſimplex, & indiuiduus; quamobrem vnum, & idem teſtamentum, vno in loco ſollemniter factum, vbicumque ſeruandum eſt, vt poſt Guglielm. de Cun. Iacob. Butr. & Cyn. Bartol. *in d. l.* 1. *num.* 37. *C. de ſumma Trinit.* Iaſ. *in* 1. *lect. num.* 44. & *in* 2. *lect. num.* 91. Ancharan. *in c. canonum ſtatuta, num.* 194. *de conſtit.* & *in conſ.* 163. *num.* 1. Signorol. *in conſil.* 166. *col.* 2. Gabriel *in titulo de teſtamentis. concluſ.* 4. *num.* 2.

Secundus caſus eſt: Teſtamentum factum à fo-
10. renſi debet regulari ſecundùm † ſtatuta loci vbi factum eſt, non autem ſecundùm ſtatũtum ciuitatis, à qua originem trahit, prout reſpondet Socin. *in conſil.* 79. *vol.* 4. vbi quòd ſi teſtamentum factum fuerit Piſis à Florentino habitante in ciuitate Piſana, atque ibi bona ſua poſſidente, eſt regulandum ſecundùm ſtatuta Piſana, & ita cùm per illa maritus nihil poſſit relinquere vxori, non erit regulandũ per ſtatuta Florentina, vbi nihil de hoc diſponitur, & addi poteſt ratio ex caſu præcedenti, nam ſi habitans Piſis ibi habeat bona, teſtamentum non eſſet validum, niſi illius forma ſeruata eſſet, & teſtamentum factum ſecundùm ſtatutum loci, habebit validitatem etiam reſpectu bonorum alibi exiſtentium, vt ibi probaui.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando factus eſſet ciuis Piſanus per priuilegium, ſed domicilium haberet in loco originis, & ibi omnia ſua bona haberet, atque onera ſubiret, quia vbi quis habet in diuerſis locis domicilium, videlicet in loco originis, & in loco habitationis, tunc attendimus domicilium † habitationis, gloſſ. *in c. ſtatutum.* §. 11.
cùm verò. in verſ. vnam dietam. de reſcript. lib. 6. Innoc. & alij *in c. final.* & *ibi* Anton. de Butr. & Immol. *de foro compet.* Bald. *in rubric. C. ſi à non compet. iudic.* Felin. *in c. dilectus in* 2. *num.* 6. *de reſcript.* Afflict. *deciſ.* 348. *per totam.* Socin. *in rubric. ff. ſolut. matrim. n.* 21. & *in d. conſil.* 79. *col.* 2. *vol.* 4. ergo ſi præualet domicilium habitationis, quando pugnat cum domicilio originis, multò magis præualere debet quando eſt vnitum cum eo, & ſolùm pugnat cum domicilio habito ex priuilegio, & ita ſi Florentinus origine, & per domicilium factus ciuis Piſanus, vbi nulla bona habuerit, fecerit teſtamentum Piſis, nõ ſe reſtringendo ad facultatem ſtatutorum Piſanorum, ſed ſimpliciter faciendo teſtamentum, illud erit regulandum ſecundùm ſtatuta Florentina, quia, vt probaui in primo caſu, poterat teſtari de iure communi, & ſtatutum non afficit forenſes, niſi ratione bonorum.

Tertius caſus eſt, vbi ſtatutum ordinaret quòd ciues loci debeant facere teſtamentum ſecundùm formam † præſcriptam, tunc non comprehendit 12.
forenſem habentem ſolum priuilegium ciuilitatis, ſed alibi habentem domicilium, iſte enim non eſt verus, & ſimpliciter ciuis, ſed mixtim, quoniam plures ciuilitates habet, ſed mixtũ non continetur ſub ſimplicibus. *l. quid ergo.* §. 1. *ff. de his, qui not. infam. l.* 1. §. *ſi is qui. ff. de exercit. act.* Ideo ſtatutum loquẽs in † caſu ſimplici non verificatur in mixto. Iaſ. *in l.* 13.
hac conſultiſſima, n. 7. *C. qui teſtam. facere poſſ.* Rom. *in conſ.* 295. *n* 4. Iaſ. *in* §. *omnium, n.* 29. *Inſtit. de action.* Socin. *in conſ.* 18. *n.* 16. & *ſeq. vol.* 4. Ruin. *in conſ.* 114. *n.* 5. *vol.* 1. Pariſ. *in conſ.* 54. *n.* 28. *vol.* 2. Bero. *in conſ.* 150. *num.* 5. *vol.* 1. & *conſ.* 141. *num.* 22. *vol.* 3. Natta *in conſ.* 463. *num.* 18. Crauet. *in conſil.* 942. *num.* 13. latè Decian. *in conſ.* 16. *num.* 37. *vol.* 1. & *in conſ.* 1. *num.* 73. *vol.* 4. & hæc concluſio procedit, etiamſi ſtatutum loqueretur de omnibus ciuibus, quia adhuc caſus mixtus non comprehenderetur, vt probatur *in l. mariti.* §. *hoc quinquennium. ff. de adulter.* & *l. vim paſſam.* §. *præſcriptionis. ff. eod. tit.* & hæc concluſio nullam habet difficultatem quando dictus forenſis factus ciuis per priuilegium nulla bona haberet in loco, quia tunc non comprehenditur ſub ſtatuto, neque ratione ſimplicis ciuilitatis, de quo loquitur, neque ratione bonorum, quæ non habet in territorio ſtatuentium. Item quia in ſtatutis † 14.
indicatur de caſu mixto ſecundùm naturam alterius ex ſimplicibus, prout iuri communi magis fauetur, Bald. *in l. ſi quis decurio. in fin. C. de falſ.* Abb. *in c. ſuper quæſtionum.* §. *ſi verò, num.* 5. *de offic. delegati.* Alexand. *in conſ.* 100. *in fin. vol.* 3. Gabriel *in conſ.* 8. *n.* 17. *vol.* 1. & *conſ.* 33. *num.* 5. *vol.* 2. Sed magis fauetur ſi iſte forenſis factus ciuis per priuilegium, neque ſubditus ratione bonorum, quæ non habet in loco, faciat teſtamentum de iure communi, ideo eius teſtamentum erit validum, etiamſi non ſeruauerit dicti ſtatuti ſollemnitates.

Quartus caſus eſt, quando ſtatutum † inhabi- 15.
lem reddit perſonam ad teſtandum, quæ teſtamentum de iure communi facere poterat, tunc nõ comprehendit forenſem, vt ſi diſponeret quòd minor vigintiquinque annis teſtamentum facere non poſſit, forenſis non comprehenditur, prout eſt communis concluſio Doct. *in l.* 1. *C. de ſumma Trinit.* & probat Iaſ. *in conſ.* 59. *col.* 2. *verſ. nec etiam habet obſtare. vol.* 3. Idem ſi ſtatutum habilitaret perſonam, quæ de iure communi teſtari non poſſet, vt filius familias, tunc filius familias forenſis teſtamentum

faceret non poſſet. *l. 1. in fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his*, Bartol. *in d.l. 1. quæſt. 7. in fin. de ſumma Trinit.* Bald. *ibid. in 3. quæſtione prima principalis.* Ruin. *in conſil. 201. numer. 6. & ſeq. volum.* 1. vbi atteſtatur eſſe communem. Crot. *in l. omnes populi num. 254. ff. de iuſtit. & iure.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
16. ſtatutum loquitur cum certa modificatione,† vt ſi ſtatutum diceret, quòd minor non poſſit ſe obligare, niſi cum certa ſollemnitate, tunc minor forenſis debet illam ſollemnitatem ſeruare. Bald. *in l. final ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Aretin. *in conſil. 54. col. 3. verſ. tunc ſuccedit*, vbi dicit eſſe communem opinionem. Anchar. *in cap. 1. quæſt. 12. princip. verſ. quid dicis. de conſtit.* Tiraquell. *de legib. connubial. gloſſ. 8. num. 226.* Socin. *in conſil. 97. col. 2. vol.* 1. vbi quòd ſi ſtatutum diſponit, Notarium non poſſe conficere inſtrumenta niſi fuerit matriculatus, illud comprehendit Notarium forenſem, quoniam ſtatutum non ſimpliciter diſponit, ſed cum modificatione, niſi fuerit matriculatus, & ita etiam reſpõdet Ruin. *in conſil. 201. vol. 1.*

Quintus caſus eſt, quando ſtatutum diſponit, vt nullus poſſit condere teſtamentum, niſi de illo rogetur Notarius qui fuerit ſubditus iuriſdictioni ſtatuentium, illud ſtatutum eſt intelligendum, quando teſtamentum fit à ſubdito in territorio ſtatuentium, quia ſtatutum prohibitorium in perſonam eſt odioſum, & non extenditur ad actum celebra-
17. tum † extra territorium ſtatuentium, Bartol. *in d.l. 1. in 6. quæſt. principali. C. de ſumma Trinit.* Et hanc concluſionem probat Corn. *in conſil. 232. vol.* 4. quia delinquens extra territorium eſt puniendus, vel pœna iuris communis, vel ſtatuti loci, vbi delictum commiſſum eſt, non antè pœna domicilij ipſius delinquentis. *c. vt animarum. §. ſtatutum. de conſtit. lib. 6.* & alia, quæ *ibi* allegat Corn. Et ad hunc caſum conferũt ſcripta in primo caſu huius articuli, quia ſemper attendendum eſt ſtatutum loci, vbi actus celebratur.

Sextus caſus eſt, quando forenſis teſtatur in loco, qui non eſt ſubditus Imperio Romano, vt eſt apud Turcas, vel Saracenos, & tunc illud teſtamen-
18. tum † erit validum cum duobus teſtibus, quia ibi præſumitur vigere ius gentium, ſecundùm cuius terminos teſtamentum valere poteſt, vt conſuluit Bald. ſuper teſtamento mercatoris de Ancona facto in terra Soldani, vt refert Beneuenut. Stracca *de nauigatione. num. 26.* & Cepoll. *in tract. de ſeruit. ruſtic. prædiorum. cap. 28. num.* 5. & Mar. de Suſ. *de Iudæis. cap. 4. numer.* 10. & ad hoc confert doctrina Baldi *in l. 2. num. 1. C. quemadmod. teſtament. aperiantur.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat ſi teſtamentum forenſis factum fuerit in portu ciuitatis hoſtium, quia portus eſt publicus, & ita pertinet ad Chriſtianos, ſicut ad Saracenos, atque ita atteſtatur Bald. euenîſſe ſuo tempore *in rubric. ff. de rerum diuiſ. col. 7.* per text. *l. hoc legatum. ff. de legat.* 3.
19. Contrariũ † tamen valdè probat Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, in ver. portus. numer.* 11. quia cùm in d. portu non appareat quæ forma teſtandi debeat obſeruari, in dubio præſumendum eſt, quòd ſeruandum ſit ius gentium tanquam æquiſſimum, & ita vt de æquitate iuris naturalis teſtamentum valeat.

Secundò declaratur, vt teſtamentum factum
20. apud hoſtes ſecundùm leges, † & conſuetudines locorum hoſtium non ſit ſeruandum apud ſubditos Imperio, quoniam illorum leges non habent approbationem tacitam de iure Romano, & ita dicit Bartol. *in l. qui à latronibus. ff. de teſtamentis*, & probat Marquard. *de Iudæis. quæſt. 4. num.* 10.

Septimus caſus eſt de Iudæis, † nam cùm ipſi 21.
viuant legibus Romanorum, debent in eorum teſtamẽtis obſeruare ſollemnitates iuris ciuilis, Bald. *in l. fideicommiſſa, in princip. de legat.* 3. & poſt alios relatos, probat Bero. *in conſil. 28. num. 13. & per totum vol.* 3. & alij etiam relati per Simon. de Pret. *de ſucceſſ. vltim. volunt. lib. 1. ſolut. 2. col. 1. fol. 7.* & per Marquard. *in tract. de Iudæis. part. 2. cap. 1. num.* 2. licèt in ſucceſſionibus ab inteſtato ſeruanda ſit lex Moſaica, vt *ibi* per Beroum, etſi teſtamentum eſſet prius ſcriptum lingua Moſaica, tamen poſtea in Latinum conuerſum fuerit confirmatum cum ſollemnitatibus iuris ciuilis.

ARTICVLVS IV.

De numero & qualitate teſtium, & Notariorum requiſitorum in teſtamentis conficiendis vigore ſtatutorum.

SVMMARIA.

1. *Teſtamenta poſſunt valere cum minori numero teſtium de iure ſtatutorum.*
2. *Statutum quòd teſtamenta valeant coram quinque teſtibus maſculis, non includit codicillos, & donationes cauſa mortis.*
3. *Statutum ſemper eſt interpretandum, vt quantò minus corrigat ius commune.*
4. *Feminæ poſſunt eſſe teſtes in codicillis.*
5. *& in donatione cauſa mortis.*
6. *Correctiò legis non eſt inducenda in dubio.*
7. *Argumentum à contrario ſenſu non habet locum, vbi inducitur correctio.*
8. *& procedit, quando contrarium prouenit à ſenſu directo.*
9. *Senſus contrarius in argumento, vnde deſumendus eſt.*
10. *Notarius an & quando computandus ſit in numero teſtium.*
11. *vt ſit teſtis, debet ſe ſubſcribere pro teſte.*
12. *Teſtamentum, quando eſt probandum per inſtrumentum, tunc Notarius non computatur in numero teſtium.*
13. *Statutum quòd duo Notarij interueniant, debet ſeruari ad vnguem.*
14. *Forma data à ſtatuto ſemper eſt ſubſtantialis, & vſque ad minimum obſeruanda.*
15. *Sacerdos non poteſt interuenire loco ſecundi Notarij à ſtatuto requiſiti.*
16. *Teſtamentum corruit, ſtatuti forma non obſeruata.*
17. *Forma ſtatuti non adimpletur ex æquipollentibus.*
18. *Teſtes ſubditi adhibendi in teſtamentis vigore ſtatuti, ſunt etiam incolæ.*
19. *Religioſi forenſes habitantes in loco, poſſunt interuenire pro teſtibus ciuibus in teſtamentis.*
20. *Teſtamentum extra ditionem ſtatuentium factum cum teſtibus, qui non ſunt ciues, eſt validum.*
21. *Ciues omnes præſumuntur habitare in propria patria.*
22. *Teſtamentum quod poteſt fieri cum duobus teſtibus, poteſt cum totidem reuocari, & valebit quoad omnia vbilibet exiſtentia.*

Statu

STATVTO, vel legitima conſuetudine
induci poteſt, vt coram minore
1. teſtium numero teſtamēta † valeant,
vt poſt Barrol. in l. 1. C. de ſumma Trinit.
probat eſſe communem Viuius in
lib. 1. ſuarum communium, ver. ſtatutum, vel conſuetudo.
Villalob. in ſuis communibus. litera T. n. 28. Suarez
in theſaur. recept. ſentent. litera T. num. 76. & ita
fuit reſolutum in Camera Imperiali, vt eſt in Digeſt.
Nouiſſ. tom. 5. tit. Teſtamentum, cap. lege municipali,
& c. item pro teſtamento, & de huiuſmodi ſtatuto
Veneto ſcribit Peregrin. in conſil. 67. vol. 1. Quam
materiam deducamus ad practicam plurium caſuum.

2. Primus eſt, vbi ſtatuto † diſponitur, quòd omnes
vltimæ voluntates valeant coram quinque teſtibus
maſculis, non fiunt inualidæ illæ vltimæ voluntates,
in quibus de iure communi feminæ poſſunt eſſe
teſtes, vt ſunt codicilli, & donationes cauſa mortis.
3. Nam ſtatutum † ſemper interpretandum eſt, vt
quanto minus corrigat ius cōmune. c. cùm dilectus. de
conſuetudine. Alexand. in l. inter cætera, num. 5. ff. de
liber. & poſthum. & in l. 3. §. prætor. col. 4. ff. de damn.
infect. Gozadin. in conſil. 19. numer. 6. Pariſ. in conſil.
46. num. 68. vol. 1. & in conſil. 95. num. 38. eod. vol.
1. Honded. qui alios refert, & probat communem
in conſil. 1. num. 33. vol. 1. ergo reſtringendum eſt ad
illas vltimas voluntates, quæ nō valent corā quinque
teſtibus maſculis, videlicet ad teſtamenta, in
quibus regulariter requiruntur ſeptem maſculi, &
aliquando etiam octauus, vt in caſu l. hac conſultiſſima.
C. qui teſt. fac. poſſ. & ita verificabitur illa vniuerſalis,
omnes vltimæ voluntates, quæ duas teſtamentorum
ſpecies comprehendere poteſt. Nec inducetur
correctio iuris communis, quo diſponitur,
4. vt in codicillis etiam feminæ † poſſint eſſe teſtes,
vt probat Tiraquell. de legib. connub. l. 9. num. 60.
& num. 70. in fin. verſ. quod ex eo, & communem
probat Viuius in ver. Teſtis eſſe non poteſt mulier. num.
3. Suarez in theſauro receptarum litera M. num. 349.
Craſſus in §. codicillis. quæſt. 22. num. 12. & §. teſtamentum.
quæſt. 57. num. 4. Item in donatione cauſa
5. mortis femina † poteſt eſſe teſtis, Aretin. in §. teſtes
autem. num. 1. Inſtit. de teſtam. Craſſ. in §. donatio
cauſa mortis. quæſt. 11. num. 3. & ſatis eſt vt ſtatutum
verificetur in aliquo caſu, ad effectum vt iuris
6. communis correctio † euitetur, quæ in dubio
inducenda non eſt. l. præcipimus. C. de appellat. l. ſancimus.
C. de teſtam. & auth. quas actiones, & ibi omnes
notant, C. de ſacroſ. Eccleſ. Nec valet argumentum
à contrario ſenſu, vbicumque inducitur legum
correctio, vt probat Euerard. in hoc loco topico,
& dicit Ruin. in conſil. 169. num. 7. & ſeq. volum. 3.
7. quòd huiuſmodi argumentum † ſemper eſt reſtringendum
ad euitandam correctionem, ſicut
non valeret in contractu ad deſtructionem alterius
contractus. Alexand. in conſil. 27. col. 2. vol. 2.
Dec. in conſil. 423. col. final. Gabriel in conſil. 154.
num. 26. vol. 1. Item argumentum à contrario ſenſu
8. procedit, † vbi contrarium prouenit à ſenſu directo,
vt probat Cacheran. in deciſ. 85. & ſenſus directus
prouenit à verbo principali ipſius orationis,
non autem à qualitate ſuperaddita, & ita dum hoc
ſtatutum dicit, omnes vltimæ voluntates valent
cum quinque teſtibus, ſenſus contrarius erit; ergo
non erunt inualidæ ſi non interuenerint ſeptem.
9. Neque ſumendus eſt ſenſus contrarius † à qualitate
maſculorum ſuperaddita teſtibus, quoniam dicta
qualitas non cohæret verbo principali, & ideo
interpretando, ergo erunt inualidæ ſi interuenerint
quinque feminæ, non erit ſumere argumentum à
contrario ſenſu directo reſpectu verbi principalis.
Et ex hoc ſequitur, quòd ſi teſtamentum non haberet
quinque teſtes maſculos, ſed quinque feminæ
pro teſtibus interuenerint, & ita non poſſet ſuſtineri
vt teſtamentum, ſi tamen clauſulam codicillarem
continebit, iſtius vigore vt codicillus ſuſtineri
poterit, Bald. in l. qui teſtamento. §. mulier, in fin.
verſ. in ea gloſſ. ff. de teſtam. Iaſ. in l. final. num. 27. C. de
codicill. Aretin. in §. teſtes autem. num. 1. Inſtit. eod. tit.
Campeg. in tractatu de teſtib. reg. 124. limitat. 2. verſ.
ſecus ſi in teſtamento eſſet clauſula codicillaris.

Secundus caſus eſt, vbi ſtatutum diſponeret, quòd
vltra numerum teſtium in teſtamento requiſitū interueniat
Sacerdos de parochia, tunc teſtamentum
factum coram ſex teſtibus, & Notario, atque interuentu
dicti Sacerdotis erit validum, quoniam Notarius
† in teſtium numero computandus eſt, l. Domitius. 10.
ff. qui teſtam. fac. poſſ. & fuit diſpoſitum in
Nouella Imperij conſtitutione de Notariis, ſub tit.
de teſtamentis. & hanc concluſionem firmant Bart.
Bald. & cæteri in d. l. Domitius, gloſſ. in l. hac conſultiſſima,
ver. ſed quia. C. qui teſtam. fac. poſſ. Alexand. in
conſil. 146. col. 2. vol. 3. & ita in hac facti ſpecie reſpondit
Berous in conſil. 2. in primo dubio vol. 2.

Declaratur iſte caſus, vt procedat duobus cōcurrentibus.
Primò quòd Notarius in ipſo teſtamento
† ſe ſubſcribat pro teſte. Vaſquius de ſucceſſ. creat. 11.
lib. 2. §. 13. num. 63. Craſſ. in §. teſtamentum quæſt. 57.
num. 6. Item vt pars velit probare teſtamentum per
teſtes, & ita Notarium nominet, & producat vt
teſtem, quoniā ſi voluerit probare teſtamentū † per 12.
inſtrumentum, tunc vltra Notarium ſeptem teſtes
requiruntur. gloſſ. in d. l. Domitius, & ibi Bald. in fin.
principij, Alexand. in conſil. 151. vol. 2. Ruin. in conſil.
51. num. 13. vol. 1. Bero. in d. conſil. 2. numer. 6. & 9.
Neuizan. in conſil. 27. num. 19. Surd. in conſil. 378. n.
36. omnes fatētes, quòd ſi agimus de validitate teſtamenti,
ſex teſtes cum Notario ſufficiunt: ſed ſi
agimus de probando teſtamēto per inſtrumentum,
ſeptem neceſſarij ſunt cum ipſo Notario.

Tertius caſus eſt, quando per ſtatutū diſponitur, † 13.
vt duo Notarij interueniāt in teſtamentis faciēdis.
quorum vnus ſcribat, alter verò ſe ſubſcribat, tunc
iſta forma præciſè ſeruanda eſt, aliàs teſtamentum
corruit. l. cum hi. §. ſi prætor, & ibi notant omnes. ff. de
tranſactionib. l. teſtamentum. C. de teſtament. l. 1. §. præterea.
ff. de tutel. & rationib. diſtrahend. l. final ff. de
diuort. quia forma ſubſtantialis † data à ſtatuto ſeruanda 14.
eſt, & nihil etiam minimum mutari poteſt.
Bald. in cap. 1. col. 2. de milit. vaſall. qui contum. eſt,
& formæ omiſſio etiam in minima qualitate vitiat
actum. Bald. in l. quoties. col. 1. in fin. C. de
ſuis, & legitim. Ant. de Butr. in cap. Piſanis in 7.
not. de reſtitut. ſpoliat. Geminian. in cap. 1. de poſtulat.
prælat. lib. 6. & ideo loco ſecundi Notarij † 15.
non poteſt interuenire Sacerdos, qui teſtamentum
à Notario ſcriptum ſubſcribat, vt reſpondit Bartholom.
Cepoll. ſuper ſtatuto Veronæ in conſil. 65.
in ciuilib. part. 2. quoniam ſtatuti forma non obſeruata
†, teſtamentum corruit. Cyn. & Bald. in l. 16.
ambiguitates. C. de teſtament. Dec. in conſil. 531. numer.
3. & conſil. 558. col. 2. Socin. iun. in conſil.
37. numer. 8. vol. 2. Riminald. in conſil. 180. numer. 5.
& conſil. 190. numer. 20. & conſil. 127. in princip. &
dixit Bartol. in l. item eorum. §. ſed ſi ita. ff. quod cuiuſque
vniuerſit. nomin. quòd non ſolùm quod fit
contra formam, ſed etiam quod fit præter formam,
eſt nullum. Io. Andr. in cap. prudentiam. §.
1. de offic. delegati, in ver. contra formam. Bartol. in
l. 1.

l. 1. *col.* 3. *ff. de condict. indebiti*, vbi quòd ex eo quod peccat in forma, non oritur naturalis neque ciuilis obligatio. Crot. *in l.* 1. §. *ſi quis ita*, *numer.* 43. *ff. de verb. obligat.* Ita vt ab hac forma ſtatuti non poſsit recedi etiam de conſenſu partium. Angel. *in* §. *tripli col.* 7. *Inſtit. de actionib.* Barbat. *in cap. de cauſis col.* 2. *de offic. delegati.* Felin. *in cap. final. col.* 1. *de probat.* Iaſ. *in l. non dubium. col.* 4. *de legib.* Alexand. *in conſil.* 41. *volum.* 5. Ri-
17. minald. *in conſil.* 413. *numer.* 12. & illa regula †, quòd nihil refert vt aliquid ex æquipollentibus fiat, de qua per Bald. Angel. & Alexand. *in l.* 1. *ff. de liber. & poſthum.* & per alios, quos refert Pariſ. *in conſil.* 12. *à numer.* 43. *vſque ad num.* 54. *volum.* 2. non habet locum in forma per ſtatutum inducta, quoniam forma ſubſtantialis non poteſt adimpleri per æquipollens. Gratus *in conſil.* 6. *numer.* 4. & 19. *& ſeq. volum.* 1. & *conſil.* 52. *numer.* 36. *volum.* 2. & alij plures ad hoc allegati per Cacheran. *in deciſ.* 165. *num.* 7. *& ſeq.*

Quartus caſus eſt, quando ſtatutum diſponit, vt in teſtamentis conficiendis adhibeantur ſaltem duo
18. teſtes ſubditi † in eadem ciuitate, tunc ſatis eſt ſi adhibeantur duo forenſes, qui domicilium in eadem ciuitate contraxerint, qua ratione ſubditi facti dicuntur. *l. incola*, *in* 1. *ff. ad municipal. in verſ. municipali iuriſdictioni in vtroque municipio ſubiectus.* gloſſ. *in Clem.* 1. *in ver. ſubditos. de foro competenti.* Pariſ. *in conſil.* 12. *numer.* 14. *volum.* 3. Ruin. *in conſil.* 120. *numer.* 9. *volum.* 4. Riminald. iun. *in conſil.* 23. *numer.* 3. *& conſil.* 56. *numer.* 3. *volum.* 1. Nam ratione contracti domicilij per incolatum facti ſunt de iuriſdictione ſtatuentium, & ideo poſſunt interuenire pro teſtibus vigore dicti ſtatuti, vt in hac facti ſpecie ſuper ſtatuto Mantuano reſpondit Cæſar Manentus *in conſil.* 34. Item quòd in hoc caſu poſsint
19. interuenire pro teſtibus religioſi † forenſes habitantes in monaſterio ſito in iuriſdictione ſtatuentium, probat idem Manentus *in conſil.* 62. quoniam etiam ipſi dicuntur ciues ciuitatis. Angel. *in conſil.* 23. Surd. *in conſil.* 2. *numer.* 39. *& in conſil.* 301. *num.* 7. Natta *ſuper ſtatut. excluſiu. femin. quæſt.* 3. *numer.* 83. *& ſeq.* Albert. Brun. *de ſtatut. excluſiu. femin. artic.* 12. *numer.* 173. & latiſsimè probat Manent. *ibid.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi ſtatutum mandet, quando teſtamentum fit à ciuibus extra ditionem ſtatuentium, ſi ciues adhiberi poſſunt in teſtes, illi conuocentur, tunc teſtamentum in alia ciuitate factum cum teſtibus, qui non ſunt de iuriſdictione
20. ſtatuentium, erit validum †, quoniam præſumuntur ſubditos illorum ſtatuentium inueniri non potuiſſe, & qui vult dicere contrarium, probare debet, ita latiſsimè probat Manentus *in conſil.* 32. *per totum*, & in eadem facti ſpecie reſpondit Pariſ. *in conſil.* 32. *numer.* 10. *volum.* 2. vbi is qui dicit alios teſtes in teſtamento adhiberi potuiſſe, debet probare, quoniam
21. præſumptio eſt in contrarium, quòd omnes ciues † habitent in propria ciuitate. Menoch. *in conſil.* 351. *numer.* 28 *volum.* 4. Socin. *in conſil.* 15. *num.* 5. *volum.* 4. Burſat. *in conſil.* 307. *num.* 33. *& ſeq.* vbi per plures numeros probat, quòd tentans impugnare teſtamentum ex qualitate teſtium non adhibitorum, concludenter probare debet.

Quintus caſus eſt, vbi teſtamentum de iure ſtatutorum cum duobus teſtibus fieri poteſt, etiam
22. cum duobus † reuocari poterit, vt ſcripſi ſuprà in hac parte, *quæſt.* 4. *art.* 1. quod etiam in forenſi locum habere dicendum eſt ſi in loco ſtatuentium bona habeat, vt ſcripſi in præcedenti articulo; ſi verò bona non habeat, & teſtamentum fecerit de iure communi, illud quidem in controuerſiam poni non poſſe, probaui ibidem, & quòd in vtroque caſu vtrumque teſtamentum habebit validitatem etiam quò ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.

ARTICVLVS V.

Communia de teſtamentis faciendis de iure municipali.

SVMMARIA.

1. *Teſtamentum corruit in totum, ſi non adhibeantur ſollemnitates ſtatuti.*
2. *Forma ſtatuti non poteſt adimpleri per æquipollens.*
3. *Teſtes ſunt de forma ſubſtantiali ipſius teſtamenti.*
4. *Sollemnitas ſtatuti omiſſa per Notarium, non poteſt ſuppleri.*
5. *Teſtamenti ſollemnitas de iure municipali debet obſeruari, etiam ſi illud fieret in loco exempto.*
6. *Perſona non exempta delinquens in loco exempto, remanet ſub poteſtate ſtatuentium.*
7. *Eccleſia dicitur eſſe in territorio ſtatuentium.*
8. *Teſtamentum laici, in quo clericus eſt factus hæres ſpretis ſollemnitatibus ſtatuti, eſt nullum.*
9. *Statuta, & conſuetudines loci debent ſeruari in facultate competente circa rem.*
10. *Conſuetudines Neapolitanæ ligant clericos in bonis antiquis.*
11. *Statutum de contractu emptionis debet ſeruari inter perſonas Eccleſiaſticas.*
12. *Grauamen dici non poteſt, quod etiam lucrum afferre poteſt.*
13. *Eccleſiaſtici dicuntur de diſtrictu temporali.*
14. *Sollemnitates ſtatuti non ſunt ſeruandæ in teſtamento inter liberos.*
15. *Diſpoſitio generalis non includit caſus, & perſonas priuilegiatas.*
16. *Statutum quòd pro teſtamento ſoluatur gabella, non habet locum filio inſtituto.*
17. *Statutum prohibens alienari in potentiorem, non comprehendit filium potentiorem.*
18. *Statutum de ſollemnitate donationum, non comprehendit eam, quæ fit filiis.*
19. *Statuto de inſinuando teſtamento, hæres ſtatim poteſt adire hæreditatem.*
20. *Teſtamentum validum ab initio, aliquando reſoluitur ex accidenti.*
21. *Teſtamentum quando reſoluitur propter culpam hæredis, remanet validum quò ad legata.*
22. *Statutum quod de teſtamento ſoluatur gabella, intelligitur de vltimo.*
23. *Gabella non ſoluitur vigore ſtatuti, vbi dominium non transfertur.*
24. *Gabella de teſtamentis eſt ſoluenda tam de teſtamento patris, quàm de pupillari ſubſtitutione.*
25. *Subſtitutio pupillaris eſt teſtamentum filiorum.*
26. *Teſtamenta duo ſunt mariti, & vxoris, teſtantium in vna charta.*
27. *Statutum poteſt facere, vt quis decedat pro parte inteſtatus.*
28. *Succedentes ab inteſtato non dicuntur portionem capere iure hæreditario.*
29. *Statutum inducens captatoriam voluntatem eſt validum.*

30. Statu

30. *Statutum quòd bona ingredientium applicentur proximioribus, eſt validum.*
31. *Reſpublica poteſt preferre vtilitatem ſuam publicam vtilitati Eccleſia.*
32. *Acquiſitione non facta, quis non dicitur pati damnum.*
33. *Priuilegium eius, qui tractat de lucro captando, non eſt attendendum contra eum, qui tractat de damno vitando.*

SÆpe ſtatuentes, propter varias occa-
ſiones, diuerſas in teſtamentis confi
ciendis ſollemnitates inueniunt, et-
iam inſinuationis, & productionis
ad archiuum publicum, de quibus
agendum eſt. Et primus caſus erit de ſollemnitati-
bus in genere, quæ ſi non adhibeantur, teſtamen-
1. tum † omninò corruit, vt probat Bald. *in conſil.*
317 *per totum, volum.* 1. Item ſolemnitatis etiam mi-
nimæ omiſſio, reddit actum nullum ex defectu for-
mæ. Iaſ. *in conſil.* 97. *col.* 4. *volum.* 4. Felin. *in cap. cùm di-
lecta. de reſcript.* Roman. *in conſil.* 403. *num.* 4. Dec. *in
conſil.* 532 *col.* 1. Crauett. *in conſil.* 137. *num.* 15. & latiùs
ſcripſi *in artic. præcedenti.*
2. Primò declaratur, vt forma † ſtatuti non poſſit
adimpleri per æquipollens, vt notant omnes *in l.* 1.
ff. de liber. & poſthum. & reſpondent Alexand. *in conſil.*
27. *col.* 1. *volum.* 6. Socin. *in conſil.* 24. *& conſil.* 33. *vol.*
1. Grat. *in conſil.* 16. *numer.* 4. *volum.* 1. & alij quos ad
hoc allegaui ſuprà *in artic.* 4. *huius quæſtionis*, quod eſt
veriſsimum in forma ſubſtantiali, & etiam ſequitur
Gratus *in d. conſil.* 16. *numer.* 20. licèt ipſe diſſentiat
reſpectu teſtium, vt non ſint de forma ſubſtantiali
ipſius teſtamenti, ſed probatoria. Sed nos contra-
rium probauimus ſuprà in hac parte, *quæſt... art...*
3. quòd ipſi ſunt † de forma ſubſtantiali ipſius teſta-
menti, & ideo dicit Bartol. *in l. ſi librarius. ff. de regul.
iuris*, quòd licèt error Notatij poſsit corrigi ali-
quando etiam cum authoritate iudicis, tamen ſi er-
ror ipſius verſatur circa ſollemnitatem teſtamen-
4. ti, quæ per Notarium omiſſa † fuerit, illa præ-
textu erroris non poteſt ſuppleri, ſed teſtamentum
eſt nullum, & Notarius ad intereſſe partis eſt obli-
gatus, vt poſt gloſſ. Cyn. & alios *in l. ambiguita-
tes. C. de teſtament.* probat Berous *in conſil.* 5.
volum. 2.
5. Secundò declaratur, vt teſtamenti † ſollem-
nitas de iure municipali introducta debeat ob-
ſeruari etiamſi teſtamentum fieret in loco exem-
pto, puta in monaſterio, quod ſit in territorio
ſtatuentium, & probat Cagnol. *in d. l. ſi libra-
rius, numer.* 69. *ff. de regul. iur.* quia etſi monaſte-
6. rium, & Eccleſiæ ſint exemptæ à iuriſdictione ſta-
tuentium, tamen ſi perſona † non exempta ibi de-
linquat, vel contrahat, remanet ſub poteſtate il-
lorum. *l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & cleric.* Item
probat, quia Eccleſia exempta remanet de diœceſi.
Io. Andr. *in cap. ſi propter. de reſcript. lib.* 6. Alexand.
in conſil. 111. *col.* 1. *volum.* 1. & dicit Bald. *in l. etiam.
col. penult. C. de execut. rei iudic.* quòd licèt Eccle-
7. ſia † non ſit ſub ditione ſtatuentium, tamen di-
citur eſſe intra territorium illorum, & ideo ſubdi
ti ſtatuto debent in eius ditione illius formam, &
ſollemnitatem obſeruare. Marſil. *in conſil.* 32. *col.*
1. *volum.* 1. Franch. *in cap.* 1. §. 1. *col.* 3. *& ſeq. de con-
ſtitut. lib.* 6. & hanc partem firmarunt etiam Surd.
in deciſ. 129. vbi *numer.* 18. *verſ. Audio contra-
rium iudicatum*, atteſtatur pro hac parte fuiſſe iu-
dicatum, & nouiſſimè Gratian. *in diſceptat. forenſ.
cap.* 124. *numer.* 19. licèt multi teneant contrarium
ab eiſdem allegati, ſed non bene eorum intentio-
nem comprobant.
Tertiò declaratur, nam teſtamentum laici †, 8.
in quo clericus eſt hæres inſtitutus, ſpretis ſol-
lemnitatibus ſtatuti, nullius eſt roboris, nec mo-
menti, & nullum debet habere effectum. Maran-
ta *diſputatione* 8. *numer.* 27. Abb. *in cap. Eccleſia
ſancta Maria, numer.* 43. *de conſtitut.* Felin. *numer.*
82. vbi dicit etiam hanc partem tenere. Bartol. *in
l. omnes populi.* Io. de Immol. *in cap. Eccleſia. vt
lite pendente.* Corn. *in conſil.* 64. *col. penult. verſ.
confert etiam ad prædicta. volum.* 4. Nam cùm quæri-
mus de facultate competente circa rem, debent
ſeruari ſtatuta †, & conſuetudines loci. *l. ſi ſine* 9.
herede. §. *Lucius. ff. de adminiſtr. tut. l. an in totum. C.
de ædific. priuat. l. venditor.* §. *ſi conſtat. ff. commun. præ-
diorum. l. forma. ff. de cenſib.* Cyn. *in l.* 1. *col. penult.
verſ. ſecundò quæro. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Bartol.
in l. 1. *in* 5. *quæſt. C. de ſumma Trinit.* Alberic. *in
prima parte ſtatut. quæſt.* 31. Florian. *in l.* 1. *ff. de
vſuris.* Item quòd conſuetudines Neapolitanæ † 10.
ligent clericos in materia diſpoſitionis de bonis
antiquis. Abb. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, num.*
13. *de conſtitutionib.* vbi quòd lex ciuilis loquens de
contractu † emptionis, vel ſimilis, debet ſeruari 11.
inter perſonas Eccleſiaſticas, ex quò non contradi-
cit canoni, & poteſt afferre commodum, & incom-
modum. *cap.* 1. *de noui oper. nuntiat.* Felin. *in d. cap. Ec-
cleſia ſancta Maria, numer.* 66. Ancharan. *in cap. Cano-
num ſtatuta. de conſtitut.* Abb. *in conſil.* 66. *part.* 2. Ma-
ranta *in d. diſput.* 80. *numer.* 20. & facit text. *l. de fi-
deicommiſſo. C. de tranſact.* vbi omnes notant, non
poſſe dici grauamen †, quod ad damnum, & lu- 12.
crum ſe habere poteſt. Iaſ. *in conſil.* 63. *circa primum,
col.* 7. *verſ. quartò facit, volum.* 3. Paul. de Caſtr. *in
conſil.* 379. *col.* 1. *quæſt.* 2. *volum.* 1. Item ſtatuta quæ
poſſunt ſe habere ad commodum & incommodum,
adhuc dicuntur fauorabilia; & valent etiam quò ad
Eccleſiaſticos. Federic. de Senis *in conſil.* 35. *incip. ſta-
tuto ciuitatis.* Zabatell. *in conſil.* 144. Felin. *in d. cap. Ec-
cleſia ſancta Maria, numer.* 81. Crot. *in* §. *diui. col.* 24.
de legat. 1. Crauett. *de antiquitate. parte* 4. *verſ. circa
præmiſſa, numer.* 4. quia Prælati, & Eccleſiaſtici † 13.
dicuntur de diſtrictu temporali. *cap. final. de offi-
cio delegati lib.* 6. Anchar. *in cap. dilecti. de foro com-
pet.* vbi Felin. ſcribit, clericos dici de prouincia, &
venire appellatione ciuium. *cap. nullus. de tempor.
ordinat. lib.* 6. Franc. Marc. *in deciſ.* 456. *numer.* 9.
part. 1.
Quartò declaratur, vt ſollemnitates † ſtatu- 14.
ti non ſint ſeruanda in teſtamentis inter libe-
ros. *l. hac conſultiſſima.* §. *ex imperfecto. C. de teſtam.*
Bartol. *in l. ſi ex duobus.* §. *ſi quis prius. numer.* 1. *ff.
de bonor. poſſeſſ. contra tabul. & in d.* §. *ex imperfecto, in
fin.* & *ibi* poſt alios relatos Natta *numer.* 107. *&
numer.* 150. Iaſ. *in auth. Nouiſſima, numer.* 10. *C. de
inoffic. teſtament.* Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 8. Nam
cùm filiorum ſucceſsio in multis caſibus ſit priui-
legiata, generalis diſpoſitio ſtatutorum non inclu-
dit caſus †, vel perſonas ſpecialiter priuilegia- 15.
tas. Dec. *in l.* 1. *in* 2. *notab.* & *ibi* Cagnol. *numer.* 16.
de regul. iur. Idem Dec. *in conſil.* 301. *col.* 1. Crot. *in l.*
1. *numer.* 12. *ff. ſolut. matrim.* & *ibi* Ripa *numer.* 15. &
ibi etiam latè ſcripſi de hoc in lectura Piſana, Cur-
tius *in l. heres abſens. ff. de iudic.* & latè per Tira-
quell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 14. *numer.* 13. vbi
multos allegat. Lamberteng. *in tract. de contractibus
eorum, qui ſine ſollemnitate. gloſſ.* 21. *per totam.* Ri-
minald. iun. *in conſil.* 15. *numer.* 45. *volum.* 1. vbi
plurimos allegat. Ideo ſtatutum † quòd pro te- 16.

ſtamento ſoluatur gabella, non habet locum in filio. Dec. *in conſil.* 331. Item ſtatutum prohibens alienationem, non prohibet illam, quæ fit in filios. *l.* 1. *C. de imponen. lucrat. deſcript. lib.* 10. Bald. *in conſil.* 388. *numer.* 3. *volum.* 1. *& in l.* 1. *cùm pater.* §. *cùm inter. de legat.* 2. Salyc. *in l. ea lege. C. de*
17. *condict. ob cauſ.* Item ſtatutum † prohibens alienari in potentiorem, non intelligitur prohibere in filium potentiorem. Bald. *in d. l. ea lege. col.* 8. Felin. *in cap. afferte, numer.* 4. *de præſumpt.* Item prohibitio facta magiſtratui ne emat bona in prouincia, non includit filium ementem paterna bona. *l. qui officij. ff. de contrah. empt.* gloſſ. *in l. aufertur.* §. *quod à præſide. ff. de iure fiſci.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. in præfatione numer.* 45. *& in* §. 1. *gloſſ.* 9. *numer.* 162. *& ſeq.* vbi allegat multos. Item ſta-
18. tutum prohibens † mulierem donare ſine certa ſollemnitate, non comprehendit eam, quæ donat propriis filiis. Bald. *in conſil.* 407. *volum.* 2. Crauett. *in conſil.* 39. *numer.* 2. Cephal. *in conſil.* 13. *numer.* 41. *& conſil.* 109. *col.* 3. *& conſil.* 161. *num.* 25. Riminald. iun. *in d. conſil.* 15. *numer.* 5. *volum.* 1. Lamberteng. *in d. tract. de contractib. eorum qui ſine certa ſolemnit. in fin. num.* 109.

19. Secundus caſus eſt, quando ſtatutum † dicit, quòd teſtamentum debeat inſinuari infra ſex menſes, aliàs ſit nullum, tunc hæres factus in eo ſtatim poterit hæreditatem adire, atque debitores hæreditarios exigere, etiam ante inſinuationem. Bald. *in l. illud, in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. mulier. ff. ſolut. matrim.* Felin. *in cap. final. col.* 1. *in fin. verſ. facit quod notat, de conſtit.* Nam teſtamentum in ſui eſſentia continet omnem validitatem, licèt ex poſtfacto ob inſinuationem infra tempus ſtatuti non ſubſequutum poſſit fieri nullum, ſicut poteſt annul-
20. lari propter non ſolutam † gabellam, vel aliam cauſam, quæ à principio non ineſt. Bartol. *in l.* 2. *ff. de in diem adiect.* Idem ſi deuoluitur ad alterum vigore ſtatuti, mortuo inſtituto ſine liberis, nam interim ille inſtitutus eſt hæres. gloſſ. *in l.* 2. *ff. ſi pars hæredit. petat.* & omnium ratio eſt, quia teſtamentum non annullatur ab initio, ſed reſoluitur ex accidenti ex poſtfacto; ergo interim eſt validum, & ex eo adiri poteſt, & hæres debitores hæreditarios poteſt exigere, quia verus hæres eſt ex illo teſtamento.

Declaratur iſte caſus, vt procedat nullitas teſtamenti reſpectu hæredis non petentis inſinuatio-
21. nem intra ſex menſes, non autem reſpectu † legatariorum, nam ipſi poſſunt inſiſtere, vt declaretur nullum teſtamentum infra ſex menſes non inſinuatum, & tamen eiſdem legatariis ſoluantur legata, vt in puncto reſpondit Corn. *in conſil.* 30. *vol.* 3. & facit *authent. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* vbi ob non implementum volũtatis teſtatoris infra annum vitiatur inſtitutio, & tamen legatarius qui acceptauerat ſuum legatum poteſt agere contra dictum hæredem, vt excludatur à ſua inſtitutione; quamobrẽ culpa hæredis non adimplentis infra annum propter quam vitiatur inſtitutio, non officit legatariis, ita vt diſpoſita in teſtamento ad fauorem aliorum non debeantur, & *ibi* probat Corn. quòd acceptando legatum, poterit impugnare teſtamentum reſpectu inſtitutionis, neque erit ſibi contrarius.

22. Tertius caſus, ſtatutum † quòd de quolibet teſtamento ſoluatur gabella, intelligitur de teſtamento vltimo, poſt quod teſtator moritur, aliàs non poteſt dici vltima voluntas. *l. cùm hic ſtatus.* §. *oratio. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. quod ſi in rerum. l. translatio. ff. de aliment. & cib. legat. c. vltima*
voluntas 13. *quæſt.* 2. Sicut dicimus quòd gabella † 23.
non ſoluitur, vbi dominium non transfertur, etiamſi vigore ſtatuti ſoluenda ſit de quocumque contractu. Bartol. *in l. vnum ex familia, in princip. de legat.* 2. & *ibi* Alexand. *in additionib. & in l. ab emptione, col. pen. ff. de pact.* Riminald. iun. *in conſil.* 722. *num.* 3. Purpurat. *in conſil.* 202. *num.* 25. vbi quòd pro pignore gabella non ſoluitur, quia dominium non transfertur; neque ex contractu conditionali, quia nullum ius acquiri poteſt pendente conditione. Bartol. *in l. conditio. ff. ad leg. falcid.* Cephal. *in conſil.* 461. *num.* 25. Rimin. iun. *in conſil.* 508. *num.* 5. *& ſeq. & d. conſil.* 722. *num.* 4. *& ſeq.* Et quia teſtamentum recipit perfectionem à morte, ideo ante obitum non eſt ſoluenda gabella, quia non ſoluitur ante euentum diei pro contractu celebrato etiam ad certum diem. Bartol. & Angel. *in d. l. cum Titio, & in l. lege falcidia. ff. ad leg. falcid.* Socin. iun. *in conſil.* 130. *vol.* 3. Riminald. *in conſil.* 72. *num.* 18.

Declaratur iſte caſus, vt gabella † ſit ſoluenda tã 24.
de teſtamento patris, quàm de pupillari ſubſtitutione, quæ eſt teſtamentum filij, quoniam ſunt duo teſtamẽta, & duæ diſpoſitiones, & duæ hæreditates, nam pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum filij mediante organo patris. *l. patris, & filij, & l. qui liberos.* §. 1. *ff. de vulg. & pupill. l. Papinianus.* §. *ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam. c. ſi pater. de teſtam. lib.* 6. Et multò magis hæc concluſio procedit, quando pater poſt teſtamentum à ſe factum, ex interuallo fecerit ſubſtitutionem pupillarem, & teſtamentum pro filio; quoniam duo teſtamenta ſunt; ergo duæ gabellæ ſoluendæ ſunt. Angel. *in d. l. patris, & filij, numer.* 4. & *ibi* Alexand. *numer.* 2. *verſ. puto tamen.* Et quòd pater ex interuallo poſſit ſubſtitutionem pupillarem filio facere, probat text. *l. ſi quis eum.* §. *final. ff. de vulgar. & pupillar.* & *ibi* gloſſ. Bartol. & cæteri, Paul. Leonius *in tract. de ſubſtitut. tit. de pupillari, num.* 132. Et licèt ſubſtitutio pupillaris ſit pars, & ſequela teſtamenti paterni. *l.* 2. *in princip. &* §. *adeò, &* §. *prius. ff. de vulga-*
ri, & pupill. tamen duo teſtamenta † dicenda 25.
ſunt cùm pater ex interuallo, poſt teſtamentum à ſe conditum, poſſit pro d. filio impubere teſtamentum facere. *d. l. ſi quis eum*, & tunc etiam in d. ſubſtitutione pupillari ſeptem teſtes, etiam cum ſignis neceſſarij ſunt. Item quia inſtitutio aliquando vitiatur, & tamen remanent tabulæ pupillares. *l. ſi contra. ff. de vulgari.* Item quia duæ ſunt hæreditates, nimirum patris, & filij, *l.* 2. §. *interdum. ff. de vulgari, & pupillari*; ergo duæ gabellæ ſoluendæ ſunt, & per has rationes probari eſſe duo teſtamenta, ſcripſerunt Ruin. *in l.* 2. *in princip. ff. de vulgar.* Zaſius *in tract. de ſubſtitut. cap. de pupillari, num.* 23. vbi latiùs ſcribit. Item ad hanc comprobandam conferunt ſcripta per Petrum Pecchium *in tractatu de teſtamentis coniugum in lib.* 1. *cap.* 17. *in fine*, vbi
quòd ſi maritus † & vxor in vno inſtrumẽto confi- 26.
ciant teſtamenta, atque alter alterum inſtituat, erũt duo teſtamenta, & duæ hæreditates, quamuis in vna charta ſcripta fuerint; quamobrem ex ſingulis gabella ſoluenda erit, vigore ſtatuti.

Quartus caſus eſt, ſtatutum, † vel conſuetudo 27.
poteſt diſponere, vt quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: vt ſi diſponat quòd de bonis antiquis teſtator non poſſit diſponere niſi de certa portione, & alia bona ſint præſeruata proximioribus, nam tunc proximior dicitur capere illa bona ab inteſtato, & ita probat gloſſator in conſuetudine Neapolis, incip. *& ſi teſtator.*

tor. in ver. & ſi perueniat, & in cõſuetudine Neapolis
incip. *filiusfamilias*, *in ver. poſſunt*. Ita & miles
authoritate legis poteſt decedere pro parte te-
ſtatus, & pro parte inteſtatus. *l. ſed ſi plures. §.
ad ſubſtitutos. ff. de vulgari, & pupill. l. miles ita.
§. ſi miles. ff. de milit. teſtament.* & de hoc etiam ſcri-
pſi ſuprà *in parte* 1. *quæſtion.* 4. *artic.* 1. *numer.* 15.
& ſeq. & *ibi* etiam probaui, quòd dictam por-
tionem habentes ab inteſtato non poſſunt dici
habere iure hæreditario, quicquid ſcripſerit in
contrarium Franciſc. de Ponte *in conſil.* 52. *numer.*
21. *& ſeq.* quoniam eius ratio non poteſt eſſe ve-
ra dum conſiderat vnicum eſſe patrimonium mo-
28. rientis, & ideo ſuccedentes ab inteſtato, † por-
tionem, de qua non poterat fieri diſpoſitio,
dicuntur capere iure hæreditario; quoniam ne-
gatur eſſe vnicum patrimonium, cùm moriens
de toto illo diſponere non poterat. Item tituli
ab inteſtato, & hæreditarius ſunt contradicto-
rij. *l. final. C. de codicill.* Sed communiter recipi-
tur, vt in portione præſeruata à lege ſuccedatur
ab inteſtato; ergo non poſſunt ſuccedentes il-
lam habere iure hæreditario. Item gloſſa Napo-
dani *in d. conſuetudine, & ſi teſtator*, *in ver. diſponere,
num.* 13. quam allegat Pontus, vbi quòd agnati, &
cognati nõ conſequuntur bona ex prouidentia, ſed
iure ſucceſſionis, nullo modo eſt recipienda, vt pro-
bet ius ſucceſſionis hæreditariæ, quoniam iſte tex-
tus conſuetudinis contradicit, vbi quòd reliqua me-
dietas perueniat ad agnatos & cognatos, prout in
capitulis de ſucceſſionibus ab inteſtato dictum eſt;
ergo non poteſt pertinere ad ſucceſſionem ab in-
teſtato iure hæreditario morientis, quia iſti ter-
mini ſunt contrarij.

Quintus caſus eſt, ſtatutum inducens captato-
29. riam † voluntatem eſt validum, quoniam vtroque
iure diſpoſitum eſt, vt dicta voluntas aliquando va-
leat, vt in caſu *l. fideicommiſſaria libertas, in* 3. *ff. de fidei-
comm. libert.* vbi quòd fauore libertatis valet capta-
toria volũtas. Item in caſu *c. cùm tibi. de teſtam.* vbi va-
let ad pias cauſas, & firmant gl. & communiter ſcri-
bentes *in l. captatorias. C. de teſtam. milit.* ergo ſtatu-
tum poteſt generaliter diſponere, vt in omni caſu
teſtamentum valeat cum inſtitutione ad volunta-
tem alterius, & ideo per legem 31. Tauri diſponi-
tur, vt quis poſſit alteri committere vt faciat pro eo
teſtamentum, & talem perſonam inſtituat hære-
dem, ſuper cuius ſtatuti validitate ſcribit Go-
meſius *in d. l.* 31. *Tauri*, & Vaſquius *de ſucceſ-
ſionum reſolutione lib.* 1. §. 2. *numer.* 8. vbi etiam
probat, quòd poſtquam commiſi tibi vt pro me te-
ſtamentum faceres, poſſum aliud ego condere, at-
que illud à te factum reuocare.

30. Sextus caſus eſt, ſtatutũ † quòd bona ingredien-
tium monaſteria applicentur proximioribus ingre-
dientis eſt validum, quoniam lex, & ſtatutum po-
teſt transferre dominium, & poſſeſſionem ipſo iure.
l. raptores, & *ibi* Bartol. & cæteri, *C. de Epiſcop. & cle-
ric.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam*, *in verb. reuertatur,
numer.* 114. *C. de reuocand. donat.* & principalis in-
tentio ſtatuentium in hoc caſu fuit conſulere bo-
no publico ciuium in ſeculo remanentium, qui-
bus infiniti ſumptus ſecundùm probatos mores
patriæ neceſſarij ſunt, de quo per Iaſ. *in conſil* 43. *col.*
5. *vol.* 3. & per Riminald. *in conſil.* 85. *num.* 22. *vol.* 1.
& ideo hoc ſtatutum dicitur fauorabile, licèt in
conſequentiam tendat in præiudicium ingredi vo-
lentium, ad tradita per Alexand. *in conſil.* 197. *col.* 1.
vol. 7. & Tiraquell. *de retract. in præfatione numer.* 56.
& latiùs *in §.* 30. *numer.* 5. Neque poteſt dici con-
tra libertatem Eccleſiæ, vt ſcripſit Bald. *in conſil.*
299. volum. 2. Nam reſpublica † præferendo ſuam 31
vtilitatem publicam vtilitati Eccleſiæ, non di-
citur Eccleſiæ facere præiudicium; & licèt ex
poſtfacto ſentiat damnum, tamẽ hoc damnum non
prouenit ex amiſſione bonorum, ſed prouenit ab ac-
quiſitione illorum non facta. *l. ſecunda. §. idem Varus.
ff. de damno infect.* & quod principale eſt, attẽdi debet.
l. qui per exceptionem. ff. de cond. indebiti, & quod hoc
caſu, quando agitur de non acquirendo, † non 32.
agitur de illius damno, probat poſt alios Natta
in conſil. 515. *num.* 6. & cùm ſtatutum poſſit appli-
care bona, & poſſeſſionem alteri, ideo iſte cui bo-
na applicata fuere, dicitur tractare de damno vitan-
do, & Eccleſia ſiue monaſterium cui adhuc bona ac-
quiſita non fuerunt, dicitur tractare de lucro ca-
ptando, propterea eius priuilegium † non eſt at- 33.
tendendum. Bald. *in auth. perpetua. C. de ſacroſ. Ec-
cleſ.* Ancharan. *in conſil.* 37. Paul. de Caſtr. *in con-
ſil.* 313. Dec. *in c. in præſentia num.* 52. *de probat. & in
conſil.* 410. *col.* 1. & latiùs per Riminald. iun. *in conſ.*
451. & 452. *vol.* 4.

ARTICVLVS VI.

De teſtamentis interpretandis ſtante ſtatu- to, quòd intelligantur ad literam.

SVMMARIA.

1. *Statutum quòd teſtamenta intelligantur ad literam, intelligitur de teſtamentis in ſcriptis.*
2. *Diſpoſitiones quando intelligantur ad literam.*
3. *Interpretatio expoſitiua cohæret verbis.*
4. *Filius non ingreditur locum patris, quando ſtatutum mandat interpretationem fieri ad literam.*
5. *Subingreſſio non datur, quando ſtatutum vocat proximiores.*
6. *Proximioris vocatio excludit repræſentationem.*
7. *Repræſentatio non datur in feudo, vbi ſuccedit proximior.*
8. *Statutum prohibens interpretationem, excludit extenſionem.*
9. *Proximior vltimo defuncto vocati, excludunt repræſentationem.*
10. *Filiorum appellatione cum certa qualitate, non continentur nepotes.*
11. *Proximioris in gradu vocatio, excludit repræſentationem.*
12. *Filius non intrat locum patris quando computatio graduum eſt facienda de iure Canonico.*
13. *Succeſſio ſecundùm gradus de iure Canonico, excludit repræſentationem.*
14. *Extenſio de perſona ad perſonam non fit, vbi ſtatutum eſt intelligendum ad literam.*
15. *Correctio iuris eſt euitanda.*
16. *Correlatiuorum idem eſt iudicium.*
17. *... limitatur quando ſtatutum mandat vt diſpoſitiones intelligantur ad literam.*
18. *Pupillaris tacita non continetur ſub vulgari expreſſa, quando ſtatutum mandat intelligi ad literam.*
    Pupillaris tacita inducitur contra verborum ſignificationem, ibid.

19. *Argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando diſpoſitio eſt intelligenda ad literam.*
20. *Argumentum à contrario ſenſu inducit nouam diſpoſitionem.*
21. *Statutum prohibens interpretationem, de qua eſt intelligendum.*

QVANDO ſtatutum prohibet fieri aliquam teſtamentorum interpretationem, ſed ad literam intelligi iubent, prout etiam ipſi teſtatores ſcribere
1. ſolent, tales diſpoſitiones † de teſtamentis in ſcriptis redactis intelligendæ ſunt, vt probat Simon de Pret. *de interpr. vltim. volunt. lib. 1. ſolut. 4. numer. 12. fol.* 8. non autem de teſtamento nuncupatiuo redacto in ſcripturam per examen teſtium, quia illius teſtamenti certa litera legi non poteſt, & ſufficit teſtes eſſe concordes in ſubſtantia facti, Corn. *in conſil.* 172. *verſ. & ſunt omnes conteſtes.*
2. *vol.* 2. Dicitur autem ad literam † intelligi, quod oculo corporali legitur, non autem quod intellectu percipitur, Bald. *in l. 2. num.* 8. *C. de patr. qui fil. diſtrax.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. num. 18. ff. ſi cert. pet.* & alij relati per Roland. *in conſil. 34. num. 47. volum.* 4. Ideo verba huius ſtatuti intelligenda ſunt, vt intellectus non extendatur ad aliud, quàm litera ipſa ſonat, *cap. exiit, propè fin. verſ. ſuper ipſa. de verb. ſignificat. lib. 6.* & ideo naturalis, & literalis interpretatio nunquam per ſtatutum ſublata cenſetur, Burſat. *in conſ. 12. n.*
3. *55. vol. 1.* quia iſta dicitur interpretatio † expoſitiua, quæ cohæret ipſis verbis, quæ literaliter intelligenda ſunt, & ſolùm cenſentur reiectæ interpretationes coniecturatæ, reſtrictiuæ, & extenſiuæ, vt probat Lanfranc. de Oriano *in tractatu de interpretat. ſtatut. n. 6.* & hanc concluſionem firmarunt, Bartol. *in l. omnes populi numer.* 60. Iaſ. *num. 63. & ſeq. ff. de iuſtit. & iur.* Bald. *in l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. numer. 18. ff. ſi cert. pet.* Alexand. *in l. 1. numer. 31. & ſeq. ff. de vulgar. & in conſil. 50. numer. 11. & conſil. 80. num. 5. & ſeq. vol. 1.* Dec. *in l. final. num. 4. C. de edend.* Albert. Brun. *in tractat. de ſtatuto excluſiu. femin. artic. 8. quæſt. 8. in fin.* Cotta *in memorialib. in verb. litera, & in verſ. cautum eſt*, Alciat. *in lib. 2. de verb. ſignificat. numer. 28. & ſeq.* Gallinus *de verb. ſignificat. lib. 8. cap. 30. numer. 12. & cap. 31. numer. 1. & ſeq.* & alij plures per eoſdem allegati. Sed vt iſte articulus clarior fiat, deducamus illum in practicam multorum caſuum.

Primus caſus eſt, vbi ſtatutum mandat, omnia ſtatuta intelligenda eſſe ad literam, & agitur de
4. ſucceſſione patrui, tunc filius † non intrat locum patris, quia iſta interpretatio eſt extrinſeca à proprietate verborum. *§. cùm filius. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur.* & ita optimè probat Decian. *in conſil. 63. num. 2. & plur. ſeq. vol. 2.* & hunc caſum latè probo ſuprà *in part. 3. quæſt. 7. artic. 1. numer.* 3. quibus ſcriptis addo Corn. *in conſ. 276. verſ. ſi ſtatutum dicit. volum.* 4. Bald. *in d. l. 2. num. 11. C. de patrib. qui fil. diſtrax.* Barz. *deciſ. 98. num. 25. & deciſ. 97. num.* 11.

Secundus caſus eſt, quando ſtatutum vocat proximiores, tunc ſtante ſtatuto, quòd ſtatuta interpretentur ad literam, non datur ſubingreſſio, & nun-
5. quam filius ingreditur † locum patris in ſucceſſionibus. *l. libertus præterito. §. ſi libertus. ff. de bonis liber.* vbi excluditur repræſentatio ſi vocentur proximiores, & hanc concluſionem eſſe veriſſimam probat Mantic. *de coiect. lib. 8. tit. 9. n. 10. verſ. ſed quidquid alij*, Menoch. *in conſil. 269. n. 49. vol. 3.* Item quòd vocatio pro-
6. ximioris † excludat repræſentationem, probatur *in §. cùm filius. verſ. nec qui gradu proximior. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. 1. verſ. in hoc enim ordine graduum. §. ſi igitur defunctus, verſ. hos præponi volumus. §. ſi verò neque fratres in 2. verſ. quicumque ſunt gradu proximiores. C. de legit. hæredib. l. pronunciatio. §. familiæ. ver. agnatus proximus. ff. de verb. ſignificat. §. ſi plures. Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.* & ita in puncto ſtatuti, vel conſuetudinis, firmarunt Gratus *in conſil. 27. num. 10. vol.* 2. Bolognet. *in conſ. 9. num.* 46. & ita fuiſſe iudicatum, atteſtatur Cancrius *ſuper extrauagant. ſi aliquem, verſ. an filius. numer. 10. & numer.* 19. Idem in feu-
do † firmarunt Andr. *in cap. 1. §. his verò, verſ. niſi deferatur proximis. de gradib. ſuccedent. in feud.* 7.
& in cap. 1. colum. 1. Imperator Lothar. Afflict. *in cap. omnes filij, numer. 17. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agnat.* Item quia teſtator, vel ſtatutum vocando proximiores intellexit de eis verè, non autem fictè, ita vt non ſit locus repræſentationi, Dec. *in conſil. 1. numer.* 5. & eſſe magis communem opinionem probat Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt. 11. num.* 9. & ita fuit iudicatum in Senatu Pedemontano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Fideicommiſſum. cap. proximitas, verſ. ſed an proximior.* & ita ſta-
tutum excludens interpretationem, † comprehendit 8.
hunc caſum, vt non poſſit fieri extenſio proximioris ad caſum fictum, videlicet ad eum, qui proximior non exiſtit. Item eſto, quòd opinio contraria eſſet verior quando vocatio proximioris eſſet facta ab auo, vel à patruo, vt declaraui ſuprà *in parte 3. quæſt. 1. artic. 1. numer.* 13. Tamen hæc opinio non proce-
dit, quando teſtator vocauit proximiores † vltimo 9.
defuncto, vt reſponderunt Port. Immol. *in conſil. 121. n. 5. verſ. ſi verò intelligimus*, poſt Petram, quem refert *in tract. de fideicomm. quæſt. 11. n. 44. & 51.* quos ſequitur Menoch. *in conſil. 668. numer. 2. vol. 7.* aliud enim eſt vocare proximiores ſimpliciter, aliud vocare proximiores vltimo defuncto, nam qualitas iſta vltimi defuncti addit aliquid proximitati, quod non eſt in
repræſentante patrem, ſicut dicimus quòd filij † vo- 10.
catio ſimpliciter facta, continet nepotes, ſed quando facta eſt cum certa qualitate, quæ non eſt in nepote, nunquam iſte continetur, *l. final. C. de natural. liber.* Bartol. *in l. liberorum col. 4. & ſeq. verſ. ſecundò quæritur. ff. de verb. ſignific. & in l. 1. C. de priuileg. dot. & in conſil. 132. part. 1.* vbi quòd ſub ſtatuto loquente de filiis militis non veniunt nepotes. Idē ſi loquatur de filiis maſculis, nō venit nepos ex maſculo. Idem ſi loqua-
tur de proximiore in gradu, nā propter qualitatem † 11.
gradus, nepos excluditur, qui eſt patruo remotior, vt plenè per Bartol. *in q. 3. poſt ſua conſilia.* Idem in fideicommiſſis quando vocatur filius ſuperſtes, non datur repræſentatio, vt firmarunt plurimi relati per Molin. *de primogen. Hiſpan. lib. 3. c. 8. n.* 8. & per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 21. numer.* 28. & Couarr. *in lib. pract. quæſt. cap. 38. numer.* 12. Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt. 11. num.* 10. Mantic. *de coniectur. lib. 11. tit. 20. numer.* 18. Peguer. *deciſ. 114. num. 20. & ſeq.* & ita eſſe communem ſententiam, & ſecundùm eam fuiſſe iudicatum, atteſtatur Alexand. *in conſil. 4. numer. 1. volum.* 4. quam concluſionem valdè probat Valaſch. *de iure emphyt. quæſt. 50. n. 16.* qui reſpondet omnibus contrariis. Si ergo qualitas addita facit ceſſare ſubingreſſionem, ergo qualitas iſta, vt ſit proximior vltimo defuncto, debet facere ceſſare d. ſubingreſſionem, quia verum eſt dicere quòd nepos ex fratre non eſt proximior vltimo defuncto patruo, niſi per ſubauditum intellectum legis, qui reiicitur in ſtatuto.

Tertius caſus eſt, vbi vnū ſtatutū mādat graduum computationem in ſucceſſionibus eſſe faciendam de iure

iūre Canonico,& alterum ſtatutum diſponit,quòd
omnia ſtatuta intelligantur ad literam, tunc fi-
21. lius † non repræſentat perſonam patris. Peregrin.
in conſil. 10. *numer. 6. volum.*5. Ruin. *in conſil.*32.*nu-*
mer. 8.*verſ. nec dicto iure. volum.* 3. & ratio eſt, quia
ius ciuile cóſiderat gradus reſpectu ſucceſſionis,quæ
cùm deferatur de perſona ad perſonā,ideo vnaquæ-
que perſona facit gradum,ſed ius Canonicum con-
ſiderat reſpectum matrimonij contrahendi,quod in-
ter duas perſonas eſſe debet, propterea ad conſti-
tuendum gradum duæ perſonæ concurrunt. Cac-
cialup.*in tract.de different.inter ius ciuile, & canonicum*
*quæſt.*43. Proſdocimus *in eodem tractatu num.*103. &
ita filius intrando locum patris, prout de iure ciui-
li diſpoſitum eſt, non poteſt dici in eodem gradu
cum patruo, vel amita,de iure Canonico, quoniam
non eſt gradus conſtitutus à duabus perſonis,prout
ius Canonicum requirit. *c.ſecundo.* 35.*quæſt.*5. Ideo
Bald.*in l.final.in fin.C. de ſucceſſor.edicto.*dicit,ſi ſtatu-
13. tum diſponat, quòd ſucceſſio † graduum fiat de iu-
re Canonico,tunc non eſt attendenda diſpoſitio iu-
ris ciuilis, ſed diſpoſitio *d. cap.* 2. Et ita cùm ſtatuta
ſint intelligenda ad literam,non eſt facienda exten-
14. ſio † de perſona ad perſonam, Corn. *in conſil.* 276.
*verſ. ſi ſtatutum dicit.volum.*4. Bald. *in d.l.2.n.* 11. *C.*
*de patr. qui fil. diſtrax.*Sed ſi interpretaremur,vt per
gradum de iure Canonico requiſitum, filius intra-
ret locum patris, tunc extenderemus gradum pa-
tris ad filium, contra mentem ſtatuti. Item ita in-
terpretando induceremus contrarietatem in ſtatu-
to mandanti ſeruari gradum de iure Canonico,qui
per duas perſonas conſtituitur, & nos attendere-
mus gradum, qui conſtituitur per vnam, ita vt ne-
pos ex fratre, qui eſt in ſecundo gradu de iure Ca-
nonico, eſſet in primo, & ita induceretur iuris cor-
15. rectio †,quæ eſt euitanda.§.*quibus,in* 1.*conſtit.Codicis.*
Bartol.*in l.*1.§.*& parui.ff. quod vi,aut clam*, Bald. *in l.*
ita nobis pudor.C.de adulter. Ruin.*in conſil.*25.*num.*1.
in fin. vol. 3. & ſi ſtatutum interpretaretur de iure
ciuili, tunc non intelligeretur ad litteram, quo-
niam non eſſet ſenſus, qui oculo corporeo legi poſ-
ſet,ſed per alterius iuris interpretationem,inducen-
tis ſubingreſſionem ex priuilegio in certis tantùm
caſibus,vt ſcripſi *in prima parte huius tractatus.*

16. Quartus caſus eſt de correlatiuis,† in quibus re-
gulariter diſpoſitum in vno cenſetur etiam in al-
tero.*in l.final.C.de indict.viduit.tollend.*& probat Ga-
briel *in titulo de legibus,& conſtitutionibus concluſ.* 3.&
ideo immunitas ob duodecim liberos conceſſa pa-
tri, vt *in l.ſi quis decurio. C. de decur.lib.*10. habet lo-
cum etiam in matre eorundem liberorum, vt fuit
deciſum in ſacro conſilio Neapolis, vt eſt *in D.N.*
tom. 4. *tit. Immunitas. cap. pater*; ſed ſtante ſtatuto,
17. quòd diſpoſitiones intelligantur ad literam, † diſ-
poſitum in vno ex correlatiuis, non habet locum in
altero,Brun.*in tractatu de ſtatuto excluſiuo femin.artic.*
7.*quæſt.* 3. *num.* 3. *& artic.* 5.*quæſt.*29.*verſ.& tale ſta-*
*tutum.*Cotta *in ſuis memorialibus,verbo ſtatuto cautum*
eſt, propè finem. Plotus *in l. ſi quando. num.*434. *verſ.*
& idem.C. vnde vi, & latiùs per Lancellot. Galliam
in conſuetudin. Alexandriæ in verb. vxori, quæſt. 4.
num. 98.*verſ. quæ quidem opinio*, & per Gabriel.*in d.*
*concluſ.*3 *num.*5.

Quintus caſus eſt, nam ſtante dicto ſtatuto, vt
diſpoſitiones intelligantur ad literam, tunc vulga-
18. ris † expreſſa non continet tacitam pupillarem.
Bald.*in l.precibus,num.*15. *C.de impuber. ſubſtit.* Alex.
*in l.*1.*num.*35.Socin.*num.*38. *verſ.nonò limita.* Alciat.
*num.*143.*ff.de vulg.& pupill.* Dec. *in l.final. numer.*27.
verſ. & ad prædicta facit. C. de edict. diui Adr. tollend.

Doct.Martæ ſummæ ſucceſſ.leg.pars 4.

Et ita reſponderunt Roland. *in conſ.*62.*n.*37.*vol.*3.
Corn. *in conſil.* 224. *num.* 11. *vol.* 2. Iaſ. *in conſil.*50.
in fin.& in conſil. 52. *num.*1.*verſ. alibi dicit ſingularis.*
vol. 1. *& in l. quamuis n.* 1. *verſ. quartò.C.de impuber.*
ſubſtit.& *ibi* Sebaſtian.Sapia *num.*13.*& ſeq.* qui pro-
bat eſſè communem concluſionem, Cotta *in me-*
morial. in verſ. ſubſtitutio vulgaris. Menoch. *in*
tract. de adipiſcend. poſſeſſ. remedio 4. *numer.* 222.
Camill. Gallina *in tract. de verborum ſignificat. lib.* 8.
cap. 30. *numer.* 13. *&* 16. quoniam pupillaris taci-
ta inducitur à lege contra verborum ſignificatio-
nem quando facta eſt vulgaris expreſſa in ſua for-
ma, videlicet, ſi filius hæres non erit, per hæc enim
verba vulgaris expreſſæ non videtur cogitatum à
teſtatore de caſu, quo filius hæres eſſet, & in pupil-
lari ætate deceſſerit; ergo quando inducitur à lege,
hoc fit contra naturam verborum expreſſorum, &
contra mentē teſtatoris,qui ſi ita cogitaſſet,expreſ-
ſiſſet.*l.iā hoc iure.in princip.ff.de vulg.& pupill.*Et licèt
Immol.*in c.Raynutius,num.*119. *de teſtamentis*,teneat
opinionem contrariam, etiam ſtante dicto ſta-
tuto, quòd diſpoſitiones interpretentur ad lite-
ram, tamen illius rationibus reſpōdet Seucrin.*in d.*
l.precibus,num. 10. *verſ.ex prædictis infert.* & Mantic.
lib. 5. *tit.* 14. *numer.* 32. *& plur. ſeq.* refert Immo-
lam, & eius rationes, & illum cum ſua diſtinctione
reprobat.

Sextus caſus eſt, vbi extat ſtatutum, quòd
diſpoſitiones intelligantur ad literam, tunc argu-
mentum à † contrario ſenſu fieri non poteſt, quan- 19.
do verba in ſenſu directo operari non poſſunt,
Corn. *in conſil.* 331. *numer.* 7. *vol.* 1. Iaſ. *in conſil.*42.
*col.*2. *verſ. ſextò confirmatur.vol.* 3. Bonacoſſa *in quæ-*
ſtion. criminal. verb. argumentum à contrario ſenſu,
Bald. *in l.* 2. *numer.* 3. *C. de condit. inſertis, & in l.* 2.
numer. 8. *C. de patr. qui fil. diſtraxer.* & alij ad hoc
relati per Mantic. *de coniectur. lib.* 3. *titulo* 16. *num.*
15. nam argumentum † à contrario ſenſu inducit 20.
nouam diſpoſitionem, quando verba expreſſa in
ſenſu directo nihil operantur; ergo fieret extenſio
diſpoſitionis, quod reprobatur à dicto ſtatuto. Sed
hoc argumentum à contrario ſenſu ſolùm haberet
locum quando fieret ad interpretationem verbo-
rum limitatorum in ſtatuto, vt notat Iaſ.*in conſ.*42.
*col.*2.*verſ.quintò facit,vol.*3.

Declaratur iſte articulus, vt per hoc ſtatutum † 21.
non tollatur interpretatio legalis,iuridica,& neceſ-
ſaria,atque fauorabilis,vt reſpondet Alex.*in conſ.*80.
*num.*5.*vol.*1.Cotta *in d.verbo ſtatuto cauetur*,quoniam
cenſetur reiecta ſola hominis interpretatio,non au-
tem legis.Menoch.*de adipiſcend.remed.*4.*num.* 225.*in*
fin. verſ. reſpondet ſecundo.& in conſil. 5.*num.*27.*vol.*1.
Sed hæc interpretatio, quā recipit à lege, debet eſſè
declaratoria,& diſtributiua,non autem ampliatiua,
vel limitatiua, vt dicit Cotta *in d. loco allegato.* Nam
interpretatio expreſſiua non cenſetur reiecta, Bar-
bat.*in l.cùm acutiſſimi,num.* 167.*&* 170. *verſ. ideo ſta-*
tutum, & n. 171.*verſ. & cum appareat.C.de fideicomm.*
Sed dicta interpretatio debet ſumi ex congrua vo-
cabuli expoſitione. Albert. Brun. *de ſtatuto excluſiuo*
*fem artic.*5.*quæſt.*29.*num.*21.*verſ.Sed Petrus.*& hoc in-
telligit Bald.*de intellectu grammaticali in d.l.*2.*num.*8.
C.de patr.qui fil.diſtraxer.& in auth.ſi qua mulier,in fin.
C.de ſacroſ. Eccleſ. Item non cenſetur reiecta inter-
pretatio, quæ ſumeretur ex alio ſtatuto.Alexand. *in*
*d conſ.*80.*num.*5.*vol.*1.*& in conſ.*31.*num.*3.*vol.*7.Brun.
*in d.artic.*5.*quæſt.* 29. *num.*22.*verſ. Et tunc vnum ſtatu-*
*tum.*Roland.*in conſil.*62.*num.*30.*vol.*3.Cacheran.*de-*
*ciſ.*167.*num.*18.

N 2 QVÆ

QVÆSTIO X.

De dilectione teſtatoris, per duos articulos diuiſa.

1. Teſtator, quos magis diligere præſumatur.
2. De effectibus prædilectionis teſtatoris.

ARTICVLVS I.

Teſtator quos magis diligere præſumatur.

SVMMARIA.

1. *Teſtator magis præſumitur diligere filios, quàm alios quoſcunque.*
2. *Affectio maior teſtatoris probatur ex maiori coniunctione.*
3. *Affectio maior teſtatoris erga filios, intelligitur etiamſi eſſent ex altera vxore.*
4. *Filij nati præſumũtur magis dilecti, quàm naſcituri.*
5. *Filij maſculi præſumuntur magis dilecti, quàm fœminæ.*
6. *... & in quo caſu limitetur, vt fœminæ ſint prædilectæ.*
7. *Primogenitus præſumitur magis dilectus inter filios maſculos.*
8. *Affectio maior præſumitur erga primò nominatos.*
9. *... item ex eo quod plura bona relicta fuere.*
10. *Teſtator præſumitur ita diligere nepotem ex filio præmortuo, ſicut ipſum filium.*
11. *Filij & deſcendentes ex eis præſumũtur eadem affectione prædilectiores.*
12. *Filij & hæredes inſtituti præſumuntur magis dilecti quàm filij ſubſtituti.*
13. *Teſtatoris affectio cognoſcitur ex ordine vocationis.*
14. *Filius naturalis præſumitur magis dilectus in bonis ſibi relictis.*
15. *Affectio maior erga proximos ſuos, quàm erga proximos grauati.*
16. *Proximitas grauati, non grauantis, attendenda eſt in fideicommiſſis, & quando limitetur.*
17. *Proximi grauati, ex ſolis coniecturis excluduntur.*
18. *Affectio maior præſumitur erga hæredem in portione ſibi relicta, quàm erga cohæredem.*
19. *Hæres extraneus præſumitur magis dilectus in portione ſibi relicta, quàm proprius filius.*
20. *Legatarius præſumitur magis dilectus in re ſibi legata.*
21. *Affectio teſtatoris cognoſcitur ex ordine inſtitutionis, & ſubſtitutionis.*
22. *Dilectus in inſtitutione cenſetur dilectus in fideicommiſſo.*
23. *Partes adiectæ in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione.*
24. *Dilecti in inſtitutione, cenſentur dilecti etiam in ſubſtitutione.*
25. *Affectio maior erga filios, vel hæredes, etiam extraneos inſtituti, quàm erga proprios filios.*

NVnc de teſtatoris dilectione agendum eſt, ex cuius effectibus, de quibus in ſequenti articulo, plurimæ reſolutiones capi poſſunt. Et primus
1. caſus eſt de filiis, † quos teſtator præ omnibus
dilexiſſe præſumitur. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 58.
volum. 1. Socin. iun. *in conſil.* 168. *numer.* 43.
volum. 2. Cephal. *in conſil.* 306. *numer.* 62. Decian. *in conſil.* 74. *num.* 15. Mantica *de coniectur. lib.*
11. *titul.* 14. *num.* 20. Ruin. *in conſil.* 141. *numer.* 6.
volum. 2. *& in conſil.* 132. *num.* 3. *& conſil.* 139. *numer.* 17. *volum.* 3. Menoch. *in conſil.* 420. *numer.*
22. *volum.* 5. Surd. *in conſil.* 564. *numer.* 12. *volum.* 4. omnes mouentur argumento *l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & l. penult. C. de impuber. & aliis ſubſtit. & l. ſi is qui ducenta.* §. *item ſi pater*, & *ibi* gloſſ. *ff. de reb. dubiis.* Item maior affectio † probatur ex maiori coniunctione 2.
ſanguinis, *l. Titius. ff. de hæred. inſtit.* Alciat. *de præſumpt. regula* 3. *præſumpt.* 20. Pariſ. *in conſil.* 51. *numer.* 21. *volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 71. *num.* 21.
vol. 1. & alij ad hoc relati per Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 16. *in* 3. *coniectura.* Quamobrem magis præſumitur diligere filios quàm nepotes, & magis nepotes quàm pronepotes, & ſic deinceps, ratione maioris proximitatis. *l. ſi viua matre. C. de bonis maternis.* Menoch. *in conſil.* 976. *numer.* 6. *volum.* 10. Item hæc affectio patris erga filios intelligitur tam erga filios † vnius, quàm alterius ſuæ vxoris, cùm æquè 3.
filij ſint, & eandem rationem affectionis habeant, Socin. *in conſil.* 249. *num.* 2. *verſ. tertius caſus. vol.* 3. Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 11. *gl.* 1. *num.* 13. Berous *in conſ.* 143. *num.* 18. *vol.* 2. Nam quando agitur de bonis paternis, nulla conſtituenda eſt differentia inter vtrinque coniunctũ, & conſanguineum tantùm. *l.* 1. *C. de legitim. hæredib.* & poſt multos relatos probat Menoch. *in conſ.* 124. *num.* 9. *& ſeq. vol.* 2.

Primò declaratur iſte caſus, vt teſtatoris affectio præſumatur maior erga filios natos, † quàm na- 4.
ſcituros. *l. qui filiabus, de legatis* 1. *l. Titius, & l. item prætor. ff. de ſuis & legitimis*, & ita firmarunt Socin. *in conſil.* 73. *num.* 26. *vol.* 4. Neuizan. *in conſ.* 34. *num.* 43. Idem Socin. *in l. cùm auus, num.* 80. *ff. de cond. & demonſt.* Socin. iun. *in conſil.* 129. *numer.* 27. *vol.* 3. Molin. *de primogen. Hiſpan lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 53. & alij ad hoc allegati per Menoch. *in d. præſumpt.* 16. *num.* 6. *lib.* 4.

Secundò declaratur, vt teſtator magis præſumatur diligere filios maſculos, † quàm feminas, Corn. 5.
in conſ. 4. *num.* 5. *vol.* 3. Ruin. *in conſ.* 124. *num.* 14. *vol.* 1. Menoch. *in conſil.* 204. *num.* 24. *vol.* 3. *& in d. præſumpt.* 16. *num.* 10. Sed iſta declaratio reſtringitur, cùm feminæ † duplici titulo honoratæ ſunt, videli- 6.
cet inſtitutionis, & ſubſtitutionis, ſiue legatorum, tunc enim feminæ præſumuntur magis dilectę. *l. Publius. ff. de cond. & demonſt. Auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* Corn. *in conſ.* 161. *col.* 2. *circa fin. vol.* 2. *& in conſ.* 304. *col.* 3. *circa medium vol.* 1. *& in conſ.* 167. *col.* 1. *vol.* 4. & ita arguit Crauett. *in conſ.* 161. *n.* 5. Quæ opinio poteſt eſſe vera, quando feminæ fuiſſent etiã ſubſtitutæ cum nõ ſcriptis maſculis, ſecus ſi fuiſſent ſubſtitutæ, quando nullus alius maſculus ſupereſſet. Item ſi fuiſſet facta prohibitio alienationis ad fauorem maſculorum, tunc enim probatur ſolùm fauorem maſculorum à teſtatore fuiſſe conſideratum, & hoc caſu non eſt præſumenda maior affectio erga filias feminas, ſed erga filios maſculos.

Tertiò declaratur, vt inter filios maſculos pater præſumatur magis diligere primogenitum, † quàm 7.
alios. Roman. *in conſ.* 408. *n.* 8. quia, vt probatum eſt, maior affectio arguitur erga natos, quã naſcituros; ergo maior circa primũ natos. Itẽ quia maior affectio præſumitur † erga primò nominatos. *l. Lucius.* §. 8.
fin. ff. de hæred. inſt. l. cùm ita. §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. *l. Publius.* §. *final. ff. de condit. & demonſtrat. l. final.*

C. de verb. ſignificat. & ita per multos relatos probat Crauett. *in conſil.* 147. *numer.* 2. *& in conſil.* 161. *numer.* 5. *& in conſil.* 297. *numer.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 171. *num.* 15. *vol.* 1. Item quia vtplurimum parentes ſolent plus primogenito, quàm cæteris fi-
9. liis relinquere,† & ex maiori commoditate relicta, arguitur maior dilectio. Corn. *in conſil.* 288. *col. final. verſ. & ſi dicatur, volum.* 1. Crauett. *in d. conſil.* 161. *numer.* 5. Socin. iun. *in d. conſil.* 71. *numer.* 19. *volum.* 1. Et de validitate huius argumenti à veriſimili ſcribunt Euerard. *in loco à veriſimili*, & Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in præfatione, num.* 40.

Secundus caſus eſt, teſtator ita præſumitur dili-
10. gere † nepotem ex filio præmortuo, ſicut diligebat ipſum filium, Ruin. *in conſil.* 70. *num.* 15. *vol.* 3. per text. *l. cùm auus. ff. de cond. & demonſtr.* & ita Bald. probat *in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* Socin. iun. *in conſil.* 126. *num.* 52. *& ſeq. vol.* 1. Menoch. *in d. conſil.* 124. *num.* 78. *vol.* 2. *& conſil.* 357. *num.* 11. *vol.* 4. Rubeus *in conſil.* 82. *colum. final. verſ. & ſi dicatur.* Nam ſicut teſtator diligit filium, ita præſumitur
11. diligere eiuſdem filios †. Menoch. *in conſil.* 724. *num.* 11. *vol.* 8. Et ſicut prædilexit filium in portione, quam ei reliquit, ita præſumitur dilexiſſe deſcendentes ab ipſo, iuxta *d. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo*, & *ibi* gloſſ. & Doct. *de legat.* 2. Alexand. *in conſil.* 36. *num.* 11. *volum.* 3. Ruin. *in conſil.* 159. *num.* 11. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 46. *num.* 33. *vol.* 1. Decia. *in conſil.* 24. *num.* 60. *vol.* 1. Molin. *lib.* 3. *de primogenit. cap.* 5. *numer.* 53. *in fin.* Menoch. *in d. præſumpt.* 16. *numer.* 8. *lib.* 4. Ideo magis præſumitur
12. diligere filios † & hæredes inſtituti quàm ſubſtituti, quia magis dilexit inſtitutum, quàm ſubſtitutum; ergo & eius filios & deſcendentes, *l. Publius. §. final. ff. de condit. & demonſt.* Menoch. *in conſil.* 958. *num.* 7. *vol.* 10. Ruin. *in conſil.* 188. *num.* 4. *vol.* 2. Item
13. quia teſtatoris † affectio cognoſcitur ex ordine inſtitutionis & ſubſtitutionis. Socin. iun. *in conſil.* 151. *num.* 8. *vol.* 2. Item ex ordine nominationis, & prælationis. Socin. iun. *in conſil.* 50. *numer.* 7 *vol.* 4.

14. Declaratur iſte caſus, vt in bonis relictis filio † naturali magis præſumitur diligere illius deſcendentes, quàm proprios filios, gl. *in d. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicomm.* Bald. *ibi in verſ. quæro ſi pater.* vbi etiam Salyc. & Paul. de Caſtr. Angel. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus*, & *ibi* Alexand. *col.* 5. *verſ. in eadem gloſſ. ff. ad Trebellian.* Roman. *in l. ſi cui. ff. de donatio. cauſa mort. & in conſil.* 370. *col.* 1. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 14. *col.* 1. *vol.* 1. Alexand. *in conſil.* 5. *col.* 2. *verſ. & illud etiam verum. vol.* 3. *& in conſil.* 38. *col. final. vol.* 6. Socin. *in conſil.* 182. *col.* 1. *verſ. confirmatur. vol.* 2.

Tertius caſus eſt. Teſtator magis præſumitur di-
15. ligere ſuos proximos, † quàm grauati, quando fit tráſitus inter tranſuerſales de vna linea vocatorum ad alteram propter mortem grauati, nam hoc caſu non conſiderantur perſonæ grauato attinentes propter nouum ſtatum perſonarum, ſed ſola perſona teſtatoris grauantis, & quos ipſe prædilexit in admiſſione noui ſtatus, Cephal. qui benè declarat *in conſil.* 493. *in fi. vol.* 4. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *num.* 5. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 20. *num.* 9. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *numer.* 31. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §.* 26. *limitation.* 31. *numer.* 15. Et licèt plurimi graues viri teneant ſemper eſſe at-
16. tendendam proximitatem † grauantis, vt latè per Menoch. *in conſil.* 904. *num.* 32. *volum.* 10. & per Surd. *in conſil.* 120. *vol.* 1. *col.* 1. qui alios referunt, & per Theſſaur. *deciſ.* 64. Hac ratione, quia præſumitur teſtatorem habuiſſe maiorem dilectionem erga proximos filios, quàm erga proximos grauati; tamen ſemper fuit deciſum in contrarium, quòd proximitas grauati attendenda eſt in ſucceſſione fideicommiſſi, vt habetur *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Fideicommiſſum. cap. proximitas.* & hanc opinionem probant vt veriorem Peregrin. *de fideicommiſſ. in d. articul.* 20. Matthæacius *in epitom. de fideicommiſſ. lib.* 1. *cap.* 15. Simon de Pret. *ſolution.* 3. *numer.* 33. *fol.* 341. ſumpta ratione ex *regul. l. cùm auus, & l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* Item quia ad exclu-
ſionem proximorum grauati, † ſolis coniecturis ſtandum eſt, vt fuit reſolutum in Rota *deciſ.* 693. *part.* 2. in vltimò impreſſis: vt quia teſtator ſæpe vocauit proximiores ſuos. Item ſi vocauerit ad ſuam ipſius hæreditatem, hoc enim ſufficit ad diſtinguendam proximitatem grauantis. Dec. *conſil.* 21. *num.* 2. Iaſ. *in conſ.* 159. *numer.* 1. *volum.* 4. Item ſi puniuit contrauenientem prohibitioni alienationis in omiſſione bonorum ad fauorem proximioris, hoc enim caſu non poteſt intelligi de proximiore grauati, ſed grauantis, quia ſicut odio habuit contrauenientem, ita & eius proximos, vt fuit deciſum in Rota, vt *D. N. tom.* 5. *tit. Fideicommiſſum. cap. in caſu.* 17.

Quartus caſus eſt, reſpectu portionis relictæ vni hæredum, teſtator magis præſumitur † illum, eiúſque hæredes dilexiſſe, quàm alterum cohæredem, & eius hæredes. Alexand. *in conſ.* 204. *col.* 2. *vol.* 2. Ruin. *in conſil.* 159. *numer.* 11. *& conſil.* 191. *numer.* 13. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 46. *num.* 33. *vol.* 1. Corn. *in conſil.* 202. *num.* 5. *& conſ.* 230. *num.* 6. *& conſ.* 258. *in fin. volum.* 3. Nam reſpectu quantitatis relictæ præſumitur maior affectio erga illum, cui reliquit, & ſuos hæredes, quàm erga † ſuum proprium cohæredem. Socin. iun. *in conſ.* 71. *num.* 9. *vol.* 1. Crauett. *in conſ.* 161. *num.* 6. *& conſ.* 297. *num.* 2. *verſ. maiorem, & in conſ.* 363. *num.* 18. *& in conſ.* 623. *num.* 12. argum. *Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* 18. 19.

Quintus caſus eſt, teſtator in re legata † magis videtur diligere legatarium, quàm hæredem. Natta *in conſil.* 626. *in fin.* Surd. *in conſil.* 319. *numer.* 18. *volum.* 3. & ad hoc conferunt ſcripta in præcedenti caſu. 20.

Sextus caſus eſt, ex ordine inſtitutionis, & ſubſtitutionis cognoſcitur affectio † teſtatoris. *l. Publius. §.* 1. & *ibi* tradunt omnes ſcribentes. *ff. de condit. & demonſtr.* Item ex ordine nominationis probatur ordo affectionis, & prælationis. *l. qui ſoluendo in* 2. & *ibi* Angel. & Immol. *ff. de hæred. inſtit.* Felin. *in cap. cùm dilecta, num.* 4. *verſ. & dicunt Angel. & Immol. de reſcript.* & probat Socin. iun. *in conſ.* 71. *n.* 15. *& plur. ſeq. vol.* 1. Quamobrem ſi teſtator magis dilexit maſculos in inſtitutione, eos vniuerſaliter † inſtituendo, etiam in fideicommiſſo prædilexiſſe præſumendum eſt, *l. Lucius. §. pater. ff. ad Trebell. d. Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. l.* 1. *C. de impuber. ſubſtit.* & probat Menoch. *in conſil.* 525. *numer.* 2. *volum.* 6. Item ſi prædilexit in inſtitutione, quia eos verbaliter coniunxit, cenſetur etiam in ſubſtitutione prædilexiſſe, & aliis præferri voluiſſe. Iaſ. *in conſil.* 143. *num.* 8. *verſ. modo in propoſito. volum.* 1. Item quia partes † adiectæ in inſtitutione, vel relicto, cenſentur repetitæ in ſubſtitutione. *l.* 1. *C. de impuber. ſubſtit. l. ſi planè. §. ſi duobus. de legat.* 1. Item non eſt veriſimile quòd teſtator alias partes in ſubſtitutione dare voluerit, quàm in inſtitutione dederit. *l. ſi plures ſint inſtituti, in fin. ff. de vulgari, & pupill. ſubſtit.* Bartol. *in l. final. circa princip. ff. ad Trebellian.* vbi 21. 22. 23.

vbi quòd teſtator inſtituta filia in re certa, ſi filios
vniuerſaliter inſtituat, & poſtea dicat, filios
meos inuicem ſubſtituo, tunc vno ex filiis dece-
dente, maſculi excludunt feminam à ſubſti-
24. tutione, quia illos prædilexit † in inſtitutione, cen-
ſetur pariter prædilexiſſe in ſubſtitutione. Idem
Bartol. *in l. Lucius. in 11. quæſt. ff. de vulgar.* Bald.
& Angel. *in l. in teſtamento in 6. quæſt. C. de militari
teſtament.* Alexand. *in d. l. Lucius, numer.* 18. Iaſ.
numer. 23. probat hanc eſſe communem, & ve-
ram opinionem. Et propter iſtas rationes teſta-
tor magis præſumitur dilexiſſe filios, & hæredes
inſtituti, quàm ſubſtituti, quia ſicut magis dile-
xit inſtitutum, quàm ſubſtitutum, ita & illius fi-
lios, & hæredes. *d. l. Publius. ff. de cond. & demonſtr.*
Menoch. *in conſil.* 958. *numer.* 7. *volum.* 10. Item ſic-
25. ut magis dilexit inſtitutum, † ita etiam præſumi-
tur magis dilexiſſe hæredes extraneos dicti inſtitu-
ti, quàm proprium filium cohæredem datum. Ruin.
in conſil. 189. *numer.* 4. *volum.* 2. Nam in bonis inſti-
tuto relictis, magis præſumitur dilexiſſe illum, &
eius hæredes, quàm alios proprios filios, gloſſ. *in d. l.
cùm acutiſſimi*, Bald. *ibi in verſ. quæro ſi pater*, & *ibi*
Salyc. & Paul. de Caſtr. Angel. *in l. ex facto. §. ſi
quis rogatus*, & *ibi* Alexand. *col.* 5. *verſ. in eadem
gloſſ. verſ. ex deſcendentibus. ff. ad Trebell.* Immol.
& Roman. *in l. ſi cui. ff. de donat. cauſ. mort.* Roman.
in conſil. 370. *volum.* 1. Paul. de Caſtr. *in conſil* 14.
colum. 1. *volum.* 1. Alexand. *in conſil.* 5. *colum.* 2. *verſ.
& illud etiam verum. volum.* 3. Socin. *in conſil.* 182.
colum. 2. *verſ. confirmatur ſecundò, vol.* 2.

ARTICVLVS II.

De effectibus prædilectionis teſtatoris.

SVMMARIA.

1. *Teſtatoris voluntas ex eiuſdem affectione interpre-
tanda eſt.*
2. *Affectio teſtatoris vincit affectionem legis.*
3. . . *eſt præponenda proprietati ſermonis.*
4. . . *præualet præſcriptioni, quòd teſtator cenſetur ſe con-
formem reddere cum diſpoſitione iuris.*
5. *Tranſmiſſioni fideicommiſſi locus non eſt, quando mi-
nus dilectus præferretur magis dilecto.*
6. *Interpretatio ſemper capienda eſt, quòd magis dile-
ctus præferatur.*
7. *Dilecti minus ſemper præſumuntur excluſi ſi magis
dilecti excluduntur.*
8. *Dilecti magis in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus
præferendi.*
9. *Voluntas teſtatoris ſemper cenſetur adiecta cum ma-
gis dilecto.*
10. *Affectio teſtatoris non conſideratur in ſucceſſioni-
bus ab inteſtato.*

EFFECTVS maioris dilectionis teſta-
toris ex ſequentibus caſibus intelligi
poteſt, quorum primus eſt: Regu-
lariter ex affectione † teſtatoris ca-
1. pienda eſt interpretatio. *l. capienda de
regul. iur. l. ſi ſeruus plurium. §. final. de legat.* 1. *l. Au-
relius. §. Titius. ff. de liberat. legat.* & probant gl. *in l. ille à
quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell.* Ancharan. *in conſil.*
237. *numer.* 2. Socin. ſen. *in conſil.* 26. *num.* 4. *vol.* 4
& latiùs per Simon. de Pret. *de interpretat. vltim. vo-
lunt. lib.* 1. *ſolutione* 5. *fol.* 62. & per Menoch. *lib.* 4.
præſumpt. 16. *in princip.*
2. Secundus caſus eſt: Affectio † teſtatoris vin-
cit affectionem legis, Bald. *in l. precibus, in fin.*
C. de impuber. ſubſtitut. Ideo propter teſtatoris af-
fectionem recedimus à regulis iuris communis.
Dec. *in l. ſi actionem, in princip. C. de pact.* Item
recedimus à generalitate, & proprietate verbo-
rum, Iaſ. *in l. ſi pater, in fin. ff. de vulgari, & pu-
pill.* Item affectio teſtatoris † eſt præponenda 3.
proprietati ſermonis. Crauett. *in conſil.* 927. *nu-
mer.* 1. quem ſequitur Menoch. *in d. præſumpt.* 16.
n. 2. *lib.* 4. Item affectio † teſtatoris præualet illi præ- 4.
ſumptioni, quòd teſtator cenſetur ſe conformem
reddere cum diſpoſitione iuris communis, quia, vt
dixi, eius affectio vincit præſumptionem legis, &
præfertur quibuſcunque aliis coniecturis, vt latiùs
per Simon. de Pret. *in d. ſolutione* 5. *num.* 4. *fol.* 62.
Tertius caſus eſt: Non eſt locus tranſmiſſioni † 5.
fideicommiſſi, quæ ex coniecturis fieri poſſet, quan-
do minùs dilectus præferretur magis dilecto, ita fir-
marunt Iaſ. *in conſil.* 52. *in fin. vol.* 2. Socin. *in conſil.* 6.
num. 13. *vol.* 2. Ruin. *in conſil.* 178. *col.* 2. *vol.* 2. Cra-
uet. *in l. cum filiofamilias in* 1. *parte, numer.* 349. *de legat.* 1.
Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. in* 4. *parte. nu-
mer.* 376. & *numer.* 395. *ff. ad Trebellian.* Menoch. *in
conſil.* 200. *num.* 34. *vol.* 2. & *conſil.* 273. *num.* 19. *vol.* 3.
Quartus caſus eſt, ſemper capienda eſt inter-
pretatio, † quòd magis dilectus non ſit dete- 6.
rioris conditionis, quàm minus dilectus. *l. Pu-
blius. § final. ff. de condit. & demonſtrat.* & probatur
ex notatis per Bartol. *in l. Gallus. §. etiam ſi paren-
te. ff. de liber. & poſthum.* & *in l. ſi mater. ff. de vulga-
ri, & pupill.* & *in l. virum. §. final. ff. de reb. dub.*
& per Alexand. *in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de
in ius vocando*, Ruin. *in conſil.* 138. *numer.* 8. *volum.*
3. vbi quòd minùs dilecti † ſemper præſumuntur 7.
excluſi, ſi magis dilecti excluduntur, abſurdum
eſt enim, vt filiæ ſint deterioris conditionis, quàm
neptes. Ruin. *in conſil.* 132. *numer.* 3. *volum.* 3. &
latiùs *in conſil.* 139. *numer.* 16. & 18. *volum.* 3.
Non enim debet minus iuris habere qui à teſta-
tore plus diligitur reſpectu alicuius rei, quàm is
qui minus dilectus fuit, Socin. iun. poſt alios
in conſil. 109. *num.* 43. *vol.* 1.
Quintus caſus eſt, In fideicommiſſariis ſubſti-
tutionibus ſemper magis dilecti, cæteris † minus 8.
dilectis præferendi ſunt. *l. cohæredi. §. qui diſcretas.
ff. de vulgari*, Bartol. *in l. Lucius. colum.* 3. *verſ. quæ-
ro, eodem tit.* & probat Cephal. *in conſil.* 333. *num.* 17.
Idem in ſubſtitutionibus, affectio teſtatoris de-
clarat ambiguam ſubſtitutionem, argum. *l. ſi ſeruus
plurium. § fin. de leg.* 1. & *l. cùm acutiſſimi. C. de fideicomm.*
Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 11. *numer.* 1. Item conie-
ctura quæ ex affectione capitur, cæteris eſt poten-
tior. Socin. *in conſil.* 23. *num.* 21. *vol.* 1 Mantic. *lib* 6. *tit.*
10. *n.* 13. Et ratione maioris affectionis fit lata inter-
pretatio. *l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de liberat. le-
gat.* Crauett. *in conſil.* 245. *numer.* 8. Conſideran-
dum eſt igitur, quis teſtatori maiori dilectione
coniunctus ſit, nam eidem teſtatoris † volun- 9.
tas adiecta cenſetur. *l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. l. ſi
ſeruus plurium. § final. de leg.* 1. Menoch. *in conſil.* 173.
num. 34. Et dicit Alba. *in conſil.* 86. *num.* 6. quòd in
dubio iudicandum eſt contra ſubſtitutos ad fauo-
rem perſonæ magis dilectæ à teſtatore.
Declaratur iſte articulus, vt non procedat in ſuc-
ceſſionibus ab inteſtato, nã in illis non conſideratur
affectio † teſtatoris, ſed ſola, & mera iuris diſpo- 10.
ſitio, Bald. *in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo in fin. de leg.* 2.
vbi quòd auth. *Ceſſante*, quam *ibi* gl. allegat, loquitur
ab inteſtato, vbi non conſideratur affectio, ſed iuris
diſpoſitio, & hanc opinionem comprobat Rubeus
Alexand. *in conſil.* 40. *num.* 31.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XI.

De inſtitutione, per quatuor articulos diuiſa.

1. Inſtitutio an, & quando validè facta dicatur.
2. Inſtitutio captatoria quando dicatur.
3. Inſtitutio an, & quando vitietur.
4. An inſtitutus in vſufructu cenſeatur inſtitutus in proprietate nullo dato cohærede.

ARTICVLVS I.

Inſtitutio an, & quando validè facta dicatur.

SVMMARIA.

1. *Inſtitutio quando eſt nulla, etiam ſubſtitutiones ab ea dependentes ſunt nullæ.*
2. *Subſtitutione ſecunda extincta, ſuccedunt cæteræ ſubſtitutiones.*
3. *Verbum* lego, *vel* relinquo, *adiectum vniuerſitati bonorum, quando importet inſtitutionem, & num. 5.*
4. *Verbum* relinquo, *eſt aptum comprehendere inſtitutionem, & fideicommiſſum.*
6. *Inſtitutio inducitur per clauſulam,* omni meliori modo.
7. *Clauſula,* omni melioti modo, *appoſita in ipſo relicto, importat hæredis inſtitutionem.*
8. *. . ad quem effectum ſubintelligatur inter liberos.*
9. *Filius poteſt inſtitui ſub conditione voluntaria, & poteſtatiua.*
10. *Inſtitutio poteſt fieri ſub conditione, ſi nupſeris tali.*
11. *Inſtitutio poteſt fieri ſub conditione, ſi litem cum aduerſario proſequutus fueris.*
12. *Prohibitio de non alienando lite pendente, non habet locum in alienatione, quæ fit in vltima voluntate.*
13. *Conditione voluntaria non impleta, diſpoſitio caruit.*
14. *Princeps non poteſt inſtitui ſub conditione, vt litem proſequatur.*
15. *Inſtitutio non poteſt fieri ſub conditione reſolutiua.*
16. *Inſtitutio quando dicatur facta ex coniecturis.*
17. *Manifeſtum dicitur, quod ex coniecturis conſtat.*
18. *Coniecturæ debent colligi ex ipſo teſtamento, vt probent inſtitutionem.*
19. *Inſtitutiones in quibus caſibus factæ præſumuntur.*
20. *Inſtitutio directa facta in codicillis trahitur ad fideicommiſſum.*
21. *Subſtitutio directa pupillaris, aliquando trahitur ad fideicommiſſum.*
22. *Subſtitutio exemplaris aliquando trahitur ad fideicommiſſum.*
23. *Inſtitutio facta in re certa dato cohærede vniuerſali habetur loco legati.*
24. *Inſtitutus in re certa etiam eſt hæres.*
25. *Ius accreſcendi habet locum inter inſtitutum in re certa, & inſtitutum vniuerſaliter.*
26. *Inſtitutio, & eius declaratio per quot teſtes probari debeat.*

QVIA teſtamenti caput eſt ipſa hæredis inſtitutio, §. *ante hæredis. Inſtit. de legatis. l. 3. de his quæ in teſtamento delent. l. 1. §. 1. ff. de vulgari ſubſt. l. final. ff. de iur. codicill.* Clar. *in §. teſtamentum. quæſt. 35.* Ideo poſt quæſtiones teſtamentorum, ſequitur videre de inſtitutionibus.

Item quia ſi inſtitutio † eſt nulla, etiam ſubſtitu- 1.
tiones ab ea dependentes nullæ exiſtunt, *l. cum in teſtamento. §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater. §. 1. &* *ibi* Iaſ. *in 2. not. ff. de vulgari, & pupill.* Alexād. *in conſil. 1. num. 12. verſ. modo conſtat. vol. 1.* Ancharan. *in conſil. 132. num. 2.* Dec. *in conſil. 384. col. 2.* Ruin. *in conſil. 125. num. 6. & conſil. 153. num. 1. & conſil. 180. num. 7. vol. 2.* Pariſ. *in conſil. 44. col. 1. & conſil. 86. num. 5. vol. 1.* Ideo quæſtiones inſtitutionum præferendæ ſunt cæteris ſubſtitutionibus. Sed hoc dictum eſt verum, quando onus iniunctum eſt inſtitutioni, vel primæ ſubſtitutioni, tunc enim nulla exiſtente inſtitutione, vel ſubſtitutione, cui tale onus iniunctum eſt, impoſſibile eſt, quòd tale onus non euaneſcat: ſecus quando poſt inſtitutionem, vel primam ſubſtitutionem, ſecunda ſequens ſub-
ſtitutio † extinguitur, quia tūc extincta dicta ſecun- 2.
da cæteræ, quæ ſequuntur, non euaneſcunt, ſed per extinctionem ſecundæ, aperitur via tertiæ, & ſequentibus, vt probat Hieronym. Gabriel poſt Bald. & alios *in conſil. 117. num. 16. & ſeq. volum. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 15. num. 19.* Vt igitur articulum diſpungamus, quando inſtitutio validè facta dicatur, plures caſus occurrunt.

Primus caſus eſt: neque verbum *lego*, † neque 3.
verbum *relinquo*, adiectum vniuerſitati bonorum importat hæredis inſtitutionem, & ita firmauit Bart. *in l. centurio, num. 19. ff. de vulgar. & pupill.* & *ibi* Alexand. & Iaſ. probant eſſe communem opinionem, eandem probant communem *in rubric. de legat. 1.* Socin. *num. 87.* & Bolognet. *num. 99.*

Contrariam opinionem tenent Bald. *in l. final. num. 11. C. famil. erciſcundæ,* Zabarell. & Abb. *in c. Raynutius,* per illum text. *de teſtament.* Alexand. *in l. 1. num. 2. de legat. 1.* dicit, quòd opinio contra Bartol. eſt verior in puncto iuris, Lancelot. Polit. *in tract. de ſubſtitutionib. in materia ſubſtitutionis compendioſæ, verſ. quæritur tertiò,* Franch. *in c. ſi pater. n. 107. de teſtam.* Pariſ. *in conſil. 3. num. 11. vol. 3.* qui aſcribit hanc opinionem gloſſæ *in l. his verbis. ff. de hæred. inſtit. & ibi* hanc tenet Immol. Iaſ. *in d. l. centurio, num. 61.* hanc opinionem ſequuti ſunt omnes Canoniſtæ *in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, de teſtamentis.* Alexand. *in conſil. 176. col. pen. vol. 5.* & la-
tiùs *in conſil. 50. vol. 7.* Nam verbum *relinquo,* † eſt 4.
generale, aptum comprehendere inſtitutionem, & fideicommiſſum, & legatum. *l. 1. §. 1. ff. de tabul. exhibend. l. final. C. de ſacr. Eccleſ. l. hac edictali, in princip. C. de ſecundis nupt.* & iunctum vniuerſitati bonorum importat hæredis inſtitutionem. *d. l. his verbis. ff. de hæred. inſtit.* Alexand. *in conſil. 168. num. 2. circa fin. vol. 5.* vbi quòd verbum commune, relatum ad vniuerſitatem bonorum, importat inſtitutionē, poſt Bald. Angel. & alios, quos allegat Corn. *in conſil. 161. col. 1. vol. 1. & in conſil. 202. col. 2. vol. 4.* Iaſ. *in l. ſi quis ægre, col. 1. C. de codicill.* Ruin. *in conſil. 14. num. 15. vol. 2.* Natta *in l. hac conſultiſſima. §. ex imper-*
fecto, num. 116. C. de teſtam. Item ad hoc ſunt iura † 5.
clara *in l. diuus ff. de teſtam. milit.* vbi verbum *relinquo,*

importat hæredis inſtitutionem. §. *planè. Inſtit. eod. tit.* ergo idem verbum *lego.* Conſequentia probatur per *l.* 2. *C. communia de legat.* & ita arguit gloſſ. *in d. l. his verbis. ff. de hæred. inſtit.* Item ad hoc text. *in c. Raynaldus, §. porrò. de teſtam.* vbi quòd patronis medietatem, & reliqua bona paterna legauit, & tamen illi ſunt hæredes. Probatur, nam textus ibi dicit, *vnus ex patruis adiuit hæreditatem*, & *in verſ. verum in portione,* &c. *& in verſ. inſtitutio, & legatio, & adiectio pœna.* Neque in hoc eſt facienda differentia inter ius ciuile, & Canonicum, vt dicit Clarus *in §. teſtamentum, quæſt.* 45. *col. final.* Benedict. *in c. Raynutius, in ver. reliquit. col.* 1. diſtinguit, aut quis declarauit ſe velle facere teſtamentum, & tunc legatum omnium bonorum importat hæredis inſtitutionem, *l. non codicillum. C. de teſtament.* Aut ſumus in dubio, & tunc præſumitur voluiſſe facere codicillos. Couar. *in c. Raynaldus.* §. 1. *num.* 5. *verſ. ſed illud, de teſtamentis,* dicit, quando tractatur an verbum *lego*, additum vniuerſitati bonorum, nullo alio dato hærede, importet inſtitutionem, diſtinguendum eſt: Aut teſtamentum valere poteſt, abſque eo, quòd fiat talis interpretatio, & tunc verbũ *lego*, non importabit inſtitutionem: aut teſtamentum aliter valere non poteſt, niſi talis interpretatio fiat, & ſemper importabit hæredis inſtitutionem, & procedit *d. c. Raynaldus*, & hanc opinionem tenet *ibi* gloſſ. & ſequutus eſt Galiaul. *in d. l. centurio.* & comprobatur, nam in ſubſtitutione verbum *lego*, adiectum vniuerſitati bonorum, etiam omiſſa hæredis inſtitutione, operatur effectum quoad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & ita teſtamentum valere poteſt. *l.* 3. §. *final. ff. de liber. & poſthum.* ergo in caſu *d. c. Raynutius,* verbum *reliquit*, importat hæredis inſtitutionem, quia aliter teſtamentum ſuſtineri non potuiſſet.

Secundus caſus eſt, quando aliquid relinquitur
6. filiis, non expreſſo titulo inſtitutionis, † ſed addita clauſula, *omni meliori modo*, tunc teſtamentum ſuſtinetur, quia dicta clauſula habet vim inſtitutionis, Baldus *in l. quoties. num.* 10. *C. de hæred. inſtit.* Cuman. *in d. l. his verbis. ff. eod. tit.* Felin. *in c. cùm ſuper. num.* 11. *verſ. ſecundus effectus. de offic. delegati.* Iaſ. *in authent. nouiſſima, num.* 21. *&* 24. *in fin. C. de inoffic. teſtam.* Alexand. *in conſil.* 113. *num.* 3. *vol.* 3. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 323. *num.* 3. *vol.* 1. Dec. *in conſil.* 14. *n.* 4. *& conſil.* 77. *num.* 4. Ruin. *in conſil.* 107. *num.* 21. *& conſil.* 208. *num.* 15. *vol.* 1. Riminald. ſen. *in conſ.* 41. *num.* 19. Riminald. iun. *in conſil.* 266 *num.* 6. *vol.* 3. Curt. iun. *in conſ.* 71. *num.* 12. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 11. & de hoc ſcripſi *in tractatu de clauſulis, part.* 1. *clauſula* 84. *num.* 5.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando d.
7. clauſula *omni meliori modo*, eſt appoſita † in ipſo relicto, ſecus eſt, ſi apppoſita eſſet in fine clauſulæ codicillaris. Alexand. *in conſil.* 50. *num.* 10. *vol.* 7. Riminald. ſen. *in conſil.* 438. *num.* 23. *& plur. ſeq.* Curt. iun. *in conſil.* 169. *n.* 7. Bero. *in conſil.* 118. *n.* 29. *vol.* 2.
8. Et licèt d. clauſula *omni meliori modo*, † ſemper ſubintelligitur in teſtamento inter liberos, etiamſi appoſita non eſſet, gloſſ. *in l. cohæredi.* §. *cùm filiæ. in ver. valuit. ff. de vulgar. & pupill.* & ibi Immol. *circa fin.* dicit eſſe menti tenendũ, Iaſ. *circa finem*, dicit in hoc neminem contradicere, Alexand. *in conſ.* 176. *col.* 2. *vol.* 5. Iaſ. *in authen. nouiſſima col.* 4. *verſ. quarto, & vltimo. C. de inoffic. teſtam.* Tamen hoc procedit, quoad effectum, vt clauſula *omni meliori modo*, ſubintellecta habeat effectum clauſulę codicillaris, non autem vt habeat effectum inſtitutionis, vt declarat Gualdus *de arte teſtandi, tit.* 3. *cautela* 1. & latiùs ſcripſi de hoc *in d. tract. de clauſulis part.* 3. *clauſula* 56. *num.* 10.

Tertius caſus eſt, quando filius † eſt inſtitutus 9.
ſub conditione voluntaria, & poteſtatiua, vel ſub conditione caſuali, aut mixta, de quibus ſcripſi ſuprà in hac parte *quæſt.* 2. *art.* 2. *caſu* 2. *& caſu* 4. ibi vide.

Quartus caſus eſt, quando extraneus inſtitutus eſt ſub conditione poteſtatiua, & tunc ſi conditio non eſt à lege reprobata, valida eſt. Poteſtatiua cõditio eſt, ſi dixero, facio te hæredem, † ſi nupſeris 10.
vni ex filiis Sempronij, vel aliis de conſilio talis. Nam dictæ conditioni ius non reſiſtit, ideo ab inſtitutione non reiicitur, quoniam ſpe præmij ad matrimonium ſollicitari dicitur, vt fuit deciſum in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Inſtitutio. cap. valet inſtitutio.* Idem fuit deciſum in Collegio Piſano, vt *ibid. cap. per inſtitutionem.* Idem ſi dixero, facio te hæredem, ſi litem cum meo aduerſario † proſequutus fueris. Nam poteſtatiua 11.
conditio eſt, nec à iure reprobatur, etiamſi tu hæres eſſes potentior, quoniam edictum prohibitorium † de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, 12.
non habet locum, vbi fit alienatio in vltima voluntate. *l. ex hoc edicto.* §. *ſed hæredem*, & *ibi* Bartol. & alij. *ff. de alienat. iudicij mut. cauſ. fact.* Abb. *in c. final. in fin. extrà eod. tit.* Item vitium litigioſi non habet locum, vbi alienatio fieret in vltima voluntate, *l. nomen de legat.* 3. *l. fin.* §. *exceptis. C. de litigioſis.* Itẽ quia hæredis inſtitutio eſt titulus vniuerſalis. *l. hæreditas. ff. de regul. iur.* & principaliter in eo agitur de ſucceſſione in vniuerſum ius, bona autem veniunt in cõſequentiam, ideo valet alienatio ſubſequens acceſſoriè, quæ principaliter non valeret, ex regula *l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet.* & ita in his terminis reſpondet Cephal. *in conſil.* 13. *num.* 20. *& plur. ſeq. & in conſil.* 64. *num.* 13. *&* 15. *vol.* 1. Parendum eſt igitur conditioni, † quæ ſi impleta non fuerit, voluntate, vel mora, vel impotentia implere debentis, conditio deficit, & diſpoſitio euaneſcit. *l. final. ff. de condit. inſtit. l. pen.* §. 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* & alia plura, quæ ad hoc allegaui *in voto* 50. inter deciſiones Piſanas, & latiùs de hoc ſcribam infrà *in quæſtionibus de conditionibus.* 13.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in conditione poteſtatiua à iure reprobata, vt quando quis inſtitueret Principem † litis proſequendæ cauſa cũ 14.
ſuo aduerſario, hoc enim eſt à iure reprobatum. *l. Imperatorem. ff. de hæred. inſtit. l. res quæ.* §. *litis. ff. de iure fiſci.* §. *final. Inſtit. quib. modis teſtam. infirmentur.* & in puncto reſpondit Paneirola *in conſil.* 28. & eſſe opinionem veram etiam in Principe inferiore, probat Petra *in tractatu de Princip. in ſpeciali* 284. *cap.* 14. *fol. mihi* 201.

Quintus caſus eſt, inſtitutio † non poteſt fieri 15.
ſub conditione reſolutiua, quia hæreditas ex die dari non poteſt, *l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit.* Item quia ſemel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres, & ita fuit reſolutum in Rota Romana, vt *Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Inſtitutio. cap. filiorum.* licèt ſecus ſit in inſtitutione conditionali, quia eueniente conditione retrotrahitur ad tempus mortis, illa verò deficiẽte, perinde eſt, ac ſi nulla inſtitutio facta eſſet, vt declarat Aldobrandin. *in* §. *hæres. Inſtit. de hæred. inſtit.*

Sextus caſus eſt, Inſtitutio † hæredis etiam con- 16.
iecturis, & præſumptionibus induci poteſt, ita firmarunt Bald. & Angel. *in l. in tempus.* §. 1. *ff. de hæred. inſtit.* Rimin. ſen. *in conſil.* 256. *num.* 11. *&* 24. *vol.* 2. Iaſ. *in l. inter cæteras, n.* 6. *ff. de liber. & poſthum.*

& in

& in l. ſi pater filium, num. 3. ff. de vulgar. & pupill.
17. poſt Aretin. ibid. Et ratio eſt, nam manifeſtum † dicitur, quod coniecturis, & præſumptionibus conſtat, vt diffuſè probant Mantic. de coniectur. lib. 1. tit. 1. & Menoch. lib. 1. præſumpt. 45. coniectura enim eſt veſtigium veritatis, & accipitur pro veritate, donec contrarium appareat, l. penult. ff. de probat. in verſ. veritati ſemper locum fore, per quem text. Mantica ibi probat, ibi eſſe veritatem, vbi coniecturæ concurrunt.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando ipſæ
18. coniecturæ † colliguntur ex verbis, & diſpoſitis in teſtamento, ita dicit Bald. in l. final. in princip. & n. 10. C. de hæred. inſtit. vbi quòd tacita inſtitutio reſultans ex verbis pro expreſſa habetur, Aretin. in l. Gallus, in princip. col. 3. verſ. pro veritate iſtius. ff. de liber. & poſthum. vbi quòd voluntas tacita & inſtitutio tacita poteſt reſultare ex verbis iam ſcriptis, & ita reſponderunt Ruin. in conſil. 56. num. 10. vol. 2. & Barbat. in conſil. 5. col. 2. vol. 1. & latiùs probat Marcus Aquilinus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in 1. parte num. 10. & ſeq. ff. de liber. & poſthum. per text. §. in primis. Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. vbi ſi rogo Titium, vt hæreditatem meam reſtituat Caio, tacitè videor illum inſtituere, non enim poſſum grauare eum, quem non honoro. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. ergo grauando illum de reſtituendo in neceſſarium antecedens præſuppono illum feciſſe hæredem, ex regula l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procurat. & pro validitate teſtamenti, magis eſt inſpicienda mens, & ratio teſtatoris, quam verba, ad tradita per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in ver. libertis, num. 47. verſ. ex quibus. C. de reuocand. donat. Item ad hoc confert text. l. cum teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inſtit. vbi inſtitutio colligitur ex ſubſtitutione facta, quæ ſine ipſa inſtitutione ſtare non poteſt, & ita probat Rom. in l. in teſtamento num. 14. C. de milit. teſtam. Item conferunt ad huius caſus declarationem multæ leges, in quibus in-
19. ſtitutiones † factæ præſumuntur. l. 3. C. de inoffic. teſtam. vbi ſecundùm declarationem Gomeſij in lib. 1. var. reſolut. cap. 5. num. 24. ille poſthumus aget petitione hæreditatis, vel remedio poſſeſſorio, tanquam verus hæres inſtitutus. Item l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. Item l. fin. C. de poſthum. hæred. inſtit. Item l. final. C. de hæredib. inſt. vbi diſpoſitio teſtatoris dubia côuertitur in directam ſubſtitutionẽ, vel inſtitutionem. Ex quibus facilè deprehendi poterit leges noſtras ſæpiſſime huiuſmodi tacitas inſtitutiones ex mente reſultantes, complexas eſſe, multò magis veræ inſtitutiones eſſe debent illæ quæ ex verbis in teſtamento prolatis colliguntur, nam ita ex mente inſtitutiones pro expreſſis habendæ ſunt.

20. Septimus caſus eſt, Inſtitutio † directa, facta in codicillis non valet iure directo, quia in codicillis hæreditas directò neq; dari, neque adimi poteſt. l. 2. C. de codicill. & ibi communiter hanc regulam conſtituunt, & ideo dicta inſtitutio trahitur ad fideicommiſſum, etiam quòd præcedat teſtamentum, in quo alter fuiſſet hæres inſtitutus, vt probat Io. de Immol. in l. 1. & l. ſeq. in fin. ff. de iniuſt. teſtam. & ad hoc eſt text. l. Scæuola. ff. ad Trebell. vbi quemadmodum pagato eſt prohibitum poſt pubertatem poſſe directò ſubſtituere, ſed ſolum per fideicommiſſum. §. final. Inſtit. de pupill. ſubſtit. ita pariter eſt prohibitum in codicillis directò ſubſtituere. §. pen. Inſtit. de codicill. & d. l. 2. C. eod. tit. ſed ſi teſtator directò in codicillis diſponat, cùm non poſſit ſuſtineri iure directo, trahitur ad fideicommiſſum. d. l. Scæuola; ergo etiam in alio caſu, & ratio deciſionis eſt deſumpta ex l. quoniam indignum. C. de teſtam. ita vt teſtatoris voluntas, quæ iure directo valere non poteſt, valeat iure fideicommiſſi, & hanc opinionem in præſenti caſu probat Alexand. in conſil. 194. vol. 7. Et comprobatur, quia ſubſtitutio † pupillaris, 21.
quæ iure directo valere non poteſt, trahitur ad fideicommiſſum, prout eſt communis opinio, Bart. in l. verbis ciuilibus. num. 6. ff. de vulgar. & pupill. & ibi Iaſ. num. 19. & in l. centurio. ff. eod. tit. Socin. num. 55. Iaſ. num. 32. Ripa in l. ex facto, in princip. ff. ad Trebell. Benedict. in c. Raynutius, in ver. abſque liberis, n. 33. & 39. de teſtam. Curt. in l. precibus. num. 56. C. de impuber. ſubſtit. Itẽ quia ſubſtitutio † exemplaris di- 22.
recta, propter filiorum fauorem, & clauſulæ omni meliori modo, ſubintellectionem, trahitur ad fideicommiſſum. Bart. in l. 1. num. 21. ff. de iure codicill. & in d. l. verbis ciuilibus. num. 4. ff. de vulgari, Craſſus in §. codicillus, num. 17. Cephal. in conſil. 420. num. 2. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem.

Octauus caſus eſt, inſtitutio † facta in re certa, 23.
dato cohærede vniuerſali in toto inſtituto, habetur loco legati, l. quoties. C. de hæredib. inſtituendis. In contrarium eſt communis opinio, quòd inſtitutus in re certa ſimpliciter, † & abſolutè loquendo, non 24.
eſt hæres vniuerſalis, neque legatarius, ſed tertiam ſpeciem participans de natura vtriuſque, Bart. Bald. & Immol. in l. ex facto, in 2. ff. de hæred. inſtit. Bart. Angel. Salyc. Paul. de Caſtr. Fulgoſ. Aretin. & Iaſ. in d. l. quoties. C. de hæred. inſtit. & alia plura ad hoc relata per Tiraquell. in tractatu de morte, parte 2. declaratione 4. num. 3. & hanc eſſe communem concluſionem, atteſtatur Iaſ. in d. l. quoties, num. 6. in fine, & Coſta in c. ſi pater. in ver. in re certa, num. 12. in fine, & hanc opinionem ſequuta eſt Rota Roman. vt in deciſ. 712. num. 5. parte 1. in Nouiſſim. & ideo inter † hæredem vniuerſaliter inſtitutum, & dictum 25.
in re certa inſtitutum eſt locus iuri accreſcendi, vt probat Corn. in conſil. 31. vol. 4. & latiùs de hoc ſcribam infrà in quæſtionibus de iure accreſcendi.

Nonus caſus eſt, inſtitutio, † & eius declaratio, 26.
tanquam vltimæ voluntates, debent probari per ſeptem teſtes, quando agitur de eius validitate, & ita fuit deciſum in Rota Romana, vt in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. titulo Inſtitutio, cap. relinquo. Sed quando teſtamentum ſollemniter factum eſt coram ſeptem teſtibus, & poſtea deperditum eſt, neque agitur de probanda validitate, ſed de probando tenore illius, tunc duo teſtes ſufficiunt, Bald. in l. teſtium. num. 3. in vltimo not. & ibi Angel. num. 3. Salyc. num. 3. C. de teſtib. Marſil. ſingular. 156. & latiùs ſcripſi de hoc ſuprà in hac parte quæſt. 1. art...

ARTICVLVS II.

Inſtitutio captatoria quando dicatur.

SVMMARIA.

1. *Captatoria voluntas quando dicatur.*
2. *Teſtamenti libera factio aufertur dum quis lucri ſpe inuitatur ad teſtandum.*
3. L. Captatorias. ff. de hæred. inſtit. *declaratur.*
4. *Nominatio hæredis ad alterius voluntatem, non eſt captatoria.*
5. *Inſtitutio remiſſa ad arbitrium alterius eſt nulla.*
6. *Electio hæredis de certo genere poteſt committi ad arbitrium alterius.*

7. Le

7. *Legatum diſtribuendum inter pauperes el·gendos per tertium, eſt validum.*
8. *Diſpoſitio captatoria non corruit in totum, ſed ſolum in eo, in quo eſt captatoria.*
9. *Captatoria diſpoſitio non poteſt conſiderari in donatione inter viuos.*
10. *Donatio cauſa mortis eſt actus vltimæ voluntatis.*
11. *Subſtitutio facta de filiis tuis, vt tu ſubſtituas filios meos, eſt captatoria.*
12. *Ruinus* in conſil. 20. vol. 2. *reprobatur.*
13. *Diſpoſitio quando dicatur facta in vim modi.*
14. *Diſpoſitio ſemper alteratur per conditionem, vbicumque appoſitam.*
15. *Subſtitutio quando dicatur eſſe captatoria.*
16. *Cauſa finalis eſt, per quam inſpicitur commodum tertij.*
17. .. *& quæ cohæret ſubſtantiæ diſpoſitionis.*
18. .. *& ſine qua agens aliter facturus non eſſet.*
19. *Cauſa quæ ſapit conditionem de futuro, inducit famam.*
20. *Onus quando dicatur iniunctum in executione, non autem in acquiſitione.*

1. CAPTATORIA voluntas † illa eſt,
per quam quis alium quærit inducere, vt ſibi, vel alteri commodum in
vltima voluntate relinquat, quoniam captare, eſt veluti aliena aucupate. Alciat. *in lib. 2. parergon iuris cap.* 31. Anton. Auguſt. *in lib. 4. emendation. cap.* 15. Franciſc. Connan. *in lib.* 10. *Comment. iur. cap.* 6. Couar. *in c. cùm tibi, num.* 1. *de teſtam.* Sarmiento *in lib.* 2. *ſelectar. opinion. cap.* 4. Nam ſi filios tuos ſubſtituo filiis meis defunctis, ſi tu ſimilem ſubſtitutionem feceris de filiis meis, filiis tuis, tu diceris inuitari ad talem ſubſtitutionem faciendam ſub ſpe lucri, & ita tua voluntas captatur, gloſſ. *in l. cùm donationis. C. de tranſact.* vbi quòd liberatio creditoris facta ſub iſta conditione, ſi me inſtitueris hæredem, non valet, & illam gloſſam ſequuntur Bartol. Angel. Salyc. & Paul. de Caſt. præſertim per text. *l. illæ inſtitutiones. ff. de hæred. inſtit.* Item quia dum inuitatur ſpe lucri,
2. per indirectum aufertur libera teſtamenti † factio, quod eſt contra bonos mores, & ita captando eius voluntatem quaſi vim facit, & teſtamentum non valet, ſicut ſi pœnæ metu factum eſſet, ad *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* Itẽ in Rota fuit deciſum, quòd ſi ego facio te hæredem, & in eodem contextu tu donas mihi medietatem bonorum tuorum, cum conditione quòd in caſu reuocationis teſtamenti, etiam donatio reuocata dicatur, & ita erat donatio cauſa mortis, talis donatio captatoria dicitur, nulliúſque roboris, vel momenti eſt, quam deciſionem habes *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. Inſtitutio, cap. captatoria.* Quamobrem captatoria voluntas eſt, quando fraus, & deceptio interuenit, per captationem voluntatis, quæ lucri ſpe
3. ſit, & ita propriè intelliguntur *l. captatorias.* † *ff. de hæred. inſtit. & l. captatoriæ. de legat. 1. & l. captatorias. C. de milit. teſtam.* Sed quia Doctores in multis caſibus ſcripſerunt captatorias voluntates exiſtere, ideo an illi veri ſint, cum ſuis declarationibus videamus.

Primus caſus eſt quando nominatio hæredis eſt
4. commiſſa ad alterius voluntatem, † vt ſi dixerit, inſtituo hæredes, quos Titius voluerit, tunc iſta inſtitutio non eſt captatoria, quoniam inſtitutio captatoria dicitur ex eo quòd eſt deceptoria, vt per Paul. de Caſtr. & alios *in d. l. captatorias. ff. de hæred. inſtit.* & per Couar. *in d. c. cùm tibi. de teſtament.* Sed in iſta nulla deceptio cadere poteſt, quin illa inſtitutio alia ratione non valet. *l. illa inſtitutio. ff. de hæred.*
inſtit. ideo non valet, quia alieno † remiſſa eſt ar- 5.
bitrio, poſſet enim facilè fieri, vt non exequeretur voluntatem eius, de cuius bonis agitur, & alium faceret hæredem, quem ipſe teſtator voluiſſet, & hanc rationem conſiderat text. *l. illæ inſtitutiones. ff. de hæred. inſtit. & ibi* gloſſ. *& in l. 1. ver. eodem modo. ff. de his, quæ pro non ſcriptis habent.* & Canoniſtæ omnes *in c. cùm tibi. de teſtament.* Item quia cùm teſtamentum ſit vltima voluntas teſtantis, & voluntas nihil aliud ſit, quàm anima volens, & anima vnius nõ ſit anima alterius; ergo voluntas teſtatoris non poteſt dependere à voluntate alterius, ita dicũt cõmuniter omnes Doctor. *in d. l. captatorias. & in d. c. cùm tibi.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando teſtator exprimit certum genus hominum, ex quo hæres ab altero eligendus eſt, puta ſi dixerit, inſti-
tuo † hæredem vnum ex liberis Titij, quem Seius 6.
elegerit, quia tunc inſtitutio eſt valida, nam ſatis eſt quòd genus ſit certum, licèt perſona ſit incerta. *l. fideicommiſſaria. §. final. ff. de fideicommiſſ. libertatib.* & talis limitatio perſonarum facit ceſſare inualiditatem diſpoſitionis, ſecundùm Bartol. *in d. l. illa inſtitutio, num. 9. ff. de hæred. inſtit.* Angel. & Immol. *ibid.* & ita tenent omnes *in d. l. captatorias,* vbi Iaſ. *num. 5. verſ. ſecundo modo poteſt fieri,* aſſignat rationem diuerſitatis, Dec. *num.* 11. *& ſeq.* Cuman. *in l. vtrum. §. cùm quidam ff. de reb. dub. & ibi* Socin. *num. 7. & ſeq.* Paul. de Caſtr. *in verſ. alio modo dicitur,* Anchataran. *in d. c. tùm tibi,* vbi vult, quòd iſtud procedat etiam in diſpoſitionibus non piis, & ſequitur *ibi* Immol. *num.* 14. & Angel. *in conſil.* 201. Ideo ſi teſtator reliquit centum diſtribuenda inter pauperes eligendos ad voluntatem fideicommiſſariorum, le-
gatum † valet, quia non committitur ſubſtantia le- 7.
gati ad alterius voluntatem, ſed ſola perſonarum electio committitur, quod permiſſum eſt fieri. *l. vtrùm. ff de reb. dubiis. & ibi* Bartol. dicit, quòd tunc poterit eligere, quos voluerit, Berous *in conſil. 23. n.* 28. *vol.* 2. & diffuſiùs probat Ruin. *in toto conſil. 19. vol. 2.* & ita fuit deciſum in Rota, vt per Moliedan. *deciſ. 6. de teſtamentis.*

Secundò declaratur, vt non corruat tota diſpo-
ſitio, † ſed illud ſolum, quod commiſſum ad vo- 8.
luntatem alterius, Bartol. *in l. 1. de legat. 2.* vbi quòd ſi legatum, vel fideicommiſſum eſt commiſſum fieri ad voluntatem alterius, ſolum legatum, vel fideicommiſſum vitiatur. *l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtrat.* & probat Bero. *in d. conſil. 23. numer. 23. vol. 2.*

Secundus caſus eſt, diſpoſitio † captatoria non 9.
poteſt conſiderari in donatione prout in teſtamento. *l. cùm donationis, & ibi* Doctor. *C. de teſtamentis.* Paul. de Caſtr. *in d. l. captatorias, num. 4. C. de milit. teſtam.* Seraphin. *in deciſ. 359. num. 5. & ſeq.* quoniam in donationibus conditio alliciens ad ſibi donandum non eſt prohibita, vt tenet Bald. per illum text. *in d. l. cùm donationis. num.* 2. poſt alios quos refert, & ſequuntur Alberic. Fulgoſ. Salyc. & Iaſ. *ibid.* quod eſt verum in donatione inter viuos, ſecus
in donatione cauſa † mortis, quæ eſt actus vltimæ 10.
voluntatis, & in omnibus vltimis voluntatibus captiones vitiant actum. *l. captatoriæ. de legatis* 1. quam legem optimè declarat Decian. *in conſil. 70. num. 25. vol.* 3. vt procedat in captatoria voluntate, propriè loquendo, id eſt, quam callidis, & vafris machinationibus captatam eſſe conſtat, aliàs contradiceret *l. ſenatus. §. legatum. de legat.* 1. vbi quòd legatum in

alterius

alterius voluntatem poni poteſt, hæredis autem nõ poteſt, & ideo text. *d. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit.* limitatur in legatis. *d. l. ſenatus. §. legatum*, & text. *d. l. ſenatus*, non contradicit *d. l. captatoriæ. de legat.* 1. quæ propriè loquitur de captatoria voluntate.

Tertius caſus eſt, ſi ſubſtituo filios tuos filiis meis, dummodo tu facias ſimilem ſubſtitutionem
11. filiis † tuis de filiis meis, aliàs mea ſubſtitutio habeatur pro non facta, hæc ſubſtitutio eſt captatoria, quia mediante vtilitate capto voluntatem tuã ad ita diſponendum, vt probatum eſt in principio huius articuli.

Contrariam opinionem tenet Ruin. *in toto conſ.*
12. 20. † *vol.* 2. vbi, quòd dicta ſubſtitutio ſub modo facta dicitur, & vltra allegata per Ruin. *in d. conſ.* 20. ego probo, quòd dicta ſubſtitutio dicatur facta in vim modi, ex ipſa definitione modi, de qua *in l. Mænia. ff. de manumiſſ. teſtam. in l. demonſtratio. §. final. in l. quibus diebus. §. Thermus*, & *ibi* Bartol. *num.* 1. *verſ. dic ergo. ff. de condit. & demonſtrat.* Sed in hoc caſu præſupponitur teſtatorem feciſſe ſubſtitutionẽ purè, & poſtea addidiſſe, dummodo ſimilem ſubſtitutionem faciat de filiis meis, ideo cùm hoc onus ſubſtituendi appoſuerit diſpoſitioni iam per-
13. fectæ, dicitur facta † in vim modi. *l. cùm tale. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* & ita per illum text. probat Bald. *in l. cùm mota, num.* 3. *C. de tranſact. & in l. ſi plures, num.* 25. *verſ. eſt enim modus. C. de condit. inſert.* Ideo Doctores firmarunt, legatum ſub modo eſſe, quando legatarius ex eo actionẽ habet, ſed impeditus propter modum adimplendũ, prȩſtat cautionem de illo adimplẽdo. *l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis legatis. l. eas. ff. de condit. & demonſtr.* & declarat Simõ de Pretis *de interpr. vlt. volunt. lib. 5. interpretat. 2. dub. 2. num.* 18. *fol.*.. Sed filij ſubſtituti filiis ſuis habebant actionem, neque per dictum modum impediri poterant. Item quia dictum modum ordinauit ad originem petitionis, non autem ad inficiendam acquiſitionem dictæ ſubſtitutionis, quo caſu dici ſub modo, reſponderunt Socin. *in conſil.* 21. *num.* 16. *vol.* 3. Bald. *in l. 1. num. 3. verſ. quæro legatarius. C. de his quæ ſub modo.* Sed Doctores pro veriſſima concluſione firmarunt, hoc differre inter modum, & conditionem, quia ex modali oritur actio ad conſequendum, & præſtita cautione conſequitur rem, ſed ex conditionali non aliter, niſi in totum conditio purificata ſit, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 11. *numer.* 113. *& num.* 115.

Neque obſtat *l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de*
14. *condit. & demonſtr.* vbi ſiue cõditio † ſit poſita in ſubſtantia diſpoſitionis, ſiue in executione, vel petitione ipſius, ſemper dicitur conditionalis, & ipſius natura alteratur, etiamſi ab initio purè facta fuerit, quoniam in contrarium eſt text. *l. ex his. C. quando dies leg. ced.* vbi expreſsè habetur, quòd legato facto puro in ſui ſubſtantia, ſi poſtea addatur conditio in executione, ſiue petitione, non alteratur natura legati præcedentis. Et Doctores pro concordia conſiderarunt, quòd ſi verba importantia conditionem ſunt dicta per tempus omninò incertum, tunc ſiue ſint dicta in ſubſtantia legati, ſiue in executione, ſemper legatum eſt conditionale, & ſuccedit text. *d. §. quidam Titio*; ſed ſi dicta ſunt per tempus certum etiam in executione, tunc non alterant naturam puri legati præcedentis, & procedit *d. l. ex his.* Et hanc opinionem firmarunt gloſſa *in d. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. in verbo diem, verſ. ſolue.* Angel. *in conſil.* 120. *num.* 3. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 153. *col.* 1. *verſ. ſed quando tempus eſt omnino certum. volum.* 1. Immol. *in d. §. quidam Titio, num.* 4. & *ibi* Paulus de Caſtr. *num.* 3. Alexand. *in d. l. Seius Saturninus. num.* 4. dicit, illam gloſſam eſſe communiter receptam, & licèt ipſe aliquo modo diſſentiat, tamen dicit durum eſſe contra illam gloſſam obtinere, ſed in caſu, in quo reſpondet Ruin. *in d. conſil.* 20. *vol.* 3. ibi teſtator dixerat, dummodò faciat ſimilem ſubſtitutionem infra quindecim dies, & ita tempus erat certum; quamobrem non alterant naturam ſubſtitutionis puræ præcedentis.

Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem, videlicet quòd dicta ſubſtitutio tanquã captatoria † 15.
nullius ſit roboris, vel momenti, quia teſtator fecit ſubſtitutionem de filiis Titij, dummodo ipſe Titius faceret eandem ſubſtitutionem de eius filiis, & ita illa prima ſubſtitutio fuit correſpectiua ad ſecundam; quamobrem, ſi vnum ex correſpectiuis extinguitur, tota diſpoſitio corruit, ita dixit Rota *in deciſ.* 677. *part.* 1. in Nouiſſim. Item dicta ſecunda ſubſtitutio facienda, erat cauſa finalis; quare facta eſt prima, quoniam non reſpiciebat † com- 16.
modum teſtatoris ſubſtituentis, ſed tertij, Socin. *in conſil.* 83. *num.* 5. *vol.* 3. Crauet. *in conſil.* 59. *num.* 4. Surd. *in conſil.* 361. *num.* 9. & dicitur finalis, quia fuit prima in intentione, vt declarat Bartol. *in l. ambitioſa, num.* 19. *ff. de decret. ab ordine fac.* & poſt alios, quos allegat Conar. *in lib. 1. var. reſolut. cap.* 20. *num.* 2. & ideo cohærebat ſubſtantiæ † primæ ſubſtitu- 17.
tionis, aliter enim non feciſſet; & quando ita cohæret, dicitur finalis cauſa, propter quam prima diſpoſitio facta eſt, vt dicit Bartol. *in l. demonſtratio falſa. §. quod autem. ff. de condit. & demonſtr.* Item quando cauſa alicuius diſpoſitionis ponitur ad cõmodum tertij, tunc diſponentis mens ita interpretatur, vt non aliter diſpoſuiſſet, niſi cum illa cauſa, vt declarat Natta *in cõſ.* 609. *n.* 12. & in iure clariſſimum eſt, illã eſſe cauſam finalẽ, † ſine qua agens ali- 18.
ter facturus non fuiſſet, vel ſaltem non eo modo facturus fuiſſet, niſi illa cauſa extitiſſet, Baldus *in conſil.* 340. *col.* 2. *vol.* 3. Crauet. *in conſil.* 142. *numer.* 9. Roland. *in conſil.* 44. *num.* 15. qui cæteros refert, *vol.* 4. & quòd teſtator aliter primam ſubſtitutionem non feciſſet, eiuſdem verba ſatis clarè demonſtrant, quia diſpoſuit, quòd niſi infra quindecim dies ſimilem de eius filiis ſubſtitutionem feciſſet, dicta ſubſtitutio ſit nullius roboris, & momenti, & pro non facta habeatur. Ex quibus probatur dictam ſubſtitutionem fuiſſe correſpectiuam ad alteram faciendam, atque illam vt cauſam finalem ad beneficium ſuorum filiorum mouiſſe teſtatorem ad ita primo loco ſubſtituendum, atque Titij voluntatem captandam.

Item quia iſta cauſa ſapit † conditionem de fu- 19.
turo, ideo ſumenda eſt interpretatio, vt aliter teſtator primam ſubſtitutionem non feciſſet, vt latè probat Pretus *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 2. §. ſed ad ſeptimum. num. 7. fol.* 475. Et cùm quid conditionaliter ponitur, exinde forma inducta eſſe cenſetur, Bald. *in authent. matri, & auiæ. col.* 3. Afflict. *deciſ.* 355. *n.* 5. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ.* 21. *num.* 13. Sed forma teſtatoris ordinatione inducta, omninò ſeruanda eſt, Bald. *in l. final. C. ſi mancip. ita fuer. alienat.* ergo & quia aliter non feciſſet d. ſubſtitutionem, & quia forma dictæ diſpoſitioni cohærere dicitur, ideo cauſa finalis dicenda eſt, qua ceſſante, diſpoſitio corruit, & ita voluntas captatoria ſatis probata dicitur.

Neque obſtat quòd hoc onus † faciendi ſimilem 20.
ſubſtitutionem dicatur appoſitum in executione diſpoſitionis quod non alterat illam. Bald. *in conſil.* 478.

478.*vol.*1. Bertrand. *in conſil.*571.*num.*8.*& ſeq.vol.*2. *part.*2.Surd. *in conſil.*268.*num.*55.*&* 61.*vol.*2.Quoniam prædicti, & alij Doctores loquuntur, quando poſt ius acquiſitum ex contractu, vel ex teſtamento aliquod onus apponitur in executione pro reſolutione ipſius diſpoſitionis præcedentis, & Bald. loquitur, vbi teſtator in vita donauit cum conſtituto, & precario, & poſtea in teſtamento adiecit conditionem, quæ non potuit alterare diſpoſitioné præcedentem, quoniam ius certum fuerat acquiſitum; ſed in hoc caſu tota diſpoſitio facta eſt in teſtamento, quod in vltimo puncto mortis confirmatur, vt declarat Paul. de Caſtr. *in l. quibus diebus.§.quidam Titio.ff. de condit.& demonſtrat.*& non atteditur quid prius, & quid poſterius, & ſubſtitutis filiis Titij nihil poterat dici acquiſitum. Item in caſu Surdi, conditio fuit appoſita contra expreſſam iuris prohibitionem, nam ſemel hæres, non deſinit eſſe hæres, ideo poſt aditionem factam non poterat apponi conditio reſolutiua hæreditatis, vt declarat Gabriel *in conſil.*109.*vol.*2. Sed in hoc caſu teſtator poterat reuocare totam diſpoſitionem; ergo & illius partem, videlicet ſubſtitutionem factam de filiis Titij; ergo potuit apponere conditionem reſolutiuã dictę ſubſtitutionis in caſu quo Titius ſimilem ſubſtitutionem de eius filiis non feciſſet; quamobrem ſub ſpe luci dicitur illius voluntatem captaſſe ad ita ſubſtituendum, & ita tanquam captatoria nullius eſt roboris, vel momenti.

ARTICVLVS III.

Inſtitutio an & quomodo vitietur.

SVMMARIA.

1. *Error in ſubſtantia vitiat inſtitutionem, & numero 6.*
2. *Inſtitutio de filio, qui non eſt, non valet.*
2. *Inſtitutio legitimati non valet, ſi legitimatio eſt inualida.*
4. *Inſtitutio de eo, quem credebat fratrem, qui non eſt, non valet.*
5. *Inſtitutio quando vitiatur ob errorem in perſona, tunc valebit quoad reliqua.*
7. *Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ.*
8. *Diſpoſitio erronea eſt nulla ex defectu voluntatis.*
9. *Cauſa falſa vitiat omnem diſpoſitionem.*
10. *Error cauſæ finalis remouet voluntatem ab actu.*
11. *Cauſa finalis ex præfatione colligitur.*
12. *Aduocati non reſtituuntur aduerſus errores iuris.*
13. *Voluntas deficit, vbi aliquid aſſeritur cum mendacio.*
14. *Teſtamentum inter liberos non valet ex defectu voluntatis.*
15. *Filius hæres patris an & quando teneatur habere ratum factum illius.*
16. *Hæres non tenetur obſeruare factum inualidum defuncti.*
17. *..non tenetur obſeruare factum in fraudem.*
18. L. cùm à matre. C. de bonis quæ liber. *procedit, quando defunctus tenetur de euictione.*
19. *Voluntas probatur ex actu nullo.*
20. *..& in quibus procedat.*
21. *Voluntas teſtandi inter liberos non colligitur ex actu nullo.*
22. *Inſtitutio facta de perſonis incapacibus eſt inualida.*
23. *Hæretici ad fidem reintegrati ſunt capaces ſucceſſionis.*
24. *Inſtitutio de incapacibus cum clauſula codicillari quomodo valeat.*
25. *Hæres quando quis non poteſt inſtitui vt habeat, poteſt inſtitui, vt alteri reſtituat.*
26. *Inſtitutio non dicitur facta per pactum præcedens de inſtituendo.*

QVANDO teſtator errat † in ſubſtãtia diſpoſitionis, ſemper inſtitutio vitiatur, quod in pluribus caſibus oſtendi poteſt, ex quibus reliqui ſimiles decidi valebunt. 1.
Primus eſt, quando teſtator inſtituit aliquem tanquam filiũ,† 2.
qui non eſt filius, inſtitutio non valet. Paul. de Caſtr. *in l. eam quam. col:* 2. *C. de fideicommiſſ.* Bart. & Corn. *in l. ſi pater. C. de hæred. inſtit.* Dec. *in conſil.* 342. *in fin.* Bertrand. *in conſil.* 190. *num.* 3. *& ſeq. part.* 1. *lib.*2. Cephal. *in conſil.* 525. *num.* 60. *vol.* 5. Alexand. *in conſil.*88. *in fin.vol.*7. Gratus *in conſ.*124. *num.* 6. *verſ. maturius. vol.*1.

Secundus caſus eſt quando quis inſtituit filium legitimatum, & apparet legitimationem † eſſe in- 3.
ualidam, & minus rectè factam, inſtitutio corruit, & nulla exiſtit, Paul. de Caſtr. *in l. eam quam, num.* 4. *C. de fideicommiſſ.* Angel. *in conſil.* 204.*n.*2. Crot. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. num.* 26. *verſ. ſed iſtis non obſtantibus. ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in d. l. eam quam. num.* 14. Dec. *in conſil.* 176. *num.* 3. *&* 6. *& in conſil.* 288. *num.* 3. *&* 4. *& in conſil.* 453. *in fin.* Pariſ. *in conſil.* 3. *num.*18. *& in conſil.* 11. *num.* 14. *& in conſ.*12. *num.* 27. *vol.* 2. Gratus *in conſil. final. num.* 47. *vol.*1. Socin. iun. *in conſil.*99. *num.* 34. *& in conſil.*100.*num.* 33. *vol.* 2. *& in conſil.* 91. *num.*23. *vol.* 3. Roland. *in conſil.* 61. *num.* 27. *volum.* 1. *& in conſil.* 12. *num.*28. *volum.* 4. Riminald. iun. *in conſil.* 611. *num.* 16. *vol.* 6. Aſcan. de Clemeng. *in tractatu de patria poteſtate cap.*5. *num.*59.

Tertius caſus eſt, quando teſtator errat in linea tranſuerſali, vt quia inſtituit aliquem, † quem 4.
credebat eſſe fratrem, qui non eſt, inſtitutio non valet. *l. nec apud. C. de hæred. inſtit.* & tradunt Doct. *in d. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. & in l. ſeruo manumiſſo. ff. de condict. indebiti*, vbi conditio impoſſibilis, quam teſtator putabat poſſibilem, vitiat inſtitutionem. Bald. *in l. quoties, in princip. ff. de hæred. inſtit.* Iaſ. *in l. neque, in fine. ff. de teſtam.* & alij plures ad hoc allegati per Pretum *de interpretat. vltim. volunt. lib.*2. *ſolut.*3. *num.*121. *& plur. ſeq. fol.*137.

Declarantur iſti caſus, vt quando vitiatur inſtitutio † propter errorem in perſona inſtituta, tunc te- 5.
ſtamentum valebit quoad alia diſpoſita, ita vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati præſtare legata, & fideicommiſſa, vt poſt Azon. *in d. l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* probat latè Capra *in conſil.*2. *num.* 20. Quod eſt verum, quando ſimpliciter factum eſt legatum, vel fideicommiſſum: ſecus eſt ſi eſſet factum à tali perſona erroneè inſtituta, quia neque valebit, vt probat Bald. *in d. l. eam quam, num.* 15. & Pretus *in loco allegato. num.*128.

Quartus caſus eſt, quando teſtator quocunque modo † errauit in ſubſtantia diſpoſitionis, vt in ca- 6.
ſu ſuper quo proximis diebus conſului, vbi teſtator iuſſerat inter ſuos filios ſeruandam eſſe æqualitatem, etiam reſpectu bonorum maternorum, non obſtante, quòd dicta marer melioraſſet conditionem primogeniti in quadam primogenitura erecta, q. ia aſſerebat dictam matrem in ſuo teſtamento iuſſiſſe dictam meliorationem ſub condione feciſſe,

ſi

ſi dictus pater dictæ meliorationi primogenituræ
conſenſerit; ideo dictus pater declarans ſe nolle cō-
ſenſum præſtare, iubet in dicto ſuo teſtamēto equa-
litatem inter filios ſuos, etiam reſpectu bonorū ma-
ternorum, ſeruandam eſſe: ſed quia d. conditio con-
ſenſus paterni præſtandi in dicto materno teſtamē-
7. to non legebatur, quæ negatiua † probatur ex in-
ſpectione teſtamenti. c. quoniam contra. de probat. l. ſi
bina, & ibi Bald. & Immol. ff. de iniuſt. teſtam. Mantic.
de coniectur. lib. 2. tit. 12. n. 23. Ideo dicta patris inſti-
tutio remanet cum falſa cauſa expreſſa in ſubſtātia
8. diſpoſitionis, & ex defectu voluntatis † ipſa diſpo-
ſitio eſt nulla, & inualida, & habetur pro non facta.
l. final. ff. de hæred. inſtit. quia nihil eſt, quod magis
impediat conſenſum, quàm error. l. 1. ff. de pact. l. ſi
per errorem. ff. de iuriſdict. om. iudic. l. error. C. de iuris &
facti ignorant. & ad hoc eſt text. d. l. ſi pater. C. de hæred.
inſtit. & d. l. nec apud. C. eod. tit. vbi ſi inſtituitur à te-
ſtatore ille, quem dicebat ſibi coniunctam, qui non
eſt, cùm teſtator erret, non capit cum effectu, & in
d. l. ſi pater, errauit in errore facti, & propter errorem
deeſt cōſenſus, & vbicumque manifeſtiſſimus error
teſtatoris apparet, nunquam verborū interpretatio
tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat. l. ſi quis filium.
C. de liber. præter. l. in conditionibus primum locum. ff. de
condit. & demonſtrat. Item ad hanc concluſionē com-
probandā multa ſimilia cumulat Menoch. in cōſ. 91. à
9. n. 40. vſque ad 51. vol. 1. vbi quòd falſa † cauſa vitiat
priuilegium, item vitiat vnionem Eccleſiarū, item
diſpenſationem, item iuramentū, item diuiſionem,
item tranſactionem, item hæredis inſtitutionem, &
aliam quamcumque vltimā voluntatem. Item Bart.
in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. dicit, ſi quis ingre-
diatur religionem, cui conferat bona ſua, quia cre-
debat ingreſſum eſſe validum, ſi poſtea apparet in-
greſſum non tenere, tunc recuperat bona ſua data
monaſterio, quia cùm per errorē dediſſet, citra con
ſenſū dediſſe dicitur, & cùm datio inualida ſit, bona
recuperare poteſt, & ſi dicta diſpoſitio per errorem
facta non valet, quantūcumque fauor religionis in-
terueniat, multò minus valere debet dicta patris diſ
poſitio de bonis maternis, quæ per errorē facta fuit.
10. Item quia error † cauſæ finalis remouet volūta-
tem ab actu, ideo inſtitutio vitiatur ipſo iure, quia
cauſa finalis eſt fons cauſarum, qua ceſſante, ceſſat
effectus. c. cum ceſſante. de appellat. l. adigere. §. quamuis.
ff. de iure patronat. & dicitur cauſa finalis illa, quæ aſ-
ſignatur à teſtatore. l. cum pater. §. dulciſſimis. de legat.
2. & notatur in l. his qui animo ff. de acquir. poſſeſſ. Io.
de Immol. in l. nemo. §. qui frater. ff. de hæred. inſtit. vbi
colligit ex gloſſa finali, quòd quis creditur in du-
bio intelligere quod loquitur, alio non apparente.
l. Labeo §. idem Tubero. ff. de ſupellectili leg. Sed iſte
teſtator credidit eius morem melioraſſe filium pri-
mogenitum, ſi ipſe pater conſenſiſſet, quod verum
non eſt, quia in teſtamento non legitur; ergo ex fal-
ſa cauſa finali dictam inſtitutionē feciſſe dicitur, &
propterea dicta diſpoſitio reſpectu equalitatis ſeruā
11. dæ bonis maternis omninò corruit. Itē quia cauſa †
finalis eſt, quæ ex præfatione colligitur. d. l. final. ff. de
hæred. inſtit. Rom. in conſ. 180. col penult. cū concor-
dantibus per Iaſ. in l. ſi pacto quo pœnam. circa finē. C. de
pact. & adeò potēs eſt ratio procemij, quòd ſicut cor-
pus ab anima, ita diſpoſitio ab ipſa ratione procœ-
miali regulatur, vt dicit Iaſ. in l. qui quadringēta. col. 2.
ff. Trebel. Rom. in ſingulari 25. Sed in hoc caſu, teſta-
tor expreſsè dicit, inſtituo filios meos hæredes æ-
quis portionibus, tā in bonis meis, quā bonis vxoris
meæ, eorum matris, nulla habita ratione, quòd dicta
vxor mea meliorauit conditionē primogeniti, ſub
conditione, ſi ego cōſenſiſſem, & ego cōſentire no-
lo, ideo ipſa ratio procœmialis à teſtatore expreſſa
fuit finalis, & cū ſit falſa, ergo & inſtitutio reſpectū
æqualitatis ſeruādæ in bonis maternis omninò cor-
ruit. Item pro confirmatione, Angel. in d. l. eam quā.
col. 4. C. de fideicommiſſ. quærit, quid ſi legū Doct. quā-
dam puellā credidit eſſe ſuā filiam, & vti talem illā
hæredē fecit, an inſtitutio valeat, quia cū Aduocati
non præſumātur errare † in iure, & ideò aduerſus 12.
tales errores nō reſtituūtur, quando poſſeſſioni eorū
cōtradicit. l. profeſſio. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. l. 1. C.
qui, & aduerſus quos. Tamē contrariū dicit eſſe verius
in iure, quia cùm dictā puellam filiam ſuā nomina-
uerit in teſtamento; ergo credidit eſſe ſuam filiam. l.
Labeo. § idem Tubero. ff. de ſupellectili legat. & ideò præ-
ſūptio, quòd Aduocatus non erret, tollitur per præ-
ſumptionem facti verbis expreſſis, quia nominauit
ſuā, & inſtitutio non valet. Itē quia volūtas deficit, † 13.
quando aliquid aſſeritur cū mendacio, Angel. in cōſ.
215. n. 2. verſ. alio modo, vbi quòd ignorantia inducit
in voluntatem, & ignorantiam dicit eſſe, etiamſi in-
tellexit rem, quā dixit: ſed propter aliquod accidens
intellexiſſe non dicitur, & propter mendaciū intel-
lexiſſe non dicitur, & ideo vbi ſurreptio interuenit,
reſcriptum eſt nullum ex defectu volūtatis. Cappe.
deciſ. 32. n. 12. Crauet. in conſil. 68. num. 5. & in gra-
tioſis ſurreptio vitiat actum ex defectu voluntatis.
Verall. deciſ. 34. num. 7. & ſeq. & deciſ. 49. n. 2. & deciſ.
7. num. 2. part. 1. & vbilibet atteſtatur de cōmuni. Af-
flict. deciſ. 116. num. 3. Theſaur. deciſ. 21. n. 2. Menoch.
de arbitrar. caſu 201. Maſcard. concluſ. 896. Sed ma-
ter dictorum filiorū, non ſolùm non appoſuit dictū
conſenſum ab illorū patre præſtandū, ſed prohibuit
expreſsè omnē interpretationem eſſe faciendā con-
tra ſuam diſpoſitionem; ergo pater iubens dictam
æqualitatem inter filios mendacium dixiſſe dicitur,
& propterea ex defectu voluntatis, dicta æqualitas
inter filios ſeruāda non eſt, quia nō intellexit, quod
eius vxor mater dictorum filiorum diſpoſuit.

Primò declaratur iſte caſus, quòd teſtamentum
etiamſi ſit inter liberos, non valet ex defectu † vo- 14.
luntatis. Bart. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, &
ibi Alex. n. 5. Curt. iun. n. 12. Iaſ. col. 1. in fin. C. de teſtam.
gloſſ. in l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. eod. tit. & in l. final.
ver. completum. C famil. erciſ. & ibi Bald. & Salyc. & eſt
communis opinio, de qua per Durand. de arte teſtan-
di tit. 2. cap. 11. Corn. in conſil. 118. col. 1. vol. 3. Alex.
in conſil. 76. n. 13. vol. 3. & in conſ. 150. num. 2. vol. 7. ſed,
vt probatum eſt, hîc conſtat de defectu volun-
tatis.

Secundò declaratur, quòd filius † hæres patris nō 15.
tenetur habere ratum factum patris, quod erat nul-
lum, & inualidum. Andr. in c. 1. num. 8. qualiter olim
feud. alien. pot. per text. §. his igitur à nobis. auth. de hæ-
red. & falcid. vbi quòd hæres tenetur obſeruare factū
defuncti, ſi legitimum fuerit, aut ſi non aliud aliqua
lex prohibeat. Idem Andr. in l. imperialem. num. 16.
verſ. in contrarium, & ibi Liparulus in additionib. in
ver. obligauit, plures refert, & Camerar fol. 89. litera
G. & fol. 90. litera N. Schrader. de feud. part. 7. cap. 2.
n. 84. & plures ad hoc refert Cacheran. in deciſ. 67. n.
1. Surd. in conſ. 384. n. 42. & ſeq. vol. 3. Seraphin. deciſ.
477. Ideo patronus † hæres liberti nō tenetur obſer- 16.
uare factū inualidum ipſius, Bald. in l. 2. n. 6. C. ſi quid
in fraud. patroni, & hæres in feudo nō tenetur obſer-
uare factū nullum teſtatoris, quando de feudo ſine
cōſenſu domini diſponit. Andr. in d. l. imperialē, in 1.
additione, Loffred. in conſ. 1. n. 16. & 167. Anna allega-
tione 126. n. 8. Sed in hoc caſu conſtabat de nullitate
ex defectu voluntatis. Itē quia ſupradicta diſpoſitio

patris etiam tendebat ad fraudandum omnes filios
17. primogenitos. Sed hæres † non tenetur obſeruare factum defuncti, quod tendit ad fraudandum filios eo quòd ſibi debetur ex prouidentia anteceſſorum, gloſſa cõmuniter recepta *in §. hoc quoque. verſ. inueſtiti, de ſucceſſione feudi*, quam ſequitur Bald. *ibid. n. 5. & ſeq.* Paul. de Caſtr. Afflict. Iaſ. Dec. Natta, & alij plurimi ad hoc relati per Cacheran. *in deciſ. 67. n. 5.* Item
18. quia regula *d. l. cum à matre.* † *C. de rei vendic.* procedit, quando defunctus tenebatur de euictione, aliàs hæres non tenetur. *l. Lucius*, & *ibi* gloſſ. & Paul. de Caſtr. *n. 3. ff. ſolut. matrim.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 83. limitatione 9. C. de bonis maternis.* Phanuc. *in tract. de inuentario part. 7. n. 167.* Gabriel *in tit. de regulis iuris concluſ. 11. n. 24.* Sed teſtator pro inſtitutione non tenetur de euictione. Socin. iun. *in conſil. 74. num. 25. vol. 1.* ergo filius primogenitus hæres patris, nõ tenetur patris diſpoſitionem obſeruare.

Tertiò declaratur, quòd licèt teſtamentũ inter liberos ſemper obſeruandum ſit. *d. §. ex imperfecto*, & quælibet voluntas etiã imperfecta probat voluntatẽ defuncti. Bart. *in l. 2. § teſtamentũ. ff. quemadmodum teſtam. aperiantur, & in l. gerit, n. 8 ff. de acquir. hæredit. & in l. teſtamento, n. 2. ff. de fideicommiſſ. libert.* Bald. *in l. qui à patre*, per illum text. *ff. de confirmand. tut.* Itẽ quia te-
19. ſtamentum † nullum, & inutile, probat voluntatẽ, Alex. *in conſ. 45. n. 9. vol. 1.* Socin. *in conſil. 127. col. final. verſ. non obſtat. vol. 3.* Socin. iun. *in conſil. 43. n. 5. vol. 3.* Pariſ. *in conſ. 7. n. 27. vol. 3.* Cephal. *in conſil. 411. n. 23.* Item ex actu nullo declaratur voluntas. *l. final.* & *ibi* Bart. *ff. de reb. eorum*, cum concordantib. per Iaſ. *in conſil. 127. col. 4. verſ. quartò ex teſtamento. vol. 4.* Ripa *in l. 1. num. 164. ff. de vulgari, & in l. re coniuncti, n. 136. de legat. 3.* ergo dicta voluntas patris, ſiue vt teſtamentum, ſiue vt quælibet vltima voluntas, eſt ſeruãda inter filios; tamen voluntas declaratur ex actu
20. nullo in illis tantùm, † quæ teſtator diſpoſuit, non autem in aliis, de quibus teſtator nullam diſpoſitionem fecit, Iaſ. *in l. dominus, num. 2. ff. de condict. indebiti*, Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 20. n. 6.* vt ſi teſtator in teſtamento nullo diſpoſuit filium debere legitimari, declaratur voluntas, & obſeruanda eſt, ſed ſi teſtator credidit legitimationem valere, & ideo inſtituit filium, tanquam legitimatum, iſta inſtitutio eſt nulla ex defectu voluntatis, & ex iſto actu nullo nõ poteſt colligi voluntas, ita dixit Paul. de Caſtr. *in d. l. eam quam, num. 4. C. de fideicommiſſ.* quem ad hoc citat Dec. *in conſ. 176. n. 4. verſ. ſecundò reſpondetur.* Sed in hoc caſu teſtator diſpoſuit ſuper facto falſo, & erroneo, vt probatum eſt; ergo ex eo nõ poteſt colli-
21. gi voluntas teſtandi inter liberos, † ideo dixit Bald. *in d. l. 2. C. de confirmando tut.* quòd iſta eſt ſimplex voluntas, non autem probatur eſſe talis, quæ ſufficiat pro danda hæreditate. Idem Bald. *in l. final. col. final. verſ. reſtat quærere. C. de fideicommiſſ.* dicit, quòd dicta voluntas ſufficit pro adimendis legatis, non autem pro danda, vel auferẽda hæreditate, & poſt Io. Andr. Dyn. & alios relatos probat Pretus *de interpretat. vltim. volunt. lib. 1. ſolut. 5. num. 54. fol. 19.* qui multos ad hoc allegat.

22. Quintus caſus eſt, inſtitutio † de perſonis incapacibus, & inhabilibus eſt nulla & inualida, vt ſi bãniti poſiti fuerint extra protectionem communis, eiſque denegandum eſſe omne auxilium, & beneficium, tunc ipſi inhabiles facti ſunt etiã ad ſucceſſionem ex teſtamento. Alex. *in conſ. 75. vol. 1.* Ruin. *in conſ. 20. & conſil. 25. vol. 5.* Abbã. *in conſil. 17. n. 16.* & ſcripſi de hoc *in part. 3. quæſt. 14. art. 1.* Item hæreti-
23. ci. *l. final. C. de hæretic.* niſi ad fidem † reintegrati fuerint, quia tunc fauore fidei, & ob ſalutem animarũ, etiam ad ſucceſſionem reintegrati cenſentur, Bart. Bald. & Immol. *in l. ſi alienũ. § in extraneis. ff. de hæred. inſtit.* & de hoc ſcribit Gabriel *in conſil. 134. vol. 2.*

Declaratur iſte caſus, vt quotieſcumque inſtitui-
tur perſona inhabilis ad ſuccedendum, ſi clauſula † 24.
codicillaris in teſtamento adiecta fuerit, tunc veniẽtes ab inteſtato vocati cenſentur ad adimplendum omnia quæ in teſtamento diſpoſita fuere, Alexand. *in conſil. 42. vol. 2.* Dec. *in conſ. 242. col. 1. & ſeq.* Dec. *in conſil. 320. & conſil. 431. col. final. & conſil. 478. col. 2. & conſil. 537. col. final. & conſil. 620. col. 4.* Curt. ſen. *in conſil. 14.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in ver. liberos. num. 163. C. de reuoc. donat.* Purpurat. *in conſil. 307. num. 52. verſ. tertiò infertur. vol. 1.*

Item declaratur, nam quando † quis non poteſt 25.
hæres inſtitui, vt ipſe habeat, poterit hæres inſtitui, vt alteri reſtituat, *l. cogi. § hi qui ſolidum. ff. ad Trebell.* & alia ad hoc relata per Surd. *in conſil. 250. num. 1. & plur. ſeq. vol. 2.*

Sextus caſus eſt, inſtitutio † non dicitur facta per 26.
pactum præcedens de inſtituendo aliquẽ, quia aliud eſt inſtituere, aliud facere pactũ de inſtituẽdo, Ruin. *in conſ. 9. num. 8. vol. 2.* ſicut aliud eſt donatio, aliud eſt pactum de donando, Tiraquel. *de retract. ad finem tituli. num. 48.* & latiùs per Beroum *in conſil. 156. num. 11. & ſeq. vol. 2.* Item aliud eſt mutuũ, aliud promittere de mutuando. Tiraquel. *ibid. num. 43.* Item aliud eſt cedere, aliud promittere de cedendo, Tiraquell. *ibid. num. 31.* & alia ſimilia ad hoc comprobandum per Tiraquel. *ibid.* & per Petram *de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 161. & plur. ſeq.* & in puncto inſtitutionis Menoch. *in conſil. 794. num. 1. & ſeq. vol. 9.*

ARTICVLVS IV.

An inſtitutus in vſufructu cenſeatur inſtitutus in proprietate nullo facto cohærede.

SVMMARIA.

1. *Inſtitutus in vſufructu omnium bonorum, nullo alio dato cohærede, eſt hæres in toto.*
2. *Vxor relicta vſufructuaria in vita, nullo alio cohærede facto, eſt etiam proprietaria.*
3. *Verbum* lego, *additum vniuerſitati bonorũ, nullo alio cohærede facto, importat hæredis inſtitutionem.*
4. *Vxor inſtituta in vſufructu omnium bonorum in vita ſua, & poſt eius mortem, ſi alter eſt hæres factus, an ſit vſufructuaria tantùm.*
5. *.. cenſetur inſtituta in proprietate ſecundùm veriorem opinionem.*
6. *Inſtitutus in re certa aliquãdo remanet hæres in toto.*
7. *Hæredis inſtitutio importat proprietatẽ, & dominiũ.*
8. *Vxor inſtituta in vſufructu quando cenſetur rogata de reſtituendo alteri hæredi ſcripto poſt eius mortem.*
9. *Vxor in vſufructu inſtituta ſi non eſſet hæres, teſtator decederet pro parte temporis inteſtatus.*
10. *Inſtitutus in vſufructu habet electionem eligendi dominium.*
11. *Inſtitutus poſt mortem alicuius cenſetur inſtitutus ſub conditione.*
12. *.. nec poteſt ante mortem illius adire hæreditatem.*
13. *Hæres factus poſt mortem alicuius, illo viuente non habet beneficium falcidiæ, neque poteſt alteri interim tranſmittere.*
14. *Hæres vxoris inſtitutæ in vſufructu poſt illius mortem reſtituens alteri detrabit Trebellianicam*
15. *Vxor ſi eſt inſtituta in vſufructu in vita, & poſt*

eius

eius mortem filij, iſti cenſentur inſtituti, & hæredes in vita eorum matris.
16. .. & filij poſſunt detrahere falcidiam.
17. Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum, filiis exiſtentibus, non debet aliud habere, quàm alimenta.
18. Vxor relicta domina, & patrona, cenſetur habere ſolum præeminentiam in domo.
19. Hæres, & vſufructuarius non concurrunt in vſufructu.
20. Hæres factus pleno iure concurrit cum vſufructuario omnium bonorum pro medietate.

ISTE articulus pleniſſimè tractatur à
Mantica de coniecturis in lib. 4. titulo
quinto, per 20. articulos ſubſequentes.
Ego autem reſtringo materiam
ad terminos inſtitutionis, de quibus
tracto in hoc titulo, & conſidero tres tantùm caſus.
Primus eſt, quando quis eſt inſtitutus in vſufructu
omnium bonorum ſuorum, & nullus alter cohæres
1. factus eſt in proprietate, tunc inſtitutus † in vſu-
fructu eſt hæres in toto, etiam quoad proprietatem,
per regulam l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ex facto, magna. & l.
hæreditas ex die. ff. de hæredib. inſtit. Item qui ſemel eſt
hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres. l. ei qui ſoluen-
do. ff. de hæred. inſtit. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus.
ff. de minorib. §. reſtituta. Inſtit. de fideicommiſſar. hæred.
& propterea hæres factus ex die, eſt hæres in perpe-
tuum, ſublato vitio temporis. d. l. ex die. Quamob-
brem Doctores concluſerunt, vxorem relictam v-
2. ſufructuariam † omnium bonorum in vita, nullo
alio dato cohærede, eſſe proprietariam etiam, &
hæredem in toto, Doct. in l. extraneum. ff. de hæredib.
inſtit. Dec. in conſil. 277. col. 2. in princip. Alex. in conſil.
162. col. 2. vol. 2. Bellonus, qui atteſtatur de commu-
ni in conſil. 7. num. 5. & 11. Couar. in lib. 2. variarũ re-
ſolut. cap. 2. num. 4. & ſeq. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ.
remedio 4. num. 129. & 151. qui alios referunt, & dicit
Bellon. in d. num. 11. quòd eo caſu tanquam hæres
& proprietaria poterit bona vendere pro ſatisfa-
ciendis debitis, & legatariis.
Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi teſta-
3. tor dixiſſet, lego † vſumfructum omnium bonorũ
vxori meæ, quia nullo alio hærede inſtituto, cenſe-
tur facta hæres vniuerſalis in toto, cùm verbũ lego,
adiectum vniuerſitati bonorum, nullo alio hærede
facto, importat hæredis inſtitutionẽ, Bald. in l. final.
n. 11. C. famil. erciſc. Alexand. in l. 1. n. 2. de legat. 1. & in
conſil. 17. num. 2. vol. 3. & in conſil. 176. col. penult. vol. 5.
& in conſil. 50. vol. 7. & ibi Addentes alios referunt,
Polit. de ſubſtit. in materia compendioſa. verſ. quæritur
tertiò. Pariſ. in conſil. 3. num. 11. vol. 3. qui allegat gloſſ.
in l. his verbis. ff. de hæred. inſtit. & ibi hoc tenet Im-
mol. & Iaſ. in l. centurio, num. 61. ff. de vulgari. Abb.
& Zabarell. in c. Raynutius. de teſtam. omnes Cano-
niſtæ in c. Raynaldus, per illum text. eod. tit. & ibi Co-
uar. in §. 1. num. 5. Vaſquius de ſucceſſ. progreſſu lib.
1. §. 3. num. 13. & ſeq. & hanc eſſe communem con-
cluſionem probant Viuius opinione 1039. & Craſſus
in §. inſtitutio, quæſt. 15. in fine.
Secundus caſus eſt, quando vxor † eſt inſtituta
4. hæres in vſufructu omnium bonorum in vita ſua
tantùm, ſed poſt eius mortem alter eſt hæres inſtitu-
tus, hoc caſu multi firmarunt dictam vxorẽ eſſe ſolũ
legatariam vſusfructus, & dictum hæredem ſtatim
poſſe adire hæreditatẽ, Immol. & Aretin. in l. filius à
patre. ff. de liber. & poſthum. Picus in l. Titia. §. Titia cùm
nuberet, n. 102. verſ. ideo clarius. de legat. 2. & hanc opi-
nionem defendit Molineus in Additionib. ad Alex. in
conſil. 162. vol. 2. quoniam tempus adiectũ inſtitutio-
ni alterius hæredis, videlicet poſt mortem vxoris in-
ſtitutæ in vſufructu, non cenſetur appoſitũ ad in-
fringendam inſtitutionẽ alterius, vel ne ille mero
iure ſuccedat, vel tranſmittat, ſed vt oſtendat eni-
xam teſtatoris voluntatẽ in efficacia legati, & hanc
ſequutus eſt Andr. Gaill in obſeruat. 143. part. 2. &
nouiſſimè Theſaur. iun. in quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt.
81. num. 3. qui alios refert.
Contraria opinio eſt verior, & magis communis,
vt in hoc caſu ipſa vxor † cẽſeatur hæres inſtituta 5.
in proprietate, & poſt eius mortem rogata de re-
ſtituendo alteri hæredi facto, quam firmarunt, Bald.
in l. id quod pauperibus. quæſt. 14. C. de Epiſcop. & cle-
ric. & in l. 2. & ibi etiam Angel. ff. ſi pars hæreditatis pe-
tatur. Idem Angel. in l. filius à patre. ff. de liber. & poſt-
hum. & in conſil. 151. in fine. Salyc. in l. extraneum, in
vltima quæſt. C. de hæred. inſtit. & ibi Iaſ. col. 4. verſ. quar-
tò principaliter. Dec. in l. certi iuris, in fin. C. de teſtam.
milit. & in conſil. 278. num. 2. & in conſil. 419. col. pe-
nult. Pariſ. in conſil. 65. vbi num. 16. dicit hanc opi-
nionem Baldi eſſe cõmunem vol. 2. Socin. iun. conſil.
84. n. 7. vol. 1. & in conſil. 183. num. 43. vol. 2. Cephal. in
conſil. 563. num. 37. vol. 4. Decian. in conſil. 129. num. 6.
& 59. verſ. non obſtat ſextum. vol. 3. Berous in conſil.
31. num. 20. vol. 2. vbi atteſtatur eſſe communem
concluſionem, Syluan. in conſil. 23. Natta in conſ. 459.
num. 12. Bertrand. in conſil. 314. lib. 3. Bellon. in d. con-
ſil. 7. num. 5. Purpurat. in conſil. 247. num. 2. Ruin. in
cõſ. 36. n. 3. vol. 2. Barbat. in cõſ. 55. col. 4. vol. 2. Menoch.
in conſil. 105. num. 6. & 48. vol. 2. & in conſil. 273. n. 6.
& plur. ſeq. volum. 3. qui plurimos refert, Riminald.
iun. in conſil. 244. num. 92. & in conſil. 323. num. 24.
vol. 3. & in conſil. 620. num. 15. & plur. ſeq. vol. 6. qui
plurimos allegat, Alexand. in conſil. 8. & conſil. 111.
num. 1. & in conſil. 162. num. 162. num. 5. vol. 2. qui
dixit hanc eſſe communem, & veriorem, & ab
ea neque in conſulendo, neque in iudicando diſ-
cedendum eſſe, & ita poſt Alex. probat Peregrin.
in conſil. 58. num. 3. & ſeq. vol. 3. & in conſil. 63. eod.
vol. & in conſil. 26. vol. 4. & in tract. de fideicommiſſ. art.
5. num. 21. atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Colle-
gio Patauino. Omnium prædictorum potiſſima ra-
tio eſt, cùm ex quo nullus alius fuit inſtitutus hæ-
res, ideo inſtitutus in vſufructu, tanquam in re cer- 6.
ta, † remanet hæres in toto. d. l. 1. §. ſi ex fundo, & l. ſi
ita quis hæres inſtitutus fuerit ex fundo. ff. de hæred. inſtit.
Neque intrat l. quoties. C. de hæred. inſtit. vt dicebant
Molineus, & Gaill in locis allegatis in cõtrarium, quòd
inſtitutus in re certa dicatur legatarius, quia in d. l.
quoties, præſupponitur aliũ fuiſſe hæredem vniuer-
ſaliter datum. Item quia ex regula d. l. quoties, non
poteſt dici verè legatarius, ſed potiùs tertia ſpecies
hæredis, vt probaui in articulo primo huius quæ-
ſtionis. Nec eſt vera ratio Molinei, quòd illa inſti-
tutio in vſufructu videtur potiùs demonſtrare eni-
xam voluntatem teſtatoris, vt ipſa habeat tanquam
legataria, & propria authoritate capiat, quia hoc
repugnat verbis dicti caſus; nã perſupponimus quòd
teſtator expreſsè inſtituerit illam hæredẽ in vſufru- 7.
ctu, & per verbũ hæredem † faciliùs oſtẽditur, quòd
illam vocauerit ad proprietatẽ, quia tantũ imperat
hæres, quantum dominus. §. final. Inſtit. de hæred. qua-
lit. & differ. Item confert ratio Salyc. in d. l. extraneũ.
nã cùm teſtator voluerit peruenire ad ſecundò vo-
catum poſt mortem vſufructuarij, ſequitur quòd
voluerit interim pleno iure pertinere ad ipſum
vſufructuarium tanquam hæredem. Item licèt
reliquerit hæredem in vſufructu vita durante, ta-
men hoc non dixit ad faciendum legatum vſus-

fructus, ſed ex quo poſt eius mortem erat res reſti-
turus, & ita hæreditas erat reſtitutioni ſubiecta,
8. in effectu ipſe inſtitutus † in vſufructu non dicitur
aliud habere quàm fructuum perceptionem in vita,
& ad hoc videtur caſus *in l. final. ff. de vſufruct. ea-
rum rerum, quæ vſu conſumuntur*, vbi mentio vſus non
facit legatum eſſe de vſu, ſed dicitur tantùm facta,
quia poſt mortem erat rem relictã reſtituturus, &
Surdus *in conſil. 439. num. 1. vol. 3. & in tract. de ali-
mentis. tit. 2. quæſt. 15. num. 97. & ſeq.* qui ſequitur
eandem opinionem, poſt Craſſ. *in §. inſtitutio. quæſt.
24. num.* 8. & Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 5. num.*
21. addit rationem, quia nemo paganus poteſt pro
parte temporis vel rei decedere teſtatus, & pro par-
te inteſtatus. §. *non autem. Inſtit. de hæred. inſtit. & l.
ius noſtrum. ff. de regul. iur.* Ideo ſi d. vxor hæres fa-
9. cta in vſufructu non eſſet verè hæres †, interim eius
vita durante, ille decederet inteſtatus; & dicere
quòd propterea inſtitutus poſt mortem vſufru-
ctuarij, etiam interim ſit hæres, hoc repugnat om-
nibus verbis dictæ inſtitutionis, & Crotus *in conſil.*
79. qui ſequitur hanc opinionem, ſubtiliter illam
probat, quia reliquit hæredem in vſufructu, ſed quia
vſusfructus formalis & proprietas in eadẽ perſona
concurrere non poſſunt, erit in electione vſufru-
10. ctuarij vel acquirere vſumfructum, vel dominium, †
& ſi dominium elegerit, illud conſequetur pleno
iure, videlicet non vſufructu, prout eſt caſus *in l. ſi
Titio fundus. ff. de vſufruct. legato.* & in dubio videtur
elegiſſe dominium, quod eſt ſibi vtilius. Alexand. *in
conſil. 55. col. 3. verſ. quartò reſpondeo. vol. 5.* Alias ra-
tiones adducit ad hoc comprobandum Riminald.
iun. *in d. conſil. 620. num. 27. & plur. ſeq. vol. 7.* &
hanc opinionem tenet Mantic. *in d. l. 4. tit. 5. art. 7.*

Primò declaratur iſte caſus, vt procedat, quando
extraneus eſt hæres inſtitutus poſt mortem vſufru-
ctuarij, quoniam ipſe eſt inſtitutus poſt mortẽ vxo-
11. ris, & ita ſub tempore incerto, quod habetur † pro
conditione. gloſſ. *in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebel.*
quam *ibi* ſequuntur communiter Doct. *l. dies incer-
tus. ff. de condit. & demonſtr. l. talis. §. ſed ſi ſub condi-
tione. de legat. 1. l. cum teſtator*, & *ibi* gloſſ. *in ver. non
poſſit. C. de teſtamentaria manumiſſione.* Bart. *in d. l. dies
incertus, & in l. hæres meus. ff. de condit. & demonſtrat.*
Crauet. *in conſil. 15. num. 3.* Menoch. latè *in lib. 4. præ-
ſumptione 201. num. 40. & ſeq.* Galganet. *in tract. de
conditionibus, & demonſtrationibus, part. 1. cap. 4. & par-
te 2. cap. 1. quæſt.* 88. & ita hæres inſtitutus poſt mor-
tem vxoris, & ſic ſub tempore incerto, non poteſt
12. adire † hæreditatem, donec vxor vixerit, quia con-
ditio mortis poſſet deficere ſi ipſe inſtitutus priùs
moreretur. *d. l. hæres meus, in princip. & l. quibus die-
bus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtrat.* ergo nõ
poterit tranſmittere hæreditatem, quia fideicom-
13. miſſum † conditionale non tranſmittitur. Decian.
conſil. 29. vol. 4. l. in perſonam. C. de fideicommiſſ. Roland.
in conſil. 46. num. 5. vol. 3. Cephal. *in conſil. 133. num. 3.*
Rip. *in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 60. in fin. ff. ad Tre-
bell.* Crauet. *in conſil. 152. num. 3.* Menoch. *de arbitrar.
caſu 165.* & ita pluries fuit reſolutum, niſi ex con-
iecturis, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Tranſmiſſio,
in pluribus capitulis*; ergo cùm vſufructuaria iure ſuo
poſſit adire hæreditatem, & ita teſtamentum con-
firmatur, falcidia locum habere non poteſt. nam
hæres donec vxor vſufructuaria vixerit, hæres poſt
eius mortem non habet beneficium falcidiæ, vt
probat Mantic. *in d. artic. ſeptimo, in fine.* Ergo hæ-
14. res vxoris, † qui poſt eius mortem debet reſtitue-
re inſtituto, & ita per fideicommiſſum, vt pro-
batum eſt, poterit detrahere. Trebellianicam, vt
probat Immol. *in d. l. filius à patre. ff. de liber. & poſt-
hum.* & Alexand. *in d. conſil. 162. num. 4. volum. 2.*
Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. §. ſi ex fundo, num. 2. ff. de hæ-
red. inſtit.* Ruin. *in conſil. 36. num. 3. & ſeq. vol. 2.*

Secundò declaratur, vt non procedat vbi vxor
eſt inſtituta hæres † in vſufructu, & filij poſt eius 15.
mortem ſunt hæredes inſtituti, tunc filij poſſunt ſta-
tim viuente vxore eorum matre, adire hæreditatem,
quia cùm ipſi debeant habere legitimam titulo in-
ſtitutionis. §. *aliud quoque capitulum. in auth. vt cùm de
appellatione cognoſcitur*, & de legitima ipſorũ reiicia-
tur omnis conditio, & omne onus, & temporis di-
latio. *l. quoniam in prioribus, l. omnimodo, l. ſcimus. §. cum
autem. C. de inoffic. teſtam.* Ideo filij ſtatim adibunt
hæreditatem, atque teſtamentum confirmabitur,
Ioan. Andr. ad Speculat. *in tit. de pignoribus. §. 1.
verſ. pone, quòd vſusfructus rei relictus*, alias eſt ſub
rubrica *de diuerſis cautelis*, quæ eſt tertia pars illius
tituli *de pignoribus, in additione in ver. durat.* Paul. de
Caſtr. *in conſil. 459. n. 2. verſ. dubium, de quo quæritur.
vol. 2.* & alij ad hoc relati per Mantic. *in d. lib. 4. tit.
5. art. 2. num. 5. & ſeq. & art. 3.* & hanc opinionem
ſequitur Andr. Gaill *in d. obſeruatione 143. num. 4.
& ſeq.* vbi quòd cùm filij † prædicti cenſeantur hæ- 16.
redes inſtituti purè, propterea poterunt detrahere
falcidiam de vſufructu omnium bonorum eorum
matri relicto, ad text. *l. omnium, in ſecunda, & ibi* gloſſ.
*ff. de vſufr. & quemadmodum. gloſſ. vnic. l. vxori meæ. ff.
de vſufruct. legat.* Bart. *in l. Titia cum teſtamento. §. final.
num. 7. de legatis 2.* Paul. de Caſtr. *in d. conſil. 459.
num. 2.* Item confert ad hanc ſententiam quòd vxor
relicta vſufructuaria † omnium bonorum filiis 17.
exiſtentibus nihil aliud habere debet, quàm alimen-
ta, ſecundùm conſuetudinem Bulgari, quam eſſe re-
ceptam atteſtantur Bald. *in auth. hoc locum. C. de ſecũ-
dis nupt. & in l. final. num. 9. circa finem, verſ. tertio caſu.
C. de indict. viduit. tollend.* Iaſ. *in l. nemo poteſt, in 2.
lectura. num. 52. de legat. 1.* Roland. *in conſil. 74. num.
10. vol. 2.* Alba *in conſil. 88. num. 8.* Pariſ. *in conſil. 21. n.
3. vol. 2.* Bero. *in conſil. 33. num. 1. & 13. & in conſil.
32. num. 1. & conſil. 35. num. 6. volum. 2.* quia pater
magis videtur diligere filios quàm vxorem, & illa
verba, fecit hæredem in vſufructu, atque fecit do-
minam † & patronam, ſunt dicta honoris cauſa, & 18.
potiùs denotant quandam præeminentiã in domo,
vt diffusè ſcribit Petrus Pecchius *in tractatu de te-
ſtamentis coniugum. lib. 5. cap. 2.* & hæc ſententia ſem-
per fuit recepta in tribunalibus, vbi pro dictis ali-
mentis tantùm fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim.
tom. 1. tit. Alimenta. cap. diſpoſitionis, & tom. 5. tit. V-
ſusfructus. cap. ſtantibus, & tit. Vſufructuarius. cap.
elegans.*

Tertius caſus eſt, quãdo vni relictus fuit vſusfru-
ctus, & alter eſt inſtitutus hæres in proprietate, tunc
hæres, & legatarius non concurrunt † in vſufru- 19.
ctu, ita vt ſinguli dimidiã vſusfructus conſequãtur,
prout eſt caſus *in l. generali. §. vxori. ff. de vſufr. legat.*
vbi inter hæredem, & vſufructuarium omnium bo-
norum non datur aliquis concurſus, ſed vſufru-
ctuarius omnium bonorum habet vſumfructum in
totum, & ita reſponderunt, Gabriel *in conſil. 102.
vol. 1.* & Menoch. *in conſil. 627. vol. 7.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quan-
do teſtator inſtituiſſet hæredem pleno iure, † 20.
deinde alteri reliquiſſet vſumfructum omnium
bonorum, nam hoc caſu vſufructuarius concurret
in vſufructu cum hærede, ita vt vna illius dimidia
debeatur heredi, & altera vſufructuario, ita reſpõdit
Alex. *in conſ. 56. verſ. vnde cum in teſtamẽto, vol. 3.* & Pi-
cus *in l. Titia. §. Titia. quæſt. 21. n. 82. de leg. 2.* Dilect. *de*

arte

arte teſtandi, tit. de heredib. inſtit. cautel. 4. Natta *in cõſ.* 501. *num.* 53. *& ſeq.* Nam inſtituendo hæredem pleno iure, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, tam in vſufructu, quàm in proprietate. *l. final. §. ſimili modo. C. de bon. quæ liber.* ita vt concurrat vſufructuarius cum hærede, *l. ſi alij. ff. de vſufruct. leg.* & hanc opinionem defendit Mantic. *de coniectur. lib.* 9. *tit.* 6. *n.* 19. qui allegat Gozadin. *in conſ.* 47. *n.* 10. *verſ. octauò.* & Nattam *in conſ.* 297 *num.* 2. *verſ. in eandem ſententiam.* Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 113. & ita fuit deciſum in Rota Marchiæ, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Vſusfructus. cap. quando heres.*

QVÆSTIO XII.

De hærede, per nouem articulos diuiſa.

1. Hæredis appellatione quis veniat.
2. Hæres in feudo hæreditario, an debeat eſſe primi, vel vltimò decedentis.
3. Hæres ex teſtamento imperfecto retinendo bona, an ſit ſecurus in conſcientia.
4. Hæres creditor per aditionem confundit iura.
5. Hæres cum inuentario quæ beneficia habeat.
6. Hæres an, & quando poſſit contrauenire facto defuncti.
7. Hæres ad quæ teneatur.
8. Hęres grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, ad quæ teneatur.
9. Hæres grauatus ne inferat moleſtiam ſub pœna priuationis, quando priuandus ſit.

ARTICVLVS I.

Hæredis appellatione quis veniat.

SVMMARIA.

1. *Hæredis appellatione veniunt ſucceſſores vniuerſales.*
2. *Hæres hæredis in quibus caſibus non ſit hæres teſtatoris.*
3. *Hæres hæredis non venit quando teſtator vocauit hæredes ſuos.*
4. *Legatarius mei hæredis non eſt meus legatarius.*
5. *Hæredes hæredum in infinitum, quando veniant.*
6. *Prohibitio alienationis facta hæredi non cenſetur facta hæredi hæredis.*
7. *Hæres hæredis eſt propriè hæres.*
8. *Bartol.* in l. Gallus. §. etiamſi parente, *non recipitur.*
9. *Pronomen* eius, *eſt repetitiuum præſentium, nõ præteritorum, & refertur ad proximum, non autem ad remotum.*
10. *Inſtitutio facta de Titio, & eius hæredibus, quos hæredes contineat.*
11. *Hæredes hæredum veniunt, quando diſpoſitio habet relationem ad vocatum & eius hæredes, contra Peregrin.*
12. *Teſtator cenſetur diſponere de iure quod habet.*
13. *Feudalia, & emphyteotica veniunt in generali diſpoſitione.*
14. *Alienatio de bonis fideicommiſſo ſubiectis eſt valida in præiudicium alienantis.*
15. L. antiquitas. C. de vſufruct. *declaratur.*
16. *Peregrin.* art. 32. num. 64. *reprobatur.*
17. *Hæres hæredis vniuerſalis eſt hæres teſtatoris, non in re certa inſtitutus.*
18. *Hæredum appellatione in feudis, qui veniant.*
19. *. . veniunt agnati in feudis, cum quis non poteſt habere deſcendentes.*
20. *Filius in feudo ex pacto & prouidentia quomodo debeat eſſe hæres patris.*
21. *Hæres in feudo hæreditario quomodo conſideratur.*
22. *Hæredis appellatione quando veniat primogenitus.*
23. *Primogenitus in quibus feudis ſuccedat.*
24. *Hæredum appellatione in fideicõmiſſis qui veniant.*
25. *Hæredum appellatione veniunt hæredes hæreditatis, non autem ſanguinis.*
26. L. ex facto. §. final. ff. ad Trebell. *declaratur.*
27. *Prohibitio ne bona alienentur extra familiam, comprehendit ſolos hæredes ſanguinis.*
28. *Hæredes ſanguinis cenſentur vocati ex coniecturis.*
29. *Clauſula* de hærede in hæredem, *quando importat de deſcendente in deſcendentem.*
30. *Fideicommiſſum inducitur per clauſulam* de deſcendente in deſcendentem.
31. *Hæredes legitimi intelligũtur ſuccedẽtes ab inteſtato.*
32. *. . eſt verum ſi ſunt poſiti in diſpoſitione, ſecus ſi in conditione.*
33. *Hæredes maſculi intelliguntur de proximo deſcendente.*
34. *Hæredum vox quando intelligatur de deſcendentibus ex communi vſu loquendi.*
35. *Communis vſus loquendi quomodo probari debeat.*
36. *. . non debet attendi quando voluntas teſtatoris repugnat.*
37. *Hæredes, & ſucceſſores extranei aliquando veniunt in feudis.*
38. *Hæres in re certa an ſit propriè hæres.*
39. *Fideicommiſſarius venit appellatione hæredis.*
40. *Subſtituti vulgariter veniũt appellatione hæredis.*
41. *Executores teſtamẽtarij veniũt appellatione hæredis.*
42. *Remedium* l. final. C. de edicto diui Adr. tol. *competit executoribus teſtamenti.*
43. *Fiſcus venit appellatione hæredis.*
44. *Hypotheca acquiſita delinquenti, quando tranſeat in fiſcum.*
45. *Fiſcus per quem modum ſuccedat delinquenti.*
47. *Fiſcus eſt hæres anomalus.*

NVNC ſequitur tractare de hæredibus, & pro exornatione iſtius articuli tractandi ſunt præcipui caſus, qui in practica occurrere ſolent.

Primus caſus eſt, regulariter appellatione hæredis veniunt omnes ſucceſſores vniuerſales, † ideo hæres hæredis eſt hæres teſtatoris. *l.* 1.
hæredis appellatione. l. ſciendum ff. de verb. ſignif. C. l. final. & *ibi* gloſſ. & Bart. & cæteri omnes. *C. de hæred. inſtit. l. qui per ſucceſſionem. ff. de regul. iur. l.* 3. & *ibi* Bart. *ff. de petit. hæred.* & hanc concluſionem probant, Oldrad. *in conſil.* 21. *n.* 2. Cephal. *in conſ.* 393. *num.* 59. *vol.* 3. & *conſ.* 472. *n.* 22. & *in conſ.* 517. *num.* 62. *vol.* 4. Bero. *in conſ.* 105. *num.* 1. *vol.* 2. & *in conſ.* 94. *num.* 16. *volum.* 1. Corn. *in conſil.* 261. *num.* 17. *vol.* 1. & *in conſil.* 76. *num.* 6. *vol.* 2. & *conſil.* 146. *num.* 2. *eod. vol.* Bolognet. *in conſil.* 23. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 14. Craſſus *in §. hæreditas. quæſt.* 10. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 32. *n.* 60.

Declaratur primò iſte caſus † in tribus caſibus ex- 2.
ceptis *in d. l. ſciendum. ff. de verb. ſignificat.* videlicet, in ſubſtitutione impuberis, vt ſi dicatur, quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres ſit, hic caſus refertur ſolùm ad hæredem inſtitutum, non autem ad hæredem hæredis, quoniam iſte incertus eſt, vt dicit *d. l. ſciendũ*, & ideo hæreditas teſtatoris poſ-

ſet peruenire ad perſonam parum ſibi affectam, &
fortè inimicum. Aliud eſt igitur ſi fiat mentio hæ-
redum ipſius ad quem verba diriguntur, vt ſi dixe-
rit, volo bona mea peruenire ad hæredes Ioannis, &
tunc veniunt omnes hæredes in infinitum. Aliud ſi
fiat mentio de hæredibus teſtatoris, & tunc ſoli vo-
cati veniunt, ita poſt Alexand. *in conſil. 36. vol. 3.* &
alios relatos, declarat Rebuff. *in d. l. ſciendum, in prin-
cip.* Item cùm filio hæredi patroni permittatur li-
bertum ingratum accuſare, *l. penult. C. de libert. & eo-
rum liber.* hoc intelligitur de hærede proximo, vt *in
d. l. ſciendum*; & cùm agatur de re odioſa, ad vlterio-
res hæredes non extenditur odium. *l. cùm quidam. ff.
de liber. & poſthum. §. illud. auth. vt liberti de cætero au-
reo anulo non indigeant.* Item ſolus filius hæres poteſt
exigere operas officiales à liberto paterno. *l. ſi opera-
rum. ff. de operis libert.* quæ ad hæredes extraneos nō
tranſeunt. *l. fabriles. ff. eod. tit.* & per iſtos tres caſus
limitatur iſta regula *in d. l ſciendum.*

Secundò declaratur pleniùs iſte caſus: aut teſta-
tor ſubſtituendo vocauit hæredes ſuos, aut vocauit
hæredes inſtituti. Primo caſu non veniunt hæredes
3. hæredum, † nam vocando hæredes ſuos, intelligitur
de primis, non autem de vlterioribus. *l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulgari, & pupill.* Item quia vlteriores
ſunt incerti, nec ſuccedunt ex iudicio defuncti. *d. l.
ſciendum.* Itē quia in diſpoſitione teſtatoris ſpectatur
affectio, quam habet erga ſuum hæredem. *l. nec adie-
cit. ff. pro ſocio*, & hæres mei hæredis non eſt propriè
meus hæres. Rip. *in l. 1. n. 3. ff. quorum legatorum.* Sicut
4. nec legatarius † mei hæredis dicitur meus legata-
rius. Ruin. *in conſ. 44. n. 15. vol. 3.* Item hæres hæredis
non dicitur hæres principaliter, ſed ſecūdariò. Bart.
in l. ſi patronus. ff. ad Trebell. Item dicitur hæres ſecun-
dùm quid. Dec. *in l. qui per ſucceſſionē. ff. de regul. iuris.*
5. Secūdo caſu veniunt † hæredes hæredis in infinitū,
Bald. *in d. l. final. in 4. oppoſit. C. de hæred. inſt.* vbi quòd
ſi fiat mentio de hæredibus recipientis, vel eius in
quem verba diriguntur, ſemper intelligitur de omni
hærede, & ſic tā de mediato, quàm immediato, Cu-
man. *in l. Gallus. §. etiamſi parente. ff. de liber. & poſthum.*
Item Cuman. Alex. & Iaſ. *in d. l. qui liberis. §. hæc verba.
ff. de vulgari.* Alex. *in conſ. 49. & conſ. 173. col. final. vol.
5.* Dec. *in d. l. qui per ſucceſſionem. ff. de regul. iur.* Ruin. *in
conſ. 29. n. 6. vol. 2.* Cephal *in conſil. 158. n. 12.* Bertrād.
in conſil. 148. col. 2. vol. 2. & conſil. 18. n. 21. vol. 1. quos, &
alios refert, & ſequitur Riminald. iun. *in conſ. 252. n.
12. & ſeq. vol. 3.* Addo Durād. *de arte teſtandi tit. 5. cau-
tela 24.* poſt Oldrad. *in conſil. 21.* & alios per eum re-
6. latos. Et ideo prohibitio † alienationis facta hære
di, cenſetur facta etiā hæredi hæredis. Bart. & cæteri
*in l. filiusfamilias. §. diui. de legat. 1. & in l. Lucius. §. Sē-
pronio. de legat. 3.* Socin. *in conſ. 116. col. 3. circa princ. vol.
3.* Ruin. *in conſil. 124. n. 1. vol. 2.* Dec. *in conſil. 377. n. 5.*
Duenas *in regula 39. in princip.* Tiraquell. *de retract.
conuent. §. 1. gloſſ. 6. num. 24.* Riminald. iun. *in conſil.
20. num. 6. & in d. conſil. 352. n. 30. vol. 3.* Et licèt hæ-
7. res † hæredis nō ſit hæres principaliter, nec imme-
diatè, tamen eſt propriè hæres. *l. hæredis appellatio, in
ver. continetur. ff. de verb. ſignif.* quod verbum denotat
proprietatem. Bart. *in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de po-
ſtulando. & in l. liberorum. ff. de verb. ſignificat.* Dec *in l.
2. §. creditum. n. 3. ff. ſi cert. pet. in 2. lect.* & alij ad hoc
relati per Tiraquel. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 9.
num. 227.*

Et ex his infero non eſſe veram doctrinam Bart.
8. *in l. Gallus.* † *§. etiamſi parēte, ff. de liber. & poſthum.* Vbi
quòd ſi teſtator inſtituit filium, & ſi deceſſerit ſine
liberis, ſubſtituit Titium, & eius hæredes, tunc filio
decendente ſine liberis non veniūt hæredes hæredis
ipſius Titij, vt dicit Bart. ſed veniunt hæredes filij
inſtituti. Hæc doctrina per ſupradictā declarationē
in ſecundo caſu ſtare nō poteſt, quia vbicumque fit
mentio hæredis recipiētis, ſemper veniunt hæredes
hæredis in infinitum, ſed in hoc caſu ſubſtitutus eſt
Titius & eius hæredes, & pronomen *eius*, habet re-
lationem ad Titium, non autem ad filium inſtitutū,
quia eſt pronomen † repetitiuum præſentium, non 9.
præteritorum. Oldrad. *in conſ. 252. n. 1.* & eſt relatiuū
ad immediatè nominatos, Dec. *in conſ. 262. in princip.
verſ. ſecundò facit*, Ruin. *in conſ. 101. n. 9. vol. 2.* Rolād. *in
conſ. 47. n. 23. vol. 4.* Burſat. *in conſ. 64. n. 20. vol. 1.* &
tantum valet, quantum pronomen *hic, hæc, hoc*: vt
probat Surd. *in deciſ. 125. num. 1. verſ. idem etiam
quando apponitur*; ſed pronomen *huius*, & pronomen
eius, ad proximum referunt, non ad remotum, vt
per omnes Grammaticos; ergo eius hæredes, ſcili-
cet Titij ſubſtituti, non autem filij inſtituti. Quòd
ſi referretur ad hæredes filij inſtituti, fruſtrà quæ-
reretur de illa quæſtione per Bart. quia hæredes filij
excluderent hæredes ſubſtituti, qui nō ſunt vocati.
Item Mantica *in d. lib. 8. tit. 14. n. 6.* poſtquam diſpu-
tauit de hac quæſtione Bartoli, & retulit tenentes
contrariam partem, tandem *num. 7. verſ. vnde etiam*,
dicit opinionem Bartoli eſſe reſtringendam, quādo
teſtator ſubſtituto prætulit non ſolum inſtitutum,
ſed etiam eius liberos; ſed iſta medicina non perti-
net ad verba Bartoli, ſed ad reſolutionē quæſtionis,
citra illius verba, quæ contraria ſunt in ſeipſis, dubi-
tauit enim an facta ſubſtitutione † de Titio, & eius 10.
hæredibus veniant hæredes Titij in infinitū, prout
venire debere probatum eſt ex receptiſſima ſenten-
tia, quia recipientis hæredes omnes veniunt.

Item infero diſtinctionem Bart. *in d. §. etiamſi pa-
rente. ff. de liber. & poſthum.* an verſemur in materia
tranſmiſſibili ad hæredes extraneos, nō bene appli-
cari ad caſum de quo agimus, quādo ſcilicet teſtator
vocauit hæredes illius in quē confertur diſpoſitio,
prout ſecundùm illam diſtinctionem ſcripſit plures
chartas Peregrin. *de fideicōmiſſ. art. 32. à n. 63. & ſeqq.*
cuius doctrina eſt arena ſine calce: hæc enim diſtin-
ctio nō poteſt applicari, quādo ſunt vocati hæredes
eius, in quem diſpoſitio collata eſt, quia tunc etiam
hæredes hæredū † veniunt, & ſi res nō eſt trāſmiſſi- 12.
bilis ad extraneos, hoc non impedit, quin compre-
hendantur; itē quia teſtator ſemper cenſetur diſpo-
nere de eo iure † quod habet. *l. vxor patrui. C. de legat.* 13.
l. quod in rerū. §. ſi vſumfructum. l. ſi domus. de legat. 1. cū
aliis vulgaribus. Item quia in generali diſpoſitione
veniūt etiam feudalia, † & emphyteotica bona, imò 14.
etiā bona fideicommiſſo ſubiecta, vt probat Surd. *in
conſ. 466. n. 9. vol. 4.* vbi atteſtatur ita fuiſſe in Rota
Romana deciſum, ſecūdùm eius conſilium. Itē quia
etiam res aliena legari poteſt, licèt nō in præiudiciū
domini, vt probat Socin. iun. *in conſ. 68. vol. 4.* Bellon.
in conſ. 9. n. 8. Pariſ. *in conſ. 98. n. 13. vol. 2.* vbi quòd diſ-
poſitio † facta de bonis fideicōmiſſo ſubiectis eſt 15.
valida in præiudicium alienantis, licèt ſit nulla ad
præiudicium ſubſtituti. Si ergo res ad extraneos non
tranſmiſſibiles in præiudicium diſponentis, tranſ-
mitti poſſunt; ergo dicta diſtinctio in reſolutio-
ne huius caſus applicari non poteſt, quia ſatis eſt,
vt teſtator vocando illius hæredes in quem confert
diſpoſitionem, intellexerit de omnibus eius hæredi-
bus in infinitum, neque text. *l. antiquitas.* † *C. de vſu- 16.
fruct.* à Bart. allegatus *in d. § etiamſi parente*, probat v-
ſumfructū extingui in primo hærede, eò quia non
erat tranſmiſſibilis, quia ratio deciſionis illius le-
gis non eſt iſta à Bartolo explicata, ſed quam ip-
ſemet textus explicat, videlicet, ne proprietas
redda

reddatur inutilis placuit in primo hærede extingui,
& vbi habemus legis rationem ab eodem I. C. ex-
plicitam, ſuperuacaueè addimus alteram. Item in-
ferunt ſcripta per Peregrin. *in d. artic.* 32. *num.* 64.
& ſeq. ſuper d. l. in annalibus; & ex Anchatan. *in conſ.*
130. & ex Io. Andr. ad Specul. *in tit. de teſtam.* §. *in
primis, in vltima additione*, nullo modo eſſe vera, nec
poſſe ſubſiſtere, prout ſtante reſolutione noſtri ca-
ſus, probat Riminald. iun. *in d. conſil.* 262. *à num.* 39.
& plur. ſeq. volum. 3. vbi oſtendit totam Peregrini do-
ctrinam eſſe erroneam, cuius conſilium ipſe poſte-
rior ſcribens præuidere poterat.

17. Tertiò declaratur, vt hæres hæredis † dicatur
hæres teſtatoris, ſi fuerit vniuerſaliter inſtitutus, vel
in vniuerſum ſuccederet, ſecus ſi in re certa, Ruin.
in conſil. 68. *n.* 16. *vol.* 3. & ita fuit iudicatum in Regno
Neapol. vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 5. *tit. Hæres. cap. hæres
hæredis*. Item quia hæres hæredis non eſt hæres ſcri-
ptus à teſtatore, ideo ſi petat hæreditatē, debet pro-
bare ſe eſſe talem, nec ſufficit quòd aliqua bona poſ-
ſideat, quoniam alio titulo poſſidere poterat, vt fuit
deciſum in Rota, vt *in d. tit. Hæres. cap. hæres hæredis in*
2. *& cap. ſeq.*

18. Secundus caſus eſt, Hæredis appellatione † in
feudis, veniunt ſolùm deſcendentes maſculi. §. *& ſi
clientulus. de alienat. feudi c.* 1. §. *Corradus, de his qui feud.
dar. poſſ. c.* 1. *de natura ſucceſſ. feudi*. Ideo text. *in c.* 1. *de le-
ge Corradi*, dicit, quòd ſi quis habet feudum pro ſe, &
hæredibus ſuis, intelligitur de deſcēdētibus maſcu-
lis, quia hæc eſt natura feudorum de iure communi,
Camerar. *in l. imperialem fol.* 22. *litera H. & ſeq. in verſ.
ex diuerſo*, vbi dicit, ſicut de iure cōmuni feudorum
in feudo nouo appellatione hæredis venit deſcen-
dens maſculus, quia hæc eſt natura de iure cōmuni:
ita de iure Regni veniunt fratres, quia hæc eſt natu-
ra feudorum in Regno per conſtitutionē, vt de ſuc-
ceſſionibus, vbi quòd in feudo nouo ſuccedunt fra-
tres, quod eſt verum, quando inueſtitura eſt facta
abſque illis verbis, *ex corpore deſcendentibus*, nam tunc
verbum *hæres* intelligitur de deſcendētibus ex cor-
pore, Bald. *in cap. naturales. de cōtrouerſ. inueſtitur.* vbi
19. quòd ſi quis inueſtiat ſacerdotē, & eius hęredes, † tūc
intelligitur de eius agnatis, quia ſacerdos non po-
teſt habere deſcendentes, Syluan. *in conſ.* 30. *n.* 9. vbi
allegat Bald. *in cap.* 1. *de eo, qui ſibi, & hæred. maſcul.*
qui argum. *l. vt iuſiurandi.* §. *ſi liberi. ff. de oper. libert.*
dicit, quòd verbum *hæredibus* in inueſtituris appo-
ſitum intelligitur de hæredibus ſanguinis, eo quòd
vlterius habeat ius, & nomen hæredis, & ideo quòd
per illud verbū vocatur is, qui ſucceſſurus eſt, etiam
quòd non ſit hæres, Dec. *in conſ.* 308. *col.* 4. *& conſ.* 188.
col. 2. *verſ non obſtant allegata in contrarium, & conſ.* 395.
n. 1. vbi atteſtatur eſſe communē opinionem, *& in c.
in præſentia. de probat.* Iaſ. *in d. l. Gallus, in* §. *etiam ſi pa-
rente. col.* 4. *verſ. ſecundò fallit, de liber. & poſthum.* latè
Calcaneus *in conſ.* 78. *n.* 5. Curt. ſen. *in conſ.* 25. *col. pen.
verſ. circa primū*. Corra. *in conſil.* 199. *verſ. & propterea,
vol. & cōſ.* 169. *col.* 1. *vol.* 3. Natta *in conſ.* 159. *n.* 5. Pariſ.
in conſil. 23. *n.* 135. *& ſeq. vol.* 1. Cacheran. *in deciſ.* 161.
Theſaur. *in deciſ.* 99. *n.* 25. qui alios referūt. Item ali-
quando hæres in feudis conſideratur reſpectu filij,
vt in feudo ex pacto, & prouidentia, de quo *in c.* 1.
20. *an agnatus*, vbi quòd dictum feudum habet filius †
vt filius, non autem vt hæres, habet enim ex acquiſi-
tione maiorum, & capit tanquam reſtitutioni ſubie-
ctum, vt declarat Andr. *in c.* 1. §. *vt olim, n.* 9. *de ſucceſſ.
feud.* Sed quia, vt dicit Andr. pater iniuria afficeretur
ſi decederet ſine hærede, quia filius mediante patre
acquiſiuit feudum, ideo debet eſſe hæres patris in
hæreditate allodiali, honoris gratia, quia ipſe non
tenetur eſſe hæres, vt per Camerar. *in l. imperialem.* §.
*præterea ducatus, litera I. & plur. ſeq. & in d. c. an agna-
tus. in* §. *quæro primò, n.* 29. *& ſeq.* Aliquādo conſidera-
tur hæres in feudo hæreditario, † quia qualitas hæ- 21.
reditaria eſt appoſita in feudi natura, ideo hæres in
feudo hæreditario sēper eſt hæres, & venit vt hæres
ab inteſtato in ipſa origine ſucceſſionis, & Andr. *in c.*
1. §. *quid ergo, in fine, de inueſt. de re alien. fact.* dicit filiū
eſſe hæredē, & ſucceſſorē in ipſo feudo, *& in c.* 1. §. *do-
nare n* 8. *verſ. ſi eſſet feudū hæreditariū, qualiter olim feu-
dū poter. alienari*, Loffred. *in conſ.* 1. *n.* 118. *& in conſ.* 46.
col. 1. *& ſeq.* & propterea ſucceſſor in feudo hæredi-
tario tenetur ad ſolutionem omnium onerum, & le-
gatorum, vt latè probat Pontus *in conſ.* 34. *per totum.*
Item quia ſucceſſio in feudo hæreditario datur in
infinitum. *c.* 1. §. *hoc quoque. de his qui feud. dar. poſſ. &
in c.* 1. *ſi vaſal. feud. priu.* cui deferatur cum concor-
dantibus, ideirco hæres in feudalibus non intelli-
gitur de primo.

Declaratur iſte caſus, vt in feudis dignitatum, † 22.
appellatione hæredis intelligatur de primogenito,
quia in ipſis ſolus primogenitus ſuccedit. *c. licet. de
voto*, & latè ſcribit Abb. *in conſ.* 3. *p.* 2. Et quādo ſucce-
dit in feudo dignitatis, nihil detrahitur, neque etiam
falcidia, nec etiam debita iure naturæ, ne contingat
fieri ſucceſſionē dignitatis cōtra iuris diſpoſitionē,
vt *ibi* Abb. Imo etiā ſi fructus dignitatis paterentur
diuiſionē, non debent diuidi, quia omne diuiſibile,
quod adiūgitur indiuiduo, ratione cōnexitatis effi-
citur indiuiſibile, vt latiùs ſcripſi *in* §. *Cato. in lectura
Paduana*, & de hac concluſione latè per Camerar. *in
l. imperialem in d.* §. *præterea ducatus. de prohibita feudi
alien. per Federic.* Sed quia primogenitus † ſuccedit 23.
ſolus ad feuda, in quibus viuitur iure Francorū, ideo
tenetur partem pretij feudi empti cōferre ſecundo
genito, Andr. *in d.* §. *præterea ducatus.* Sed an habito
reſpectu ad tempus emptionis, vel ad tempus mor-
tis, vide Fabium Ann. *in conſ.* 26. & quòd attēdatur de
tempore mortis, Afflict. *in d.* §. *præterea ducatus, n.* 27.
& plur. ſeq. & *ibi* latè per Annam, & per Annam ſe-
niorem eius patrem, *in ſingulari* 566.

Tertius caſus eſt, in fideicommiſſis, in quibus ſi
dictum fuerit, † ſi ſine hęredibus deceſſerit, tunc ap- 24.
pellatione hęredū veniunt hæredes ſanguinis, prout
eſt caſus *in l. ex facto.* §. *fin. ff. ad Trebell.* quia cùm nemo
ſine hærede moriatur, ideo hæc cōditio, ſi ſine hære-
dibus, intelligitur ſi ſine liberis, aliàs nunquam fie-
ret locus fideicommiſſo, & conditio eſſet fruſtrato-
ria. Specul. *de teſtam.* §. *in primis, n.* 31. Bald. *in conſ.* 283.
vol. 2. Ruin. *in conſil.* 110. *num.* 10. *vol.* 2. Abb. *in cap. in
præſentia, num.* 25. *de probat.* & *ibi* Dec. *num.* 48. Paul de
Caſtr. *in conſil.* 453. *vol.* 2. Cuman. *in conſ.* 125. *in prin-
cip.* Socin. *in conſ.* 249. *n.* 14. *vol.* 2. Corra. *in conſil.* 59. *col.*
3. *vol.* 2. Alexand. *in conſil.* 56. *vol.* 1. Pariſ. *in conſil.* 89.
col. 2. *vol.* 2. Forſter. *in tract. de ſucceſſionib. lib.* 2. *c.* 23. *n.*
26. Galganet. *in tract. de condit. & demonſt. part.* 1. *c.* 30.

Contrariam opinionē ego exiſtimo veriorē, quia
in toto corpore iuris ſemper quòd fit mentio hære-
dum, intelligitur † de hæredib. hæreditatis, non au- 25.
tem de hæredibus ſanguinis. & hæc eſt regula, *d. l.
ſciēdum. d. l. hæredis appellatione. ff. de verb. ſign.* cum aliis
ſuprà ad hoc allegatis, nec reperitur aliqua lex in
toto corpore iuris cōmunis, quòd appellatione hæ-
redum veniāt filij, niſi *in d. l. ex facto.* §. *fin.* quæ limitat
regulā in alio caſu, vt infrà dicā; ergo non eſt rece-
dendum à regula, & à propria verborū ſignificatio-
ne, vbi de mente non conſtat. *l. non aliter. de leg.* 3. *l.* 1.
§. *is qui nauē. ff. de exerc. act.* Neque mens videtur alie-
na à verbis, quia nemo præſumitur velle, niſi quod
verbis expreſſit, *l. Labeo.* §. *idem Tubero. ff. de ſupellect.*

legat. Et quòd in hoc caſu non veniat niſi hæres bonorum, firmarunt Corn. *in conſ.* 172. *vol.* 4. Cur. ſen. *in conſ.* 45. *col. penult. & fin.* & alij ad hoc alleg. per Ga-
26. briel. *in cõſ.* 132. *q.* 4. *vol.* 1. Et ad text. *d. l. ex facto.* † §. *fi. ff. ad Treb.* reſpondẽt quòd procedit quãdo cõſtat de mẽte teſtatoris, quæ ex cõiecturis colligitur, ita dicit Curt. ſen. *in d. conſ.* 145. *col. fin. verſ. nec obſtat l. ex facto.* Corn. *in d. conſ.* 172. *col.* 1. *verſ. Hinc eſt.* & hanc opinionem ſequuta eſt Rota *in deciſ.* 232. *part.* 1. *in Nouiſſ.* Et eſt magna coniectura mentis quando fideicommiſſum redderetur eluſorium, vt per Curt. *ibid.* vel quando extraneus præferretur propriæ ſoboli ipſius teſtatoris, vt per Rotam *in d. deciſ.* 232. Sicut ſi prohi-
27. bitio † facta eſſet, ne hæredes alienent bona extra familiam, ſub hac enim prohibitione comprehendũtur ſoli hæredes ſanguinis, quoniam extranei non poſſunt contineri nomine familię. *l. pronuntiatio. ff. de verb. ſignific.* Neque extranei poſſunt reuocare alienata. *l. vendicantem. ff. de euictionib.* Et nomen hæredis quando eſt poſitum in prærogatiua familiæ, ſemper intelligitur de hærede ſanguinis. Bald. *in conſil.* 283. *vol.* 2. Socin. *in d. conſil.* 249. *col.* 8. *vol.* 2. Berous *in conſil.* 110. *n.* 46. *& ſeq. vol.* 2. Pretus *de interpr. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 5. *num.* 4.

Declaratur igitur iſte caſus, vt procedat, quando ex coniecturis teſtator cenſetur intellexiſſe de hæ-
28. rede ſanguinis, † tunc enim non veniunt extranei, vtputa quando cõceſſio eſſet facta Titio, & ſuis hæredibus in vita, quia cùm in vita hæredes extraneos habere non poſſit, ideo intelliguntur de filiis, & liberis tenentibus primum locum, qui patre viuo dicuntur ſui hæredes, Iaſ. *in d. l. Gallus. §. etiam ſi parente, n.* 13. *ff. de liber. & poſthum.* & alij ad hoc allegati per Forſter. *de ſucceſſionib. lib.* 2. *c.* 23. *in fin.* & per Galganet. *de conditionib. & demonſt. part.* 1. *c.* 30. *num.* 7. Item ſi in aliqua diſpoſitione mentio deſcenden-
29. tium facta fuerit, & poſtea dictũ fuerit de hærede † in hæredem, tunc enim iſta continuatio importat de deſcendente in deſcendentem. Ruin. *in conſ.* 151. *n.* 7. *vol.* 1. Socin. *in conſ.* 57. *col.* 3. *vol.* 3. Bartol. *in conſil.* 51. *parte* 1. vbi dicit iſtum eſſe communẽ vſum loquendi, Bald. *in conſ.* 125. *vol.* 4. Socin. ſen. *in d. conſil.* 57. *n.* 2. *verſ. ſecundum fideicommiſſum, & in conſil.* 62. *n.* 11. *& ſeq. vol.* 3. Dec. *in conſil.* 38. *num.* 4. *& in conſil.* 287. *num.* 12. *verſ. & licèt quandoque.* Pariſ. *in conſil.* 88. *num.* 14. *& ſeq. & in conſil.* 92. *num.* 46. *vol.* 2. *& in conſil.* 8. *num.* 7. *vol.* 3. Et quòd propter huiuſmodi clauſulam inducatur ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum de
30. deſcendente † in deſcendentem ordine ſucceſſiuo, ita quòd vnus ſuccedat alteri, probat Pretus *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 10. *n.* 10. *fol.* 284. ita vt non veniat hæres hæreditatis. Sed hæres ſanguinis & vltimi grauati. Socin. iun. *in conſ.* 188. *numer.* 6. *& ſeq. & n.* 17. *vol.* 2. & alij quos ad hoc refero *in tract. de clauſulis part.* 3. *clauſula* 13.

Quartus caſus eſt, quando diſpoſitio vocat ſolùm
31. legitimos hæredes, † tunc veniunt ſoli ſuccedentes ab inteſtato, non autem ex teſtamento, & ita veniunt hæredes ſanguinis, non autem extranei. *l.* 2. §. *legitima hæreditas l.* 3. §. *libertũ. in fin. l.* 4. *in princip. & in pluribus ll. ſeq. ff. de ſuis & legitim. & C. eod. tit.* & Vlpian. *in fragmentis. tit. de legitim. hæredib.* Alexand. *in d. l. ex facto.* §. *fin. verſ. ego putarem. ff. ad Trebell.* Ruin. *in conſ.* 158. *vol.* 3. vbi quòd idem ſi dictum ſit, *ſuccedentes de iure*, quod ſignificat idem quod legitimi hęredes, *& in conſ.* 174. *n.* 6. *vol.* 6. Alciat. *in conſil.* 98. *in princip. lib.* 9. Socin. *in conſil.* 56. *vol.* 4. *& conſ.* 12. *n.* 4. *vol.* 3. vbi quòd idem eſt, ſi ſubſtituti ſunt ſuccedentes de iure, qui & ipſi legitimi hæredes ſunt, & in feudis eſt abſolutum, quòd quando vocati ſunt legitimi hæredes, veniunt hæredes ſanguinis, non autem extranei, Gregor. *de conceſſ. feudi. part.* 6. *q.* 13. vbi etiam quòd veniat filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, non autem per reſcriptum Principis. & latè per Intriglio. *de feudis centuria* 1. *quæſt.* 49. *num.* 25. *& plur. ſeq.*

Declaratur † iſte caſus, vt procedat, quando hæredes legitimi ſunt poſiti in diſpoſitione, ſecus ſi in 32.
conditione, vt ſi dictum fuerit, ſi deceſſerit ſine hæredibus legitimis, nam tunc intelligitur de deſcendentibus, Gabriel *de verb. ſignif. concluſ.* 2. *n.* 12. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 11. *n.* 38. *fol.* 190. *& lib.* 3. *ſolut.* 5. *n.* 8. *fol.* 196. *& ibid. n.* 12. *vſque ad* 15. qui probat hanc opinionem eſſe veriorem, & ita fuit iudicatum in Curia Gratianopolitana, vt eſt *in D. N. tom.* 5. *tit. Heres. c. an auus*, & licèt Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 32. *n.* 49. *verſ. attamen communis*, indiſtinctè teneat, quòd tã in diſpoſitiuis, quàm in conditionalibus veniunt hæredes, non autem deſcendentes; tamen cõtrarium probat Gratian. *in diſcept. forenſ. c.* 313. *per totum*, vbi plurimos ad hoc allegat, & probat hanc opinionem eſſe veriorem.

Quintus caſus eſt, quando diſpoſitio eſt collata in aliquem, & ſuos hæredes † maſculos, tunc enim 33.
intelligitur de proximo deſcendente, non autem de extraneis, vt poſt Bartol. Bald. & plures alios *in d.* §. *etiam ſi parẽte.* Iaſ. *ibid. n.* 21. *verſ. vltra Bartolum*, Simon de Pret. *in d. ſolut.* 5. *n.* 11. Et multi dicunt hunc caſum procedere, etiamſi qualitas maſculinitatis non fuiſſet expreſſa, ſed ex coniecturis colligi poſſet, Dec. *in conſ.* 574. *num.* 6. *& conſil.* 578. *num.* 11. *& conſil.* 87. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum. Rubeus Alexandr. *in conſ.* 28. *n.* 6. *& cõſ.* 120. *n.* 3. Gozadin. *in conſ.* 64. *n.* 6. *& conſ.* 87. *num.* 15. Cranett. *in conſil.* 13. *num.* 2. Et multò magis ſi qualitas maſculinitatis fuiſſet geminata, Gratus *in conſil.* 101. *numer.* 20. Ruin. *in conſil.* 141. *numer.* 5. *&* 10. *&* 15. *volum.* 2. qualitas enim maſculinitatis cenſetur appoſita, vt bona in familia conſeruentur, Socin. *in conſ.* 97. *n.* 11. *vol.* 4. Decius *in conſil.* 15. *col.* 3. *& conſil.* 270. *col. penult.* Et coniectura conſeruationis familiarum per maſculos, non ſolùm in vltimis voluntatibus, ſed etiam inter viuos locum obtinet. Dec. *in conſil.* 578. *in fine, n.* 11. & notat Bartol. *in l.* 2. §. *videndum. ff. ad Tertull.*

Sextus caſus eſt, diſpoſitio pro hæredibus † intel- 34.
ligitur de deſcendentibus, quando in loco adeſt cõmunis vſus loquendi, quòd hæredum appellatione veniunt deſcendentes. Bartol. *in conſ.* 52. *incip. Salumben part.* 1. quem ſequitur Iaſ. *in d.* §. *etiamſi parente. colum. antepenult.* Natta *in conſil.* 130. *numer.* 2. *& in conſil.* 159. *numer.* 8. Bald. *in cap. in præſentia. de probationib.* Neuizan. *in conſil.* 29. *in princip.* Pariſ. *in conſil.* 31. *numer.* 46. *volum.* 1. Fulgoſ. *in conſ.* 17. *col. penult. verſ. caſus tamen.* Bald. *in conſil.* 325. *vol* 4. vbi quòd licèt multi teneant contrarium, tamen hæc opinio eſt verior ex communi vſu loquendi.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando cõmunis vſus loquendi † probatur, ſicut probari debet, 35.
velut etiam conſuetudo. Bart. *in l. ſi quis ſeruum. ff. de condit. & demonſtrat.* Alex. Cror. & Iaſ. *in rubric. ff. de noui oper. nuntiat.* Cephal. *in conſ.* 611. *in fine*, vbi ſcribit de modo ipſum probãdi. Itẽ quia ſpecialiter in caſu, de quo agitur, probari debet. Oldrad. *in conſ.* 237. *col.* 1. Ancharan. *in conſ.* 339. *col.* 5. *verſ. ad ſecundum*, Alex. *in conſ.* 196. *col.* 3. *verſ. quia dicti. vol.* 2. *& conſil.* 6. *vol.* 5. Curt. iun. *in conſil.* 26. *col. penult. verſ. ex præmiſſis.* Albert. Brun. *in conſil.* 66. *col.* 2. *circa fin.* Cravet. *in conſ.* 96. *n.* 4. Rimin. iun. *in conſ.* 282. *n.* 46. *vol.* 3.

Item declaratur, quòd nõ debeat attendi cõmunis vſus loquendi, quando volũtas teſtatoris repugna-
ret, † Cephal. *in conſil.* 306. *n.* 118. Item non debet at- 36.
tendi

tendi ad hunc effectũ, vt transferat onus probandi
contrarium in aduerſarium, vt dixerunt Crauet. *in
conſil.*166. *n.*9. & Bero. *in conſ.*110. *n.*46. *vol.*2. quo-
niam qui ſe fundant in illo communi vſu loquen-
di, habent præſumptionem regulæ iuris in contra-
rium, quòd appellatione hæredum, veniant om-
nes in infinitum; ergo ipſi debent probare d. com-
munem vſum in hoc vſu particulari, contra regu-
lam iuris, quæ eſt potentior.

Septimus caſus eſt, quando hæredum mentio fa-
cta eſt in feudis cum aliquo coniuncta qualitate, pu-
ta pro hæredibus in perpetuum, vel pro hæredibus
& ſucceſſoribus quibuſcumque, vel pro hæredibus,
& quibus dederis. Et tunc an veniãt etiã hæredes,†
37. & ſucceſſores extranei, vide quæ ſcripſi latiùs *in tra-
ctatu de clauſulis. parte* 2. *clauſula* 42. *&* 45. *&* 46.

38. Octauus caſus eſt, appellatione hæredũ † venit in-
ſtitus in re certa, quia text. *d.l. hæredis. ff. de verb. ſignif.*
omnes ſucceſſores comprehendi declarat, ſiue per
vniuerſitatem, ſiue in rem, per quem text. ita fuit iu-
dicatum in Parlamẽto Tholoſan. Maynard. *deciſ.*88.
parte 5. Nec obſtat *l. quoties. C. de hæred. inſtit.* quia *ibi*
præſupponitur alterum cohæredem vniuerſalem fa-
ctum fuiſſe, ſed ſimpliciter, & abſolutè loquendo,
non eſt hæres vniuerſalis, neque eſt legatarius, ſed
tertia ſpecies participans de natura vtriuſque, &
hanc opinionem tenet Rota *deciſ.* 712. *num.* 5. *part.*
1. *in Nouiſſim.* quam probaui latiùs ſuprà in hac par-
te *quæſt.* 11. *artic.* 1. *in* 8. *caſu*, & ideo nomine hæredis
comprehenditur.

Nonus caſus eſt, continetur etiam fideicommiſſa-
39. rius,† propter generalitatem *d.l. hæredis appellatione.
ff. de verb. ſignificat.* nam & ipſe ſucceſſor eſt, & teſta-
tori ſuccedit. Et licèt multæ leges dicant fideicom-
miſſarium non eſſe propriè hæredem. *l. filiusfamil.* §.
*final. ff. quod cum eo, in verſ. effectu enim quodammodo hæ-
res eſt. l.* 1. § *quamquam, &* §. *de illo, & l. poſtulante.* §. *pe-
nult. ff. ad Trebell.* §. *reſtituta. Inſtit. de fideicommiſſ.
hæredit.* §. *inordinatum. in Auth. de triente, & ſemiſſ. in
verſ. ad ſimilitudinem hæredis. l. item veniunt.* §. *fin. ff. de
petit. hæredit.* Tamen quando materia de qua agitur
ita conuenit hæredi, ſicut fideicommiſſario, tunc ap-
pellatione hæredis venit fideicommiſſarius, nam
pactum hæredi factum etiam prodeſt ei, cui reſtitu-
ta eſt hæreditas. *l. ſicut.* §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypo-
thec. ſolu.* Item ſtatutum de continuanda poſſeſſio-
ne in hæredem, habet locum etiam in fideicommiſ-
ſario. Rebuff. *ſuper conſtitut. regni Galliæ in tract. de
materia poſſeſſorij artic.* 9. Benedict. *in c. Raynutius in
verb. mortuo, in ſecundo. num.* 72. Item fideicommiſſa-
rius petit ſe immitti in poſſeſſionem ſicut hæres,
vt *D.N. tom.* 5. *tit. Fideicommiſſarius. c. ille cui, & cap.
ſi nullus eſt hæres*, & actus factus ab eo an cenſea-
tur factus velut ab hærede, an velut à fideicommiſ-
ſario, declarat Rota, vt *in d. tit. Fideicõmiſſarius. c.* 1. er-
goquãdo materia cõuenit, ipſe propriè hæres dicitur.

40. Decimus caſus eſt, appellatione hæredum ve-
niunt † ſubſtituti vulgariter, quia à dicta ſubſtitutio-
ne teſtamentum poteſt recipere validitatem. *l.* 3. §.
fin. ff. de liber. & poſthum. Et ſi teſtator vocauit infrà
ſcriptos hæredes, veniunt non ſolùm inſtituti, ſed
etiam ſubſtituti, *l.* 1. *in princip. ff. de vulgari, & pupill.*
Corn. *in conſil.* 279. *numer.* 2. *& ſeq. vol.* 3. Crauett. *in
conſil.* 243. *num.* 1. *verſ. & licèt teſtator.* Pretus *lib.* 2. *de
interpret. vltim. volunt. ſolut.* 2. *num.* 215 *fol.* 171. Bartol.
in l. qui liberos. §. *hac verba n.* 6. *& ſeq. ff. de vulgari, &
pupill.* & *ibi* Immol. & Paul. de Caſtr.

Vndecimus caſus eſt, appellatione hæredis veni-
41. re etiam † executores teſtamentarios, nullo dato
hærede vniuerſali, Specul. poſt Roffred *in titul.
de inſtrument. edition.* §. *nunc verò aliqua, verſ. item
pone quòd aliquis non inſtituit, & verſ. ſeq.* Innoc. & cæ-
teri Canoniſtæ *in cap. cùm tibi. de teſtament.* Bartol.
*in l. ſi quis ad declinandum, per illum text. C. de Epi-
ſcop. & cleric. & in l. hæredibus in* 2. *ff. de hæred. inſtit.
& in l. centurio. ff. de vulgari, & pupill. & in l. ſi quis
Titio. de legat.* 2. & in ſua diſputatione, quæ inci-
pit, *filium*, Bald. *in auth. licet. cap. de naturalib. li-
ber.* & ideo executores tenentes locum hæredum,
tenentur legata præſtare, & poſſunt conueniri
actione ex teſtamento. Alexand. *in conſil.* 98. *nu-
mer.* 15. *volum.* 2. Item licèt remedium † *d. l. final.* 42.
cap. de edict. diui Adr. tollend. detur ſolùm hæredi-
bus ſcriptis, tamen Epiſcopus, vel alius execu-
tor teſtamentarius, qui non eſt hæres ſcriptus, po-
teſt illud remedium exercere, vt firmarunt *ibi* Bar-
tol. *num.* 12. Bald. *num.* 36. Alberic. *num.* 12. Alexand.
num. 10. Iaſ. *num.* 11. & alij plures, quos ad hoc
refert Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remedio* 4.
numer. 356.

Duodecimus caſus eſt, etiam fiſcus † venit ap- 43.
pellatione hæredis, quando venit ex ſucceſſorio
edicto, ſed ſi venit per confiſcationem omnium
bonorum, vel partis eorum, tunc ſuccedit vt hæres
extraneus, Farinac. *in tit. de delictis. quæſt.* 25. *nu-
mer.* 169. Guazinus *in tract. de confiſcatione bono-
rum, concluſione* 20. *numer.* 20. Carpan. ſuper no-
uis conſtitut. Mediolani *in* §. *omnium, numer.* 513.
& ſeq. qui alios referunt. Ideo hypotheca † ac- 44.
quiſita delinquenti ſuper feudo, quæ non poteſt
tranſire ad hæredem extraneum, non tranſibit in
fiſcum, ex publicatione bonorum, vt probatur *in l.
ſi finita.* § *ſi de vectigalib. ff. de damno infecto*, per Im-
mol. *numer.* 54. & Paul. de Caſtr. *colum.* 2. Bald. *in
l. in inſulam. ff. ſolut. matrim.* Alexand. *in conſil.* 89.
in princip. volum. 4. vbi quòd ſi emphyteuſis poteſt
tranſire ad hæredem extraneum, tunc publicatis
bonis tranſibit in fiſcum, ſed ſi non poteſt tran-
ſire, niſi ad hæredes ex corpore, tunc non tranſi-
bit in fiſcum. Bartol. *in d.* §. *ſi de vectigalib. numer.* 6.
Alexand. *in conſil.* 23. *numer.* 5. *volum.* 1. Ancha-
ran. *in cap. poſtulaſti, numer.* 54. *de reſcriptis.* Illa
igitur omnia quæ ad hæredem extraneum tranſire
poſſunt, etiam ad fiſcum tranſeunt. Peregrin. *de iu-
re fiſci lib.* 5. *num.* 68. & ſeq. Surd. *de alimentis titulo*
1. *quæſt.* 31. *numer.* 5. *& ſeq.* Et quia fiſcus † in caſu 45.
confiſcationis non ſuccedit repræſentando delin-
quentem, ſed potiùs per ipſius delinquentis anni-
hilationem, vt dicit Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, in
ver. vacantia, numer.* 18. *& ſeq.* Gigas *in tractatu de
crimin. læſæ maieſtatis. lib.* 3. *rubric. de pluribus quæ-
ſtionibus quæſt.* 19. *numer.* 5. Ideo non eſt verus hæ-
res, ſed potiùs anomalus hæres, vt dicit Bartol. *in
l. inter eos.* §. *final. numer.* 3. *ff. de fideiuſſ.* & Bald. *in l.
executorem numer.* 33. *C. de execut. rei iudicatæ.* Satis
eſt igitur quantum pertinet ad propoſitum iſtius ca-
ſus, quòd fiſcus † etiam qui ad bona ſuccedit, hæres 46.
ſit, quia anomalus eſt hæres, ſicut inſtitutus in re cer-
ta, vt dixi nuper, & tamen hæres eſt, & cùm ſit hæ-
res, an & quando teneatur ad onera, & qualia ſolue-
re, & ſuſtinere debet, conſule ſcripta per Rebuff. *in
d.l. hæredis ſignificatione. ff. de verb. ſignificat.* & per Pe-
regrin. Guazin. & alios ſuprà allegatos, quia hæc
materia non pertinet ad iſtum caſum.

Pro declaratione iſtius caſus, vide Rebuff. *in d.l.
ſciendum, in* §. *fin. ff. de verb. ſignific.* vbi colligit trede-
cim caſus eorum, qui hæredis appellatione non
veniunt.

ARTIC

ARTICVLVS II.

Hæres in feudo hæreditario an debeat eſſe hæres primi inueſtiti, vel vltimò defuncti.

SVMMARIA.

1. *Succeſſor in feudo hereditario debet eſſe heres vltimi feudatarij,& num.5.*
2. *Feudum hereditarium conuenit cum ceteris rebus hereditariis.*
3. ... *venit in petitione hereditatis.*
4. *hereditas reſpectu primi acquirentis non dicitur amplius hereditas.*
6. *Heredem eſſe in feudo hereditario, vel paratum eſſe, ſuffieit.*
7. ... *& quando ſatis eſt ſi ſit heres primi, vel vltimi.*
8. *Heres in feudo mixto an debeat eſſe heres primi, vel vltimi vaſalli, & qui teneant debere eſſe heredem primi ex falſis allegationibus.*
9. *Menoch.* in conſ.104.num.17.*reprobatur ex falſis allegationibus.*
10. *Surdus* in conſ.475.num. 1.*reprobatur ex falſis allegationibus.*
11. *Feudum mixtum quot modis dicatur.*
12. ... *aliquando conſideratur reſpectu concedentis.*
13. *Feudi mixti exempla reſpectu eorum, quibus conceſſum eſt, qui declarent, & num.15.*
14. *Cacheran.* in deciſ. 161.*reprobatur ex falſis allegationibus.*
16. *Heres in feudo mixto debet eſſe heres vltimi, non autem primi.*
17. *Proximiores in vna linea admittendi ſunt, etiam ſi eſſent remotiores primi inueſtiti, & num.20.*
18. *Menoch.* in conſ.690. *reprobatur ex erroneis allegationibus.*
19. *Heredem eſſe primi inueſtiti in feudo mixto, quomodo intelligitur.*
21. *Heres in feudo mixto eſt heres ſanguinis reſpectu primi acquirentis, eſt heres feudi reſpectu vltimi morientis.*
22. *Feudum eſt hereditarium, eo ipſo quòd facta eſt mentio de heredibus.*
23. *Feudum datum pro heredibus eſt ex prouidentia, & hereditarium.*
24. *Feudum propter verbum* hæredibus, *eſt hereditarium & nunquam haberi poteſt, niſi ab herede.*
25. *Heres in feudo hereditario ſufficit eſſe heres in quota hereditaria.*

QVI vult ſuccedere in feudo heredi-
1. tario,† vltimi morientis hæres debet
eſſe, Andr. *in c.1.§ huius autem generis,*
in quib.cauſ. feud. amitt. & in cap. 1.§.
quid ergo.de inueſtit.de re alien.fact. Bald.
in l. cùm virum, numer. 21. cap. de fideicommiſſ. Dec.
in conſil.78.num.6. Natta *in conſil.159.num.21.* Peregrin.
in conſil. 9. num. 12. volum. 1. Cephal. *in conſil.*
152.num. 7. Ergo de hoc feudo † idem iudicatur,
2. quod de cæteris rebus hæreditariis, Bartol. *in l.vt*
iuſiurandi. §. ſi liberi, colum. 1. verſ. & ideo feuda. ff.
de oper. libert. & in l.item uidendum. §. ſin.ff.de petition.
hereditat. Andr. *in cap.1. an agnatus.* Dec. *in conſil.*
79.num.5.& conſil.395.numer. 5. Brun. *in conſil. 321.*
colum.9. verſ. ſed predicta, volum.2. & ibid.colum. 10.
verſ. & quod talis. vbi alios refert. Pariſ. *in conſil.2.*
numer. 42. & ſeq. & per totum volum. 1. Cephal. *in*
conſil. 389. numer. 10. & conſil. 361. numer. 18. volum.3. Propterea feudum † venit in petitione hæ- 3.
reditatis ſicut aliæ res hæreditariæ. Bartol. *in d. §.*
ſi liberi. Dec. *in conſil. 78. num.6.& d. conſil. 395. num.*
4.& ſeq. Ergo debet eſſe feudum illius, cuius hæreditas
petitur, hoc eſt, vltimi morientis, de cuius
feudo tractatur. Alexand. *in conſil. 10. colum. pen.*
in fine. volum. 3. Curt. iun. *in conſil. 138.colum. final.*
verſ. permiſſis non obſtantibus, qui hanc concluſionem
aliquibus rationibus comprobat. Item quia hæ-
reditas † primi acquirentis non eſt ampliùs hære- 4.
ditas, quia per aditionem ſui hæredis confuſa eſt,
& dicitur patrimonium adeuntis. *l ſed ſi plures. §.*
filio. ff. de vulgari. gloſſ. *in l. 1. §. veteres. ff. de acquir.*
poſſeſſ. Dec. *in l. hereditas nihil aliud. ff. de regul. iuris.*
Ergo intelligendum eſt de hæreditate, quæ ſit
hæreditas tempore petitionis feudi, & ita ſucceſ-
ſiuis temporibus de hæreditate illius, penes quem
feudum reperitur, nam cùm ſit hæreditarium,
cum ipſa hæreditate ambulare debet. Item ſi non
intelligeretur de hæreditate vltimi, tunc eſſet in
poteſtate iſtius vltimi † aliũ hæredem vniuerſalem 5.
facere, & alteri feudum relinquere cum hæreditate
acquirentis, qui diceretur legatarius. *l. cùm filius.*
§. Lucio. de legat. 2. l. cogi. §. ſed & ſimiles. ff. ad Trebell.
Socin. *in l. cum filiofamilias numer. 14. de legat. 1.* &
tunc feudum hæreditarium perueniret ad legatarium,
non autem ad hæredem, nam illa regula, hæ-
res teſtatoris, non habet locum in hærede in re particulari,
vt ſcripſi *in articulo precedenti*, & hac ratione
Cephal. *in conſil. 665. num. 25. volum. 5.* Et hanc
opinionem ego probaui *in tractatu de clauſulis, in*
clauſula, pro heredibus num.7.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando feudatarius
vltimus fecit illum hæredem, ſecus ſi alterum
hæredem feciſſet, quia cùm per eum non ſtet, tunc
ſufficit eſſe hæredem primi inueſtiti, paratum † eſſe 6.
hæredem vltimi immediati, quando illum feciſſet
hæredem, ita firmarunt Bald. *in c.1.col.3. n.9. verſ. ſed*
quid ſi filius viuo patre, an agnatus, vel filius. Curt. iun.
in conſ.138.n.25. Roland. *in conſ.53.n.15.vol.3. & conſ.*
48.n.5.in fin.vol.4. Pariſ. *in conſ.23.n.178. & 185.vol.*
1. & ita fuit iudicatũ in Rota, vt *D.N.tom.5.tit. Succeſſio.c.qui ad feudum.*
Clarus *in §. feudum. q.9. verſ. ſed*
quæro, vbi atteſtatur ſenatum Mediolani ita iudicaſ-
ſe, Cephal. *in conſil.224. num. 25. & in conſ.301. num.*
14c. vbi quòd ſufficit, ſi eſt hæres primi inue-
ſtiti, quando non poteſt eſſe hæres vltimi feuda-
tarij, qui alium fecit ſuum hæredem. Surdus, qui
refert alios, *in conſil. 5. num.51.& ſeq. vol. 1.* Et ita
intelligenda eſt opinio aſſerẽtium, neminẽ poſſe eſ-
ſe feudatarium in feudo † hæreditario, niſi ſit hæ- 7.
res primi inueſtiti, vel vltimò defuncti, prout fir-
marunt Andr. *in c.1.§. hoc quoque. de ſucceſſ. feudi.* Crauet.
qui multos refert *in conſil. 197. num.5.* Roland. *in*
conſ.67.num.n.24.vol.2.& in conſil.53.n.7.vol.3. Natta
conſil.634.num.9. Cephal. *conſ.303.* Menoch. *conſ.104.*
per totum. Riminald. iun. *conſil.28.num. 60.vol.1.* Burſat.
conſil. 76. num. 2. vol. 1. videlicet, vt alternatiua ſit
vera, quando non poteſt eſſe hæres vltimi feudatarij,
qui alium fecit ſuum hæredem, ſecus quando vltimus
vaſallus proximè ſucceſſurum in feudo fecit
hæredem, tunc enim, ſi feudũ hæreditarium habere
vult, illius hæreditatem acceptare debet.

Secundus caſus eſt, in feudo mixto, in quo † ſatis 8.
eſt eſſe hæredem primi inueſtiti, & primi acquirentis.
Ita probant Menoch. *in conſil. 104. num. 17. vol. 1.*
Surd. *in conſil.475.num. 1. vol.4.* Peregin. *in conſil.7.n.*
6.vol.1. Milanenſ. *in deciſ.5.num.19. & ſeq.lib. 1.* Nec
requiritur quòd ſit hæres vtriuſque. Surd. *in conſ.63.*
num.21.vol.1. Clar. *in §. feudum quæſt.9.verſ. ſed quæro.*

qui

qui tot Doctores allegant, vt vix in vna dieta videri poſſint.

Sed quia hæc concluſio numquam mentem meam intrare potuit, ideo omnes prædictos Doctores ab eis allegatos videre volui, & cùm in diuerſis terminis loquantur, nullatenus recipienda eſt, nam Clarus à Menoch. † allegatus ſe fundat *in conſ. Alexand.* 10. *num.* 8. *vol.* 3. qui aliter loquitur, quàm allegatur, dicit enim, quòd vbi eſt conceſſum ſibi, & hæredibus, tunc nunquam tranſit ad agnatos, niſi ſint hæredes illius recipientis: ſed per hæc verba Alexādri præſupponitur eſſe hæreditarium, non autem mixtum, vt nos quærimus in hoc caſu, & Thomas de Marinis *in ſuo tractatu de generibus, & qualitate feudorum*, etiam feudum antiquum, & paternum poſſe fieri hæreditariū per qualitatem hæreditariā ſuperadditam probat in particulari titulo, *de feudo hæreditario antiquo paterno*. Itē Brunus à Menoch. allegatus *in conſ.* 18. *n.* 14. *vol.* 1. loquitur de feudo hæreditario, & *ibi n.* 15. vult quòd in eo non ſolùm ſuccedatur per ſucceſſionem, ſed etiam ex pacto, & prouidentia. Eodem modo loquitur Dec. *in conſ.* 290. *n.* 5. & Pariſ. *in conſ.* 65. *n.* 32. *vol.* 3. nihil loquitur de hac

10. materia. Item Natta *in conſ.* 679. allegatus à Surdo † dicit totum contrarium, probat enim quòd feudum datum pro ſe & hæredibus, non eſt feudum rectum, ſed hæreditarium, imò etiamſi fuiſſet dictum pro hæredibus maſculis, non eſt alterata natura feudi hæreditarij, Burſat. *in conſ.* 2. *n.* 37. *vol.* 1. loquitur de feudo hæreditario, & ita etiā Dec. *in conſ.* 208 *in fine.* Pariſ. *in conſ.* 23. *n.* 185. *vol.* 1. loquitur de feudo paterno, & antiquo, vt ipſe declarat *n.* 122. Sed nos loquimur de feudo mixto, ita vt nullus ex allegatis per Surdum probet concluſionem, neque ex conſarcinatis per Peregrin. *in d. conſil.* 7. *n.* 6. & per Milanenſ. *in d. deciſ.* 5. *num.* 19. (qui in allegando fecerunt acetarium variarum herbarum,) aliquis probat iſtam concluſionem, loquuntur omnes aut de hæreditario ex pacto, aut de feudo recto.

11. Quamobrem primò declarandus eſt terminus feudi mixti † à Doctoribus excogitati, deinde reſoluēdus caſus, an in eo ſufficiat eſſe hęredem primi, & non vltimi. Quo ad primum, feudum mixtum du-

12. pliciter eſt conſideratum, vel reſpectu concedentis, † vel eorum, quibus conceſſum eſt. Primo modo, vt, quando quis habet feudum à Barone, ſed illud reperitur ſcriptum in libris Regis, hoc feudum dicitur mixtum reſpectu concedentium, ita declarat Pontus *in tractatu de poteſtate proregis tit. de Aſſeſſoribus Regis.* §. 1. *n.* 10. ita vt non poſſit alienari ſine conſenſu tam Baronis quàm Regis, ea ratione, quia quod omnes tangit, ab omnibus expediri debet. Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeudis in* 1. *authoritate Baronis. col.* 1. Afflict. *in conſtitutione Regni poſt mortem in* 3. *notabili*, & iſte caſus non pertinet ad hunc articulum.

13. Secundo modo dicitur mixtum reſpectu eorum, † quibus conceſſū eſt, attētis verbis in inueſtituris appoſitis, & hāc materiā latiſſimè ſcripſerunt Io. Thomas de Marinis *in tractatu de generibus, & qualitate feud. c. de feudo mixto*, Intrigliol. *in* 1. *centur. de feudis q.* 49. & Cacheran. *in tota deciſ.* 161. Sed Cacheran. †

14. iſtum caſum de feudo mixto, erroneè ſcripſit, videlicet, quòd feudum pro ſe & hæredibus conceſſum, dicatur mixtum. Hæc opinio eſt falſa, & probatur ex illiſmet Doctoribus, quos ipſe allegat. Alex. *in conſ.* 55. *n.* 6. *vol.* 4. dicit, pro ſe, & hæredibus eſt hæreditarium, ſed pro ſe, & liberis eſt ex pacto, Pariſ. *in conſ.* 3. *n.* 9. & *conſ.* 5. *n.* 5. *vol.* 1. & Gozadin. *in conſ.* 9. *n.* 52. dicunt idem, pro ſe & hęredibus eſt hæreditarium, pro ſe & liberis eſt ex pacto. Item Dec. *in conſ.* 186. quem allegat, nihil dicit, & *in conſ.* 208. loquitur, ſi eſt facta conceſſio per ſe, & hæredibus ſuis, liberis vtriuſque ſexus, & ita cæteri à Cacherano allegati loquuntur, & eius opinio tanquā erronea eſt omnino reijcienda, & funditus extirpanda, quæ extinguit omnia feuda hæreditaria, quia ſic eſſent mixta. Meliùs ſcripſerunt Intrigliol. & Marin. vt mixtū dicatur, † à qua- 15.
litate adiuncta qualitati hęreditariæ, vt ſi dictū fuerit, pro ſe, liberis, vel filiis, & hæredibus; item pro ſe, hæredibus, & deſcendentibus; item ſi pro ſe, filiis, & hæredibus, maſculis & feminis; item ſi pro ſe & hæredibus ex corpore deſcendentibus; item ſi pro te, & hæredibus tuis, ita quòd viuatur iure Francorū. His & ſimilibus caſibus dicunt præfati Doctores, & allegati ab eis, feudū non dici hęreditariū, quia iſta qualitas hæreditaria eſt immutata propter verba adiūcta, ex quibus intelligi poſſit, quòd concedēs intellexerit de liberis, vel deſcendētibus ex corpore, & ita qualitas addita qualitati faciat feudū mixtū, ſicut dicitur de mixto imperio, quòd participat ſecūdùm doctrinā cōmunē de mero imperio, & iuriſdictione.

Explicato primo pacto, venio ad reſolutionem caſus, an in hoc feudo, quod mixtum appellāt, ſufficiat ſi ſucceſſor ſit hæres primi, vel neceſſarium ſit, vt ſit hæres vltimi feudatarij defuncti. Reſpondeo, quòd neceſſarium eſt, vt ſit hæres vltimi, † & hanc 16.
ſententiam firmauit Andr. *in c.* 1. *de ſucceſſ. feudi*, cùm feudum inceperit ex ſui forma eſſe hæreditarium, quia in eo primus acquirens habuit hæredem, ideo effectum eſt patrimoniū adeuntis, vt dicit Andr. *in l. imperialem col.* 8. *de prohibita feud. alienat. per Federic.* & *in c.* 1 *col.* 6. *de natura ſucceſſ. feudi.* & *in c.* 1. §. *quid ergo, in fin. de inueſtitura de re aliena facta*, vbi quòd primus qui ſucceſſit adimpleuit formam quo ad ſe, & non reſtrinxit formam quo ad alios ſucceſſores, neque fuit perſonalis forma pro primo hęrede, ſed pro omnibus hæredibus, & ſucceſſoribus, vnuſquiſque ſibi, & hæredibus ſuis proſpexit. *c.* 1. *de duobus fratribus.* Itē Andr. *in c.* 1. *col.* 3 *de alien. feudi paterni*, & in conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus, dicit: Ab homine data eſt eadem forma, ita quòd iuris, & hominis eadem norma concurrit, & fortius ligat. *Auth. itaque c. communia de ſucceſſ.* ergo non debet in primo hærede finiri, quod ad omnes hæredes trāſitorium eſt. Qui igitur vult ſuccedere, oportet, vt qualitatem habeat in inueſtitura appoſitam, vt ſit hæres illi vltimo morienti, cui ſuccedere vult. Item Andr. *in c. quo tempore miles.* Quando, air, qui ſuccedere vult, à domino petit inueſtituram, non dicet ſe eſſe hęredem primi, ſed vltimi morientis. Andreæ igitur authoritate freti, qui eſt magiſter, & auriga feudorum, omnes Doctores feudiſtæ firmarūt, in huiuſmodi feudo mixto, vltimi morientis hæredem eſſe oportere, enm, qui ſuccedere vult, Camerar. *in d. l. imperialem fol.* 97. & *in c.* 1. *an agnatus n.* 21. & *plur. ſeq.* Frecc. *in lib.* 3. *de ſubfeudis*, in differentiis feudi ex pacto, & prouidentia, & hæreditarij. §. 10. Canetius *in extrauaganti ſi aliquem.* §. *defuncto, n.* 5. & 12. Cumias *in rubric. d. c. ſi aliquem. n.* 30. Intrigiol. *in d. q.* 45. *n.* 27. qui atteſtatur hāc eſſe communem ſententiā inter feudiſtas, Petrus Gregorius *de conceſſione feudi parte* 4. *quæſt.* 9. *n.* 9. & *q.* 10. *n.* 24. & *ſeq.* Viuius *deciſ.* 441. & *deciſ.* 518. qui multos refert.

Eandem ſententiam firmarunt Curt. iun. *in conſil.* 138. *col. penult.* & *in tract. de feud. part.* 1. *in* 8. *quæſt. princip. col.* 7. vbi quòd quādo feudum habet qualitatem hæreditariam, nullus illud habere poteſt, qui hæres non fuerit, & quod propterea ipſe cōnſuluit, vbi mortuus erat vaſallus relictis hæredibus, & deſcendentibus ex feminis, qui non erant habiles ad ſuccedendum in feudo, & relicto agnato, qui non poterat

in

in dicto feudo hæreditario ſuccedere, quòd feudum ipſum deuoluebatur ad directum dominum, quoniam in agnato deficiebat qualitas, cùm non eſſet hæres, cui hæreditas delata non fuerat, & hanc doctrinam ſequutus eſt Simoneta *in conſil. 59. n. 25.* Præterea Bald. *in conſil. 200. circa fin. vol. 5.* & Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 11. *gl.* 1. *n.* 18. vbi probant, quòd agitur de ſucceſſione, & hæreditate vltimò defuncti, non autem ſtipitis ipſius cuius deſiit eſſe hæreditas per aditionem ſequentium, quorum gradatim facta eſt hæreditas, & proprium patrimonium, ad *l.* 1. §. *veteres.* & *ibi* gloſſ. & cæteri. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & *l. ſed ſi plures. ff. de vulgar. & pupill.* Cephal. *in conſil.* 46. *num.* 25. *volum.* 1. quoniam vbi feudum deuenit ad vnam lineam, † proximiores illius admittendi

17. ſunt, etiamſi remotiores eſſent primo inueſtito, excluſis omnibus aliis, ád text. *c.* 1. *de natur. ſucceſſ. feudi.* vbi hoc notat Bald. & Afflict. *n.* 77. Item in feudo mixto, vbi etiam requireretur quòd ſit hæres primi acquirentis, non eſt tanta neceſſitas nominis hæreditarij, reſpectu ipſius primi, quia ſufficit, quòd ſit hæres vltimi, & quòd ſit paratus eſſe hæres primi acquiſitoris.

18. Neque Doctores à Menochio allegati † *in conſil.* 690. *n.* 5. *vol.* 7. dicũt, quòd in feudo hæreditario mixto, ſucceſſor debeat eſſe primi inueſtiti, non autem vltimi morientis hæres, Bald. allegatus *in d. c.* 1. *de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis*, differentia, ait, quæ ſit inter filios, & agnatos, habet locum, quando feudum ſimpliciter conceſſum eſt, ſecus ſi hæreditario nomine, quia tũc non ſucceditur citra ius, & nomen hæredis, & ita potiùs eſt allegandus pro opinione noſtra. Tiraquell. *in d.* §. 11. *gloſſ.* 1. *num.* 19. dicit totum contrarium, & eſt allegatus pro nobis. Rubeus *in conſil.* 85. *num.* 6. *verſ. vltimò*, dicit, vltimò aduertendum eſt, quòd in tali feudo, quod non eſt hæreditarium, non debet attendi proximitas illius à quo feudum vacat, ſed proximitas primi acquirentis, & ita loquitur de feudo hæreditario, prout etiam loquuntur Angel. *in conſil.* 110. Zabarell. *in conſil.* 124. Calderin. *in conſil.* 13. *de feudis*, quia Menochio confarcinantur: ſed nos loquimur de feudo mixto, quod eſt hæreditarium. Item Conar. *in lib. practic. quaſt. cap.* 38. *colum.* 1. dum reſpondet ad *cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feudi*, dicit procedere in feudo hæreditario, non autem in feudo non hæreditario, & ipſe Menoch. *in conſil.* 124. *numer.* 42. *volum.* 2. ita pariter firmat, ſed nihil dicunt de eo quod eſt feudum mixtum, & qualitatem hæreditariam habet, in quo, vt dictum eſt, qui ſuccedere vult, vltimi defuncti hæredẽ eſſe oportet.

Illi autem Doctores, qui tenent, debere eſſe hære-

19. dem † etiam primi inueſtiti, intelligẽdi ſunt de hæreditate ſanguinis, id eſt, debent eſſe de ſanguine primi inueſtiti. *d. c.* 1. *de natura ſucceſſ. feudi, & c.* 1. §. *Corradus, de his qui feud. dar. poſſ.* cum aliis ad hoc allegatis per Viuium *deciſ.* 441. *numer.* 2. & per Pontum *in conſil.* 34. *num.* 4. & per Frecc. *in d. lib.* 3. *de ſubfeud.* in 16. differentia feudi hæreditarij, & ex pacto, text. enim *d. cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feudi*, diſponit quòd poſtquam feudum ex diuiſione, vel tranſactione peruenit ad vnam lineam, vltimo

20. defuncto ſuccedunt proximiores, & non fit † tranſitus ad aliam lineam, & ita declarant *ibi* Bald. & Afflict. *numer.* 77. poſt Andr. & alios, quos citant, Natta *in conſil.* 22. *numer.* 1. Menoch. *in conſil.* 104. *numer.* 57. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 14. & fatetur etiam Surdus *in conſil.* 517. *numer.* 3. vbi ait, feudum fuit vni ex capitibus tranſuerſalis lineæ aſſignatum, tunc ita conſeruandum eſt in ea linea, vt deſcendentes ab ea præferantur aliis à primo ſuperiori ſtipite deſcendentibus, qui etiam ſint ipſi ſtipiti proximiores, quia quò ad lineam cui fuit in totum aſſignatum egreditur naturam paterni feudi. Butr. *in conſil.* 47. *numer.* 2. *in fin.* Calderin. *in conſil.* 13. *de feudis.* Ruin. *in conſil.* 142. *numer.* 17. *volum.* 3. Ripa *in l. ex facto, in princip. numer.* 7. *ff. ad Trebell.* ergo linea illius extincta cui fuit feudum aſſignatum non debemus recurrere ad lineam primi ſtipitis, ſed ad proximiorem ipſius vltimi decedentis. Io. Vinc. Anna *ſingulari* 422. Erit igitur † hæres ſanguinis reſpectu acquirentis is qui 21.
eſt de eius linea, & ſuccedit vltimo, ſed negari non poteſt, quin is qui eſt hæres ſanguinis reſpectu acquiſitoris, quia eſt de eius linea, ſit etiam hæres hæreditatis in feudo mixto hæreditario, quia eo ipſo, quòd de hæredibus † mentionem fecit, prima natu- 22.
ra feudorum transfunditur in naturam feudi hæreditarij. *cap.* 1. *de feudo non hab. propriam nat. feudi.* & ſtatim quod dixit hæredibus, factum eſt hæreditarium. Andr. *in cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi, in* §. *hoc quoque colum.* 2. *& in cap.* 1. *colum.* 1. *&* 2. *an agnatus, & in cap.* 1. §. *huius autem generis in quib. modis feudum amitt.* Bartol. *in l. vt iuſiurandi.* §. *ſi liberi. ff. de oper. libert.* & ideo Andr. *in cap.* 1. *colum.* 2. *de alienat. feudi paterni*, dicit, licèt feudum † datum pro 23.
hæredibus debeatur nobis ex prouidentia dantis, & pacto recipientis; alia tamen ratione non reuocabit, quia hæres eſſe tenetur, quaſi prima natura feudi recti ſit transfuſa in naturam feudi hæreditarij, *d. cap.* 1. *de feud. non hab. propr. nat. feudi.* Et tunc quando eſt appoſitum verbum † *hæredibus*, nunquam poteſt 24.
quis habere feudum, niſi ſit hæres morientis. Andr. *in d. c.* 1. *an agnatus, & in d.* §. *hoc quoque, & in d. c.* 1. *de alienat. feudi paterni, & in d.* §. *huius autem generis.* Camerarius *in d. l. imperialem* §. *præterea ducatus, colum.* 8. *verſ. ad ſecundum. & in d. cap.* 1. *quaſt.* 9. *an agnatus, numer.* 91. *& ſeq.* Loffred. *in conſil.* 46. *& in conſil.* 1. *poſt numer.* 118. Camill. de Curte *in diuerſorio iuris feudorum.* §. *multoties concedens, num.* 50. *& plurib. ſeq. fol.* 48. qui optimè etiam hanc concluſionem comprobat.

Declaratur iſte caſus, vt ſufficiat eſſe hæredem † 25.
in quota hæreditaria, Bald. Angel. Salyc. & alij quos refert, & ſequitur Alex. *in l. quadam.* §. *nihil intereſt. ff. de edend.* Curt. ſen. *in conſil.* 89. *num.* 12. Pariſ. *in conſil.* 2. *numer.* 28. *vol.* 1. Roland. *in conſil.* 21. *numer.* 46. & *conſil.* 67. *numer.* 29. *volum.* 3. Peregrin. *in conſil.* 19. *num.* 2. *vol.* 2. Viuius *deciſ.* 441. *num.* 8.

ARTICVLVS III.

An hæres ex teſtamento imperfecto, retinendo bona ſit ſecurus in conſcientia, vel debeat reſtituere.

HVnc articulum ſcripſi latiſſimè ſuprà in hac parte, *quaſt.* 1. *artic.* 8. *à num. ſexto*, ibi vide.

ARTICVLVS IV.

An hæres creditor per aditionem confundat ſuum creditum.

SVMMARIA.

1. *Creditor factus hæres, adeundo, confundit creditum, & cenſetur ſibi ſoluiſſe.*

2. *Aditio*

2. *Actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto.*
3. *Hypotheca extinguitur, acquiſito dominio irreuocabiliter.*
4. *Hypotheca extincta quando reuiuiſcit.*
5. *Compenſatio debiti non ſit, quando hæreditas non eſt remanſura penes creditorem hæredem.*
6. *Datione in ſolutum extinguitur hypotheca.*
7. ... *ſecus ſi datio in ſolutum non habuit effectum.*
8. *Actus etiam validus dicitur nullus, ſi non poteſt habere effectum.*
9. *Contractus primus non cenſetur nouatus per ſecundum, qui eſt nullus.*
10. *Mulier pro ſuis dotibus præfertur cuicumque creditori anteriori.*
11. L. in rebus. C. de iure dot. *concedit priuilegium doti contra creditores anteriores.*
12. *Hypothecæ appellatione ſemper in dubio intelligitur de expreſſa.*
13. *Hypothecæ tacitæ priuilegium fuit conceſſum* in l. aſſiduis, *& non ante.*
14. L. penult. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. *intellectus.*
15. *Creditor in expenſis funerum præfertur quibuſcumque creditoribus habentibus expreſſam anteriorem.*
16. *Mulier pro dotibus præfertur mutuanti in refectionem, vel in emptionem domus.*
17. *Communis opinio non eſt attendenda, quæ iure non probatur.*
18. *Dotem præferri creditoribus anterioribus in hypotheca expreſſa, an hodie ſit communis opinio.*
19. *Mulier poteſt retinere bona mariti contra creditores anteriores in hypotheca expreſſa, vt ſe, & ſuos alat.*
20. *Creditor factus hæres grauatus de reſtituendo, non confundit ſuum creditum cum hæreditate.*
21. ... *etiam ſi dictus creditor non confecerit inuentariũ.*
22. *Inuentarij omiſſio non nocet hæredi creditori grauato de reſtituendo.*
23. *Fructus percepti per hæredem creditorem grauatum de reſtituendo, non imputantur in extinctionem ſui crediti.*
24. L. mulier §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. *declaratur.*
25. *Teſtator an, & quando cenſeatur relinquere animo compenſandi.*
26. *Creditor hæres grauatus de reſtituendo ſoluens debita, & legata, poteſt illa deducere ante reſtitutionẽ.*
27. *Legatorum annuorum ſolutio pertinet ad hæredem grauatum.*
28. *Hæres grauatus præſumitur ſoluiſſe de ſuo, quando fecit inuentarium.*
29. *Præſumptio fraudis ob non confectum inuentarium tollit præſumptionem quod hæres ſoluerit de ſuo.*
30. *Præſumptio quando ſit iuris, & de iure.*
31. *Teſtator faciendo hæredem creditorem ſuum, poteſt prohibere confuſionem crediti cum hæreditate.*
32. *Hæres aliquando obtinet fieri ſeparationem bonorum.*
33. *Teſtator poteſt grauare hæredem, vt ſibi debitum remittat.*
34. ... *poteſt vnum ex hæredibus grauare, vt omnia debita ſoluat.*
35. *Hæres factus pro parte, non tenetur habere ratum niſi pro parte.*
36. *Debitor factus hæres confundit ius debitum cum hæreditate.*
37. *Correlatiuorum diſpoſitio eſt vna in omnibus, etiamſi de altero tantum mentionem faceret.*

Doct. Marta ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

QVando creditor † ſuccedit debitori irreuoca- 1.
biliter, aditio hæreditatis inducit extinctionẽ
crediti, & operatur illius ſolutionem, vt communi-
ter omnes concludunt, & pro regula conſtituunt,
ex *l. Stichum. § aditio. ff. de ſolut. l. cum ſecundũ. C. de fidei-
commiſſ. l. ſi debitori,* & *ibi* gl. *C. de pact. l. ſi induxa. C. de
hæredit. action. l. licet. C. ad legẽ falcid. l. ſi ab eo. C. de negot.
geſt. l. ſi debitori creditor. C. de fideiuſſoribus* Et ratio eſſe
poteſt, quoniam ſi eſt creditor in actione perſonali,
ideo eſt inducta cõfuſio actionis, quia actio †, & paſ- 2.
ſio nõ poſſunt ſtare in eodẽ ſubiecto. Bald. *in l. ſi vxor.
C. de bonis authorit. iudic. poſſidẽd.* Itẽ quia hæres, & de-
fũctus cẽſentur eſſe vna perſona. §. 1. *auth. de iureiur. à
moriẽte præſtito.* Idcirco ſi ſuccedit in totũ, cõfunditur
in totum. Menoch. *in conſ. 89. n. 43. vol. 1.* ſi ſuccedit in
parte, cõfunditur pro parte, pro qua eſt hęres. Goza-
din. *in conſ. 94. n. 46.* & talis cõfuſio habetur pro vera
ſolutione. Addentes ad Iaſ. *in d. l. debitori. C. de pact.* Si
verò eſt creditor in actione hypothecaria, ideo con-
fundũtur actiones, quia ipſe hæres adeũdo efficitur
dominus bonorũ defũcti ſibi priùs obligatorum, ex
quo dominio † hypotheca extinguitur, quia res ſua 3.
nõ poteſt eſſe ſibi obligata. *l. vti frui. ff. ſi vſusfruct. pet.*
etiãſi propria ſit in parte tãtùm. *l. in re cõmuni ff. de ſer-
uit. vrban. præd.* & mea res non poteſt eſſe mihi obli-
gata. *l. neque pignus,* & *ibi* Dec. & Cagnol. *de regul. iu-
ris.* & declarat Neguſant. *de pignor. in primo membro
quintæ partis, n. 49. & ſeq.* vbi quòd ſẽper ex aditione
facta per creditorẽ hæredem inſtitutum inducitur
ſolutio ſui crediti, quando ex iure hæreditatis ipſe
creditor vtile conſequitur, aut ſaltẽ damnũ nõ pati-
tur. Pontus *in conſ. 8. n. 3. & ſeq.* Gratian. *in diſceptat.
forenſ. c. 203. in prima concluſione.* Theſaur. *in q. forenſ. c.
44. lib. 3.* qui cæteros referunt. Vt autem iſta regula
clarior fiat, aliquot caſus explicandi ſunt.

Primus caſus eſt, quando creditor per hypothecã,
hæres factus adiuit hæreditatẽ, quæ ſibi auocatur à
creditore anteriore, tũc † prior hypotheca illius reui- 4.
uiſcit. *l. ex ſextãte. § Latinus l. argus. ff. de except. rei iudic.*
vbi Bartol. Angel. Alberic. & Paul. de Caſtr. firmant,
quòd hypotheca nõ extinguitur quãdo creditor ef-
ficitur dominus reuocabiliter, & ideo regula *l. qui
res. § area. ff. de ſolut.* vbi ſemel extinctu non amplius
reuiuiſcit, procedit quãdo eſt res extincta penitus, vt
quia factus ſit dominus irreuocabiliter, & ideo licèt
per acquiſitionẽ dominij, ex cauſa aditionis hæredi-
tatis creditoris adeuntis hypotheca videatur extin-
cta, tamen quia bona hæreditatis ſunt etiam alteri
obligata, & à dicto creditore adeũte poſſunt auoca-
ri, eueniẽte caſu euictionis, durat effectus dictę obli-
gationis contractæ, & ideo longè abeſt vt extingua-
tur, & hanc opinionem probat Marotius *in quæſtio-
nibus de ſecundo creditore offerente,* poſitis poſt ſua con-
ſilia *n. 33. & plur. ſeq.* & in puncto caſus de quo agi-
tur Pontus *in d. conſ. 8. n. 3.* & Gabriel *in conſil. 102. n.
17. vol. 2.* vbi quòd non poteſt induci compenſatio † 5.
debiti cum hæreditate, quę penes creditorẽ adeun-
tem non eſt remanſura, quia à creditore anteriore
auocari poteſt, Gratian. *in d. diſcept. forẽſ. 203. n. 10.* vbi
quòd hypotheca creditoris adeũtis, vel non eſt ex-
tincta, etiam de æquitate, vel reuiuiſcit, & agi poteſt
condictione indebiti, vt ibi per eum. Et quamuis per
dationem † in ſolutum extinguantur pignora, & hy- 6.
pothecæ, & quando poſt d. dationem in ſolutum res
euincitur, non poteſt vlteriùs agi ex primæua actiò-
ne, ſed debet agi ex ipſo cõtractu dationis in ſolutũ,
vt probat latiſſimè Surd. *in deciſ. 51. & deciſ. 266.* &
ego *in voto 144.* vbi omnes Doctores allegantur. Ta-
men hoc eſt verum, quando ipſa datio † in ſolutum 7.
habuit effectum, aliàs ſi eſſet nulla, non produceret

iuris effectum. *l.4 §.condemnatum.ff.de re indic.* & *ibi*
per Doct.Roland.*conſil.49.num.29.vol* 4. Item paria
ſunt aliquid non eſſe factum,& non producere iuris
effectum.*l.1.§.nihil ff.de inoffic teſtam.l. ſi quis ſub con-
ditione.ff.de teſt.am.tutel.l.ex conſenſu.* §.1. *ff.de appellat.*
8. & actus quamuis † validus dicitur nullus ſi non po-
teſt habere iuris effectum. Iaſ.*in l.fin.ff.de offic.aſſeſſor.*
Item ad hoc *l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi.ff.de pact.*
9. vbi probatur quòd per contractum † ſecundo loco
factum non cenſetur diſceſſum à primo, ſi ſecundus
fuit inutilis. Sed iſta aditio hæreditatis facta per cre-
ditorẽ,cenſetur facta,vt ſit ſibi vtilis,& proficua, &
vt bona hæreditaria irreuocabiliter penes ſe rema-
neant:cũ autẽ auocãtur,nõ poteſt dici facta ſolutio,
nec confuſio debiti, vt etiã probabo inferiùs in ca-
ſu de creditore hærede facto,grauato de reſtituẽdo.

Declaratur iſte caſus, etiamſi creditor factus hæ-
res, eſſet anterior dote in hypotheca expreſſa, nam
10. mulier†pro ſuis dotibus poſterior in dicta hypothe-
ca præferẽda eſt cuicũque creditori anteriori in illa;
ergo dicta bona hæreditaria pro ſuis dotibus vẽdi-
care poterit,& pro hac opinione cõtra cõmunẽ die-
bus præteritis cõſului,quamuis *in l.1.ff.ſolut.matrim.*
in lecturis Piſanis ego tenuerim pro cõmuni,tamen
nũc ſenior factus,meliùs ponderando leges inueni
hanc opinionẽ eſſe veriorẽ, & ita ſecundùm meam
conſcientiã iudicarem. Siquidem Iuſtinianus *in l.vbi
adhuc C.de iure dot.* conceſſit priuilegiũ doti in actio-
ne hypothecaria cõtra creditores poſteriores poſſeſ-
ſores,vel alios tertios bonorũ mariti poſſeſſores, vt
ab eis mulier auocare poſſit,quã legem condidit Iu-
ſtiniano ſecundo conſule,hoc eſt,anno Chriſti 528.
vbi enim per actionẽ *l. ſi conſtante ff.ſolut.matr.* pote-
rat mulier agere ſolùm per actionẽ perſonalẽ, Iuſti-
nianus ibi conceſſit poſſe agere per hypothecariam
contra creditores poſteriores. Deinde *in l.in rebus.C.
eod.tit.* quã cõdidit Decio quinto cõſule, hoc eſt,an-
no Chriſti 529.cõceſſit mulieri,vt præferatur omni-
bus creditoribus etiam habentibus hypothecam an-
teriorẽ,& vt poſſit agere etiã per rei vẽdicationem,
vltimo loco *in l.aſſiduis.C.qui pot.in pignor.habeantur,*
quã cõdidit Lampadio, & Oreſte quinto cõſulibus,
hoc eſt,anno Chriſti 530.memorãs ſe cõceſſiſſe pri-
uilegiũ contra omnes creditores, eidem mulieri cõ-
ceſſit priuilegiũ vt præferatur omnibus etiã in hy-
11. potheca tacita,& quòd text. *d.l.† in rebus,* loquatur
de creditoribus anterioribus dote in hypotheca ex-
preſſa,probatur *ibi in verſ.neminẽ creditorũ mariti, qui
anteriores ſunt,* quæ verba intelligẽda ſunt de hypo-
theca expreſſa,& poſtea ſubdit mulierẽ hypotheca-
riã omnibus anteriorib' poſſidere;ergo mulier in hy-
potheca expreſſa præfertur omnibus creditoribus in
12. hypotheca†expreſſa,tũ quia ibi nũquã loquutus eſt
de tacita,& appellatione hypothecę,ſemper intelli-
gitur de expreſſa,vt notãt omnes *in rubric.ff.& C.in
quib.cauſ.pignus,& hypotheca tacitè contrahatur.* Tũ et-
13. iã,quia priuilegiũ tacitæ† hypothecæ pro dote fuit
inductũ anno ſequenti 530.*in d.l.aſſiduis;* ergo antea
mulier d.tacitã exercere nõ poterat, aliàs diſpoſitio
d.l.aſſiduis, fuiſſet ſuperflua. Itẽ quia *in d.l.aſſiduis,* re-
fert ſe cõceſſiſſe priuilegium doti contra omnes,&
quoſcũque creditores;& poſtea ſuperaddit dictum
priuilegium tacitæ hypothecæ; ergo generaliter lo-
quendo intellexit cõtra creditores in hypotheca ex-
preſſa. & quòd propter dicta verba generalia intel-
lexerit etiam de hypotheca expreſſa probat Mynſin-
ger.*in obſeruat.*13.*part.*4.vbi dicit in Camera Impe-
riali ita fuiſſe iudicatũ,ad quã Camerã propriè per-
tinet declarare leges Imperiales. Item ad hoc alle-
go Maynardum *in deciſ.*51.*part.*2. vbi atteſtatur ita
fuiſſe in Parlamento Tholoſano iudicatum.

Et pro cõfirmatione induco,quod text. *in l.pen.†* 14.
ff.de religioſ.& ſumpt.funer. dicit, impenſas funerum
ſemper,& omne creditũ præcedere ſolere, quæ lex
nõ habet difficultatẽ quoad actionẽ perſonalem, &
quoad tacitam hypothecã, quia in hanc opinionem
omnes cõcurrunt,ſed dubitatio eſt, an præferantur
cõtra creditores†habẽtes expreſſam,& tamen obti- 15.
nuit, quòd propter generalitatẽ illius legis ſemper,
& omne creditũ,comprehendantur etiã creditores
anteriores in hypotheca expreſſa, prout eſſe cõmu-
nẽ opinionẽ,omnibus relatis probat Surdus *in deciſ.*
255.& Senatũ Mantuanum ita iudicaſſe,vt *ibi,& in
D.N.tomo 1.tit.Creditor.c.ſed an creditor;* ergo *d.l.aſſi-
duis,* quæ refert priuilegiũ cõceſſum eſſe cõtra om-
nes,&,quoſcũque creditores,intelligenda eſt,etiam
quoad habentes expreſſam,anteriores,multò magis
quia conſtat de relato,nã *in d.l.in rebus,* expreſſe di-
citur cõtra anteriores dote in hypotheca, quæ non
poteſt intelligi de tacita per rationes allegatas, &
quia idẽ Accurſ. *in d.l.in rebus,* figurat caſum in hy-
potheca expreſſa.

Itẽ pro dote conſiderabam rationẽ deſumptã ex *l.
interdũ,& l.ſeq.ff.qui pot.in pignor.hab.* & *ex §.his con-
ſequens,in auth.de æqualit.dot.* inducendo *d.§.his conſe-
quens,* dupliciter,prout inducit Socin. *in d.l.3. prope
fin.ff.ſolut.matr.* Nã ibi dicitur,quòd mulier volebat
præferri creditoribus anterioribus,prout pręſuppo-
nitur poſſe,ſed comparebat ex aduerſo qui in refe-
ctionẽ crediderat,& eiſdem creditoribus anteriori-
bus, atque mulieri præferri volebat, & ſic reſpectu
creditorũ nõ fit diſtinctio,ſed de eiſdẽ loquitur tam
reſpectu mulieris,quã reſpectu credentis in refectio-
nẽ,ſed iſte qui mutuat† in refectionẽ præfertur etiã 16.
habẽtibus expreſſam;ergo pariter mulier præfertur
habẽtibus expreſſam. Secũdò inducitur,nã ille text.
loquitur etiã de eo,qui credidit pro emptione agri,
qui cũ ratione hypothecæ vellet præponi aliis, præ-
ſupponitur habere expreſſã,quia ille tacitã non ha-
bet *l licet.C.qui pot.in pignor.habeãtur.* Sed mulier iſti
præfertur,ergo præfertur habentibus expreſſam, &
reſpõſio quam dat Accurſius huic argumento,quod
eſt Martini *in d.l.aſſiduis. C.qui pot.in pignor.hab.* vbi
quòd iſta regula,ſi vinco vincentem te,etiam vinco
te,nõ ſemper eſt vera,iſta reſponſio nihil valet,quia
Accurſius debebat probare in caſu, de quo agitur,
non eſſe verã;quamobrem cùm ratio Martini adhuc
ſtet,& omnia quæ pro reſpõſionibus afferuntur,vel
afferri poſſent,ſemper ſunt,& erunt nugę,nõ eſt re-
cedendum ab opinione Martini contra Accurſium.

Sola difficultas remanet,quia opinionem Accurſij
ſequuti ſunt Bartol. *in d.l.aſſiduis,n.6.* Rip.*in l quæſi-
tum eſt,n.17.ff.de priuileg.credit.* qui atteſtatur eſſe cõ-
munem. Socin.*in d.l.1.num.109.ff.ſolut.matr.* Bald.*in
auth.ſed iam neceſſe,in fin.C.de donat.ante nupt.* Paul.de
Caſtr.*in l.vnic.n.5.C.de priuileg.dot.* Zaſius *in §.fuerat,
n.22.& 24.Inſtit.de actionib.* qui dicit eſſe communẽ
& veriſſimam,& ita fuit iudicatũ in Capella Tho-
loſ.Io.Corſerius *deciſ.*218.& Andreas Gaill *obſeruat.*
25.*part.*2.dicit ſe non recordari in Camera fuiſſe iu-
dicatum contrariũ,& quòd ipſe sẽper ita iudicaret.

Sed reſpondetur primò,non eſſe faciendum fun-
damentum in dictis deciſionibus tribunalium ſe-
quentium dictam communem, quoniam ipſæ reuo-
catæ fuerunt,nam deciſio Capellæ Tholoſ.218. fuit
reuocata in Parlamẽto Tholoſano,vt per Maynard.
*in d.deciſ.*51.*part.*2. & contra Gaill apparet expreſſa
deciſio facta in ipſa Camera Imperiali,quam refert
Mynſinger *in d. obſeruat.* 13. *part.* 4. ex qua appa-
ret memoriam Gaillij defeciſſe.

Secundò

Secundò reſpondetur, quòd communis opinio
17. non eſt† attendenda, quæ iure non probatur, & ita licitum eſt contra illam, & contra gloſſatorem iudicare. Abb. poſt Butr. *in c. tua, num. 9. verſ. nota bene, de vſur.* Non enim eſt attendenda opinio ex numero Doct. ſed quæ melioribus rationibus fulcitur, etiãſi eſſet vnius. *l. 2. §. ſed neque ex multitudine. C. de vet. iur. enucl.* Abb. *in c. capellanus, n. 3. de feriis.* & probat Dec. *in conſ. 499. n. 12. & conſ. 258 n. 1. & conſ. 481. in fin.* & latiùs contra communem ſcribit Natta *in conſil. 120. n. 1.* qui alios refert, & contra communem fuit iudicatum. Franch. *deciſ. 30.* Viuius *deciſ. 393. num. 9.*

Tertiò reſpondetur negando illam eſſe communem, quia hodie noſtris temporibus ex dinumeratione Doctorum qui ſucceſſerunt, apparet commu-
18. nem eſſe opinionem Martini †, nam Camera Imperialis & Parlamentum Tholoſanum, in quibus tribunalibus fuit iudicatum contra Accurſium, faciũt tot Doctores numero, vt poſſit dici communis; & licèt Maynardus *in d. deciſ. 51.* referat aliter fuiſſe iudicatum in Parlamento Pariſienſi, & Curia Burdegalenſi, tamen in dictis locis non obſeruantur leges Imperiales, vt dicit Papa *in c. ſuper ſpecula, de priuilegiis*, & iudicatur ſecundùm conſuetudines, ſolùm in ciuitate Tholoſæ, vbi leguntur leges Imperiales in ſtudio legali, illę obſeruantur, & ideo ad faciendam communem attendendus eſt numerus Cameræ Doctorum, & Parlamenti Tholoſani, quibus accedunt iſti Doctores qui ſequuti ſunt opinionem cõtra Accurſium. Bald. Nouell. *in tract. de dote, parte 10. priuileg. 1.* Abbas, & Barbatia *in c. ex literis. de pignorib.* Igneus *in tract. an rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. n. 138.* Craſſus *in ſuis communibus. lib. 2. quæſt. 16. n. 4.* Alex. Trentacinquius *in lib. 3. var. reſolut. tit. de pignorib. & hypothecis, reſolutione 9. num. 4.* Fachineus *in ſuis controuerſiis lib. 3. cap. 99. & lib. 10. c. 35.* qui reſpondent contrariis. Et plus credendum eſt ſex Doctoribus, qui diſputant articulum, quàm quinquaginta Doctoribus, qui ſcribunt perfunctoriè, &, vt dicitur, per tranſennam, Nauarr. *in ſumma. cap. 27. num. 289.* Sanchez *de matrim. lib. 3. diſputat. 38. num. 2.*

Et hæc concluſio confirmatur ex opinione infra ſcriptorum Doctorum, qui firmarunt, quòd quando creditores anteriores mariti agunt contra bona ipſius in vim hypothecæ, ipſa mulier poteſt ſe illis
19. opponere †, & per viam retentionis bonorum illos excludere, ad hoc vt ſe, & ſuos alat. Bald. Nouell. *in tract. de dote part. 7. priuileg. 24. n. 2. verſ. ſed ego fui in contraria opinione.* Neguſant. *in primo membro quintæ partis num. 29.* & quòd iſti loquantur de creditoribus anterioribus, probatur, quia dicunt quòd diſpoſitio *l. in diuo Pio. §. illud. & §. ſeq. ff. de re iudic.* non procedit quando vxor agit per viam retentionis, ſed ille text. loquitur, vt bona vendantur, & de pretio ſatisfiat creditoribus anterioribus; ergo dicti Doctores intelligendi ſunt contra creditores anteriores. Item Rebuff. *in conſtit. Regias. tit. de conſtit. redditnum artic. 1. gloſſ. 14. n. 43.* tenet idem contra creditores anteriores. Item Aufrer. ad Capell. Tholoſan. *ſuper quæſt. 339.* & Barboſa *in l. ſi conſtante. n. 61. ff. ſolut. matrim.* qui Doctores, opus eſt vt loquantur contra creditores anteriores, aliàs iſta quæſtio eſſet fruſtratoria, & ex his & multis aliis quæ poſui in dicto conſilio, ego nouiſſimè fui in opinione pro dote, contra creditores anteriores.

Quamobrem ſi mulier poſterior in hypotheca expreſſa auferret à creditore anteriore in d. hypotheca, & hærede facto, atque hæreditatem adeunte, ipſius hypotheca reuiuiſcit, & illam exercere poterit, vel contra alia bona, vel contra fideiuſſores, aut inſolidum obligatos, vel poſſet offerre, & alios effectus iuris hypothecæ exercere.

Secundus caſus eſt, quando creditor alicuius factus eſt hæres, & fuit grauatus de reſtituendo † hæ- 20.
reditatem alteri, vel purè, vel ſub conditione, tunc enim adeundo hæreditatẽ, non confundit ſua iura. *l. in imponenda, l. irritum. C. ad legem falcid. l. debitor. ff. ad Trebell. l. ab omnibus. §. final. de legat. 1. l. Stichum aut Pamphilum. §. aditio*, & ibi gloſſ. *in ver. retinet ff. de ſolutionib.* Bartol. *in d. l. debitor, in fine principij.* Alexand. *in conſil. 124. in fin. vol. 2.* Pariſ. *in conſil. 25. num. 63. vol. 2.* Mantic. *de coniectur. lib. 7. tit. 8. num. 15.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 35. num. 1.* Theſaur. *in quæſt. forenſ. cap. 44. num. 4. lib. 3.* Gratian. *in diſcept. forenſ. cap. 203. in 2. concluſione.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiam ſi dictus
creditor † grauatus non confecerit inuentarium. 21.
Bald. *in l. debitori num. 4. C. de pact.* Alciat. *num. 12.* Roland. *in tract. de inuentario, in vltima parte, in cap. pene.* & plurimos ad hoc probandum referunt Peregrin. *in d. artic. 35. num. 1.* & Mantic. *in d. lib. 7. tit. 8. cap. 15.* Paul. de Caſtr. *in d. l. ab omnibus. §. final. de legat. 1.* Socin. iun. *in conſil. 170. volum. 2.* & alij ad hoc relati per Gratian. *in d. cap. 203. numer. 10. & ſeq.* & per Theſaur. *in d. quæſt. forenſi 44. numer. 4. lib. 3.* quia iura, & bona hæredis non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, & ideo omiſſio inuentarij, non
nocet †, quin ipſe hæres poſſit deducere totum 22.
ſuum creditum. Item quia vt hæres teneatur inſolidum, eſt inductum, ne ipſe fraudem faciat legatariis & creditoribus. *§. hinc nobis. autb. de hæred. & falcid.* ideo ſicut releuatur per confectionem inuentarij, ita grauatur præſumptione fraudis contra illos ſi illud non fecerit, ſed reſpectu fideicommiſſarij, cui debet totum reſtituere, nihil eſt immutatum per confectionem, vel omiſſionem inuentarij, vt declarat Iaſ. *in conſil. 28. vol. 3.* ergo cùm non debeat reſtituere aliud quàm hæreditatem, quæ intelligitur deducto ære alieno, ipſe hæres ita grauatus poteſt deducere omnia iura ſua, quia quod hæredi debetur minuit hæreditatem, adeò quòd tantò minus eſt in hæreditate. *l. irritum. C. ad legem falcid.*

Secundò declaratur, vt fructus interim perce-
pti † per creditorem hæredem grauatum de reſti- 23.
tuendo nõ compenſentur cum ſuo credito, prout eſt caſus *in l. cùm quis §. mulier. ff. de dote prælegata*, vbi, ſi teſtator dixit, quicquid ex hęreditate mea ad te peruenerit, reſtituas, tunc non ſunt reſtituendi fructus percepti iudicio teſtatoris. *l. quod his verbis. de legat. 3.* Sed ſi teſtator dixit, reſtituas pro dote, tũc veniunt fructus; ergo ex eo textu probatur, quòd fructus nõ imputãtur in debitũ dotis, ſi cauſa pro dote nõ fuerit addita. Et quòd fructus nõ cõpenſentur cũ credito hæredis grauati, firmarũt Bartol. *in l. cùm pater. §. Titio. n. 5. de legat. 2.* Iacob. Butr. *in l. ſi mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell.* & ibi Bartol. & Alex. Ruin. *in cõſ. 112. n. 18. & in conſ. 115. n. 13. vol. 3.* Alciat. *in conſ. 172. col. 3. lib. 9.* & alij plures ad hoc allegati per Surd. *in conſil. 291. n. 11. vol. 3. & in deciſ. 224. n. 12.* & ita fuit deciſum in Rota Rom. vt *in D. N. tom. 5. titulo Hæreditas, c. æs alienum.* Boër. *deciſ. 44. n. 14. & ſeq.* Marzar. *in conſil. 24. & conſil. ſeq.* vbi dicit ſe ita iudicaſſe, Rota Auenionen. *deciſ. 45. num 6.* & ad *l. quod de bonis. §. quod anus. ff. ad leg. falcid.* reſpondet Ruin. *in d. conſil. 112. n. 18.* quòd ibi hæres fuit grauatus de reſtituendis etiam bonis propriis, propterea fructus imputãtur cum ſuo credito ex mente teſtatoris; & ad *l. mu-*
lier. §. cùm proponeretur †. ff. ad Trebell. reſpondet 24.
Rota *in d. deciſ. 680. parte 1. in Nouiſſ.* quòd ibi erat quaſi debitum dotis, non autem verum debitum,

& ideo ob æquitatem fit compenſatio. Menoch. *in conſil.* 103. Item quia poſt aditam hæreditatem, factũ eſt patrimonium adeuntis, ideo fructus percipiũtur ex re propria, non autem ex hæreditate, propterea non imputantur, ſed ad hæredem pertinent, vt communiter ſcribunt *in l. in fideicommiſſaria ff. ad Trebell.*
25. & teſtator † in dubio non cenſetur relinquere cum animo compenſandi, quando debitum eſt voluntarium, ſecus ſi eſſet neceſſarium, & legale, vt per Bartol. *in l. ſi cum dotem.* §. *ſi pater. ff. ſolut. matrim.* quem ſequuntur communiter omnes, & pariter omnes idem firmant *in auth. preterea. C. vnde vir, & vxor.*

26. Tertius caſus eſt, quando creditor hæres † grauatus ſoluit aliqua debita hæreditaria, item legata, tunc tempore reſtitutionis poteſt illa deducere. *l. cum hæres*, & ibi gloſſ. *in ver. deductis. ff. ad Trebell. l.* 2. *& l. final C. eod. tit. l. in imponenda, & l. irritum. C. ad leg. falcid.* & quòd omne æs alienum ſolutum ab hærede debeat priùs deduci, probant Doctor. *in l. deducta.* §. *qui poſt. ff. ad Trebell.* Gabriel *in conſil.* 324. *n.* 4. *vol.* 1. Ruin. *in conſil.* 135 *num.* 10. *verſ. quo ad aliud dubium. vol.* 3. Socin. *in conſil.* 44. *vol.* 3. Gratian. *d. c.* 204. *n.* 1. & alij ad hoc allegati per Peregrin. *in d. art.* 35.
27. *n.* 9. vbi limitat † hoc non procedere in annuis legatis, quia hæc pertinent ad onus hæredis grauati, ſoluenda de fructibus medio tempore perceptis ex hæreditate.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando d. hęres grauatus feciſſet inuentarium bonorum hæredita-
28. tis †, quia tunc præſumitur ſoluiſſe de ſuo, non autẽ de bonis hęreditariis, & iſta præſumptio pręualet. Illa ergo opinio, quòd actus præſumatur factus expẽſis facientis. Bartol. *in l. cùm proponas. C. pro ſocio.* Bald. *in l. final.* §. *in computatione, n.* 2. *verſ. & adde quod probato. C. de iure delibar.* & ſolutio præſumatur facta de propriis pecuniis, vt pleniſſimè hanc regulam probant Maſcard. *in concluſ.* 611. & Tuſcus *in verb. ſolutio, concluſio* 337. procedit, quando d. hæres grauatus ſoluens fecit inuentarium, ſi enim illud non feciſſet, tunc intraret præſumptio legis. §. *hinc nobis. auth. de hæredib. & falcid.* vbi quòd illius omiſſio cenſetur in fraudem legatariorum, & creditorum, & iſta pręſum-
29. ptio † illos fraudandi, excludit illam præſumptionem, quòd ſoluerit de ſuo, quia vna præſumptio tollit alteram. *l. diuus*, & ibi gloſſ. *in ver. æſtimari. ff. de reſtit. in integr.* & iſta præſumptio eſt potentior, quia eſt in ſpecie legatariorum, & creditorum hæreditariorum, & præſumptio in ſpecie, tollit illam præſumptionem in genere. Riminald. iun. *in conſil.*
30. 38. *n.* 29. *vol.* 1. Item quia iſta præſumptio † quæ oritur ex *d.* §. *hinc nobis*, eſt iuris, & de iure, ad tradita per Franch. *in deciſ.* 69. *n.* 6. *& ſeq.* quæ non admittit probationem in contrarium. gloſſ. *in l.* 1. *verb. conſultus. C. de dolo*; ergo præſumitur ſoluiſſe de bonis hæreditariis, non autem propriis. Et licèt aliqui addant præſumptionem illam pro hærede non ceſſare, niſi appareat in hæreditate extitiſſe pecunias, vel niſi cõſtet de diſtractione mobilium, ex quibus illa ſolui potuiſſent, vt per Peregrin. *in d. art.* 35. *n.* 34. tamen iſta pręſumptio, quæ colligi poſſet ex probationibus faciendis in contrarium, non excludit præſumptionem fraudis à lege inductam, ob non confectionem inuentarij, quæ cùm ſit potentior illam excludit, & poſſet coadiuuari per probationẽ pecuniarũ ſuperexiſtentiũ, ſed ſi iſta non probaretur, adhuc illa præſumptio fraudis ob inuentariũ nõ confectũ quæ eſt iuris, & de iure facit, vt iudicetur cõtra grauatũ, ad effectũ vt de bonis fidecõmiſſi deducere non poſſit.
31. Quartus caſus eſt †, teſtator faciendo hæredem creditorem ſuum, poteſt prohibere dictam confuſionem, quoniam hoc non eſt præceptum contra leges negatiuas, ita vt intret regula *l. nemo poteſt. de legat.* 1. ſed contra leges interpretatiuas voluntatis creditoris hæredis facti, vt ſibi ſoluiſſe dicatur per d. confuſionem, ab aditione inductam, quia iſta duo ſimul ſtare non poſſunt, vt ſibi debeatur, & hæres exiſtat; quamobrem adeundo ſimpliciter debitum hæreditati renuntiare videtur, niſi cum proteſtatione adeat, quòd renuntiare non intendit gloſſ. *in l. vt debitum. C. de hæreditar. act.* & ibi Bald. *in verſ. oppono*, quòd eo ipſo, vel antequam adeat bonorum ſeparationem, fieri † obtineat, vt *in l.* 1. *ff.* 32.
de ſeparationib. ita vt bona ſibi hypothecata ſeparentur ab aliis, quæ aliis creditoribus obnoxia ſunt, ad tradita per Surd. *in deciſ.* 92. *numer.* 6. ergo ſi hæres creditor poteſt auferre confuſionem, multò magis teſtator ordinare poteſt, ne ipſa inducta ſit. Tantò magis †, quia teſtator po- 33.
teſt grauare hæredem, vt ſibi debitum remittat. *l. ſi debitor. ff. ad leg. falcid. l. cum pater.* §. *Titio. de legat.* 2. Item poteſt de re hæredis, velut de propria diſponere. *l. vnum ex familia.* §. *ſi rem. de legat.* 2. Natta *in conſil.* 110. *numer.* 3. Item poteſt vnum ex hæredibus grauare, vt omnia † debita hæreditaria ſoluat. *l. cùm ab vno.* 34.
de legat. 2. *l. ſi filia.* §. *idem Papinianus. ff. famil. erciſc.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat quando creditor factus eſt hæres debitoris inſolidum, ſecus ſi pro parte, quia tunc pro ea parte tantùm actio confunditur †. *l. licet. ff. ad leg. falcid. l. ſi ab eo. ff. de negot.* 35.
geſt. ergo ſi teſtator inſtituit creditorem hæredem pro parte, & prohibuerit confuſionem ſui crediti, ſi creditor eſt in maiori quantitate quàm ſit portio hæreditatis in qua factus eſt hæres, non tenetur ſeruare factum defuncti, niſi pro ea parte, pro qua factus eſt hæres. *l. cùm à matre. C. de rei vendicat.* quia hæres, & defunctus dicuntur vna perſona ſolùm pro ea parte, pro qua factus eſt hæres, gloſſa final. *in l.* 2. *C. de hæreditar. actionib.*

Quintus caſus eſt, quando teſtator erat creditor alicuius, quem fecit ſuum hæredem, tunc etiam cõfunduntur iura, & debitor adeundo † cenſetur ſol- 36.
uiſſe hæreditati, quoniam ſimul non poteſt eſſe creditor, & debitor. Item quia debitor, & creditor ſunt correlatiua †, & diſpoſitum in vno, cẽſetur diſpoſitũ 37.
in altero. *l. final. ff. de acceptilationib.* & latè probat Andr. Gambar. *in tract. de extenſionib. n.* 122. & hanc opinionem tenet gloſſ. *in d. l. debitori. C. de pact.* & ibi Purpurat. *n.* 16. Gozadin. *in conſil.* 94. *n.* 46. Iaſ. *in l. frater à fratre, n.* 9. *ff. de condict. indebiti.*

ARTICVLVS V.

Hæres cum inuentario, quæ beneficia habeat.

SVMMARIA.

1. *Inuentarium in quibus proſit hæredibus.*
2. ... *cum quibus ſollemnitatibus fieri debeat.*
3. ... *Defectus minimæ ſollemnitatis illud vitiat.*
4. ... *non vitiatur ſi fiat ſecundum conſuetudinem loci.*
5. *Conſuetudo inuentarij conficiendi quomodo probetur.*
6. *Inuentarium eſt validum, ſi in citatione aliorum non eſt appoſitum aduerbium peremptoriè.*
7. *Hæres cum inuentario habet electionem ſoluendi creditoribus, & legatariis vel in pecunia, vel in bonis.*
8. ... *Contrariam opinionem eſſe veriorem.*

9. Inuen

9. *Inuentarium non eſt ſicut herba betonica, vt omnibus proſit.*
10. *Hæres tenetur vendere, & ſoluere creditoribus, vel vendenda eis tradere bona.*
11. *Hæres vt cogatur vendere, quot concurrere debent.*
12. ... *quando poſſit offerre de bonis hæreditariis.*
13. *Inuentarij beneficium, & effectus habent locum etiam in foro Eccleſiaſtico.*
14. *Inuentarium qui non fecit, non tenetur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditatis.*
15. *Statuto induci poteſt, vt nullus hæres gaudeat beneficio inuentarij.*
16. *Teſtator poteſt prohibere hæredi confectionem inuentarij.*
17. ... *poteſt diſponere de re hæredis.*
18. ... *poteſt prohibere inuentarij confectionem in præiudicium legatariorum.*
19. *Legitima non fit præiudicium ſi bona diminuta ſunt poſt mortem teſtatoris.*
20. *Augmentum poſt mortem teſtatoris contingens in bonis, non auget legitimam.*
21. *Legitima maior aſſignata in vita, reducenda eſt ad quantitatem bonorum de tempore mortis patris.*
22. *Legatariorum, & creditorum damno cedit diminutio bonorum poſt mortem teſtatoris.*
23. *Hæres conficiens inuentarium aliquando de rebus hæreditariis ſatisfacere debet.*
24. *Hæres grauatus ſoluens legata & debita, reſpectu cuius temporis debeat deducere quantitates ſolutas.*
25. *Peregrin.* in artic. 35. num. 12. *reprobatur.*
26. *Filiusfamilias obligatus cum patre, illius hæres cum inuentario tenetur ſolum in quantum facere poteſt.*
27. ... *etiamſi eſſet obligatus per inſtrumentum guarentigiatum.*
28. ... *non procedit ſi in fraudem ſe feciſſet emancipari.*
29. *Beneficio ne quis teneatur vltra quàm facere poſſit an poſſit renuntiari.*
30. ... *etiamſi cum iuramento.*
31. *Priuilegio conceſſo ratione reuerentiæ renuntiari non poteſt, ſecus ſi ratione contractus.*
32. *Filiusfamilias in bonis caſtrenſibus vel quaſi tenetur vltra quàm facere poſſit.*
33. *Inuentarium in feudo hæreditario non releuat, niſi vt hæres non teneatur vltra vires, & valorem feudi.*
34. *Hæres cum inuentario tenetur ad omnia onera ſimul cum hærede in allodialibus.*
35. *Hæres in feudo hæreditario, ſi non facit inuentarium tenetur vltra vires.*
36. *Agnatus non differt à filio in feudo hæreditario.*
37. *Legata facta à feudatario non grauant feudum hæreditarium.*
38. *Inuentarium nihil releuat in feudo mixto, ſicut in hæreditario.*
39. *Filius in feudo ex pacto & prouidentia tenetur eſſe hæres patris, & ſi inuentarium fecerit, quomodo teneatur ad onera.*
40. *Agnatus in feudo ex pacto non tenetur eſſe hæres vltimi, neque tenetur ad onera.*

SÆpe ſæpius qui teſtamenta faciebant, præter voluntatem inteſtati moriebantur, quia hæredes propter damna, & pericula quæ ex aditionibus oriebantur, propter quas cum creditoribus, & legatariis quaſi contrahere dicuntur. §. *hæres. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contractu*, & ideo diſpoſitiones non habebant effectum, quia hæredes facti ab aditionibus retrahebantur. Propterea nouiſſima Iuſtiniani lege cautum fuit, vt hæredes † in teſtamentis facti, conficiant inuentarium bonorum hæreditatis, 1. & illæſi conſeruentur. *l. final. §. & ſi præfatam. §. in computatione. § licentiam, & §. & hæc quidem. C. de iure deliber.* & perinde habeantur, reſpectu proprij damni, ac ſi hæreditatem non adiuiſſent. Paul. de Caſtr. *in d. §. in computatione n.* 4. Iaſ. *n. 9. verſ. pro filio autem.* Minadous *in conſ. 17. n. 3.* Bald. & Salyc. *in l. debitor. ff. ad Trebellian. l. ita tamen. ff. ad leg. falcid.* Quam materiam pleniſſimè ſcripſerunt Rolandus, Phanucius, & Monticulus in particularibus tractatibus de inuentario, ſed nos in hoc articulo reſtringimus materiam reſpectu hæredis, & aliquot caſus, qui in foro tractati fuerunt, explicamus.

Primus eſt, quòd licèt hæres, vt gaudeat beneficio inuentarij, illud ſollemniter † facere debeat, adhibitis tribus teſtibus fide dignis, optimæ opinionis, 2. bona ſtabilia poſſidentibus, qui loco creditorum abſentium adhibentur. *§. ſi verò adſunt. auth. de hæredib. & falcid. auth. ſed cùm teſtator*, & ibi Doct. *C. ad leg. falcid.* Doctores omnes *in d. l. final. §. cùm igitur.* Item ſubſcriptio hæredis, continens, qualiter illud erat inuentarium rerum, & bonorum, & iurium hæreditatis, confectum bona fide, ſine dolo, & malignitate. *d. l. fin. §. ſin autem dubius. verſ. ſubſcriptionem tamen.* Iaſ. *in d. §. final. §. cùm igitur, n. 4. verſ. ſextò requiritur.* Roland. *in conſ. 73. n. 39. vol. 2.* Item nomina debitorum, & creditorum, item debitum, vel creditum ipſius hæredis, ne confundatur actio in eius præiudicium, vel fauorem. Roland. *in d. conſ. 73. n. 27. vol. 2.* Phanuc. *de inuentar. part. 3. n. 63.* Quæ omnia tradita ſunt pro forma *d. l. fin. §. ſi verò poſtquam. verſ. ſecundùm formam præſentis conſtitutionis*, ideo Doct. *ibi* firmant, inuentarium in totum corruere, ſi quid minimum in eo deerit. Abb. *in conſ. 73. n. 6.* Natta *in conſil. 574. n. 7. & 9.* vbi omnes allegat, & in confectione inuentarij qui cadit à † ſyllaba, cadit à toto. Bald. *in auth. ſed cùm* 3. *teſtator. n. 8. C. ad leg. falcid.* Natta *in d. conſil. 575. n. 3.* Phanuc. *in d. parte 3. n. 79.* & propterea dicebat Bald. *in conſil. 147. vol. 4.* inuentarium hæredis eſſe rem ſcrupuloſam, & ſæpiſſimè etiam homines induſtrioſos falli: & hanc concluſionem diffusè exornant Rimin. iun. *in conſil. 621. n. 9. & plur. ſeq. vol. 6.* & Burſat. *in conſ. 9. n. 32. & ſeq. vol. 1.* qui alios referunt. Nihilominus multa ex his ceſſare poſſunt, ſi conſuetudo inuentarij † conficiendi aliter ſit in loco, nam quòd 4. poſſit fieri ſine citatione creditorum, fuit in Rota reſolutum, vt eſt *in Digeſt Nouiſſ. tom. 1. tit. Inuentarium. cap. ſuper conſuetudine.* Item quòd ſit validum ſi creditores citentur per proclama, in loco, vbi de hoc extat conſuetudo, etiam fuit deciſum in Conſilio Neap. vt *ibid. c. quando creditor.* Et quomodo †, & per 5. quot inſtrumenta poſſit probari dicta conſuetudo etiam fuit deciſum in Rota, vt *ibid. in d. titulo Inuentarium, c. per conſuetudinem.* Item in hoc caſu aduertẽdum etiam cenſeo, quòd etiam de iure communi inuentarium remanet validum, ſi in citatione creditorũ, & aliorum, verbum peremptoriè † appoſitum nõ 6. fuerit, quoniã nimis rigoroſum eſſet propter vocem peremptoriè omiſſam inuentarium annullare, Rota ita definiuit, vt *Digeſt. Nouiſſ. d. tom. 1. tit. Inuentarium, cap. 1.* Et ſi interuenerit iudicis decretum, omnes illius ſollemnitates interueniſſe præſumuntur, vt *ibid. cap. in principio.*

Secundus caſus eſt, hæres † cum inuentario, habet 7. electionẽ ſoluendi creditoribus, & legatariis, vel in pecunia, vel aſſignare bona hæreditaria, & ita aliud pro alio inuito creditore. Benintend. *in tractatu de paupert. quæſt. 9. ſpeciali 10. numer. 50.* Anchar-

iun. *in quæſt. familiar.* 64. *per totam, parte* 2. & Monticulus *in tract. de inuentario in* 9.*quæſt.*1.*num.* 27. dicit in hanc partem inclinare communem opinionem.

Contraria opinio eſt verior, quòd quando hære-
8. ditas eſt ſoluendo †, hæres cum inuentario teneatur ſatisfacere creditoribus in pecunia, & hanc partem eſſe veriorem probat Riminald.iun. *in conſ.* 621. *numer.*1. *volum.* 6. vbi allegat Iacob. de Aren. & Cyn. *in d.§. etſi præfatam.* Io. Andr. ad Specul. *de inſtrum. caut.& fid.§.final. in additione, quæ incipit, de Trebellianica.* Phanut. *in tract. de inuentar. in* 3. *part. numer.*151. Roland. *in eod. tract. in* 9. *vtilitate inuentarij, in verſ. quæro an ſit dare caſum*, & Porcellin. *in eod.tract.quæſt.*7. *cap.*4. *numer.*3. & omnes mouentur per text. *in l.ſi pecuniam.ff.de legat.* 2. vbi eſt caſus de hoc, & Riminald. *in d.conſil.*621. *numer.*2. poſt alios relatos miratur de Monticulo, qui atteſtatur communem opinionem eſſe pro altera parte, quia inuen-
9. tarium † non eſt ſicut herba betonica, vt omnibus auxilium impertiatur, ſed in hoc tantùm prodeſt, ne hæres vltra vires hæreditarias teneatur, non autem vt iuribus creditorum noceat. Io. Andr. ad Specul. *in d.§.final.in ver.fecerit.* Roman. *in conſil.*18.*n.* 4. Fulgoſ. *in conſil.* 67.

Declaratur iſte caſus, quòd ſi hæreditas eſt ſoluendo, & venditio bonorum non præſtat nocumentum hæredi, tenetur vel vendere, & ſoluere, vel
10. aliter tradere † vendenda, per text. expreſſum *in d.§. etſi præfatam. in verſ. ſatisfaciat,* & *ibi* Bald. *numer.* 1. dicit, quòd cogitur vendere, & *ibi* Salyc. *numer.* 2. Guido Pap. *in tractat. de inuentario numer.* 2. Porcellin. *de inuentario. quæſt.*7. *numer.*3. & alij plures, quos ad hoc probandum refert Burſat. *in conſil.* 9. *numer.*
11. 29. *volum.*1. Vt autem hæres † cogatur vendere, tria concurrere debent, ſecundùm Fulgoſ. *in d.* §. *& ſi præfatam, numer.* 2. vt bona fuerint in hæreditate, & dominio defuncti, item quòd vendantur iuſto pretio, item quòd nec hæres de ſuo, pro euictione promittat. Idem dicunt Cuman. & Alexand. *in d.* §. *& ſi præfatam, numer.* 10. & Io. Andr. *in d.§.final. in additione ad verbum, fecerit,* dicens dummodo fiat ſine incómodo hæredis reſpectu fideiuſſionis euictionis præſtandæ. Quando igitur hæc non cócurrerent, &
12. iuſtum pretium non inueniretur †, tunc poteſt offerre de bonis hæreditariis ad iuſtum pretium, vt poſt alios probat Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.*116. *col.*1. & latiùs Surd. *deciſ.*317.*numer.*4.*& ſeq.* vbi etiam, quòd ſi creditores volunt cogere hæredem ad vendendum, debent probare quòd inuenitur emptor iuſto pretio, quia hoc eſt fundamentum eorum intentionis.

13. Tertius caſus eſt, leges † ciuiles, de beneficio inuentarii loquentes, ſunt etiam obſeruandæ in foro Eccleſiaſtico. Innoc. *in cap. Raynaldus col. penult. in fin. in ver. inuentarium. de teſtament.* & *ibi* Io. Andr. *col. penult. circa medium. verſ. in gloſſa pen.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de teſtamentis.* §. *ad quid hæres teneatur. verſ. ſi non ſufficit hæreditas.*, vbi ait hæredem non confecto inuentario ſecundùm leges, teneri vltra vires hæreditarias. *l. final. C. de teſtam.* & idem eſſe de iure Canonico per *d.cap. Raynaldus.* §. *penult. in fin. de teſtam.* Abb. *in conſil.* 23. *numer.* 8. *verſ. non obſtat. part.* 2. Franch. *in cap. quamquam numer.* 10. *de vſur. lib.* 6. Barbar. *in cap. primo, numer.* 8. *verſ. iſtud vltimum. de ſolutionib. & in cap.*1. *in fin. de teſtamentis.* Zabarell. *in cap.* 1. *numer.* 3. *de ſolut.* omnes ponderantes text. *d.cap. Raynaldus, in fine,* vbi hæredi reſeruatur beneficium legis falcidiæ, ſi fecerit inuentarium. Et licèt plures Doctores teneant contrariam opinionem, tamen Rota Rom. cuius eſt propriè interpretari ius Canonicum, ita definiuit, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 1. *tit. Inuentarium. cap. in obligationibus.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat in foro contentioſo †, ſecus eſt in foro conſcientiæ, quia ſi 14.
non confecit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditatis, quia lex ciuilis diſponens teneri, eſt fundata in præſumpta fraude, quòd ſcilicet hæres ſubtraxerit bona hæreditaria, & illa occultauerit, vt probat text. *in* §. *hinc nobis. auth. de hæredib. & falcid.* Sed iudicium animæ non conſiderat iſtam præſumptam fraudem, quia ipſe debet dicere veritatem, & hanc opinionem firmarunt Afflict. *in conſtit. Regni, de ſalariis Aduocatorum numer.* 3. Socin. *regul.* 234. *limitatione* 1. Couar. *in rubric. de teſtament. cap.* 1. *numer.*16. & alij, quos ad hoc refert Carpan. ad ſtatuta Mediolan. *cap.* 272. *numer.* 58. & latiſſimè probat Mangil. *in tract. de imputationib. & detractionibus quæſt.*129.*num.*13.*& ſeq.* qui plurimos refert, quod eſt verum quando adiuit ignoranter, ſecus ſi ſciebat hæreditatem non ſufficere, vt *ibid.* per Mangil. *numer.* 18.

Quartus caſus eſt, ſtatuto induci poteſt, vt nullus hæres beneficio inuentarij gaudere poſſit †, prout 15.
extat Mediolani, & Papiæ, ſuper quibus ſcripſerunt Carpanus, & Tortus nouiſſimè ſuper ſtatutis Papiç, vbi *numer.*12. probat, quòd licèt hæres non gaudeat dicto beneficio vigore ſtatuti, tamen ſi eſt minor, obtinebit reſtitutionem in integrum aduersùs aditam hæreditatem; ſi verò eſt maior, etiam reſtituetur ex clauſula generali, vel ob iuſtum timorem in facto conſiſtentem, vel ob iuſtam ignorantiam. Coſta *in tract. de facti ſcientia, diſtinct.* 37. *centur.* 1. *numer.* 10.

Quintus caſus eſt, teſtator† poteſt prohibere hæ- 16.
redi inuentarij confectionem, & beneficium, vt probat Crauett. *in conſil.*174.*per totum*, & ſequitur Surd. *in deciſ.*30.*numer.*29. quia æqualis eſt poteſtas teſtatoris, & ſtatuentium. §. *diſponat, in auth. de nuptiis*; ſed ſtatuto hoc induci poteſt. gloſſ. & Doctor. *in d.l.final.* §. *in computatione. C. de iure deliber.* ergo & per teſtatorem. Item Surdus allegat alteram rationem, quia
teſtator poteſt † diſponere de re hæredis. *l. vnum* 17.
*ex familia.§.ſi rem. de legat.*2. ergo poteſt grauare hæredem ne gaudeat beneficio inuentarij, quod perinde eſt, ac ſi de re hæredis diſpoſuiſſet, ipſum grauando, quòd vbi bona ſua non ſufficerent, hæres de ſuis
ſuppleat. Item quia poteſt prohibere inuentarij † 18.
confectionem in præiudicium legatariorum, vt communiter per Doctor. *in l. nemo poteſt. de legat.* 1. ergo in præiudicium hæredis. Valet conſequentia, quia vterque tractat de lucro captando, & eadem ratio exiſtit in vtriſque. Franciſc. Marc. *deciſ.* 845. *numer.*8.*part.*1.

Sextus caſus eſt, quando hæres fecit inuentarium, ſed bona teſtatoris poſt mortem diminuta
fuerunt, tunc reſpectu † legitimæ non cenſetur 19.
factum præiudicium, quia illa debetur de bonis, quæ reperiuntur tempore mortis. *l. cùm quæritur. l. parentibus auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtament.* Sicut
augmentum contingens † in rebus hæreditariis 20.
poſt mortem patris, non auget legitimam filij. *l. ſi patronum.* §. *final. ff. de bonis libert.* vt ſi hæreditas ſit aucta ex perſona defuncti per ius accreſcendi, aût per caſum alluuionis, vel quia ſerui hæreditarij per poſtliminium reuerſi ſunt. Item quia legitima eſt portio certa taxata à lege in bonis patris, quæ reperiuntur tempore mortis, ideo augmentum ſuperueniens poſt mortem, illam non auget, quia non prodeſt.

prodeſt.*l.in agris.ff.de acquir.rer.domin.l.Lucius.§.quæ habebat.ff.ad Trebell.* & hanc opinionem firmarunt, Paul.de Caſtr. & Alex.*in l.in ratione, n. 6.ff. ad leg. falcid.* Socin.*in l.qui duos,numer. 31.ff.de reb.dubiis.* Alexand.*in conſil.57.n.3.vol.3.*Pariſ. latiùs *in conſil. 45.numer.30.ad fin.volum.2.* Dec. *in conſil.89.num. 5.& conſil.228.numer.3.* & alij plures ad hoc allegati per Peregrin.*de fideicommiſſ. art.36.numer.19.* Sed
21. ſi dicta legitima à patre fuiſſet aſſignata in vita, & tempore mortis,bona eſſent diminuta †, eadem ratione illa reducenda eſt ad quantitatem à lege taxatam de tempore mortis, & ideo aſſignata pro rata reuocantur,vt firmarunt Paul. de Caſtr. & Alexand.*in d.l.in ratione,in fine principij,* & *ibi* etiam Ripa.*ff. ad leg. falcid.* & alij ad hoc allegati per Petr. *de fideicommiſſis quæſt.15.numer.148.* & per Peregrin. *in d. artic. 36. num.18.* & per Mangil.*in d. tract.de imputat.& detraction. quæſt.9.n.77.& ſeq.*

22. Sed reſpectu legatariorum †, ſi bona poſt mortem diminuta fuerunt, ipſa diminutio debet cedere in damnum legatariorum, & creditorum. Bartol. *in d.l. in ratione.§.diligenter.ff. ad leg. falcid.* quia hæres qui fecit legitimum inuentarium,ſi non
23. reperitur pecunia in hæreditate, de ipſis † rebus hæreditariis ſatisfacere debet, ita quòd propter inuentarium nullum damnum patiatur; ſed ſi rebus peremptis aut diminutis teneretur, vtique pateretur damnum. Item quia hæres tenetur ad quantitatem reſpectu rerum quæ ſunt in hæreditate, de quibus poteſt ſolui facto inuentario,ideo ſi res pereant, liberatur,ſi diminuuntur, tenetur de eo quod ſupereſt. Item de hoc eſt caſus *in d.l.in ratione*, vbi defunctus in vita relegatus fuit, & bona pro dimidia publicata fuerunt, & ſi interim pendente appellatione deceſſit, & poſt mortem ſententia confirmata, illa bona per ſententiam publicata per fiſcum cenſentur retrò non fuiſſe in hæreditate, & propterea cedunt in damnum legatariorum, non autem hæredis.

24. Declaratur iſte caſus, nam ſi hæres † grauatus ſoluerit legata, & debita hæreditaria, quæ debent deduci ante reſtitutionem, vt probaui *in præcedenti articulo*, tunc ſi bona tempore reſtitutionis eſſent diminuta,poteſt deducere de dictis bonis pro valore ſolutorum de tempore mortis. Et licèt Mangil. *in d.tractatu de imputationibus, & detractionibus,quæſt.125.numer.44.* diſtinguat,aut hæres grauatus erat creditor, & deducit ſuum creditum de tempore mortis,aut ſoluit legata, & credita hæreditaria,& tunc deducet habito reſpectu ad tempus ſolutionis,tamen nullus ex Doctoribus, quos allegat, probat hoc ſecundum membrũ diſtinctionis,ſed vel loquuntur in primo caſu, vel de fructibus interim
25. ex hæreditate perceptis,ſolus Peregrinus † facit dictam diſtinctionem *in artic.35. numer. 12. & ſeq.* Sed pro dicto ſecundo membro comprobando, neminem allegat, imò ratio eſt in contrarium, quia hæres grauatus, aut ſoluit debita quorum venerat, & ceſſerat dies,& fuerat in mora,& ſibi imputet, ſi ſuperuenit bonorum diminutio, quia propter inuentarium confectum non poterat cogi, niſi ſecundùm tempus mortis,vt probaui in iſto caſu: aut ſoluit debita,quorum non venerat dies, & ita anticipata,& poſt ſolutionem ſuperuenit bonorum diminutio,& pariter ſibi imputet, quia ipſe ſucceſſit in locum priorum creditorum, quibus ſoluit, vt *C. de his qui in locum priorum creditorum*, qui non poterant cogere hæredem cum inuentario, niſi ſuper bonis hæreditariis, ita vt ipſe hæres nullum damnum patiatur, vt probaui: quamobrem erronea diſtinctio non eſt amplectenda.

Septimus caſus †, filiusfamilias, qui ſe obligauit in ſolidum cum patre pro debitis paternis poſt illius mortem, ſi adiuit hæreditatem cum 26.
inuentario, non tenetur, niſi in quantum facere poteſt,prout eſt caſus *l.2.ff. quod cum eo, qui in aliena poteſtate.& l.ſi ex parte.ff.eod.tit.*& *ibi* Paul.de Caſtr.*& l.ſi filiusfamilias,in princip.ff.eod. & l.eius rei,& l.nulla res,& l.ſi mandator.C.eod.tit.*per quas leges in puncto ita firmarũt Angel.Alberic.& Salyc.*in d.l.ſi mãdator.* Socinus *in ſuis regulis,* in ea quæ incipit, *filiusfamilias ſi ex aliquo contractu,*& Minadous *in conſil.17.*qui alios referunt,vbi quòd iſta concluſio procedit etiam ſi filiusfamilias eſſet † obligatus per inſtru- 27.
mentum guarentigiatum, & quando quis iuuatur hoc beneficio,vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt,tunc non poteſt carcerari. Bald.*in l. liber captiuus.C.de poſtliminio reuerſ.*Franc.Aretin. *in l.alia. §.eleganter col. 2. verſ. & antequam. ff. ſolut. matrim.* Franch.*deciſ.164.num.2.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando ipſe adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij. Alexand. *in l. ſcimus. §. & ſi prætor.C.de iure deliber.*Item declaratur non procedere, quando filiusfamilias poſt contracta multa debita †, in fraudem ſe feciſſet emancipari per pa- 28.
trem, quia tunc emancipatio præſumeretur in fraudem facta,& non opitularetur, ita probat Socin. *in d.regula filiusfamilias in 2. fallentia.* per text. *l.1.* & quod *ibi* notat Bartol. *ff. ſi quis teſtament. lib. iuſſus eſſe fuer.* Item declaratur non procedere quando filiusfamilias ſe obligaret ad fauorem creditoris pariter pauperis, quia contra creditorem pauperem non opponitur de hoc beneficio. Marſil. *ſingular. 99.* quia eſſet operire vnum altare, & diſcooperire alterum.

Item declaratur non procedere, quando filiusfamilias contractum iuraſſet, quia tunc videtur renuntiatum beneficio † ne quis conueniatur vl- 29.
tra quàm facere poſſit,Bauerius *in tract.de viribus iuramenti col.1.numer.12.* & latiſſimè per Seraphin.*de iurament. priuileg. 56. per totum,* qui multos allegat; ſed contraria opinio eſt verior, & ſecundùm eam fuit iudicatum in Prætotio Neapolis,quòd huic beneficio,ne expreſsè quidem cum iuramento † re- 30.
nuntiari poteſt, renuntiatio enim tanquam contra bonos mores facta non tenet.Franch. *in deciſ. 164. vbi numer.16.*dicit ita fuiſſe iudicatum. Et quòd tale iuramentum non obſtet in hoc caſu, latè probat Minadous *in d. conſil.17.numer. 6. ad finem.*Contra bonos mores dicitur,ſi tollantur reliquiæ reuerentiæ,quæ debetur parentibus,& ſocero,& ideo gloſſ. *in l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.* dicit,quòd quando priuilegium † competit ratione reuerentiæ, perſonæ 31.
renuntiari non poteſt, ſecus ſi competeret ratione contractus, vel ſocietatis. Quamobrem ſi ſocer, qui promittit dotem, non cenſetur renuntiaſſe huic priuilegio ratione reuerentiæ, quæ ſibi debetur à genero,multo magis dicendum eſt,quòd filiusfamilias,qui ſe obligauit pro patre, non cenſetur renuntiaſſe huic priuilegio, quia dictam obligationem facit ob reuerentiam patris, & ad hoc ſunt multæ allegationes ſcriptæ per Franchum *in deciſione 181.*

Tertiò declaratur vt procedat iſte caſus ſolùm in bonis hæreditariis patris, ſecus in bonis † ca- 32.
ſtrenſibus,vel quaſi caſtrenſibus, quia creditores quando contraxerunt, videntur contraxiſſe contemplatione iſtorum bonorum tunc poſſeſſorum

per filium familias, & ideo poterunt exequi facere inſolidum contra dicta bona,licèt ipſum filium non poſſint carcerari facere,& ita fuit iudicatū in ſacro Conſilio Neapolis,vt per Franchum *deciſ.*70.& eadem ratione hoc beneficium non competet fideiuſſoribus dicti filij familias. Doctores *in l. tam mandatori. C. de non numer. pecun.& in l. & ſi fideiuſſor.ff. de re iudic.* Marſil.*in rubric.de fideiuſſor.num.*273.Cartar. *deciſ.*7.

Octauus caſus eſt,an inuentarium releuet in ſucceſſione feudi, & ſi quidem illud eſt merè hæredi-
33. tarium †, tunc feudum cenſetur eſſe res defuncti,non autem hæredis,quia eſt in illius hæreditate, & acquiritur tranſmiſſione à defuncto in hęredem. Andr.*in cap.*1.*§.huius autem generis, numer.*11.*verſ.ſi ergo non probatur,quib. ex cauſ. feud.amitt.& in cap.* 1. *col.*5.*de natura ſucceſſ.feudi*, dixit feudum hæreditarium nihil differre ab allodio, & latè per Camerar. *i1 cap.*1. *an agnatus,quæſt.*9.*numer.*94. Ideo quò ad feudum cenſetur vna, & eadem perſona cum defuncto propter aditionem hæreditatis. Andr.*in cap.*1.*in fin. qui ſucceſſ. teneantur.* Frecc. *in* 7. *differ. inter feud. hæreditaria,& ex pacto.* Pontus *in tract. de authoritate Proregis. tit.de refutatione feudorum.* §.8.*numer.*14.*&*
34. *plur.ſeq.* Ideo tenetur ad omnia † onera hæreditaria ſimul cum alio hærede inſtituto in allodialibus, & ſi fecerit inuentarium, illud non releuat, ſed etiam tenetur pro concurrenti quantitate valoris
35. feudi;quòd ſi inuentarium non fecerit,tunc † tenebitur vltra vires hæreditatis. Andr. *in cap.* 1. *an agnatus,& ibi* Camerar. *in* 2.*parte numer.* 84. *& in l. imperialem fol.*20. *litera E.* Loffredus *in conſil.*46. eo enim ipſo quòd feudum eſt hæreditarium, is qui ſucceſſit in eo,dicitur hæres in feudo,Andr.*in cap.*1. *§.quid ergo,in fin. de inueſtit. de re alien. fact.* ideo tanquam hæres tenetur omnia rata habere, & ſatisfacere,ex regul. *l.cùm à matre.*Pontus *in conſil.*34 *num.* 1.*& ſeq. & in conſil.* 52. *& in conſil.*88.Item Andr. *in d. cap.*1. *an agnatus,numer.* 6. *verſ.alij voluerunt,* dicit
36. in feudo hæreditario † nullam eſſe differentiam inter agnatum, & filium, quia in eo nullus poteſt ſuccedere,niſi ſit hæres,*& in cap.*1.*numer.*9.*verſ.ſed quid ſi non acquiſiuit,de alienat. feudi paterni,& in cap.* 1.*numer.*7.*de ſucceſſ.feudi.* Item ſi feudum eſſet legitima primogeniti, adhuc capit vt hæres, quia eſt hæres in feudo, quod eſt patrimonium hæreditatis. Frecc.*in* 19. *different.inter feud hæredit.& ex pacto,*& ideo dictum feudum capit feudatarius ſucceſſor vt hæres defuncti, etiam ſi ab eo inſtitutus non eſſet. Minadous *in conſil.* 10. Pontus *in d.tract. de poteſt. Proreg.tit. de aſſenſu Regis ſuper dot.num.*19. Quamobrem in feudo hæreditario, inuentarium non releuat, quia omnino hæres tenetur ad onera pro viribus hæreditatis, & vſque ad concurrentem quantitatem valoris feudi. Item Franch.*in deciſ.*1 *numer.*
37. 31. vbi quòd legata facta † à defuncto non grauant ipſum feudum, ita vt dicatur fieri contra prohibitiones Imperiales de non alienandis feudis, ſed tantùm oritur actio perſonalis contra hæredem, vt teneatur ad omnia onera tam reſpectu æris alieni, quàm reſpectu legatorum. Loffred. benè *in d. conſil.* 46.*in* 2.*concluſ. numer.*16. *& ſeq.* & valebunt legata pro valore feudi. Et hæc eſt vera,communis, & indubitata opinio, & in iudicando ſemper obſeruata, vt latiſſimè eam probat Piſtorius *in ſuis quæſtionib. feudalib. tomo* 2. *quæſt.* 1. qui omnes ſcribentes refert, & nihil omittit. Quare inuentarium in feudo hæreditario hunc ſolum effectum operatur, vt feudatarius non teneatur vltra valorem feudi, quod ſi non fecerit, tenebitur vltra vires hæreditatis, & vltra valorem feudi.

Præterea in feudo mixto, idem dicendum eſt, quoniam ſucceſſor debet eſſe hæres vltimi feudatarij defuncti,& ità præualebit à qualitate hæreditaria,vt probaui *in* 2. *articulo huius quæſtionis.* Et quòd
in feudo mixto † inuentarium nihil releuet, quin 38.
teneatur, prout diximus in feudo hæreditario, eſt communiſſima,& receptiſsima concluſio, quam omnibus relatis probat Burſat. *in conſil.* 3. *numer.* 28. *& ſeq. volum.*1. Gabriel *in ſuis communibus, tit.de regulis iuris.concluſ.*11.*numer.* 21. *& plur.ſeq.* Craſſ. *in* 2. *lib.communium opin.cap.*2. *quæſt.*25. vbi probat eſſe magis communem,latiſsimè Roland. *in conſil.*44. *per totum volum.*3. Io.Thom.de Marin. *de feud. tit. de feudo hæreditario lib.* 1. *numer.*39. *& ſeq. & tit.* 3. *numer.* 18. vbi probat hoc eſſe verum etiam in feudo ex pacto,& prouidentia nouo,in quo inuentarij beneficium nihil releuat. Fab. Anna *in conſil.* 5. & ita fuit iudicatum in Regno,vt *Digeſt.Nouiſſ.tomo* 5.*tit. Imputatio,cap.conceſſum.*

Præterea in feudo ex pacto, & prouidentia diſtinguendum eſt inter filium, & agnatum, nam fi-
lius † illud feudum habere non poteſt,niſi ſit hæ- 39.
res patris in allodialibus. Andr. *in cap.*1.*§.vt olim. de ſucceſſ.feudi,* & latiùs Camerarius *in d. l. Imperialem. §.præterea ducatus, litera I.& plur. ſeq. & in d.cap.*1. *an agnatus. §.quæro primò, numer.*19. *& plur.ſeq.* Ideo non obſtante inuentario filius debet habere ratum factum defuncti,& de bonis allodialibus debet ſoluere onera,& ſi non ſufficiunt in ſubſidium,tenetur ad illa ex fructibus feudalibus. Martin. Laudenſ. *in d.cap.*1.*an agnatus, in §. ſi verò contigerit, col.* 2. *verſ. aduerte ad vnum.* Alexand. *in conſil.*27.*vol.*1. Paul.de Caſtr. *in l.pro hærede. §. ſiquid tamen.col.*2.*ff.de acquir. hæredit.* quos ſequitur Albert.Brun. *in conſil.*18.*num.*
16. *volum.* 1. Sed agnatus † non tenetur eſſe hæres, 40.
ideo non capit hoc feudum ex pacto & prouidentia ab vltimo defuncto, ſed à primo inueſtito ex prouidentia concedentis, in quo feudatarius nihil poteſt facere in præiudicium ſucceſſorum. Andr. *in cap.* 1. *§.hoc quoque. col.*2. *de ſucceſſ.feudi*, & *ibi* gloſſ. *in ver. inueſtiti, gloſſ.fin. in tit. qui ſucceſſ. teneantur*, & *ibi* Andr. *in fin.* Martin. Laudenſ. *col.* 2. Præpoſit. *num.* 5. Afflict. *col.*16. *verſ.ſecundus caſus, & in præludiis feudorum.* & alij plures ad hoc relati per Dec. *in conſil.*395.*col.*3. & per Socin.iun. *in conſil.* 42. *numer.* 3.*volum.*3. & cùm hoc feudum ſit ſeparatum ab hæreditate defuncti, ideo agnatus non tenebitur creditoribus, & legatariis, & ſi dictus agnatus factus fuerit hæres in allodialibus, inuentarium ei proderit, vt non teneatur vltra vires hæreditatis, & ita fuit iudicatum in Senatu Pedemontano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Succeſſor. cap. Comes.*

ARTICVLVS VI.

Hæres an,& quando poſſit contrauenire facto defuncti

SVMMARIA.

1. *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*
2. ... *non poteſt factum illius à quo lucrum capit.*
3. ... *petendo fideicommiſſum à ſuo defuncto, quomodo repellitur.*

4... *non*

4... *non reuocat alienata à teſtatore contra prohibitionem.*
5... *non reuocat feudum alienatum per patrem.*
6... *non impugnat factum defuncti ſolum pro ea parte, pro qua eſt hæres.*
7... *ſi fecerit inuentarium.*
8... *quando reuocet pro parte quotitatiua, vel qualitatiua.*
9. *Inuentarij effectus in hærede qualis ſit.*
10. *Hæres factum inualidum defuncti reuocare poteſt.*
11. *Contrahentes poſſunt reuocare contractum nullum.*
12. *Hæres in feudo hæreditario tenetur obſeruare factum defuncti, quod eſt validum.*
13. *Hæres reuocat factum inualidum in fraudem legis.*
14... *non reuocat alienationem feudi ſine conſenſu domini.*
15. *Coniuges alienantes fundum dotalem poſſunt contrauenire.*
16. *Fundi dotalis alienatio quare ſit nulla.*
17. *Alienatio rei Eccleſiæ propter fauorem publicum reuocari poteſt.*
18. *Hæres reuocat alienata per defunctum contra formam legis.*
19. *Factum contra formam nunquam parit reo defenſionem.*
20. *Hæres non reuocat bona fideicommiſſi alienata per defunctum grauatum de reſtituendo.*
21... *non reuocat alienata per defunctum, licet ipſe non teneatur de euictione.*
22. *Hæres non reuocat factum defuncti inualidum ex defectu conſenſus.*
23. *Sponſalia à patre contracta pro filio non conualidantur per conſenſum generalem filij adeuntis hæreditatem.*
24. *Nullitas poteſt reuocari ab eo ad cuius fauorem eſt inducta.*
25. *Hæres reuocat factum teſtatoris in eius fraudem factum.*
27. *Filius hæres venit contra factum defuncti, quando eſt fraudatus legitima.*
28. *Donatio inofficioſa quando reuocatur in totum, & quando vſque ad legitimam.*
29. *Donatio quando dicatur inofficioſa re, & conſilio.*
30. *Filij non reuocant donationem reciprocam vſque ad legitimam, quando eſt facta eiſdem.*
31. *Donationes quando cenſentur tot, quot ſunt perſonæ.*
32. *Querela inofficioſæ donationis non poteſt intentari, quando eſt facta eiſdem filiis.*
33. *Fideicommiſſum factum in donatione valdè differt à donatione ſimplici.*
23. L.quoniam in prioribus. C.de inoffic.teſtam. *non habet locum in contractu inter viuos.*
35. *Filij donatarij cum onere non detrahunt legitimam liberam, ſi eſt appoſitum pactum, vt donata non imputentur.*
36. *Hæres non reuocat factum teſtatoris pro ſe, & hæredibus.*
37. *Feudum alienatum à patre non reuocatur à filio, quando eſt promiſſum pro ſe & hæredibus.*
38. *Hæredis bona non ſunt obligata per clauſulam pro ſe, & hæredibus.*
39. *Obligatio bonorum defuncti non comprehendit bona hæredis.*
40. *Hæredes quomodo efficiantur periuri contrauenientes iuramento defuncti.*
41. *Hæres non detegit turpitudinem defuncti.*
42. *Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus.*
43. *Turpitudinem ſuam, vel defuncti, quando allegare liceat.*
44. *Hæres non reuocat confeſſionem defuncti, & numer. 46.*
45... *non poteſt declarare voluntatem ambiguam defuncti.*
47. *Confeſſio habet vim inſtrumenti publici.*
48... *prætextu erroris, quando poſſit reuocari ab hærede.*

PRimò explicemus regulam, deinde aliquos caſus, ipſam regulam declarantes. Regula conſtituitur, hæredem † non poſſe defuncti factum impugnare. *l. cùm à matre. C. de rei vendic.* vbi hæres matris vendicans rem ſuam à matre alienatam vendicans, repellitur exceptione doli. Idem *in l. venditrici. C. de reb. alien. non alien. l. Seia, in fin. ff. de euict. l. 1. ff. de except. rei venditæ, & traditæ*, & in filio, ſi eſt hæres patris, vt non poſſit impugnare donationem à patre factam. *l. ſi patri. C. de donat.* quoniam defunctus ipſe contra factum proprium venire non poſſet. *l. poſt mortem. ff. de adopt.* ergo nec eius hæres. *l. cùm hæres. ff. de diuerſ. & temporal. præſcript.* Item quia hæres † non poteſt factum illius perſonæ impugnare, à qua lucrum capit. *l. ex qua perſona. ff. de regul. iuris.* Sed hæc procedunt, quando ex perſona defuncti vellet hoc facere. Idē dicendū eſt, quando ex perſona propria, & ita propriè loquitur text. *d. l. cùm à matre*, quoniam hæres adeundo hæreditatem contrahit veram obligationē de obſeruandis contentis in teſtamēto, vt tradunt Bart. & Bald. *in l. mutū. §. 1. ff. de acquir. hæredit.* Quamobrē hæres petendo fideicōmiſſum alienatum † à ſuo defuncto, repellitur exceptione. *l. vnū ex familia. §. ſed ſi vno, & §. ſi duos. de legat. 2. & l. filiusfamilias. §. cùm pater. de legat. 1.* & *ibi* omnes Doctores hoc notant, & ita reſponderunt, Alex. *in conſil. 32. col. final. verſ. præterea. vol. 3.* Pariſ. *in conſil. 2. numer. 29. & ſeq. vol. 1.* Roland. *in conſil. 71. n. 35. & ſeq. vol. 2.* Cephal. *in conſil. 392. n. 33. & ſeq. & conſil. 393. n. 46. vol. 3.* qui omnes Doctores referunt, & Cephal. reſpondet omnibus contrarium ſentientibus. Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 121. ampliatione 5. C. de bonis maternis.* Item res prohibita alienari, ſi alienetur contra prohibitionem teſtatoris, non poteſt reuocari per hæredē † ſcriptum à grauato. Angel. *in l. filiusfamilias. §. cùm pater*, per illū text, *de legat. 1.* vbi etiam Bald. & Cuman. qui aſſignant dictam rationē, quia hæres immiſcendo ſe hæreditati, dicitur conſentire alienationi, & illam approbare; ergo ſuæ approbationi contrauenire non poteſt. Idem firmarunt *ibi* Iacob. de Aren. Bartol. Alberic. Immol. & Paul. de Caſtr. quia nō poteſt impugnare factum illius perſonæ à qua lucrū ſentit. Idem in feudo, nam filius hæres patris † nō poteſt feudi alienationem reuocare, vel impugnare. Bald. *in c. 1. §. hoc quoque. propè fin. de ſucceſſ. feudi*, & *ibi* Aluarot. *col. penult.* Præpoſit. *col. final.* Afflict. *num. 29. & 32.* Idem Bald. *in l. qui ſe patris, n. 9. C. vnde liberi.* Aluarot. *in c. Titius, col. 1. ſi de feud. defuncti milit. controuerſ. fuer.* Iacobin. *in ſua inueſtitura, in verbo, & cum pacto, de non alienando, num. 35. verſ. ſed quæro vtrum filij.* Zaſius *de feudis part. 11. n. 33.* Immol. *in c. ex parte. num. 33. de feud.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. numer. 50.* Item quòd filij hæredes patris non poſſint impugnare tranſactionem illius factam ſuper feudo. Paul. de Caſtr. *in conſil. 290. num. 4. vol. 2.*

Declaratur iſta regula, vt hæres † non poſſit impugnare factum defuncti ſolùm pro ea parte, & quantitate, in qua ſucceſſit, vt declarat Iaſ. *in l. 2. §. ex*

bis

bis,num.4.ff.de verb.obligat.Cagnol. *in l.hæredem eiuſdem n. 16. ff de regul.iur* vbi quòd pro ea parte, pro
qua non eſt hæres, poteſt venire contra factum de-
functi.Pinell.qui ad hoc plurimos refert *in l.1. part. 3 num.79.verſ.eadem concluſio.C.de bon.matern.& verſ. limitatur vndecimò*, vbi quòd agit contra hæredem,
quatenus ipſe non eſt hæres. Sed hoc intelligitur,
7. dummodo ipſe hæres fecerit † inuentarium.Bald.*in d.l.cùm à matre,n.* 10. vbi dicit, ſi pater vendidit rem
filij,quæ valet centum,& filium inſtituit in dimidia
parte hæreditatis,quæ valet viginti quinque, quæ-
rit, an filius poſſit venire contra factum patris pro
8. parte † quotitatiua,vel quantitatiua, & reſpondet,
quòd confecto inuentario intelligitur de quantita-
tiua, non autem de quotitatiua, quia debemus in-
ſpicere quantitatem, ſiue portionem ipſius rei reli-
9. ctæ,quia inuentarium † facit,vt hæres non cenſea-
tur inſtitutus ſi hæreditas eſt damnoſa,& ſicut is qui
non eſt hæres,poteſt reuocare ſua bona alienata per
defunctum,ita is qui eſt heres cum inuentario.Idem
Bald.*in l.final.§ in computatione.num.12.verſ. ſi autem fecit.C.de iure deliber.*Fulgoſ.*in d.l. cum à matre, in fin.*
quia vbi conficitur inuentarium conſideratur vtili-
tas,non autem merum nomen hæredis. Alberic *in d. §.in computatione,col.1.in fin.*Corn.*num.*23. Alexand.
*numer.*8. *verſ. remanet* Iaſ.*numer.*10.*verſ. tertius caſus.*
Dec. *in d.l. ex qua perſona,numer.2.ff.de regul.iur.*Ca-
gnol. *in fin.* Boër. *deciſ.* 23. *numer.* 17. & plures ad
hoc refert Menoch.*in conſil.89.num.*25. & intelligas
prout ſcripſi in articulo præcedenti, ſed ſi non fecit
inuentarium, contrauenire nullo modo poteſt, et-
iamſi illa quota in qua eſt inſtitutus minorem
quantitatem contineat, quàm res alienata valeat,
quia in hoc caſu non inſpicitur quantitas,ſed quo-
titas.Bald. *in d.§. in computatione, numer.* 12. & latiùs
Alexand.*d.numer.8.verſ. remanet ergo*,quia vbi hæres
non fecit inuentarium, cenſetur habere plenam &
integram quantitatem illius rei, quæ fuit alienata,
vt latè probat Menoch. *in d.conſil.89. numer.*72. qui
alios refert.

Sed pro maiori huius regulæ declaratione adda-
mus multorum caſuum declarationem, & primus
10. eſt,Doctores communiter concluſerunt,hæredem †
defuncti factum inualidum reuocare poſſe. gloſſ.
Bartol. & cæteri *in d.l. cùm à matre.* Aretin. *in conſil.*
121.*numer.*7.Socin.*in conſil.79.num.47.volum.*4.Pha-
nucius *in tract.de inuentar.part.7. numer.* 112. & alij
ad hoc allegati per Pinell.*in l.1.part.3.limitation.*10.
numer. 83. *C. de bonis maternis*, & latiùs probat Ca-
cheran.*in deciſ. 67. num.*3. & Seraphin. *in deciſ.* 477.
11. *num.1.& ſeq.*Quando enim actus † eſt nullus,etiam
is qui contraxit, contrauenire poteſt. *l. quemadmodum.C.de agric.& cenſit.lib.*11. & notatur *in l poſt mortem.ff.de adopt.* Alexand. *in conſil.123.n.6.vol.1.* ergo
& eius hæres contrauenire poterit, quia hæres ha-
bet eandem poteſtatem,quam defunctus habebat.*l. hæredem.ff.de regul.iuris.*Ideo Andr.*in c.1.n.8. qualiter olim feud. alienari poter.* dicit quòd hæres in feudo
12. hæreditario † tenetur obſeruare factum defuncti,
quod eſt validum;& parum infrà,tenetur obſeruare
factum defuncti,quod legitimum ſit, aut ſi nõ aliud
aliqua lex prohibeat.Idem firmat Andr.*in l.imperialem,numer.16. verſ.in contrarium videtur, de prohibita feud. alienat. per Federic. & ibi* Liparulus *in additionibus.in ver.obligauit*, plures refert eiuſdem opinionis,
& Camerar.*ibid.fol.89.& ſeq.* idem atteſtatur eſſe
communiter receptum,& Schrader.*de feud. part. 7. cap.2.numer.*48.

Declaratur iſte caſus,vt procedat, quando actus
13. eſt factus † in fraudem legis reſiſtentis, tunc is qui
facit actum,illi contrauenire poteſt, & illum reuo-
care.*l.poſt mortem*,& ibi declarat Bartol. *ff.de adoptionib.*Ideo patronus hæres liberti non tenetur ſeruare
factum defuncti contra legem diſponentis. Bartol.
in l.2.num.6.C.ſi quid in fraudem patroni. Item hæres
in feudo non tenetur ſeruare factum defuncti, qui
de feudo diſpoſuit ſine conſenſu domini†,quia fecit 14.
contra prohibitionem legis.Andr.*in l.imperialem, in princip.* in additionib. Loffred. *in conſil.1. n.16. & n.* 167.Anna *allegatione* 126.*num.*8.ergo hæres factum
defuncti à lege reprobatum,non cogitur habere ra-
tum.Afflict.*deciſ.335.numer.*11.Vantius *in tractat. de nullitatibus titulo,quam poſſit dicere de nullitat. num. 2. & in titulo,quoties,& intra quod tempus de nullitate dici poſſit,num.*51.Item alienatio fundi dotalis eſt om-
nino nulla.*l.cùm vir ff.de vſucap. l.1. §. & cum lex. C. de rei vxor. act. §. final. auth. vt immobilia ante nuptias.*
Ideo ipſi coniuges † qui alienauerunt, poſſunt con- 15.
trauenire, & venditionem retractare.gloſſ. *in d.l 1. §.& cùm lex.* Immol. *in d.l.cùm vir,num. 11. & ſeq.ff. de vſucap.* Bald.nouell.*de dote parte 7. priuileg.1 num.* 15. qui atteſtatur eſſe communem opinionem; er-
go etiam eius hæres reuocare poterit. Alberic. *in d. l.cùm vir,num.3.ff.de vſucapionib.* quia ſi coniuges nõ
poſſent propter iuramenti vinculum, ipſorum hæ-
res non iurauit, ideo multò magis reuocare poſſet.
Io. Faber *Inſtit.quib.alienare licet,vel non.in princip. n.* 9.Campeg. *de dote,& eius priuilegiis quæſt.81.n.6.* Iſta
quidem † alienatio eſt nulla propter publicam vti- 16.
litatem,ne mulieres remaneant indotatæ. *l. lex Iulia. ff. de fundo dotal.l. 1.ff.ſolut. matrim.* & quando
actus annullatur fauore publico,hæres contrahentis
contrauenire poteſt. Bartol. *in d. l. poſt mortem. ff. de adopt.& in l.ſi quis pro eo,n.7.ff.de fideiuſſor.* Iaſ.*in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar,num.4. ff.de pactis.* Menoch. *in conſil.89 n. 85. vol. 1.* Item alienatio rei Eccleſiæ eſt
nulla fauore publico †, ideo ipſe idem prælatus 17.
alienans reuocare poterit gloſſ.*in cap.ſi quis presbyterorum*,& ibi Abb.*de reb. Eccleſ. non alienand.& in c. 1. de iureiur.*Berous *in conſil.32.numer.41.volum.2. & in quæſt familiar.27.per totam.*quia tunc Prælatus reuo-
cans videtur perſona diuerſa ab alienante. Pinell. *in l.1.parte 3 num.73.C de bon.matern.* Alexand. *in conſil. 109.volum.4.*

Secundò declaratur hic caſus,vt hæres reuocet† 18.
alienata per defunctum quando actus alienationis
fuiſſet nullus ob non ſeruatam formam præſcriptã
in ipſo actu.Tiraquell.*de retract.cõſanguin.§.26.gloſſa 2.& de legib. connubial.gloſſ.8. n.* 207. vbi alios alle-
gat,& Bald.*in l.2.in 3. notab. C.ſi aduerſus rem iudicatam*,dicit hoc caſu ipſum alienantem poſſe veni-
re contra factum proprium tam agendo, quàm re-
plicando de nullitate, quia factum † quod eſt nul- 19.
lum ex defectu formæ non ſeruatæ, nunquam parit
reo defenſionem, & latè hanc declarationem pro-
bat Cacheran.*in deciſ. Pedemontana 67.n.3.& ſeq.* &
ibi quòd etiam ſi hæredes eſſent ſine beneficio in-
uentarij, adhuc poſſent dicto facto nullo ex defectu
formæ contrauenire.

Tertiò declaratur, vt iſte caſus non procedat,
quando factum eſſet nullum ex præcepto teſtato-
ris,quoniam hæres defuncti fideicommiſſum ſibi ab
ipſo grauato † debitum,& ab eodem alienatum re- 20.
uocare non poteſt,ita reſponderunt, Alex. *in conſ.3. 3.in princip.& in conſ.23.in fine vol.3.*Ruin.*in conſil.7. n.39.vol.1.& in conſ.25.n.11.vol 2.* Pariſ.*in conſil.34. vol.2.*Socin.iun.*in conſil.17.n.56.vol.3.* & alij plures
ad hoc allegati per Surdum *in conſil.284.vol.2.*& per
Menoch. qui latiſſimè hoc comprobat *in conſil. 89. per totum volum. 3.* etiam latiſſimè probat Decian.
in conſil.

ut conſil.55.per totum.vol.3. quam declarationem intellige ſecundùm ea quæ ſcripſi paulo antè in declaratione ipſius regulæ.

Quartò declaratur, quòd licèt defunctus non
21. teneatur † de euictione, vt quia vendidit rem alienam ſcienti. *l.ſi fundum. C.de euictionib.* tamen hæres non poteſt venire contra factum defuncti, prout eſſe communem opinionem probat Socin.iun. *in l.4. §.Cato numer.211.ff.de verbor. obligat.* Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.9. numer.* 48. Pinell. *in l.1. part.3. numer.81. verſ.ampliatur ſecundò.C.de bon. matern.* & alij allegati à Surdo *in d.conſil.* 284. *num. 5.volum.2.*

Quintò declaratur, vt iſte caſus multò magis procedat, quando actus eſt nullus, & inualidus ex
22. defectu conſenſus †, vt ſi pater contraxiſſet ſponſalia nomine filij, tunc neque actio, neque exceptio datur aduersùs filium, & ideo filius hæres patris contra illius factum venire poteſt. Bartol *in l.Lucius Titius,num.4. ff ſolut.matrim.* & *ibi* Barboſa poſt alios relatos *num.* 18. atteſtatur eſſe communem opinionem. Alexand. *in l liberta,num.9. verſ. in eadem gloſſa. ff.ſolut.matrim.* Pinell. *in d.l.1. part.3 numer.83. verb. omiſſa autem.C.de bonis maternis.* Franch. *in deciſ.665. numer.4. in fin.* qui omnes ex textu *d. l.Lucius Titius,* firmant concluſionem, quòd vbi factum patris eſt nullum ex defectu conſenſus, filius hæres patris poteſt illius facto contrauenire, & intelligo de conſenſu requiſito in ipſo actu, puta ſponſaliorum, in quibus conſenſus patris non eſt conſenſus filij, & filius
23. adeundo conſentit generaliter †, qui generalis non ſufficit pro conualidandis ſponſalibus, ſine illo actu, qui eius conſenſum requirit, cum quo principaliter agitur, & confert huic declarationi, quia ſponſalia ſunt nulla ex defectu conſenſus filij, & quando
24. actus eſt nullus in fauorem alterius †, is poteſt actũ reuocare, in cuius fauorẽ eſt inducta nullitas. Gloſſa & Doct.omnes *in l 2.C.de iure emphyt.* Tiraquell. qui ad hoc allegat plurimos *in l.ſi vnquam, in ver. reuertatur,num.394.C.de reuoc.donat. & de legib. connubial. gloſſ.8.num.94.*

Secundus caſus eſt, quando factum teſtatoris eſt
25. in fraudem hæredis factum, tunc hæres † ratum habere non tenetur, ſed illi contrauenire poteſt, vtputa ſi alienatio in magna quantitate facta eſſet, præſumeretur fraus. *l.omnes.§. Lucius.ff.quæ in fraud. credit.* Bartol. *in l.poſt contractum.in verſ. prima præſumptio.ff. de donat.l.Imperator.*& *ibi* gloſſ. *in verbo in fraudem ff. ad Trebell.* vbi pater qui tenetur hæreditatem defuncti reſtituere filio, ſi alienet, diſſipet, & conſumat, in filiorum fraudem facere præſumitur, & ideo ante conditionis euentum illi reſtituere tenetur. Alex.
26. *in conſil.57.num.2.vol.5.* vbi quòd confeſſio † magnæ quantitatis pecuniæ receptæ per patrem præſumitur in fraudem filiorum facta. Loffred. *in conſil.* 1. *num.* 16. & tunc non procedere regulam d. l. *cùm à matre,* latiſſimè probat Cacher. *in d. deciſ.* 67. *numer. 5.& plur.ſeq.* qui omnes allegat, etiamſi dicta fraus præſumeretur in alienatione feudi, quòd ex pro-
27. uidentia anteceſſorum deberetur. Item filius † poteſt venire contra factum defuncti, quando reperitur fraudatus ſua legitima. *l.1. §.1 ff.ſi quid in fraudem patroni.* Curtius ſenior *in conſil* 1. *num.* 28. *verſ. quia reſpondeo.* Mangilius *in tract. de imputationibus. quæſt.93. num.28.*

Declaratur iſte caſus, reſpectu legitimæ qua filius fraudatus reperitur, nam ſi pater immenſam fecerit
28. donationem, ſiquidem † extraneo inofficioſam re, & conſilio, reuocatur in totum: at ſi re tantùm inofficioſa fuerit, vſque ad legitimam tantùm reuocatur; ſi verò alteri ex filio inofficioſè donauerit, eadem diſtinctio obſeruanda eſt, an re, & conſilio, vel re tantùm inofficioſa fuerit: at ſi filio in vtroque caſu aliquid reliquerit, quod in legitimam imputandum ſit, tunc vti inofficioſam non reuocabit, ſed ad legitimæ ſupplementũ agere debet, prout latè de his omnibus ſcripſi ſuprà *in parte 1.q.25.art.7.* vbi probo hæc omnia procedere non ſolùm in inofficioſa donatione, ſed etiam in iniuſta venditione à patre facta, & de eadem materia poſtea ſcripſit Mangilius *in tractatu de imputationib.quæſt.93.n.20. & plur.ſeq.* qui copioſiùs alios Doctores allegat. Et quando donatio † dicatur inofficioſa re, & conſilio, quando verò 29.
re tantùm, declarant Clar. *in §. donatio quæſt.24. verſ. dicitur autem,* & Paul.de Caſtr. *in conſil.356. volum.2.* Socin. *in conſil.18. vol.3.* Crauett. *in conſil.40.*

Secundò declaratur, nam ſi pater, & eius frater ſibi adinuicem certa bona donaſſent, & ſinguli poſt eorum mortem donaſſent filiis, & deſcendentibus ex eis cum iuramento, & Notario pro eiſdem ſtipulante, tunc filij non poſſunt de donatione † reciproca, 30. tanquam de inofficioſa conqueri, quoniam dicta donatio eiſdem, & ſingulis eorum facta dicitur, ex regula *l. quoties. C.de donat. quæ ſub modo,* vbi quot ſunt perſonæ, quibus donatum eſt, tot cenſentur eſſe donationes †, ita vt poſt mortem vnius, 31.
bona fingantur deueniſſe ad donatores, & ab eiſdem donatoribus iterum donata ſucceſſoribus, vt declarat Camerar *in repetit.cap.1. an agnatus, in prima quæſt. numer.* 55. Nam cùm ſint donata ad vitam ſingulorum, ille actus reuerſionis ad dominum poſt mortem primi donatarij occultatur, celeritate coniungendorum actuum, ad *l.ſingularia. ff.ſi cert. petatur,& l.3. §.final.ff.de donat. inter vir.& vxor.* ergo ſi eſt donatum filiis, ceſſat cauſa intentandæ querelæ inofficioſæ donationis: hoc enim nulla lege cauetur, vt querela inofficioſæ donationis poſſit intentari † à filiis, quando eiſdem filiis donatum eſt, ceſſat inofficioſitas re ipſa, ceſſat etiam ea quæ fraudulenta, 32. & ex conſilio dicitur, quoniam bona eiſdem filiis, & deſcendentibus donata fuere. Et licèt Rota *in deciſ.488. part.1. in Nouiſſimis,* tenuerit contrarium, ſequendo conſilium primum Deciani *in 2.dubio,vol.2.*& Menoch. *in conſil.691. vol.7.* Tamen caſus dictæ deciſionis, & dictorum reſponſorum valdè differt, ſiquidem reſponderunt in caſu fideicommiſſi † in ipſa donatione facti, ſi alter decederet 33. ſine filiis, alter, vel eiuſdem deſcendentes ſuccederent, qui valdè differt à donatione ſimplici, nam in hac donatione non tollitur onus, iuxta regulam *l.quoniam* † *in prioribus.C.de inoffic.teſtam.* quæ 34.
non habet locum in contractibus inter viuos, in quibus legitimæ onus appoſitum non tollitur ipſo iure, ſed ad eius reuocationem neceſſaria eſt querela, & probatio fraudis paternæ, quæ eſt iniuria reſpectu filiorum, vt ſcribunt communiter omnes *in l. hæreditarium.de bonis authoritate iudic. poſſidend. & in l.1. C.de inoffic.donat.& in auth.vnde ſi parens.* Bartol. *in l. Titia.§.Imperator de legat.2.*

Tertiò declaratur, quòd ſi donatarij † appoſuerint 35. pactum, quòd bona donata non imputentur in legitimam, tunc donatarij detrahere non poſſunt. Bartol. *in l.in quartam.n.15 ff.ad leg.falcid.& ibi* Alex. *n.9.* Rip. *n.89.* Pic. *num.113.* quos refert, & ſequitur Menoch. *in conſil.85.num.18.* & Decian. *in conſil. 41. num.108.vol.1.*

Tertius caſus eſt, quando factum † teſtatoris eſt 36.
geſtum cum clauſula, *pro ſe, & hæredibus,* tunc hæres, qui adiuit hæreditatem, non poterit contrauenire ex perſona propria, vt in feudo ex pacto, & prouidentia,

37. dentia, ſi pater alienauit †, & ita promiſit, firmat
Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, verſus finem, de ſucceſſ. feu-
di, & ſequuntur Aluarot. & Præpoſit. ibid. & Iacobin.
in ſua inueſtitura, in verſ. & eum pacto, de non alienan-
do, numer. 36. Curt. in tract. de feud. parte 4. rubrica an
in feudo antiquo conſenſus agnati præiudicet filiis. Tira-
quell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num. 54. & hoc pro-
cedit, etiam facto inuentario, ſi tantundem eſt in
hæreditate. gloſſ. in l. final. § in computatione. C. de iure
deliber. & ibi Bart. num. 6. Bald. num. 11. Alberic. num.
20. Angel. num. 5. Salyc. num. 21. Andr. in cap. 1. an
agnatus. Aſſlict. in deciſ. 240 & alij per Boër. deciſ. 33.
numer. 20.

38. Declaratur iſte caſus, vt teſtator † promitten-
do pro ſe, & ſuis hæredibus, non intelligatur voluiſ-
ſe obligare etiam bona hæredis. Bald. & Angel. in
l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. hab. Iacobin. in l. ſi
pactum, in fine verſ. niſi defunctus obligauit. ff. de pro-
bat. Aſſlict. deciſ. 200. vbi atteſtatur, quòd ita
fuit bis iudicatum, & in deciſ. 111. dicit fuiſſe iudi-
catum contrarium, quando teſtatòr expreſsè obli-
gauit bona hæredum, & vtrobique addentes ad Af-
flictum, referunt multos, & Surd. in deciſ. 315. num. 4.
& plur. ſeq. refert plurimos ad hoc, & propè finem, verſ.
ſed nunc non proſequor, dicit, quòd ſtat concluſio,
39. quòd in generali † obligatione facta per defunctum,
non veniunt bona hæredis: & confert conſilium
Nattæ 164. vbi quòd ſi in aliquibus pactis eſt facta
mentio hæredum, illa non cenſetur repetita in aliis
pactis, multò minus, quando agitur de bonis ipſiuſ
met hæredis, quæ ſecundùm multorum opinionem
non poſſunt obligari per contractum inter viuos.

Secundò declaratur, vt ſi defunctus promiſerit
pro ſe, & hæredibus cum iuramento, tunc eius hæ-
40. redes † adeuntes contrauenientes efficiuntur per-
iuri, quia licèt non afficiantur vinculo iuramenti,
quod eſt perſonale, tamen quoad vinculum tempo-
rale, & effectum temporalem ipſius iuramenti rema-
net obligatus. Bald. in auth. ſacramenta puberum, in fin.
C. ſi aduerſ. vendit. Bauer. in tract. de virtute iuramen-
ti. verſ. quadrageſimo quinto, num. 61. qui declarat hoc
procedere in iuramento confirmatorio, vt d. auth. ſa-
cramenta, & cap. cum contingat, de iureiurando. & alij
plurimi ad hoc relati per Menoch. in conſil. 1198. n.
20. & plur. ſeq. vol. 12. & per Seraphin. de iuramento,
priuileg. 68. per totum.

41. Quartus caſus, hæres † non poteſt contrauenire
facto defuncti, ſi ex ipſa contrauentione oriretur
turpitudo defuncti, ita enim allegans non audire-
tur. l. filios. C. de reuocand. donat. Corn. in conſil. 147. n.
25. vol. 1. etiam ſi fraudem ſui defuncti authoris pro-
bare vellet. Corn. in conſil. 104. num. 5. vol. 3. Nam ſic-
42. ut ipſe defunctus allegans ſuam turpitudinem †
non eſſet audiendus. l. mercedem. C. de conditionib. ob
turp. cauſam. l. tranſactione. C. de tranſactionib. l. ſi cre-
ditoribus. C. de ſeruo pignori dato. cap. inter dilectos. de
donat. Decian. in conſil. 18. numer. 189. volum. 1. &
conſil. 61. numer. 8. volum. 3. & alij ad hoc allegati
per Vitinm deciſ. 67. Ita nec hæres illius contraue-
niendo turpitudinem defuncti allegare poteſt, & ita
allegando, non eſſet audiendus. Ruin. in conſil. 194.
num. 11. vol. 1. vbi quòd nec agendo, nec excipiendo
allegare poſſet. Neque poteſt teſtatorem redarguere
de mendacio. Caſtrenſ. in conſil. 197. num. 1. vol. 2. So-
cin. ſen. in conſil. 13. num. 5. vol. 3.

Declaratur iſtè caſus, vt non procedat, quando
43. quis turpitudinem allegaret contra † participem
doli, & fraudis. Bartol. in l. iuſiurandum, quod ex con-
uentione. §. procurator, numer. 5. ff. de iureiur. Tiraquell.
de retract. §. 1. gloſſ. 18. numer. 72. Ruin. in conſil.
124. numer. 12. & ſeq. volum. 1. Item quando turpitu-
do eſt detecta per periurium vel alio modo, quia
tunc poteſt illam allegare. Io. de Amic. in conſil. 35. n.
40. vbi latè ſcribit de hoc. Item quando tractatur
de damno vitando, & alter de lucro captando, vel
vterque de damno, vel quando actum eſt contra le-
ges. Ruin. in conſil. 78. numer. 7. volum. 4. & in conſil.
123. numer. 11. & 13. & conſil. 125. num. 5. vol. 1. vbi
diſtinguit caſus.

Quintus caſus eſt, quando factum defuncti ori-
tur ex confeſſione per eum facta, hæres † non reuo- 44.
cat illius confeſſionem. Roland. in conſil. 71. n. 45. &
in conſil. 82. n. 39. & ſeq. vol. 2. Cephal. in conſil. 276. n.
35. Surd. in conſil. 151. num. 38. & ſeq. qui multos re-
fert. & in conſil. 567. n. 33. vol. 4. Sicut hæres † non 45.
poteſt declarare voluntatem ambiguam defuncti.
Iaſ. in l. centeſimis. §. 1. n. 3. ff. de verb. obligat. & in l. inter
ſtipulantem. §. 1. n. 6. eod. tit. Dec. in l. hæredem, n. 8. de re-
gul. iur. quia ea, quæ conſiſtunt in facto, ad hæredes
non tranſeunt. § ſed cùm factum. Inſtit. de ſtipulat. ſeru.
l. quod dicitur patrem. ff. de verb. obligat. & ius non crea-
tum in perſona defuncti dum viuebat, non tranſit
ad hæredes. Aretin. in conſil. 123. n. 4. Itaque confeſ-
ſio defuncti non poteſt † retractari per hæredes. 46.
Ruin. in conſil. 50. n. 13. vol. 1. Crauett. in conſil. 125. n.
6. & ſeq. quia habet vim inſtrumenti publici †, & in 47.
probando idem operatur quod inſtrumentum pu-
blicum. l. cùm te, & ibi Bald. in princip. Salyc. n. 1. Cu-
man. n. 2. Curt. ſen. n. 5. Iaſ. n. 5. Claudius de Seiſell n.
4. Dec. n. 7. qui alia iura congerit. Riminald. num. 3.
Alciat. n. 8. C. de tranſact. Alexand. in l. final. num. 21.
verſ. & ſecundum Bald. C. de edicto diui Adr. toll. Pariſ.
in conſil. 99. num. 12. volum. 3. Imò eſt efficacior pro-
batio, quàm inſtrumentum publicum, & quàm cæ-
teræ probationes. cap. 1. de confeſſ. lib. 6. & latè probat
Iaſ. in d. l. cùm te, numer. 5. & plur. ſeq. & Dec. numer. 7.
Canoniſtæ in rubrica de confeſſis, & in rubrica de pro-
bationibus.

Declaratur iſte caſus, vt confeſſio † prætextu er- 48.
roris poſſit reuocari. l. non fatetur. ff. de confeſſis. l. error.
C. de iuris, & facti ignor. c. final. de confeſſis. ergo hæres
poteſt docere de errore teſtatoris, & docto de illius
errore, confeſſionem reuocare poterit. Aſſlict. deciſ.
223. vbi plurimos citat: ſed ſi hæres non ex capite er-
roris vellet venire, non poſſet illam reuocare: Bald.
in conſil. 88. col. 2. vol. 2. Crauett. in conſil. 221. num. 8. &
12. Iaſ. in d. l. iuſiurandum. §. procurator, n. 5. de iureiur.
Sed ſi confeſſio eſſet geminata, item facta poſt ter-
minum ad deliberandum, item ſi eſſet iurata, nullo
modo reuocari poſſet. Roman. in l. ſi verò. §. de viro.
col. 22. & ſeq. ff. ſolut. matrimonio.

ARTICVLVS VII.

Hæredes ad quæ teneantur.

SVMMARIA.

1. Hæres tenetur facere inuentarium ad beneficium fi-
deicommiſſario.
2. ... de bonis reſtituendis tenetur reddere rationem.
3. Inuentarium ad inſtantiam fideicommiſſarij, & ſub-
ſtituti quale eſſe debeat.
4. Bonorum deſcriptio quando, & qualis fieri debeat.
5. Sequeſtrum quando fieri non poteſt, debet fieri bono-
rum deſcriptio.
6. Iuramentum in litem non datur fideicommiſſario
contra hæredem.

7. Fidei

7. *Fideicõmiſſarius debet probare alia bona fuiſſe relicta.*
8. *Hæres grauatus, qui diſſipauit, tenetur reintegrare fideicommiſſum.*
9. *Bona grauati quomodo remaneant affecta pro reintegratione facienda.*
10. .. *remanere hypothecata qui teneant, & an ſit verum.*
11. *Fideicommiſſarius agit conta tertios poſſeſſores bonorum grauati pro reintegratione fideicommiſſi.*
12. *Actio ad reintegrandum fideicommiſſum, dicitur in rem ſcripta.*
13. *Actio perſonalis in rem ſcripta, quæ ſit.*
14. *Actio ex* l.quoties C.de donat.quæ ſub modo, *eſt in rem ſcripta.*
15. *Donatarius ſecundus agit contra tertios poſſeſſores bonoruum alienatorum per primum donatorium.*
16. *Actio perſonalis exercetur cõtra tertiũ in ſubſidium.*
17. .. *in quibus caſibus exercetur contra tertium.*
18. *Fideicommiſſarius agit directò contra tertios poſſeſſores bonorum.*
19. *Hæres non implens voluntatem defuncti infra annum, priuatur hæreditate.*
20. *Annus adimplementi faciendi per hæredem, quando incipiat.*
21. *Hæres an, & quando dicatur in mora ſine interpellatione.*
22. .. *quando tenetur legatario de euictione.*
23. .. *quando tenetur res legatas aliis obligatas redimere.*
24. *Legatũ in ſpecie præſtatur ſine obligatione euictionis.*
25. *Teſtator cenſetur legare ius, quod habet in re.*
26. *Cohæres non tenetur de euictione alteri cohæredi.*
27. *Hæres tenetur litem inceptã ſequi coram eodẽ iudice.*
28. .. *etiamſi eſſet clericus.*
29. *Clericus factus poſt inchoatum iudicium, debet illud ſequi coram eodem iudice.*
30. *Inſtantia defuncti non tranſit ipſo iure in hæredem, & quid ſit faciendum.*
31. *Iudicij tranſlatio fit mediante decreto iudicis.*
32. *Hæres non debet ſoluere creditoribus poſterioribus ſciens eſſe alios anteriores.*
33. *Hærdis ſcientia quando ſit legitima.*
34. *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*
35. *Condictio indebiti datur contra hæredes.*
36. *Hæres puniri non poteſt, ſi non exonerat animam defuncti.*
37. *Hæres poſſeſſor tenetur ad cenſum inſolidum.*
38. *Cenſus præteriti debentur à poſſeſſore.*
39. *Hypotheca cenſetur contracta ſuper eiſdem bonis cenſualibus.*
40. *Heredes plures, omnes tenẽtur ad cenſum inſolidum.*
41. *Hypotheca eſt diuidua ſicut debitum principale, & quomodo ſit indiuiſa.*
42. *Pignus remanet indiuiſum tam actiuè, quã paſſiuè.*
43. *Hæres vnus ex pluribus, ſi eſt poſſeſſor, quomodo debeat ſuſtinere iudicium.*
44. *Hæredes plures non ſunt hæredes collectiuè, ſed diſtributiuè vt ſinguli.*
45. *Hæredes tenentur in pœnalibus actionibus, lite conteſtata cum defuncto.*
46. L.ex iudiciorum.ff.de accuſationib. *declaratur.*
47. *Actio trãſmittitur in hæredẽ ex ſola libelli oblatione.*
48. *Hæredes tenentur pro portionibus hæreditariis.*
49. *Legitima conſequenda non habet hypothecam ſuper bonis teſtatoris.*
50. *Filius non poteſt petere legitimã ſuper bonis legatis.*
51. *Hypothecaria non datur pro ſupplemento legitimæ.*
52. *Hæres in mora ſoluendi legitimam, an teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis.*
53. *Hæres inſtitutus cum conditione negatiua tenetur præſtare cautionem Mutianam.*
54. *Cautione Mutiana non præſtita hæres deſinit eſſe*

hæres.
55. *Cautio Mutiana eſt præſtanda ſiue hæres ſit factus ſub modo, ſiue ſub conditione ſiue affirmatiua, ſiue negatiua.*
56. *Hæres quando tenetur, ſi non præſtat cautionem Mutianam, tenetur reſtituere fructus.*

HÆREDES ad multa teneri, certum
eſt, de quibus per multos caſus in
præſenti articulo videndum eſt. Et
primus eſt, tenetur hæres ad confe-
ctionem inuentarij † ad beneficium 1.
fideicommiſſarij, ita firmarunt, Socin. *in conſil.* 51.
vol. 3. Paul de Caſtr. *in conſil.* 136. *col.* 2. *verſ. vnde*
ſi fideicommiſſarius, vol. 2. Curt. ſen. *in conſil.* 29. *col. fi-*
nal. verſ. certum eſt enim, & conſil. 66. *num.* 8. *verſ. ca-*
pio ſecundum. Ruin. *in conſil.* 159. *num.* 25. *vol.* 3. Pa-
riſ. *in conſil.* 81. *num.* 12. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 392.
num. 12. Crauet. *in conſil.* 433. *num.* 414. & omnes
mouentur per text. *l. cùm tale. §. Titius. ff. de condit.*
& demonſtrat. vbi ponitur ratio, quòd hæres † de 2.
bonis reſtituendis tenetur reddere rationem; ergo
tenetur inuentarium conficere, quod eſt caput ra-
tionum. *l. 1. §. officium. ff. de tutel. & rationib. diſtrah.*
l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtrat. tut. Alexand.
in l. in ratione. §. quod vulgo, col. final. ff. ad leg. falcid.
& in conſil. 82. *col. final. volum.* 2. & ita fuit iudica-
tum in Capella Tholoſana, & in Collegio Piſano,
vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Hæres. cap. officio*
iudicis.

Declaratur iſte caſus, vt dictum inuentarium † 3.
ad inſtantiam fideicommiſſariorum, vel ſubſtituto-
rum faciendum non ſit verum, & ſollemne inuẽta-
rium cum ſollemnitatibus, de quibus *in l. final. C. de*
iure deliber. ſed potiùs ſit quædam bonorum deſcri-
ptio, vt firmant Ruin. *in d. conſil.* 159. *num.* 25. *vol.* 3.
Socin. iun. *in conſil.* 122. *num.* 5. *vol.* 1. Pariſ. *in conſ.*
25. *num.* 47. & 52. *vol.* 1. Roland. *in tract. de inuentar.*
quæſt. 19. *num.* 1. *& ſeq.* Mantic. *de coniectur. lib.* 7 *tit.*
6. *num.* 4. & ita fuit iudicatum in Senatu Delphi-
nali, vt *Digeſt. Nouiſſim. tom.* 1. *tit. Inuentarium, cap.*
hæres reſtituere, & de hac bonorum deſcriptione † 4.
loquitur text. *l. ſi quis intra*, & *ibi* gloſſ. *in verbo, deſcri-*
ptio, C. de bonis damnatorum, in verſ. Nequid rei priua-
tæ commodis per gratiam, atque colludium furto ſubdu-
catur. Item quia per talem deſcriptionem hominum
malitiis obuiatur, *l. 1. §. item aiunt. ff. de aqua pluuia*
arcend. l. creditorem. ff. de euict. Item quia in illis ca-
ſibus, in quibus ſequeſtratio eſt prohibita, *l. 1. C. de*
prohibita ſequeſtr. pec. poteſt creditor † poſtulare, vt 5.
fiat rerum deſcriptio, quæ ſequeſtrari deſideraban-
tur, Bart. *in l. 1. §. ſeruus. ff. de ventr. in poſſeſs. mittend.* &
talis deſcriptio fieri debet ſumptibus petentis, cùm
ad ipſius inſtantiam, & vtilitatem fieri petatur, ar-
gum. *l. 1. §. idem tutor. ff. de tutel. & rationib. diſtrah.*
& l. tutoribus. §. final. ff. de adminiſtrat. tut. & ex his
ſequitur, quòd cùm non ſit verum inuentarium,
item cùm fieri non debeat dicta bonorum deſcri-
ptio, niſi fideicommiſſatiis, vel ſubſtitutis petenti-
bus, eorúmque ſumptibus, quòd contra hæredem
ex aliquo † capite non curatur in litem. Alexand. 6.
in d. conſil. 82. *col. fin. vol.* 2. Peregrin *de fideicommiſs.*
art. 44. *num.* 25. & latè probat hanc eſſe communem
concluſionem Gratian. *in quæſt. forenſ. cap.* 215. *num.*
29. qui cæteros refert, & ibi etiam *num.* 9. *& ſeq.*
quòd ſi fideicommiſſarij, † vel ſubſtituti dixerint 7.
aliqua alia bona relicta fuiſſe, ipſi probare debent,
cùm eorum intentionis ſit fundamentum, Alex. *in*
d. conſil. 82. *col. fin. vol.* 2. Crauet. *in conſil.* 316. *dubio*
8. *num.* 4.

8. Secundus caſus eſt, ſi hæres de reſtituendo † grauatus doloſè agit, & in pernieiem fideicommiſſarij fraudulenter mobilia alienat, & pecunias, quæ ſeruando ſeruari poterant, tunc eiuſdem hæredis bona, ſiue quæ tunc temporis habebat, ſiue poſtea acquiſita, remanent obligata, vt fideicommiſſum reintegret, ita probat Ruin. *in conſil.* 137. *in fin. volum.* 2. Vbi quòd ſi maritus vergens ad inopiam de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, dotes reſtituerit, ſi poſtea idem maritus alia bona acquiſiuerit, de dictis aliis bonis tenetur fideicómiſſum reintegrare, & dicta bona mariti remanent ad hoc affecta affectione legali, ex *l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. pet.* quæ habet locum etiam quando ex re mihi debita factus eſt locupletior, ſed maritus ex dictis bonis poſtea acquiſitis, quæ fideicommiſſi reintegrationi debita ſunt, factus eſt locupletior, ideo dicta bona grauati remanent affe-
9. cta †, per diſpoſitionem *d. l. ſi me & Titium*, ſaltem de æquitate ad reintegrandum fideicommiſſum, & hanc doctrinam ſequuti ſunt Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *numer.* 461. & Peregrin. *conſil.* 35. *num.* 9. *vol.* 3. *& in tract. de fideicommiſſis artic.* 42. *numer.* 70. vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum.

Et licèt Theſaur. *quæſt. forenſi* 84. *part.* 2. te-
10. neat, quòd bona grauati † remanent hypothecata pro reintegratione fideicommiſſi, ita vt vigore dictæ hypothecæ poterit agere etiam contra tertios bonorum alienatorum poſſeſſores, qui atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano; tamen illam deciſionem veram eſſe non exiſtimo, ſed erroneam, & contra caſum legis expreſſa *in l. cùm oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liberis.* vbi quòd ne filij quidem habent hypothecam contra bona patris adminiſtrantis, & eorum bona diſſipantis. Ego credo verius eſſe, quòd dicta grauati bona remanent affecta affectione legali ex quo factus eſt locupletior ſecundùm opinionem Ruini, quam ego ſequor, & tunc contra poſſeſſores bono-
11. rum grauati fideicommiſſarius † agere poterit, non ratione hypothecæ, ſed vigore actionis perſonalis in rem ſcriptæ, quæ etiam contra tertios bonorum poſſeſſores danda eſt. *l.* 3. *§. eſt autem. ff. ad exhibendum.* Bartol. *in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aqua pluuia arc.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubric.* 10. *§.* 11. *num.* 3. *fol. mihi* 1355. vbi de iure retractus condictione ex conſuetudine, quòd detur contra ſingularem ſucceſſorem, Doctores *in l.* 3. *ff. de eo quod met. cauſ.* gloſſ. & Doct. *in l.* 3. *C. eod. titul.* Rota *deciſ.* 464. *part.* 1. *in Nouiſſim.*

12. Sed hæc actio † ad reintegrandum fideicommiſſum ex aliis bonis grauati, dicitur in rem ſcripta, nam actio, quæ oritur ex peruentione rei ad alterum, dicitur in rem ſcripta, vt declarat Bolognet. *in rubric. ff. ſi cert. pet. num.* 26. Vnde ſi res tua, in qua ego habebam ius, peruenit ad Petrum, mihi datur
13. actio perſonalis † in rem ſcripta cótra Petrum, quia hæc non eſt eadem actio perſonalis in ſpecie, quæ mihi cópetebat cótra te, ſed dicitur actio in genere, quæ mihi ſufficit contra Petrum non tanquam contra ſucceſſorem tuum, ſed tanquam poſſeſſorem rei, ſuper qua ego habebam ius, ita declarat Bartol. *in d. l. ſi tertius. §. ſi prius, verſ. non quia ſucceſſor, ſed quia poſſidet. ff. de aqua pluu. arc.* Sed fideicommiſſarius habebat ius ſuper aliis bonis ipſius grauati ad reintegrandum fideicommiſſum ſibi debitum, & illa alia bona peruenerút in tertios qui poſſidét; ergo contra illos agere poterit actionem perſonalem in rem ſcriptam, atque illa bona recuperare, vt fideicommiſſum reintegretur.

Comprobatur ex multis ſimilibus, nam actio ex *l. quoties.* † *C. de donat. quæ ſub modo*, ſecun- 14.
dùm veriorem opinionem dicitur perſonalis in rem ſcripta, vt probaui inter deciſiones Piſanas *voto* 49. vbi quòd propterea datur ſecundo donatario contra tertios poſſeſſores ad recuperandum bona donata, quæ à primo donatario fuerunt alienata, quoniam ſecundus donatarius ſuper dictis bonis donatis habebat ius, & erant ſibi affecta vigore *d. l. quoties*, ideo per d. perſonalem actionem in rem ſcriptam † con- 15.
tra tertios poſſeſſores agere poterit. Item bona furis, vel quomodolibet fraudantis, ſunt affecta per diſpoſitionem legis ad beneficium eius, qui damnum paſſus eſt, quæ ſi à tertio poſſideantur, poterunt per actionem in rem ſcriptam recuperari, ad tradita per Riminald. iun. *in conſil.* 587. *num.* 13. *& ſeq. vol.* 5. Item in omnibus caſibus, in quibus actio perſonalis † exercetur contra tertium in ſubſidium, etiam 16.
ceſſante fauore cauſæ, vel perſonæ, vtputa ſi ſucceſſiſſet ex cauſa lucratiua. *l. final.* & *ibi* Alexand. *ff. de eo, per quem fact. erit.* Bald. *in l.* 2. *num.* 41. *C. de reſcind. vendit.* & *ibi* Cremenſis *in repetitione numer.* 188. *verſ. iſtud tamen*, Couar. *in lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 3. *numer.* 10. Item † ſi alienatio fue- 17.
rit doloſè facta, & ſucceſſor, etiam ex cauſa oneroſa, participauerit de dolo. *l.* 1. *C. ſi vendito pignore agatur.* Magon. *deciſ. Florentin.* 102. *num.* 20. Item, quia fideicommiſſarius agit conta tertium poſſeſſorem bonorum alienatorum per hæredem grauatum, etiamſi ab ignorante alienatio facta fuerit ipſi emptori pariter ignoranti, ſed hæres pretium ſoluere non poterit, nam iſto caſu non habebit locum *l. final. §. final. de legat.* 2. Neque intrant deciſiones Senatus Pedemontani, & Senatus Luſitaniæ, de quibus *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *titulo Alienatio cap. cùm proponeretur*, ſed fideicommiſſarius † poterit directò agere con- 18.
tra tertium poſſeſſorem, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 94. *numer.* 1. *vol.* 1. Alexand. *in l. Marcellus. §. res quæ, in fin. ff. ad Trebellian.* Roland. *in conſil.* 81. *numer.* 16. *volum.* 1. Menoch. *in conſil.* 44. *num.* 19. *volum.* 1. & Caſtrenſ. *in d. loco* dicit, quòd propterea retractatur alienatio. Iaſ. *in auth. res quæ, numer.* 2. *verſ. Addo*, & *ibi* Alexand. *num.* 4. *in fin.* Socin. ſen. *in conſil.* 49. *num.* 22. *& ſeq. vol.* 1. Huc etiam pertinent diffusè ſcripta per Melchiorem Cling. *Inſtitut. de actionibus.* in actione Pauliana, vbi quòd ſtante fraude ſolius alienantis per actionem Paulianam poſſunt omnia reuocari, & à tertio poſſeſſore recuperari, atque probat alienationem eo ipſo in fraudem dici factam, quòd alienans alia bona non habeat, ex quibus fideicommiſſario ſatisfacere poſſit.

Tertius caſus eſt, hæres infra † annum teſta- 19.
toris voluntatem implere debet, aliàs priuatur hæreditate ad fauorem legatariorum, & fideicommiſſarij. *§. ſi quis verò non implens. Auth. de hæredib. & falcid.* Phanuc. *in tract. de inuentario. parte* 7. *numer.* 28. *verſ. tertiò ponderatur*, Vaſquius *de ſucceſſ. creatione lib.* 1. *§.* 8. *num.* 12. & quòd anni terminus ſit datus ad exequendas defunctorum voluntates, probatur *in l. nulli. C. de Epiſcop. & cler. & in c. tua nos. de teſtamentis.*

Declaratur iſte caſus; vt ipſe annus † inci- 20.
piat, non à die aditæ hæreditatis, ſed à die monitionis factæ per iudicem. Bald. *in l. quod pauperibus. C. de Epiſcop. & cleric.* Socin. *in l.* 1. *numer.* 13. *de legat.* 1. Abbas *in conſil.* 59. *in* 3. *dubio. part.* 1. Ceuall. qui atteſtatur eſſe communem, *in quæſt.* 374. *num.* 2. Mangil. *in tract. de imputationib. quæſt.* 127. *num.*

num. 10. *& ſeq.* vbi diſtinguit, quòd ſi legatum eſt pium, poſt ſex menſes dicitur in mora, & tenetur ad vſuras, ſed ſi fuerit monitus, priuabitur per diſpoſitionem *Authent. hoc amplius, & §. ſin autem diſtulerit, in Auth. de Eccleſiaſtic. titul.* Sed ſi legatum
21. non fuerit pium, tunc nunquam poſſe dici in mora, † niſi interpelletur. *l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obligat. l. ſi pœnam. ff. quando dies legat. cedat.* Et quòd tempus anni, etiam fauore piæ cauſæ non currat ignorantibus, & impeditis, firmarunt Roman. *in conſil.* 228. *colum.* 1. & alij ad hoc relati per Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.* 73. *numer.* 13. licèt impedimentum non debeat retardare pias cauſas. Tiraquell. *de pia cauſa priuileg.* 37. neque alimenta. Surd. *titul.* 8. *priuileg.* 33. *num.* 7.

22. Quartus caſus eſt, hæres regulariter † tenetur legatario de euictione. *l. ſi domus. §. de euictione. de legat.* 1. vbi Iaſ. *numer.* 3. reddit rationem, quia hæres adeundo hæreditatem dicitur quaſi contrahere cum legatariis, & ita efficitur debitor neceſſarius; ergo tenetur de euictione, licèt ex titulo lucratiuo legati, *l. ſi hæreditatem. §. 1. ff. mandati.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando res legatæ fuiſſent aliis obligatæ, & teſtator hoc ſci-
23. uiſſet, quia tunc hæres tenetur † illas res luere, vt declarant Bartol. & alij *in d. §. de euictione*, Bald. *in l. cùm alienam. C. de legat.* Ripa *in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 95 ff. de verb. oblig. & ibi* Alciat. *n.* 38. *verſ. vnde & generaliter.*

Secundò declaratur, vt non procedat, quando res fuiſſent in ſpecie legatæ, puta talis domus, vel
24. talis poſſeſſio † talibus finibus circumſcripta; tunc enim hæres non tenetur de euictione, quia ſatis liberatur, ipſam rem, qualis eſt, præſtando, vt eſt caſus *in l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. de legat.* 1. *& ibi* hoc notat Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. Alexand. & Iaſ.
25. teſtator enim cenſetur legare † ius, quod habet in re. *l. apud Iulianum. §. idem Iulianus, & l. ſi domus. §. final. de legat.* 1. & hæres tradendo rem liberatur. *l. ſeruo legato. §. ſi fundus. l. legatum. §. final. & d. l. ſi à ſubſtituto. §. 1. de legat.* 1. Imò etiam ſi teſtator tantùm ius haberet, quod ipſius morte extinguendum eſſet, & ita nullam vtilitatem eſſet legatario allaturum, illud tantùm legatum eſſe cenſetur, *l. vxor patrui. C. de legat. l. quod in rerum. §. 1. de legat.* 1. Item ſi legatum eſſet vniuerſitatis, in qua aliquæ res obligatæ reperirentur, tunc hæres non tenetur illas luere, ſed ſemper legatarius. *l. licet in 2. reſponſo. ff. de dote prælegata.* Bald. *in l. prædia, in princip. C. de fideicommiſſ.* Idem Bald. *in l. legatis. C. de legat.* dicit, quòd legatum hypothecæ cenſetur factum cum onere, & honore; ergo cum omnibus debitis, legatum enim vniuerſale ſemper tranſit cum onere ſuo. *l. cum pater. §. menſæ. de legat.* 2.

Tertiò declaratur, nam ſi teſtator inter ſuos hære-
26. des bona diuiſiſſet, tūc alter cohæres † nō teneretur de euictione alteri, *l. cùm pater. §. euictis. de legat.* 2. gl. & Bald *in l. ſi familiæ, & in l. ſi cogitatio. C. famil. erciſc.* Bartol. *in d. §. duo fratres. quæſt.* 13. & latiſſimè de hoc ſcribunt Menoch. *in præſumpt.* 118. *lib.* 3. & Decian. *in toto conſil.* 106. *volum.* 3. cum ſuis diſtinctionibus, & declarationibus, & hanc materiam diffusè tractaui ſuper *d. §. duo fratres*, in lectura Patauina.

27. Quintus caſus eſt, hæres † tenetur litem inceptam contra defunctum proſequi in eodem iudicio, & coram eodem iudice. *l. hæres abſens. ff. de iudic.* Quod eſt verum, etiamſi ſit clericus hæres laici, qui litem inceperit coram iudice laico, Conarr. *in lib. practic. quæſt. cap.* 8. *numer.* 2. Et ratio eſt, quia iuriſdictio iudicis laici præuenta eſt, quo caſu dicitur fieri continuatio inſtantiæ cum defuncto inchoatæ, cuius ipſe clericus † ſucceſſor vniuerſalis re- 28.
præſentat vnam, & eandem perſonam, & hanc opinionem firmarunt, Immola *in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ.* Roman. *in l. ſi conſtante. §. fi. n. 14. ff. ſolut. matrim. & ibi* Paul. de Caſtr. dicit eſſe communem opinionem, Angel. *in d. l. hæres abſens. in princip. circa medium, & ibi* Caſtrenſ. Item Iaſ. *in auth. quas actiones, num. 39. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alexand. *in d. l. ſi conſtante. §. final.* vbi allegat Bald. & Cuman. Idem Alexand. *in additionib. ad Bartol. in auth. & conſequenter, num. 19. C. de ſentētiis.* Barbatia *in c. quia V. num. 45. & ſeq. de iudiciis, & ibi* Aretin. eam opinionem ſequitur, & reſpondet contrariis, & *ibi* Dec. *colum. final.* Milus *in ſuo repertor. in verbo Miles.* Stephanus Aufrer. *in tractat. de poteſtate ſeculari regula* 2. *fallentia* 6. Viuius dicit communem *in lib. 2. commun. opin. in verſ. clericus*, Vaſquius *de ſucceſſ. creation. lib.* 3. §. 22. *limitatione* 17. *numer.* 72. Maranta *in ſuo ſpeculo parte* 4. *diſtinctione* 11. *numer.* 79. Caranita *ſuper ritib. magnæ Curiæ Vicariæ. ritu* 234. & fuit vſu receptū in Camera Imperiali, Gaill *lib.* 1. *obſeru.* 37. & in Senatu Mantuano ſæpiùs fuit ita iudicatum. *Digeſt. Nouiſſim. tom. 1. titulo Iudicium, cap. inchoato*, & ille Senatus ſequutus eſt doctrinam Bald. *in l. ſi quis poſteaquam. ff. de iudic.* Vbi ſi inchoato iudicio reus fiat clericus, † tenetur coram 29.
eodem iudice laico comparere; ergo eodem modo, ait, quando clericus ſuccedit laico litiganti coram iudice laico, cuius iuriſdictio in illa cauſa præuenta eſt.

Declaratur iſte caſus, vt inſtantia † defuncti non 30.
tranſeat in hæredem ipſo iure, adeò vt ſententia lata contra defunctum poſſit exequi contra hæredem, per text. *l. Paulus in 2. ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſcind. & l. in ſumma. §. final. ff. de re iudic. & ibi* dicunt Paul. de Caſtr. & Alexand. Ad hoc vt inſtantia transferatur in eum, opus eſt, vt citetur, per text. *l. edictum. ff. de iudic. & l. oratione. ff. de feriis*, & tunc intelligitur inſtantia tranſlata ex eiſdem actis, & iudicari poterit ſuper ea *l. final ff. ad exhibendum. l. Lucius. §. rogatus*, & quæ *ibi* not. Bartol. *ff. ad Trebell.* Bald. *in l. ſi eos. C. de fideiuſſorib.* Angel. & Immol. *in l. pœnales, in princip. ff. ad legem falcid.* Quamobrem mortuo reo, citantur illi qui prætenduntur hæredes ad deliberandum ſi ſint hæredes, & pro qua parte, & ad videndum fieri traſlationem iudicij † in ipſos, & tūc 31.
iudex interloquitur, transferendo iudicium, & ad vlteriora procedit, vſque ad ſententiam, neque ampliùs nominatur defunctus, & ſi eſt hæres actoris, citatur reus ad videndum fieri tranſlationem iudicij in eum, & docto de legitima ſucceſſione transfertur dictum iudicium & inſtantia, & pro, vel contra eum eſt ferenda ſententia.

Sextus caſus eſt, Hæres ſoluens † creditoribus 32.
poſterioribus, ſciens alios eſſe anteriores, ſi ab ipſis non receperit cautionem, ratione doli, in quo eſt, etiamſi nihil aliud ſit in hæreditate, adhuc tenetur, gloſſ. *in l. final §. & ſi præfatam, in verſ. repellantur. C. de iure deliber. & ibi* Paul. de Caſtr. Alexand. & Iacobin Bartol. *num. 1. verſ. contra.* Geminian *in c ſanè.* 24. *quæſt.* 2. Monticulus *de inuentar. in §. & ſi præfatam. n.* 82. Roland. *in eod. tractatu, parte 4. §. an hæres vſurarij, num. 1. verſ. ſed contraria ſententia; in fine.* Phanuc. *in eod. tract. part. 5. num. 135. verſ. hoc tamen limitatur.*

Declaratur iſte caſus, vt ſcientia † debeat 33.
eſſe legitima, quæ non eſt talis ſi de debito

non conſtat aliter, quàm per aſſertionem creditoris,
per ea quæ ſcribuntur de proteſtatione prohibito-
ria in l. non ſolùm. §. morte. ff. de noui oper. nunciat. & ſatis
grauaretur hæres ſi vellet perquirere omnes credi-
tores, & ita iuxta hanc declarationem fuit iudica-
tum. Minadous deciſ. 9.

34. Septimus caſus eſt, hæres † tenetur exonerare
conſcientiam defuncti, & vſuras ab eo exactas re-
ſtituere. Doctores in cap. tua nos. de vſuris. Surd.
in conſil. 425. numer. 51. volum. 3. Et quòd hoc pro-
cedat etiam de iure ciuili, etiamſi lis non fuiſſet
conteſtata contra defunctum, Bartol. in l. 1. propè fi-
nem. ff. de priuat. delict. Bald. in l. vnic. col. final. in princip.
C. ex delict. defunct. & ibi Angel. in fin. & ratio eſt, quia
d. vſuræ petuntur tanquam indebitum. l. ſi non ſortem,
in princip. ff. de condict. indebiti. c. Michael. de vſuris. Sed
35. condictio † indebiti datur contra hæredes, quia eſt
actio perſonalis, & ita arguit Angel. in præcitato loco.
Et ad hoc confert communis concluſio Canoniſta-
rum, quòd hæres tenetur ſatisfacere pro delicto de-
functi, etiamſi lis non fuiſſet cum defuncto conte-
ſtata, nec aliquid perueniſſet, ad hæredes, gl. in c. ſi. de
ſepultur. gl. final. in c. in literis. de raptoribus. gl. in l. hære-
des in fin. 12. quæſt. 2. & de hoc eſt text. c. ſi Epiſcopum
16. quæſt. 6. in verſ. ab hærede eius, quæ iniuſtè ab illo abla-
ta ſunt, ſine excuſatione reddantur. & ibi gl. allegat con-
cordantes, & pro hac opinione facit c. Eccleſia. §. item
peccato, in 4. 1. quæſt. 4. vbi quòd ignorantia cri-
minis neminem excuſat, maximè quando ex eo vti-
litas ignoranti defertur.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat quo ad pœ-
36. nam, † nam ſi hæres nõ exoneret defuncti animam,
puniri non poteſt, ſicut vxor non punitur, quæ de
vſuris à marito extortis viuit, Nauarr. in ſumma c. 17.
n. 268. & hãc declarationem ſatis plenè probat Surd.
in d. conſil. 425. n. 51. vol. 3. Poteſt tamen officio iudi-
cis cogi ad exonerandam animam defuncti, præſer-
tim filius, nam ſicut in vita tenentur patri alimenta
præſtare, ita, & multò magis poſt mortem illius ani-
mam exonerare, & ita fuit deciſum, vt D. N. tomo 5.
tit. Hæres. cap. idem ſi lis.

37. Octauus caſus eſt, hæres † poſſeſſor rei ſuppoſitæ
cenſui inſolidum ipſum cẽſum ſoluere tenetur. Spe-
cul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. verſ. 86. Corn. in con-
ſil. 264 col. 2. vol. 4. per text. l. 1. & ibi Iaſ. C. ſine cenſu
vel reliq. Natta in conſil. 323. num. 4. vbi quòd vnuſ-
quiſque poſſeſſor rei ſuppoſitæ cenſui poteſt pro
toto cenſu, & inſolidum conueniri. Imò etiam pro
38. cenſibus † qui in præteritum debebantur, Ancharan.
in conſil. 386. Foller. in practica cenſuali, in verſ. Huiuſ-
modi cenſus, ſuper num. 96. & alij plures ad hoc relati
per Surd. in deciſ. 32. numer. 6. & ſeq. Cùm enim
quis conſtituit cenſum ſuper aliqua re, & pro
ſolutione illius obligauit omnia bona ſua, tunc
39. etiam † ipſa res ſuppoſita cenſui obligata cenſetur,
l. codicillis. §. inſtituto. de legat. 2. in verſ. Nec ſuper eas fœ-
nerari, & ibi Bartol. Paul. de Caſtr. & alij. Bartol. in
l. qui fundum. ff. locati. & in l. fundus quem. ff. de an-
nuis legat. Io. Faber in §. item Seruiana, col. pen. & final.
Inſt. de actionib. Alciat. in l. plebs. §. pignus. ff. de verb.
ſignificat. Roman. in conſil. 388. Alexand. in con-
ſil. 156. numer. 3. volum. 6. & ibi Addentes Pa-
riſienſes declarant, Neguſant. de pignor. in 2. membr.
2. partis, numer. 33. Gigas de penſionib. quæſt. 51. Sed
hypotheca eſt onus reale, & tranſit cum ipſa re in
quemcunque poſſeſſorem. l. via conſtituti. §. qui-
cunque. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 1. §. final. ff. ſi ſer-
uit. vindic. ergo onus ſoluendi cenſum tranſit in
quemcumque rei cenſuatæ poſſeſſorem. clem. 1. vbi
gloſſ. de cenſib. l. reſcripto. §. ſciendum. ff. de muner. & ho-
norib. etiamſi tranſiret ad fiſcum. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi
publica.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiam ſi ſint
plures hæredes vnius debitoris cenſus, omnes
enim hæredes, † & poſſeſſores rei cenſuatæ tenen- 40.
tur inſolidum ad ſolutionem cenſus, Virgin. Boccat.
in tract. de cenſib. part. 1. num. 25. & ſeq. & alij ad hoc
allegati per Coſtam in tractatu de portione rata
quæſt. 72. num. 6. & per Theſaur. in quæſt. forenſi
85. num. 3. qui atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Se-
natu Pedemontano. Socin. in conſ. 135. num. 2. vol. 1.
qui allegat gloſſ. in l. vnus. C. de diſtractione pignor. vbi
quòd ius hypothecæ eſt indiuiduum. quæ doctrina
non eſt vera, quia hypotheca † eſt diuidua, ſicut ipsũ 41.
principale debitum, poteſt enim pignus conſtitui
tam pro qualibet parte debiti, quàm pro qualibet
parte diuiſa, vel indiuiſa pignoris. l. ſi conſenſit. §. fin. ff.
quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluatur. Ergo poteſt omni-
bus modis ſiue pacto, ſiue ſucceſſione, vel acquiſitio-
ne, aut alia confuſione reſolui, & extingui tam pro
parte debiti ſiue in parte remiſſi, ſiue integrè ſtantis,
quàm pro parte pignoris ſiue diuiſa, ſiue indiuiſa, d.
l. ſi conſenſit. §. ſi conuenerit. ff. quib. mod. pign. vel hypothec.
ſol. Eſt ergo hypotheca diuidua tam ex parte credi-
toris, quàm ex parte debitoris, ſed non diuiditur,
quia licèt lex diuidat debitum ſortis principalis, l.
ea quæ. C. famil. erciſcund. tamen ſicut lex non di-
uidit conditiones. l. cui fundus. §. ſi ſortem. ff. de con-
dit. & demonſtrat. ita non diuidit pignus, vel hypo-
thecam, † ſiue eius luitionem, & ita remanet indiui- 42.
ſum tam actiuè, quàm paſſiuè, l. hæredes. §. idem obſer-
uandum. ff. famil. erciſc. l. in executione. §. final. ff. de verb.
oblig. l. 1. C. de luitione pignor. vbi ſi ſunt duo hæredes
debitoris, vel etiam ab initio duo debitores eiuſdem
ſummæ, & vnus offerat, vel ſoluat partem ſuam, ta-
men non poteſt repetere mediam partem pignoris,
quamuis pignus commodè diuidi poſſit, vt quia eſ-
ſent duo vaſa argentea æqualia, pignori data, non
enim poteſt ſolùm media parte debiti petere alte-
ram partem pignoris, ſed creditor vtrunque retinet,
imò vtrunque vendet pro reſiduo debiti. Item quòd
actiuè pignus remaneat indiuiſum, eſt text. l. ſolutum.
§. ſi creditori. ff. de pignorat. act. vbi ſi creditor habet
tres hæredes, & debitor vni ex eis tertiam partem
ſoluat, alij duo hæredes poſſunt totum fundum
hypothecatum vendere, non deducto triente, vel
altera parte fundi, quamuis debitor contendat, duas
tantùm fundi partes vendi debere, tamen totus
fundus non vendetur pro toto, ſed pro reſiduo de-
bito, & ita pignus, & hypotheca etiam ex parte cre-
ditoris indiuiſa manet. l. rem hæreditariam. ff. de
euictionib. Quòd igitur pignus, & hypotheca non
diuidantur, hoc non prouenit ex natura indiuidui,
quoniã & ipſa diuidua ſunt, cùm indiuiduitatis de-
finitio non competat, ſed dicuntur indiuidua im-
propriè, ſicut ſi debitor pactus eſſet ab initio ne te-
neretur partem debiti ab vno hæredum debitoris
recipere, quod pertinet ad indiuiduitatem ſolutiõ-
nis, quę impropria eſt, ſed ipſa obligatio & hypothe-
ca diuidua ſunt, nam ſequitur liberatio partis pro
parte ſoluta; ergo diuidua sũt, ſed ob ipſum pactum
ne teneretur partem debiti ab altero hæredum reci-
pere, remanet indiuiſa. Cùm igitur lex non diuidet
pignus, & hypothecam, ita vt indiuiſa, non autem
indiuidua dicantur; ergo plures hæredes vnius de-
bitoris, omnes ad illius ſolutionem tenentur.

Secundò declaratur, vt ſi ſint plures hæredes vnius
debitoris cenſus, & omnes inſolidũ cõueniri poſſint
ad illius ſolutionẽ, ſed vnus tãtùm ex eis poſſideat, † 43.
& cõueniatur, nõ tenetur ſolus ſuſcipere actionẽ, niſi
ſimul

ſimul alij vocentur, quo facto, ſi pariter iudicium
ſuſcipiant,& condemnentur, non tenentur,niſi pro
portionibus hæreditariis. *l. ſtipulationes non diuidun-
tur,in fine principij,l. in executione.§.inſolidum,l.cùm ex
cauſa,in fine.ff.de verb.oblig. l.ſi duo hæredes,in ſin.ff.de-
poſiti. l. ſi rem. §. 1. ff. de euict.* Si verò cohæredes
vocati non veniunt, neque ſe liti adiungunt, tunc
ſolus ille qui poſſidet,iudicium ſuſcipere compelli-
tur,& inſolidum condemnatur,& quando condem-
natio in æſtimationẽ reſoluitur,ille ſolus inſolidum
debet,ſaluo recurſu contra cohæredes, ſiue ſoluen-
44. do ſint,ſiue non ſint ſoluendo: heredes † enim non
ſunt cohæredes collectiuè,ſed diſtributiuè.*l.hæredes.
§.an ea.ff.famil. erciſ. l.ea quæ.ff.de regul. iur.l.4.§.Cato.
ff.de verb.oblig.l.3.in fin.ff.de duob.reis.*ibi,*omnes tenen-
tur,*id eſt,ſinguli.*l.cùm ex cauſa,in ſin.ff.de verb.obligat.*
vt text.exponit,omnes tenentur,id eſt,pro portione
hæreditaria vnuſquiſque, & *d. §. Cato. in verſ. ab
omnibus*, exponitur communiter pro portione hæ-
reditaria vniuſcuiuſque.

45. Nonus caſus eſt, hæredes † tenentur in pœnali-
bus actionibus,ſi lis cum defuncto conteſtata fuerit,
gl.*in l. ex iudiciorum.* per illum text. *in verſ. ex cæteris
verò. ff. de accuſationib.* Bartol. *in l. vnic. in 2. lect. nu-
mer. 9. C.ex delict. defunct.* & *ibi* Alexand. *in addi-
tionib.*& Salyc. *num.9.* Idem Bartol. *in l.1.num.3.verſ.
ſi extra contractum, & numer. 7. ff. de priuat. delict.*
Bald. *in d.l.vnic. colum. 2. verſ.ſed hîc dubitatur*, vbi
46. quòd licèt *d. l. ex iudiciorum*, † ad hoc requirat ſen-
tentiam, tamen ipſe dicit hoc etiam procedere per
æquipollens ſententiæ, puta ſi interuenerit confeſ-
ſio,vel in cauſa concluſum fuerit,& hanc concluſio-
nem latiſſimè probat Vaſquius *in lib.3.controuerſ. Il-
luſtrium cap.96. n.15. & plur.ſeq.*vbi plurimos Doct.
allegat, & per plures caſus diſtinguit.Idem eſt ſi lis
conteſtata non fuerit, ſed contra contumacem pro-
ceſſum ſit ex primo decreto, quod habet vim litis
conteſtationis,ita vt faciat actionem tranſire in hæ-
redes,*l.vt perfectius.C.de annali except.l.ſi eum.§.qui in-
iuriarum.ff.ſi quis cautionib.l.1.ff.ex quib.cauſ.maior.*gl.
in §.pœnales.Inſtit.de perpetuis, & temp.act. Vbi quòd
ſola libelli oblatio, abſque litis conteſtatione facit
47. tranſmiſſionem actionis † pœnalis in hæredem, &
pro confirmatione huius concluſionis, conferunt *l.
omnes.ff.de regul. iur.* vbi omnes actiones, quæ mor-
te,aut tempore pereunt, ſi in iudicio ſemel incluſæ
fuerint,ſaluæ remanent.Item *l.Caius.ff.ad ſenatuſcon-
ſult. Syllanian.* vbi cauſa pecuniaria morte ingratæ
hæredis extincta non eſt.Item *l.vnic.§.qui pendente.ff.
ſi pendente appellat. mors interuen.& l. 3. verſic. an ve-
rò. C. eod. titul. & l. final. C. ſi reus, vel accuſ. mor-
tuus fuerit, & l. final. C. de iure fiſci lib. 10.* &
quòd hæredes ita teneantur, fuit iudicatum in
Senatu Pedemontano, vt *in Digeſt. Nouiſſim.
tomo 1. titulo Sententia. cap. inſcriptus, & tomo 5.
titul. Hæres. cap. idem ſi lis*, quo caſu hæredes
48. tenentur † pro portionibus hæreditariis,& ita iudi-
catum *d.titulo Hæres. cap. in quibus caſibus*, & in qui-
bus caſibus actio ex delicto pœnalis tranſeat in hæ-
redes, ſcribit Petrus Duen. *in regula 13.* vbi ponit
12.limitationes ad text.*l.pupillum.§.in hæredem. ff.de
regul.iur.& ad l.1.ff.de priuat.delict.*

Decimus caſus eſt,Hæres, qui tenetur filio teſta-
toris dare legitimam eidem relictã, non tenetur ei-
dem illam dare ſuper rebus hæreditariis ab illo
petitis, quia non reperitur iure cautum, quòd fi-
49. lius pro legitima † conſequenda habeat bona hære-
ditaria hypothecara, Alexand. *in l. in quartam num.
16.ff.ad leg.falcid.*& *ibi* Ripa *num. 114. & ſeq.* Socin.
in l. ſi ex toto colum. 1. de legat. 1. Dec. *in conſil.*
235. *numer.* 8. Alexand. *in conſil.* 78. *numer.* 3. &
conſil. 117. *volum.* 6. & alij plures, quos refert Ne-
guſant. *in tract. de pignor. in 4. membro. 2. partis, col.
pen.* propterea filius non poteſt dicere ſe velle legi-
timam ſuper re †,quã pater ſuus alteri legauit, dũ- 50.
modo legata non excedant beſſem, non enim di-
citur filius propriè creditor in illa, quia creditor
habet electionem eligendi quam rem vult. *l.credi-
toris arbitrio. ff. de diſtract. pignor.* ſed filius huiuſmo-
di electionem non habet; ergo non eſt verè credi-
tor. Neque pro illius ſupplemento habet actionem
hypothecariam,† quoniam non habet actionem ex 51.
teſtamento, ſed ſolùm condictionem, ex *l.ſcimus.C.
de inoffic.teſtam.* Sed condictio ex lege non reperitur
priuilegiata à lege, vt habeat tacitam hypothecam,
vt probat Socin. *in d.l.ſi ex toto. de legat.* 1. & latiùs
per Ruin. *in conſil.* 55. *numer.* 7. *vol.* 2. vbi etiam
quòd ſi hæres eſt in mora ſoluendi filio legitimam,
quòd nõ propterea tenetur ad intereſſe † lucri ceſ- 52.
ſantis, quia hoc intereſſe non debetur niſi propter
moram debitoris. *l. ſocium qui in eo, in princip.ff. pro
ſocio,* quem text. ad hoc probandum allegat gloſſa
magna *in c. conqueſtus. de vſuris.*Sed mora non com-
mittitur niſi per interpellationem.*l. cùm poſtulaſſem,*
& *ibi* Doct. *ff. de damn. infect.* & gloſſ. *in d.c.conque-
ſtus*, dicit, quòd dictum intereſſe propter ſolam
moram in ſolido negotiari debetur.per text. *l. 2. §.
fin.* & *ibi* Paul de Caſtr.declarat. *ff. de eo quod.certo
loco.* Nec reperitur iure cautum, quòd fauore legi-
timæ, mora contrahatur re ipſa, ſicut reperitur diſ-
poſitum fauore minoris.*l.in animorum.C.de in integr.
reſtit.minor.*& licèt fructus legitimæ debeantur à die
mortis teſtatoris. *l.Papinianus. §.vnde ſi quis.ff. de in-
offic.teſtam.* quia non debentur ratione moræ, ſed
ratione dominij, vel ratione iuris vniuerſalis, per
quos legitima augetur; ſecus eſt in intereſſe,quod
non debetur ſine mora, vt dixi, & illa non com-
mittitur ſine interpellatione.

Vndecimus caſus eſt, vxor hæres inſtituta,† cum 53.
conditione, vt non petat dotem, vel alia,aut aliud
non faciat, tenetur præſtare cautionem Mutianam
ante aditam hæreditatem. *l. Mutiana*, & *ibi* Doct.
ff. de condit. & demonſtrat. Bald. *in l. final. num. 13.C.
de indicta viduit. tollenda.* Item text. *in §. quod verò,
in verſ.præfatæ. auth. de nuptiis,* dicit, quòd hæres in
ſolidum inſtitutus ſub conditione negatiua, præ-
ſtat cautionem ſubſtitutis,& intelligitur de vulgari-
ter ſubſtitutis;ergo ſi hæres contrafaciat, admitten-
dus eſt vulgariter ſubſtitutus, quia ipſo iure lex fa-
cit † illũ deſinere eſſe hæredem,& perinde eſt, ac ſi 54.
hæreditatem non adiuiſſet, vt probat Socin. *in d.
l. Mutiana. ff. de condit. & demonſtr.* licèt Angel. ibi
dicat,quòd nõ deſinit eſſe hæres ipſo iure,ſed ſolùm
in effectu, tamen non impeditur ſubſtitutio vulga-
ris per illud nomen hæredis. *l. 2. §. interdum. ff. de
vulgar.* Bartol.*in l.1.quæſt.5.ff.eod.tit.* & quoad effe-
ctum dictæ cautionis præſtandæ, nulla differentia
conſtituenda † eſt ſiue inſtitutio facta fuerit ſub 55.
modo, ſiue ſub conditione, vt fuit reſolutũ in Ro-
ta Rom.vt *Digeſt.Nou.tom.1.tit.Cautio. cap.final.* Itẽ
ſiue ſub conditione negatiua,ſiue ſub cõditione af-
firmatiua, quæ perſeuerantiam requirat, vt *in d.tit.
Cautio. cap.Mutiana cautio.*& ſi hæres adiuerit, cau-
tione non præſtita,nõ dicitur hæres,ſed prædo,quia
ante conditionis implementũ non eſt hæres, Bald.*in
auth. cui relictum, n.10. C. de indict. vid. toll.* Ruin. *in
conſil.* 170.*num.7. vol.* 3. & ſi vidua † non præſtans 56.
cautionem prædictam decederet, non ſolùm non
tranſmitteret hæreditatem, ſed etiam teneretur re-
ſtituere fructus, & licèt Bald. *in conſil. 267. num. 4.*

*& conſil.*421.*num.*1. *volum.*5. teneat contrarium,tamen eius opinio eſt contra communem, de qua per Doct. *in d. l. Mutiana. ff. de condit. & demonſtr.*& per Ruin. *in d. conſil.*270. *num.*7. *vol.* 3. Et quid debeat continere dicta cautio Mutiana ponit Immol. *in d. l. Mutiana. num.* 6. videlicet debet promittere rem cum fructibus ſi contra fecerit.

Duodecimus caſus eſt, hæres in feudo hæreditario tenetur ad ſolutionem omnium legatorum, & onerum hæreditariorum, de quo caſu plenè ſcripſi ſuprà in hac eadem quæſtione *articulo* 5. *caſu* 8. *& artic.*6.*num.*12.*&* 37.

ARTICVLVS VIII.

Hæres grauatus de reſtituendo quicquid ſupererit,ad quæ teneatur.

SVMMARIA.

1. *Hæres ante reſtitutionem prius deducit bona propria.*
2. . . *item dotem maternam.*
3. . . *item pecunias, quas erogauit in extinctione æris alieni.*
4. . . *retinet bona ſecundùm æſtimationem de tempore factæ ſolutionis.*
5. . . *item deducit funeris factas impenſas.*
6. . . *item expenſas factas ad perpetuam rei vtilitatem.*
7. . . *& ſi eſt filius deducit duas quartas.*
8. *Trebellianica detrahitur etiam pro relictis in fideicommiſſo vniuerſali.*
9. *Hæres grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, poteſt diſponere de dodrante,& ſolum quadrantem reſtituere debet.*
10. . . *ſecus ſi diſſiparet dodrantem in perniciem fideicommiſſarij.*
11. . . *non poteſt diſſipare dodrantem tam de iure ff. quàm Authenticorum.*
12. . . *dicitur alienare in fraudem, quando alienat ſine cauſa.*
13. . . *quando poſſit etiam quartam conſumere ob iuſtas cauſas.*
14. *Hæres rogatus de reſtituendo quidquid ſupererit, poteſt in vita alienare dodrantem,dummodò ſine fraude.*
15. . . *ſed ſi eſt eidem conceſſa facultas alienandi, poteſt etiam in vltima voluntate alienare,& hæredem facere.*
16. *Alienandi facultate conceſſa,nihil refert an fiat alienatio in vita,vel in vltima voluntate.*
17. *Hæres filius grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, & data licentia alienandi medietatem, poteſt de toto diſponere.*
18. *Alienatio bonorum dicitur facta de conſenſu permittentis,& ab eo translata in emptorem.*
19. *Alienatione aliquando permiſſa,aliquando prohibita in eodem teſtamento, attenditur quod vltimo loco ſcriptum eſt.*
20. *Hæres grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit vni familiæ,cui debet reſtituere.*
21. *Hæres grauatus de reſtituendo familiæ,poteſt eligere remotiorem in familia.*
22. . . *ſed ſi teſtator præfigit formam electioni, ſecus eſt.*
23. *Mens expreſſa præualet præſumpta.*
24. *Hærede grauato de reſtituendo familiæ, non eligente,omnes de familia admittuntur.*
25. *Hæres grauatus de reſtituendo familiæ, omnibus extinctis de familia,poteſt liberè diſponere.*

DE iis, quæ veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, in quæſtionibus fideicommiſſorum inferiùs pertractandis, diſputabimus. Nunc, quando hæres grauatus eſt reſtituere quicquid ſupererit, duntaxat agendum eſt. Sed in primis quid
ipſe hæres † deducere valeat, videamus,bona enim 1.
propria hæredis, ſi expreſsè de eis teſtator non diſ-
poſuit,deducenda ſunt. *l.cohæredi.§.cum filia,in fin.ff.
de vulgari,& pupill.*& *ibi* notãt omnes.Paul.de Caſtr.
*in conſil.*77.*col.*1.*vol.*2.Item dos † materna. *l.ab omni-* 2.
bus.§.final. & *ibi* Bartol. & cæteri.*de legat.*1.Socin.*in
conſil.*170.*col.*1.*vol.*2.Item pecunias, † quas erogauit 3.
in extinctione æris alieni teſtatoris. Menoch. *in
conſ.*118.*n.*5.*& ſeq.vol.*2.Surd.*in conſ.*92.*n.*6.*in fin.vol.*
1.vbi dicit eſſe veriorem,& communem opinionem,
gloſſ.Iacob.de Arena,Bartol. Alberic. & alij *in l.mu-
lier.§.cùm proponeretur.ff. ad Trebell.*In qua retentione
bonorum æſtimatio facienda eſt ſecundùm tempus
factæ ſolutionis,† non autem ſecundùm tempus re- 4.
ſtitutionis fideicommiſſi. Mantic. *de coniectur. lib.*7.
*tit.*8.*n.*15.*& ſeq.verſ.& ſi hæres ſoluit.*Menoch.*in conſ.*
183.*num.*35.*& ſeq. vol.*2. Surd.*in conſil.* 291.*num.*12.
*circa finem,& in deciſ.*92. *num.*40. Item funeris † im- 5.
penſa, veluti æs alienum hæreditatis deducitur. *l.
impenſa. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. l. ſorori. §. ſum-
ptus*, & *ibi* gloſſ.*ff. ſi pars hæred. pet. l. Papinianus. §.
quarta.ff. de inoffic.teſtam.* Corn. *in conſil.*122.*num.*15.
*vol.*2. Pariſ.*in conſ.*94. *num.*23. *vol.*2.Picus *in l.Titia,
§.Titia,num.*169.*de legat.*2. Item expenſæ factæ † ad 6.
perpetuam rei vtilitatem, cedere debent ad commodum ipſius hæredis, per text. *in l.domos*, & *ibi*
Doct. *de legat.* 1. *l. vbi purè. §. final. ff. ad Trebellian.
l. mulier. §. ſed ſi cùm diſtrahere, verſ. ſed & ipſe.
ff. eod. tit.* Socin. *in conſil.* 82. *in fin. volum.* 4. Pariſ. *in conſil.* 55. *col.* 5. *vol.* 3. gloſſ. *in c.*1.*§.ſi vaſallus*,
& *ibi* omnes feudiſtæ.Hîc finitur lex Cortadi.Quoniam expenſæ neceſſariæ, vel vtiles in bonis hæreditariis meliorandis deducendæ ſunt ad commodum hæredis, ſecundùm æſtimationem temporis obitus ipſius teſtatoris. *l. mulier.§. ſed enim. ff. ad*
Trebell. Immol. & Alexand. *in d. l. domos.de legat.*1.
& in d.l.vbi purè.§.fin.ff. ad Trebell. Deinde pro reſiduo vbi filius factus eſt hæres computatis in patrimonio patris teſtatoris dotibus habitis.Item legiti-
ma, † & Trebellianica, quæ ſimul iuncta faciunt 7.
medietatem hæreditatis. *c.Raynaldus. de teſtamentis.*
& notatur *in d.l.cohæredi.§.cùm filia.& in l.quanquam,
& in l.in quartam. ff. ad legem falcidiam.* reſiduum fideicommiſſario reſtituendum eſt, cùm conditio
ipſius extiterit. Item quia integra quarta † Trebel- 8.
lianica detrahitur etiam pro legatis puris, ex fideicommiſſo vniuerſali ſub conditione relicto. Angel.
in l.ita tamen. §. hæres ex aſſe. ff. ad Trebell. Bartol.&
cæteri *in l. Marcellus.§.idem Pomponius. ff.ad Trebell.*

Sequitur videre,quando hæres grauatus eſt reſtituere quicquid ſupererit,quid reſtituere debeat.Hoc
caſu ſolam quartam † hæreditatis fideicommiſſario 9.
reſtituere debere, & de ipſo dodrante ad ſui libitum
diſponere,expreſsè diſponit text.*in auth. contra rogatus.C.ad Treb.& in auth.vnde ſumitur,in §.nobis ergo,in
Auth. de reſtitutionibus*, ita firmarunt etiam Accurſ.
Cyn.& Odofred.*in d.auth.contra rogatus*, Bald.*n.*7.&
ſequuntur Salye.& Caſtrenſ.*ibid.*Item gl.& Bartol.*in
l.Imperator.de leg.*2.& alij ad hoc relati per Menoch.
*in lib.*4.*præſumpt.*188.*n.*11.*verſ. de primo illo.*& per Peregr.*de fideicõm.art.*40.*n.* 42. Gabriel *in conſ.*99.*n.*20.
*vol.*2.qui dicit hãc eſſe veriorẽ,& cõmunẽ ſententiã.

Declaratur iſte caſus,vt procedat,quando grauatus ita reſtituere,non diſſiparet † dodrantem in per- 10.
niciem

niciem ipſius fideicommiſſarij, tunc enim ita doloſè
agendo fideicommiſſarius aduerſùs doloſè alienata
reſtitueretur, & reuocaret. Probatur, quia de iure
Digeſtorum hæres ita grauatus poterat omnia alie-
nare, dummodo hoc non faceret animo inuerten-
di fideicommiſſi, *l. Titius. ff. ad Trebell. in verſ. quicquid
ex hæreditate mea ſuperfuerit rogo reſtituas*, & viri boni
arbitrium eſſe iudicauit. quæ diſpoſitio cùm corre-
cta fuiſſet de iure nouiſſimo, *d. §. nobis igitur. authen.
de reſtitut. & d. auth. contra rogatus*, per quam diſpo-
nitur, vt de dodrante diſponere valear, non eſt cor-
recta diſpoſitio d. l. *Titius*, imò eſt confirmata ex-
preſsè *in d. §. nobis ergo. in verſ. aliis omnibus in eius po-
teſtate poſitis*, & licentiam habere eum hîc ſicut vo-
luerit vti, quemadmodum perfectis dominis com-
petit, ponderando verba, *vti perfectis dominis*, quæ
11. excludunt abuſum, & diſſipationem, † & quòd gra-
uatus ita reſtituere non poſſit alienare dictum do-
drantem liberè, & abſolutè, etiam in fraudem fi-
deicommiſſarij, firmarunt Paul. de Caſtr. & Cuman.
in d. l. Titius, num. 2. ff. ad Trebell. Corn. *in conſil.* 140.
num. 8. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.* 26. *num.* 25. *vol.* 2. Ruin.
in conſil. 112. *num.* 9. *& in conſil.* 116. *num.* 13. *vol.*
3. & latiùs *in conſil.* 121. *num.* 1. *verſ. ſed præmiſſis. vol.*
3. quos ſequitur Menoch. *in conſ.* 334. *num.* 60. *vol.*
4. *& in d. præſumpt.* 188. *num.* 15. *lib.* 4. dixit, hoc ca-
12. ſu de † malo animo inuertendi fideicommiſſum cō-
ſtare debet. Idem Menoch. *in conſil.* 226. *num.* 108.
& ſeq. vol. 3. vbi quòd de fraude ad hunc effectum
conſtare dicitur, quando ſine cauſa neceſſaria alie-
nat; & comprobatur, quia idem Iuſtinianus *in d. §.
nobis ergo*, dum conceſſit facultatem hæredi ita gra-
uato alienandi etiam d. quartam in quatuor cauſis
à Iuſtiniano tanquam iuſtis expreſſis. Bald. *in d. au-
thent. contra rogatus, num.* 7. & *ibi* Salyc. firmarunt,
13. quòd ſi malè conſumpſit, † & diſſipauit dodran-
tem, non poterit d. quartam alienare, leges enim
noſtræ ſemper abhorrent cauſam doloſam, & frau-
dem, & illis ſtantibus reſtitutionem, & reuocatio-
nem concedit.

Secundus caſus eſt, quando hæres rogatus reſti-
14. tuere quidquid ſupererit alienauerit in vita † ſine
dolo, & ſine fraude, & tunc alienationē d. dodran-
tis eſſe firmam, & validam, ſcripſerunt Cuman. *in
l. Titius. ff. ad Trebell.* & *ibi* Alexand. *num.* 9. Alciat.
in l. pater. §. fundum. num. 2. *de legat.* 2. Ruin. *in con-
ſil.* 76. *num.* 11. *vol.* 2. Surd. *in conſil.* 357. *num.* 2. *&
conſil.* 382. *num.* 50. *vol.* 3. Gabriel *in d. conſil.* 99. *num.*
21. *vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 1091. *n.* 4. *vol.* 11. *& in d.
præſumpt.* 188. *num.* 17. *lib.* 4.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
15. ipſi hæredi ita grauato eſt conceſſa facultas † alie-
nandi, quia tunc non ſolùm de dodrante in vita, ſed
etiam in vltima voluntate diſponere, atque hæredē
inſtituere poteſt, Socin. *in conſil.* 123. *num.* 3. *vol.* 3.
& in conſil. 31. *num.* 12. *vol.* 4. Ruin. *in d. conſil.* 76. *n.*
10. *in fin. & num.* 11. *& in conſil.* 115. *num.* 5. *& num.*
12. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.* 25. *num.* 17. *&* 25. *& ſeq.
vol.* 2. Ancharan. *in quæſt. familiar. lib.* 1. *quæſt.* 12. *n.*
4. *& ſeq.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. part.* 7.
num. 98. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 40. *num.* 46. vbi
dicit hanc opinionem eſſe veriorem, Surd. *in conſil.*
430. *num.* 5. *vol.* 3. vbi atteſtatur ita fuiſſe in Senatu
iudicatum, quia quando conceſſa eſt facultas alie-
16. nandi, † nihil refert, vtrùm ſit facta alienatio in
teſtamento, vel inter viuos. Item confert ad hanc
declarationem altera concluſio, quòd vbi facta eſt
diuiſio omnium bonorum communium fideicom-
miſſo ſubiectorum, ſi in illa diuiſione alienandi li-
centia conceſſa fuerit, & alter eorum moriens ſibi
hæredem fecerit, etiam dicitur de portione bono-
rum fideicommiſſi diſpoſuiſſe, Alexand. *in conſil.*
189. *num.* 11. *vol.* 2. Socin. *in conſil.* 43. *num.* 2. *vol.* 4.
Ruin. *in conſil.* 144. *num.* 20. *& in conſil.* 152. *num.* 10.
vol. 2. Curt. ſen. *in conſil.* 64. *col. penult.* Pariſ. *in conſ.*
71. *num.* 12. *vol.* 3. Gratus *in conſil.* 60. *num.* 9. *vol.* 1.
Riminald. iun. *in conſil.* 80. *num.* 40. *vol.* 1. Gabriel
in conſil. 125. *num.* 16. *vol.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ.
art.* 40. *num.* 57. Menoch. *in conſil.* 87. *num.* 60. *vol.* 1. *&
in conſil.* 323. *num.* 33. *vol.* 4.

Secundò declaratur, vt ſi filio grauato de reſti-
tuendo quicquid ſupererit data fuerit licētia † alie- 17.
nandi medietatem, tunc de toto poterit diſponere,
nam cùm ſibi debeatur legitima, & Trebellianica,
c. Raynaldus, de teſtamentis, quæ conſiſtunt in medie-
dietate hæreditatis, per hanc facultatem alienandi
medietatem, poterit totum alienare. Socin. *in l.
Marcellus. §. res quæ, in f. n. ff. ad Trebell. & in conſ.* 114.
num. 1. *verſ. ſecunda ratio. vol.* 3. Et latiùs probat Surd.
in conſil. 71. *per totum. vol.* 1. ita vt ille in quem eſt fa-
cta alienatio, † dicatur dicta bona habere de cōſen- 18.
ſu illius qui alienationem permiſit potius quam ab
ipſo alienante. Crauet. *in conſil.* 144. *num.* 1. *in fin. l.
vnum ex familia. §. ſi de falcidia. & §. ſi duos*, & *ibi* gloſſ.
de legat. 2.

Tertiò declaratur, nam ſi teſtator in vna parte
teſtamenti † permiſerit alienationem, & in altera 19.
prohibuerit, tunc ad euitandam contrarietatem at-
tenditur illud, quod vltimo loco dixit, ita vt ſecun-
da diſpoſitio deroget primæ, Peregrin. *de fideicōmiſſ.
art.* 30. *num.* 45. *in fin.* & latiùs ſcribam de hoc infra
in quæſtionibus *de prohibitione alienationis*.

Tertius caſus eſt, quando hæres fuit grauatus † 20.
de reſtituendo quidquid ſupererit vni ex familia,
tunc ſatis eſt ſi hæres grauatus vnum ex dicta fami-
lia eligat, & illi trientem relinquat. *l. filiusfamilias.
§. cùm pater, in fin. de legat.* 1. vbi pater cùm tres ha-
beret filios, grauatus fundum familiæ relinquere,
dicitur ſatisfeciſſe voluntati teſtatoris, ſi vni reli-
quit, quia hoc modo dicitur familiæ reliquiſſe. Idē
probat text. à contrario ſenſu *in l. peto. §. fratre. de
legat.* 2. *& l. cùm ex familia. §. itaque. ff. eod. tit.* Imò tali
caſu poteſt eligere remotiorem, † gloſſ. *in d. §. ita-* 21.
que, quia ſufficit, quòd vni ex familia relinquat.
Cuman. & Paul. de Caſtr. *in d. §. itaque.* Idem Cu-
man. *in conſil.* 153. *col.* 2. Paul. de Caſtr. *in conſil.*
32. *in fin. vol. primo*, & alij ad hoc relati per Surd. *in
conſil.* 39. *num.* 7.

Primò delatatur hic caſus, vt non ſit locus ele-
ctioni, † quando teſtator præfixit formam ſucceſ- 22.
ſioni, & ordinauit, vt proximioribus, ſecundùm or-
dinem ſucceſſionis, reſtituere debeat, tunc enim
ex mente † expreſſa, quæ præualet præſumptæ. *l.* 23.
*cùm ex filio. §. 1. ff. de vulgari. & l. continuus. §. cùm
ita. ff. de verb. obligat.* debet reſtituere proximioribus,
qui in eodem gradu ſucceſſionis exiſterent, per re-
gulam *l. cùm ita. §. in fidei commiſſo. de legat.* 1. *& l. final.
C. de verb. ſignificat.* & declarat gloſſa *in d. l. vnum ex
familia. §. ſi de falcidia, in verb. vni. de legat.* 2. Paul. de
Caſtr. *in d. l. filiusfamilias. §. cùm pater, in fin. de le-
gat.* 1. Ruin. *in conſil.* 117. *num.* 20. *vol.* 2. Ideo gloſſ.
in d. l. vnum ex familia, in princip. in verb. beneficium,
dicit, quòd vbi committitur electio vnius ex fami-
lia, poteſt eligere remotiorem: ſed quando ſimpli-
citer familiæ reſtitutio fieri debet, tunc illis eſt re-
ſtitutio facienda qui proximiores ſunt in eodem
gradu, & hoc idem dicit Immol. *in d. l. vnum ex fami-
lia. §. ſi de falcidia, num.* 1. *verb. nec obſtat.* & Paul. de
Caſtr. *in d. §. in fideicommiſſo. n.* 2. *in fin. verſ. ſed contra.*
Mantic. *lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 15.

Secundò declaratur, vt cùm teſtator mandat vni
ex familia faciendam eſſe reſtitutionem, ſi grauatus
24. neminem eligat, tunc † omnes de familia qui in eo-
dem gradu proximiores ſunt, admittuntur, *l. is qui
cùm plures. de legat.* 3. vbi ſi teſtator voluit fundum
exire non debere ex familia hæredum, omnes de fa-
milia admittuntur, *d. l. final. C. de verb. ſignific.* vbi fa-
miliæ relictum, pertinet ad omnes de familia, dum-
modo proximiores primò admittantur. *d. l. cùm
ita. §. in fideicommiſſo, de legat.* 2. & *ibi* omnes Doctor.
hoc declarant.

25. Tertiò declaratur, vt ſi grauatus reſtituere vni †
ex familia nullum ex illa habeat, quia omnes ex-
tincti ſunt, tunc de tota hæreditate diſponere po-
terit, *l. cùm pater. §. libertis. l. qui ſolidum. §. prædium.
de legat.* 2. & *ibi* gloſſ. Bartol. & Paul. de Caſtr. Bald.
in l. 2. C. quando dies legat. cedat. Dec. *conſil.* 182. *in
princip.* Natta *in conſil.* 191. Gabriel *in conſil.* 132. *num.*
60. *& ſeq. vol.* 1. & alia ad hoc allegata per Simon.
de Pret. *de interpretat. fideicommiſſ. lib.* 3. *ſolut.* 2. *num.*
9. *fol.* 369. & per Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 52. *in
princ.* & ſcribam ſuper hoc latiùs *in quæſt. de fideicom-
miſſ. art. quibus modis fideicommiſſa reſoluantur.*

ARTICVLVS IX.

Hæres grauatus ne inferat moleſtiam ſub pœna priuationis, quando priuandus ſit.

SVMMARIA.

1. *Hæres quando priuandus ſit hæreditate ſiue inferat moleſtiam iuris, ſiue facti.*
2. *Prohibitio non moleſtandi ſub pœna, comprehendit etiam moleſtiam iuris.*
3. *Moleſtia facti quando ſola intelligitur in prohibitione de non moleſtando.*
4. *Hæres repudiando hæreditatem, quando dicatur contra facere.*
5. *Contra facere dicitur qui non facit.*
6. *Moleſtia iudicialis ſine ratione iuris dicitur facti moleſtia.*
7. *Hæredes priuandi ob moleſtiam illatã contra præceptum teſtatoris, intelliguntur tam de inſtitutis, quàm de ſubſtitutis.*
8. *Filij cenſentur ſubſtituti ſub conditione, ſub qua fuit inſtitutus pater.*
9. *Teſtator poteſt apponere pœnam contrauenienti.*
10. *Hæres vel in modico contrauenien quando amittat amplum patrimonium.*
11. *. . non adimplens omnia perinde eſt, ac ſi nihil impleuiſſet.*
12. *Hærede priuato ob contrafactionem, cui applicetur hæreditas.*
13. *Pœna applicatur læſo in vltionem ſuæ iniuriæ.*
14. *Pœna non imponitur, niſi liquidò conſtet de culpa, & dolo.*
15. *Priuatus ob contrafactionem intelligitur in quibus ius non reſiſtit.*
16. *Hæres ſemel non deſinit eſſe hæres.*
17. *Hæredis priuatio ob contrafactionem, tranſit in naturam fideicommiſſi, ita vt poſſit detrahere Trebellianicam.*

IN hoc articulo plures caſus conſide-
randi ſunt. Primus eſt, quando hæ-
res eſt grauatus ne inferat moleſtiam
quocumque modo, ſub pœna priua-
tionis hæreditatis, & tunc priuandus
eſt † hæreditate, ſiue inferat moleſtiam iuris, ſiue 1.
facti, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue in iudicio,
ſiue extra iudicium, item ſiue ante, ſiue poſt litem
conteſtatam, gloſſa, quam Doctores communiter
ſequuntur *in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebellian.
in ver. mouerit*, & *ibi* Dynus, *& in l. ſed & ſi lege, §. ſi
ante litem. ff. de petit. hæredit. & in l. non ſolum. §. ſi ſta-
tutum. ff. de procurator.* notat Bartol. *in l. amplius. ff.
rem rat. haberi.* Bartol. *in l. cauſas. C. de tranſact. & in
l. cum poſtea*, per illum text. *C. de pact.* Angel. *in l. 1.
C. de præſcript. longi tempor.* & notatur *in l. qui fidem.
ff. de tranſactionib.* Canoniſtæ omnes, præſertim
Butr. *in c. ſi diligenti. de foro compet.* Alexand. *in conſil.*
52. *num.* 2. *&* 3. *vol.* 2. Barbat. *in conſil.* 56. *col.* 5. *verſ.
ſed licèt iſte. vol.* 3. Dec. *in c. in præſentia n.* 1. *de probat.*
Felin. *in c. cauſam quæ, num.* 65. *verſ. ſimiliter dicit, de
reſcript.* extendit hanc moleſtiam ad illam quæ de
iure, & in iudicio illata eſt, quando verborum am-
plitudo, & ſubiecta materia id ſuadet. Marſil. *in l.
vnius quæſtionis. §. cogniturum. ff. de quæſtionib.* Capyc.
deciſ. 69. *num.* 9. Afflict. *deciſ.* 329. *num.* 4. & licèt
Socin. ſen. *in conſil.* 131. *num.* 10. *vol.* 1. videatur te-
nere contrarium, tamen in illo caſu prohibitio erat
à iure limitata, & reſtricta, & hanc concluſionem
etiam firmarunt Socin. iun. *in conſil.* 113. *num.* 28.
vol. 1. Ruin. *in conſil.* 77. *num.* 4. *vol.* 2. dum volunt
quòd ſtante prohibitione ita facta per verba gene-
ralia comprehendatur vtraque moleſtia iuris, & fa-
cti, Riminald. *Inſtit. de donationib. in princip. numer.*
545. & quando dicta prohibitio † generaliter fa- 2.
cta eſt, comprehenditur etiam moleſtia iuris. Abb.
in conſil. 43. *col.* 1. *& in conſil.* 36. *vol.* 1. Peregrin. *de
fideicommiſſ. art.* 35. *num.* 6. vbi quòd teſtator poteſt
hæredi mandare, vt ſit tacitus & contentus, in eo
quod ſibi debet. *l. ſi debitor. ff. ad legem falcid. l. cùm
pater. §. Titio. ff. eod. tit.*

Secundus caſus eſt, vbi teſtator ſimpliciter pro-
hibet moleſtiam † inferri, neque vtitur verbis ge- 3.
neralibus, tunc intelligitur de moleſtia facti extra-
iudiciali, & ideo ſi vxor eſt relicta vſufructuaria, &
mãdatum eſt hæredi ne inferat illi moleſtiam in v-
ſufructu, hæres non adeundo hæreditatẽ, † vel illam 4.
repudiando dicitur contra facere, quoniam contra
facere dicitur qui non facit, Alexand. *in l. vbi autem.
§. qui id quod. ff. de verb. obligat. & §. final. Inſtit. eod.
tit.* vbi ad hoc vt committatur pœna ſtipulationis
continentis non facere, † ſufficit dicere, & ſi contra 5.
factum fuerit; ergo non faciens propriè dicitur
contra facere, & tunc repudiando hæreditatem di-
citur moleſtiam inferre, ita vt ſit locus priuationi
relictorum. Bartol. *in l. filio pater, in fin. verſ. aut eſt
excluſus. de legat.* 1. Ruin. *in conſil.* 47. *num.* 3. *vol.* 3.
Vbi quòd per repudiationem hæreditatis vxor im-
peditur conſequi vſumfructum, ille repudians di-
citur contrauenire, & facere ſibi locum priua-
tioni.

Declaratur iſte caſus, vt procedat non ſolùm in
moleſtatione facti, ſed etiam in moleſtatione iu-
diciali, † quæ fieret ſine ratione iuris, Bald. *in l. 1.* 6.
num. 27. *verſ. item quæro. C. de his quæ pœnæ nomine*,
per text. *l. ſi ſeruum. §. ait prætor. ff. de acquir. hæredit.*
& alij ad hoc allegati per Peregrin. *in d. artic.* 35.
num. 7.

Tertius caſus eſt, vbi teſtator grauat hæredem,
ne contraueniat alicui facto, vel voluntati, & in ca-
ſu contrauentionis priuat hæreditate, hoc intelligi-
tur tam de hæredibus inſtitutis, † quàm ſubſtitutis, 7.
ideo ſi primi inſtituti contrafecerint, etiam filij
eorum ſubſtituti cenſentur excluſi. Pariſ. *in conſil.*
19. *num.* 83. *& ſeq. vol.* 2. qui allegat Matthæum de

Feli

Felicianis inter conſilia Caſtrenſis 259.*num.*7.*vol.* 1. *& ibi num.*39. quòd voluntas teſtatoris redderetur ludibrio,ſi eſſent admittendi filij patris nõ implentis voluntatem defuncti. Idem *in conſil.*91.*num.* 67.*vol.*2. Roland. *in conſil.* 70. *num.*70. *verſ.& quod dictum eſt, vol.*3. & latiùs Alba *in conſil.*57.*num.*18. *in fin.*Ruin.*in conſil.*150.*num.*9.*verſ.ſecundò infertur, vol.*3. Item pro hoc facit,quia conditio ſi contrafecerit, reſpicit tam inſtitutos, quàm ſubſtitutos.Menoch. *in præſumpt.*118.*num.*2.*&* 6.*lib.*4. Item quia
8. filij ſub eadem conditione † cenſentur ſubſtituti; & tanquam in eis ſit repetita,quia in ſubſtitutis ſit conditio repetitionis,quotieſcumque primi inſtituti non adierint hæreditatem, ſiue concurrat eadem ratio, Menoch. *in conſil.*152.*n.*50.*& ſeq.vol.*2.Ruin. *in d.conſ.* 150.*n.*9. *verſ.& alia ratione.vol.*3.Peregrin. *de fideicommiſſ.art.* 11. paulò ante *num.*93. & licèt contrarium videatur dicendum per textum *l.paterfamilias teſtamento.ff. de hæred.inſtit.* & Doct. per illum textum concludunt, quòd non liceat priuare aliquem hæreditate propter culpam alterius in contra faciendo: tamen hoc procedit, ſi vocatio fuiſſet pura, & ademptio collata poſt ius acquiſitum,& facta in vim pœnæ, ſecus vbi inſtitutio fuit à principio ſub conditione poteſtatiua alterius, ſiue ademptio ſit iuris quærendi, & in vim conditionis, ita declarat Cephal. *in conſil.*52. *num.*9.*& ſeq.vol.*1. Menoch. *in conſil.*78. *numer.*7.*& ſeq.* Hondedeus *in conſil.* 58. *num.*7.*vol.*1. Item dicta contraria allegatio non procedit in filiis, qui reputantur vna perſona cum patre contra faciente, & illius contemplatione cenſentur vocati.

9. Primò declaratur iſte articulus, nam teſtator † poteſt pœnam apponere hæredi contrauenienti ſuę voluntati, & propterea hæreditatem in alterum transferre, Bartol. *in l.*1.*§. item ſi ita,in princip. & ibi* cæteri ſcribentes.*ff. ad leg.falcid.* Socin. *in conſ.* 4. *n.* 27.*vol.*4.Pariſ. *in conſ.*19.*num.*137.*vol.*2.poteſt enim contra facientes priuare. *l.* 1. *& per totum titulum ff. & C. de his quæ pœna nomin. §.final. Inſtit. de legatis. cap. Raynaldus.de teſtamentis.* Tanta enim debet eſſe
10. obedientia † voluntati teſtantium, vt etiam in leui, & modico defectu inobediens amplum patrimonium amittat, dum ſic teſtator iubet. *l. cùm quidam. C.de neceſſariis hæred. inſtit.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 292. *num.*6. *quæſt.* 5.*vol.*2. Tiraquel.*de iudic.in rebus exigend.verſ.* 27. Simon de Pret.*in conſ.*106.*n.* 27. Item quia non adimplens omnia in pœnam ca-
11. dit, † ac ſi nihil adimpleuiſſet. *l. ſi is qui ducenta.* §. *cùm ita*, & *ibi* Socin. poſt alios. *ff. de reb. dubiis. l. quamuis.ff.de condit.& demonſtrat.* & tam priuatio hæreditatis,quàm illius in alterum tranſlatio, totũ dependet à voluntate teſtatoris, vt per ſcribentes *in d.§. final.Inſtit. de legatis, & d. c.Raynaldus. de teſtam.* & magna cauſa priuationis eſt, quia odioſum eſt teſtatori, qui ſpernit eius honeſtum præceptum, Alex. *conſ.*130.*col.final. vol.*1.Paul. de Caſtr. *in conſil.* 197.*in fin.vol.*2.Pariſ. *in conſ.*19. *num.* 57. *&* 138. *& conſil.*91.*num.*54.*vol.*2.*& conſ.*1.*num.*66.*vol.*3.Rolãd. *in conſ.* 70.*num.*8.*&* 62.*vol.*3.

Secundò declaratur,vt hæres priuatus hæredita-
12. te, † ſi contra fecerit, & moleſtiam intulerit, cenſeatur in dubio priuatus ad illius beneficium,ad cuius fauorem pœna eſt impoſita. Alexand.*in conſ.*138. *num.*13.*vol.*1.videlicet, quando teſtator non expreſſiſſet in cuius beneficium hæreditas transferenda eſt in caſu d. contrafactionis, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 221. *num.*3.*vol.*2. per text. *l. final. in fin. ff.de litigioſis*, & ea quæ notat gloſſ. *in l.*1.*verſ.ſed cui dabitur.C.*
13. *de his, quæ pœn.nomine.* Item regulariter † pertinet ad eum qui fuit læſus in vltionem iniuriæ illatæ, & poſita ob iniuriam paſſi, debent applicari offenſo. Menoch. *in conſ.*604.*num.*28.*vol.*6.Bart. *in l.vxorem. §. hæres. de legat.* 3. diſtinguit,aut priuatio fit ab homine, aut à lege,ſed ibi loquitur in dubio,ſecus vbi priuationis verba ſunt expreſſa ad fauorem alicuius. Sed quia priuatio & amiſſio hæreditatis pœna eſt.*l.in criminali. C. de iuriſdict.omn. iud. d.l.*1.*C.de his quæ pœnæ nomin.*Crauet.*in tractatu de antiquitate parte*.4.*num.* 89. Propterea ad pœnam agi non poteſt,
niſi liquidò conſter † de culpa, & dolo contrafa- 14.
cientium. Alexand. *conſ.* 33.*num.* 2. *& ibi* Addentes *vol.*2.Crauet. *in conſ.*319.*num.*15. & alij per Burſat. *in conſ.* 167. *num.*2.*vol.*2.

Tertiò declaratur vt per contrafactionem ſub
pœna priuationis † intelligatur priuatus in his, in 15.
quibus lex non reſiſtit, idcirco filius hæres ita priuatus ob moleſtiam vxori, vel alteri illatam, non eſt priuatus ſua legitima, quoniam lex reſiſtit.*l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtam.* vbi quòd nullum onus imponi potuit,& probat Peregrin.*in d.art.*35.
*num.*6. Item ſemel hæres † non poteſt deſinere eſſe 16.
hæres, quia lex reſiſtit. *§. extraneo. Inſtit. de pupill. ſubſtit. l.& ſi ſine.§. quod Papinianus. ff. de minorib. l. qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit.* Bartol. *in l. in ſubſtitutione, in fine. ff. de vulgari.* Quamobrem quando hæres ob contrafactionem priuatur, illa priuatio trãſit in naturam fideicommiſſi, atque fingitur onere
fideicommiſſi † grauatus, vt hæreditatem reſtituat, 17.
vt latè probant Surd. *in conſ.*342.*num.* 2. *& ſeq.,vol.* 3. & Gabriel *in conſ.*109. *num.*2.*vol.*2.& Burſat.*in d. conſ.*167.*num.*8.*vol.*2. qui cæteros plurimos referũt ad hoc comprobandum, & quòd hoc caſu hæres poſſit retinere quartam. Couar. *in d. c.Raynaldus.* §. 1. *num.*7.*de teſtamentis*, & quòd deducat Trebellianicam, probat Immol. *in l. paterfamilias teſtamento. col. pen.verſ.vltimò dubitatur.ff.ad leg.falcid.*text.*l.*1.*§. item ſi ita.ff. eod.*vbi detrahitur falcidia de eo, quod quis in pœnam tenetur alteri dare,& hanc ſequuntur omnes præcitati Doctores.

QVÆSTIO XIII.

De hæreditate, per duos articulos diuiſa.

1. An hæreditas adita retineat nomen hæreditatis.
2. An hæreditatis repudiatio fieri poſſit per procuratorem.

ARTICVLVS I.

An hæreditas adita retineat nomen hæreditatis.

SVMMARIA.

1. *Hæreditas adita efficitur proprium patrimonium adeuntis,ſecundùm communem.*
2. *Filia quæ renuntiauit bonis paternis poteſt ſuccedere fratri in bonis quæ ad illum peruenerunt.*
3. *nec impeditur petere materna quæ ad fratrem peruenerunt.*
4. *Filia dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris,*

tris, poteſt ſuccedere fratri in bonis paternis, & num. 9.

5. *Hæreditas adita adhuc dicitur hæreditas defuncti contra communem, & num. 8.*

6. *.. etiam ſecundum communem vſum loquendi.*

7 *Genitiuus ſignificat originem.*

10. *Hæreditas ſemper dicitur eſſe reſpectu vltimi morientis, & num. 12.*

11. *Conditio rei mutatur per mutationem perſonæ.*

1. PARTEM negatiuam † tenēt Bar-
tol. & cæteri *in l. qui Romæ. §. duo
fratres. ff. de verb. obligat.* & *ibi* Socin.
iun. *num.* 8. atteſtatur eſſe commu-
nem, quia poſt aditionem effecta eſt
patrimonium adeuntis. gloſſ. *in l. 1. §. veteres ff. de ac-
quir. poſſeſſ.* & *ibi* Alexand. probat hanc eſſe commu-
nem, & *ibi* Roman. Aretin. & Iaſ. tenent eandem
opinionem, Bartol. *in l. ſi quis ſeruum. §. final. de legat.
2. & in l. Titius. num. 1. ff. ad Trebellianum.* Alexand.
in conſil. 198. *num.* 8. *vol.* 6. Dec. *in conſil.* 433. *num.* 4.
& in conſil. 665. *num.* 34. vbi quòd non conſideratur
ampliùs vt hæreditas defuncti, mouentur per text.
§. 1. *Inſtit. de hæred. qualit. & differ. & in* §. 1. *Inſtit.
quib. ex cauſ. manumittere non licet, in verſ. vt bona
vendantur nomine hæredis*; non autem defuncti, quo-
niam per aditionem factum eſt illius patrimonium,
quos textus allegant Crotus, Socin. & Iaſ. *in d. §.
duo fratres*, & Iaſ. *in l. eius qui in prouincia. §. quod ſi
ſtipulatus. col. 4. ff. ſi cert. pet.* Item quia ante aditio-
nem bona ſurrepta committitur crimen expilatæ
hæreditatis, ſed poſt aditionem furtum; ergo hære-
ditas adita amiſit nomen hæreditatis, quia factum
eſt patrimonium adeuntis. Ideo Angel. *in conſ.* 52.
2. dicit, quòd filia quæ renuntiauit † bonis paternis,
poſſit in eiſdem bonis ſuccedere, poſtquam perue-
nerunt ad fratrem, cuius patrimonium factum eſt,
etiam ſi frater alia bona non reliquiſſet, præter illa,
quæ à patre habuit, Alex. *in d. § veteres.* Dec. *in l. quo-
ties duplici. num. 6. ff. de regulis iuris.* Crot. *in l. ſtipu-
latio hoc modo concepta, num. 62. ff. de verb. obligat. &
in conſil.* 15. *num.* 33. Roman. *in conſil.* 165. vbi addē-
tes plurimos referunt, Tiraquell. *de retract. conſan-
guin. § 11. gloſſ. 1. num.* 18. Coraſ. *in l. qui liberos, num.*
81. *ff. de ritu nupt.* Purpurat. *in conſil.* 298. *numer.* 3.
Crauet. *in conſil.* 457. *num.* 12. Roland. *in conſil.* 43.
num. 40. *vol.* 4. Cephal. *in conſil.* 45. *num.* 18. *volum.* 1.
Craſſus *in §. hæreditas, quaſt.* 2. & propter eandem
rationem filia dotata, quæ renuntiauit bonis pater-
3. nis, † non impeditur petere etiam materna, quæ ad
fratrem peruenerunt, etiamſi eiſdem maternis re-
nuntiauerit, & ita fuit deciſum, Franch. *deciſ.* 119.
Ideo Bartol. *in l. final. §. quando. ff. ad Tertullianum*,
infert ad quæſtionem, quòd ſi ſtatutum prohibeat
4. filiam dotatam ſuccedere patri, † poterit tamen
ſuccedere fratribus defunctis poſt patris hæredita-
tem aditam, etiamſi nihil in bonis habeant præter
d. hæreditatem, & hanc ſequuntur Bald. *in c. 1. §.
quin etiam, in tit. Epiſcopum, vel Abbatem*, Alberic. &
Fulgoſ. *in l. quamquam. C. ad leg. falcid.* latè Aretin.
in conſ. 100. *& conſ.* 101. & Iaſ. *in d. l. eius qui in prouin-
cia. §. quod ſi ſtipulatus. col. 6. ff. ſi cert. pet.* vbi quòd iſta
opinio eſt indubitanter vera, & quòd ita millies
conſuleret, & iudicaret.

Pro contraria parte eſt text. *d. l. qui Romæ. §. duo
fratres. ff. de verb. obligat.* vbi fratres diuiſerunt hæ-
5. reditatem † ſuam, quæ debet intelligi de paterna,
vt Paul. de Caſtr. ſubaudit, quia ſi de alia hæredita-
te facta eſſet diuiſio, nulla dubitatio eſſet, quin fi-
deicommiſſum à patre relictū remiſſum fuiſſet, quia
ex ſeparatis non infertur. *l. Papinianus. ff. de minorib.*
& *ibi* aduertit Ripa *in princip.* Item pro hac parte al-
legamur, *l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit. l. final.
§. ſin autem a patre. C. de bonis quæ liber. l. 3. §. 1. l. item
veniunt §. ſimili modo. verſ. fructus. ff. de petit. hæred. l. hæ-
reditatē. ff. de donat. l. qui Titium. ff. de his quib. vt indign.*
Item totus titulus *ff. & C. ad Trebell.* vbi tractatur
de reſtitutione hæreditatis, quæ iam adita fuerat.
Item titulus de petitione hæreditatis, item titulus
de hæreditate, vel actione vendita, in quibus ſem-
per hæreditas nominatur, & præſupponitur quòd
adita fuerat. Item quia hæreditas dicitur eſſe illius
à quo prouenit. *l. final. § ſin autem æs alienum. C. de
bonis quæ liber.* & *ibi* hoc notatur, Alexand. *in d. l.* 1.
§. veteres. num. 16. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. *numer.* 8.
Item quia communis † vſus loquendi ita ſe habet, 6.
vt bona dicantur illius, à quo relicta ſunt, licèt nūc
ab alio poſſideantur. Item ad hoc facit communis
Doctorum concluſio *in rubrica ff. de noui operis nun-
tiat.* vbi Iaſ. *num.* 5. quòd genitiuus † ſignificat ori- 7.
ginem, per text. *l. 1. §. nunc videamus. ff. de coniun-
gend. cum emancip. liber.* Ruin. *in conſil.* 149. *num.* 7.
& in conſil. 153. *num.* 10. *vol.* 2. & ita dicimus hæ-
reditatem Petri, id eſt, quæ ducit originem à Pe-
tro, ita vt Petrus denotet cauſam efficientem, gloſſ.
in l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. obligat. Bart.
in d. rubric. de noui oper. nuntiat. num. 2. Alexand. *n.*
27. Nicouitius *num.* 145. & Ruinus *in præcitatis conſi-
liis.*

Et tenendo hanc opinionem contra commu-
nem, poſſet reſponderi ad contraria, ad text. *l. ſed
ſi plures. §. filio. ff. de vulgari*, poteſt retorqueri, quia
ibi etiam poſt aditionem appellatur † hæreditas, *in* 8.
verſ. aut vtrinſque hæreditatem, ad §. 1. *Inſtit. quib. ma-
numit. non lic. & Inſtit. de hæred. qual. & differ.* etiam
retorquendo, quia licèt in hærede neceſſario bona
dicantur vendi eius nomine, ne defunctus iniuria
afficiatur, tamen illas res appellat hæreditarias. Ad
titulum *de crimine expilatæ hæreditatis*, reſpondetur,
quòd etiam poſt aditionem committitur, ſi hæres
non acceperit hæreditatis poſſeſſionem. *l. 2. ff. de
crimin. expilatæ hæredit.* Ideo tituli de petitione hæ-
reditatis, & de hæreditate vendita, conſiderant hæ-
reditatem inſpecta origine, & ſecundùm commu-
nem vſum loquendi. Item comprobari poteſt,
quando ipſa hæreditas fideicommiſſario reſtituen-
da eſt, quia tunc propriè dicitur hæreditas etiam
poſt aditionem. Dec. *in l. 1. col. 4. C. vnde vir, & vxor.*
& ita in titulis ad Trebellian. ſæpe hæreditas adita
pro vera hæreditate ponitur.

Item ſecundùm hanc opinionem, etiam defendi
poteſt doctrina Bartol. *in l. final. ff. ad Tertull.* quòd
per ſtatutum excludens † dotatam à ſucceſſione 9.
patris, filia dotata non prohibetur ſuccedere fratri
ſuo, quia licèt bona, quoad originem, dicantur pa-
terna, dum filius ſuus, ſiue pater reſpectiuè viuit,
tamen illa origo conſideratur ſolum dum filius vi-
uit, ſed poſtquam moritur, non conſideratur vlte-
riùs, vt hæreditas patris, ſed vt hæreditas † vltimi 10.
morientis, & licèt hæres hæredis ſit hæres teſtato-
ris, *l. final. C. de hæred. inſtit.* tamen eſt hæres per
interpoſitam perſonam, & ſtatutum intelligitur in
caſu proprio, de hærede immediato. Item tempo-
re mortis fratris hæreditas non poteſt dici paterna,
ſed illius qui vltimò moritur, quoniam mutatione
perſonæ † mutatur conditio rei, *l. per procuratorem.* 11.
*ff. de acquir. hæredit. l. final. in fin. C. de inoffic. teſtam. l.
inter ſtipulantem. § ſacram. verſ. nā cum quis. ff. de verb.
obligat. l. filius. ff. de iure fiſci. l. 1. C. qui, & aduerſus quos*,
id eſt, mutatione perſonæ mutatur natura ciuilis
ipſius

ipſius rei, ſed non mutatur natura rei eſſentialis, vt aurum, quod erat in perſona patris, non eſt argentum in perſona filij, vt declarat Dyn. *in c. priuilegium. de regulis iur.* 'b. 6. ſed erit diuerſa hæreditas, videlicet, dum filius viuit, illa bona dicuntur hæreditas patris, à quo proueniunt, ſed poſtquam filius moritur, non poſſunt vlteriùs dici patris, ſed
12. filij † hæreditas, à qua ſoror à patre dotata, excluſa non eſt, Afflict. *in c. 1. num. 22. de natura ſucceſſ. feudi, & in d.c. 1. §. quin etiam,* & *ibi* Bald. & And. *Epiſcopum vel Abbatem.* Idem Afflict. ſuper conſtitutione regni incipiente, *à quibus, num. 20. & plur. ſeq.* vbi bene hoc declarat.

ARTICVLVS II.

An hæreditatis repudiatio poſſit fieri per procuratorem.

SVMMARIA.

1. *Hæreditatis repudiatio, vel aditio non poteſt fieri per procuratorem, & num. 9.*
2. *Aditio hæreditatis eſt actus dependens à ſola voluntate.*
3. *Per procuratorem quæ explicari poſſunt.*
4. *Ius adeundi non eſt in bonis noſtris, ſed ius acquirendi eſt.*
5. *Hæres poteſt adire, vel repudiare hæreditatem per nuntium, vel procuratorem.*
6. *Aditio, vel repudiatio hæreditatis dicitur facta in ipſo actu conſtituti procuratoris ad adeundum, & num. 8.*
7. *Aditio hæreditatis ſolo animo facta dicitur.*

1. PARTEM negantem † defendit Barbat. *in conſil. 18. col. 7. verſ. modò iſtis præſuppoſitis, vol. 2.* per multas rationes, quas nunc deducemus, & prima ab authoritate plurimorũ, gloſſ. *in l. 2. ff. de offic. procurator. Cæſar.* & *ibi* Bartol. & Iacobin. *num. 52. in fine*, vbi dicit eſſe valdè notandũ, Aretin. *in l. Paulus reſpondit*, aliàs incipit, *per procuratorem. ff. de acquir. hæredit.* & *ibi num. 2.* probat hãc eſſe communem opinionem. Alexand. *in conſ. 163. num. 9. vol. 2. & in conſil. 176. num. 1. vol. 5.* Forſter. *in tract. de ſucceſſionib. lib. 1. cap. 5. num. 16.* Frãciſc. de Ponte *in conſil. 10. num. 47.* Item quia ſicut procurator non poteſt adire hæreditatem. *d. l. Paulus reſpondit. ff. de acquir. hæredit.* ita non poteſt illam repudiare, & eſt ratio Bartol. *in d. l. 2. ff. de offic. procur. Cæſaris.* quia aditio † hæreditatis cùm ſit actus
2. dependens à ſola voluntate, ideo dicitur cohærere perſonæ, & propterea non poteſt per alium explicari. *l. 1. §. ne autem. C. de caduc. tollend.* Item quia aditio hæreditatis dependet ex declaratione animi, quæ alteri committi non poteſt, gloſſ. *in l. ſicuti. ff. de arbitr.*

Item quia hæreditatis aditio non eſt in opera, †
3. ideo per procuratorem exerceri non poteſt. *l. aditio. ff. de acquir. hæredit.* Item quia aditio eſt actus ciuilis, gloſſ. *in l. 1. ff. de acquir. hæredit.* & *ibi* Bartol. *in rubric.* ergo per alium explicari non poteſt. *l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquir. rer. domin. l. quocumque. ff. de actionib. & obligat.* Item quia ſi iſte actus poſſet fieri per procuratorem, tunc non poſſet ius directũ hæreditatis acquiri domino mandanti, ſed acquireretur procuratori; ius autem vtile acquireretur domino, & regulariter non acquireretur ſine ceſſione. *l. poſſeſſio. §. etſi poſſeſſio. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quæcumque gerimus. ff. de act. & obligat. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquir. rerum domin.* Sed hoc eſt abſurdũ, quia ſemper ius directum hæreditatis debet acquiri ei, qui factus eſt hæres; ergo per procuratorem acquiri non poteſt. Item quia ſi aditione facta per procuratorem, in hæredem inſtitutum transferretur ſolum ius vtile, tunc ipſe hæres qui non adiuit, non eſſet obligatus creditoribus hæreditariis. *l. 2. C. de hæred. vel act. vendit. l. hæreditatem,* cum *ibi* notatis. *ff. de donationib.* Item quia ius † adeundi non eſt in 4.
bonis noſtris. *l. pretia rerum. ff. ad legem falcid.* Sed eſt ius acquirendi bona quæ fiunt noſtra, Bartol. *in l. is poteſt. ff. de acquirenda hæreditate*, ſed ſuper his quæ non ſunt in patrimonio noſtro, vel non reſpiciunt adminiſtrationem patrimonij, nõ poteſt conſtitui procurator.

Contrariam opinionem tenet gloſſa *in l. apud Iulianum. §. vtrùm. in ver. reſtituere. ff. ad Trebellian.* vbi
quòd hæres † poteſt per nuntium, vel per epiſto- 5.
lam recuſare hæreditatem, per text. *l. recuſare. ff. eod. tit.* vbi quòd hæreditatis aditio poteſt recuſari per abſentem, hoc eſt, per epiſtolam, vel nuntium, & *ibi* Immol. *in 1. not.* & *ibi* Bart. declarat, quòd quando conſtituitur procurator ad adeundum, vel recuſandum hæreditatem, tunc aditio, vel recuſatio fit in ipſo actu conſtitutionis procuratoris, & ipſe procurator non dicitur adire, vel repudiare, ſed dicitur declarare aditionem vel repudiationem hære-
ditatis: aditio igitur, † vel repudiatio dicitur facta 6.
in ipſo actu conſtitutionis procuratoris ad ita faciendum, vt etiam comprobat Immol. *in d. l. apud Iulianum. §. vtrùm, num. 10. verſ. certè propriè loquendo. ff. ad Trebellian.* & hanc rationem eſſe multum coloratam, dicit Aretin. *in d. l. Paulus reſpondit col. 3. verſ. vnde ratio videtur multum colorata. ff. de acquir. hæredit.* & ſequitur Bald. *in l. qui aliena, in princip. ff. eod. tit.* Neque obſtant conſiderata per Aretin. *ibi*, quòd per actum ciuilem procurator non poteſt acquirere domino ipſo iure, quia fateor hoc eſſe verum, ſed ipſe dominus acquiſiuit ipſo iure hæreditatem, cùm conſtituit procuratorem ad adeundam
hæreditatem. nam aditio † hæreditatis ſolo animo, 7.
& nuda voluntate fit, & ſolo verbo expeditur. *l. pro hærede,* & *ibi* gloſſa. *ff. de acquir. hæredit.* Bald. *in conſil. 224. vol. 2.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 5. dubitat. 43. num. 53. fol. 495.* Dilect. *de arte teſtandi, tit. 11. cautela 2. num. 1.* eo enim ipſo quòd quis declarat intentionem ſuam ſe velle eſſe hæredem, ita eſt hæres ipſo iure. Bartol. Bald. Alexand.
& cæteri *in l. gerit. ff. de acquir. hæredit.* & quòd per † 8.
conſtitutionem procuratoris ad adeundam hæreditatem, cenſeatur adiuiſſe hæreditatem, reſpondit Bertrand. *in conſil. 285. viſo proceſſu cauſa, num. 1. vol. 4.* & Viuius *deciſ. 374. num. 6.* Forſter. *de ſucceſſ. lib. 1. cap. 5. num. 16. verſ. ſtatim enim quod mando, adeo.* Quamobrem procurator deſeruit pro nudo miniſterio facti ad declarandum aditionem, vel repudiationem fuiſſe factam. Hinc eſt, quòd ſi hæres reuocaſſet dictum mandatum procuræ ad adeundum, vel repudiandum, non propterea hæres deſineret eſſe hæres, quia, vt dixi, ſtatim ac animum declarauit per conſtitutionem procuratoris, factus eſt hæres, & ſemel hæres non deſinit eſſe hæres. *l. qui ſoluendo. ff. de hæredib. inſtit.* cum vulgaribus, & ex his ceſſant omnia contraria, quia ipſe hæres adiuit, ideo acquiſiuit iura directa, item eſt obligatus creditoribus hæreditariis. Item quod dicitur, per procuratorem hæreditas adiri non poteſt, debet

intel

9. intelligi per procuratorem † generaliter ad omnes actus,nam cùm, vt dixi,in aditione,& repudiatione requiratur animus, procurator generalis nô adhuc habuit animum ſui domini,ſed quando fit ſpecialis procurator ad adeundum, tunc animus adeuntis eſt declaratus, & procurator eſt nudus miniſter, ſicut in bonorum poſſeſſione, quam per procuratorem acquirere quis poteſt. *l.3.§. acquirere.ff.de bonor. poſſeſſionib.*

QVÆSTIO XIV.

De aditione hæreditatis, per duos articulos diuiſa.

1. Qui poſſint hæreditatem adire.
2. Quomodo aditio hæreditatis probetur.

ARTICVLVS I.

Qui poſſint adire hæreditatem.

SVMMARIA.

1. *Hæreditatem adit monaſterium, etiam monacho inuito.*
2. *Monaſterium non adit hæreditatem poſt mortem monachi.*
3. *Pater non adit hæreditatem mortuo filio.*
4. *Pater aliquando non eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij.*
5. *Creditor non adit hæreditatem delatam debitori.*
6. *Hæreditas non dicitur debitori acquiſita ante aditionem.*
7. *Fiſcus non adit hæreditatem pro condemnato.*
8. *Debitor poteſt hæreditatem ſibi delatam repudiare, ne creditori acquiratur.*
9. *Lucrum dotis poteſt remitti à marito in præiudicium creditorum.*
10. *Hæreditatem adit mulier ſine conſenſu propinquorum, ſtante ſtatuto quod ſine illorum conſenſu contrahere non poſſit.*
11. *..& qui tenent opinionem contrariam.*
12. *Mulier adiens hæreditatem contra formam ſtatuti poteſt dicere de nullitate aditionis.*
13. *Aditio mulieris facta ſine ſollemnitate, debet iterum fieri cum ſollemnitate.*
14. *Tutor ſolus non adit hæreditatem pupillo delatam, ſed cum ipſo pupillo.*
15. *..ſecus in tutore infantis.*
16. *..idem in patre legitimo adminiſtratore infantis.*
17. *Tutor non tranſmittit ius hæreditatis infanti delatæ.*
18. *Pater ſolus hæreditatem aduentitiam filio delatam adit, ſi ille repudiet.*
19. *Filius quando dicatur recuſare aditionem hæreditatis.*
20. *Præſcriptio iuris adeundi hæreditatem aduentitiam currit contra filium,& num. 22.*
21. *Iuſſus patris an & quando requiratur in aditione hæreditatis per filium facienda.*
23. *Patria poteſtas non eſt in conſideratione reſpectu aditionis hæreditatis, nec reſpectu inſinuationis donationis.*
24. *Iuri adeundi hæreditatem præſcribitur.*
25. *Ius immiſcendi, quod competit ſuis hæredibus, præſcribitur.*
26. *Filius per nonaginta annos poteſt ad patris hæreditatem peruenire.*
27. *Hæreditatis tacitam repudiationem, quæ cauſatur ex curſu temporis, non poteſt hæres ſuus reuocare.*
28. *Hæreditatis renuntiatio tacita nocet patri, non autem expreſſa.*
29. *Pater adit hæreditatem filio furioſo delatam.*
30. *Rebellis patriæ non adit hæreditatem.*
31. *Adire hæreditatem non poteſt, qui non poteſt ſe obligare.*
32. *Bona rebellis ſunt confiſcata abſque aliqua ſententia.*

PRÆCIPVI caſus ad iſtum articulum pertinentes, ſunt iſti, quorum primus eſt, cùm hæreditas ad monachum in monaſterio capaci exiſtentem defertur, monaſterium hæreditatem † adit, etiam monacho inuito, vel ignorante,qui neque velle, neque nolle habet. *c.ſi religioſus. de elect. lib.6. c.non dicatis 12.quæſt.1.* Bart. Angel. Immol. & Alexand. *in l.1.§. per ſeruum. ff. de acquir. poſſeſſ.* Bald. *in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cleric.* & ſi monachus vellet adire, & monaſterium repudiare, præferretur monaſterium, ſecundùm Iacob. de Aren. *in l.1. ff. de ſucceſſor. edict.* quia monachus nullam voluntatem habet. Io. Andr. & Collectar. *in c. in præſentia. de probationib.* Immol. *in clem. dudum. de ſepultur.* Speculat. *in tit. de ſtatu monachorum. §. qualiter. ver.9.* & *ibi* Io. Andr. & Bald. *in additionibus*, & ita fuit deciſum in ſupremo Senatu Luſitaniæ, & in Capella Tholoſana, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.5. tit. Aditio. cap.1.& 2.* 1.

Declaratur iſte caſus, vt ſi hæreditas † deferatur poſt mortem monachi, tunc monaſterium adire non poſſit, quoniam monaſterium æquiparatur patri, aut domino, prout eidem magis expedit, ideo ſicut pater non poteſt adire mortuo filio, † vt firmant Ricard. Cyn. Bald. Angel. Cuman. & Paul. de Caſtr. *in l. cùm non ſolùm. C. de bonis quæ liberis*; ita nec monaſterium adire poteſt hæreditatem monacho delatam, illo mortuo, & hanc eſſe communem opinionem probat Corn. *in conſil. 88. col. 2. verſ. faciebat dubium, vol. 2.* & licèt communis opinio Canoniſtarum ſit in contrarium, quòd etiã monacho mortuo adire poſſit, vt *in c. in præſentia. de probat.* tamen Corn. *in d. conſil. 88. verſ. & cùm ſimus*, dicit iſtam communem Canoniſtarum in terris tantùm Eccleſiæ obſeruandam eſſe. 2. 3.

Secundus caſus eſt, vbi bona filio relinquuntur à matre, vel exiſtentibus in linea materna, ſub conditione ne patri acquiratur vſusfructus, de quo ſcripſi ſuprà in hac parte. *quæſt. 1. art. 3.* tunc pater non eſt legitimus † adminiſtrator, nec impuberi adeunti authoritatem præſtare poteſt, vt probat Fabius Anna *in conſil. 1. num. 37. & ſeq.* ſed vel auus, vel curator ad hunc actum dandus eſt, vt regulæ de authoritate præſtanda ſatisfiat, vt *Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. Aditio. cap. pupillus.* 4.

Tertius caſus eſt, cùm hæreditas debitori † defertur, creditor vt ſibi ſatisfiat illam hæreditatem adire non poteſt, quia ius adeundi non eſt in bonis debitoris. *l. pretia rerum*, & *ibi* Paul. de Caſtr. Alexand. & alij notant. *ff. ad legem falcid.* Cephal. *in conſil. 321. num. 31. vol. 2.* & alij ad hoc allegati per Surd. *in deciſ. 140. num. 5. & ſeq.* neque poteſt dici proprium ius ante acceptationem, ſed potiùs 5.

dicen

dicenda eſt facultas, & potentia adeundi, vt dicit Bald. *in l. Deo nobis, propè finem. C. de Epiſcop. & cleric.* Cephal. *in d. conſil.* 321. *num.* 38. ergo non poteſt dici
6. debitori acquiſitum † antequã ipſe debitor declaret, ſe illud ius acceptare, tantò minus poteſt tranſmitti in creditorem, quod acquiſitum non fuit. Itē
7. quia ius adeundi competens condẽnato, † qui nunquam adiuit, non tranſit in fiſcum, & tamen fiſcus eſt loco hæredis, quia eſt vniuerſalis ſucceſſor. *l. 2. C. ad legem Iul. de vi publica.* Aretin. *in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus municipium ff. de acquir. hæredit.* Boſſius *de publicatione bonorum, num.* 13. multò minus poteſt trãſire in creditorem, extraneum, qui eſt ſucceſſor ſin-
8. gularis, & debitor † poſſet illam repudiare, vt creditori non acquiratur, & dicta repudiatio nõ vitiaretur tanquam in fraudem facta, quia edictum de his quæ in fraud. creditorum, non habet locũ in acquirendis. *l. qui autem ff. de his quæ in fraud. credit. l. non fraudantur ff. de regul. iur. l. final. C. de acquir poſſeſſ. l. eum proponas, in fin. C. de hæred. inſtit. l. quoties ff. ſolut. matrim. l. ſi duo ff. ſi quis cautionib.* & in lucro dotis
9. ſpectante ad maritum, † quod poſſit remitti ab ipſo marito in præiudiciũ creditorum. Dec. *in conſ.* 259. *& in l. 1. n.* 18. *C. de ſecund. nupt.* & alia allegata ad hoc per Gratian. *in deciſ.* 17. vbi quòd hæc concluſio procedit tam contra creditores chirographarios, quàm hypothecarios; ergo debitor poteſt hæreditatē ſibi delatam non acquirere, & tunc eius creditor non poterit illud ius adeundi exercere, quoniam in potentia, & facultate delatum fuit, non autē in actu, ſed antequàm plenè debitori acquiſitum fuerit, nullum ius creditori competit.

Tertius caſus eſt, vbi extat ſtatutũ, quòd mulieres ſine conſenſu duorum propinquorũ nullum cõtra-
10. ctũ, vel obligationē facere poſſint, tūc poſſe adire † hæreditatem ſine conſenſu propinquorũ, tanquam facientes actum ſibi proficuum, firmarunt Bald. *in l. neque. C. de contrah. & committenda ſtipulat.* Paul. de Caſtr. *in l. mutuum ff. de acquir. hered.* Io. de Arnono *in ſingulari* 15. Angel. *in conſil.* 317. Paul. de Caſt. *in conſ. 5. propè finem vol. 1.* Maranta *in 4. part. iudic. in 16. diſt. num.* 30. & hanc eſſe communem concluſionem atteſtatur Craſſus *in ſuis communib. ver. ſtatutum numer.* 22. Socin. *in conſil.* 122. *col. 7. vol. 1.*

Contraria opinio eſt verior, quòd mulier ſtante
11. d. ſtatuto non poſſit adire hæreditatem † ſine conſenſu propinquorum, quam firmarũt Paul. de Caſtr. & cæteri *in l. multum ff. de acquir. hæred.* & alij plurimi ad hoc relati per Viuium *in ſuis communib. opinione* 828. & per Tiraquel. *de legibus connubial. in ver. contractus. gloſſ. 3. num. 11. & 117.* Vaſquius *de ſucceſſ. creation. lib. 1. §. 4. num.* 47. qui probant hanc eſſe magis communem Doctorũ concluſionē, & ſecundùm eam fuit iudicatum in Rota Genuæ, vt *Digeſt Nou. tom. 5. tit. Aditio. cap. ſi mulier.* nam certum eſt hæredem adeuntem obligari creditoribus, & legatariis, ſed ſtatutum prædictum mandat mulieres non poſſe obligari ſine conſenſu propinquorum; ergo hæreditatem adire non poſſunt.

12. Declaratur prima opinio, vt ipſa mulier † adiens hæreditatem contra formam ſtatuti, poſſit dicere de nullitate dictæ aditionis. Aretin. *in §. ſui autem hæredes, in fin. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* Caualcan. *in tractatu de tutore, & curatore,* qui alios refert, Lupus *in repetitione rubricæ de donationib. inter vir. & vxor. §. 68. num. 7.* quia fortè hoc expediret mulieri hæreditatem non fuiſſe aditam, ſed ſi ageretur de præiudicio tertij, poſſet iſte agere con-
13. tra † mulierem, vt hæreditatem ſollemniter, & iuxta formam ſtatuti adeat, vt probat Ioſeph. Ludouic. *in deciſione* 45. Rotæ Lucenſis, vbi ſecundùm iſtam tertij inſtantiam iudicauit.

Quartus caſus eſt, tutor † non poteſt ſolus adire 14.
hæreditatem pupillo delatam, ſed ſimul cum pupillo adire debet. *l. potuit. C. de iure deliber.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 463. *propè finem, verſ. non enim aditio, vol. 2.* Sicut reſtitutio hæreditatis ſoli tutori facta non valet, nam etiam pupillo cum ipſo reſtitui debet. *l. ſed nec ipſi. ff. ad Trebellian.* quoniam tutor nihil poteſt acquirere pupillo ſine eius ſcientia. *d. l. potuit.*

Declaratur caſus, vt non procedat † in tutore in- 15.
fantis, per text. *l. ſi infanti. §. 1. C. de iure deliber. & l. 2. C. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.* Nam ſolus tutor,
vel pater, & legitimus † adminiſtrator, propter 16.
ſcientiam præſumptam infantis, quæ præſumitur propter certam ſcientiam tutoris, vel patris, poteſt inducere tranſmiſſionem iuris deliberandi, & adeundi infra annum ad quoſcumque. Bart. *in conſil.* 232. *lib. 1. per totum,* vbi hoc declarat, dummodo ſcientia duret tempore mortis infantis, quia ſi tu-
tor moritur ante infantem, non tranſmittitur † 17.
ius deliberandi, quia præſumitur ignorans; ſi verò tutor ſciens ſuperuixit pupillo, tunc quia ſcientia durat tempore mortis pupilli, benè tranſmittit, & ita declarat Bartol. *in conſil. 9. lib. 2.* vbi in fine dicit, quòd etiam in caſu non tranſmiſſionis, ſi infra annum non adiuit, competit hæredi infantis reſtitutio in integrum.

Quintus caſus eſt. Pater † ſolus poteſt adire hæ- 19.
reditatem aduentitiam filio delatam ſi ipſe repudiet, *l. final. in princip. C. de bonis quæ liber.* ſed hoc intelligitur ſi filius expreſsè repudiet, ſecus ſi tacitè filius permitteret labi tempus præfixum ad agnoſcendum, vel repudiandum, niſi malitioſè hoc
faceret, quia tunc ſatis expreſsè † diceretur filius 20.
recuſare. Bald. *in l. ſi is qui hæres. §. denique. ff. de acquir. hæredit.* per text. *d. l. final. & l. recuſare. ff. de acquir. hæredit.* & hanc eſſe communem opinionem probat Alexand. *in conſil. 27. num. 3. verſ. fortius. vol. 6.*

Declaratur iſte caſus, vt præſcriptio iuris ad-
eundi † hæreditatem aduentitiam currat contra 21.
filium familias, quia hodie ipſe ſolus poteſt hæreditatem aduentitiam adire, etiam ignorante patre, ſicut poteſt illam hæreditatem repudiare etiam patre inuito. Nam pater habebit adminiſtrationem bonorum filij, & ita vſumfructum, poſtquam filius acquiſiuerit, ſed reſpectu eius, quod filius adhuc nõ acquiſiuit, pater nõ eſt legitimus adminiſtrator; ergo ſola perſona filij conſideratur circa aditionē hæreditatis, & iuſſus patris requiritur pro ipſius intereſſe, ſed quando filius adiuit, patris non intereſt, † quia conſequitur vſumfructum, ſi dictam aditionem ratificabit, ita probat Decius *in l. 1. n. 85 & plur. ſeq. C. qui admitti,* & hanc eſſe communem concluſionem probat Iaſ. *ibid. num.* 17. & eſſe opinionem veriſſimam probat Cuman. *in l. qui in aliena, num. 1. & ſeq ff. de acquir. hæredit.* Bart. *in l. ſi quis mihi bona. §. qui iuſſum. ff. eod. titulo.* Maranta *in repetitione l. qui poteſt, num. 6. ff. eod. tit.* qui alios referunt, ſecus eſt in infante, vt dixi in præcedēti caſu. Et quòd currat
præſcriptio † contra filium familias reſpectu aditio- 22.
nis hæreditatis, reſpondit Bald. *in conſil.* 168. *num. 2. vol. 5.* per text. *d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acquir. hæredit. & in d. l. 1. num. 21. in fin. C. qui admitti,* quia
patris poteſtas † non eſt in conſideratione reſpe- 23.
ctu iuris adeundæ hæreditatis, ſic in donatione filius ſine conſenſu patris poteſt petere donationem inſinuari; ergo cõtra ipſũ currit præſcriptio de inſinuatio

R

nuatione non facta. Bald. *in d. l.* 1. *C. qui admitti.*
Cùm igitur ſola perſona filij (qui non ſit infans)
ſit conſideranda in acquiſitione quæ fit per hæredi-
tatis aditionẽ;ergo contra illum currit præſcriptio,
24. vbi non adierit.Itẽ quòd iuri adeundi † hæreditatẽ
præſcribatur ſpatio triginta annorum , firmarunt
Bald.& cæteri omnes , excepto Salyc. *in l.licet.C.de*
iure deliber. Bart. *in conſ.*129.*in princ. lib.*1. & probat
latiſſimè omnes referens Tiraquell.*in l.ſi vnquam,in*
*ver. reuertatur,numer.*392.*C. de reu cand. donationib.*
Quod eſt verum non ſolùm in iure adeundi, quod
25. competit extraneis , ſed etiam in iure † immiſcen-
di ſe in hæreditate quod competit ſuis hæredibus,
nam vtrũque triginta annis præſcribitur , gloſſ. *in*
d.l. licet. Sed cùm filius ex triplici capite ad patris
ſucceſſionem venire poſſit, per Vnde liberi,per Vn-
de legitimi,& per Vnde cognati, pro quolibet iſto-
rum capitum habebit triginta annos , ita vt filius
26. infra annos nonaginta † ad paternam ſucceſſionẽ
peruenire poſſit, per text. *l.* 1.§. *ſed videndum. ff. de*
ſucceſſor. edicto.& ita firmarunt Bald.&.Paul.de Caſt.
in d.l.licet. Alexand. *in conſil.*89.*per totum vol.*2.Frã-
ciſc.Balbus *in tract de præſcript.in quarta parte quartæ*
*partis princip.quæſt.*19. *num.*5.Boër.*deciſ.*33. *num.* 20.
& ſeq. Quamobrem qui non petit hæreditatem in-
fra tempus, quam ſcit eſſe ſibi delatam , cenſetur eã
non repudiare ex omni capite. gloſſ. *in d. l.* 1. §. *ſed*
videndum. verb. ſuccedebat. ff. de ſucceſſor. edict. quam
ſingularem reputat Caſtrenſ.*in d.l.*1. *C. qui admitti,*
& *ibi* Iaſ.*num.*26.& alij cõmuniter ſequuntur. Bald.
*in rubric. num.*13. *C. qui admitti* Bartol. *in l. nec is.* §.
hæres.ff.de acquir.hæred. Caſtrenſ. *in l quandiu , in l.n.*
ff. eod. tit. & dicit gloſſ *in l.*2. *C.de iuris, & facti igno-*
rãt. quòd excluſus per renuntiationem à iure adeũ-
di admittitur iterum,ſed excluſus tempore,non po-
teſt vlteriùs hæreditatem agnoſcere , quia funditus
excluditur, Bald.& Paul. de Caſtr.*in l ſi quis ſuus. ff.*
*de iure deliber.*Alex.*in l final.num.*5. *C. eod.tit.* vbi Iaſ.
27. *n.*3.*verſ.ſextò limita* , dicit quòd tacitam † repudia-
tionem,quæ cauſatur ex curſu temporis,non poteſt
ſuus hæres reuocare,ſicut poteſt expreſſam ſecun-
dùm diſpoſitionem illius legis. Dec. *in l.*1. *in vltima*
*lectura.n.*47.*C.qui admitti*,& *ibi* Iaſ.*num.*6.& ideo di-
28. citur *in d.l.*1.*C.qui admitti*,quòd tacita renũtiatio †
inducta curſu temporis nocet patri,quod non pro-
cedit in expreſſa.

29. Sextus caſus eſt,pater poteſt † adire hæreditatem
filio ſuo furioſo delatam,per text. *d.l.ſi infanti. C. de*
iure deliber.& *ibi* Bart.& Alex.dicunt poſſe irreuoca-
biliter adire,& pro hac parte dicit fuiſſe iudicatum
Florentiæ, Tuſcus *in ſuis concluſionibus in verbo,Adi-*
tio hæreditatis , concluſione 194. *num.* 26. *in* 1.*tom.fol.*
165. vbi quòd pater ex primo matrimonio habebat
filium furioſum, & duas feminas, & ex ſecũdo ma-
trimonio habebat vnum ſolum filium maſculũ,de-
lata hæreditate furioſo : ſi hæreditas adita fuerit
perpetuò, & irreuocabiliter , ſorores furioſi exclu-
derentur,illo mortuo à fratre conſanguineo;ſi verò
reuocabiliter, illæ ſorores ſuccederent , quia furio
ſus non potuiſſet tranſmittere in præiudiciũ exiſtẽ
tis in pari, vel potiori gradu.Rota Florentina,vt at-
teſtatur Tuſcus , determinauit contra ſorores pro
fratre conſanguineo , quia d.hæreditas irreuocabi-
liter adita fuerat.

30. Septimus caſus eſt. Rebellis † ſuæ ciuitatis, qui
occupauit iuriſdictionem, & caſtra ipſius,nõ poteſt
adire hæreditatem ſibi delatam , quoniam talibus
perſonis non poteſt deferri hæreditas neque ex te-
ſtamento , neque ab inteſtato.*l.*1. *C. de hæred. inſtit.*
& *l. quiſquis. C. ad leg.Iul.maieſt.*quo caſu factus eſt
hoſtis ſuæ ciuitatis. Bart.*in quæſtione incipiente,Luca-*
na ciuitatis ſtatuto, & ipſo iure abſque aliqua ſenten-
tia poterat impune offendi , & dominium omnium
bonorum ſuorum amiſit , vt probat Ruin.*in conſil.*
25 *n.*6.*vol.*4. Item quia ipſo iure eſt interdicta ſibi
adminiſtratio omnium bonorum ſuorum;ergo non
poteſt hæreditatem adire , quia regulariter ille qui
non poteſt ſe obligare , † non poteſt hæreditatem 31.
adire.*l. more*,& *ibi* Bart. *ff.de acquir.hæredit. l.mutuum.*
§. 1.& *ibi* Bart.& Immol. *ff. eod.tit.* & hanc conclu-
ſionem pleniſſimè probat Socin *in conſil.*22.*per totũ,*
*vol.*1.& confert ad comprobandum, quòd bona re-
bellis ſunt confiſcata ipſo iure abſque aliqua ſentẽ-
tia. *l. ex iudiciorum.ff.de accuſat. l.penult.& l.final. C.*
ad legem Iul.maieſt. Peregrin. *de iure fiſci lib.*4.*tit.*5. *n.*
19. Farinac.*in tit. de crimine læſæ maieſtatis,quæſt.*116.
num. 14. §. 1. Anton. Gomez *in tit. de delictis. cap.*
14. *num.* 4.*verſ. prædicta tamen*,& alij ab eiſdem al-
legati,qui reſpondent contrariis,volentibus requiri
ſententiam.

ARTICVLVS II.

Quomodo probetur aditio hæreditatis.

SVMMARIA.

1. *Aditio hæreditatis quot modis probetur.*
2. *..probatur cum quis in iudicio comparet vt hæres.*
3. *Confeſſio inducitur ex poſitionibus in iudicio factis.*
4. *Aditionis ſubſtantia conſiſtit , vt quis ſciat hæreditatem ſibi fuiſſe delatam.*
5. *Aditio probatur per exactionem creditorum hæreditariorum.*
6. *..dummodo exactionem à debitoribus feciſſet ad ſui commodum.*
7. *Aditio inducitur per implementum facti à defuncto faciendi.*
8. *Mandatum hæredis probatur per coniecturas.*
9. *Aditio an , & quando probetur per inuentarium.*
10. *Confeſſio in precibus facta plenè probat.*
11. *Aditio an probetur per factum cauſa cautionis implendæ.*
12. *..in dubio non præſumitur propter magnum hæredis præiudicium.*
13. *Hæres in dubio cenſetur facere actum nomine proprio, non autem hæreditario.*
14. *Aditio probatur per impenſas funeralium factas ab hærede.*
15. *..probatur per ſolutionem factam de patrimonio defuncti.*
16. *Adiens hæreditatem debet eſſe certus illam ſibi fuiſſe delatam, & ex qua cauſa.*
17. *Aditio non cenſetur facta,ſtante proteſtatione præcedente, de non adeundo.*
18. *Proteſtatio præcedens ordinatur ad tollendum mentem à facto.*
19. *Aditio ſtatim probatur in hærede ſuo.*
20. *Suitas confirmat tabulas pupillares.*
21. *Fideicommiſſum à pupillo relictum ſuſtinetur,etiam eo non adeunte.*
22. *Aditio probatur per venditionem rerum hæreditariarum.*
23. *Venditio rerum hæreditariarum non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis.*
24. *Actus cum tertio celebratus cenſetur factus nomine hæreditario, non autem nomine proprio.*
25. *Aditio probatur per venditionem rerum hæreditariarum.*

26...pro

26. .. *probatur per locationem bonorum hæreditatis.*
27. *Aſſertio ſcripta per Notarium cenſetur facta ab ipſa parte.*
28. *Locatio potius præſumitur facta vti à domino, quàm vti à creditore.*
29. *Aditio probatur per donationem, & renuntiationem hæreditatis.*
30. *Aditio hæreditatis quomodo probari dicatur per renuntiationem illius.*
31. *Ceſſio quando non eſt ordinata ad acquirendum, non induсit aditionem.*
32. *Hæres renuntians hæreditatem non tenetur creditoribus.*
33. *Hæreditas, ſiue legatum poteſt refutari ſine ſollemnitate ſtatuti.*
34. *Proteſtatio non impedit aditionem, quando poſt aditionem donat alteri.*
35. *Hæres factus per poſſeſſionem rei hæreditariæ præſumitur adire hæreditatem.*
36. .. *inhabitando domum hæreditariam præſumitur adiuiſſe.*
37. *Aditio non probatur per poſſeſſionem bonorum, & habitationem, quæ alio iure fieri poterant, quàm hæreditario.*
38. *Filius hæres poteſt retinere domum pro dotibus maternis.*
39. *Vxor poteſt retinere domum viri pro ſuis dotibus.*
40. *Retentionis ius tranſit ſine ceſſione in ſucceſſorem ſingularem.*
41. *Filius habitans cum matre in domo quam vult retinere pro ſuis dotibus, non cenſetur patris hæreditatem adire.*
42. *Vxor relicta, & eius filius quomodo cenſentur poſſidere iure familiaritatis.*
43. *Hæredis dicto ſtandum eſt cum iuramento in his quæ dependent ab animo.*
44. *Aditio ex quibus verbis prolatis probari poſſit.*
45. .. *poteſt probari per teſtes ſingulares.*
46. .. *probatur per retentionem dotium maternarum.*

1. SÆPE iſte articulus controuertitur,† ad cuius examinationem plures caſus qui in factorum cōtingentiis occurrere ſolent, diſcutiendi ſunt, qui omnes ad quatuor capita reducuntur, videlicet per actum acquiſitiuum, item per actum tranſlatiuum, item per actum poſſeſſiuum, item per verba ab adeunte emiſſa, ita enim magiſtraliter & methodicè docet Bald. *in conſil.* 224. *vol.* 2. & hunc ordinem in declarando proſequitur Simō de Pret. *de interpretatione vltim. volunt. lib.* 5. *dubitat.* 3. *num.* 52. *& plur. ſeq. fol.* 495. & iuxta eundem ordinem illos caſus exarabimus, qui frequentiùs in foro occurrere ſolent.

Circa actum acquiſitiuū, primus caſus eſt: Aditio
2. probatur cùm quis in iudicio comparet vti hæres,† & dicit hæreditatem ad ſe pertinere, quoniā hæreditas ſolo animo adiri dicitur, §. *final. Inſtit, de hæred. qualit. & differ.* & *ibi* Ioan. Fab. qui ita declarat illum text. gloſſ. *in l. pro hærede. ff. de acquir. hæred.* gloſſ. *in l. potuit. ver. & voluntas. C. de iure deliber. & in l. cum hæredes, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.* Angel. *in l. bonorum, n.* 3. *C. qui admitti.* Practica Papienſ. *in forma libell. quo petitur hæreditas ex teſtamento. §. purè inſtituit. col.* 1. Dynus *in conſil.* 18. *num.* 10. Corn. *in conſil.* 75. *col.* 2. *verſ. item ponderandum. vol.* 2. Turrct. *in conſil.* 5. *numer.* 4. *vol.* 1. Idem ſi in poſitionibus hoc confiteretur, quia
3. qui ponit, confiteri † dicitur, Bart. *in l.* 2. § *quod obſeruari. C. de iuram. calum.* Bald. *in l. ſicut col.* 2. *C. de repud. hæred.* Iaſ. *in l. iudices col. final. C. de iudic.* Specul. *in tit. de poſitionibus. §. decimo, verſ.* 1. Maranta *in ſuo ſpeculo parte* 7. *membro* 7. *num.* 6. *& parte* 8. *act.* 4. *numero* 6.

Declaratur iſte caſus, vt comparens in iudicio tāquam hæres, debeat eſſe certus quomodo hæreditas ſibi delata fuerit, quia ad ſubſtantiam aditionis di-
cta † ſcientia requiritur. *l. ſi quem. & l. in repudianda. ff. de acquir. hæredit.* gloſſ *in l. is poteſt*, & *ibi* Bart. *numer.* 4.
75. *ff. eod. tit.* & ita fuit deciſum, vt *in Dig. Nou. tom.* 5. *tit. Aditio. cap. agens vt hæres.*

Secundus caſus eſt, vt ſi exegit † credita hæredi- 5.
taria. Bald. *in conſil. vltimo num.* 4. *vol.* 3. Socin. *in conſil.* 45. *num.* 4. *vol.* 4. Iaſ. *in l. pro hærede, in princip. & §.* 1. *& §. Papinianus. ff. de acquir. hæredit.* Pariſ. *in conſil.* 16. *numer.* 41. *vol.* 3. qui multos refert. Alexand. *in conſil.* 32. *num.* 1. *vol.* 3. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dubitat.* 3. *num.* 54. *fol.* 495. Natta *in conſil.* 140. *num.* 12. Angel. *in d. §. pro hærede.* vbi hoc declarat non procedere ſi exegiſſet nomine alterius, vel pro hærede futuro, nam ſi exigit
ad ſui commodum tanquam hæres, dicitur adiuiſ- 6.
ſe hæreditatem, & faciunt notata per gloſſ. & Bald. *in l. vt debitam. C. de hæredit. vel action. vendit.* & Paul. de Caſtr. *in l. debitorem, in fin. C. de pact.*

Tertius caſus eſt, per implementum facti indu-
citur aditio, † ſi illud factum erat defuncti, & ci- 7.
tra ius, & nomen hæredis explicari non poterat. *d. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæredit.* Iaſ. *in l. dedi. §. ſi libera, num.* 10. *ff. de condictione cauſ. dat.* & ad hoc conferunt ſcripta per Bartol. & alios *in l.* 2. *C. de iure deliber. & in l. frater à fratre*, Socin. *num.* 39. *ff. de condict. indebiti*, & hic caſus fuit in Rota deciſus, vbi cùm Titius emiſſet prædium, & illius pretium depoſuiſſet ſoluendum creditoribus venditoris, interim, eo defuncto, procurator Hieronymi hæredis depoſitario mandauit, vt dictis creditoribus pretium ſolueret, quod facti defuncti implementum, citra ius, & nomen hæredis fieri non poterat, & *ibi* Rota dicit, aditionem probari, etiamſi non conſtaret de expreſſo mandato
dato per Hieronymum, † quia ſufficit per conie- 8.
cturas probari, non enim depoſitarius ſoluiſſet, niſi certam ſcientiam habuiſſet de mandato per hæredem facto, & ita per hoc facti implementum aditionem probari viſum fuit, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *titulo Aditio. cap. is qui factum.*

Quartus caſus eſt, quando fiunt aliqui actus extraiudiciales, & non conſtat, quòd facti fuerint animo adeundi hæreditatem, tunc aditio non pro-
batur. Poſt mortem alicuius inuentarium † potuit 9.
fieri ad effectum deliberandi an velit adire hæreditatem, *l. final. §. ſin autem hoc aliquis. C. de iure deliberandi, in verſ. non recuſauerit*, vbi quòd poſt inuentarium requiritur quòd adeat, vel repudiet hæreditatem, & hanc eſſe communem opinionem, & ſecundùm eam fuiſſe iudicatum, atteſtatur Franciſc. Marc. *deciſ.* 29. *part.* 1. & cùm confectio inuentarij ſit actus indifferens, & æquiuocus, ſolet ſpectari in primis quo animo factus fuerit, nam aliquando vltra deliberationem poteſt cenſeri factum pro adminiſtratione bonorum, & tutela à matre ſuſcipienda; ergo non probat neceſſariò aditionem, niſi ad hunc effectum factum expreſsè fuerit, & ita fuit deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *titulo Aditio. cap. inuentarium, & cap. per confectionem inuentarij.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quādo hæres priuilegiatus reſtituitur aduersùs nō cōfectionē inuentarij declarādo in precibus Principi porrectis,
ꝙ ipſa hæreditatē adiuerit, nā cōfeſſio † in precibus 10.

facta plenè probat cõtra confitentem *l.cùm precũ.C.*
de liberali cauſ.& *ibi* Bald. & Salyc.Felin.*in c.cũ in iu-*
*re. de officio delegat.*Cacheran. *in deciſ.* 138.*n.* 1. Sur-
dus *in conſil.* 61.*num.*32. *vol.* 1. Imò ex ſolis verbis
enunciatiuis probatur aditio. Bart. *in d.l.gerit.n.* 34.
ff. de acquir.hæredit. Aretin. *in conſil.* 136. *in princ.*Ro-
ta *deciſ.*632.*num.*2.*part.*1. *in Nouiſſim.* Sed hæc non
procedunt, quando ipſæ preces porrectæ ſunt ab
eo, qui non erat procurator ſpecialiter ad hoc de-
putatus, neque ipſa principalis dictis precibus ali-
quando vſa fuerit, propterea non habet locum de-
ciſio Veralli 193. *part.*1.

Quintus caſus, qui præcedenti ſubalternatus eſt:
11. Aditio non probatur † per factum cauſa conditio-
nis adimplendæ. *l.*1.*§.ſed ſi parendi.ff.de condict.ob cauſ.*
& *ibi* gloſſ. & Bart. *l.ei qui ita,& l.ſi pupillus. ff de con-*
dit.& demonſtrat.l.Antiſtius, in princip. & *ibi* Bart. &
Bald.*ff. de acquir.hæredit.* & hanc conclusionem latè
probant Mantica *de coniectur.lib.*12.*tit.* 9. *num.* 7.*&*
ſeq. & Vaſquius *de ſucceſſ.creat.lib.*2.*§.*19.*num.*60. *&*
*ſeq.*Socin. *in l.conditionibus. num.* 3. *ff. de condit.& de-*
*monſtrat.*Iaſ. *in d.l.*1.*num.*2.*& ſeq.ff. de condict.ob cau-*
*ſam.*ex actu enim æquiuoco, qui ad alium ſensũ tra-
hi poteſt, nõ poſſumus interpretari aditionẽ factam
fuiſſe, quoniam agitur de magno hæredis præiudi-
12. cio, † cùm per aditionem quaſi contrahat eũ omni-
bus creditorib. & legatariis, & obligatus remaneat.
l.filio pater.ff.de legat. 1.*l.ſi in teſtamento,in fin.ff.ſi quis*
*omiſſa cauſ.teſtam.*Ideo ſi quis faciat actum habẽtem
reſpectum ad hæreditatem, & ad ſeipſum, in dubio
13. cenſetur feciſſe nomine proprio, † non autem hære-
ditario, per regulam *l.& magis.ff.de ſolutionib.& l.pro*
hærede. §.1.*ff.de petit.hæred.* Rota *in deciſ.*365.*part.*1.
in Nouiſſ. vbi quòd propterea quis cenſeatur magis
velle acquirere ſibi, quàm hæreditati; quamobrem
in dubio non cenſetur aditio facta. Imò ſi quis age-
ret in iudicio tanquam hæres, debet probare ſe eſſe
hæredem, etiamſi non opponatur, Dec.*in conſ.*61. *n.*
1.& probatur *in l.*2,*&* 3.*ff.de interrogator.actionib.*vn-
de colligitur, quòd aditæ hæreditatis probatio dif-
ficilis eſt, & pro illius excluſione regula conſtituen-
da eſt, niſi actus æquiuocus à faciente declaretur
pro adeunda hæreditate factus, factorum autem
æquiuocorum plura exempla ponit Mantic. *in d.tit.*
9.*per totum.*

14. Sextus caſus eſt. Aditio probatur † ex eo quia fu-
neralia fieri procurauit, atque funeris impẽſas fecit,
quia hoc eſt propriũ onus hæredis, nec eſt veriſimi-
le vt pro alio quis faciat, vt probat Corn.*in cõſ.*310.
in princip. vol. 3. Item quia tales expenſas facit ex
patrimonio defuncti, & aditio facta cenſetur cùm
15. quis ex defuncti † patrimonio ſoluit. *l. tutore. ff. de*
condictione indebiti. Et licèt ex actu pietatis nõ indu-
catur aditio, niſi animus adeundæ hæreditatis pro-
betur. *l.pro hærede,in princip. verſ.cæterum ſi quid pieta-*
*tis.ff. de acquir.hæredit.*tamen hoc poteſt intelligi de
aliqua modica impenſa, vt dicit Bart.*in d.l.gerit.num.*
24. Cæterùm ſi impenſa erat neceſſaria, & nõ mo-
dica, & ex bonis teſtatoris fieri debet, præſumitur ab
hærede facta de illis expendente, aliàs committeret
furtũ ſi voluiſſet de alieno largiri. *l.ſi pignore.*§. 1.*ff.*
de furtis.& ſemper capienda eſt interpretatio ad ex-
cludendum delictum. §. *meritò.ff. pro ſocio.* ergo vt
potius voluerit eſſe hæres, quàm delinquere. Are-
tin. *in d l.gerit.col.*6. *verſ. Item adde ff. de acquir. hæ-*
redit. Corn. *in d.conſil.*310. *in princip.vol.*3.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, ſi faciens fune-
ralia, cenſeatur adire hæreditatem, ſi habuerit no-
16. titiam teſtamenti, quoniam adiens † debet eſſe cer-
tus hæreditatem ſibi fuiſſe delatam, & ex qua cauſa
ſibi delata fuerit. *l.ſi is ad quem. l.hæres inſtitutus.* &
ll.ſeqq.ff. de acquir.hæredit. l. nec is.§. 1.*verſ.ſed ſi qua-*
ſi.& l.is poteſt.ff.eod.tit. & ſi ignoraſſet, non induce-
retur aditio, quantumcumque habuiſſet animum
adeundi, & tunc intraret præſumptio vel pietatis
ſi eſſet modica impenſa, vel cum animo repetendi
facta cenſeretur.

Secundò declaratur, vt funeralia facta fuerint
ſimpliciter, quia ſi antea proteſtatus eſſet † ſe nolle 17.
adire hæreditatem, ſed pietatis intuitu illa facere,
tunc aditio non induceretur, nam per iſta verba,
ego non volo eſſe hæres, inducitur hæreditatis
repudiatio. *l.* 1.§ *ſi hæres. ff.ad Tertullian. l.* 1. §. *qui*
ſemel. ff. de ſucceſſorio edicto. Bart. *in l. filij.* §. 1 *ff. ad*
Tertullian. Cyn. poſt Petrum *in l.* 2. *C. de iuris, &*
facti ignorant.& alij plures ad hoc allegati per Corn.
*in d.conſil.*310.*col.*3.*verſ. nam per huiuſmodi verba.vol.*
3 Nam proteſtatio aufert conſenſum ab actu.*l.*1.*C.*
*de filiisfam.lib.*10 Bart.*in l ſi debitor.*§.*in venditione. ff.*
*quib. mod.pign.vel hypothec.ſolu.*Corn.*in conſil.*161.*per*
*totum vol.*4. & operatur hunc effectum, vt actus non
præſumatur factus. Præpoſit.*in c. quod interrogaſti,in*
princip. verſ. ſecus ſi proteſtatio, & circa medium col. 2.
*verſ. in ea gloſſa. diſtinct.*27.*gloſſa in c.vidua* 1.*de regu-*
larib. & valdè operatur † in hoc caſu, quia ordina- 18.
tur ad tollendum mentem à facto. *l. Labeo.ff.de ſu-*
pellectil. legat. l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. &
obligat. Alexand.*in conſil.*130. *num.* 16.*volum.* 2. &
quia ordinatur ad detrahendum totalem ſenſum à
facto prout ſonat in iure, tunc enim ſi factum, &
ſenſus facti dependent à poteſtate, & libera facul-
tate proteſtantis, etiam contra factum ſubſequu-
tum valet proteſtatio. *l. qui in aliena* §.*Celſus.ff.de ac-*
quir. hæredit. Vnde ſi facio actum ſonantem ad cõ-
modum hæreditatis, & proteſtor quòd non facio
animo illius adeundæ, valet proteſtatio, & detra-
hit ſenſum ab adeunda hæreditate, poſito quòd
actus ille ſolum hoc ſonet, & dicitur procedere de
iure prætorio, quando ius procedit fingendo, diſ-
ponendo, vel præſumptione iuris, & de iure diſpo-
nendo, vt declarat Butrius *in c.cùm M.Ferrarienſis,*
num. 37. *de conſtitut.* & quòd proteſtatione præce-
dente, ipſa aditio præſumatur ſimulata, fuit deci-
ſum, vt *Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Aditio. cap. pro-*
teſtatio.

Septimus caſus eſt. Aditio † ſtatim probatur in 19.
hærede ſuo, quia eſt ipſo iure hæres cum facultate
abſtinendi. *l.*1.§. *qui ſunt in poteſtate. ff.ſi quis omiſſa*
cauſ. teſtam.l.cùm quaſi.§.*ſed & ſi quis.ff.de fideicommiſſ.*
*libert.l.in ſuis. ff. de ſuis,& legitim.*vbi quòd aditio nõ
eſt neceſſaria, cùm hæreditas ipſo iure acquiratur.
gloſſ.*in l.qui plures.*§.*& ſi à patre.in ver. confirmentur.*
ff. de vulgari, & pupill. & ſuitas habetur pro aditio-
ne, & idem operatur quod in extraneis aditio, *l. fi-*
lius qui ſe paterna.ff. de acquir. hæredit. vbi gloſſ. Bart.
& cæteri, *l. filius qui patri. ff. de vulgari*, & *ibi* gloſſ.
Bartol. & cæteri, & Iaſ. latiùs declarat, effectus eſt,
quòd legata quæ corruunt, hæreditate non adita,
debeantur à filio pupillo. Item confirmatur datio
tutoris, & mater excluditur. Coſta *in cap. ſi pater in*
2. *parte in ver. deferuntur*, *numer.*18. *de teſtament. lib.*
6. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.*
3. *ſolut.* 6. *numer.* 14. *fol.* 246. exiſtentia † enim 20.
ſui hæredis confirmat tabulas pupillares. *l. pater. in*
princip.ff.de priuileg. credit.d.l.filius qui patri.ff. de vul-
gari; iure enim antiquo filius hæres erat neceſſarius,
nec requirebatur aditio, ſed poſtea de iure nouiſſimo
fuit conceſſum beneficiũ abſtinendi, & quod in fa-
uorẽ conceſſum eſt, nõ debet in eius odiũ retorque-
ri. Paul. de Caſtr. *in conſ.*355.*num.*2.*vol.*1. Item con-
firman

firmantur tabulæ pupillares etiam in his, quæ dam-
num pupilli concernunt, Ruin. *in conſil.* 165. *num.* 5.
22. *vol.* 2. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio quæſt.* 26. *num.* 1. Pretus *in*
in d. ſolutione 6. *num.* 14. & quòd fideicommiſſum † à
pupillo relictum ſuſtineatur etiam pupillo non ad-
eunte, & ſit reſtituendum, probat Oldrad. *in conſ.* 20.
in 1. *dubio.* Pretus *in d. ſolutione* 6. *num.* 13. *& ſeq.* &
hæc procedunt, etiamſi pupillus fuiſſet inſolidum
inſtitutus, nec haberet cohæredem, quia ita loquun-
tur præfata iura ſuperiùs allegata, vel haberet co-
hæredem, qui repudiaſſet.

Circa actum tranſlatiuum plures caſus conſide-
rari poſſunt. Primus eſt, per venditionem rerũ hæ-
reditariarum †, aditio facta cenſetur, prout eſt caſus
in l. ſi quis mihi bona. §. *ſed quid ſi mandauit, verſ. Imò
verius eſt ex his omnibus hæreditatis aditionem eſſe indu-
ctã. ff. de acquir. hæred.* Vbi qui iubet quòd res hære-
ditaria vendatur, dicitur iubere quòd adeatur hære-
ditas; ergo qui conſentit venditioni rei hæreditariç,
etiam dicitur conſentire aditioni illius, quia inter
iuſſum, & conſenſum in hoc caſu nulla ratio diuer-
ſitatis reddi poteſt. Item cùm quis rem vẽdit vt hæ-
res, adire dicitur, quia non præſumitur quid dice-
re, niſi quod in animo cogitat. *l. Labeo.* §. *idem Tube-
ro. ff. de ſupellectili legata. c. ſecundò requiris. de appell.*
23 Item cùm venditio † non poſſit fieri citra ius, &
nomen hæredis, ideo per ipſam facta dicitur. *d. l. pro
hærede.* §. 1. *ff. de acquir. hæred.* & quòd per d. venditio-
nem probetur aditio, fuit deciſum in Rota, vt *in Di-
geſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Aditio. cap. aditio probatur.*
24. Item quia ſumus in actu, qui cũ tertio celebratur, †
præſumitur potius factus vti hæres, & dominus, quã
vti creditor hæreditatis. Bartol. *in l. gerit. n.* 21. *verſ.
ſi verò non poterat. ff. de acquir. hæredit.* & ibi Aretin. *n.*
4. *verſ. adde in quantum Bart.* Bald. *in conſ.* 449. *num.*
2. *verſ. quidam ſunt actus indifferentes. vol.* 2. Aretin. *in*
§. *final. num.* 2. *Inſtit. de hæred. qualit. & differ.*
25. Secundus caſus eſt, aditio probatur † per diui-
ſionem rerum hæreditariarum, quia nemo alicuius
hæreditatem diuidit, niſi ſit eius hæres. *l.* 1. & per
totum titulum *ff. familiæ erciſc. & C. eod. tit.* & per iſtũ
actum qui citra ius & nomen hæredis fieri non po-
terat, cenſetur hæreditatem adiuiſſe, *l. pro hærede.* §.
Papinianus, in fin. ff. de acquir. hæredit. & hanc conclu-
ſionem probat Cephal. *in conſil.* 632. *vol.* 5. vbi etiam
quòd per diuiſionem præſumitur aditio quando ip-
ſa hæreditas lucroſa eſt, poſt Crauet. *in conſil.* 33. *n.*
12. & alios quos allegat.
26. Tertius caſus eſt per locationem † bonorum hę-
reditariorum, quoniam locatio citra ius, & nomen
hæredis explicari non poterit. Corn. *in conſil.* 103. *n.*
4. *& ſeq. volum.* 3. Alex. *in conſil.* 32. *in princip. in ver.
locando, exigendo, ſoluendo. vol.* 3. & ita fuit deciſum
in Rota *deciſ.* 495. *& deciſ.* 543. *part.* 1. in vltimò im-
preſſis; tanto magis, quia ipſe locauit tanquam do-
minus, ex qua aſſertione magis concluditur aditio.
§. *item extraneus,* & ibi Aretin. *num.* 2. *Inſtit. de hæred.
qualit. & differẽt. l. ſi quis domum.* §. *idem quærit. ff. loca-
ti;* nihil enim aliud eſt gerere ſe pro hærede, quàm
gerere ſe pro domino. *d. l. pro hærede. ff. de acquir. hæ
redit. & d.* §. *ſi extraneus,* & ideo per locationem pro-
bari aditionem dixit Bart. *in d. l. gerit, num.* 21. *verſ.
ſi verò non poterat. ff. de acquir. hæred.* Maranta *in l. is
poteſt, n.* 81. *ff. eod. tit.* Natta *in conſil.* 140. *n.* 10. Aretin.
27. *in conſil.* 136. *in princip.* & iſta aſſertio, † quòd loca-
tionem faciebat vt dominus, præſumitur facta ab
ipſa parte, non autem à Notario, & ex ea proba-
tur aditio. Bald. *in conſil.* 273. *num.* 1. *& ſeq. volum.* 2.
Menoch. *præſumpt.* 100. *num.* 24 *lib.* 4. & hoc eſt ve-
rius quando ipſa aſſertio facta fuit à Notario re-

ferente in præſentia patris ita aſſerentis. Ruin. *in
conſil.* 115. *num.* 7. *verſ. non obſtat, vol.* 3. & licèt loca-
tor † poſſideret rem locatam vti creditor, tamen 28.
quando agit cum tertio, & ſe dominum rei àppel-
lat, præſumitur potius feciſſe vti dominus, & hæ-
res, quàm vti creditor. Bartol. *in d. l. gerit. d. num.* 21.
& *ibi* Aretin. *num.* 4. Angel. *in d.* §. *final. num.* 4. *In-
ſtit. de hæred. qualit. & differentia.* & ita fuit in Ro-
ta iudicatum, *d. tom.* 5. *tit. Aditio. cap. ex contractu.*

Quartus caſus eſt, per donationem, † ſiue ceſ- 29.
ſionem, & renunciationem hæreditatis probatur
aditio, quia ante aditionem hæreditas non eſt in
bonis noſtris, vt probat Corn. *in conſil.* 239. *& in
conſil.* 244. *col.* 1. *vol.* 4. & quod noſtrum non eſt,
donare vel cedere, aut alio titulo transferre non
poſſumus, & latiùs ſcribit de hoc Simon de Pret. *in
conſil.* 93. *num.* 21. *& ſeq. vol.* 1. vbi quòd per donatio-
nem rei hæreditariæ quantumuis minimæ, quæ nul-
la neceſſitate vrgente datur, aditio probata dicitur,
eandem probat Socin. iun. *in conſil.* 107. *vol.* 2. Im-
mol. *in l. ſi ſeruum quis.* §. *prætor ait, num.* 5. *ff. de acquir.
hæredit.*

Declaratur iſte caſus reſpectu renuntiationis, † 30.
vt per ipſam cenſeatur inducta aditio ad effectum
conualidandi renuntiationem, non autem ad effe-
ctum, vt per renuntiationem teneatur omnibus cre-
ditoribus hæreditariis, vt poſt Paul. de Caſtr. relatũ,
probat Crauet. *in conſil.* 200. *numer.* 200. *verſ. intelligo.*
Nam licèt cedendo, & renuntiando videatur priùs
acquirere, tamen iſta ceſſio † non erat principaliter 31.
ordinata ad acquirendum, ſed potiùs ad renuntian-
dum, ideo illa acquiſitio momentanea non eſt in
conſideratione, Socin. *in conſil.* 53. *num.* 4. Quod in-
telligo quando ex ipſo actu, qui fit ad renuntiandũ,
reſultat aditio; ſecus ſi ſunt duo actus ſeparati, licèt
incontinenti vnus poſt alium facti fuerint, puta
ſi hæres priùs adiuiſſet hæreditatem, deinde in
eodem inſtrumento ceſſiſſet, & alteri renuntiaſ-
ſet. Nam † ad effectum vt per renuntiationem non 32.
teneatur creditoribus, ſola ipſa renuntiatio expli-
cari debet, quæ tacitam aditionem continet, & tũc
creditores non fraudantur, quando remittitur lu-
crum. *l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit.* Nec obſtat
l. ſi liberis. ff. de pactis dotalib. quia ibi eſt ſpeciale, ne
fiat pactum contra bonos mores. Nec obſtat *l. liberto
octoginta. ff. de bonis libertor.* vbi non obſtante repudia-
tione hæreditatis, patronus partem ſibi debitã pe-
tere poteſt; ergo idem videtur in creditoribus, quia
ibi non agitur de ipſo liberto, qui proculdubio po-
tuiſſet lucrum repudiare. *l.* 1. §. *vtrùm. ff. ſi quid in frau-
dem liberti;* ſed agitur de hærede liberti, qui non po-
tuit legatum liberto factum repudiare. Nam cùm
libertus deceſſerit animo non declarato, an volue-
rit repudiare, ideo præſumitur agnouiſſe, & li-
berti hæres repudiando nõ potuit in acquiſitis præ-
iudicium facere, Socin. *in conſ.* 109. *num.* 6. *vol.* 3. Qua
ratione ſi ſtatuto prohibeatur fieri alienatio ſine
certa ſollemnitate, tamen hæreditas † ſiue legatum, 33.
vel donatio poterit refutari, etiam ſine illa ſolleni-
tate. Felin. *c.* 2. *col.* 4. *verſ. pro iſta limitatione. de conſtitut.*
poſt Paul. de Caſtr. quem allegat Iaſ. *in l. beneficium,
n.* 49. *ff. de conſtit. princip.* Rubeus Alexandr. *in conſil.*
12. Crauet. *in conſil.* 14. Dec. *in conſil.* 171. *& conſ.* 624.
quia acquiſitio quæ fit per tacitam aditionẽ in re-
nuntiatione contentam eſt momentanea, & nullius
conſiderationis, nec fit ad acquirendum, ſed ad re-
nuntiandum.

Secundò declaratur, nam ſi quis ante donationem
proteſtaretur † ſe nolle adire hæreditatẽ, vt poſtea 34.
donaret, ex qua donatione inducitur aditio, vt

probatũ eſt, illa proteſtatio præcedens nihil releuaret, iuxta ea quæ ſcripſi in 2. declaratione ſexti caſus huius articuli., quia ibi ſcripta procedunt quando actus à ſe ipſo ſolo dependet, & à ſua voluntate, ſed in hoc caſu actus fit cum altero, & ita non procedit text. *l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquir. hæredit.* ita firmauit Bart. *in l. non ſolum. § morte.* in prima ſpecie proteſtationis. *ff. de noui oper. nuntiat.* & latiùs in hac facti ſpecie declarant Ruin. *in conſil.* 157. *num. 2. vol. 3.* & Socin. iun. *in d. conſil.* 107. *num. 4. vol. 2.* quando enim actus fit ab alio, tunc proteſtatio præcedens nihil releuat, ſed actus contrarius proteſtationi, illam extinguit.

35. Circa actum poſſeſſiuum, dico, quòd hæres † per poſſeſſionẽ rei hæreditariæ præſumitur adiuiſſe hæreditatem. *l. 1. C. de repudiand. hæredit.* & ita firmarunt Alexand. *in conſil.* 32. *num. 1. vol. 3. & in conſ.* 126. *num. 2. vol. 7.* Socin. *in conſil.* 131. *vol. 2. verſ. in contrarium vol. 1.* Corn. *in conſil.* 147. *col. 1. verſ. His non obſtantibus; vol. 1.* Aretin. *in conſil.* 37. *col penult. verſ. quibus exploſis.* Iaſ *in conſil* 112 *col. 2. vol. 4.* Guido Pap. *in conſil.* 163. Simon de Pret. *de interpret. vltim. vol. lib. 5. dubitatione 3. num. 60. fol.* 495. vbi poſt alios per eum relatos, quòd præſumitur hæreditas adita, ſiue primus hæres, ſiue ſecundus poſſederit res hęreditarias.

36. Nam hæres † inhabitando domum teſtatoris, dicitur percipere fructus, & ideo ex illorũ perceptione hæreditatem adiiſſe. Bald. *in d. l. 1. C. de repudianda, vel abſtinenda hæredit.* & ibi Paul. de Caſtr. *num. 2.* & conſequenter poſſidendo domum videtur poſſidere mobilia exiſtentia in domo. *l. clauibus ff. de contrah. empt. l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dot. l. quod meo. §. ſi venditorem ff. de acquir. poſſeſſ.* Bald. *in l. de iis C. de furtis.* Angel. *in l. qui vniuerſas, in princip. ff. de acquirenda poſſeſſione.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
37. habitans, & poſſidens † alio iure, & cauſa d. poſſeſſionem, & d. habitationem tueri poſſet, ita Bart. *in d. l. gerit. ff. de acquir. hæred.* & Bald. *in d. l. 1. C. de repud. vel abſtin. hæredit.* qui dant exemplũ in filio, qui in vita patris domum cũ patre habitabat, & quia filius erat
38. creditor dotis maternæ, † ideo illam domũ retinere poterat pro dote materna, quia multo magis, & facilius permittitur retentio, quã actio. *l. per retentionẽ. C. de vſuris. l. 2.* & ibi Bald. *in 3. notabili. C. de fideiuſſorib.* Corn. *in conſil.* 282. *in fin. vol. 4.* Dec. *in conſil.* 298. *n. 4.* Benintend. *deciſ. Bononienſ.* 77. *num. 4.* Burſat. *in conſ.* 101. *num. 6. & ſeq.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 38. *n.*
39. 38. *num.* 18. Idem in ipſa vxore, † cui debebãt dotes reſtitui, nam & ipſa domum, quam inhabitabat cũ marito mortuo, poterat retinere pro ſuis dotibus, vt pluries, & in pluribus tribunalibus deciſum, & iudicatum fuit, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 1. tit. Retentio. cap. extra controuerſiam, & capp. ſeqq.* & ius retẽ-
40. tionis † tranſit ſine ceſſione, etiam in ſingularem ſucceſſorem. *l. hoc iudicium. §. impendia. verſ. ſed ſi is, qui à me emerit. ff. communi diuid.* Alex. ad Bart. *in l. qui exceptionem. §. ſi pars. ff. de condict. indebiti* Neguſant. *de pignorib. in 4. membro 5. partis. num.* 23. Roman. *in ſingular.* 177. vbi dicit eſſe perpetuò notandum, Socin. *in conſil.* 158. *num.* 28. *vol. 2.* Ripa *in l. vbi purè. §. final. num. 3. ff. ad Trebell.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 7. gloſſa 1. num.* 15. Crauet. *in conſil.* 148. *num. 1. & ſeq.* Cephal. *in conſil.* 299. *num.* 35. *vol. 2.* multò magis in filium matris heredem, imò ſi mater eſſet viua, & ipſa retineret d. domũ pro ſuis dotibus,
41. quam etiam habitaret filius † factus hæres à patre, non ideo filius præſumeretur patris hæreditatẽ adiuiſſe, quoniam cum eius matre iure familiaritatis habitabat. Item quia mulier poſt mortẽ mariti exiſtens vidua, cẽſetur in eodem matrimonio perſeuerare. *l. final. C. de bonis maternis*, ideo eidem licitum fuit continuare habitationem domus, in qua viuẽte viro habitabat, licèt non ſit hæres mariti, nã ſolet mater habitare cum filio, licèt nullum ius in habitatione habeat, † & familiaritatis iure habitare cẽ- 42.
ſetur. *l. qui in re familiaritatis ff. de acquir. poſſeſſ.* ergo eodem modo filius cẽſetur habitare cum matre volente domum ſolitam pro ſuis dotibus retinere, ita vt filius factus hæres à patre, per d. habitationem tũ cenſeatur hæreditatem adiuiſſe. Quotieſcũque igitur alia cauſa poſſeſſionis & habitationis apparere poteſt, ceſſat aditionis præſumptio, quia ex illa cauſa fecisse cenſetur citra ius, & nomen hæredis, Bart. *in d. l. gerit. num. 20. ff. de acquir. hæredit.* Bald. *in d. l. 1. num. 2.* per illum text *C. de repud. vel abſtin. hæredit.* Marãta *in d. l. is poteſt. num. 57. & ſeq ff. de acquir. hæredit.* & ſi dubitaretur an filius poſſideret vt hæres, vel ex alia cauſa, ſtabitur dicto † ſuo cum iuramẽto, 43.
quia in his quæ dependent ab animo, ſtatur dicto ſuo. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. l. ſi quis intentione. ff. de iudiciis. c. ſi verò aliquis. de ſentent. excommunic. c. præſentium. de teſtib.* notatur *in c. ſignif. caſti, 1. de homicidio, & in §. alia. Inſtit. de actionib.* cum ſimilibus.

Circa vltimum caput de verbis ab adeunte emiſſis, dico, quòd ex quibuſcumque verbis poſſit haberi certitudo † aditionis, illa probari dicitur, etiam ſi 44.
illa verba enuntiatiua fuiſſent. Mantic. *de coniectur. lib. 12. tit. 11. in fine.* nam ſi dixerit, volo adire hæreditatem, & conſtat de voluntate certa, aditio facta dicitur. Bartol. *in d. l. gerit. num. 10. ff. de acquir. hæred.* per text. *l. ſed ſi alio. in 1. reſponſo. & l. omnes. ff. ad Trebell.* Item ſi dixerit, volo eſſe hæres, probatur aditio. *l. iam dubitari, in fin. ff. de hæred. inſtit.* Item quemcumque actũ faciens, confiteretur facere vti hæres, probatur aditio per regulam *d. l. pro hærede, & d. l. gerit.* & hæc latiùs declarant Mantica *in d. tit.* 11. & Simon de Pret. *in d. dubitatione 3. numer. 61. fol.* 495.

Declaratur iſte caſus, vt ipſa aditio † poſſit probari per teſtes ſingulares, vt reſpondent Socin. *in cõſ.* 45.
295. *col. 2. verſ. poſtremo. vol. 2.* Corn. *in conſil.* 91. *col. 14. verſ. tamen dum agitur de probando aliquid in genere, vol. 2.* Crauet. *in conſil.* 73. *num.* 32. *& in tract. de antiquit. part. 4. §. ſed enim, num.* 11. vbi plurimos allegant, & ita fuit deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. titulo Aditio. cap. Aditionem probari.* Tum quia cùm agitur de probatione iuriſdictionis, vel poſſeſſionis, aut iuris vniuerſalis in genere, teſtes ſingulares admittuntur: tum quia geſtio pro hærede conſiſtit in actu ſucceſſiuo, videlicet in adminiſtratione hæreditatis ſucceſſiuo tẽpore facta, & ipſa aditio hæreditatis in declaratione voluntatis, propterea teſtes ſingulares de tempore admittuntur, & coniunguntur ad faciendam plenam aditionis probationem.

Addo octauum caſum ad primum caput huius articuli, † quòd filius per retentionem dotis maternæ, dicitur illius hæreditatem adire, Bart. *in ſua diſputatione incip. debitor in diem, & in d. l. gerit, num. 28. ff. de acquir. hæredit. & in conſil.* 119. *lib. 1.* Roman. *in conſil.* 247. *num. 4.* Ruin. *in conſil.* 89. *num. 2. vol. 2.* dicit quòd iſte articulus eſt ſubtilis, & difficilis, & multa hinc inde pro vtraque parte adduci poſſunt, ſed Alciat. *in conſil. 20. lib. 3. tom. 9.* profitetur magis communem opinionem eſſe cum Bartolo, quam declara prout ſcribunt Mantic. *de coniectur. lib. 12. tit. 13. num. 12.* & Magonius *in deciſ. Florentina* 148. *num. 1. in fine.* 46.

QVÆ

QVÆSTIO XV.

De executore teſtamentario, per duos articulos diuiſa.

1. An & quando executor teſtamentarius ſit loco hæredis, & quid ſi vterque datus fuerit.
2. An executio vltimarum voluntatum ſit mixti fori.

ARTICVLVS I.

An & quando executor teſtamentarius ſit loco hæredis, & quid ſi vterque datus fuerit.

SVMMARIA.

1. *Hæres eſt executor vltimæ voluntatis, nullo alio executore dato.*
2. *Executor teſtamenti aliquando eſt loco hæredis.*
3. . . *quando poſſint agere, & conueniri.*
4. . . *cogit hæredem ad adeundam hæreditatem, & implendam voluntatem defuncti.*
5. *Executoris poteſtas dependet à facultate ei data à teſtatore.*
6. *Executores teſtamenti aliquando præferuntur hæredibus.*
7. *Executoribus pluribus datis, quis agere poſſit.*
8. *Ius accreſcendi habet locum inter plures executores.*
9. *Executoris officium quanto tempore finiatur.*
10. *Hæres cogit executores ad ſibi reddendam rationem.*
11. *Executor quantitatem diſtribuendam debet capere de manu hæredis.*
12. . . *ſecus ſi ſint executores vniuerſales, & nullus ſit datus hæres.*
13. *Executoris poteſtas, ob eius negligentiam, deuoluitur ad hæredes.*
14. *Legatum pro dotandis puellis eſt ad pias cauſas.*
15. *Executor vnus aliquando agit contra alterum.*
16. *Hæres non declarat voluntatem defuncti.*
17. *Executor ſpecialis declarat mentem, & voluntatem defuncti.*
18. . . *& an declaret, etiam hærede non requiſito.*
19. *Executor an legatarius quis dicendus ſit, & quæ ſit ratio differentiæ.*
20. *Cauſa finalis dicitur, quæ reſpicit pietatem.*
21. *Executor non dicitur legatarius quando conſideratus eſt vt executor.*
22. *Legatarius non poteſt dici, etiam ita à teſtatore vocatus, ſi ſubſtantia diſpoſitionis facit illum executorem.*
23. *Executorum teſtamentariorum materiam qui Doctores ſcripſerunt, remiſſiuè.*

1\. PRimvs voluntatis defuncti executor eſt hæres, † §. *ſi quis ædificationem. Auth. de Eccleſiaſtic. tit. in verſ. iubemus modis omnibus hæredes eius, quæ ab eo diffinita ſunt, adimplere. l. final. C. de fideicommiſſ. l. ſi quis ſepulchrum. §. funus autem. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Alciat. *in l. cum filiofamilias, num. 1. verſ. ſed cùm ab aliquo. de legat. 1.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. cap. 1.* Corn. *in conſil. 76. num. 12. vol. 4.* Couar. *in cap. 3. num. 11. de teſtament.* Lucas de Penn. *in l. 1. col. pen. & final. C. de expenſis ludorum. lib. 11.* Simon de Pret. *de interpr. vltim. voluntat. lib. 5. dubitat. 2. numer. 2. fol. 485.* Craſſus *de ſucceſſionib. lib. 2. in rubric. de executoribus vltim. volunt. quæſt. 1. num. 6.* Idcirco vbi hæres fa-
ctus non eſt, executor † teſtamenti eſt loco hære- 2.
dis. Specul. poſt Roffred. *in tit. de inſtrument. edition. §. nunc verò aliqua, verſ. item pone quod aliquis non inſtituit. & verſ. ſeq.* Innoc. & Doct. *in cap. cùm tibi. de teſtament.* Bartol. *in l. ſi quis ad declinandam,* per illum text. *C. de Epiſcop. & cleric. & in l. hæredibus in 2. ff. de hæred. inſtit. & in l. centurio. ff. de vulgari, & pupill. & in l. ſi quis Titio. de legat. 2.* & in ſua diſputatione, quæ incipit *filium.* Bald. *in auth. licet. C. de naturalib. liber.* Alexand. *in conſil. 45. num. 12. verſ. nec ſecundum vol. 1. & in conſil. 4. num. 13. vol. 2.* Fulgoſ. *in conſil. 47. col. 2. verſ. ſed aliud mouet.* Aretin. *in conſil. 64. col. pen. verſ. præterea hoc tenet,* Ruin. *in conſil. 4. col. 3. circa finem vol. 3.* Crauett. *in conſil. 400. num. 9. vol. 3.* exemplum eſſe poteſt, vt quando teſtator mandat bona ſua diſtribui inter pauperes, & nullum alium facit hæredem, ſed executorem vnum vel plures deputat, tunc prædicti executores ſunt loco hæredis, *l. nulli,* & *ibi* Bartol.
C. de Epiſcop. & cleric. Et ideo dicti executores, † te- 3.
nentes locum hæredum tenentur præſtare legata, & poſſunt conueniri actione ex teſtamento, Alexand. *in conſil. 98. num. 10. vol. 2.* Item poſſunt agere ad beneficium hæreditatis, gloſſ. *in l. ſi quis Titio. de legat. 2.* text. *l. ſi à pluribus. & l. quidam. §. ſi ſcriptus. de legat. 1.* Dilect. *de arte teſtandi, titulo de tutor. & execut. teſtam. cautel. 9. circa finem.*

Vbi vterque in teſtamento datus eſt, videlicet hæres vniuerſalis factus, & executores, ſiue vt alij appellant, Commiſſarij, tunc plures caſus conſiderandi ſunt.

Primus caſus eſt, exequutores † teſtamentarij 4.
poſſunt cogere hæredem ad adimplendam voluntatem defuncti teſtatoris, vel ipſimet adimplere. *l. nulli. C. de Epiſcop. & cleric. §. ſi quis autem pro redemptione, Auth. de Eccleſiaſtic. tit.* Specul. *de inſtrument. editione. §. nunc verò aliqua, num. 33.* Ioannes de Canibus *in tract. de exequut. vltim. volunt. parte 2. §. conſultis. num. 8. & ſeq. & 14.* Seraphin. *deciſ. 1048. num. 3.* Ideo poſſunt cogere hæredem ad adeundam hæreditatem, Specul. *in d. §. nunc verò aliqua, verſ. quid ſi hæres ſcriptus.* Ioann. de Canib. *in d. tractatu. §. conſultis num. 1. part. 2.* Couar. *in c. 3. num. 5. de teſtamentis.*

Declaratur, nam poteſtas † executoris dependet 5.
à facultate ei data à teſtatore. Bald. *in l. id quod pauperibus, num. 14. C. de Epiſcop. & cleric.* Alberic. *in d. l. nulli, num. 14. C. eod. tit.* Paul de Caſtr. *in conſil. 177. col. 1. volum. 2.* Pariſ. *in conſil. 74. numer. 52. vol. 3.* Quamobrem ſi quid teſtator commiſerit faciendum ab
exequutoribus † teſtamentariis, ipſimet, non autem 6.
hæres adimplere debet, ſed ipſum hæredem requirere tenentur, præſertim ſi de alienandis bonis agatur, & de eorum pretio ſatisfaciendis creditoribus. Bartol. *in l. alio. numer. 16. ff. de aliment. & cib. leg.* Capra *in tractatu de exequutor. in 7. membro. num. 107.* Ruin. *in conſil. 84. numer. 13. volum. 2.* Pariſ. *in conſil. 74. numer. 53. volum. 3.* Burſat. *in conſil. 133. num. 12. vol. 2.*

Secundò declaratur, nam quando plures exe-
quutores † dati fuerint, omnes agere poſſunt, ſicut 7.
è contra omnes conueniri. Ioan. Andr. ad Specul. *in d. §. nunc verò aliqua. verſ. ſed nunquid,* per text. *c. religioſus. de teſtam. lib. 6.* & hanc eſſe communem opinionem, Ioann. de Canib. *in d. tract. de exequut. part.*

vltim. num. 26. & alij per Craſſ. in d. titul. de exequutor.
8. quæſt. 4. vbi etiam quòd inter eos eſt locus † iuri accreſcendi, & vno eorum deficiente, vel abſente, officium aliis coexecutoribus accreſcit, Ioan. de Canib. *in d. tractatu in §. repetitis, num. 30. & in §. quaro numer.* 10. Et ſi teſtator dictos executores inſolidum deputaſſet, ſinguli eorum facultatem habent, & totum exequi poſſunt; vt latè poſt alios relatos probat Craſſ. *in d. quæſt.* 4.

9. Tertiò declaratur, nã executoris † officium finitur anno, *d. l. nulli. C. de Epiſcop. & cler.* Bartol. *in l. executorem. cap. de execut. rei indic.* Ioan. de Canib. *in d. tract. tit. 7. num.* 1. Specul. *in d. tit. de inſtr. edit. circa finem.* Seraphin. *in d. deciſ.* 1048. Ideo eius officium non tranſit ad hæredes, niſi ſpecialiter à teſtatore fuerit ordinatum. Bartol. *in l. à filio. ff. de aliment. & cibar. legatis. cap. final.* & ibi gloſſ. *in verb. mortuo. de teſtam. lib. 6.* Cyn. *in l. id quod pauperibus, in fin. C. de Epiſcop. & cleric.* & ibi Bald. *colum.* 3. Angel. *in l. cum quis ſibi. ff. de verb. obligat.* quia tota executorum teſtamentariorum poteſtas dependet à facultatibus eiſdem à teſtatore conceſſis.

10. Secundus caſus eſt, Hæres † cogit executores teſtamentarios ad ſibi reddendam rationem adminiſtrationis factæ, Bald. *in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid.* Angel. *in tract. de inuentar. in princip. & in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per legem falcidiam,* Petrus Pecchius *in lib. 1. de teſtament. coniugum. cap. 11. in fine.* Et quòd d. rationes adminiſtrationis debeat reddere hæredi, firmarunt eſſe communem opinionem Ioann. Andr. ad Specul. *in d. §. nunc verò aliqua,* poſt Specul. *ibi in verſ. ſed an ſimplex,* & eſſe communem probat Capra *in d. tractat. de executor. membro 8. num. 8.*

Tertius caſus eſt, vbi teſtator facto ſuo hærede vniuerſali, reliquit certam annuam quantitatem pro nubendo puellam per Titium executorem, ad eius electionem, tunc illa quantitas, quæ deſeruiet pro
11. dote, eſt capienda † de manibus hæredis, per regulam §. 1. *Inſtit. de legat. & l. 1. & per totum titulum ff. & C. quorum legatorum,* Durand. *de arte teſtandi tit. 6. cautel.* 12. & probat Ruin. *in conſ. 130. num. 11. vol. 3. & in conſil. 38. numer. 17. volum.* 5. Et licèt Bartol. *in l. centurio. colum. 7. ff. de vulgar.* dicat, quando teſtator iubet pretiũ bonorum ſuorũ vendendorum debere dari pauperibus, tũc executores ipſos debere vendere, & illis diſtribuere; tamen Bartol. loqui-
12. tur de executoribus † vniuerſalibus, vel nullo alio dato hærede, qui ſunt loco hæredis, vt ſcripſi in principio huius articuli, vel etiam dato hærede vniuerſali, ſi executoribus data fuerit huiuſmodi poteſtas, quia poterunt facere authoritate propria, ob facultates à teſtatore conceſſas, vt ſcripſi in 1. declaratione primi caſus, ita vt ſi nemo ſit qui tradat, ipſi executores poſſunt propria authoritate accipere, Tiraquell. *in tractatu de morte in 2. parte in 4. declaratione num.* 11. & hæc eſt mens Bartol. vt ipſe declarat *in d. l. alio. numer. 3. verſ. quidam ſunt executores,* & ita probat latè Ruin. *in conſil. 4. numer. 16. volum. 3.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi exequutor non ad-
13. impleuerit voluntatem defuncti infra ſex menſes, † perdit d. poteſtatem, & tota deuoluitur ad hæredem, nam exequutor habet terminum ſex menſium à lege ad exequendum legata pia. *§. ſi autem legatum, in Authentic. de Eccleſiaſtic. titulis.* Ioann. de Canib. *in d. tractatu de execut. vltim. volunt. lib. 2. quæſt. 3.* poſt Abbatem *in c. nos quidem. de teſtam.* Sed
14. legatum pro † dotandis puellis eſt ad pias cauſas, vt probat Iaſ. *in l. cum is. §. ſi mulier. ff. de conditt. indebiti.* Dec. *in conſil.* 120. Cephal. *in conſil. 216. vol. 1.* Sed in executione legatorum ad pias cauſas mora ipſo iure committitur abſque interpellatione. *l. Titia Seio. §. vſuras. de legat. 2.* gloſſ. *in §. item iuxtà. Inſtit. de actionib.* Iaſ. *in authent. hoc amplius num. 4. C. de fideicommiſſ.* Ergo excluſo executore propter moram, dicta facultas deuoluitur ad hæredem, Couar. *in d. cap. nos quidem, numer. 8. de teſtamentis.* Peregr. *in conſil. 40. numer. 4. & ſeq. volum.* 3. quia etiam ipſe hæres eſt executor voluntatis teſtatoris, vt probaui, & inter plures executores eſt locus iuri accreſcendi, vt etiam probaui.

Quartus caſus eſt, vbi ſunt dati duo, vel plures executores, & vnus ex eis eſt debitor hæreditarius, & non vult ſoluere, itaque teſtamentum non vult
exequi, tunc alter executor † contra alterum age- 15.
re poteſt, Bartol. *in l. qui proprio. §. ſi duobus, in verſ. præterea, & alia ratio. ff. de procurator.* nam ex quo ſemel officium ſuſcepit, nõ poteſt vlterius tali officio executorio renuntiare, ſed cogitur adimplere. Bartol. *in l. at ſi quis. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Bald. *in l. 3. §. 1. ff. de arbitr.* per text. *d. l. at ſi quis.* idẽ Bartol. *in l. poſt legatũ. §. admittere. ff. de his quib. vt indignis.* Ideo alter executor pro executione teſtamenti poteſt agere contra quoſcunque. Bald. *in l. final. colum. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & alia allegata per Dec. *in conſil. 91. num. 2. & ſeq.* qui licèt limitet non procedere, quando duo executores ambo eſſent hæredes facti, ſecundùm Paul. de Caſtro *in d. l. qui proprio. §. ſi duobus. ff. de procurator.* Tamen hanc limitationem non admitto, quia regulariter executor agit contra hæredem pro executione teſtamenti, & tamen ipſe hæres etiam eſt primus executor, vt probaui; & dicta limitatio iure non probatur, niſi dicamus quòd non poſſit vlteriùs agere, ſi ipſe hæres acceptauit officium executoris, propter contumaciam alterius, quia tunc impediretur agere, ex eo quia officio ſuſcepto renuntiare non poteſt.

Quintus caſus eſt, vbi declaratio alicuius actus pendebat in vita teſtatoris, qui in ſuo teſtamento declarationem commiſit executori, tunc iſte in declaratione facienda præferendus eſt hæredi, quo-
niam hæres † regulariter non declarat voluntatem, 16.
& mentem defuncti, gloſſ. *in l. idem Pomponius ſcribit. §. final. ff. de rei vendicat.* quam ſequuntur Bartol. & communiter Doct. vt atteſtatur Alexand. *in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obligat.* quia ea quæ conſiſtunt in animo, non tranſeunt ad hæredes. *§. ſed cùm factum. Inſt. de ſtipulat. ſeruorum, l. quod dicitur patrem ff. de verb. obligat.* & hanc opinionem latè defendit ab omnibus contrariis Cagnol. *in l. edita num. 147. & plurib. ſeq. C. de edend.* Sed ſi teſtator commiſerit alicui executori ſpecialiter declaratio-
nem, ille poterit defuncti † voluntatem, & men- 17.
tem interpretari, ita vt declaratio ab eo facta, ab eodem teſtatore facta dicatur, Bald. *in conſil. 259. volum. 4.* Ancharan. *in conſil. 329. num. 2. in fin. & ſeq.* Pariſ. *in conſil. 26. numer. 29. & ſeq. volum. 4.*
Et licèt poſſit declarare etiam † hærede non requi- 18.
ſito, vt probat Mantic. *de coniectur. lib. 3. titulo 1. numer.* 22. tamen non poſſunt d. declarationem exequi illo hærede non requiſito, vt probat Gabriel *in ſuis communib. tit. de citationib. concluſ. 1. num.* 191. & ſi executor declarauerit, non oritur actio ex declaratione, ſed ex teſtamento, vt per Bald. *in l. 1. col. 5. in princip. ff. de legat. 2.*

Sextus caſus eſt, quando teſtator mandat, vt per Titium certa quantitas pecuniæ conuertatur in certos deſignatos pios vſus, vtrùm ille cenſetur lega-
tarius, † vel merus executor, nam ſi legatarius, id 19.
quod

quod ſupereſt, ſuum erit. *l. à Titio. ff. de furt.* ſi verò
executor, apud eum nihil remanere debet. *l. ſi quis
Titio. l. Lucius. §. à te peto. de legat.* 2. Bartol. *in l. pecu-
niæ, numer.* 1. *ff. de adminiſtrat. tutor.* Pro cuius reſo-
lutione diſtinguendum eſt, nam ſi priùs præcedunt
onera pia, & poſtea illorum executio committitur,
20. dicendum eſt fuiſſe executorem, nam cauſa † quæ
reſpicit pietatem eſt finalis. Bartol. *in l. 2. ff. de do-
nation.* Ruin. *in conſil.* 137. *num.* 10. *vol.* 3. Tiraquell.
ceſſante cauſa. limitat. 1. *num.* 41. quæ onera ſi priùs
21. à teſtatore recenſita ſunt, executor † datus ad il-
lam cauſam finalem exequendam non cenſetur per
ſe conſideratus, ſed pro mero executore, & ita fir-
mant Paul. de Caſtr. *in d. l. Lucius. §. à te peto, num.*
1. *de legat.* 2. Immol. *num.* 2. *in fine*, & ita fuit de-
ciſum, Rota *deciſ.* 391. *part.* 1. in vltimò impreſſis.
At ſi Titio priùs reliquit, deinde oneribus graua-
uit, legatarium eſſe oportet, ex theorica Bartoli
in l. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. vbi diſtinguit
inter verba diſpoſitiua, & executiua, Immol. *in d. l. ſi
quis Titio num.* 1. Imò Rota *ibi* conſiderat, quòd
etiam miniſtro relinqui poteſt, vt dicit gloſſ. *in l. ſi
quis Titio, in verſ. miniſtrum. de legat.* 2. & etiamſi te-
22. ſtator illum vocaſſet legatarium, † tamen magis
inſpicienda eſt ſubſtantia diſpoſitionis, quàm eius
denominatio. Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1.
gloſſ. 14. *num.* 81. & poteſt eſſe miniſtr, etiamſi legati
verba ſint in ipſum concepta. *d. l. ſi quis Titio, in prin-
cip & §. à te peto.* Sed ſi ſunt diſpoſitiuè concepta,
ipſe erit legatarius, non autem merus executor.

23. Cætera quæ pertinent ad officium executorum †
teſtamentariorum, videte ab illis qui copioſos tra-
ctatus de executoribus ſcripſerunt, Iacob. de Are-
na *in tractatu de commiſſariis*, quem Margaritam ap-
pellat Alberic. *in l. legatum. ff. de vſufruct. leg.* Specul.
in titulo de inſtrumentorum editione. §. nunc aliqua.
Practica Papienſ. *in forma libelli*, quo agitur ad red-
dendam rationem. §. *ac executores.* Angel. Aretin. *in
tract. de teſtament.* inſeruit tractatum de executo-
ribus vltimarũ voluntatũ, Iacob. à Canib. *in tractat.
eiuſdem tituli.* Capra *in fine ſuarum regularũ*, appoſuit
ſimilem tractatum. Simon de Pret. *de interpretation.
vltim. volunt. lib.* 5. *dubitat.* 2. *fol.* 485. latiſſimè ſcripſit
de dictis executoribus. Craſſus fecit pleniſſimum
tract. de eiſdem, quem inſeruit in fine ſui tractatus
de ſucceſſionibus, à quibus multa alia videri pote-
runt, quæ conſultò omiſimus, ne pluries eaſdem
res repetamus.

ARTICVLVS II.

An executio vltimarum voluntatum ſit mixti fori.

SVMMARIA.

1. *Executores ad pias cauſas qui ſint dati à lege, nullo alio executore facto.*
2. *Executionis ad pias cauſas cognitio eſt mixti fori, & pertinet ad vtrumque iudicem.*
3. *Epiſcopus quis ſit executor legatorum ad pias cauſas, & num.* 8.
4. *. . eſt executor ad pias cauſas, etiam teſtatore prohibente.*
5. *Capitulum ſede vacante non eſt executor ad pias cauſas.*
6. *Archiepiſcopus propter negligentiam Epiſcopi eſt executor ad pias cauſas.*
7. *Abbas habens iura epiſcopalia non eſt executor ad pias cauſas.*
9. *Epiſcopus, & collegium aliquod facti executores, quomodo concurrant reſpectu vocum.*
10. *Vocati ſub nomine collectiuo an & quando faciant vnam ſolam vocem in electione.*
11. L. Lucius. §. Titius. de legatis 2. *declaratur.*
12. *Iudicum laicorum quis ſit competens pro executionibus ad pias cauſas.*
13. *Epiſcopi, & Pretores non poſſunt alios executores ad pias cauſas deputare.*
14. L. 3. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legar. *declaratur.*
15. *Iudices plures poſſunt acquirere iuriſdictionem priuatiuè ad alium per conſuetudinem.*
16. *Iuriſdictio etiam per conſuetudinem acquiri poteſt.*
17. *Index quilibet cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.*

SI ſuper legatis ad pias cauſas nullus
executor à teſtarore ſpecialiter depu-
tatus fuerit, tũc executores à lege de-
putati fuerunt; aliquando enim ſcri-
ptum eſt, ad Epiſcopũ † illorũ execu- 1.
tionem pertinere, §. *ſi quis ædificationem*, & §. *ſi quis
autem pro redemptione. Auth. de Eccleſiaſtic. titulis.* Abb.
in c. nos quidem, & *ibi* Couar. *n.* 8. *de teſtam.* Tiraquell.
de pia cauſa priuileg. 149. Aliquando ſcriptum eſt co-
gnitionem † executionis legatorum piorum ad 2.
vtrunque iudicem pertinere, & hoc certius eſt in iu-
re, & vſu receptum apud omnes. *l. nulli. C. de Epiſcop.
& cleric. verſ. vel in clariſſimi Rectoris prouinciæ, vel in
vrbis Epiſcopi notitiam deferendi, liberam facultatem
habeant.* Item *l. hæreditas. in fin. ff. de pet. hæred. in verſ.
principali, vel Pontificali authoritate compelluntur ad ob-
ſequium ſupremæ voluntatis.* Item *l. 3. §. 1. in princip. ff. de
aliment. & cib legat. & in Auth. de Eccleſiaſt. tit. § ſi quis
ædificationem. & § ſi verò ſemel. & §. ſeq. & in Auth. vt
cum de appell. cognoſc. §. cum vnum*, gl. & Doct. *in c. re-
latum, in 1. de teſtam.* Bartol. *in d. l. 3. ff. de aliment. & cib.
legat.* Archidiacon. *in c. Sylueſter. 11. quæſt. 1.* Doct. *in c.
ſignificantibus, de offic. delegati.* Doct. *in c. fin. §. 1. de teſtib.
lib. 6.* Bald. *in l. hæreditas. §. ſi defunctus*, & *ibi* Angel. *ff.
de pet. hæred.* Specul. *de inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua.
num.* 8c. Innoc. & Ioan. Andr. *in c. ſignificantibus. de of-
fic. delegati*, Franciſc. Aretin. *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
Angel. *in conſil.* 119. Barbat. *in conſil.* 42. *col.* 4. *verſ. capio
nunc ſecundum. vol.* 4. Alex. *in conſil.* 170. *circa primum
dubium, vol.* 2. Bellnga *in Speculo Principum rubric.* 17.
§ *videamus, num.* 4. Iacob. de Canib. *in tract. de execut.
vltim. volunt. part.* 1. *n.* 25. Tiraquell. *in d priuileg.* 149.

Sed pro clariori huius articuli diſcuſſione, ali-
quos caſus explicemus. Primus eſt, ille Epiſcopus † 3.
eſt dictorum legatorum executor, qui eſt Epiſcopus
loci originis, vel municipij, ſeu villæ, quæ illius diœ-
ceſi ſubdita ſit, vel etiam Epiſcopus loci, vbi ipſa res
ad pium vſum deſtinata, ſita eſt, ita dicit Specul. *in d.
§. nunc verò aliqua, num.* 79. Quo negligente, vel exe-
qui non valente, Metropolitanus eſt executor, §. *ſi
autem qui hoc facere, & §. ſeq. Auth. de Eccleſiaſt. titul.*
quoniam Archiepiſcopus ſupplet negligentiam ſuf-
fraganeorũ, ad quem iuriſdictio deuoluitur propter
ſuffraganeorum negligentiam. Felin. *in c. paſtoralis, n.
6. de offic. ordin.* Item ex Concilio Trident. *ſeſſ. 7. c. 15.
& ſeſſ. 22. c. 6. & ſeſſione 25. c. 4. de reformatione*, Epiſco-
pi, tanquam delegati ſedis Apoſtolicæ habẽt facul-
tatem commutandi vltimas pias voluntates.

Declaratur iſte caſus, vt etiamſi teſtator prohi-
buerit Epiſcopum † dicta legata pia exequi poſſe, 4.
nihilominus non obſtante prohibitione, ad ipſum
Epiſcopum executio pertinebit. *§. ſin autẽ ſpecialiter,
&*

*& §.ſeq.& §.in omnibus,in Auth.de Eccleſiaſtic.tit.*Doct. *in d.l.nulli.C.de Epiſcop.& cleric.& in l. ſi quis ad declinandam. C. eod.* & *ibi* Salyc. *quæſt.* 10.*& quæſt.ſeq.* Et ad hoc eſt text.*c.tua.de teſtam.in verſ. licet à teſtatoribus hoc contingeret interdici.*

5. Secundus caſus eſt, Capitulum ſede vacante † non eſt executor relictorũ ad pias cauſas, quoniam hoc non reperitur expreſsè conceſſum Capitulo;ergo ei non eſt adſcribendum,ita argumentatur gl. *in Clem.*1.*de hæret.in verb.capituli,in verſ.contrariũ.* Item vtroque iure exequendi poteſtas datur Epiſcopo,&

6. propter eius negligentiã Archiepiſcopo,† ſed idem eſt negligere,& non poſſe, vt dicitur in ſubſtitutione vulgari,& Archiepiſcopus eſt vocatus in caſu negligentiæ Epiſcopi; ergo etiam dici debet vocatus in caſu impotentiæ.Item quia in præiudicium iuriſdictionis ſecularis non eſt facienda ampliatio de Epiſcopo ad Capitulum,Specul.*in d.§.nunc verò aliqua,num.*79.*verſ. argum.tamen contra,c.quia diuerſitatem,& c. poſtulaſtis.de conceſſ. prabendæ.* ergo multo

7. minus facienda eſt ad Abbatem, † etiam qui habebat iura Epiſcopalia, quia nõ reperitur iure expreſſum,& iuriſdictio Epiſcopi non deperit,cùm in vtroque caſu negligentiæ, & impotentiæ deuoluatur ad Archiepiſcopum.

8. Tertius caſus eſt. Vbi inter Epiſcopos † vertitur controuerſia quis legatorum ad pias cauſas ſit executor,an Epiſcopus originis, vel domicilij, vel rei ſitæ, Doctores *in d.l.nulli. C.de Epiſcop. & cleric.*concludunt,quòd omnes erunt executores.Specul,*in d. §.nunc verò aliqua, n.* 81. Federic.de Senis *in ſua particulari diſputatione,* Io.de Canib. *in d.tract. de execut. vltim.voluntat.part.* 1. *num.* 26. vbi limitat, quando eſſet legata ſpecies,quæ in vno loco ſita reperiretur, quia Epiſcopus loci dictæ rei ſitæ erit executor, ad *l.fideicommiſſum.ff.de iudic.& l. cùm res. de legat.* 1. Item vbi eſt debita quantitas, ille Epiſcopus exequitur,vbi res eſt,quæ vendi debet:ſi multæ ſunt res in multis locis, locorum Epiſcopi executores ſunt. *l. eius. §. Celſus.ff. ad municipal.* Vbi autem res nullibi locorum ſunt, originis Epiſcopus erit executor. *d. l. nulli. C. de Epiſcop. & cleric. & l. ciues. C. de incolis, lib.* 10. Et ſi origo eſt dubia, tunc Epiſcopus domicilij; & ſi domicilium eſt dubium, tunc Epiſcopus loci, in quo defunctus eſt. *d. l. nulli,verſ. quod ſi bene,*facit *l.iuriſperitos. §. cùm oriundus. ff. de tutor. & curat. datis ab his, & l.* 1. *C.de prædiis minor.*

9. Declaratur iſte caſus.Nam ſi executio † legati ad puellas maritandas, commiſſa fuerit Epiſcopo loci, & alicui collegio, puta habenti tres perſonas collegiatas, vtrùm Epiſcopus habeat vnam vocem de quatuor, vel collegium habeat vnam vocem de duabus.Reſpondetur,quòd quando plures vocantur ſub nomine collectiuo, puta hæredes, fratres, iudi-

10. ces,cõſules,ſimul cũ aliquo tertio, tunc illi plures † pro vna perſona reputantur,& vnam tantùm vocem habent.*l.ſi quis Titio,& hæredibus. ff.de vſufruct.accreſcend.l.ſi quis mulieri,& liberis, ff.de hæred.inſtit.l.interdum.ff.de vulgari,& pupill.l.fin. C.de impub.ſubſt.*& *ibi* plenè notatur, & propterea Bald.*in auth. cauſa quæ ſit cum monacho.C. de Epiſcop.& cleric.* dicit, electione commiſſa capitaneo,& prioribus,ipſum capitaneum pro vna voce admitti debere, & priores ſub collectiua voce comprehenſos pro reliqua. Idem probatur *in l.quoniam iudices.C.de appellationib.* vbi gl. *in ver. ſoluturo,& c.paſtoralis, de reſcript.Clem. ſi plures.de iure patronat.c.paſtoralis,*vbi Doct.*de conceſſ.prabendæ. c.ſcriptum,*& *ibi* not. per Innoc. *de electiõ.* Limitatur regula quando cum voce collectiua fuerit addita etiam vox diſtributiua, *quiſquis*, aut fuerit dictum *æqualiter.*Iaſ. *in d.l.final. num.*4. *C. de impuber. ſubſtit.* Item limitatur fauore familiæ teſtatoris, vbi collectiuum verbum contra propriam ſignificationem,ſignificat diſtributionem, vt in caſu *l. Lucius.* † *§.Titius.de legat.*2.quia ex coniecturata mente teſtatoris contra propriã ſignificationem interpretatur,*l.generaliter,in princip.C.de inſt.& ſubſt.*Niſi dicamus,quòd *in d.§.Titius,*illud verbum, *ad viriles,* intelligendum ſit, vt familia omnis collectiuè ſumpta virilem habeat,& Seia pariter virilem,non autem, quòd vnuſquiſque de familia ſingulariter conſideratus, virilem habeat de per ſe.Roman.*in conſil.*96.*n.*3. Socin. *in conſil.*103.*num.*17.*vol.*1. Abb. *in conſil.*37.*part.*2. Bartol.*in l.& ſuum hæredem.§.hodie,*& *ibi* Addentes *in verſ.à maiori parte.ff.de pactis.* 11.

Et quia eandem poteſtatem habent iudices laici,† ſuper exequutione dictarum piarum diſpoſitionum; idcirco is iudex eſt competens, in quo loco defunctus eſt,aut natus eſt,qui legatum pium exequẽdum reliquit,per iura ſupradicta, & ſi in neutro reperiatur, poterit conueniri vbi per aditionem hæreditatis quaſi contraxit, aut vbi executor adminiſtrationem accepit.Specul.in loco ſuprà toties allegato *n.* 81.Et huc pertinet reſolutio quæſtionis,vbi fideicõmiſſum peti debeat, de qua tractabimus infrà inter fideicommiſſorum quæſtiones. 12.

Primò declaratur iſte articulus, vt neque Epiſcopus, neque Prætor † valeant executores commiſſarios deputare,quia hoc non eſt iure expreſſum,& ita firmauit Iacob. de Aren. *in d. l. id quod pauperibus. C. de Epiſcop. & cleric.* quem ſequitur Ioann. Andr. ad Specul. ſuper *d. §. nunc aliqua in additione*, quæ incipit, *Datiui*, & Cyn. *in d. l. id quod pauperibus.* Nec obſtat text.*l.*3.† *§.*1.*ff.de aliment.& cib.legat.*quæ ſolet allegari in contrarium, quia ibi non probatur executores poſſe dari à iudice,quoniam hæredes facti fuerant;ergo executores dari non oportebat, ſed quia plures hæredes facti fuerant,fit prouiſio ad fauorem liberti, cui relicta erant alimenta, & propter pluralitatem hæredum, à qua naſcebatur aliqua difficultas dicta alimenta aſſignandi, illa lex tali difficultati occurrit, nec facienda eſt extenſio, quoniam illa regula quòd plura ſunt negotia quàm vocabula, non habet locum in ſpecialiter diſpoſitis ad pias cauſas, in quibus ſpecialiter Epiſcopus,& Prætor deputati fuerunt, eorúmque perſonæ propter authoritatem electæ; ergo alios ipſi deputare non poſſunt. 13. 14.

Secundò declaratur,nam cùm huiuſmodi cognitio ſit mixti fori, alter iudex contra alterum poteſt totam iuriſdictionem † priuatiuè acquirere,*cap.cùm contingat,de foro compet.*& *ibi* Io. And.dicit alibi ſcriptum non reperiri, quòd conſuetudo etiam priuatæ perſonæ iuriſdictionem tribuat,& *ibi* Abb.*n.*5.notat, quòd duo conferunt iuriſdictionem,† videlicet priuilegium,& conſuetudo,ex quo infert, quòd ea quæ priuilegio acquiri poſſunt, etiã conſuetudine acquiri poſſunt,& Felin.*n.*2.latè exornat vtrũque dictum. Item text.*c.nouit.de iudic.in verſ.Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum pertinet iudicium, niſi fortè iuri communi per ſpeciale priuilegium,vel cõtrariam cõſuetudinem aliquid ſit detractum,* per quem text.probat hanc concluſionẽ Bertr.*in tract.de origine iuriſdictionis fol.*319.*verſ.igitur argumẽtando hoc eſſe de regula,* quia alioqui fruſtra poneretur illa exceptio, *niſi fortè,&c.* ſubdens quòd fortiori ratione d. conſuetudo poteſt locũ habere in aliis iuriſdictionalibus. Et *ibid.* Bertrandus Cardinalis inſerit quandam diſputationem,quam habuit cum magiſtro Paulo de Cugneriis 15. 16.

Aduo

Aduoeato ſecularium, & ſæpiſſimè hoc argumento vtitur, quòd conſuetudo iuriſdictionē tribuere poteſt non habenti. Item ad hoc *l.1. C.de emancipat. liberor.in princip.* vbi gl. notat iuriſdictionem conſuetudine acquiri, & illam gl. communiter ibi omnes ſequuntur. Item *l.fin.C.eod.tit.* vbi Bartol. Bald. Salyc. & Io. Fab. Item *l.viros. C.de diuerſ.offic.lib.*12. Boërius *in conſuetud. Bituricen.tit.de iuriſdictione omn.iudic.* §.1. vbi diffusè hoc probat. Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubrica* 1.*n.*101. Io. Franciſc. de Pauin. *de poteſtate capituli ſede vacante, part.*1.*quæſt.*2. Lancellott. Corrad. *in templo iudic.lib.*1.*c.*1.§.4. *verſ. iuriſdictiones concedit n.*1.*& ſeq.* Balbus *in tract. de præſcript. part.*5.*princip.*2.*partis. quæſt.*3. Hieronym. de Monte *in tract. finium regund. quæſt.*77. Couarr. *in regula poſſeſſor in* 2.*parte relect.*§. *ſecundus n.*8.*verſ. merum enim imperium, &* §. *tertius, n.*2.*verſ. quod ſi vſu, & n.*4.*verſ. tertia legis, & n.*5. declarat Socin. *in ſuis regulis litera P. concluſ.*28. Bartol. *in l. ex quacumque in* 1.*&* 2.*lect.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.* Alex. *in l. qui iuriſdictioni præeſt. n.*5.*verſ.*9.*ff.de iuriſdict.om.iudic.* Boſſius *in tit.de foro cōpet n.*38. vbi quòd vigore conſuetudinis vaſalli Mediolanenſes hoc ſeruant. Bald. *in l.imperialem* §.*præterea ſi inter.de prohibita feud.alienat.per Federic.* & hunc articulum probaui latiſſimè *in tract. de iuriſdictione part.*1.*c.*47. in nouis additionibus ad illū tractatum, *& in part.*2.*c.*57. Pariter in nouis additionibus probaui, quòd vbi plures iudices cumulatiuè habent iuriſdictionem, ita vt inter eos ſit locus præuentioni, tunc alter poteſt per conſuetudinem acquirere iuriſdictionem priuatiuè contra alterum, nam quilibet iudex eorum eſt capax iuriſdictionis, ideo poteſt illā integraliter contra alterum acquirere, & propterea is qui illam acquiſiuit priuatiuè ad alterū, poterit de hoc cognoſ-
17. cere, quia quilibet iudex cognoſcit † an ſua ſit iuriſdictio. Inn. *in c.præterea, de dilationib. in c. paſtoralis. in c.ſuper literis.de reſcriptis.* Bartol. Angel. Alex. & Iaſ. *in l.*2.*ff.ſi quis in ius voc.non ierit*, & hāc concluſionē diffusè ſcripſi *in tractat.de iuriſd part.*2.*c.*4. & *ibi* in nouis additionibus cumulaui multos caſus, qui meo tēpore euenerunt, in quibus iudex qui per conſuetudinē acquiſiuerat iuriſdictionē priuatiuè ad alterū, illi alteri inhibuit, & in dictis nouis additionibus tracto de illis ciuitatibus, in quibus iudices laici per cōſuetudinē acquiſiuerūt iuriſdictionē in omnibus cauſis mixti fori, priuatiuè ad iudicē eccleſiaſticum.

QVÆSTIO XVI.

De remedio legis finalis. C. de edicto D. Adriani tollendo, per quatuor articulos diuiſa.

1. An & quando competat.
2. De exceptionibus contra hoc remedium.
3. Quis ſit legitimus contradictor.
4. An à ſententia ſuper hoc remedio appelletur.

ARTICVLVS I.

An & quando competat remedium leg. fin. C.de edicto D. Adriani tollendo.

SVMMARIA.

1. *Hæres pro conſequenda hæreditate quot actiones exercere poſſit.*
2. . . *quando intentet remedium* l. fin. C. de edicto diui Adriani toll.
3. . . *debet citare poſſeſſorem in iudicio immiſſionis bonorum.*
4. L. final. C. de edicto diui Adr. tollend. *habet locum in feudis, & num.*30.
5. *Hæres ſub conditione intentat remedium* d.l. final. C.de edict.diu. Adr.
6. *Hæres ſub conditione, quando ſit hæres.*
7. . . *in teſtamento nuncupatiuo, ſiue in ſcriptis redacto, per Notarium intentat remedium* d.l. finalis.
8. *Confeſſio aduerſarij æquiparatur inſtrumento.*
9. *Teſtamenti tenor, & ſollemnitas probatur per teſtes.*
10. *Pater pro filio hærede, quando intentet remedium* l.finalis.
11. *Remedium* l.finalis.C. de edict. *ex quibus teſtamentis imperfectis detur.*
12. *Inſtitutionis vim habet diuiſio hæreditatis facta à patre inter filios.*
13. *Inſtitutio tacita ex quibus inducatur.*
14. *Hæres poſſidens intentat remedium* l.final. *vt confirmetur.*
15. . . *& quando hoc procedat.*
16. *Confirmatio poſſeſſionis hæredis quando ſit fruſtratoria.*
17. . . *& quando ſit neceſſaria.*
18. *Remedium.* l.finalis. C.de edict. *quando ſit iudicium ſummarium, & quando ordinarium.*
19. *Menoch. reprobatur in inductione* l.ſi contendat. ff.de fideiuſſor.
20. *Hæres hæredis non intentat remedium* l. finalis.
21. . . *& quando ſit hæres teſtatoris.*
22. *Interpretatio numquam eſt facienda contra voluntatem teſtatoris.*
23. *Teſtatoris voluntas eſt intelligenda, vt verba ſonant.*
24. *Hæres teſtatoris eſt immittendus in poſſeſſionem bonorum quæ poſſidebat tempore mortis, & num.* 28.
25. *Hæres vxoris non immittitur in poſſeſſionem bonorum, quæ maritus emerat de illius pecuniis.*
26. *Maritus eſt dominus fundi empti ex pecunia dotali.*
27. *Feudum emptum de pecuniis Titij pertinet ad emptorem.*
28. *Maritus non poteſt acquirere vxori, niſi præcedat pactum inter eos.*
31. *Teſtamentum poſterius eſt potentius.*
32. . . *& cognoſcitur ex poſteriore hora.*
33. *Hæres quis ex duobus teſtamentis ſit mittendus in poſſeſſionem.*
34. *Teſtamenta duo non valent propter incertitudinem temporis.*
35. *Hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento incerti temporis.*
26. §.Commodum. Inſtit. de interdictis, *quomodo intelligatur.*
37. *Poſſeſſor illegitimus poteſt à iudice ſpoliari, etiam non citatus.*
38. *Clauſula ceſſans, & irritans, quando faciat præſumi teſtamentum poſterius.*
39. *Iudex quando poſſit poſſeſſionem captam ab hæredibus ad ſe auocare, & ſequeſtrare fructus.*
40. *Appellatio non datur ab auocatione poſſeſſionis ad iudicem facta.*
41. *Poſſeſſorium hæreditatis temporalis eſt temporale, & cognoſcitur à iudice ſeculari.*
42. *Poſſeſſorium etiam rerum ſpiritualium eſt temporale.*

43. *Iudex*

43. *Iudex ſecularis eſt competens ſuper poſſeſſorio rerum ſpiritualium, vel quaſi.*
44. . . *& hæc opinio obſeruatur quaſi in tota Europa.*
45. . . *& qui ſcriptores Romæ ſequuti ſint iſtam opinionem.*
46. *Titulus ſaltem coloratus an ſit probandus in omni poſſeſſorio.*
47. *Interdictum retinendæ, & recuperandæ ſunt æquiparata.*
48. *Poſſeſſorium quando poſſit ſeparari à titulo.*
49. *Iudex quando dicatur cognoſcere de mero facto ſpiritualium.*
50. *Iudex ſecularis an poſſit manutenere clericos turbatos in poſſeſſione.*
51. *Titulus clericatus quotupliciter poſſit deduci in iudicium.*
52. *Iudex ſecularis cognoſcit de cauſa meri facti.*
53. *Titulus quando cognoſcitur pro informatione facti.*
54. *Iudex laicus non cognoſcit de poſſeſſorio adipiſcendorum ſpiritualium.*
55. *Hæredes ab inteſtato non intentant remedium legis finalis.*
56. . . *ſed poſſunt intentare illud remedium vtile.*
57. *Interdictum Saluianum directum, & vtile, quibus competat.*
58. *Actionum vtilium multiplicatio non permititur.*
59. *Filius hæres ſuus ab inteſtato, non intentat remedium legis finalis.*
60. *Legatarij non intentant remedium d. legis finalis.*
61. *Hæres ſemper eſt legitimus contradictor legatariorum.*
62. *Remedium legis finalis an poſſit intentari ab eo, qui poſſeſſionem propria authoritate capere poteſt.*
63. *Legatarius an poſſit conſequi legatum per viam executiuam.*
64. *Legatarius nullo modo eſt hæres.*
65. . . *ſemper de manu hæredis debet legatum capere.*
66. *Legatarius capiens poſſeſſionem propria authoritate ante aditam hæreditatem, debet illam reſtituere hæredi.*
67. *Legatarij poſſeſſio eſt vitioſa, & non eſt legitimus contradictor.*
68. *Legatarius poteſt agere via executiua ſecundum veriorem opinionem, & num. 70.*
69. *Præceptum cum clauſula iuſtitiæ eſt faciendum in via executiua.*
71. *Hærede negante teſtamentum non proceditur via executiua ad fauorem legatarij.*
72. *Inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali non intentat remedium legis finalis.*
73. *Inſtitutio in re certa quomodo dicatur tertia ſpecies inſtitutionis.*
74. *Lex loquens de ſimplicibus non comprehendit caſus mixtos.*
75. *Filius pro legitima non intentat remedium legis finalis.*
76. *Legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis.*
77. *Menoch. reprobatur in defenſione opinionis Baldi.*
78. *Petitio hæreditatis non datur pro legitima.*
79. *Filius vniuerſaliter inſtitutus non poteſt acceptare legitimam, & repudiare hæreditatem patris.*
80. *Fideicommiſſario vniuerſali non competit remedium legis finalis, ante reſtitutionem.*
81. . . *an ante reſtitutionem habeat aliquod ius in bonis.*
82. *Hæres præferendus eſt fideicommiſſario eiuſdem teſtamenti.*
83. *Fideicommiſſarius immittitur in poſſeſſionem, quando nullus apparet hæres.*
84. *Fideicommiſſarius non immittitur, quando reſtitutio facta eſt re.*
85. . . *& ſibi competit immiſſio, quando reſtitutio ſola verbalis facta ſit.*
86. . . *in quem tranſeunt iura actiuè, & paſſiuè poteſt intentare remedium legis finalis.*
87. *In Eccleſiam fideicommiſſariam tranſit dominium ipſo iure, abſque reſtitutione.*
88. *Fideicommiſſarius cui facta eſt reſtitutio verbalis, quando intentat remedium legis finalis contra tertium poſſeſſorem.*
89. . . *de iure Canonico immittitur in poſſeſſionem, etiam ante reſtitutionem verbalem ſibi factam.*
90. . . *etiam ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem.*
91. *Subſtituti directò intentant remedium legis finalis.*
92. *Subſtitutio vulgaris dicitur facta per verbum ſubſtituo, quod eſt commune, ſi nulla ſint appoſita verba tractum temporis ſignificantia.*
93. *Subſtitutio vulgaris, quando colligatur ex ordine ſucceſſiuo.*
94. *Ordo ſucceſſiuus inter quos inductus eſſe dicatur.*
95. *Subſtitutionis vulgaris effectus, vt poſt aditionem primi, expiret in omnibus.*
96. *Executor teſtamentarius an, & quando intentet remedium legis finalis.*
97. *Executiones vltimarum voluntatum ſunt mixti fori.*
98. *Monaſterium intentat remedium legis finalis.*
99. *Fiſcus intentat remedium legis finalis.*
100. *Fiſcus experitur per petitionem hæreditatis.*
101. . . *eſt ſimilis hæredi quo ad omnia iura actiuè & paſſiuè.*
102. . . *intentat remedium legis finalis ex perſona indigni.*

HÆRES poſtquam adiuit hæreditatem, vt illius bona ab aliis poſſeſſa conſequatur, tria remedia † exercere poteſt, 1.
vel interdictum quorum bonorum de iure prætorio, vel de iure ciuili petitionem hæreditatis, ſiue remedium *legis finalis. C. de edicto diui Adriani tollendo*; ſed quia hoc eſt frequentius aliis, & in primis dubitari ſolet, quibus competat, ad nouem caſus materiam reducentes, articulum expediemus.

Primus caſus eſt. Hæres ſcriptus in teſtamento, illud oſtendens iudici bene ſcriptum, non caſſum, non cancellatum, neque abolitum, nec ex aliqua ſui parte vitiatū, ſtatim iudex ſummariiſſimè procedit, tanquam ſuper notorio, & nemine poſſidente bona hæreditaria, dictum hæredem in poſſeſſionem immittit, & hoc caſu † remedium eſt ad bene eſſe, 2.
iuxta communem opinionem, de qua per Doctores *in d. l. final.* vbi Paul. de Caſtr. *n. 1. in fin.* Dec. *n. 7. verſ. per quam tamen non tollitur.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin. 69. n. 5. & 16. & ſeq.* hæc enim licentia data à iudice ingrediendi poſſeſſionem, non citata parte, nihil operatur, & perinde eſt, ac ſi ipſe hæres propria autho

authoritate poſſeſſionem apprehendiſſet: ſed quando alius reperitur in poſſeſſione, omninò eſt citandus, aliter iudicium eſſet nullum, ita Bart. *ibi numer.* 15. *& ſeq.* poſt Cyn. & Iacob. Butrig. & omnes communiter ſequuntur, & eſt verum quòd proceditur ſummariè, nec datur terminus ad probandum, ſed omninò poſſeſſor eſt citandus, & audiendus, an opponat exceptiones tales in promptu, ex quibus oſtendat non eſſe locum petitæ immiſſioni, de quibus exceptionibus in ſequenti articulo diſputabi-
3. mus, & d. hæres ſcriptus vigore *d. l. final.* † immittẽdus eſt in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ teſtator tẽpore mortis poſſidebat, etiam ſi eſſent feu-
4. dalia, quia remedium *d. l. final.* † habet locum in feudis. Afflict. *deciſ.* 116. & *ibi* noui Addentes alios cumulant, & Franciſc. de Ponte *in conſ.* 20. *n.* 8. declarat, dummodo inſtitutio facta fuerit in perſona immediatè ad feudũ ſucceſſura, vel ex lege feudi vocata.

Primò declaratur iſte caſus, vt habeat locum, et-
5. iamſi hæres † ſub conditione inſtitutus fuiſſet. Iacob. Butrigar. *in l. final. col.* 4 & *ibi* Alberic. *col.* 6. *verſ. item quærit gloſſ. an detur ſubſtituto.* Io. Franciſc. de Pont. *in d. conſil.* 20. *numer.* 47. Fulgoſ. *in d. l. final. C. de edict. diui Adr. tollend.* Contrariam opinionem tenet Cyn. *in d. l. final. quæſt.* 5. Specul. *in tit. de teſtament.* §. *ſequitur, col. final.* & *ibi* Bald. *in additionibus,* Zuccard. *in d. l. final. numer.* 262. quia licèt conditio nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.* ergo interim non eſt hæres, ideo eidem non competit hoc remedium: tamen intelligimus de illa conditione quæ non require-
6. ret † longam diſcuſſionem, puta quia fuit ſubſtitutus ſub conditione, ſi Titius repudiaret hæreditatem, & ipſe producat repudiationem inſtituti, vel intelligeremus de conditione de præſenti, aut de præterito, quæ non ſuſpendunt diſpoſitionem, vt declarat Pontus *in d. conſil.* 20. *numer.* 41. *& ſeq.* quia ſola conditio de futuro ſuſpendit, circa quam, cùm ceſſet omne iuris ciuilis auxilium, neceſſaria fuit bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas, vt notatur *in l. final. ff. vnde cognati.*

Secundò declaratur, vt habeat locum in teſtamẽ-
7. to † nuncupatiuo, ſiue in ſcriptis redacto per Notarium, vt per gloſſ. *in d. l. final.* Bartol. *numer.* 17. Alex. *num.* 22. Iaſ. *num.* 22. Dec. *numer.* 39. Curt. iun. *numer.* 64. Zuccard. *numer.* 193. *& numer.* 346. ſiue in teſtamento nuncupatiuo, quod per Notarium ſcriptum non fuerit, ſed ſolùm per teſtes examinatos, & publicatos fuerit in ſcriptis relatum. Bartol. *d. numer.* 17. *in fin.* Bald. *numer.* 40. Alexand. *num.* 21. Zuccard. *numer.* 346. *verſ. fallit ſecundò,* & alij per Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 1. *numer.* 14. Nam ſi conceditur hoc remedium, ſi teſtamentum probaretur per confeſſionem aduerſarij, vt per Bald. *in d. num.* 40. & Zuccard. *numer.* 347. & alij per Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *numer.* 102. multò magis ſi teſtamentum probaretur per teſtes, quoniam ſicut con-
8. feſſio aduerſarij † æquiparatur inſtrumento. *l. cum te. C. de tranſact.* ita & teſtes æquiparantur inſtrumento, *l. in exercendis,* & *ibi* Doctor. *C. de fide inſtrument.* Vtriuſque igitur virtus eſt æqualis ad hunc effectum, ſed confeſſio non ſolum de teſtamenti tenore, verùm etiam de ſubſtantialibus teſtamenti eſſe debet, vt probat Zuccard. *in d. numer.* 347. & licèt ſcriptura teſtamenti requiritur, vt d. remedium concedatur, *d. l. fin.* quæ legi, & cerni poſſit; tamen tenor teſtamen-
9. ti † ſollemniter facti per teſtes receptos, & publicatos legi poteſt, & ſatis inſpicere dicitur, qui illius tenorem non ignorat, *l. inciuile. l. ſcire. ff. de legibus.* & probat Menoch. *in d. remed.* 4. *num.* 109. *& ſeq.*

Tertiò declaratur, vt hoc remedium competat pa-
tri †, quando filius factus eſt hæres matris, & is repu- 10.
diauerit hæreditatem, quoniam tunc ipſe pater adit hæreditatem. *l. final. C. de bonis quæ liber.* propter vſũfructum qui ad patrem pertinet, quod eſt verum etiam ſi filius factus fuerit hæres ab aliquo in bonis caſtrenſibus. *d. l. final.* §. *ſimili modo,* & poſt alios relatos probat, & declarat Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcendæ num.* 272. *& plur. ſeq.* & ſcripſi de hoc ſuprà *in quæſt.* 14. *artic.* 1. *caſu* 2.

Quartò declaratur, vt hoc remedium detur † ex 11.
illis teſtamentis imperfectis, quæ ſunt imperfecta ratione maioris ſollemnitatis, ſed cum minori ſollemnitate ſunt ſpecies teſtamentorum de per ſe, de quibus ſcripſi ſuprà in hac parte *in quæſt.* 7. *artic.* 1. Nam ſi eſſet omninò imperfectum, eſſet nullum. §. *ex eo. Inſtit. quib. mod. teſtament. infirm.* Socin. iun. *in conſil.* 147. *col.* 2. *volum.* 2. Sed quando defectus alicuius ſollemnitatis eſt toleratus & approbatus à lege reſpectu aliquarum perſonarum, tunc teſtamentum non eſt omnino nullum, ſed eſt ſpecies teſtamenti de per ſe, & poteſt ex huiuſmodi teſtamento imperfecto obtinere per d. remedium. Bartol. *in d. l. final. numer.* 18. Alberic. *numer.* 12. Salyc. *col.* 3. *verſ. item quæro,* & alij ad hoc relati per Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcendæ numer.* 312. quoniam ipſa diuiſio
partium † inter liberos habet effectum inſtitu- 12.
tionis. Couar. *in cap. Raynutius.* §. 1. *numer.* 3. *de teſtament.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 7. *numer.* 9. *& præſumpt.* 19. *in* 2. *caſu,* & latiùs ſcripſi de hoc *in d. quæſt.* 7. *artic.* 2. & ideo Imper. *in d. l. filij,* & *d. l. final.* diſpoſuerunt quocumque modo diſpoſita à patre inter filios obtinere, propter tacitam
inſtitutionem † inter eos inductam, vt probaui 13.
in d artic. 2. Nec d. l. *filij* poteſt dici correcta per d. §. *ex imperfecto,* tum quia nulla lex in compilatione Iuſtiniani ſcripta eſt, quæ alteram corrigat, vt pluries ſcripſi in præcedentibus; tum quia vtraque diſpoſitio ſtare poteſt, & quòd teſtamentum imperfectum inter liberos valeat. *d.* §. *ex imperfecto,* etiam ſi pater diſpoſuerit diuidendo, quia d. diuiſio habetur pro tacita inſtitutione.

Quintò declaratur, vt remedium *d. l. final.* de-
tur etiam ei qui poſſidet, vt in poſſeſſione †, quam 14.
habet, confirmetur. Bartol. *in d. l. fin.* §. *fin. numer.* 9. Iacob. Butrigar. *col.* 2. Alberic. *numer.* 16. *verſ. item quæritur.* Dec. *numer.* 44. Zuccard. *numer.* 216. *&* 223. Iaſon *numer.* 11. Franciſc. de Pont. *conſil.* 20. *numer.* 47. & alij relati per Menoch. *in d. remed.* 4. *numer.* 348. per regulam, quam allegat Bartol. *in l.* 3. §. *miſſum. ff. de Carbon. edict.* vbi prætor miſſum in poſſeſſione confirmat. Guido Pap. *deciſ.* 132. *& deciſ.* 291. Tiraquell. *in tractatu de morte part.* 6. *declaratione* 2. *numer.* 8. & ideo ſi poſſeſſio bonorum defuncti ipſo iure vigore ſtatuti eſt continuata in hæredem, eo ipſo quòd hæres adiuerit, poteſt petere ſe in eadem confirmari, & obtinebit per d. remedium *d. l. final.* vt firmarunt *ibi* Iaſ. *numer.* 25. Dec. *numer.* 26. Curt. iun. *numer.* 81. Zuccard. *numer.* 105. *& numer.* 225. *& num.* 262. & alij plures ad hoc relati per Tiraquell. *in d. tract. de morte part.* 6. *declaratione* 2.

Declaratur iſte caſus, vt procedat †, quando vel 15.
alius hæres eſt in poſſeſſione, vel alius hęres petit ſe immitti in eandem poſſeſſionẽ, nã tunc propter cõtrouerſiã poſſeſſionis poterit petere cõfirmationẽ à iudice, aliàs fruſtratoria eſt confirmatio actus, qui à

nullo controuertitur, & plus iuris dare non poteſt, & ita firmat Bald.*in d.l.final.num.24.in fin.C.de edict. diui Adr. toll.* Neque obſtant allegata per Zuccard. *in d.l.final.numer.* 219. *&* 221. quòd iudex mittit in poſſeſſionem hæredem, vbi nullus eſt contradictor; ergo poteſt poſſeſſorem confirmare, vbi nullus eſt contradictor, & ſequitur Menoch.*in d.remedio* 4. *adipiſcendæ n.*355.*& ſeq.*Quia aliud eſt an iudex poſſit confirmare, & hoc non negat Bald. *ibi.* Aliud
16. eſt † an confirmatio ſit fruſtratoria; & hanc tenet Bald. quem ego ſequor: nam poſſeſſio non acquiritur ſine animo. *l.* 3. *in princip.ff. de acquir. poſſeſſ.*Sed d. hæres præſupponitur poſſidere; ergo confirmatio non poteſt illi dare poſſeſſionem, quam habet, & ita eſt inutilis. Item *in d. l.*3. §. *miſſum.ff de Carbon. edict.* data erat poſſeſſio ex illo edicto propter controuerſiam competitoris, vt habetur *in l.* 1. *eiuſdem tituli,* vbi recenſentur verba edicti, ideo prætor in caſu *d.*§.*miſſum,* tuetur illum poſſeſſorem, vt *ibi* exponit gloſſa communiter recepta, & ita ille text. facit pro opinione Baldi. Item quando iudex nullo exiſtente contradictore mittit in poſſeſſionem hæredem, ſummariè procedit, nullo dato libello, & illa miſſio non operatur plus quàm ſi hæres propria authoritate poſſeſſionem accepiſſet.argum. *l.lege.ff. de verb.ſignificat.* Sed vbi adeſt contradictor, qui habet ſimilem titulum inſtitutionis, & vel petat ſe declarari hæredem, & immitti, vigore *d.l.fin.* vel vti hæres eandem poſſeſſionem ingreſſus fuerit, & dubi-
17. tatur, vter eorum ſit hæres, tunc eſt neceſſaria† confirmatio, præcedente libello in iudicio ordinario. Bartol.enim *in d.l.fin.* diſtinguit, aut qui contradicit, non poſſidet, ſed dicit eſſe in poſſeſſionem immittendum, & tunc adhuc procedit iudicium ſummarium: aut qui contradicit poſſidet, & producit titulum conſimilem, & tunc, dicit Bartol.iudex ſtatim
18. pronuntiabit non eſſe locum ſummariæ† cognitioni virtute illius legis, ſed agendum eſſe iudicio ordinario, & ille debebit obtinere, qui meliora iura habet, & ad hoc ponderatur text. *d.l.final. in verſ.in iudicio competenti* , & hanc opinionem tenent etiam Iacob. Butr. *ibi col. pen.* & Alberic. *col.* 7. & ſequitur etiam Zuccard.*in d.l.final.numer.*374. qui reprobat Dec.aliter ſentientem, & opinionem Bartoli ſequuntur Iacobin.*ibid.numer.*45.& Bero.*in conſil.* 60.*volum.*2. & hanc opinionem, multis aliis relatis probat eſſe communem Salyc. *ibi num.*19.ergo vt confirmatio ad hoc vtiliter petatur, vel fiat, contradictor apparere debet, ſiue in iudicio ſummario, ſiue ordinario ſecundùm diſtinctionem Bartoli.
19. Minus obſtant allegata per Menoch. † ſequentem opinionem Zuccardi *in d.remed.*4. *adipiſcendæ numer.* 360. vbi quòd ipſe illam opinionem ſequitur per text. *l. ſi contendat.ff.de fideiuſſor.* Nam ille text. etiam præſupponit adeſſe aduerſarium Titium, illúmque debere citari ad videndum exceptionem ſibi competere aduerſus eum, & liberari ab ea actione, quæ d.Titio competeret, & ita illum text. declarat Paul. de Caſtr.*ibi*, & Couar. *in lib.*1.*var. reſolut. cap.* 18. *numer.* 3. à Menoch.allegatus Quamobrem ille text. & communis concluſio, de qua per Couar. *ibid.* potiùs eſt allegandus pro opinione Baldi, vt confirmatio poſſeſsionis hæredis eatenus vtiliter petenda, & danda ſit, quatenus contradictor appareat.
20. Sextò declaratur, vt non habeat locum in † hærede hæredis, nam *d.l.final.* loquitur de hærede ſcripto, ſed hæres hæredis non eſt hæres ſcriptus. *l. qui liberis.*§.*hac verba.ff. de vulgari,& pupill.* Veral. *deciſ.* 64.*& deciſ.*320 *part.*2.Neque obſtant plures reſponſiones diuerſorum cumulatæ per Zuccard.*in d. l. fin. numer.*241.vbi conatur defendere contrarium, quoniam licèt regula ſit, quòd hæres † hæredis ſit hæ- 21.
res teſtatoris,*l.final.C.de hæred.inſtit.* quam exornaui cum ſuis declarationibus ſuprà in hac parte, *quæſt.* 12.*artic.*1. tamen text. *d.l.final.* ſe fundat in hærede ſcripto in teſtamento nominato, & ſi admitteremus hæredem hæredis, tunc poſſemus admittere etiam illum, qui fuiſſet odioſus teſtatori, ſed nunquam facienda eſt interpretatio † contra illius vo- 22.
luntatem, etiam præſumptam, quoniam lex vehementer illi auxiliatur.*l. final.C.de poſthum. hæred. inſtit.* & lex voluit illi omnino eſſe obediendum. *l. cùm antiquitas. C. de vſufructu*, & appellat illam voluntatem dominam. *l.cùm quidam. C. de legat.* & reginam eſſe voluit. *l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat.* & quando verba à teſtatore prolata habent propriam ſignificationem, tunc non eſt neceſſaria iuris interpretatio, nec admittenda eſt iuris quæſtio. *l. iam hoc iure, verſ. hoc itaque.ff. de vulgari, & pupill.* Bartol. *l. centurio. numer.* 16. *ff. eod. tit.* & voluntas teſtatoris † de- 23.
bet intelligi vt verba ſonant. Bartol. *in l. ſi arrogator numer.* 27. *ff. de adoptionibus.* Corn. *in conſil.* 44. *numer.* 4. *volum.* 3. Si ergo teſtator fecit hæredem ſuum Titium, & iſte poteſt intentare remedium *d. l. finalis*, non erit admittendus hæres Titij, quem teſtator non cognoſcebat, & fortè fuiſſet illi inimicus, vel alio modo odioſus, hæres hæredis non eſt hæres propriè teſtatoris, ſed impropriè, vt probaui *in d. artic.* 1.ergo quantumcunque poſſit obtinere bona, non debet contra præſumptam illius voluntatem declarari hæres, & ita declaratus immitti vigore *d.l. finalis.*

Septimò declaratur, vt hæres † teſtatoris debeat 24.
immitti in poſſeſsionem bonorum, quæ à teſtatore poſſidebantur, tempore eius mortis, vti propria illius bona; quamobrem hæres mulieris non poteſt immitti in poſſeſsionem fundi †, quẽ maritus eme- 25.
rat de propriis pecuniis ſuæ vxoris, quia dominium ſpectabat ad maritum. *l.*1.*l.ſi mancipia.l. multum intereſt.C.ſi quis alteri, vel ſibi,*& pro hoc eſt text expreſſus *in l. ex pecunia dotali. C.de iure dot.* vbi quòd fundus † emptus ex pecunia dotali, eſt in bonis mariti, 26.
ita quòd vxor non habet actionem, niſi ad pecuniam, ſicut feudum emptum de pecuniis† Titij per- 27.
tinet ad emptorem, non autem ad dominum pecuniarum.gl.*in* §.*& quia,ver.nominatim. de his qui feud. dare poſſ.* Cametar. *in l.Imperialem.fol.*53. *litera N.* Item quia maritus † non poteſt acquirere vxori, niſi 28.
præcedat pactum inter dictos coniuges de acquirẽdo vxori. Bald.Nouell. *in tract.de dote in* 2.*parte principali*, & latiùs probat Hieronymus Gratus *in conſil.* 149. *per totum,volum.* 2. ergo cùm dictus fundus non ſit in dominio vxoris, non poteſt eius hæres immitti in illius poſſeſsionem, quia text. *d. l.fin.* expreſsè dicit, *mittatur in poſſeſſionem earum rerum*†, 29.
quæ teſtatoris mortis tempore fuerunt, & hanc tenent gloſſ. Bart. Bald. & cæteri *in d. l. finali.* Sic in feudis hæres meus non eſt mittendus in poſſeſsionem feudi empti de pecunia mea, quoniam non eſt propriè meum, ſed emptoris, qui habuit inueſtituram, nec eſt inutilis iſte articulus, quoniam remedium *d.l.finalis*, habet locum in feudis †, vt 30.
concludunt omnes Doctor.*in d. l.finali*, & de communi opinione atteſtatur Franciſc. de Ponte *in conſil.*20.*num.*8.

Secundus caſus eſt, quando apparerent duo teſtamenta, & in eis duo hæredes inſtituti, vter eorum ſit

immit

immittendus per remedium *d.l.final.* diſtinguendum
31. eſt, ſi apparet quod ſit poſterius teſtamentum†, quia
illud eſt potentius, quia dicitur reuocaſſe primum,
tunc hæres factus in d. poſteriore immittendus eſt.
§.poſteriore.Inſtit.quib.mod.teſtament.infirm. & ita fir-
mant gloſſ. Bartol. Bald. & cæteri *in d.l.fin. & in hoc*
non eſt difficultas.

Si verò non appareat de certo tempore, quia
eadem die teſtator coram duobus Notariis, & duo-
bus conteſtibus duo teſtamenta fecerit, & duos hæ-
redes inſtituerit, nec apparet de hora diſtincta, nam
32. tunc teſtamentum habens horam † diſtinctam po-
ſteriorem, alteri præferretur, vt *in d.l.final.* probant
Curt.iun.*n.*79.& Zuccard. *n.* 461. Menoch. *de arbi-*
33. *trar.caſu* 47. Tunc pro illo hærede † iudicandũ eſt,
qui poſſidet. Bartol. *in l.*1.*§.non autem.ff.de bon.poſſeſſ.*
*ſecund. tab. & in d.l.final.num.*21. & ibi Bald. *verſ. ſe-*
ptimò æqualiter. Iaſ. *col.pen.* Dec. *numer.* 53. *& ſeq.*
Zuccard. *numer.* 457. Menoch. *in d. remed.* 4. *adi-*
*piſcendæ numer.*793. Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 17.
opinione 11. Peregrin. *de fideicommiſſ.artic.*48.*num.*23.
& ſeq. & alij plurimi Doctores ab eis allegati, ex qui-
bus apparet hanc eſſe communem opinionem. Ego
verò contrarium ſcripſi ſuprà *in quæſt.* 4. *artic.*5.*hu-*
34. *ius partis*, quoniam propter † incertitudinem neu-
trum teſtamentum valet. gloſſ. *in l.*1.*ff.de bon. poſſeſſ.*
ſec. tab. & hanc opinionem tenuerunt Azo, & Hu-
go, quos refert Bartol. *in d.l.* 1.*§.ſin autem. ff.de bon.*
poſſeſſ.ſec.tab. per text. *l.ſed etſi de ſua. §. cur autem. ff.*
de acquir. hæredit. quoniam vterque hæres eſt in-
35. certus de viribus teſtamenti, ideo hæreditas †
adiri non poteſt; ergo neque poſſunt immitti vi-
gore *d.l.final.* niſi in aliquo ex d. teſtamentis eſſent
inſtituti venientes ab inteſtato, aut pia cauſa,
qui in dubio præferendi ſunt, vt ſcripſi *in d.*
artic. 5. Nec obſtat ratio in contrarium allegata
36. à præcitatis Doctor. propter §. *commodum* †, *Inſtit.*
de interdict. Quia illud commodum parit effectum,
vt poſſeſſor reus efficiatur, & in dubio abſoluen-
dus ſit per non ius actoris, per regulam *l.vti frui.* §.
1.*ff. ſi vſusfruct.pet. & l. fin. C. de rei vendic. & c. ſi*
à ſede.de prebend.lib. 6. Quæ regula non proce-
dit, vbi clarè conſtat de non iure poſſidentis, quo-
37. niam iſte talis poteſt † à iudice ſpoliari, etiam non
citatus. Roman. *in conſil.* 499. *col.* 2. Dec. *in conſil.*
291.*col.* 3. Curt. iun. *in d. l. final. numer.* 63. & ibi
Zuccard. *numer.* 131. qui etiam refert Riminald.
in l. pacto quo pœnam. col. 2. *de pact.* Marſil. *in ru-*
bric. de probat. numer. 163. & alios; ſed iſte hæres
poſſeſſor non eſt certus de viribus teſtamenti; ergo
non poteſt adire hæreditatem, nec poteſt immitti;
ergo neque eius poſſeſſio confirmari poteſt in con-
curſu alterius hæredis in altero teſtamento quorum
tempora ignorantur.

Declaratur iſte caſus vt non procedat, ſi hæres fa-
ctus in eo teſtamento, cuius vigore eſt in poſſeſſio-
38. ne, haberet clauſulam † *caſſans, & irritans*, &c. nam
tunc cenſetur caſſatum præcedens, & ita iſtud cen-
ſetur poſterius. Sed hæc declaratio ita demum po-
teſt procedere, ſi alterũ ex dictis teſtamentis non ha-
bet clauſulam derogatoriam ad ſequentia teſtamẽ-
ta, quia tunc ſecundùm magis cõmunem opinionem
clauſula ceſſans & irritãs non reuocat teſtamentum
præcedẽs, vt latiùs ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte*
3. *clauſula* 6. & tunc non poteſt inducere præſum-
ptionem poſterioritatis, & cùm in vtroque teſtamẽ-
to adſit dicta clauſula derogatoria, inducit maiorem
confuſionem, & incertitudinem in hærede, ita vt
hæreditatem adire non poſſit, vt probaui.

Sed ſi vterque hæres ſe intruſerit in poſſeſſione,
tunc iudex debet ad ſe poſſeſſionem auocare †, ad 39.
euitanda ſcandala, & ne partes deueniant ad arma.
l.æquiſſimum, in princip.ff.de vſufruct. atque partibus
inhibere, ne ad poſſeſſionem accedant. Item fructus
ſequeſtrare. Bartol. *in l.ſi vſusfructus.§.ſed ſi inter duos.*
ff.de vſufruct. & in l. ordinarij, in fin.ff.de rei vendic. &
alia multa ad hoc allegata per Dec. *in d. l. final.*
numer. 6. & per Zuccard. *numer.*123. qui ponit pra-
cticam procedendi per *d.l.æquiſſimum.* A qua auo-
catione † poſſeſſionis facta per iudicem non datur 40.
appellatio, quoniam iudex authoritate legis hoc fa-
cit, & neminem grauat, & à præcepto legis non da-
tur appellatio, quia non eſt ſine grauamine, poſſet
tamen alterutra pars petere reuocari dictum ſeque-
ſtrum, & tunc non audietur ſine libelli productio-
ne, & ſententia, vt poſt Specul. *in tit. de libell. conce-*
*ptione.§. nunc dicendum. verſ.*22. & alios relatos pro-
bat Zuccard. *in d. l.final. numer.* 124. *C.de edict. diui*
Adr.tollend.

Declaratur iſte caſus, vt habeat locum, etiam ſi
alter ex hæredibus prætenſoribus eſſet clericus, quo-
niam poſſeſſorium† hæreditatis temporalis eſt tem- 41.
porale, & ideo iudex ſecularis poteſt in hoc poſſeſ-
ſorio etiam contra Eccleſiaſticos iudicare, vt per
Bald. *in d.l.fin.n.*45. & alia ad hoc allegata per Pere-
grin. *de fideicommiſſ.art.*48.*n.*62.*& plur.ſeq.* & confert
ad hanc concluſionem, quòd omne poſſeſſorium † 42.
etiam rerum ſpiritualium eſt temporale, ita vt iudi-
ces laici poſſint ſuper illis iudicare. gl. *in c.literas. de*
iuram.calum. & in c.eum dilectus.de elect.in ver.iuramẽ-
to, verſ vel dic. Vincent. *in c.final.de iudic.* Zabarell. *in*
Clem.diſpendioſam in 3.*oppoſit. & in q.*10.*de iudic.* & eſt
opinio communis ſecundùm Ripã *in rubric.de iudic.*
*n.*90. Mantua *num.*27. Couar. *in lib.practic. quæſt. cap.*
35.*num.*1. Archidiacon. *in cap.*1.*de reſtit.ſpoliat.* & pro-
pterea Doct. magis communiter firmarunt, quòd in
mero poſſeſſorio ſpiritualium, vel quaſi, etiam iu-
dex ſecularis† eſt competens. Innoc. Io. Andr. & An- 43.
ton. de Butr. *in cap.final.de iudic.* Bartol. *in l. Titia num.*
5.*& ſeq.ff. ſolut. matrim. & in l.quoties, circa finem. C.*
de iudic. & in l. omnimodo, numer. 2. *C. de ſacroſanct.*
Eccleſ. Bald. *in l.ſi de proprietate. numer.*15.*C.ſi à non*
competenti iudic. Iaſ. *in d. l. Titia.numer.*6.*& ſeq.* & *ibi*
Alexand. Roland. *in conſil.*23.*volum.*2. Crauett. *in*
*conſil.*253.*numer.*2 & de communi atteſtatur Couar.
*in lib.practic. quæſt.cap.*33. *numer.* 1. Benedict. *in cap.*
Raynutius.de teſtam.in ver. & vxorem in 2.*numer.*231.
Stephan. Aufrer. *in Clem.* 1.*de offic. ordinar. regula*
2.*limitat.* 24. & in Addition. ad Capell. Tholoſ. *in*
*deciſ.*470. Caſſad. *conſil.* 45. *numer.* 5. Nauarr. *in*
cap. eum contingat. remedio 1. *de reſcript.* Guttieres *in*
lib. 1. *canonic. quæſt.cap.*34.*num.*22. Farinac. *in quæſt.*
8.*numer.*23.

Et hæc opinio obſeruatur quaſi in tota† Europa, 44.
vt de obſeruantia regnorum, & ciuitatum atteſtan-
tur iſti Doctores. Ceuallos in pleniſsimo ſuo tracta-
tu *de cognitione per viam videntiæ*, millies atteſtatur ita
in omnibus regnis Hiſpaniæ eſſe vſu receptum ab
immemorabili tempore. Idem ſcripſit *in ſuis commu-*
*nib.quæſt.*822.*num.*108.*& ſeq. & quæſt.*897. *§. cognitio*
per viam videntiæ, numer. 158.*& plur. ſeq.* Valaſc. *in*
conſultatione 95. qui atteſtatur ita obſeruari in toto
regno Luſitaniæ. Item apud Gallos ita obſeruari, at-
teſtantur Guido Pap. *in deciſ.* 1. *& deciſ.* 71. *& de-*
*ciſ.*85. Rebuff. *in concordatis, in tit. de cauſ. bene-*
ficial. poſſeſſoriis artic. 8. *gloſſ.* 2. & Ioan. Garſia *in*
tract. de nobilitate gloſſ. 9. *numer.* 46. qui atteſtatur
de obſeruantia in Gallico Senatu. Franciſc. Marc.
*deciſ.*190.*& deciſ.* 512 *part.*1. Andr. Gaill *obſer-*
uat. 38. *part.* 1. & Mynſingerus *obſeruat.* 67.

part. 2. atteſtantur de obſeruantia in tota Alemania,& in Camera Imperiali, item in Senatu Burdegalenſi. Boër. *deciſ.* 69. *numer.* 23. Item in regno Neapolis. Afflict. *deciſ.* 2. *& deciſ.* 14. Capyc. *deciſ.* 2. *& deciſ.* 4. Grammatic. *deciſ.* 78. Item in Senatu Mediolani. Alciat. *reſponſo* 24. *numer.* 1. Menoch. *de recuperanda poſſeſſ. remed.* 15. *numer.* 211. *& de retinenda remed.* 3. *numer.* 528. *& plur. ſeq.* Idem in ciuitate Venetiarum. Ferret. *in conſil.* 1. *in fin. & in conſil.* 16. *numer.* 6. *& in conſil.* 288. *numer.* 20. Item in Senatu Pedemontano. Cacher. *deciſ.* 116. Theſaur. *deciſ.* 82. *& deciſ.* 117. & præfati Doctores allegant alios, quos longum eſſet tranſcribere. Itaque apparet hanc concluſionem eſſe vnanimiter receptam,& in omni foro obſeruatam, atque durum eſſet defendere contrarium.

Et licèt Gratianus, qui ſcripſit Romæ diſceptationes forenſes, *c.* 38. *n.* 3. *verſ. iſta tamē cōcluſio,* teneat
45. contrariū, tamen alij ſcriptores Romani †,& defenſores iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſequuti ſunt magis communem, quòd iudices ſeculares poſſint cognoſcere de huiuſmodi poſſeſſoriis. Mādoſ. *ſuper regula cancellariæ, de concurrentibus ſuper beneficiis quæſt.* 21. *n.* 2. & Martinus Papa declarauit hanc opinionem magis communem eſſe veriorem, cuius bulla eſt inſerta poſt primam deciſionem Guidonis Papæ. Item Gratianus ea mouetur ratione ad tenendam opinionem contrariam, quoniam in quocumque poſſeſſorio cauſæ ſpiritualis, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ ſemper probandus eſt
46. titulus † ſaltem coloratus. Dec. *in d. l. final. n.* 19. *C. de edict. diui Adriani toll. & in conſil.* 220. *col.* 1. *verſ. & ex his confirmatur.* Crauett. *in conſil.* 258. *num.* 9. Couar. *in lib. practic. quæſt. cap.* 35. *num.* 1. *verſ. ex quo patet, & verſ. cæterum ſi diligenter,* per gloſſam, quam allegat *in c. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Quod etiam voluit, nulla facta diſtinctione poſſeſſorij, Rebuff. *de decim. quæſt.* 10. Put. *deciſ.* 361. *part.* 1.

47. Nihilominus iſta ratio ſtare non poteſt reſpectu interdictorum retinendæ, & recuperandæ †, quæ ſunt æquiparata de iure, vt probat Bertrand. *in conſ.* 2. *n.* 18. *vol.* 3. & ad illam optimè reſpondet Io. de Selua *in tract. de benefic. quæſt.* 7. *n.* 16. *verſ. vel aliter poteſt reſponderi,* quòd nos loquimur de poſſeſſorio
48. quod poteſt ſeparari † à titulo beneficij, quia in dictis interdictis non aliter cognito de titulis, nec de aliqua ſpoliatione, ſpoliatus eſt reſtituendus. *c. in li-*
49. *teris. de reſtitut. ſpoliat.* & tunc iudex † cognoſcit de mero facto,& ad hoc allegat plura exempla de matrimonio, item de iuramento, & ſimilibus. Item de interdicto retinendæ. Idē probat latè Menoch. poſt alios allegatos, *in remed.* 3. *retinendæ numer.* 327. cum hac diſtinctione: aut de titulo principaliter tractandum eſt, & iudex ſecularis non poteſt co-
50. gnoſcere, aut incidenter †, & poteſt manu tenere etiam clericos in poſſeſſione turbatos, huius rei dat exemplum Barboſa *in d. l. Titia numer.* 27. *ff. ſolut.*
51. *matrim.* vbi quòd titulus † clericatus dupliciter in iudicium deduci poteſt, vel coram Eccleſiaſtico ad effectum, vt ipſe de illius cauſa cognoſcat, iuxta *cap. ſi diligenti. de foro compet. & cap. clerici. de iudiciis,* & tunc coram eo ſolum titulum oſtendere non ſufficit, ad hunc effectum, ſed ritè fuiſſe ordinatum probare debet. *cap. legum.* 2. *quæſt.* 1. & ita firmarunt Geminian. *in cap. ſi iudex laicus.* §. *final. num.* 5. *&* 12. *de ſentent. excomm.* & *ibi* Io. Monach. *numer.* 3. Rota *deciſ.* 3. *de probat. in antiq.* Stephan. Aufrer. *in additionib. ad Capell. Tholoſan. ſuper deciſ.* 117. *in fine,* & cùm in hoc caſu interueniat quæſtio facti,& iuris; idcirco, ne tota cauſa diuidatur, debet ſimul coram Eccleſiaſtico pertractari, vel coram iudice ſeculari, puta ſi exiſtens in quaſi poſſeſſione clericatus fuiſſet captus per iudicem ſecularem,& ille allegat ſe eſſe clericum, & petit remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, tunc iudex ſecularis videt titulum,& ſe informat de facti veritate ad effectum illum remittendi, ſed non cognoſcit de validitate tituli, de qua cognoſcit Eccleſiaſticus, & quia dicta quaſi poſſeſſio conſiſtit in facto, de ea poterit iudex ſecularis cognoſcere. Bald. *in l ſi qua per calumniam, numer.* 2. *in fin. C. de Epiſcop. & cleric.* Felin. *in cap. final. numer.* 10. *de except.* Alexand. *in conſil.* 149. *numer.* 5. *volum.* 6. Franch. *deciſ.* 329. *numer.* 9. & ita ſeruari in Senatu Mediolani, atteſtatur Clarus *in practica criminal. quæſt.* 36. *numer.* 21. Ideo Bald. *in auth. & qui iurat numer.* 21. *C. de iudiciis,* & Iaſ. *in d. l. quoties numer.* 8. *C.*
eod. tit. dicunt, quòd vbi in cauſa † ſufficit conſtare 52.
de facto, tunc ſecularis poteſt de illa cognoſcere. Idem de quaſi poſſeſſione iuris, quia tunc cauſa non eſt ſpiritualis, ſecus eſt, ſi dicta quaſi poſſeſſio non ſufficit, ſed de veritate tituli cognoſcere opus ſit, tunc enim ſecularis cognoſcere non poteſt. De quæſtione igitur facti omnium Eccleſiaſticorum cognoſcere poteſt, puta vtrùm iurauerit, vel non iurauerit, item vtrùm contraxerit matrimoniū, vel non contraxerit, ſed de validitate iuramenti, & matrimonij cognoſcere non poteſt,& hanc opinionem tenet Rota *in deciſ.* 8. *de cauſa poſſeſſ. & propriet, in antiq. & deciſ.* 7. *n.* 3. *de teſtam. in antiq. & deciſ.* 2. *de probationib. in antiquiorib.* ergo quamuis in beneficialibus debeat conſtare de colore tituli, gloſſ. final. *in Clem.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* tamen hæc pronuntiatio eſt diuerſa à validitate tituli. Probatur diuerſitas, quia etiamſi conſtet de titulo colorato, adhuc debet pronuntiare ſuper illius validitate. *c. cum noſtris. de conceſſ. prabend.* ergo etiam ſi ſæcularis iudex cognoſcat de colore tituli, non tamen ſuper eius validitate iudicare debet; quamobrem titulus de quo cognoſcit iudex laicus in dictis interdictis retinen-
dæ,& recuperandæ †, non eſt ad effectum iudican- 53.
di ſuper illius validitate, ſed ad effectum ſe informandi de facto an reſtituendus, vel manutenendus ſit,& tunc poteſt cognoſcere de titulo non principaliter, ſed per modum reſtitutionis, & manutentionis. Immol. *in d. l. Titia num.* 4. *ff. ſolut. matrim.* Alexand. *num.* 8. *verſ. tertiò fallit notabiliter.* Aretin. *in cap. cùm ſit generale, num.* 14. *& num.* 16. *de foro compet.* Capyc. *deciſ.* 7. *num.* 4. *& ſeq.*

Quæ à nobis allegata ſunt, ad verificandum argumentum, nam ſi laicus iudex cognoſcit de poſſeſſoriis ſpiritualium, quæ ſunt temporalia inter Eccleſiaſticos, multò magis de poſſeſſoriis hæreditatum inter Eccleſiaſticos cognoſcere poterit, quæ ſunt
merè tēporalia, de poſſeſſorio† autem adipiſcendo- 54.
rū ſpiritualiū cognoſcere non poteſt, in quibus de titulo principaliter agendū eſt, Guido Pap. *d. deciſ.* 1. *n.* 3. Ioan. de Selua *in d. tract. de benefic. d. q.* 7. *n.* 17. Bero. *in rubric. de iudic. n.* 51. Crauett. *in conſil.* 104. *num.* 17. *verſ. non obſtat;* quoniam hoc poſſeſſorium adipiſcēdorum ſpiritualium, nihil temporalitatis continet. Couar. *in lib. practic. quæſt. c.* 35. *n.* 1. *verſ. prima concluſio,* & alij ad hoc relati per Gratian. *in d. cap.* 238. *n.* 1. Menoch. *de recuperand. remed.* 15. *num.* 235. vbi quòd iſtam concluſionem vnanimiter omnes affirmant, & in hunc ſenſum loquitur d. deciſio Putei 361. *part.* 1. & de eadem materia poſſeſſorij adipiſcendæ Put. *deciſ.* 365. *part.* 1. Nā, vt in principio illius deciſionis apparet, dubium proponitur, an iudex laicus poſſit cognoſcere de petitorio cauſæ ſpiritualis, in quo incidit articulus cauſæ ſpiritualis.

Tertius

55. Tertius caſus eſt,remedium d.l.finalis †,non com-
petit hæredibus ab inteſtato,quia non ſunt heredes
ſcripti,de quibus loquitur d.l. final. & ita firmarunt
in d.l.final. Alberic.num.12.Ioan.Fab.col.1.verſ.ſed hæ-
res ab inteſtato. Fulgoſ. col.antepenult. verſ. in eadem.
Dec. numer. 39. verſ. alia quæſtio, qui atteſtatur eſſe
communem opinionem. Peregrin. de fideicommiſſ.
artic.48.numer.2. Menoch. de adipiſcend.remed.4. nu-
mer. 64. qui plurimos ad hoc probandum allegat.
Tiraquell.in tract.de morte part.2.declaratione 7. num.
13.Practica Papienſ. in forma libelli, quo petitur hæ-
reditas ex teſtamento,in ver. in omnibus eius bonis col.
1.verſ.quæritur inſuper.Non enim ſuccedentes ab in-
teſtato teſtamentum oſtendere poſſunt,neque illud
probare ,ſed de proximitate per teſtes probanda
agendum eſt,qui modus valdè differt à diſpoſitione
dictæ legis finalis.

Declaratur iſte caſus,vt licèt ſuccedentes ab in-
teſtato non poſſint d. remedium directum intenta-
56. re,tamen d. remedium vtile † intentare poſſunt,
ita tenet Bald.in d.l.final.numer.40. & hanc opinio-
cem ex multis comprobat Menoch. in d. remed. 4.
adipiſcendæ numer. 85. Quibus ſcriptis addo, quòd
57. interdictum † Saluianum directum,datur ex ver-
bis, & mente legis pro bonis inuectis & illatis in
domum conductam. l. 1. C.de precar. & Saluian. in-
terdict. Sed interdictum Saluianum vtile datur ex
mente legis, licèt non ex verbis,& datur vbi com-
petit hypotheca directa, quæ producit hoc interdi-
ctum vtile, ex quo infertur quòd cùm pro legatis
detur hypotheca vtilis, l.1.in fin. C. communia de le-
gatis, illa vtilis non pariet interdictum Saluianum
58. vtile, quoniam non datur † multiplicatio vtilium.
Franciſc. Sarmiento in tract. de redditib. Eccleſiaſtic.
part.3.cap.2.numer.21. vbi latè ſcribit de hoc.Item
comprobatur, quia ſuccedentes ab inteſtato im-
plorant officium iudicis nobile,per quod in poſſeſ-
ſionem mittuntur. Pariſ. in conſil. 60.col.1.volum. 3.
Socin.iun. in conſil. 75. numer. 17.volum. 3. Peregr.
in d. artic. 48. numer. 2. verſ. officio tamen, & ideo
quoad effectum nulla videtur poſſe conſtitui diffe-
rentia inter hæredes ſcriptos in poſſeſſionem mit-
tendos, & hæredes ſuccedentes ab inteſtato in poſ-
ſeſſionem mittendos, quia vtrique per officium iu-
dicis nobile in poſſeſſionem mittuntur,illi per re-
medium directum d l.finalis, iſti per remedium vti-
le.Item quòd hæc ratio habeat locum etiam in filio
hærede ſuo †,non obſtante,quòd in eum continue-
59. tur dominium patris,probat diffuſè Menoch. in d.
remed. 4. adipiſcendæ num. 75. & plur. ſeq. reprobata
opinione ſcribentinm, quòd filius hæres ſuus ab in-
teſtato ſuccedens patri,poſſit d.remedium directum
intentare, quam reprobationem vti veram ego et-
iam amplector.

60. Quartus caſus eſt,legatariis † non competit be-
neficium huius legis. Bald. in d l.fin.n.38.in fin.& ibi
Dec.num.29.Bald.in l.ſi quis ad declinandam numer.6.
C.de Epiſcop.& cleric. Menoch. de adipiſcend. remed.4.
numer.132.& alij ad hoc relati per Peregrin. de fi-
deicommiſſ. artic. 48. num.4. vbi probat eſſe commu-
nem opinionem, quoniam remedium d.l.fin. habet
locum,vbicumque non apparet legitimus contradi-
61. ctor, ſed in legato aſſignando † hæres ſemper eſt
legitimus contradictor,& ita fuit iudicatum in plu-
ribus tribunalibus, vt in Digeſt. Nouiſſim tomo 5.tit.
Legatarius,cap.3.& ſeq.Neque obſtat ratio, quæ ſo-
62. let allegari in contrarium,quòd vbicumque † quis
poteſt capere poſſeſsionem rerum hæreditatis pro-
pria authoritate,poteſt etiam vti d.remedio d.l.fin.
quam firmauit Bartol.in l. ex facto. in 2. numer.2.ff.
de hæred. inſtit. Alexand. in l. quoties numer. 6. &
ibi Iaſ. numer. 8. C. de hæred. inſtit. Rip. in l,1.numer.
16. ff. quorum legatorum, & alij ad hoc relati per
Zuecard,in d. l. final.numer. 188. & per Menoch. in
d. 4.remed. adipiſcendæ numer. 132.verſ.primò itaque
vrget.

Reſpondet Dec.in d.l.final.numer.24. legatarium
habere duplicem viam conſequendi legatum, vide-
licet ordinariam,& executiuam, quæ inter ſe diffe-
runt,quoniam per ordinariam poteſt propria autho-
ritate capere poſſeſsionē legati, ſecus eſt ſi per exe-
cutiuam,ſed d.l final.loquitur per viam executiuam,
& ita Menoch.in d.numer.134.refert Decium,& ali-
ter reſpondet Zuecard. in d. numer. 188. verſ. ego
aliter.

Sed replicatur, quoniam ſi via † executiua agi 63.
poſſet pro legato,tunc illæ tres actiones, de quibus
in l. 1. C. communia de legatis, eſſent fruſtratoriæ,
quoniam vna ſola ſufficeret. l.cùm filius.§.variis.ff.de
legat.2.& l. 1.C.communia de legat.Item quòd legata-
rio non competat via executiua contra hæredem
pro conſequendo legato, ſed via ordinaria agi de-
beat,tenet Alexand.in l.ſi cùm dotem. §. eo autem tem-
pore numer. 6. verſ. hoc autem dictum. ff. ſolut. matrim.
Zuecard.in d.l.fin. num. 134. Menoch. in d.remed. 4.
adipiſcend.numer.694. Item quia remedium d. l. final.
competit ſoli hæredi,qui fuit inſtitutus in toto,vel
in parte,ſed legatarius † nullo modo eſt hæres. l. 64.
in tempus. ff. de vſucap. Multò minus eſt verum pri-
mum membrum diſtinctionis, quòd vbi ordinaria
via ageret, poſſet propria authoritate legati poſſeſ-
ſionem capere, quoniam hoc eſt iuris axioma cer-
tum, quòd legatarius † de manu hæredis legatum 65.
conſequi debet. l. legatum, de legat. 1. §. 1. Inſtit. de
legatis.& ſi poſt aditam hæreditatem propria autho-
ritate capiat, ſuo iure priuatur. l. 1. §. 1.ff. quorum
legatorum. gloſſ. & Bartol. in l. extat. ff. quod met.
cauſ. l. non dubium. C. de legat. & alij relati per So-
cin. iun. in conſil. 124. num.63.& ſeq.vol.1.Menoch.
in conſil.124.numer.31.& ſeq.volum.2.Angel. in conſil.
77.numer.12.vbi quòd ita eſt communis opinio.Ca-
pra in conſil. 3.numer.53.Item quòd legatum capi de-
beat de manu hæredis, non autem propria authori-
tate. cap. Raynaldus,& ibi gloſſ. in verbo petendo de te-
ſtam. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. Item quia nulli
permiſſum eſt propria authoritate ius ſibi dicere. l.
vnic. C. ne quis in ſua cauſa. etiam ſi is eſt manifeſtè
creditor. d. l. extat. ff. quod met. cauſ. l. creditores ff. ad
legem Iul. de vi priuata. Item quia ſi legatarius
ante † aditam hæreditatem feſtinauerit in ap- 66.
prehendenda poſſeſsione ſui legati, adhuc iſte caſus
à lege prouiſus fuit, vt per interdictum quorum
legatorum, teneatur illam poſſeſsionem reſtituere
hæredi. l.1. ff. quorum legat. Capra in conſil.68.num.
12. Dec. in conſil. 243. numer. 4. Pariſ. in conſil. 34.
numer.32.volum.3.Plotus in conſil.54. numer.55. Ro-
land. in conſil. 78. numer.11.& plur.ſeq.volum.3. Ca-
cheran. deciſ. 34.numer.22. Achill. Perſonal. de adi-
piſcend.poſſeſſ.numer 401.Benedict.in cap.Raynutius,in
ver. ſi abſque liberis.in 2. numer. 145. de teſtament.
Puteus deciſ. 309. numer. 4. part.2. Item quia
ſi legatarius ante aditam occupaſſet poſſeſ-
ſionem legati, tunc quia tenetur illam hære-
di reſtituere; ergo illius † poſſeſsio eſſet vi- 67.
tioſa, & propterea non eſſet legitimus contradi-
ctor ad impediendam poſſeſsionem hæredis im-
mittendi etiam in d. poſſeſsionem legati, &
ad hoc conferunt ſcripta per Dec. in conſil. 467.
col. 2 in princip. & ſcribam inferiùs de legitimo con-
tradictore,

68. Et licèt legatarius † poſſit etiam pro conſequendo legato agere via executiua ſecundùm veriorem opinionem, ſecundùm quam fuit iudicatum in Camera Imperiali, & in Rota Peruſina, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Legatarius. cap. pro conſequendo,* pro qua opinione, vti veriori, Viuius plura allegat *in deciſ. 464. num. 2.* tamen non ideo ſequitur; ergo legatario competit remedium *d. l. final.* quoniam hoc remedium datur viſis verbis teſtamenti puri, non cancellati, &c. & ſtatim mittitur in poſſeſſionem, non exiſtente contradictore, ſed via executiua contra hæredem præſupponit contradictorem, nam
69. in hac executiua † via proceditur per præceptum, cum clauſula iuſtitiæ, & hæres breuiter auditur in ſuis iuribus, quam practicam ſcribunt Benedict. *in cap. Raynutius, in ver. ſi abſque liberis. in 2. numer. 194. & ſeq.* & Signorol. *in conſil. 4. numer. 16.* Boër. *in deciſ. 295. numer. 12.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. dubitat. 3. numer. 162.* & probatur per text. *in § illud,* & *ibi* gloſſ. *in auth. de hæredib. & falcid.* vbi quòd requiritur ſententia interlocutoria, & *ibi* Angel. notat hoc debere fieri per præceptum. Alexand. *in d. l. final. num. 3. C. de edict. diui Adr. toll.* &
70. *ibi* Iaſ. *numer. 6.* dicunt, quòd licèt inſtrumenta † publica non habeant executionem paratam, tamen excipitur caſus, quando legatarius, vel fideicommiſſarius agit pro legato, vel fideicommiſſo conſequẽdo, & hanc concluſionem latè probat Beccius *in conſil. 17. numer. 6. vſque ad finem volum. 1.* & conclu-
71. ſio procedit †, quando hæres non negat teſtamentum, vt diſtinguit Bald. *in auth. hoc amplius, numer. 3. verſ. vel dicas. C. de fideicommiſſ.* & Benedict. *in d. verb. ſi abſque liberis. in 2. numer. 193.* Cùm igitur diuerſus ſit modus agendi per viam executiuam in remedio *d. l. finalis*, ideo ab vno non poteſt inferri ad aliud, & ita legatarius d. remedio vti non poteſt, & ſolutio Decij omnino in omnibus corruit.

72. Declaratur iſte caſus vt procedat etiam in inſtituto in re certa dato cohærede vniuerſali †, nam iſte habetur loco legatarij. *l. quoties. C. de hæred. inſtit.* & hanc eſſe communem opinionem probat Oddus *in conſil. 20. n. 10.* & licèt inſtitutus in re certa non ſit propriè legatarius, neque propriè hæres, ſed quæ-
73. dam tertia † ſpecies mixta ex vtroque, vt probaui ſuprà in hac parte, *quæſt. 11. artic. 1. numer. 23. & ſeq.* tamen hoc procedit ad effectum vt hærede vniuerſali non exiſtente, ſibi accreſcat, prout ſcripſi *in d. quæſt. 11. artic. 4.* Sed non ideo tanquam hæres dicto remedio *d. l. finalis*, gaudere debet, quoniam cer-
74. tum eſt iuris principium, vt lex loquens † de ſimplicibus non comprehendat caſum mixtum. Bartol. *in l. certi cõdictio. §. quoniam ff. ſi cert. pet.* Bald. *in l. omnes populi col. 7, verſ. Item ſi ſtatutum dicat. ff. de iuſtit. & iur.* & alia per Tiraquell. *in legib. connubial. gloſſ. 3. num. 64. verſ. & hac maximè,* & latiſſimè per Bologuet. *in l. 2. ff. de verb. obligat.* & ſcripſi de hoc ſuprà *in part. 1. quæſt. 6. artic. 1.*

75. Secundò declaratur, vt procedat etiam in legitima †, nam filius in ea inſtitutus non habet remedium *d. l. final.* pro illa conſequenda, & hanc tenent *in d. l. final.* Alexand. *numer. 6.* Alberic. *numer. 9.* Iacobin. *numer. 11.* & Zuccard. *numer. 196.* & omnes mouentur per regulam *l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic.*
76. *teſtam.* vbi quòd legitima † eſt quota bonorum, per quem text. communiter tenent non eſſe quotam
77. hæreditatis. Nec placet reſponſio Menochij † qui defendit opinionem Baldi *in d. remedio 4. adipiſcendæ numer. 163.* Vbi quòd legitima eſt quota bonorum quoad actiones paſſiuas, ſed eſt quota hæreditatis quoad actiones actiuas: hæc enim diſtinctio iure non probatur, imò totum contrarium, quia legitima debetur, deducto ære alieno, ideo non patitur aliquas actiones. Item † non habet petitionem 78.
hæreditatis, vt latiùs ſcripſi ſuprà *in parte 1. quæſt. 25. artic. 9.* eſſe communem concluſionem, & ſecundùm eam fuiſſe iudicatum in Camera Imperiali; ergo non habet actiones actiuas, & ibi probo rationem diuerſitatis, cur filio pro legitima competat actio familiæ erciſc. & non competat petitio hæreditatis. Item ibi reſpondeo ſcriptis per Vaſquium *in de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. num. 212.* Nam probo quòd filius † vniuerſaliter inſtitutus non poteſt acce- 79.
ptare legitimam, & reliquum hæreditatis repudiare. Item reſpondeo aliis ſcriptis per Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. ſolut. 1. numer. 25. & ſeq. fol. 181.* Nam probo quod verius eſt legitimam eſſe portionem bonorum, non autem hæreditatis, & propterea non differt ab inſtituto in re certa; ergo contra Menochium tenendum eſt, quòd filio pro legitima non competat remedium *d. l. finalis.*

Quintus caſus eſt, an fideicommiſſario † vni- 80.
uerſali competat remedium *d. l. finalis*, ſuper quo Bartol. ita ſcribit, ante reſtitutionem fideicommiſſi factam, nullatenus competere *in d. l. fin. num. 9.* & *ibi* communiter omnes ſequuntur. Alberic. *numer. 10.* Alexand. Iaſ. Curt. Dec. Corn. & alij per Menoch. allegati *in d. remed. 4. numer. 166.* & per Peregrin. *in d. artic. 48. numer. 5.* Mouentur per text. *l. final. C. de codicill.* ſecundùm inductionem Bartoli. Sed Zuccard. *in d. l. final. numer. 199.* per illum textum tenet contrariam opinionem, quòd d. fideicommiſſario ante reſtitutionem competat remedium *d. l. finalis.* Item mouentur quia ante † reſtitutionem ſibi factam 81.
nullum habet ius in bonis. *l. reſtituta, & l. facta. ff. ad Trebell.* & hanc rationem ſequuntur omnes Doctores, præter Zuccardum, qui tenet contra communem, nam dicit, etiam hæres ante aditionem nullum habet ius in bonis hæreditariis. *l. ſeruus meus hæreditarius. ff. de ſtipulat. ſeru.* & ibi notat Bald. & tamen non eſt neceſſarium docere ſe eſſe hæredem, ſed ſatis eſt docere ſe ſcriptum, ad hoc vt obtineat immiſſionem. gloſſ. *in d. l. final. in ver. legitimo.* ergo idem in fideicommiſſario, præſertim in poſſeſſorio cùm de reſtitutione agi debeat in iudicio petitorio. Sed hæc inſtantia non procedit, nam cùm ex eodem teſtamento appareat quis ſit hæres directus, & quis ſit fideicommiſſarius †, & hæres præferendus eſt fi- 82.
deicommiſſario, quoniam præfertur ſubſtituto. *l. 1. C. de edict. diui Adriani toll.* idcirco fideicommiſſarius quoad immiſſionem non eſt præferendus hæredi ſcripto. Item inſtantia poſſet procedere, quando † 83.
nullus appareret hæres, cuius eſt reſtituere hæreditatem, prout aliquando fuit in Rota Romana deciſum, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. Fideicommiſſarius, cap. ſi nullus eſt hæres*, quia tunc ipſo iure tranſeunt vtiles actiones in fideicommiſſarium, ita vt in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum immitti poſsit. Addunt communiter, quòd quando reſtitutio † eſt facta re, tunc non poteſt 84.
competere fideicommiſſario hoc beneficium. Bartol. *d. numer. 9.* Alberic. *numer. 10.* Dec. *numer. 26.* & alij per Menoch *numer. 178. in d. remed. 4. adipiſcend.* quoniam adepta ſemel poſſeſsione, ceſſat remedium adipiſcendæ. *§. ſequens. Inſtit. de interdict.* Niſi peteret confirmationem poſſeſsionis, ex regula *l. 3. § miſſum. ff. de Carbon. edict.* Sed hoc intellige prout diffuſiùs ſcripſi ſuperiùs in hoc articulo. Quamobrem reſtitutio verbalis tantùm præcedere debet, ad hoc vt

fidei

85. fideicommiſſario † competat. Bartol. *d. numer.* 9. Bald. *numer.* 39. Alexand. *numer.* 7. Iaſ. *numer.* 8. Dec. *numer.* 25. Zuccard. *numer.* 165. *&* 172. *&* 374. Menoch. *ibid. numer.* 181. *&* 199. & hanc concluſionem communem intelligunt, etiamſi fideicommiſſum factum eſſet in codicillis, qui veniunt appellatione teſtamenti, vt ſcripſi diffusè in lecturis, *in rubrica de legatis* 1.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in illis caſibus, in quibus iura tranſeunt actiuè, & paſſiuè in
86. fideicommiſſarium† abſque reſtitutione: vt quando hæres grauatus diſſipat. *l. penult.* §. *final. ff. ad Trebell.* & multò magis ſi cum fraude. *l. Imperator. ff. ad Trebell.* tunc enim tranſeunt iura in fideicommiſſarium ipſo iure. *l. final.* §. *ſin autem ſub conditione. C. communia*
87. *de legatis.* Idem ſi Eccleſia † eſſet fideicommiſſaria, in quam tranſit dominium ipſo iure. *l. final.* & *ibi gloſſ. in ver. relictorum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* §. *ſi quis autem pro redemptione. in auth. de Eccleſiaſticis titulis.* Tiraquell. *de pia cauſa priuileg.* 39. Menoch. *in d. remed.* 4. *numer.* 199. *&* *ſeq.* & ita fuit iudicatum in Rota, Seraphin. *deciſ.* 848. vbi alij Doctores referuntur.

Secundò declaratur, vt fideicommiſſarius, cui fa-
88. cta eſt verbalis inſtitutio, immittatur † in poſſeſſionem, etiam contra tertium poſſeſſorem bonorum. *d. l. pen.* §. *cùm autem. C. ad Trebell.* Gabriel *in conſil.* 44. *numer.* 6. *volum.* 2. Quo caſu ſufficit probare poſſeſſionem teſtatoris de tempore mortis, neque neceſſarium eſt probare dominium. Riminald. iun. *in conſil.* 190. *numer.* 33. *volum.* 2. qui plurimos refert. Cephal. *in conſil.* 386 *num.* 35. *vol.* 3. Gabriel *in d. conſ.* 44. *num.* 30. & ita fuit iudicatum in Rota Romana, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, tit. Fideicommiſſarius cap. ille cui.*

89. Tertiò declaratur, vt illa verbalis reſtitutio †, quæ neceſſaria eſt de iure ciuili, ad hunc effectum, non ſit neceſſaria de æquitate canonica. Bald. *in cap. in præſentia numer.* 32. *de probat.* & *ibi* Dec. *in* 2. *notab.* Mantica *col.* 3. *&* *ſeq.* Benedictus *in cap. Raynutius, in ver. ſi abſque liberis, in* 2. *num.* 85. *de teſtamentis,* vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Tholoſano. Riminald. iun. *in d. conſil.* 190. *num.* 33. *&* *ſeq. volum.* 2. *&* *in conſil.* 375. *numer.* 16. *volum.* 4. *&* *in conſil.* 625. *numer.* 36. *volum.* 7. Roland. *in conſil.* 7. *numer.* 33. *volum.* 3. & poſt alios relatos Hondedeus *in conſil.* 26. *numer.* 24. *volum.* 1. & omnes mouentur per regulam *l. dominus teſtamento. ff. de condict. indebiti,* vbi quòd circuitus ſunt euitandi; ergo etiam ante reſtitutionem verbalem poſſet fideicommiſſarius petere d. immiſſionem propter æquitatem canonicam euitandi circuitus. Et propter eandem rationem Maſtrill. *in deciſ.* 72. *n.* 6. dicit præfatam declaratio-
90. nem † procedere, etiam ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem, item quando conſtat de voluntate teſtatoris, vt quia dixit, *inſtituit, &* *ſubſtituit omni meliori modo,* &c. de qua clauſula latiùs ſcripſi *in tract. de clauſulis.*

Sextus caſus eſt. Hoc remedium competit et-
91. iam ſubſtitutis directò †, videlicet vulgari, pupillari, & exemplari, nam ſi competit fideicommiſſario, cui per reſtitutionem verbalem tranſeunt vtiles actiones, multò magis debet competere dictis ſubſtitutis, in quos iura directa ſunt transfuſa, & hanc tenent *in d. l. final.* gloſſ. *in ver. ex parte, in fin.* Bartol. *num.* 10. Alex. *num.* 10. Iaſ. *num.* 12. Dec. *numer.* 26. & alij plurimi ad hoc relati per Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcendæ num.* 206. *&* *ſeqq.* cum declarationibus, de quibus *ibi* per Menoch. & per Zuccard. *ibid. num.* 227. *&* *plur. ſeq.*

Declaratur etiam iſte caſus, vt procedat in ea ſubſtitutione vulgari, quæ colligitur † ex verbis te- 92.
ſtatoris, quibus non addidit alia verba tractum temporis ſignificantia, quo caſu verbum *ſubſtituo,* quod eſt commune, non habet effectum fideicommiſſi, ſed puræ ſubſtitutionis vulgaris directæ, ita firmarunt, Alexand. *in conſil.* 13. *col.* 2. *verſ. reſpondeo volum.* 4. vbi quòd ſi non ſunt appoſitæ dictiones tractum temporis ſignificantes, illa ſubſtitutio eſt vulgaris, & non fideicommiſſaria. Dec. *in conſ.* 291. *n.* 2. vbi dicit, de hoc eſſe caſum *in l. iam hoc iure. ff. de vulgari, in verſ. in vulgarem tantummodo caſum,* allegat Bartol. *in l. Gallus.* §. *quidam rectè, verſ. quartus modus. ff. de liber. &* *poſthum. &* *in l. Lucius. col. final. ff. de vulgari.* Pariſ. *in conſil.* 72. *numer.* 10. *&* *ſeq. volum.* 2. qui atteſtatur hanc eſſe communem concluſionem. Menoch. *in conſil.* 85. *num.* 80. *vol.* 1. vbi multos allegat, *&* *in lib.* 4. *præſumpt.* 76. *numer.* 8. Decian. *in conſil.* 1. *numer.* 187. *&* *ſeq. volum.* 1. *&* *in conſil.* 77. *num.* 10. *vol.* 5.

Item declaratur, vt procedat † etiam in ea ſubſtitutione vulgari, quæ colligitur ex ordine ſucceſ- 93.
ſiuo. gloſſ. *in l. Gallus.* §. *quidam rectè. ff. de liber. &* *poſthum.* vbi quòd ſi ſubſtituit patrem, & filios, cenſentur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo, & ita per vulgarem. Bartol. *ibi numer.* 4. Bald. *numer.* 5. Albetic. *numer.* 9. Alexand. *numer.* 6. Iaſ. *numer.* 1. Socin. ſen. *numer.* 2. Alciat. *in* 1. *lect. numer.* 46. *&* *in* 2. *lect. numer.* 44. Socin. iun. *numer.* 64. *&* *in conſil.* 171. *numer.* 4. *volum.* 2. qui atteſtatur eſſe communem opinionem, & alij relati per Menoch. *in d. præſumpt.* 71. *numer.* 2. *lib.* 4. Idem in inſtitutione facta † de fratre, & filiis, vt ſemper 94.
cenſeatur facta ordine ſucceſſiuo, & per vulgarem ſubſtitutionem. Dec. *in conſil.* 205. *col.* 3. *&* *ſeq.* Pariſ. *in conſil.* 82. *numer.* 9. *&* *ſeq. volum.* 2. Item in ſubſtitutione facta de Guidone, & eius liberis. Dec. *in conſil.* 248. *per totum,* præſertim *numer.* 5. & in ſubſtitutione facta de Henrico fratre, & ſuis. Dec. *in conſil.* 255. *numer.* 2. *&* *col. final.* & in ſubſtitutione facta de Nicolao, & filiis quandocumque naſcituris, vt in fideicommiſſariam non conuertatur. Dec. *in conſil.* 287. *colum.* 2. & iterum in ſubſtitutione facta de fratre, & eius filiis natis, & naſcituris, vt nunquam accipiatur in ſenſu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis. Dec. *in conſil.* 291. *col.* 1. Pariſ. *in d. conſil.* 82. *volum.* 2. In quibus & ſimilibus ſubſtitutionibus vulgaribus, effectus † erit, vt primò ſubſtitutus poſſit admitti vi- 95.
gore *d. l. finalis,* & eo recuſante, vel non potente admittatur proximior ſuccedens in ordine vocationis, & poſt primum admiſſum, cæteræ omnes ſubſtitutiones euaneſcunt, ex regula *l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit.* cum vulgaribus, de quibus ſcribam diffuſiùs infrà in materia ſubſtitutionis vulgaris.

Septimus caſus eſt, de executore † in teſtamen- 96.
to dato, qui in illis caſibus, in quibus habetur loco hæredis, dicto remedio vti poteſt, quia in eum ſunt tranſlata omnia iura actiuè, & paſsiuè, de quo ſcripſi *in quæſt. præcedenti artic.* 1. Sed vbi nullus eſt datus executor, & agitur ad pias cauſas, tunc Epiſcopus, qui eſt executor datus à lege, dicto remedio vti poterit, vt eſt communis opinio quam probant Zuccard. *in d. l. final. numer.* 251. *&* *ſeq.* & Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcendæ numer.* 256. Sed quia iſte articulus eſt mixti fori †, ſicut poterit Epiſcopus no- 97.
mine pauperum inſtitutorum vti dicto remedio, & beneficio legis, ita etiam poterit iudex laicus, qui pro pauperibus, & pro diſpoſitionis piæ executione præuenerit, de quo ſcribo *in d. quæſt. præcedenti artic.* 2.

Digitized by Google

98. Octauus caſus eſt in monaſterio †, quod vtitur dicto remedio, vt probant Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcendæ numer.* 293. & Peregrin. *de fideicommiſſis art.* 46. *num.* 3. *verſ. Item monaſterium*, de qua reſcripſi latiùs ſuprà *in quæſt.* 14. *art.* 1.

99. Nonus caſus eſt in fiſco † in quem tranſeunt iura actiua, & paſſiua. *l.* 2. *C. ad legem Iuliam de vi. l. cum fiſco ff. ad Syllanianum*, poterit experiri remediũ *d. l. finalis.* & hanc firmant plurimi relati per Menoch. *in d. remedio* 4. *adipiſcendæ numer.* 299. *& plur. ſeq.* & licèt fiſcus non ſit propriè hæres. *l. inter eos. §. fin. ff. de fideiuſſor. l. quoties*, & *ibi* Bartol *ff. de nouat.* Ancharan. *in conſil.* 317. Ruin. *in conſil.* 23. *numer.* 24. *vol.* 5. Boſſius *in tit. de publicatione bonorum numer.* 13. *& numer.* 21. tamen poteſt experiri †

100. petitionem hæreditatis. Bartol. *in l. facultas. C. de iure fiſci lib.* 10. gloſſ. & Doctor. *in l.* 1. *C. de his quib. vt indign.* Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *C. ſi quis aliq. teſt. prohib.* Corn. *in conſil.* 279. *num.* 13. *volum.* 4. Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 5. *num.* 67. Sebaſtian. Guazin. *in tract. de confiſcat. bonorum*

101. *concluſ.* 20. *numer.* 5. Nam quoad iura actiua † etiam conditionalia, & quatenus bona ſufficiunt, etiam quoad paſſiua non conditionalia eſt hæredi ſimilis, & indignum vel condemnatum in omnibus

102. repræſentat, ex cuius perſona † immittendus eſt, vt probat Zuccard. *in d. l. final. numer.* 263. quem ſequitur Menoch. *in d. remed.* 4. *numer.* 303. Nam ſicut filio facto hærede, hoc remedium aliquando competit patri ex perſona filij, ita indigno facto hærede hoc beneficium competet fiſco ex perſona indigni.

Articvlvs II.

De exceptionibus contra remedium legis fin. C. de edicto D. Adriani tollendo.

SVMMARIA.

1. *Exceptio liquidationis perſonæ poteſt opponi in quacumque ſpecie iudicij.*
2. ... *etiam ſi in cauſa procederetur ſummariè, & de plano.*
3. ... *etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo.*
4. *Iudex ex officio debet cognoſcere de legitimatione perſonæ actoris.*
5. *Appellatur ab interlocutoria legitimationis perſonæ.*
6. *Exceptio inhabilitatis teſtatoris an impediat hæredem immitti in poſſeſſionem.*
7. *Exceptio quando dicatur incontinenti probari.*
8. *Exceptio inhabilitatis hæredis, an illum impediat immitti.*
9. *Teſtamenti vitium viſibile impedit immiſſionem.*
10. *Hæres quando debet coadiuuare teſtamentum per teſtes, non immittitur per* l. final. *ſed per alia remedia.*
11. *Succedentes ab inteſtato quomodo, & quando immittantur in poſſeſſionem.*
12. *Exceptio, quæ incontinenti docet de non iure agentis, obſtat in quolibet poſſeſſorio.*
13. *Circuitus inutiles euitandi.*
14. *Teſtamenti vitium viſibile, quando non poſſit remoueri per teſtes probantes veritatem.*
15. *Teſtamenti vitium inuiſibile, quando impediat immiſſionem hæredis.*
16. *Vitium inuiſibile poteſt fieri viſibile per euidentiam rei.*
17. *Exceptio tituli conſimilis an impediat hæredem immitti.*
18. ... *& facit, vt ordinario iudicio agendum ſit.*
19. *Exceptio notorij dominij, & proprietatis impedit hæredem immitti.*
20. *Exceptio dominij impedit in poſſeſſorio adipiſcendæ.*
21. *Interdictum adipiſcendæ, quomodo differat ab aliis interdictis.*
22. *Interdictum adipiſcendæ, qua ratione concedatur.*
23. L. fin. C. quorum bonorum, *declaratur.*
24. L. 2. C. de edict. diui Adr. toll *inducitur.*
25. *Dominium quomodo incontinenti probatur.*
26. *Notorium non ſolùm dicitur ex ſententia, ſed etiam ex actis.*
27. *Sententiam latam, & concluſum in cauſa paria ſunt.*
28. *Exceptio falſitatis non cenſetur excluſa à quacumque diſpoſitione reiiciente omnes exceptiones.*
29. *Exceptio falſitatis an, & quando impediat immiſſionem hæredis.*
30. ... *an & quando impediat executionem inſtrumenti.*
31. ... *non cenſetur excluſa per pactum.*
32. ... *nunquam cenſetur reiecta, quando conſtat ex actis.*
33. *Iudicium criminale falſitatis impedit executionem inſtrumenti.*
34. ... *eſt excluſiuum petitionis ciuilis.*
35. *Exceptio præiudicialis inſtrumento facit ceſſare illius executionem.*
36. *Exceptio iuris tertij an impediat hæredem immitti.*
37. *Ius tertij eſt clarum, quando eſt iuſtificatum in alia cauſa.*
38. *Tertij ius quando poſſit opponi.*
39. *Tertij ius quando eſt coniunctum cum iure excipientis.*
40. *Exceptio rei feudalis an impediat hæredes feminas immitti.*
41. L. final. C. de edict. diui Adr. toll. *habet locum in feudis.*
42. *Filia hæres non impeditur immitti, ſaluis iuribus agnatorum in petitorio.*
43. *Femina hæres patris quando intentat interdictum quorum bonorum.*
44. *Succeſſio feudalis eſt tertia ſpecies ſucceſſionum.*
45. *Poſſeſſio rei feudalis continuatur in hæredes ſuos.*
46. *Poſſeſſio rei feudalis non continuatur in hæredes.*
47. *Agnati quando in continenti poſſunt probare dominium, impediunt immiſſionem hæredis.*
48. *Hæres femina impeditur immitti ad feuda, ſi probetur in continenti non eſſe ad illum tranſitoria.*
49. *Dominij ſola probatio quando non ſufficiat ad impediendam immiſſionem hæredis.*
50. *Exceptio præſcriptionis an impediat immiſſionem hæredis.*
51. *Præſcriptione acquiratur ne dominium vtile, vel directum.*
52. *Dominium vtile ſemper eſt præferendum directo.*
53. *Præſcriptione acquiritur dominium vtile, & directum diuerſis reſpectibus.*

54 Præ

54. *Præſcriptionis exceptio debet opponi in proceſſu, & non ſufficit opponi in allegationibus.*
55. *quando dicatur incontinenti probari.*
56. *Media præſumuntur habilia probatis extremis.*
57. *Exceptiones plures poſſunt opponi aduerſus præſcriptionem.*
58. *Titulus inualidus non prodeſt præſcriptioni.*

NVnc de exceptionibus tractandum eſt, quæ aduerſus hæredes petentes immiſſionem vigore legis finalis, opponi conſueuerunt, quas per diuerſos caſus magis practicabiles exordior, & primus caſus ſe offert
1. de exceptione liquidationis perſonæ †, nam quando hæres petit ſe immitti, debet legitimare perſonam ſuam, & oſtendere ſe eſſe talem, ita probant Zuccard *in d.l.final.num.*294.*& ſeq.* & Menoch.*in d. remed.*4 *adipiſcendæ.num.*762. In omnibus enim iudiciis tam ciuilibus, quàm criminalibus, tam petitoriis, quàm poſſeſſoriis, tam ordinatiis, quàm ſummariis, ante omnia perſona legitimanda eſt, & qualem ſe dicit, oſtendere debet, *cap.*1. & *ibi* omnes Canoniſtæ, *de accuſat.l.licet.C.de procurator.l.non ignorat.l.pen. & l.final.C.de his qui accuſ.non poſſ.l.quoniam Alexandrum.C.de adulter.cap.exhibita.de iudic.* Bartol. *in l.*2. & *ibi* Salyc. Fulgoſ. Alexand. & Iaſ. *numer.* 4. *C.de edict.diui Adr. toll.* Bald. *in l.final.quæſt.* 5. & *ibi* Dec. *numer.*47.*C.eod.tit.* Alexand. *in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus,numer.*3 *ff.de re iudic.& in conſil.*59.*numer.*2. & *ibi* Addentes *volum.*2. Crauett. *in conſil.*104.*numer.*2. Roland.*in conſil.*46.*num.*2. *volum.*2.*& conſil.*71.*num.*6.*eod.volum.*2. Achill.Perſonal. *in tract.de adipiſcend. poſſeſſ. numer.* 64. Quæ concluſio eſt recepta † etiamſi
2. cauſa eſſet talis in qua procedendum eſſet ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Barr. *in conſtitut. ad reprimendum, ver. & figura,num.*7 per illum text. *in verbo legitimè.* Bald. *in l.nec quicquam. §.de plano.quæſt.final. ff.de offic. proconſulis.* vbi quòd hoc eſt verum, etiam ſi iudicium eſſet extraordinarium, & probat Pariſius *in additionibus ad Bartol.in d.l.*2.*C.de edict. diui Adr.toll.* etiam in iudicio executiuo. Bald. *in d.§. de plano.* Marſil. *in l.ſi quis ne quæſtio, numer.*6.*ff.de quæſt.* Iaſ. *in l. tutor,numer.*2.*ff.de iureiur.& in l. illa numer.* 15. *verſ. quarto,* & *ibi* Bartol. *ff. de verb. obligat.* Item hoc re-
3. quiritur etiam in poſſeſſorio † ſummariiſſimo, quod aliqui *Interim* vocant. Tiraquell. *in tractatu de morte, part.*6. *declaratione* 9. *circa finem.* Guido Pap. *deciſ.* 552. Couar. *in lib. practic. quæſt.cap.*17. Nam exceptio iſta circa legitimationẽ perſonæ per nullam legem reiecta cenſetur, vt latiſſimè probat Carolus de Graſſis *in tract. de exceptionibus. cap.* 4. *de exceptionibus contra perſonam, in princip.* qui alios refert.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiam ſi reus non oppoſuerit contra perſonam, quoniam iudex
4. ex officio debet cognoſcere † de dicta legitimatione perſonæ. *cap.*1.*in fin. de except. lib.* 6. Abb. *in cap. exceptionem numer.* 6. *de except.* Dec. *in cap. intelleximus,numer.*15. *de iudiciis.* Socin. *in cap.ſacris.numer.* 431.*&* 437. *de ſentent. excommunicat.*& alij per Carolum de Graſſis *in d. cap.* 1. *numer.* 6. *& ſeq.* Iudex enim ex officio debet ſe informare de legitimatione perſonæ. gloſſ. *in cap.* 1. *§.ſed ſi pars, in verbo abſentia.de electione.* Abb. *in cap. dilecti col.* 1. *de iudiciis.* Iaſ. *in d. l.* 2. *circa finem. C. de edict. diui Adriani tollendo.* & dicta cognitio legitimationis perſonæ æſtimatur adeò neceſſaria à Doctoribus, vt com-
5. muniter concludant ab interlocutoria † legitimationis perſonæ poſſe appellari, vt latiſſimè hanc concluſionem probat Schraderus *in cap. cæterum, numer.* 38. *& plur. ſeq. de iudic.* quæ repetitio eſt poſita *in tractatu de feudis, in principio decimæ partis.*

Secundus caſus eſt, præcedenti proximus, de exceptione legitimationis perſonæ teſtatoris, & ipſius habilitate, nam ſi opponatur †, quòd ipſe non poterat teſtamentum facere, vt quia erat minor, vel furioſus, vel ſimilis tempore teſtamenti. *l. ſcire oportet. §.final. ff. de excuſ. tutor.* ſiquidem talis exceptio incontinenti probaretur, impedit immiſſionem. Angel.*in conſil.*135.*prope finem,* aliàs non impediret immiſſionem, ſi altiorem indaginem requireret, vt *ibi* per Angel. quem ſequuti ſunt Zuccard. *in d.l.final.n.* 322.*in fin.*& alij relati per Menoch. *in d.remed.*4.*adipiſcendæ num.*745. Rom. *in conſil.*42. *num.*2.*& in l.tutor.§.prodigus. ff. de iureiur.* Marſil. *in l. ſi quis ne quæſtio.numer.*43.*ff. de quæſt.* Seraphin. *de iuram. priuileg.* 77.*numer.*84. Iaſ. *in l.*2.*§.prætor ait,verſ.ſeptimo.ff. qui ſatiſd. cogantur.* Marant. *in conſil.*39. *numer.* 32. *& in diſput.*6. *numer.*33. Ruin. *in conſil.*78.*num.*4.*vol.*4. Rip. *in l.*4.*§.condemnatum n.*4.*ff.de re iudic.* Milanenſ.*deciſ.* 7.*n.*9.*& ſeq.part.*2.& dicitur exceptio † incontinenti probari, ſi probetur per inſtrumentum. Menoch. *de arbitrariis caſu* 17.*in fine.* Benintend. *deciſ.*77.*n.*16. Caualcan.*deciſ.*28.*n.*40.*part.*2. Item dicitur incontinenti probari, ſi fieret infra triduum. Bartol.*in l.*4.*§. condemnatum,n.*4.& *ibi* omnes ſcribentes.*ff.de re iudicata.* Bald.*in l.petens,n.*54.*C.de pactis,& in l. final. n.*2. *C.de errore Aduocat.* Treuiſan. *deciſ.*2.*n.*4.*part.*1. Viuius *deciſ.*107.*n.*1. per text.*d.l.fin.C.de errore Aduocat. & l.final.§.illico,*& *ibi* Bald. *num.*1. *C de iudiciis.* Milanenſ.*deciſ.*3.*num.*137. *part.*1. licet tota materia probationis incontinenti faciendæ ſit remiſſa ad arbitrium iudicis, vt probant præcitati Doct. quos ſequitur Menoch. *in d.caſu* 17.*num.*8. 6. 7.

Declaratur iſte caſus, vt procedat non ſolùm circa inhabilitatem perſonæ teſtantis, ſed etiam circa inhabilitatem † perſonæ inſtituti, vtputa quia incontinenti probaretur eſſe bannitus, vel ſpurius, vel aliis modis incapax, quoniam omnis legalis diſpoſitio reſtringitur ad perſonas habiles. *l.vt gradatim.ff. de muner.& honorib.* Ideo Tiraquell. *in tractatu de morte parte* 2. *declaratione* 1. ſcribit de ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredes, quòd intelligatur ſi hæredes erant habiles, non autem ſi incapaces, ſed in hoc poſſeſſorio incontinenti dicta probatio facienda eſt, aliàs ad petitorium eſt remittenda, & interim immiſſionem non impediet. 8.

Tertius caſus eſt de exceptione vitij viſibilis in teſtamento †, vt quia raſura, vel cancellatio literarum eſſet commiſſa circa aliquam partem ſubſtantialem ipſius teſtamenti, vt declarat Curtius iun. *in d.l.final.num.*8.*& ſeq. C. de edict. diui Adriani tollend.* Nam dictum vitium patens impedit effectum poſſeſſorij abſque aliqua indagine veritatis, ſeu probationis fidei inſtrumenti, & tunc recurrendum eſt ad interdictum † Quorũ bonorum, vel ad petitionem hæreditatis, in quibus iudiciis intentio hæredis ex aliis poteſt iuſtificari, & hanc concluſionem firmarunt omnes *in d.l.final.* Bartol. *num.*3. Bald. *numer.*43. *verſ. tertiò conſideret.* Dec. *numer.*36. Zuccard. *n.*327. Peregrin. *de fideicommiſſ.artic.*48.*num.*28. Menoch. *de adipiſcend.remed.*4.*numer.* 699. *& plur.ſeq.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo primo, titulo Poſſeſſorium. cap. effectus poſſeſſorij.* & cùm dicta exceptio ſit ad fauorem venientium ab inteſtato, hoc caſu ipſi conſtituerentur poſſeſſores, & rei, quoniam iudicium Quorum bonorum, & petitionis 9. 10.

hæc

hæreditatis præſupponunt reum eſſe poſſeſſorem.
Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 45. & 46. & dicta
11. exceptio non poteſt impedire ſuccedentes † ab in-
teſtato, quin iudicis officio immittantur in poſſeſ-
ſionem, vt ſcripſi in præcedenti articulo, caſu tertio,
maximè quia inter ſanguine coniunctos proceditur
de bono, & æquo pluſquam inter alios. Anchar. *in
conſil.* 159. *num.* 1. *verſ. primò hoc colligitur.* Blanchus *in
tractatu de compromiſſis quæſt.* 1. *n.* 3. *verſ. contraria opi-
nio,* vbi quòd inter dictos conſanguineos lites debet
quantò citiùs terminari, & propterea emanarunt tot
ſtatuta de faciendis compromiſſis inter conſangui-
neos: & hoc caſu dicti conſanguinei ab inteſtato
ſuccedentes habent intentionem fundatam, ſaltem
ad excludendum dictum poſſeſſorium immittendi,
vigore *d. l. finalis,* quia quod euidenter eſt nullum,
non debet aliquem effectum parere. *c. non præſtat. de
regulis iur. lib.* 6. *c. vides. diſtinct.* 10. & ita in puncto re-
ſpondet Berous *in conſil.* 118. *n.* 26. & *n.* 33. & *ſeq. vol.*
2. Item quia in quolibet iudicio, etiam exequutiuo,
12. & quomodolibet priuilegiato, obſtat exceptio †.
quæ incontinenti docet de non iure agentis. Item
dolo carere non videtur, is qui petit, quod ſtatim
reſtituturus eſt. *l. dolo. ff. de doli mali, & met. except. l.*
1. *ff. quorum legat.* Bartol. *in l. ſi ſocer.* §. *Lucius
numer.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Item lex abhorret ina-
13. nes † circuitus. *l. dominus teſtamento. ff. de condict.
indebiti. Clem. auditor. de reſcriptis.* Tiraquell. *de re
tractu conuento, ad finem tituli numer.* 61. Afflict.
deciſ. 8. *numer.* 4. *in fin.* Dec. *in conſil.* 408. *numer.* 8.
ergo excluſo hærede ſcripto in teſtamento, cuius
vitia euidenter apparent, proximiores ab inte-
ſtato ſuccedentes immittendi ſunt, qui in iudi-
cio petitorio rei facti ſunt, vt veritas dicti te-
ſtamenti aliunde quàm ex ipſa ſcriptura proba-
ri poſſit.

Declaratur iſte caſus, vt d. vitium viſibile teſta-
14. menti non poſſit coadiuuari per teſtes † facien-
tes fidem de veritate, quia hoc poteſt fieri in in-
terdicto Quorum bonorum. *l. ſi vnus, & ibi* Bartol.
C. de teſtament. Sed remedium d. legis finalis, non
poteſt aliis extrinſecis probationibus coadiuuari.
Bartol. *in d. l. final. numer.* 3. *verſ. oppono. & numer.* 15.
verſ. & etiam quadam. Paul. de Caſtr. *numer.* 14. *verſ.
item in illo.* Iaſ. *numer.* 28. *verſ. ſeptimam.* Ripa *in
rubrica ff. quorum bonorum numer.* 2. *verſ. ſeptima diffe
rentia,* qui omnes tractant de differentiis interdicti
Quorum bonorum, & d. l. finalis. Item Zuccard. *in d.
l. finali numer.* 323. & Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcen
dæ num.* 704 & *ſeq.*

Secundò declaratur iſte caſus, vt procedat, et-
15. iamſi vitium † eſſet inuiſibile circa lecturam teſta-
menti, ſed intelligeretur ex ipſo teſtamento, vtputa,
quia teſtator in vna parte ipſius nominaſſet filios,
& poſtea illos neque inſtituiſſet, neque exhæredaſ-
ſet, quo caſu præteriti dicuntur. *l. pen. C. de fideicom-
miſſ. l. poſthumo, & ibi* Dec. *C. de bon. poſſeſſ. contra tabul.*
Itaque teſtamentum remanet euidenter nullum. *l.
final. ff. de liber. & poſthum.* §. *aliud quoque capitulum.
auth. vt cùm de appellat. cognoſc.* & licèt gloſſ. *in l. filio
præterito. in ver. tuebitur. ff. de iniuſt. teſtam.* affirmet:
tamen Alex. *in l. poſthumo n.* 16. *in fin. C. de bonor. poſ-
ſeſſ. contra tab.* atteſtatur communem opinionem eſſe
in contrarium. Angel. *in d. l. filio præterito num.* 5. *verſ.
prima eſt. ff. de iniuſt. teſtament.* vbi dicit hanc eſſe ve-
ram, & communem. Gomeſ. *in tomo* 1. *variar. reſolut.
cap.* 11. *verſ. prima eſt,* vbi dicit, gloſſam *in d. l. filio
præterito,* communiter reprobari. Immol. *ibid. num.*
52. *verſ. ſecunda fuit opinio,* dicit contrariam opinio-
nem non eſſe bonam. Benedict. *in cap. Raynutius
part.* 1. *ver. in eodem teſtamento relinquens. in* 1. *num.*
93. & *ſeq.* Angel. Aretin. *in conſil.* 103. *num.* 33. omnes
atteſtantur de communi. Item licèt hoc ſit vitium
inuiſibile †, tamen fit viſibile per euidentiam rei, 16.
& in quolibet iudicio admittitur exceptio incon-
tinenti probata, & vitiatio inanis circuitus, & ſubi-
taneæ reſtitutionis, vt probaui in præcedenti arti-
culo. Item vitium incontinenti probatur, ſi pro-
ducatur teſtamentum, in quo apparet non inter-
ueniſſe fratrem, & ſtatutum illud annullans, vbi
fratris præſentia non interuenerit, ſuper quo con-
ſuluit Riminald. *in conſil.* 808. *volum.* 7. atque probat
hæredem vigore dicti teſtamenti immitti non poſ-
ſe, ex *d. l. finali.*

Quartus caſus eſt, de exceptione tituli † cõſimi- 17.
lis ab eodem teſtatore. Nam ſi quando Titius tan-
quam hæres Caij petit ſe immitti vigore d. l. finalis,
& comparet Sempronius poſſeſſor, & dicit titulum
conſimilem, quia ab eodem teſtatore inſtitutus fue-
rit, tunc dicit Bartol. *in d. l. final. n.* 21. quòd iudex ſta-
tim pronuntiabit non eſſe locum ſummariæ cogni-
tioni, vigore *d. l. finalis,* ſed ordinario iudicio agen-
dum eſſe, & ille obtinebit, qui potiora iura habet, at-
que probauerit. Idem ſi ſubſtitutus † poſſideret & 18.
allegaret titulum eiuſdem teſtamenti, nam tunc or-
dinario iudicio agendum eſt, & ita probat Zuccard.
in d. l. final. n. 391. dum tractat de parilitate tituli ex
eodem teſtamento, ſiue inſtitutionis, ſiue ſubſtitu-
tionis, & ita conſulendo reſpondit Franciſc. de Pon-
te *in conſil.* 21. *n.* 17. & *plur. ſeq.* & ad hoc conferunt
ſcripta per Menoch *in d. remed.* 4. *adipiſc. n.* 586. & *ſeq.*
vbi etiam quòd procedunt quando titulus æqualis,
& poſſeſſio non fuerint per ſtatutũ nulla declarata.

Quintus caſus eſt, de exceptione † notorij domi- 19.
nij, & defectus proprietatis, quia incontinenti con-
ſtaret petere, quod eſſet reſtituturus, & hanc eſſe
communem opinionem atteſtatur Socin. *in l. natura-
liter.* §. *nihil commune, num.* 152 *verſ. mihi placet in com-
muni pertranſire. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ripa *numer.* 101.
Fabius Accorambon. *numer.* 62. Bolognet. *num.* 122.
& omnes repetentes moderniores ſequuti ſunt, &
hi etiam Bartol. ſequendo gloſſam, *in l. ſi de vi, in
gloſſ. fin. verſ. item quæro ſi ago poſſeſſorio. ff. de iudic. &
in l.* 1. *ff. quorum legat. & in l.* 2. *C. de edict. diui Adr.
toll.* Corn. *in conſil.* 234. *col.* 4. *vol.* 4. & pro hac opi-
nione eſt caſus *in d. l. final.* Vbi contra petentem
poſſeſſionem bonorum teſtatoris, ſe opponit legi-
timus contradictor, & tunc diſcutitur de eorum iu-
ribus, & præfertur is de cuius dominio conſtat. Item
text. *cap. cum veniſſent, in fin. de inſtitutionibus,* vbi ex- 20.
ceptio † dominij, quæ incontinenti probatur, impe-
dit agentem poſſeſſorio adipiſcendæ, quem text. al-
lego prout inducit Capycius *in deciſ.* 189. *num.* 10. &
idem probatur *in l.* 3. §. *cauſa. ff. de Carboniano edicto.*
Item magna ratio eſt iſta, quoniam interdictum adi-
piſcendæ differt in ratione † eſſentiali ab interdi- 21.
ctis recuperandæ, & retinendæ; ergo dominium de
quo notoriè cõſtat, obſtat in poſſeſſorio adipiſcẽdę.
Conſequẽtia eſt clara, quia vbi eſt diuerſa ratio, ibi
eſt diuerſum ius. *l. adigere.* §. *quamuis. ff. de iurepatron.*
Antecedẽs probatur, quia interdicta retinẽdæ, & re-
cuperãdæ cõcedũtur, ne detur occaſio inferẽdi vio-
lẽtias, ſed interdictũ adipiſcẽdæ conceditur ratione
iuris † ordinati, vel præſũpti à lege, & propterea di- 22.
cũt Doctores, quòd quando poſſeſſoriũ adipiſcendæ
cõcederetur alicui in pœnã conuicti, tũc nõ obſtaret
exceptio dominij incõtinenti probãdi etiã per ſen-
tentiã, vt habetur per gloſſ. & Bartol. *in l. fin. ff. de rei
vendic.* & limitatur illa cõmunis opinio, & hanc ſe-
quuntur Aretin. Iaſ. Ripa, & cõmuniter Doct. *in d.* §.

nihil

23. nihil cõmune.ff.de acquir.poſſ.Nec obſtat † text. *l.fin.C. quorum bonorum*, vbi interdictum adipiſcendæ, quod dicitur Quorũ bonorũ, nõ impeditur per exceptionẽ dominij, ſed reſeruatur in petitorio, & ita reſpõdet Dec. per illũ text. *in conſ.420.n.10.* Quia ibi non conſtabat de dominio in promptu, nã maritus volebat ſuccedere vxori extantibus conſanguineis, ideo habebat præſumptionẽ legis cõtra ſe, cũ eſſet extraneus, & eius prætenſiones non ſunt notoriæ vt poſſent impedire immiſſionẽ conſanguineorũ. Neque facio fundamentũ in reſpõſione, quã dat Bartol. *ibi in verſ. fruſtrationibus*, intelligẽdo pro fruſtratoria dilatione, quia fruſtratio accipitur pro dilatione. *l. fideicõmiſſa.§.fin.ff.de vſuris*, aliàs ſequeretur, quòd etiã exceptio, quæ nõ eſſet probãda incõtinenti, opponi poſſet, cũ non eſſet inutilis, nec fruſtratoria. Minus
24. obſtat *l.2.*† *C.de edict.diui Adr.toll.* Quia ibi nõ apparebat ex teſtamẽto illũ præteritũ eſſe filiũ, & ita cõſulendo reſpõderunt, Dec. *in conſ.84.col.1.verſ.ad iſta breuiter reſpõdetur*, & Angel. *in d.conſ.135.n.2.* & cùm non cõſtaret notoriè illũ eſſe filium, per inſpectionẽ teſtamẽti, & per negationẽ partium res efficiebatur dubia. *l.poſt rem ff.de tranſact.* Aretin. *in conſil.7.n.1. in princip.* ideo hæres non impediebatur immitti.

25. Declaratur iſte caſus, vt dicatur notoriè † & incõtinenti cõſtare de dominio, quãdo de illo conſtat per ſententiã. *l.emptorem, in princip.ff.de action.empti.c. veſtra.de cohabit.cler.& mulier.* & ita firmarũt omnes Doct. *in d.§.nihil cõmune*, ſuper illa quæſtione, an ſpoliatus ſit ante omnia reſtituẽdus quando conſtat de dominio, Ripa *n.35.* Iaſ.*n.43.* Alex.*n.12.* Fabius Accoramb. qui dicit eſſe communẽ opinionẽ tã Ciuiliſtarũ, quàm Canoniſtarum. Bolognin.*n.20.* Coraſ.*in 2. part.n.67.* Zaſ.*n.46.* Coraſ.*in tractatu, quòd ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, limitatione* 28. & eſt caſus pluries deciſus Rota *deciſ.3. de reſtit. ſpoliat. in nouis. & deciſ.1.n.3.de ordine cognit.in antiq.& deciſ.14.de cauſ. poſſeſ.& propr.in antiq.* Afflict.*deciſ.303.n.1.* Franciſc. Marc.*deciſ.273.in fine part.1.* Item non ſolùm dicitur
26. notorium † per ſententiam; ſed etiamſi de dominio conſtaret ex actis iudicij. Innoc. *in c.cum Eccleſia Sutrina.de cauſ.poſſ.& propriet.* Nouell. *in pract. criminali in §.vulgaris eſt regula.n.5.verſ.limita 5.& n.12.* Dec.*in conſil.191.* vbi probat, quia acta inducunt notorium. Item quia paria ſunt eſſe latam † ſententiã,
27. & eſſe concluſum in cauſa. Bartol. *in l.ſi mater. §. ea in fin.ff.de except.* Bald. *in l.error in 2. & in 4. oppoſitione.C.de iuris, & facti ignorantia.* Iaſ. *in l. admonendi in 1 lectura num.49. & ſeq.ff. de iureiur.* Idem eſt ſi per confeſſionem aduerſarij conſtaret de dominio. Abb.*in cap.1.in 4.not.de reſtit.ſpoliat.* Berous *num.* 27. Rota *deciſ.* 17. 18. *&* 19. *de reſtit. ſpoliat. in nouis.* Grammatic.*deciſ.36.num.66.*

28. Sextus caſus eſt de exceptione † falſitatis, quæ non cenſetur excluſa à quacumque diſpoſitione reiiciente omnes receptiones. Bartol. *in l. Lucius.ff. ad Turpillian.& in l.ſi veritas. C. de fideicommiſſ.* Bald. ad Specul.*in tit.de exequut.ſententiæ, in rubrica, verſ.& nota quòd iſta exceptio.* & licèt cõmuniter firmẽt Doct.
29. quòd exceptio † falſitatis non impedit immiſſionẽ hæredis. Bartol.*n.2.* Bald.*n.16.* Alberic.*n.4.* Zuccard. *num.90.& 321.* omnes *in d.l.final.C.de edict.diui Adr. toll.* Menoch.*in d.remed.4.adipiſc.num.726.* & ad hoc eſt textus *l.ſatis apertè.C.de falſis*, vbi exceptio falſi obiecta cauſa differendi proceſſum non impedit
30. executionem † inſtrumenti, ſed debitor ad ſoluendum compelli debet, & *ibi* Angel. *num.2.* dicit, cùm dicta exceptio videtur oppoſita per calumniam, non eſt differentia executio. Tamen Bartol.*in l.final. C.ſi ex falſis inſtrum.* dicit, diſpoſita in d.l.ſatis apertè

non procedere quando incontinenti probatur falſitas. Item quia vbi falſitas eſt euidens †, tunc non 31.
cenſetur excluſa per pactum de non opponendo quaſcumque exceptiones, & defenſiones. Iaſ.*in conſ. 85.col.2. vol.1.* Theſaur. *deciſ.26.n.15.* Item quando falſitas † conſtat ex actis, & inſtrumentis, tunc nun- 32.
quam cẽſetur reiecta à quacumque lege. Milanenſ. *deciſ.8.n. 20. & 33. part. 2.* & multa alia ad hoc per Craſſum *in tract.de exceptionibus. cap.29.* Item quia ſi priùs intentatum eſſet iudicium criminale† falſita- 33.
tis, non poteſt illo pendente agi de executione inſtrumenti, ex regula *l.per minorem.ff.de iudic.* & allegatis per Ancharan.*in conſ.62.*& Afflict.*deciſ.103.*& Grammatic.*deciſ.60.n.23.* Capyc.*deciſ.25.* Quoniam iudicium criminale eſt†excluſiuum petitionis ciui- 34.
lis, & præiudiciale cauſæ ciuili, quam abſorbet, ideo priùs eſt expediendum, prout eſt caſus *in l.final.C.de ordine cognit & in l.1. C. ſi quis aliquem teſtari prohib.* Bartol. *in d. l.interdum, in princip. verſ.item oppono*, & quòd iſte ſit cõmunis intellectus *d.l.fin.* probat Dec. poſt alios relatos *in l.edita, n.65. C. de edendo.* vbi etiam Claudius Seyſſell *n.68.* & latiùs per Fab. Accorambon.*in d.§. nihil commune, n.108. ff.de acquir. poſſ.* poſt Cyn. Oldrad. & alios, quos allegat Alexand. *in additionib.ad Bartol.in l.2.§.hoc edicto.ff. de vi bonorum raptorum. verſ. adde tamen.* Boſſius *in titulo de foro competenti num.123.* Puteus *deciſ.98.numer.4. & ſeq. part.1.* Proptereà text. *l. ſi docueris. C. de falſis*, dicit, quòd ſi exceptio falſi inſtrumenti † eſt præiu- 35.
dicialis, facit ceſſare illius executionem, & illum textum ad hoc allegat Salyc. *in d.l.ſatis apertè*, idem dicit *in d.l.ſi docueris*, & latè probat Barbatia *in conſil.43.numer.9.volum.1.* Angel. *in l. qui prior. ff. de iudiciis*, vbi quòd naturalis ordo iudicij eſt, vt priùs expediatur cauſa criminalis, quæ abſorbet ciuilem, licèt criminalis ſecundariò deducatur, & dicit hanc eſſe doctrinam Innoc. *in cap. 2. de reſtitut. ſpoliatorum.*

Septimus caſus eſt de exceptione†iuris tertij, pu- 36.
ta quòd hæres non eſt immittendus in poſſeſſionem illorum bonorum, quæ teſtator ante teſtamentum Titio inter viuos donauerat, quoniam hoc ius tertij eſt excluſiuum ipſo iure intentionis aduerſarij, & allegari poteſt Burſat.*in conſil.40. n.37. verſ. vt enim ius tertij.vol.1.* vbi multa allegat, præſertim ſi ius tertij eſt clarum†, & apertum, vt quia fuit iuſtificatum 37.
in alia cauſa. Puteus *deciſ.257.part.3.* Sed hanc concluſionem intelligo, quando ius tertij eſt indiuidualiter † communicatum cum excipiente, quoniã re- 38.
gulariter de iure tertij opponi non poteſt. *l. loci corpus.§.competit ff.ſi ſeruit.vindicetur.* Socin.iun. *in conſ. 47.n.17.vol.2.* Cephal.*in conſil.772.n.18.vol.5.* Surd.*in conſ.150.n.88.vol.1.* Nec etiam per viam replicationis. Socin.*in l.2.num.7.ff.de except.rei iudic.* Tiraquell. *in l.ſi vnquam.in verb.reuertatur num.364.C.de reuoc. donat.* Tamen hoc ius tertij quando indiuidualiter eſt communicatum cum excipiente, tunc opponitur vt ius proprium, ſibi competens mediante perſona tertij, vt probatur per *l.ſi cui. C. de non numer. pec.* Abb. *in cap. cùm non liceat, numer.* 15. *de præſcript.* Crauetta *in reſponſo pro genero, numer.* 400. Alba. *in conſil. 64. numer. 2.* Menoch. *in conſil. 1. numer. 321.* Theſaur. *deciſ. 4. numer. 5.* Surd. *deciſ. 144. numer. 19.* & poſſet eſſe coniunctum ius tertij cum iure † excipientis, quando ipſe exci- 39.
piens poſſeſſor haberet cauſam à dicto tertio, à quo fortè emiſſet, vel per alium contractum ad eum perueniſſet, teſtator enim fortè donauit irreuocabiliter inter viuos, reſeruato ſibi vſufructu vita durante, & ita vſque ad mortem bona donata tenuiſ-

ſet,

ſet,ſed cùm dominium ad donatarium tranſlatum
fuiſſet, & à donatario in excipientem, potuit iſte
præcedente d.iuſto titulo ex perſona donatarij poſ-
ſeſſionem vacantem ingredi. Bartol. in l. cùm ſolus,
in fin. ff. de vſucap. Roman. in conſil. 312. in princip.
Aretin. in §. ſed iſte. col. pen. verſ. quæro an agens. In-
ſtit. de actionib. Nec dicitur hæreditatem ſpoliaſſe,
quoniam cogere poterat hæredem ad ſibi traden-
dam poſſeſſionem. l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrahend.
emptione, & latiùs Menoch. in d remed. 4. adipiſcendæ
numer. 590. & ſeq.

40. Octauus caſus eſt, de exceptione † rei feudalis,
quam non poſſunt opponere agnati aduersùs filiam
hæredem petentem ſe immitti in poſſeſſionem bo-
norum etiam feudalium, quæ eius pater tenebat tē-
41. pore mortis, quod remedium legis finalis † habere
locum in feudalibus probat Pontus in conſil. 20. præ-
ſertim, quando inſtitutio eſt facta in proximè ſuc-
ceſſurum. Afflict. in deciſ. 119. & in D. N. tom. 4. tit.
Diſpoſitio. cap. etſi nulla. ad hoc l. fin. C. de codicill. & l.
final. C. de repudianda hæredit. Feudiſtæ in c. 1. §. 1. ſi de
feud. fuer. controuerſ. gloſſ. in c. 1. ver. item ſciendum. de
contentione inter maſculum, & feminam. Alex. in l. final.
circa finem. C. de edict. diui Adr. toll. Io. Andr. ad Specu-
lator. tit. de teſtament. §. pen. in fine. Dec. in conſil. 517.
num. 8. Albert. Brun. in conſil. 1. numer. 2. Ioan. Cam-
peg. in conſil. 2. num. 1. Gozadin. in conſil. 7. num. 13. &
Ioan. Andr. in loco allegato, dicit, filiam, quæ petit ſe
immitti in poſſeſſionem bonorum, quæ patri fue-
runt in feudum conceſſa, omnino eſſe admitten-
dam, neque agnatos eſſe legitimos contradictores
ad illam impediendam, quoniam iſti in petitorio iu-
42. ra ſua allegabunt, & filia † poteſt ſe defendere, vel
ex conſuetudine, vel ex alio iure, & oſtendere ſe
feudi capacem, & hanc doctrinam ſequitur Curt. in
tract. de feud. part. 3. verſ. 21. quæro. Dec. in conſil. 424.
col. 3. & in conſil. 467. col. 2. & in conſil. 498. col. 1.
& ad hoc eſt text. §. inter filiam, ſi de feudo defuncti
controuerſ. fuer. vbi ſi inter agnatum, & filiam ſit
controuerſia, ipſa filia eſt immittenda in poſſeſſio-
nem.

Item confert ad comprobādam firmatam conclu-
ſionem, quòd ſi filia fuit patris hæres de iure ciui-
43. li †, & agitur ſolum de adipiſcenda poſſeſſione bo-
norum, poterit agere interdictum vtile Quorū bo-
norum, ſed ſi non ſucceſſit de iure ciuili, & vult eſſe
hæres de iure prætorio, poterit intentare interdi-
ctum directum Quorū bonorum, vt eſt gloſſa com-
muniter approbata in rubrica ff. quorum bonorum. & in
rubric. C. eod. tit. & ibi Salyc. atteſtatur de communi, &
ita in poſſeſſionem feudalium immittenda eſt. Bald.
in c. 1. n. 5. de ſucceſſ. feudi, ſaltem implorato iudicis of-
ficio, vt ibi per Bald. per quod in poſſeſsione defen-
datur, ſaltem donec de tota re pleniùs in petitorio
cognitum fuerit. Pariſ. in conſ. 22. n. 53. vol. 1. & licèt
44. ſucceſsio † feudalis ſit tertia ſpecies ſucceſsionis, vt
dicit Bald. in l. cū in antiquioribus n. 8. C. de iure deliber.
& in l. imperialem, n. 19. de prohibita feud. alien. per Fe-
deric. Loffred. in conſil. 38. n. 10. Tamen cùm ſit quæ-
dam ſucceſsio ab inteſtato. Aluarott. in c. 1. de ſucceſſ.
feud. Albert. Brun. in conſil. feud. il. 18. n. 14 & ſeq. Lof-
fred. in d. conſil. 38. n. 10. Bald. in d. l. imperialem, numer.
19. Ideo regulari debet ſecundùm regulas ſucceſ-
ſionis ab inteſtato, ſaltem quoad adipiſcendam poſ-
ſeſsionem, tametſi verſaremur in exorbitantibus de
iure communi, prout ſunt feuda. Andr. in prælud.
feud. quæſt. 4. Aluarott. quæſt. 7. Curt. in tract. de feud.
in princip. Nihilominus in eis ſecundùm terminos
iuris communis proceditur. Bartol. Bald. & Iaſ. in l.
3. C. de iudic. & in l. omni. C. de ſacroſanct. Eccleſ. per
text. cap. lator, & ibi Canoniſtæ, qui filij ſint legitim. cap.
tuam. de ordine cognit. cap. cùm ſit generale, de foro com-
pet. & ibi Abb. num. 7. atteſtatur de communi. Bald.
in l. ordinarij numer. 7. C. de rei vendic. & ita fuit iu-
dicatum in Camera Imperiali, vt in Digeſt. No-
uiſſim. tomo primo, titulo Appellatio. cap. appellationes
gradatim.

Item quia poſſeſsio rei † feudalis continuatur in 45.
hæredes ſaltem ſuos. Bald. in l. cū in antiquioribus, nu-
mer. 11. C. de iure deliber. cum aliis per Tiraquell.
in tract. de morte. in 4. declarat. præfat. numer. 3. Tum
propter continuationem iuris. l. in ſuis. ff. de liber. &
poſthum. Item propter tranſmiſsionem iuris. l. vnic. C.
de his qui ante apert. tabul. Item ex quadam perſona-
rum identitate. l. final. C. de impuber. & aliis ſubſti-
tut. §. quòd ſi quis. Inſtit. de inutilib ſtipulat. Bald. in d. l.
final. numer. 38. C. de edicto diui Adriani toll. per text.
l. cùm aliquis. C. de iure deliber. & licèt poſſeſsio, quæ
facti eſt †, ne in feudalibus quidem continuetur in 46.
hæredes. Iacobin. in ſua inueſtitura, verbo, ita quod
ipſi inueſtiti habeant. num. 13. cum aliis per Tiraquell.
in d. tract. de morte in 4. declarat. præfat. num. 3. Tamen
ſaltem propter dictas rationes filia patris hæres, ex-
cluſo agnato remotiore in poſſeſsionem mittenda
eſt. d. cap. 1. §. inter filiam. ſi de feud. fuer. controuerſ &
contra omnes impedire illam volentes defendi po-
teſt. Benedict. in cap. Raynutius. in ver. mortuo numer.
70. & 77. de teſtamentis. Tiraquell. de morte in 4. decla-
rat. præfatione 1. numer. 7. & iterum in 4. declaratione
quarta partis numer. 28. Item etiam ſoror quæ in al-
lodialibus ſuccedit tanquam proximior, in poſſeſ-
ſionem bonorum feudalium immittenda eſt, vt fir-
marunt Roland. in conſil. 1. volum. 1. Socin. iun. in
conſil. 75. vol. 1. qui reſponderunt in cauſa Marchio-
natus Montisferrati pro Margarita ſorore contra
Ioannem Georgium illius patruum, & ad eius fauo-
rem, per Carolum V. Imperatorem ſuper poſſeſſorio
fuit iudicatum, & ſuper eadem cauſa ſcripſerunt
Roland. in conſil. 2. vol. 1. Socin. iun. in conſil. 76. vol. 1.
& conſil. 77. eod. vol. Gozadin. in conſil. 7.

Declaratur iſte caſus, quia vbi agnati poſſent in-
cōtinenti probare dominium feudi eſſe excluſiuū † 47.
feminarum, tunc ipſos poſſe impedire dictam im-
miſsionem, firmarunt gloſſ. in l. 1. ver. reſtituas. ff. quo-
rum bonorum. gloſſ. final. in l. fin. C. eod. tit. dicendo, modò
conſtat, modò agatur. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff.
ad Trebell. l. is à quo ff. vt in poſſeſſ. legat. nomin. l. 2. C. de
edict. diui Adr. toll. quo caſu impeditur remedium
immiſsionis. Bartol. in l. 1. ff. quor. legat. & in l. final.
num. 2. C. eod. tit. & in l. ſi de vi, & ibi Paul. de Caſtr. ff.
de iudic. Angel. in conſil. 135. Ancharan. in conſil. 145.
Corn. in conſil. 232. numer. 15. volum. 1. Angel. Aretin.
in §. quadrupli numer. 41. Inſtit. de actionib. Ripa in
l. 1. numer. 14. ff. quorum legat. & probatur per l. final.
C. quorum bonorum, in verſ. omnibus amputatis fruſtra-
tionibus per interdictum Quorum bonorum, corpora in
competitorem transferantur, nam fruſtratio pro mo-
roſa dilatione accipitur. l. in fideicommiſſi. §. 1. ff.
de vſuris, in verſ. non oportet fruſtrationem eſſe im-
punitam, & l. non videtur fruſtranda dilationis.
ff. de iudic. & hoc etiam habere locum in
feudis fuit iudicatum in Rota Romana,
vt in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titulo Contradi-
ctor. cap. fideicommiſſarius poſſeſſor. Ideo ſi quis 48.
incontinenti offert probare † feudum non eſſe
ad feminas tranſitorium, tunc impeditur im-
miſsio, vt probat Zuccard. in d. l. final. numer.
486. C. de edict. diui Adriani toll. Sicut agnati non
immittuntur in poſſeſsionem feudi poſſeſſi per
agnatum vltimò mortuum, quando dominus
offert

offert incontinenti probare feudum eſſe nouum. Aluarot. Præpoſit. & alij *in cap. 1. ſi de feudo defuncti fuer. controuerſ. inter domin. & agnat.* & ita ſuper principatu Haſſiæ, & Saxoniæ conſuluit Gozadin. *in conſil. 5c.* vbi conſtabat notoriè feuda ad feminas non pertinere.

49. Secundò declaratur probationem dominij † incontinenti non ſufficere ſolam ad hunc effectum, ſed tria eſſe neceſſaria, primum quòd poſſideat bona, de quibus agitur: ſecundum quòd bona fide poſſideat: tertium quòd de iure ſuo incontinẽti doceat, ad effectum vt impediat immiſſionem in bona feudalia, ita poſt Bartol. & alios probat Socin. iun. *in d. conſ. 75. n. 18. vol. 1.* Roland. *in d. conſ. 1. vol. 1.* & ita fuit iudicatum in Rota Vrbis, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. Contradictor. c. vt fideicommiſſarius.* Ideo filius qui poſt mortem patris non poſſidet, alio hærede inſtituto, non eſt legitimus contradictor pro ſua legitima ad impediendam illius immiſſionem, vt fuit iudicatum in Aueniomenſi, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titulo Contradictor. cap. Clara. & cap. heres.* Poſſet incontinenti probari ſi poſſeſſor oſtenderet ſe vocatum eſſe in inueſtitura: ſed ſi in ea nullus vocatus appareat, non poteſt dici de dominio ſuo incontinenti probari; ſicut dicimus Titio non eſſe legatum, ſi viſo inſtrumento appareat nihil eſſe legatum. Bartol. & alij *in l. final. C. de reb. credit.* Socin. *in d. conſil. 75. num. 19. vol. 1.* qui alios refert.

50. Nonus caſus eſt, de exceptione † præſcriptionis, nam ſi quis poſt mortem defuncti poſſederit cum titulo, & bona fide, poterit tanquam dominus impedire immiſſionem, & ita firmarunt *in d. l. final. C. de edicto diui Adrian. tollend.* Dec. *num. 22.* & alij relati per Menoch. *in d. remed. 4. adipiſcend. num. 768. & ſeq.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 48. num. 51. verſ.*
51. *ſi tamen*, quoniam per præſcriptionem † acquiritur dominium vtile ſecundùm communem concluſionem, de qua per Couarr. *de præſcript. in 3. part. in princip. num. 2.* quòd dominium vtile præfertur directo. Andr. *in cap. 1. de inueſtit. de re alien. fact. & in cap. 1. col. 2. de capitulis Corradi*, per text. *l. in cauſa 27. in fin. ff. de procurator.* Et licèt idem Couar. *ibidem* teneat, quòd imò per præſcriptionem acquiratur dominium directum, tamen idem Couar. *ibi num. 6.* concurrit in limitatione dictæ ſuæ opinionis, vt illud
52. dominium vtile, † quod acquiritur ſecundùm communem, ſit præferendum directo, & quòd ita præſcribens poſſit agere per rei vendicationem, & obtinere: ſed contra Couar. defendẽdo communẽ, Zuccard. *in d. l. final. n. 166.* per plures columnas ſequentes, probat, quòd acquiritur dominium vtile, & reſpondet omnibus legibus pro contraria opinione à Couar. allegatis. Sed vtraque opinio defendi poteſt,
53. quòd acquiratur † dominium vtile reſpectu directi domini, verùm reſpectu aliorum acquiratur dominium directum, quod de iure non improbatur, nam Rex feudatarius regni Neapolis, reſpectu Papæ à quo recipit inueſtituram, habet dominiũ vtile, Bald. *in l. 1. C. vnde cognati*, ſed reſpectu Baronum, quibus ipſe concedit, dicitur habere dominium directum, vt probat Frecc. *in lib. 2. de ſubfeud. §. ſed vt veriùs dignoſci fol. 140. & ſeq.* quòd dominium vtile eſt præferendum directo, & quòd ſub iſtis diuerſis reſpectibus poſſit quis habere vtrumque dominium, ſcripſi diffuſiùs *in l. 3. §. è contrario. ff. d. acquir. poſſeſſ. in prælectionibus Papienſibus.*

54. Secundò declaratur, vt dicta exceptio † præſcriptionis contra hæredem petentem immiſſionem debeat opponi in proceſſu, vt declarat Bartol. *in l. cum qui. §. qui ita. in verſ. moneo tibi vnum dubium. ff. de*

verborum obligat. Guidopap. *in deciſ. 221.* text. *l. ſi maritus. §. præſcriptionem. C. de adulter.* quem ad hoc citat Afflict. *in conſtitutione Regni incip. Conſuetudinem prauam, num. 185.* Boër. *deciſ. 344.* Ideo non ſufficit allegare præſcriptionem in allegationibus, quia in proceſſu ſpecificè allęganda eſt: neque ſufficit generalis oppoſitio facta in principio, quando conuentus opponit generalia contra, prout eſt practica Romana, vel vt fit Neapoli allegando carentiam actionis, quoniam actio non tollitur per præſcriptionem, *l. ſicut, in verſ. facultatem. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Bartol. *in l. 1. §. accuſationem. ff. ad Turpill.* Felin. *in cap. ad aures. de præſcript.* qui allegat Bald. *in l. final. in fin. C. ex quib. cauſ. maior.* qui reſpondet ad text. *l. omnes. C. de præſcript. 30. ann.* Bald. *in d. l. final. in 15. oppoſit. C. de edicto diui Adr. tollend.* ergo dicta generica oppoſitio non concludit d. exceptionem præſcriptionis, quoniam actio procedit, quæ non eſt extincta, niſi per oppoſitionem præſcriptionis in proceſſu elidatur.

Tertiò declaratur, vt ipſa exceptio † præſcri- 55.
ptionis debeat incõtinenti probari ad effectum impediendi hæredem in poſſeſsionem immitti, & poſſet incontinenti probari ſi oſtenderetur iuſtus titulus, qui daret initium præſcribendi, & poſſeſsio de præſenti, nam probatis extremis, † media probantur 56.
habilia. Bartol. *in l. Celſus num. 21. ff. de vſucap.* & latiſsimè probat Alciat. *in regula 3. præſũpt. 21.* Decian. *in conſil. 11. numer. 124 volum. 1.* Sed quia aduersùs † 57.
præſcriptionem plurimæ exceptiones opponi poſſunt, vt per Guidonempap. *in d. deciſ. 221.* & Boër. *d. deciſ. 344.* ſi per illatum oppoſitionem præſcriptio efficeretur turbida, nec diceretur incontinenti probata, tunc non impediret immiſsionem, vigore d. l. finalis, Dec. *in d. l. final. in allegato num. 22.* Bald. *in l. per hanc, num. 11. C. de tempor. appell.* Nam ſi opponeretur titulus † minus iuſtus, & inualidus, tunc non pro- 58.
deſt præſcriptio, etiamſi fuerit tanti temporis, cuius initij memoria non extet. Paul. de Caſtr. *in conſil. 423. col. 2. circa finem vol. 2.* Bellamera *in conſil. 10. col. 10. in princip. verſ. item aliter reſpondeo, & colum. 3. verſ. plus dico.* Item quia titulus reprobatus non dat iuſtam cauſam præſcribendi, quia ex eo mala fides præſcribentis arguitur. *l. quemadmodum C. de agric. & cenſitis lib. 11. l. final. § ſin autem. C. communia de legat. cap. dudum in 1. de electione*, per quæ iura ita dicit Alexand. *in conſil. 46. in fin. volum. 3.* refert, & ſequitur Curt. iun. *in conſil. 60. in fin. gloſſ. in l. 1. C. de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcalis. lib. 10.* Bald. *in conſil. 347. poſt medium volum. 1.* Crauett. *de antiquit. parte 4. ſectio. Materia iſta ſingularitatis, num. 4. verſ. ſed vbi apparet.* Et quando præſcriptio in hoc caſu dicatur incontinenti probari, Alexand. *in conſil. 66. num. 6. vol. 2.* & quomodo hæc probatio dicatur iudici arbitraria, Menoch. *de arbitrariis. caſu 12.*

ARTICVLVS III.

Quid ſit legitimus contradictor.

SVMMARIA.

1. *Contradictor legitimus quis ſit ad effectum impediendi hæredem immitti.*
2. *Poſſeſſor ſine titulo non eſt legitimus contradictor, & num 6.*
3. *Legitimatio perſonæ etiam in iudicio ſummario facienda eſt.*

4. *Poſſeſſor quilibet eſt citandus, vt amoueri poſſit.*
5. *. . etiam ſtante clauſula. Amoto poſseſſore.*
7. *. . in iudicio immiſſionis hæredis, quæ allegare poſſit.*
8. *. . etiam nullam habens cauſam poſſidendi non tenetur reſtituere poſseſſionem niſi ei qui docet de iure ſuo.*
9. *. . aliquando abſoluitur per non ius actoris.*
10. *. . admittitur ad probandum, defunctum non poſſediſſe de tempore mortis.*
11. *Hæredi ſcripto incapaci non datur remedium immiſſionis.*
12. *Poſſeſſore opponente exceptiones concernentes petitorium, probationes incontinenti fieri debent.*
13. *. . de ſua poſſeſſione non amouetur, niſi plenè diſcuſſis ſuis iuribus.*
14. *Poſſeſſor eſt legitimus contradictor, quando habuit poſſeſſionem ab hærede.*
15. *Hæres non impeditur immitti à filio petente ſupplementum legitimæ.*
16. *Poſſeſsio non acquiritur propter incertitudinem.*
17. *Fideicommiſſarius non poſſidens non eſt legitimus contradictor.*
18. *. . debet capere poſseſsionem de manu hæredis etiam in caſibus, in quibus reſtitutio fit ipſo iure.*
19. *Legatarius non poſſidens, non eſt legitimus contradictor.*
20. *Poſseſsor cum titulo eſt legitimus contradictor, & impedit immitti hæredem.*
21. *. . & probatur in fideicommiſsario, & legatario, & donatario.*
22. *Poſseſsio debet eſse ſine vitio, vt quis ſit legitimus contradictor.*
23. *. . vitioſa quando dicatur.*
24. *. . vitioſa non dicitur quando quis ingreditur vigore clauſulæ conſtituti.*
25. *Conſtitutarius ſi non capit poſseſſionem, amittit ciuilem.*
26. *Poſseſſio dicitur legitima per conſtitutum in diuiſione inter fratres.*
27. *. . dicitur legitima ſi capta eſt authoritate propria, de licentia teſtatoris.*
28. *Poſseſsor legitimus etiam debet reſtituere hæredi ad effectum faciendi detractiones.*
29. *Fideicommiſsarius poſſidens authoritate iudicis, parte non citata, debet reſtituere hæredi.*
30. *Poſseſsor factus cum clauſula ſine præiudicio, habetur pro non poſseſsore.*
31. *Fideicommiſsarius non debet reſtituere hæredi, quando detractiones ſunt certæ quantitatis.*
32. *. . idem ſi cepiſſet poſſeſſionem ab hærede.*
33. *. . & an tunc cenſeatur remiſſa Trebellianica.*
34. *Fideicommiſſarius capiens poſſeſſionem authoritate teſtatoris, debet illam reſtituere ſtante ſtatuto de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem.*
35. *Contradictor legitimus an ſit, qui habuit titulum ab hærede, & poſſeſſionem ab alio ante mortem teſtatoris.*
36. *Poſſeſſorium quando habeat complicatam cauſam præſumptionis falſitatis.*
37. *Poſſeſſor cum derogatione fideicommiſſi eſt legitimus contradictor contra fideicommiſſarium.*
39. *Iudicium executiuum quando eſt vulneratum, ſit tranſitus ad iudicium ordinarium.*
40. *Poſſeſſor poſt mortem teſtatoris ſi oſtendat iuſtum titulum, eſt legitimus contradictor.*
41. *Contradictor legitimus non eſt qui non poſſidet, nec habet titulum.*
42. *Contradictor legitimus eſt, citatus ab hærede, etiamſi non poſſideat, nec habeat titulum.*
43. *Citatus cenſetur habilitatus, etiamſi aliàs eſſet inhabilis.*
41. *Citatus cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, non eſt habilitatus, niſi doceat de ſuo intereſſe.*
45. *Citatio quando eſt monitoria, ſed non arctatoria.*

LEGITIMVS contradictor † eſt is, qui aut vltro, aut prouocatus hæredis immiſſionem impedire, vel reuocare procurat. Quamobrem duo capita ad iſtum articulum pertinere apparet. In primo capite, quando ſua ſponte impedire procurat, multi caſus explicandi ſunt. 1.

Primus caſus eſt, quando ſolam poſſeſſionem † habet, ſed de titulo dictæ poſſeſſionis docere non poteſt, & tunc ſi comparet ad impediendam immiſſionem per iudicium ſummarium immiſſionis, primùm docere debet de ſua poſſeſſione, quoniam in quocumque iudicio quantumuis ſummario, † ſemper perſona legitimanda eſt. Dec. *in l. final. num* 47. *C. de edict. diui Adr. toll.* Iaſ. *in rubric. col.* 1. *C. qui admitti*, & poſſeſsione probata, & ita docto de iure ſuo, debet citari & audiri. *l.* 1. *in princip. ff. de appellat. recipiend. c. veniens. in* 2. *de teſtib.* nullus enim poſſeſſor † debet à ſua poſſeſſione amoueri, niſi citetur, aliter poſſeſsio alteri data debet reuocari, imò obtinens à iudice immitti in poſſeſsionem, non citato poſſeſſore, incurrit pœnas. *l. cùm quærebatur, & l. meminerint. C. vnde vi.* Bartol. *in conſil.* 91. *numer.* 4. *part.* 1. Alexand. *in conſil.* 3. *in principio volum.* 2. Crauett. *in conſil.* 221. *numer.* 11. Ancharan. *in conſil.* 292. *numer.* 2. *& ſeq.* Grammatic. *in conſil.* 120. *numer.* 11. Imò etiamſi Papa ſcripſerit motu proprio, amoto quolibet poſſeſſore, † nihilominus poſſeſſor amoueri non debet, niſi citatus, Franciſc. Marc. *deciſ.* 219. *part.* 1. Capell. Tholoſan. *deciſ.* 491. & ita etiam fuit in Rota deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 2. *titul. Spoliatus, cap. motu proprio*, & ſcripſi de hoc *in tract. de clauſulis, in clauſula, Amoto poſſeſſore.* Cùm igitur ad eius inſtantiam citatur poſſeſſor, qui in d. iudicio immiſsionis comparuit, ſi quidem ipſe de ſola poſſeſsione † docet, non erit legitimus contradictor ad effectum, vt ei debeat dari libellus, & de iudicio ſummario immiſsionis fiat tranſitus ad iudicium ordinarium acquirendæ poſſeſsionis, ita firmarunt Bartol. *in d. l. final.* & *ibi* Alberic. *n.* 13. quam concluſionem probant communem Zuccard. *in d. l. final. num.* 371. & Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 561. & latiùs *num.* 582. *& in conſil.* 621. *num.* 5. *vol.* 7.
2.
3.
4.
5.
6.

Declaratur iſte caſus, nam licèt poſſeſſor iſte non ſit legitimus contradictor, ad effectum, vt ſibi dandus ſit libellus, tamen in eodem iudicio ſummario immiſsionis audiri poteſt, & aliquid allegare † ad excluſionem hæredis. Paul. de Caſtr. *in d. l. final. numer.* 6. *verſ. quilibet autem*, vbi quòd admittitur ad probandum, quòd tempore mortis 7.

mortis, illa bona non poſſidebantur per defun-
ctum, Alexand. *numer. 23. verſ. addit etiam.* Iaco-
bin. *num.* 46. Dec. *num.* 41. Zuccard. *num.* 392.
Menoch. *in d. 4. remed. adipiſcend. numer.* 583. quo-
niam poſſeſſor non tenetur reſtituere ſuam poſſeſ-
8. ſionem, † niſi ei, qui probauerit ſuam intentio-
nem. *l. final. C. de rei vendicat.* etiamſi ipſe poſ-
ſeſſor nullam habeat cauſam poſſidendi, quoniam
non curamus de iure poſſeſſoris, ſi non conſtat
de iure petitoris, quia actore non probante,
is qui poſſidet obtinere debet, *l. 1. C. de alienat.*
iudic. mut. cauſ. fact. §. *retinendæ. Inſtit. de interdict.*
Bald. *in d. l. final. quæſt. 6. C. de edict. diui Adriani*
tollend. cap. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. Item reus poſſeſ-
9. ſor † abſoluendus eſt per non ius actoris. Roman.
in conſil. 347. *in princip.* Geminian. *in conſil.* 91. *in*
princip. & ita iudicatum, *Digeſt. Nouiſſim. tomo* 1.
titulo Reus. cap. quoad effectum. Cùm autem funda-
mentum intentionis hæredis petentis immitti ſit
probare, quòd defunctus tempore mortis poſſi-
debat, Dec. *in d. l. final. numer.* 40. *verſ. ſecun-*
dò limitatur, poteſt poſſeſſor hanc exceptionem
opponere, quia ſua intereſt ne de poſſeſſione ex-
pellatur, quo caſu non dicitur legitimus contra-
dictor ad effectum vt fiat tranſitus de iudicio ſum-
mario ad ordinarium, ſed tantùm excipit in iu-
dicio ſummario de non iure petentis, & ſicut hæ-
res debet probare defunctum poſſediſſe, ita
10. etiam reus † poſſeſſor admittitur ad proban-
dum non ius petentis, & quòd defunctus nequa-
quam poſſidebat tempore mortis ſuæ. Idem ſi
poſſeſſor opponeret de non iure petentis cir-
ca titulum, vt quia non eſſet hæres. Alexand.
in d. l. final. numer. 23. Iacobin. *numer.* 45. *& ſeq.*
Idem ſi opponeret incapacitatem hæredis, nam
11. hæredi † ſcripto incapaci non conceditur immiſ-
ſio, vigore *d. l. final.* Bald. *in d. l. final. poſt numer.*
42. *verſ. ſecundò conſideret.* Igneus *in Auth. ex*
cauſa numer. 117. *verſ. addo aliud. C. de liber. præ-*
terit. Menoch. *in d. remed.* 4. *numer.* 753. qui ad-
dit rationem, quia omnis diſpoſitio recipit limi-
tationem de habili, & idoneo, *l. vt gradatim. ff.*
de muner. & honor. Iaſ. & cæteri *in l. 1. C. de ſa-*
croſanct. Eccleſ. Tiraquell. *in tract. de morte part.* 2.
declarat. prima, & alij per Marotium *in conſil.* 50.
numer. 3. Sed Alexand. & Iacobin. *in locis præalle-*
gatis, dicunt, quòd quando reus poſſeſſor †
12. opponit exceptiones, quæ concernunt petito-
rium, probationes incontinenti faciendæ ſunt,
ſecus quando reſpiciunt poſſeſſorium, ſed Paul.
de Caſtr. prudentiùs dicit *in d. l. final. numer.*
15. *verſ. præterea etiam*, quòd etiam ſi probatio
incontinenti eſt neceſſaria, ad impediendam d.
13. immiſſionem hæredis, tamen poſſeſſor † de
ſua poſſeſſione non expellitur, niſi plenè diſcuſ-
ſo negotio in plenario poſſeſſorio, vel petitorio, &
ratio eſt, quia ſemper d. immiſſio fit ſaluo iure
cuiuſcunque poſſeſſoris, & ideo ſtatim fit tranſi-
tus de poſſeſſorio ad petitorium, Zuccard. *in*
d. l. final. numer. 393. Menoch. *in d. remed.* 4. *nu-*
mer. 563.

Secundò declaratur, nam ſi iſte poſſeſſor
14. habuit poſſeſſionem † ab hærede, licèt non poſ-
ſit docere de titulo, tamen factus eſt legiti-
mus contradictor, quia hæres qui ex facto pro-
prio cecidit à poſſeſſione, non poteſt vlteriùs
petere ſe in eandem poſſeſſionem immitti. Ri-
pa *in cap. ſæpe numer.* 27. *de reſtitut. ſpoliat.* So-
cin. *in l. rem quæ nobis, numer.* 8. *ff. de acquirend.*
poſſeſſ. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15.
& *in d. remedio 4. adipiſcend. numer.* 583. *& ſeq. nu-*
mer. 95. Quamobrem licèt filius prætendens
ſupplementum legitimæ, † non poſſit impedi- 15
re immiſſionem hæredis, quia d. exceptio eſt
prius liquidanda, requirit enim altiorem inda-
ginem, cùm probandus ſit numerus filiorum
tempore obitus. Item quantitas patrimonij,
& propter incertitudinem quantitatis non po-
teſt aliqua poſſeſſio † acquiri. Menoch. *de recu-* 16.
perand. poſſeſſ. remed. 9. *numer.* 221. *& ſeq.* Rip. *in*
l. in quartam numer. 113. *ff. ad legem falcid.* nec de-
betur ſuper vna re tantùm, ſed ſuper ſingulis
bonis, & ideo filius non habet electionem cor-
poris bonorum. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 163. *n.* 17.
Craſſ. *in* §. *legitima. quæſt.* 1. 16. *numer.* 4. & ſcri-
pſi de hoc latiùs *in parte* 1. *quæſtion... articul...*
Tamen ſi hæres dederit poſſeſſionem filio alicu-
ius corporis pro ſupplemento legitimæ ſuæ, non
poteſt poſtea obtinere immiſſionem ſuper illo cor-
pore bonorum, cùm ex facto ſuo à poſſeſſione ceci-
derit, & ex facto hæredis declaratus eſt ei titulus
ſupplementi legitimæ, qui ante declarationem alle-
gari non poterat.

Secundus caſus eſt, quando quis titulum ha-
bet, ſed poſſeſſionem adhuc conſequutus non
fuit, vt de fideicommiſſario † dici poteſt, qui 17.
non erit legitimus contradictor. *l. filiam fratri-*
bus, & *ibi* Bartol. & Alexand. *ff. ad Trebellian.*
Bald. *in d. l. final. numer.* 32. *C. de edict. diui Adr.*
tollend. & *ibi* Alberic. *numer.* 15. Paul. de Caſtr.
numer. 13. Alexand. *numer.* 13. qui atteſtatur de
communi, Cornel. *numer.* 43. Dec. *numer.* 48.
Zuccard. *numer.* 417. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*
quæſtion. 42. *numer.* 3. Simon de Pret. *de interpre-*
tat. vltim. voluntat. lib. 5. *dubitat.* 1. *numer.* 88. *&*
ſeq. fol. 504. Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcend.*
numer. 630. *& ſeq.* qui alios referunt, & ita ſem-
per fuit in omni foro iudicatum, in conſiſtorio
regni Siciliæ, item in Rota Peruſina, item in
Senatu Mantuano, & in Rota Romana, prout *in*
Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. *titul. Fideicommiſſarius. cap. niſi*
hæreditas, & cap. vt fideicommiſſarius, & titulo Hæres,
cap. de manu, & tomo 1. *titulo compromiſſum. cap. vt inter*
perſonas.

Declaratur iſte caſus, vt procedat etiam in ca-
ſibus, in quibus reſtitutio fideicommiſſi fit ipſo
iure, ſine reſtitutione, de quibus *in l. ſancimus.* §.
cum autem. ff. ad Trebellian. quia etiam in illis de-
bet capere † poſſeſſionem de manu hæredis. gl. *in* 18.
l. 1. *verſ. quoties. ff. ad Trebellian.* Bald. *in l. pen. C. eod.*
tit. Crauett. *in conſil.* 376. *numer.* 12. Rimin. iun.
in conſil. 363. *num.* 21. *vol.* 4. *& in conſil.* 729. *num.*
9. *volum.* 7. & alij ad hoc relati per Surd. *in conſ.* 73.
num. 29. & per Rot. Peruſin. Ludouic. *deciſ.* 47. *num.* 15.
tunc enim non eſt legitimus contradictor, ad effe-
ctum impediendi proceſſum ſummarium immiſſio-
nis, ſed in eodem proceſſu in ſuis iuribus audiendus
eſt, Zuccard. *in d. l. fin. n.* 418. *C. de edict. diui Adr. toll.*
Achill. Perſonalis *in tract. de adipiſcend. poſſeſſ. numer.*
411. *verſ. ſi autem fideicommiſſarius.* Menoch. *in d. re-*
med. 4. *adipiſcenda num.* 633 *in fine.* Craſſ. *in* §. *fideicom-*
miſſum, quæſt. 43. *in fine.* Idem in legatario dicendum
eſt, † nam ſi non poſſidet, non eſt legitimus contra- 19.
dictor, & hoc eſt verum non ſolùm ad impedien-
dum ſummarium immiſſionis proceſſum, ſed etiam
vt in ſuis iuribus audiatur, quoniam legata-
rius eſt ſingularis ſucceſſor, cui non competit re-
medium d. l. final. vt ſcripſi in primo articulo hu-
ius quæſtionis, ideo nihil iuris habet, ſuper quo
audiri poſſit.

20. Tertius caſus eſt, quando quis poſſidet, † &
habet titulum, tunc eſt legitimus contradictor,
ita firmarunt *in d. l. final.* Bartol. & Alberic. *nu-
mer.* 14. Berous *conſil.* 54. *numer.* 3. *volum.* 1. &
alij per Menoch. relatum *in remedio* 4. *adipiſcend.*
21. *numer.* 565. *&* 586. Idcirco fideicommiſſarius, †
qui habet titulum fideicommiſſi, & poſſidet, eſt
legitimus contradictor, quia incontinenti po-
teſt docere de iure ſuo, Bartol. *in d. l. final. numer.*
22. Alberic. *numer.* 15. Corn. *numer.* 43. Dec. *nu
mer.* 48. qui atteſtatur eſſe communem opinio-
nem. Mantic. *in* 1. *lectur. numer.* 182. Roland. *in
conſil.* 1. *numer.* 71. *volum.* 1. *& in conſil.* 78. *numer.*
3. *volum.* 3. Menoch. *in conſil.* 722. *num.* 8. *& in d.
remed.* 4. *adipiſcend. numer.* 634. Gabriel *de fideicom-
miſſ. concluſ.* 5. *num.* 1. & ita ſemper fuit iudica-
tum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *titul. Contradi
ctor. cap. vt fideicommiſſarius, & titulo Fideicom-
miſſarius. c. vt fideicommiſſarius. & c. vt autem, & tom.
1. tit. Interdictum. c. fideicommiſſarius.* Item ſi legatarius
poſſidet, idem dicendum eſt quod de fideicom-
miſſario ſcripſimus, Menoch. *in d. remed.* 4. *adi-
piſcendæ. numer.* 642. *verſ. ſi verò.* Idem in donata-
rio, nam ſi poſſidet, eſt legitimus contradictor, &
impedit immiſſionem hæredis. Oldrad. *in conſil.*
139. *numer.* 9. Alexand. *in conſil.* 83. *num.* 6. *verſ.
& ſubdit. volum.* 2. etiamſi donatarius apprehendiſ-
ſet poſſeſsionem propria authoritate poſt mortem
teſtatoris. Berous *in conſil.* 60. *numer.* 4. *volum.* 2.
Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcendæ num.* 588. Surd.
in conſi. 263. *num.* 3. *vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, dummodo iſte contra-
22. dictor † ſine vitio poſsideat, licèt enim incon-
tinenti vellet dicere de iure ſuo, tamen ſi cum
vitio poſsideat, non eſt legitimus contradictor,
Dec. *in d. l. final. numer.* 48. *C. de edict. diui Adrian.
tollend.* & *ibi* Cornel. *numer.* 43. Zuccard. *numer.*
423. Gozadin. *in conſil.* 33. *numer.* 10. Dec. *in con-
ſil.* 82. *numer.* 7. *& in conſil.* 414. *numer.* 10. Hon-
dedeus *in conſil.* 28. *numer.* 1. *volum.* 2. Peregrin.
in conſil. 24. *numer.* 8. *volum.* 4. Menoch. *in con-
ſil.* 722. *numer.* 2. *volum.* 8. *& in d. remed.* 4. *adipi-
ſcend. numer.* 635. Tiraquell. *in tract. de morte. par-
te* 2. *declarat.* 11. *numer.* 4. Gabriel *de fideicom-
miſſ. concluſ.* 5. *colum.* 1. Simon de Pret. *de inter-
pretat. vltim. voluntat. lib.* 5. *dubitat.* 1. *num.* 94.
fol. 504. & in omnibus allegatis deciſionibus
tribunalium in principio huius tertij caſus, pro
axiomate iuris conſtituitur, tria eſſe neceſſaria,
vt quis dicatur legitimus contradictor, videli-
cet, vt poſsideat, item ſine vitio poſsideat, de-
nique vt incontinenti de iure ſuo docere para-
tus ſit.

23. Declaratur ſecundò, vt vitioſa † poſſeſsio di-
catur, quando quis propria authoritate ius ſibi
dicit, & hæreditatem iacentem, quaſi poſsiden-
tem ſpoliat, *cap. conſultationibus*, & *ibi* notant
omnes, *de iure patronatus*, etiamſi eſſet filius. Gui-
dopap. *deciſ.* 366. Idem de fideicommiſſario,
Zuccard. *in d. l. final. numer.* 374. Ripa *in l.* 1. *nu-
mer.* 5. *ff. quorum legat.* Doct. omnes *in l. non eſt du-
bium. C. de legatis. & in l. Paulus reſpondit. ff. ad
Trebellian. & in l. extat. ff. de eo quod met. cauſ.*
Item Doct. communiter dicunt poſſeſsionem eſſe
vitioſam, quotieſcumque non capitur de manu
hæredis prout neceſſarium eſt, Dec. *in d. l. fi-
nal. numer.* 48. Zuccard. *numer.* 397. Roland.
qui multos refert *in d. conſil.* 78. *numer.* 14. *vo-
lum.* 3. & plurimi Doctor. cum ſuis rationibus
ad probandam vitioſam poſſeſsionem, referuntur
à Rota *in deciſ.* 520. *& deciſ.* 565. *parte* 1. *in No-
uiſſim. & deciſ.* 485. *in nouiter Nouiſſimis, & deciſ.* 115.
part. 1. in vltimò impreſsis.

Declaratur tertiò, vt non dicatur vitioſa poſ-
ſeſsio, † quando quis illam ingreditur vigo- 24.
re clauſulæ *conſtituti* appoſitæ per diſponentem,
vtputa per donantem irreuocabiliter inter vi-
uos cum clauſula *conſtituti*, nam conſtitutum
operatur etiam collatum in tempus mortis, Ol-
drad. *in d. conſil.* 139. *in* 5. *dubio.* Alexand. *in con-
ſil.* 83. *numer.* 6. *verſ. & ſubdit quod effectus, vo-
lum.* 2. Dec. *in l. contractus num.* 17. *ff. de regul. iur.*
Iaſ. *in l. quoties, numer.* 17. *in fin. C. de rei vendi-
cat. & in conſil.* 147. *colum.* 9. *verſ. primò ex limita-
tione, volum.* 2. Neguſant. *in tract. de pignor. in* 2.
membro parte 2. *numer.* 7. Tiraquell. *de conſtituto
parte* 3. *limit.* 2. *n.* 17. & de hoc ſcripſi *in tractatu de
clauſulis part.* 1. *clauſula* 20. vbi probaui ita fuiſſe
iudicatum. Cùm igitur conſtitutarius intrat poſ-
ſeſsionem, non dicitur vitiosè poſsidere, imò
ſi poſſeſſor † factus per conſtitutum, poſt mor- 25.
tem conſtituentis longum tempus labi ſinat, &
naturalem poſſeſsionem non capiat, ciuilem poſ-
ſeſsionem amittit, *l. ſi de eo.* §. 1. *ff. de acquirend.
poſſeſſ.* & *ibi* gloſſ. & Doct. & notatur poſt gloſſ. per
Abb. *in cap. cùm veniſſent. colum. final. de reſtitut.
ſpoliat.* Ancharan. *in conſil.* 133. *numer.* 3. Felin. *in
cap. vigilanti, numer.* 20. *de præſcript.* Gabriel *in
conſil.* 31. *numer.* 13. *volum.* 1. Idem ſi clauſula
conſtituti appoſita fuerit in inſtrumento diuiſio-
nis † factæ inter fratres, talis enim poſſeſsio dici- 26.
tur legitima, & non vitioſa. Oldrad. *in d. conſil.*
139. *in ſeptimo dubio*, Alexand. *in conſil.* 63. *nu-
mer.* 6. *verſ. & ſubdit. volum.* 2. Odd. *in conſil.* 22.
num. 5. *vſque ad finem.* Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcen-
dæ num.* 587.

Declaratur quartò, legitimam eſſe poſſeſsio-
nem poſt mortem teſtatoris propria authoritate
captam, ſi à teſtatore † ipſo dicta licentia ingre- 27.
diendi data fuiſſet, *l. Titia cum teſtamento.* §. *Lu-
cius. de legat.* 2. Iaſ. *in l. non eſt dubium. C. de legat.*
Roland. *in conſil.* 73. *numer.* 8. *volum.* 3. & alij plu-
res ad hoc allegati per Menoch. *in d.* 4. *remed. adi-
piſcend. numer.* 636. *& in conſil.* 742. *num.* 6. *volum.*
8. & per Ioſeph. Ludouic. *in d. deciſ. Peruſin.* 47.
num. 19. & per Rotam *in d. deciſ.* 115. *num.* 17. *part.*
1. in vltimò impreſsis. Sed hæc opinio ita demum
procedit, vbi clarè patet hæredi nullas compe-
tere detractiones, tunc enim fideicommiſſarius
omninò eſt in poſſeſſione manutenendus, Me-
noch. *in d. conſil.* 722. *numer.* 6. *& in conſil.* 742. *nu-
mer.* 6. *& ſeq. volum.* 8. Sed vbi hæres vult facere
ſuas detractiones, etiamſi fideicommiſſarius quo-
modocunque legitimè † poſsideat, debet hæ- 28.
redi reſtituere ad effectum detrahendi. Bald. *in l.*
1. *numer.* 3. *C. quorum legat.* Paul. de Caſtr. *in d.
l. final. numer.* 13. *C. de edict. diui Adrian. tollend.*
Alexand. *numer.* 24. Sapia *numer.* 106. Zuccard.
numer. 426. *&* 428. quia ſi teſtator non prohibuit
detractiones, videtur ſolùm conceſsiſſe faculta-
tem capiendi ſuam portionem, & ita ſolùm in
caſu quo facta fuerit detractio, Ruin. *in conſil.*
140. *numer.* 4. *volum.* 5. Roland. *in d. conſil.* 78. *num.*
21. *vol.* 3. & alij ad hoc relati per Surd. *in deciſ.* 333. *n.*
8. poſſet enim eſſe, quòd factis detractionibus ni-
hil ſupereſſet reſtituendum, & quia æs alie-
num abſorbeat totam hæreditatem, & ita deficit
vnum de requiſitis neceſſariis, vt fideicommiſſarius
ſit legitimus contradictor. Idem ſi fideicommiſſa-
rius † poſſideret authoritate iudicis, ſed parte non 29.
citata

citata, quia etiam reſtituere debet ad hoc vt hæres ſuas faciat detractiones. Hondedeus *in conſil.* 28. *numer.* 7. *volum.* 2. Ludouic. *in d. deciſ. Peruſin.* 47. *numer.* 22. Rota *deciſ.* 520. *numer.* 16. & *ſeq. part.* 1. *in Nouiſsim.* tantò magis quando iudex dedit poſſeſſionem cum clauſula, *ſine præiudicio*
30. † *iurium partium*, quæ operatur, vt reſpectu prætendentis intereſſe, habeatur pro non poſſeſſore, Ludouic. *in d. deciſ.* 47. *num.* 22. & ſcripſi de hoc in tractatu *de clauſulis parte* 1. *in clauſula, ſine præiudicio.* Intelligo tamen hæc non procedere quando detractiones eſſent certæ
31. quantitatis, † de qua certitudine conſtare poſſet, tunc enim fideicommiſſario legitimo poſſeſſore facto per licentiam teſtatoris, non debet totam hæreditatem reſtituere hæredi, ſed tantùm pro quantitate certarum detractionum, Zuccard. *in d. l. final. numero* 428. *C. de edicto diui Adr. tollend.* Corn. *in conſil.* 232. *numer.* 4. *volum.* 4. Ruin. *in d. conſil.* 140. *num.* 7. *volum.* 5. Pariſ. *in conſil.* 13. *numer.* 113. & *ſequent. volum.* 3. Menoch. *in d.* 4. *remedio*
32. *adipiſcendæ, numer.* 641. Idem ſi fideicommiſſarius † apprehendiſſet poſſeſſionem de voluntate hæredis, tunc enim etiam ſi ille prætendere potuiſſe detractiones, permittendo poſſeſſionem
33. fideicommiſſario, Trebellianicam † remiſiſſe cenſetur, & ita illi reſtitutio non eſt facienda. Dec. *in d. l. final. numer.* 48. Zuccard. *numer.* 428. Paulus de Caſtr. *in conſil.* 137. *in primo dubio, volum.* 1. Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcend. numer.* 640. Quod ego intelligo de reſtitutione totius hæreditatis, non autem de reſtitutione illarum portionum, quas hæres detrahere debet, nam dicta permiſſio ingrediendi poſſeſſionem intelligenda eſt, vt quanto minus præiudicium faciat hæredi, & ſatis eſt ſi vnum tantùm effectum operatur, vt fideicommiſſarius non teneatur reſtituere ad effectum faciendi detractiones, ſed teneatur reſtituere ipſas portiones detrahendas per hæredem, qui permittendo ingreſſum in poſſeſſionem, non cenſetur portiones ſuas donare voluiſſe. Item ſi teſtator ordinauerit fideicommiſſarium propria authoritate poſſeſſionem capere poſſe, & extet ſtatutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, nunquam
34. fideicommiſſarius † ingrediendo poſſeſſionem, erit legitimus contradictor, Iaſon *in conſ.* 146. *vol.* 4. Cotta *in ſuis memorialib. in verſ. Decreto Mediolanen.* Simon de Pret. *lib.* 5. *dubitat.* 1. *numer.* 123. *fol.* 505. Quo caſu hæres duo habebit beneficia ad petendum ſe immitti, alterum ex *d. l. final. C. de edicto diui Adriani tollendo*, alterum ex d. ſtatuto de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem. Bald. *in rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. col. pen. verſ. quæro quæ poſſeſſio ſit iſta.* Dec. *in conſil.* 84. *numer.* 1. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 1. *num.* 346. & *ſeq. quæſt.* 37. Addentes ad Albam *in conſil.* 798.

35. Declaratur quintò quando habuit alterum titulum ab hærede, & poſſeſſionem ab alio † ante mortem teſtatoris, tunc enim etiam erit legitimus contradictor, vt poſt Bartol. *in d. l. final. numer.* 9. Dec. *numer.* 42. *verſ. ſi verò iſte poſſeſſor. C. de edicto diui Adrian. tollend.* Zuccard. *numer.* 39. & alij relati per Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcend. numer.* 593. Idem ſi haberet parem titulum ab alio quocunque, vt quia alterum teſtamentum produxerit, nam paritas tituli facit ceſſare immiſſionem. Ruin. *in conſil.* 28. *numer.* 2. *verſ.* & *ſubdit. volum.* 5. & *in conſil.* 151. *numer.* 5. *volum.* 2. & hanc tenet Bartol. *in d. l. final. numer.* 21. *verſ. quandoque quis venit poſt iuſſum*, & *in l. penultim. numer.* 1. *ff. de petit. hæredit.* Innoc. *in cap. veniens in* 2. *numer.* 1. *de teſtib.* Item quia in concurſu parium titulorum procedendum eſt ordinariè, Seraphin. *deciſ.* 253. *numer.* 1. quia hoc poſſeſſorium † habet complicatam cauſam præſumptionis 36.
falſitatis alterius teſtamenti, ideo ratione complicationis, & mixturæ datur appellatio. Bald. *in conſil.* 141. *numer.* 7. *volum.* 1. Propterea ſi fideicommiſſarius vniuerſalis peteret ſe immitti in poſſeſſionem bonorum, & poſſeſſor allegaret titulum cum derogatione fideicommiſſi, † & ita quòd legitimè 37.
detinet, ex huiuſmodi duplici capite ſuſpendenda eſt immiſſio, & licentia de ingrediendo, donec diſcutiatur de dictis iuribus. Zuccard. *in d. l. final. numer.* 391. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 48. *numer.* 23. & *ſeq.* & *num.* 40. Tanto magis, quia per ſententiam Senatus, & Principis, derogantis fideicommiſſo eſt vulnerata via executiua, † ad inſtar obligationis cameralis, ita vt ordinariè 39.
ſit agendum, Rota *deciſ.* 132. *part.* 2. *in Nouiſſim.* & multa ad hoc allegat Gonzales ſuper 8. regula cancellariæ *gloſ.* 6. *numer.* 202. Idem ſi poſſeſſionem habuiſſet poſt mortem teſtatoris, † 40.
& ſtatim oſtenderet titulum ſuum præcedentem, atque clarè doceret de iure ſui dominij, tunc enim eſſet legitimus contradictor, & immiſſionem impediret, vt *in d. l. final.* Bartol. & alij, & Paul. de Caſtr. *num.* 7. Dec. *num.* 43. Zuccard. *num.* 399. Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſcend. num.* 605. Cùm enim verum dominium habeat, excludit hæredem qui habet quaſi dominium, & publicianam, vt not. gloſſ. *in l. ſine autem.* §. *ſi duobus. ff. public. in rem actione.*

Quartus caſus eſt cùm quis non poſſidet, † nec 41.
habet titulum, & iſte nullo modo poteſt impedire iudicium ſummarium immiſſionis, quia deficiant requiſita neceſſaria, vt legitimus contradictor dici poſſit, de quibus tractauimus in præcedentibus caſibus, & ita probant poſt gloſſ. *in d. l. final.* Paul. de Caſtr. *numer.* 15. *verſ. præterea etiam*, & Zuccard. *num.* 378.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando non habens poſſeſſionem, neque titulum, fuit citatus ab hærede, † nam qui prouocatur per 42.
citationem, cenſetur approbatus ad impediendum ſummarium immiſſionis iudicium. Bartol. *in d. l. final. numer.* 21. Bald. *numer.* 42. Iaſ. *numer.* 23. Iacobin. *numer.* 45. Zuccard. *numer.* 405. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Menoch. *in d.* 4. *remedio adipiſcendæ numer.* 555. Nam eo ipſo quòd quis citatus eſt, eius perſona cenſetur habilitata, † vt notant Iaſ. & cæteri *in* 43.
l. de pupillo. §. 1. *ff. de noui oper. nuntiat.* propterea ſi citatur filius familias, qui non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vel ſeruus, aut alia perſona inhabilis, ſtatim citatione facta cenſentur habilitati ad contradicendum, Innoc. *in cap. cum inter. de exception.* Bartol. *in l. cum mulier. colum.* 2. *ff. ſolut. matrimon.* Iaſ. *in d. l. final. numer.* 24. *C. de edict. diui Adrian. tollend.* Secus ſi fuerit citatus † cum clauſula, *ſi ſua putauerit* 44.
intereſſe, quia tunc eius perſona non eſt approbata, quoniam non fuit ſimpliciter citatus, ſed quatenus ſua interſit, & ita ſub conditione citatus, gloſſ. *in l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fuer. alienat.* & notat Iaſ. *in d. l.* 1. §. 1. *ff. de noui oper. nunciat.* & *in d. l. final. numer.* 24. Ergo tunc non cenſetur ſimpliciter habilitatus ad

ad contradicendum, ſed ſub conditione ſi docuerit de ſuo intereſſe, Paul. de Caſtr. *in l. libertus. ff. de in ius voc.* Bald. *in d. l. final. quæſt. 5. C. de edict. diui*
45. *Adriani tollend.* dicta enim citatio † eſt monitoria, non autem arctatoria, & ideo non impediet iudicium immiſſionis, niſi talia probet, per quæ illud iudicium impedire poſſit, Ludouic. Marot. *in d. conſil. 50. numer. 3.* Menoch. *in d. remed. 4. adipiſcendæ. num. 615.* Rota Genuæ *in deciſ. 143. in antiquis.*

Articvlvs IV.

An à ſententia ſuper remedio legis finalis *C. de edicto diui Adr. tollendo*, permiſſa ſit appellatio.

SVMMARIA.

1. *Appellatio non datur à decreto, quòd hæres immittatur in poſſeſſionem.*
2. *... quod procedit etiam de iure Canonico.*
3. *Liber decretorum quando dicatur approbatus pro iure Canonico.*
4. *Gratianus, & cæteri Canoniſtæ in quibus errauerint.*
5. *Appellatio cenſetur prohibita quoad effectum ſuſpenſiuum, non autem deuolutiuum.*
6. *... quoad effectum deuolutiuum permittitur in omnibus poſſeſſoriis.*
7. *Appellatio ſi eſt prohibita, cenſetur permiſſa à notoria iniuſtitia.*
8. *Clauſula* Appellatione remota, *non impedit appellationem à notoria iniuſtitia.*
9. *Statutum auferens appellationem, non comprehendit notoriam iniuſtitiam.*
10. *Appellatio nunquam cenſetur prohibita quando conſtat de notorio grauamine.*
11. *Appellatio prohibita in poſſeſſorio, cenſetur permiſſa propter mixturam, cum petitorio.*
12. *... in poſſeſſoriis mixtis datur quoad vtrumque effectum.*
13. *... à ſententia ſuper immiſſione, & ſuper fructibus, valet ſolum reſpectu condemnationis fructuum, ſed reſtituta prius poſſeſſione.*
14. *Appellatio quando eſt prohibita in principali, cenſetur etiam prohibita ab interlocutoria ſuper incidentibus.*
15. *Appellatione prohibita, minor petiiſſe in integrum reſtitui, & impedit executionem.*

CErti, & indubitati iuris eſt, à decreto, quòd hæres mittatur in poſſeſſionem, † non dari appellatio-
1. nem. *l. final. ff. de appellat. recipiend.* & eſt caſus *in l. quiſquis, C. quorum appell. non recipiantur*, vbi voluntas teſtatoris celerem executionẽ requirit, & ſi daretur appellatio, illa lex eſſet fruſtratoria, & hãc concluſionem firmant Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. Salyc. Alexand. Dec. Iaſ. Curt. iun. Sebaſtian. Sapia & Zuccardus, qui eoſdem refert, *in l. final. numer. 389. C. de edict. diui Adrian. tollend.* Item Ludouic. Bolognin. & Iacobin. de Sancto Georgio, & alij relati per Tiraquell *in tract. de morte part. 6. declar. 6. n. 2.* & Menoch. *in 4. remed. adipiſc. poſſeſ. numer. 826.* Specul. *in titulo de appellationibus. §. in quibus, numer. 10. verſ. 8.* Innoc. *in cap. paſtoralis. numer. 3. propè finem, verſ. ad hoc ita. de offic. iudic. delegati*, Roland. *in conſil. 77. numer. 12. verſ. ſimiliter. volum. 2.* Couarr. *in lib. practic. quæſt. cap. 21. numer. 8. verſ. prima concluſio.* Cacheran. *deciſ. 25. num. 9.* Achill. Perſonal. *in tractatu de adipiſcend. poſſeſſ. num. 130. verſ. deinde quæro, & numer. 131. & ſeq.* Cæſar Contard. *in l. vnic. in 4. ratione decidendi, numer. 1. & 4. verſ. quæ ratio, & in limitatione 17. numer. 18. & ſeq. C. ſi de momentanea poſſeſ. fuer. appellatum*, Scaccia *in tract. de appellationibus lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limitatione 6. membro 4. numer. 6. fol. 519.* qui alios refert, & ita fuit iudicatum ſemper. Guidopap. *deciſ. 132.* Cacheran. *deciſ. 25.* Verall. *deciſ. 223. numer. 1. part. 1. vt in Digeſt. Nouiſſim. tom. 1. titul. Appellatio, cap. in notoriis.* Vbi quòd ex teſtamento non vitiato cauſatur notorium, quod non permittit appellari.

Declaratur iſte articulus, vt procedat † tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico, quia 2.
text. *d. l. quiſquis. C. quorum appellationes non recip.* eſt canonizatus de iure Canonico. *cap. final. §. ſi quis etiam. 2. quæſtion. 6.* & ita firmant Bero. *in quæſt. familiar. quæſt. 44. numer. 3.* & Petrus Benintend. *deciſ. 79. numer. 7. in fin.* Neque obſtant ſcripta per Scacciam *de appellat. in lib. 3. c. 2. quæſt. 17. limitat. 6. membro 1. numer. 2.* vbi quòd Gratianus non habebat authoritatem condendi ius Canoni-
cum, quia † liber Decretorum fuit approbatus ab 3.
Eugenio Papa tertio, vt atteſtatur Cornelius Benincaſa *in tract. de paupertate, quæſt. 3. num. 24. in 18. volumine tractatuum fol. 141.* & probat Faſciculus temporum ſub Eugenio. Et quòd dictus liber ſit approbatus ſaltem per conſuetudinem antiquiſſimam, probat Felin. eſſe communem opinionem *in cap. 2. num. 44. de reſcript.* Item quia *in proœmio Decretalium in fine* dicitur, quòd ab hac compilatione non excluditur liber Decretorum. Et licèt multi compilauerint er-
rores Gratiani, † Antonius Auguſtinus fecit librum 4.
particularem de emendatione errorum Gratiani, Cepolla *in tractatu de cognitione librorum iuris Canonici, à num. 14. cum plur. ſeq.* qui ſcribit latiſſimè errores Gratiani. Item Felin. *in d. cap. 2. de reſcriptis*, dicit, rubricas decretorum non eſſe approbatas, & communiter teneri fuiſſe reprobatas, tamen nullus ex ſcriptoribus eſt, qui non errauerit, etiam ſummos Pontifices, in condendis Decretalibus, aliarum oblitos eſſe, teſtatur text. *cap. præterea diſtinct. 23.* Item Vrbanus Papa *in cap. final. 30 quæſt. 4.* dicit non reperiri iure cautum virum, & vxorem ſimul poſſe puerum in Baptiſmo ſuſcipere, ſed hoc antea Leo prohibuerat, vt *in cap. non plures, de conſeruatione diſtinct. 4.* & hoc fatetur gloſſ. *in d. cap. præterea, diſtinct. 23. & in cap. 1. de conſtitut. lib. 6.* licèt gloſſ. *in cap. final.* illum excuſet. Item Innocent. tertius, & Celeſtinus tertius ſtatuerunt iura contraria de dirimẽdo matrimonio, nam Celeſtinus voluit, vt alter coniugum iterum potuiſſet contrahere matrimonium, ſi alter eorum in hæreſim incideret, ſed Innoc. prohibuit, vt *in cap. quanto, de diuortiis.* Alexander tertius reprehendit prædeceſſores ſuos *in cap. licèt, de ſponſa duorum.* Item Gregorius tertius, quem iuniorem appellant, reprehenditur *in cap. quod propoſuiſti. 32. quæſt. 7.* Item compilatores Decretalium aliquando aberraſſe, vt affirmatiuam pro negatiua ponerent, ſcribunt Hoſtienſ. Ioann. Andr. & Zabarell. *in cap. final. de precario*, & ipſe Ioann. Andr. ad eorum excuſationem citat illud Horatij dictum, bonus quandoque dormitat Homerus. Satis eſt igitur, quoad effectum, de quo ſcribimus, Gratiani librum fuiſſe vſu, & authoritate approbatum, licèt aliqui

aliquibus erroribus notatus fuerit.

5. Secundò declaratur, vt articulus procedat †
quoad effectum ſuſpenſiuum, vt appellari non poſ-
ſit ab hac pronuntiatione, tam de iure ciuili, quàm
de iure Canonico, Couar. *in lib. practic. quaſt. cap.*
23. *num.* 8. *verſ. tertia concluſio*, vbi quòd non tan-
tùm de iure ciuili, ſed etiam de iure Canonico ap-
pellatio admittenda non eſt ad effectum ſuſpenſio-
nis ab ea ſententia, quæ fertur in iudicio poſſeſſo-
rio, vigore *d. l. finalis. C. de edicto diui Adr. toll.* Bero.
in d. quaſt. 44. *num.* 3. Lancellot. *in tract. de attentatis.*
part. 2. *cap.* 12. *limitat.* 25. *num.* 27. *verſ. tertio.* Secus
eſt quoad effectum deuolutiuum, nam in omnibus
poſſeſſoriis momentaneis, quæ celeritatem deſide-
rant, recepta eſt magis communis opinio, quòd li-
6. ceat appellare, † quoad effectum deuolutiuum, non
autem quoad ſuſpenſiuum. Bartol. *in l.* 2. *num.* 9.
ff. de appellat. recipiendis, ſcribit, quòd lata ſententia
in poſſeſſorio, & appellatione interpoſita, fiet exe-
cutio ſententiæ, deinde iudex ad quem, cognoſcet
de iuſtitia, vel iniuſtitia. Corn. *in conſil.* 10. *num.* 1.
vol. 4. Abb. *in c. cùm ad ſedem. num.* 3. *verſ. inter ca-
tera, de reſtit. ſpoliat.* dicit, quòd à ſententia lata ſu-
per poſſeſſorio ordinario, ſiue plenario, datur ap-
pellatio deuolutiua. Maranta *in ſuo ſpeculo part.* 6.
actu 2. *principali. ver. & quandoque appellatur, n.* 305.
& ſeq. Cæſar Contard. *in l. vnica in intellectu num.* 2.
& ſeq. C. ſi de momentanea poſſeſſ. fuer. appell. Marcus
Anton. Cucchus *in tract. de mentiente circa poſſeſſio-
nem, num.* 422. Lancellot. *de attentatis part.* 2 *cap.* 12.
limitatione 25. *num.* 3. *& ſeq.* Achilles Perſonalis *in
tract. de adipiſcend. poſſeſſ. num.* 331. Ruginel. *in tra-
ctatu de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 706. Menoch. *in
tract. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *n.* 828. *& in de re-
cuperanda poſſeſſ. remed.* 9. *num.* 322. *in fine*, & ita ſem-
per fuit iudicatum, vt in ſacro Conſilio Neapolis,
item ſenatu Gratianopolitano, item in Rota Pe-
ruſina, & alibi, habes deciſiones *in Dig. Nouiſſim.
tom.* 1. *tit. Appellatio. cap. in poſſeſſorio.* & ita ſignatura
Iuſtitiæ Sūmi Pōtificis, delegat cauſas appellationū
à ſententiis latis in poſſeſſoriis, quoad effectum de-
uolutiuum tātùm, cum clauſula, ſine præiudicio le-
gitimæ executionis. Marcheſan. *in tract. de commiſ-
ſionib. part.* 2. *in commiſſ. appellationis. cap.* 2. *num.* 39.
& hæc opinio procedit, etiam in locis, vbi viget
conſtitutio Egidiana *lib.* 6. *cap.* 2. quæ prohibet ap-
pellationem in omnibus cauſis poſſeſſoriis momē-
taneis, nam obſeruantia dictæ conſtitutionis eſt, vt
admittatur appellatio quoad effectum deuoluti-
uum, Pontan. *in tract. de ſpolio. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 42.
Scaccia *in tract. de appellat. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 54. &
quia iſta eſt obſeruantia vbique locorū, & eſt magis
communis opinio, idcirco cæteri qui contrariam
ſententiam probare conati ſunt, prætermittendi
ſunt.

Tertiò declaratur, vt ſtante notoria iniuſtitia
7. poſſit appellari, † etiam quoad effectum ſuſpenſi-
uum à dicta ſententia meri poſſeſſorij. Bald. *in con-
ſil.* 141. *vol.* 1. *& in conſil.* 201. *vol.* 4. qui loquitur in
terminis *d. l. finalis.* Zuccard. *in d. l. final. num.* 401.
Menoch. *in d. remed.* 4. *adipiſc. n.* 844. *&* 850. & alij
plures ad hoc relati per Riminald. iun. *in conſ.* 494.
num. 7. *& plur. ſeq. vol.* 5. Item quòd ſtante notoria
iniuſtitia poſſit appellari à quacumque ſententia
meri poſſeſſorij. Bald. *in l. vnic. n.* 5. *verſ. deinde quaro.
C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell.* Marant. *in ſuo ſpe-
cul. part.* 6. *act.* 2. *in ver. & quandoque appellatur, li-
mitatione* 6. *num.* 311. Lancellot. *in tract. de attenta-
tis. part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 25. *num.* 15. *verſ. ſecundo*,
Achill. Perſonal. *in tract. de adipiſc. poſſeſſ. num.* 347.
verſ. praterea dato, Pontanus *in tract. de ſpolio. lib.* 4.
cap. 3. *num.* 50. *verſ. quocumque.* Cæſar Contard. *in
d. l. vnic. limit.* 9. *num.* 2. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* &
omnes allegant Bartol. *in l.* 2. *num.* 5. *in fin. verſ. pra-
terea video. ff. de appellat. recip.* vbi firmant, quòd ego
poſſum appellare, ſi contra iuſtitiam mihi auferatur
tur ius poſſeſſionis. Idem in reſcripto, cum clauſu-
la, *appellatione † remota*, nam ſi notoriè conſtat de 8.
iniuſtitia, & manifeſto grauamine, non obſtante
d. clauſula poteſt appellari, gloſſ. *in c. ex conqueſtio-
ne, in ver. poſt appellationem. de reſtit. ſpoliat.* Abb. *in c.
inter catera, num.* 3. *de re iudic. & in c. paſtoralis, num.*
14. *de appellat.* & ita ſæpiſſimè fuit iudicatum, quas
plurimas deciſiones refero *in tractatu de clauſulis
part.* 1. *in clauſula, Appellatione remota, num.* 7. *& ſeq.*
Idem in ſtatuto † tollente appellationem, quòd nō 9.
comprehendat eam ſententiam, quæ continet no-
toriam iniuſtitiam, Achill. Perſonal. *de adipiſc. poſ-
ſeſſ. num.* 347. *verſ. praterea.* Cæſar Contard. *in d. l.
vnic. limit.* 6. *verſ. idque procedit. C. ſi de moment. poſ-
ſeſſ. & limitat.* 9. *num.* 4. *verſ. mouetur.* Item quòd
iſta procedunt, etiamſi diſpoſitio reiiceret omnem,
& quamcumque appellationem, vt fuit deciſum in
Rota, & refero in d. clauſula, *Appellatione remota,
num.* 8. quoniam ſpeciale eſt, vt nunquam cenſea-
tur prohibita † appellatio, quando conſtat de no- 10.
toria iniuſtitia, & manifeſta iniquitate, gloſſ. *in d.
c. ex conqueſtione, ver. poſt appellationem*, & *ibi* Bald.
num. 5. *in fin. de reſtit. ſpoliat.* & quando ſententia
dicatur euidenter iniuſta, declarat Cæſar Contard.
in d. l. vnica limit. 9. *num.* 34. qui alios refert.

Quartò declaratur, vt permiſſa eſt appellatio
quando ſententia non ſimpliciter eſt prolata ſuper
immiſſione in poſſeſſionem rerum hæreditariarum,
ſed continet † mixturam cum aliquo capite, Bald. 11.
in d. l. vnic. num. 8. *C. ſi de moment. poſſ. fuer. appell.*
& *ibi* Cæſar Contard. *limit.* 2. *& limit.* 24. Gratus *in
conſil. vltimo, num.* 49. *vol.* 2. qui alios refert. Iaſ. *in
conſil.* 187. *col.* 1. *vol.* 2. Bero. *conſil.* 110. *vol.* 3. vbi
quòd hoc procedit, etiamſi ſententia ferretur in
diuerſis capitulis.

Item quòd in poſſeſſoriis † mixtis detur appella- 12.
tio quoad vtrumque effectum, probant Ruginel. *in
tract. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 708. *verſ. prout etiam*,
& Scaccia *in tract. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quaſt.* 17.
limit. 6. *membro* 9. vbi adducit quamplurima exem-
pla dictæ mixturæ, de quibus ego ſcripſi *in repeti-
tione* §. *nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* in combi-
nationibus petitorij, & poſſeſſorij. Et ſecundùm
iſtam declarationem, quæ communiter ab omni-
bus recipitur, vt atteſtatur Bald. *in conſil.* 331. *num.*
4. *vol.* 1. fuit iudicatum in Rota Romana, vt eſt *in
Digeſt. Nouiſſim. tom.* 1. *tit. Appellatio. cap. quando
quis.*

Et ad hanc declarationem pertinet caſus frequē-
tiſſimus. Nam ſæpe iudices condemnant poſſeſſo-
res ad patiendam immiſſionem, & ad reſtituen-
dum † fructus perceptos, quo caſu ratione fructuū 13.
vel intereſſe datur appellatio, Bart. *in l fin.* §. *iuſſus.
num.* 4. *ff. de appellat. & relat.* Bald. *in d. l. vnic. num.* 9.
verſ. ſed pone. C. ſi de moment. poſſeſſ. & *ibi* Contard. *li-
mit.* 1. *num.* 28. *verſ. quibus tamen, & num.* 36. *verſ.
cùm igitur*, & *ibi* Salyc. *in fine*, qui loquitur de ſen-
tentia continente fructus, & intereſſe: ſed hoc eſt
intelligendum, vt appellatio procedat ſolùm reſpe-
ctu fructuum, non autem ad impediendam execu-
tionem in poſſeſſorio, Couar. *in lib. practic. quaſt.
cap.* 23. *num.* 8. *in fine. verſ. idem erit*, Maranta *in ſuo
ſpeculo part.* 6. *act.* 2. *in ver. & quandoque appellatur,
num.* 309. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *num.*

869. *& ſeq.* Viſill. ad Afflict. ſuper *deciſ.* 269. *num.* 1. qui alios referunt, & ita fuit deciſum in Rota, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 1. *tit. Appellatio. cap. praiudicium*, Afflict. *deciſ.* 77. *in fin.* Cæſar Barz. *deciſ. Bononienſ.* 45. *col.* 1. & in ſignatura iuſtitiæ non admittitur appellatio reſpectu fructuum, niſi priùs fuerit paritum quoad poſſeſſionem. Marcheſan. *de commiſſion. part.* 2. *in commiſſ. appellationis. cap.* 2. *num.* 60. vbi allegat rationes. Item quia caſus fructuum à poſſeſſione ſeparationem recipit, Rota *deciſ.* 43. *in principio. part.* 1. *in Nouiſſimis.*

Quintò declaratur, vt per iſtam regulam impe-
14. diatur appellatio non ſolùm in principali † cauſa reſpectu poſſeſſionis, ſed etiam ſuper ipſius incidentibus, ſuper quibus ferenda eſſet interlocutoria, quoniam ne ab iſta quidem appellari poteſt, ſecundùm veriorem opinionem, quam probant Bald. *in d. l. vnica num.* 4. *C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell.* & Menoch. *in d.* 4. *remed. adipiſc. num.* 813. *& ſeq.* & latiùs aliis Scaccia *in d. quæſt.* 17. *membro* 7. *num.* 32. *& plur. ſeq.* qui reſpondet contrariis, & ſecundùm iſtam opinionem fuit iudicatum in Rota *deciſ.* 241. *num.* 5. quæ fuit confirmata *in deciſ.* 450. *part.* 1. *in Nouiſſim.*

Sextò declaratur, nam qui ſuccubuit in remedio
15. prædicto, ſi non poteſt appellare, ſed eſt † minor, poterit petere reſtitutionem in integrum, gloſſ. & Doct. *in d. l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell.* Zuccard. *in l. final. num.* 403. *C. de edict. diui Adr. toll.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 37. *in princip. vol.* 2. Practica Papienſ. *in forma libelli, quæ petitur hæreditas ex teſtamento, in ver. per veſtram definitiuam.* Socin. *in conſil.* 242. *in princip. vol.* 2. Menoch. *in d,* 4. *remed. adipiſcend. num.* 906. & alij ad hoc allegati per Riminald. *in conſil.* 358. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 4. vbi quòd dicta reſtitutio petita ante executionem, illam impediet, & facta poſt illam petitam retractanda eſt. Aliæ plures declarationes ſcribuntur à Contardo, & Scaccia in locis allegatis, quæ potiùs generaliter ad materiam appellationis pertinent, quàm particulariter ad materiam immiſſionis vigore legis finalis.

QVÆSTIO XVII.

De bonorum poſſeſſione, per duos articulos diuiſa.

1. In quibus caſibus bonorum poſſeſſio permiſſa eſt.
2. Bonorum poſſeſſor an ſit hæres, vel differant.

ARTICVLVS I.

In quibus caſibus bonorum poſſeſſio permiſſa eſt.

SVMMARIA.

1. *Bonorum poſſeſſio quibus detur, & quibus denegetur à prætore.*
2. *..quas vtilitates afferat, & num.* 4.
3. *..ſecundùm tabulas quibus detur, & num...*
5. *..eius tempus quando incipiat currere.*
6. *Bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas quando detur, & num.* 23.
7. *..etiam ex teſtamento nuncupatiuo.*
8. *..datur filiofamilias, etiam patre ignorante.*
9. *..& patre inuito.*
10. *Iaſ. & Dec.* in l. 1. C. qui admitti, *reprobantur.*
11. L. 1. C. qui admitti, *loquitur de hæreditate aduentitia.*
12. *..non eſt correctoria legis Digeſtorum.*
13. *Patria poteſtas non eſt conſiderabilis de iure prætorio.*
14. L. final. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeruetur, *declaratur.*
15. *Pater eſt legitimus adminiſtrator filij ſolùm in iis, in quibus habet vſumfructum.*
16. *Filius ſine patris conſenſu in quibus iudicialibus eſſe poſſit, & agere.*
17. *Filio familias, etiam minori debet dari curator quando pater non eſt vſufructuarius.*
18. L. qui poteſt inuitis. ff. de regul. iuris, *declaratur, & num.* 21.
19. *Mulier prohibita contrahere à ſtatuto ſine conſenſu propinquorum, an validè contrahat illis repugnantibus, & num.* 22.
20. *Argumenta reſoluere per inſtantias non eſt boni Doctoris.*
24. *Hæreditas adiri non poteſt pendente conditione, ſed bonorum poſſeſſio datur.*
25. *Poſthumus alienus non poteſt hæres inſtitui de iure ciuili ſecundùm communem.*
26. *..contrarium eſt verius, etiam ante Gallum.*
27. *Ius prætorium in omnibus adhæſit iuri ciuili.*
28. L. poſthumum. ff. de liber. & poſthum. *inducitur, & declaratur.*
29. L. eius ſeruum. ff. de hæred. inſtit. *inducitur, & declaratur.*
30. *Gallus Aquilius non correxit ius ciuile in ſua formula.*
31. *Iuriſconſulti non habebant authoritatem corrigendi ius antiquum.*
32. §. Reſponſa prudentum. Inſtit. de iure naturali, *inducitur, & declaratur.*
33. L. 2. §. Iulianus. C. de veter. iur. enucl. *inducitur, & declaratur.*
34. *Accurſius* in §. poſthumus. Inſtit. de legatis, *reprobatur.*
35. *Inſtitutio poſthumi alieni, quare de iure ciuili erat inutilis.*
36. *Inſtitutio facta ſub conditione mortis eſt valida de iure prætorio.*
37. *Bonorum poſſeſſio ab inteſtato quibus perſonis conceditur de iure prætorio.*
38. *Bonorum poſſeſſio Vnde liberi datur in bonis patris, non autem in bonis matris.*
39. *Bonorum poſſeſſio Vnde liberi vtilis, datur parentibus in bonis filiorum.*
40. *Succeſſiones debent eſſe viciſſitudinariæ, actiuè & paſſiuè.*
41. *Æqualitas debet ſeruari in ſucceſſionibus.*
42. *Bonorum poſſeſſio Vnde liberi cenſetur data ſub conditione ſi eſt filius, & admittit probationem in contrarium.*
43. *Bonorum poſſeſſio Vnde legitimi, cui agnato conceditur.*
44. *..datur liberis per matrem deſcendentibus.*
45. *..quibus perſonis datur.*
46. *Bonorum poſſeſſionum petendarum tempora an multiplicentur, vel ſit vnicum in omnibus.*
47. *Bonorum poſſeſſio Vnde cognati, quibus perſonis detur.*
48. *..& an hodie neceſſaria.*

49. *Bonorum poſſeſſio Vnde vir & vxor, quo iure concedatur, & quid probandum ſit.*
50. *..& infra quantum tempus.*
51. *..& datur etiam de iure iure ciuili.*
52. Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor, *eſt ampliatiua* l. 1. C. eod. tit.
53. *Vxor relicta prægnans ventre præterito, petit bonorum poſſeſſionem.*
54. *Bonorum poſſeſſio ſemper debet peti in iudicio, & eſt iudicialis.*
55. L. final. C. qui admitti, *an, & quando ſit correctoria.*
56. *Appellatio permittitur à bonorum poſſeſſione ordinaria, ſecus ab extraordinaria.*
57. *Sententia lata in bonorum poſſeſſionibus ordinariis præiudicat in petitorio.*
58. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas dicitur ex teſtamento.*
59. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas quando conuertatur in ſecundùm tabulas.*
60. *..& quis ſit effectus huius conuerſionis.*
61. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quibus perſonis detur.*
62. *..impedit ſecundùm tabulas, ſed non impedit aditionem.*
63. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas, & ſecundùm tabulas an ſint contraria.*

1. BONORVM poſſeſſio † omnibus illis perſonis conceditur, qui ad hæreditates de iure ciuili vocantur. *l. non eſt ambigendum. §. vbicumque. ff. de bon. poſſeſſ.* Item denegatur, quibus de iure ciuili hæreditas denegatur, *l. edicto. ff. eod. titulo.* Quamobrem qui expreſsè prohibentur ſuccedere de iure ciuili propter incapacitatem, illi ad bonorum poſſeſſionem peruenire non poſſunt. *d. l. edicto,* & ita intelligitur regula *d. §. vbicumque,* vt per Valent. Forſter. *de ſucceſſionib. lib. 2. cap. 28. num. 26.* Ideo bonorum poſſeſſor loco hæredis habendus eſt. *l. 1. & 2. l. bona, in princip. ff. de bon. poſſeſſ. & Inſtit. eod. tit. §. 1. l. 1. & 2. ff. de poſſeſſoria hæreditatis petitione. l. hæreditatis appellatione. ff. de verb. ſignificat.* & facit *l. hæreditatis appellatio. ff. eod. tit.* Sed non ideo bo-
2. norum poſſeſſio fruſtratoria eſt, † intereſt enim noſtra plures actiones habere. *l. cùm filius. §. variis. de legat. 2.* quia vna ſublata alia ſupereſt. *l. ſi filius. ff. de bonis libert.* Quamobrē qui repudiauit ciuile remediū, ad prætorium redire poteſt, & è contra. *l. ſuum. C. de iure deliberandi.* Item quia prætor emendauit ius ciuile in multis, vt ſcribam in progreſſu caſuum bonorum poſſeſſionis.

Tractatio huius materiæ ad tria capita reſtringitur, ad bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, ad eam quæ fit ab inteſtato, & ad eam, quæ fit contra tabulas, & in ſingulis de illis perſonis diſcutiendum eſt, quibus competit.

3. In primo capite hoc præcipuum aduertimus, omnes qui hæredes † teſtamento facti ſunt, bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas petere poſſe, iuſtior enim poſſeſſio eſt, quæ authore prætore capitur. *l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* Imò commodior, quoniam facilius probari poteſt ea, quæ in iudicio obtenta fuit, quàm ſi ſimpliciter de iure
4. ciuili hæredem quis ſe declarauerit, vt notant omnes *in l. fin. C. qui admitti.* Item eſt alia vtilitas, † quoniam aditio quæ de iure ciuili fit, per triginta annos etiam ignoranti extinguitur. *l. licet, & ibi no-*
5. *tant omnes. C. de iure deliber.* Sed bonorum poſſeſſio nunquam ignoranti † currit, quoniam vtile tempus habet, non autem continuum. *l. 2. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſeruetur. l. quandiu. C. qui admitti;* idcirco nunquam à petitione bonorum poſſeſſionis quis excludi poteſt, quantumcunque tempus effluxerit, niſi illius ſcientia probata fuerit, vt eius tempus vtile decurſum ſit, Iaſ. *in rubric. C. qui admitti.* Multas alias vtilitates ſcribit Craſſ. *in §. bonorum poſſeſſio. quæſt. 5. vol. pen. & final.* Hæres igitur ſcire debet, ſibi delatam eſſe bonorum poſſeſſionem. *l. 1. §. ſcientiam. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul. l. quod ſi dubitet. l. ſed & ſi de ſua. ff. de acquir. hæredit.* & datur † ex te- 6.
ſtamento, quod certum eſt extare, licèt non appareat. *l. 1. §. ſufficit. ff. de ſecund. tabul.* & ſufficit certum eſſe, extitiſſe. *d. l. 1. §. ſemel,* & quomodo probari poſſit, ſcribunt Doctor. *in l. 2. C. de bon. poſſ. ſec. tabul.* Item datur ex teſtamento † nuncupatiuo. *l. fi-* 7.
nal. C. eod. tit. & l. ſi ita. §. final. ff. eod. tit. Item datur ex poſteriore teſtamento. *l. 1. §. non autem. ff. eod.* Niſi probetur vltimas tabulas eſſe inciſas, ita vt priores remanerent. *l. penult. §. non ſecus. ff. eod. tit.* Item datur etiam ex teſtamento pupillari, *l. vt bonorum. ff. de ſec. tabul.* licèt pupillare teſtamentum à paterno ſeparatum fuerit.

Nunc de perſonarum diſtinctione agendum eſt, quibus per varios caſus bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas dari conſueuit.

Primus caſus eſt, filiusfamilias † poteſt agnoſce- 8.
re hanc bonorum poſſeſſionem, etiam patre ignorante, quoniam conſenſus patris requiritur, quando filius iudicialiter agit, *l. final. C. de bonis quæ liber.* Sed hæc bonorum poſſeſſio permittitur per viam extraordinariam, etiam inſcio patre, gloſſ. *in l. 1. C. qui admitti,* quam eſſe communiter approbatam atteſtantur *ibi* Alexand. *num. 10.* Igneus *num. 16.* Iaſ. *num. 17.* Craſſus *in §. bonorum poſſeſſio. quæſt. 12.* Cagnol. *in d. l. 1. num. 70. C. qui admitti,* qui alios refert, Vaſquius *de ſucceſſ. reſolutione lib. 2. §. 18. n. 69.* omnes per text. *l. final. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeru. & l. ſeruo inuito. ff. ad Trebel.* Itaque ex diuerſitate modi agendi, perperam diſputatur à Doctoribus, vtrùm *d. l. 1. C. qui admitti,* ſit correcta per *d. l. fin. C. de bonis, quæ liber.* Cùm igitur poſſit patre ignorante bonorum poſſeſſionem agnoſcere; ergo etiam pa-
tre inuito †; & hoc eſt argumentum neceſſarium 9.
deductum ex *l. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iuris,* & hāc eſſe communem opinionem, & veram, probāt Vaſquius *in lib. 2. de ſucceſſ. reſolut. §. 18. num. 72.* & Cagnol. *in d. l. 1. num. 70. & plur. ſeq. C. qui admitti.* Verùm quia Cagnol. hanc communem defendit, & reſpondet rationibus contrariis, retento principio, quòd altera dictarum legum corrigat alteram, quod omnino falſum eſſe ſæpiùs probauimus, cùm nulla lex compilationum Iuſtiniani alteram corrigat; ideo aliter rationibus contrariis reſpondendum eſt.

Iaſ. igitur, † & Dec. *in d. l. 1. C. qui admitti,* ille 10.
num. 17. iſte *num. 3.* conantur deſtruere d. communem, credunt enim filium non poſſe agnoſcere bonorum poſſeſſionem vtiliter ante ratificationem patris, per text. *l. final. ff. quis ordo in bonor. poſſ. ſeru. in verſ. Non ante acquiratur, quàm pater comprobaſſet.* Sed facilis eſt reſponſio, quam gloſſa ibi aduertit, aut enim hæreditas defertur filio, & procedit *d. l.*
1. C. qui admitti, quæ loquitur in † aduentitia: aut 11.
defertur patri, vt in caſu *l. ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgari,* quæ eſt profectitia, & tunc dies non currunt ante ſcientiam patris, etſi pater ratam habuerit agnitionem, & procedit text. *d. l. final.* quoniam patri ignoranti, vel inuito acquiri non poteſt. *l. 3. §. inuito. ff. eod. tit.* Item quod dicit Iaſ. *in*

d. l. 1.

d. l. 1. num. 17. verſ. ſolus ergo Angelus. C. qui admitti, d. l. 1. §. ſin autem parte recuſante, non eſſe extendendam de recuſatione patris ad illius ignorantiam, quoniam in correctoriis etiam ex maioritate rationis non eſt licita extenſio, nec eſt ad propoſitum quæſtionis, quoniam dicta communis opinio non eſt fundata in d. prætenſa extenſione. Item nega-
12. tur d. l. 1. † C. qui admitti, eſſe correctoriam, quoniam l. qui in aliena, & l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæredit. loquuntur de aditione hæreditatis quæ fit de iure ciuili, quo iure patria poteſtas fuit introducta, l. moribus. ff. de vulgari, & filius eo iure nullam voluntatem habebat, neque poterat patrem obligare. Itaque adire non poterat, non præcedente iuſſu. Sed d. l. 1. C. qui admitti, loquitur de agnitione bonorum poſſeſſionis, quæ fit de iure prætorio, quo
13. iure non conſideratur patria † poteſtas, ſed ſolum ius ſanguinis, vt declarat Bartol. poſt gloſſas allegatas in d. l. qui in aliena, in princip. & in d. §. iuſſum; ergo cùm termini non ſint contrarij, ſed differentes, non poteſt dici quòd ſint correcti, nec poteſt dici lex limitatoria, quoniam limitatio debet eſſe de regula; ergo fruſtrà ſuperadditur d. ratio, an d. l. 1. §. ſin autem patre recuſante. C. qui admitti, ſit extendenda ad patris ignorantiam, cùm non verſemur in correctoriis, neque in limitatoriis. Item quia termini d. l. primæ. C. qui admitti, & d. l. final. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru. ſunt differentes, quoniam d. l. 1. §. ſin autem patre recuſante, loquitur de
14. recuſatione patris in aduentitiis, & d. l. final. † loquitur de ignorantia patris in profectitiis, & ideo non habent connexitatem, vt altera per alteram intelligi poſſit. Item quia in d. §. ſin autem patre recuſante, hæreditas aduentitia in totum quæritur filio, patre recuſante, ſed in d. l. final. patre ignorante, vel ratum non habente, nihil acquiritur filio. Item quia de iure prætorio filius habebat voluntatem, ideo poterat agnoſcere bonorum poſſeſſionem, etiam non præcedente iuſſu patris, & pro illius intereſſe, reſpectu vſusfructus, ſatis eſt, ſi ratam habuerit dictam agnitionem factam per filium. Item non reperitur aliqua lex, quæ dicat, bonorum poſſeſſionem agnitam per filium ignorante patre eſſe penitus inutilem, & erubeſcimus ſine lege loqui. Ex quibus apparet quòd ratio Angeli contra communem, quam ſequitur Iaſ. nullo modo ſubſiſtit.

Multò minus eſt vera ratio ipſius Iaſonis, propter quam in d. l. 1. C. qui admitti, num. 19. verſ. & ad ita tenendum, dicit ſe tenere contra cõmunem, videlicet, quòd licèt hodie filiusfamilias poſſit acquirere proprietatem aduentitiorum, quorum patri ac-
15. quiritur vſusfructus, tamen pater † habet legitimã adminiſtrationem talium bonorum, & ideo appellatur legitimus adminiſtrator d. l. final. §. vbi autem, & §. filiis autem, C. de bon. quæ liber. Cùm igitur adminiſtratio ad patrem pertineat, ideo ſolus filius non poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem, neque adire hæreditatem ſine patre.

Hæc enim ratio continet duas æquiuocationes, prima eſt, de aditione ad agnitionem, inter quas apparet diuerſitas ex nunc ſcriptis, propter patriam poteſtatem in ſola aditione conſideratam. Secunda de adminiſtratione bonorum aduentitiorum filij, quam habet pater ratione ſui vſusfructus, ad omnẽ caſum, etiamſi non haberet vſumfructum, hoc enim iure non probatur, nam in tantum pater eſt legitimus adminiſtrator, in quantum eſt vſufructuarius, etſi illum non habet, vt in caſu d. §. ſin autem patre recuſante, non eſt legitimus adminiſtrator, gloſſ. in authent. excipitur. C. de bonis quæ liber. quam eſſe communiter receptam dicit Iaſ. in l. ſi infanti. col. 3. C. de iure deliber. Ancharan. in conſil. 73. in princip. quo caſu poteſt filius † ſine patris conſenſu pro- 16.
curatorem conſtituere, vt Digeſt. Nouiſſ. tom. 1. tit. Procurator. cap. filius autem. Item agit ſine patris conſenſu. Digeſt. Nouiſſ. tom. 1. titulo Iudicium, cap. cum de re. Hinc eſt, quòd ſi pater ſuccedit vnà cum filio in proprietate, ipſe non habet vſumfructum in bonis quæſitis filio in concurſu cum patre, & in talibus bonis pater non eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij. Bald. in conſil. 324. vol. 5. & in conſil. 168. eod. vol. & propterea non pertinet ad patrem agere, vel defendere, etiamſi filius † ſit minor, quia debet 17.
dari curator ad litem, vt dicit gloſſa final. in l. ſi longius. §. 1. ff. de iudic. & ibi Angel. notat illam gloſſam pro notabili, & quòd tali caſu non poſſit pater agere, nec defendere ſine mandato, reſpondit Florian. de Sancto Petro in conſil. 8. num. 3. Dynus in conſil. 44. in fine. verſ. ſuper quarto.

Denique non valent inſtantiæ allegatæ per Iaſ. contra regulam d. l. qui poteſt inuitis. † ff. de regul. iur. 18.
videlicet quòd multa poſſunt fieri nobis inuitis, quæ non poſſunt fieri nobis abſentibus, vt in caſu l. duo ex tribus ff. de re iudic. & l. ſi in tres. ff. de arbitr. Item in electionibus Prælatorum, quæ poſſunt fieri aliquibus contradicentibus. c. quia propter. de elect. & tamen non poſſunt fieri illis abſentibus, vel ſaltem non vocatis. Item † ſi mulier non poteſt con- 19.
trahere ſine conſenſu propinquorum, ſi ipſa requirat illorum conſenſum, poterit poſtea illis inuitis contrahere. Bart. in l. ſi cùm dotem. §. eo antẽ tempore. ff. ſolut. matr. Quoniã miſerrimi Doctoris eſt, reſoluere argumẽta † per inſtantias, vt dicit Salyc. in l. precibus 20.
col. 3. C. de impuber. ſubſtit. Item quia idem Iaſ. in d. l. duo ex tribus, dicit, quòd ille textus particularẽ habet ſuam rationem, quæ caſui noſtro adaptari non poteſt. Item quia dupliciter ſtat, vt quis actum poſſit facere contra voluntatem alicuius, aut ſimpliciter, & ita procedit regula d. l. qui poteſt inuitis, † aut 21.
præcedente proteſtatione, & ita procedunt inſtantiæ adductæ per Iaſ. Nam duo iudices ferunt ſententiam contra tertium, diſcuſſo negotio. Item plures electores perficiunt electionem contra minorẽ partem, diſcuſſo negotio. d. c. quia propter, propterea conuocandi erant ad diſcutiendum; ergo præcedebat proteſtatio requiſitoria. Item mulier † requiſi- 22.
tis conſanguineis vigore ſtatuti, non ſtatim contrahit, niſi allegetur cauſa iniuſta, cur recuſant conſentire, & tunc iudex concedit licentiam, vt dicit Bart. in d. l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrim. & clariùs Abbas in c. quoniam, num. 11. de vita, & honeſt. cleric. Roman. in conſil. 366. vbi quòd ſpectat ad iudicem quærere cauſa contradictionis. Anton. Corſet. in additionib. ad Abbat. in c. bona, in primo, col. final. & in cap. 2. de poſtulat. prælat. ex quibus conſtat doctrinam Iaſonis, & Decij non impugnare communem ſententiam veriorem.

Secundus caſus eſt, bonorum poſſeſſio ſecundùm † tabulas datur ſuis hæredibus, vel etiam emã- 23.
cipatis ſub conditione ſcriptis. l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de bon. poſſ. ſec. tabul. l. 3. §. ſi ſub ea. ff. de contra tabul. & in hoc differt à iure ciuili, quo iure pendente conditione non poteſt adiri hæreditas. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæredib. inſtit. nec eſt acquiſitum ius adeundi, nec repudiandi, quia hæreditas † 24.
delata dici non poteſt pendente conditione, ſed de iure prætorio conceditur iſta bonorum poſſeſſio, per quam non conſequitur neque dominium hæreditatis, nec aliquod ius in ea, ſed tantùm nudam poſſeſ-

poſſeſ

poſſeſſionem, & detentionem bonorum, ſecundùm theoricam. Bart. *in d. l. 2. §. ſi ſub conditione*, ita vt ſi conditio purificetur, dictam poſſeſſionem pleno iure habeat; ſi verò deficiat, teneatur reſtituere hæreditatem his, qui de iure ſuccedunt, & hanc eſſe communem concluſionem, probat Iaſ. *in l. certum. C. vnde legitimi*, & Anton. Gomez *in lib. 1. var. reſolut. cap. 2. num. 13.*

25. Tertius caſus eſt, quia de iure ciuili poſthumus † alienus non poterat hæres inſtitui; ergo nec hæreditatem adire, vt notatur communiter per ſcribentes *in l. Gallus, in princip. ff. de liber. & poſthum.* Propterea prætores emendando ius ciuile, dicto poſthumo alieno dant bonorum poſſeſſionem, & ita ſcribit Forſter. *in tract. de ſucceſſionib. lib. 2. cap. 28.*

26. Sed hæc doctrina non eſt recipienda, † quoniam etiam de iure ciuili poſthumus alienus olim inſtitui poterat, & hanc opinionem tenet Bald. *in d. l. Gallus, in princip. num. 3.* poſt alios antiquos, quos refert, & acerrimè defendit Torniel. *num. 4. & ſeq.* nam per text. *l. antiqui. ff. ſi pars hæredit. pet. & l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati*, ex ll. XII. tabul. nondum natus erat capax ſucceſſionis ab inteſtato; ergo etiam ex teſtamento, cùm nulla diuerſitatis ratio reddi poſſit. Nec *d. l. antiqui*, diſponit de poſthumo ſuo, vt quidam moderni malè cogitarunt, quia *ibi* loquitur de proximo agnato, qui in ventre erat; & quamuis *d. §. ſi quis proximior*, loquatur de iure prætorio, quod I. C. *ibi* interpretatur, tamen Torniell. illum allegat ad confirmationem *d.*
27. *l. antiqui*, quia ius † prætorium in omnibus adhæſit iuri ciuili, imò *d. §. ſi quis proximior*, interpretari de-
28. bet per *d. l. antiqui*. Item per *l. poſthumum.* † *ff. de liber. & poſthum. & §. poſthumo. Inſtit. de legatis.* Sic inducendo filij naturales ſunt loco extraneorum. *§. final. Inſtit. de patria poteſt. & Inſtit. de nuptiis. § final. C. de natural. liber. l. cum lachryma. l. lex naturæ. ff. de ſtatu homin.* & tamen *in d. l. poſthumum, & in d. §. poſthumus filius naturalis tantùm*, non adhuc natus eſt capax ſucceſſionis patris ſui, neque in hoc poſthumo conſiderari poteſt illa ratio ſpecialitatis, quam Doctores conſiderant in filio legitimo, & naturali, videlicet, quòd neceſſariò debeat inſtitui, vel exhæredari. *l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum.* & quòd hæreditas patris ſit illi debita. *l. cùm ratio. ff. de bon. damnat.* cùm patri certam ſolummodo ſummam eidem relinquere permiſſum erat. *authent. licet. C. de natural. liber. §. neque igitur ſemper, & §. de nepotibus. authent. quib. mod. nati effic. ſui.* Item per *l. eius ſer-*
29. *uum.* † *ff. de hæred. inſtit.* vbi ſeruus illius, qui in vtero eſt, hæres inſtitui poteſt; ergo is qui in vtero eſt, hæreditatis eſt capax, quoniam ſeruus illius non eſt capax, ſi eius dominus eſt capax. *l. ſi mihi, & tibi. §. regula. de legat. 1. l. non minus. ff. de hæred. inſtit.* ergo ſi teſtamenti factio paſſiua permittitur cum illius ſeruo, qui eſt in vtero, neceſſariò ſequitur, quòd poſthumus naſciturus eſt capax hæreditatis. Nec eſt verum quod moderni reſpondent, ibi agi de ſeruo hæreditario, *d. l. non minus. d. l. ſi mihi, & Titio. & l. ſeruus. ff. de hæred. inſtit. & l. debitor. §. ſeruo alieno. de legat. 2. l. legatum in 3. de legat. 1. l. mortuo. ff. de fideiuſſor. l. in eo quod. §. final. l. ſeq. & l. hæreditas. ff. de acquir. rer. dominio.* Hæc enim reſponſio non reſoluit argumẽtationem, quoniam Iuriſconſultus *in d. l. eius ſeruum*, deciſiuè procedit, dicens poſſe inſtitui ſeruum eius, qui naſcetur poſt mortem meam, quam concluſionem probat ex authoritate Labeonis, qui frequenter ita ſcripſit, & argumento Triboniani, quia ſeruus hæreditarius, priuſquam hæreditas adeatur, hæres inſtitui poteſt, & hic eſt sẽſus literalis illius textus, ex quo colligitur, rationem deciſionis oportere differre ab ipſa deciſione, vt argumẽtum ſit efficax, aliàs idem probaretur per idem. Ad probandam igitur deciſionem, quòd ſeruus poſthumi naſcituri hæres fieri poſſit, vtitur argumento Triboniani, quòd ſeruus hereditarius hæres fieri poſſit, & ita argumentum differt à deciſione; quamobrem deciſio non loquitur de ſeruo hæreditario, poterat enim ille ſeruus effici poſthumi naſcituri ex alia cauſa, quàm hæreditaria. Verus igitur intellectus *d. l. eius ſeruum*, eſt, nam ibi ratio dubitandi eſt, quia dominium non poteſt ſtare in pendenti, ad *l. ſi ego*, cum *ibi* notatis per Angel. *num. 3. ff. de negot. geſt.* & ideo antequam naſceretur poſthumus, ille ſeruus in nullius bonis extitiſſet. Ratio deciſionis eſt, quia poſthumus conceptus, & naſciturus in rerum natura eſt. *l. qui in vtero, in 2. ff. de ſtatu homin. l. vel ſi viuo. ff. de ſuis, & legitim.* Ideo hæres inſtitui poterat, quia erat capax ſucceſſionis ab inteſtato. *l. 1. §. ſi quis proximior. ff. de ſuis, & legitim.* Item comprobatur authoritate Triboniani, quia ſeruus hæreditarius etiam inſtitui poteſt, cùm defuncti perſonam hæreditas repræſentet.

Ergo doctrina Forſteri, quæ eſt communis, ſtare non poteſt, quia poſthumus alienus etiam de iure ciuili inſtitui poterat. Item reprobatur in ea parte, in qua communis opinio tenet quòd Gallus in
hoc correxit ius ciuile, † quia etiam poſt Auguſtum 30.
Iuriſconſulti non habuerunt authoritatem † corri- 31.
gendi ius antiquum, ſed ſolam interpretandi. *l. 2. §. deinde. verſ. ius ciuile ſine ſcriptis*, quod in ſola prudentum interpretatione conſiſtit, & *d. l. 2. §. his legibus. ff. de origine iuris, in verſ. vt interpretatio deſideret prudentum authoritatem, & §. reſponſa. Inſtit. de iure naturali gent. & ciuil.* Nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura interpretarentur. Item quia leges noſtræ appellant reſponſa Iuriſconſultorum ſententias, & opiniones. *d. §. reſponſa*, quorum ſententiæ, & opiniones, & *d. l. pen. de legat. 1.* & obtinuit ſententia Galli, & *d. l. Gallus in §. final.* cùm recepta ſit Iuliani ſententia, quæ denominationes non conueniunt legibus, ſed ſolùm deciſionibus, quæ concernunt iuris interpretationem. Ne-
que obſtat *d. §. reſponſa*, † vbi, quòd erat permiſ- 32.
ſum prudentibus iura condere, quia eſt intelligendus, iura condere, quæ pertineant ad interpretationem, nam ſtatim ſubdit: Antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura interpretarentur, ex quo nõ poteſt inferri, quòd poterant corrigere ius antiquũ.
Neque obſtat *l. 2.* † *§. Iulianus. C. de veter. iur. enuel.* 33.
quia illa verba quòd Iuriſconſulti habebant authoritatem conſcribendarum, interpretandarúmque legum, non debent intelligi, quòd poſſent leges cõdere, ſed ſolùm, vt eorum conſilio iura conderentur, & ab ipſis conſciberentur. *l. 1. ff. de legib.* leges conſilio prudentum virorum conſtituebantur. *§. 1. Inſtit. de codicillis*, vbi Auguſtus prius conſuluit Iuriſconſultos, quàm recepiſſet vſus codicillorum, & fideicommiſſorum; ergo hoc principium eſt falſum quòd Gallus poterat corrigere leges duodecim tabularum, & multò magis apparet erronea opinio, quòd poſthumus alienus antea inſtitui non poterat, ſed prætores illi dederunt bonorum poſſeſſionem.

Nec eſt reſponſio Accurſij *in* † *§. poſthumus. Inſtit.* 34.
de legatis. vbi cùm textus dicat, poſthumus alienus & antea hæres inſtitui poterat, & nunc poteſt, interpretatur, antea poterat de iure prætorio, per text. *Inſtit. de bonor. poſſeſſ. in princip.* Quia *d. §. poſthumus*, dicit, & antea poterat, & nunc poteſt: ſed nunc poteſt

teſt de iure ciuili, etiam per conſtitutionem Iuſtiniani; ergo antea poterat de iure ciuili. Item confirmatur per ipſum textum *Inſtit. de bon. poſſeſſ. in princip.* vbi prætor poſthumo non nato, dat bonorum poſſeſſionem, ſed ſi ille poſthumus inſtitutus nondum natus, eſſet incapax de iure ciuili, ius prætorium non potuiſſet illum facere capacem. *l. non eſt ambigendum. §. vbicumque. ff. de bon. poſſeſſ.* Item quia ibi text. dicit, *poſthumus alienus inſtitutus iure ciuili non poterat adire hæreditatem, quia inſtitutio non valebat,* per quæ verba non videtur præſupponere,
35. quòd poſthumus † eſſet incapax, ſed potiùs capax, quia vult quòd non poſſit adire, ex quo inſtitutio erat inualida, videlicet, quia facta ſub conditione de morte patris, nam inſtituendo poſthumum alterius, iſta inſtitutio continebat conditionem mortis patris, & ita erat inualida, quia effectum habere non poterat, niſi patris mors eueniſſet ante natiuitatem inſtituti. Quòd autem inſtitutio poſthumi alieni reddatur inualida, probatur, quia nulla differentiæ ratio reddi poteſt, quare non permittatur inſtitutio poſthumi alieni, ſicut permittitur inſtitutio poſthumi proprij, niſi quia includit conditionem de morte alterius, & ita votum captandæ mortis contra *l. final. C. de pact.* Nam vxor prægnans, ne filius, quem in vtero habet, priuetur hæreditate ſibi delata, poſſet machinare contra vitam patris. Quòd
36. autem conditio mortis, ſub qua † facta eſt dicta inſtitutio, ſit valida de iure prætorio, eſt text. *l. etiam. §. libertus. ff. de bonis libert.* ita inducendo. Dum enim dubitat, vtrùm valeat patroni inſtitutio ſub illa cõditione, ſi filius liberti teſtatoris, illo viuo deceſſerit; reſpondet valere, quoad effectum excludendi patronum, ne vti præteritus de iure prætorio poſſit contratabulare teſtamentum, clarè præſupponit, quòd illa inſtitutio patroni ſub illa cõditione mortis ſolum valeat de iure prætorio, quoad effectum vt illi patrono inſtituto competat bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas, & ſic excludatur à bonorum poſſeſſione contra tabulas. Quare concludendum eſt, ex text. *Inſtit. de bon. poſſeſſ. in princip.* non probari, quòd de iure ciuili poſthumus alienus inſtitui non poterat, ex eo quia erat incapax de iure ciuili, ſed quòd inſtitutio erat inualida de iure ciuili propter conditionem mortis, ne induceretur votum illius captandæ, ſed de iure prætorio erat valida. *d. §. libertus.*

In ſecundo capite, circa bonorum poſſeſſionem,
37. quæ ab inteſtato † à Prætore conceditur, plures caſus conſiderari poſſunt. Primus eſt, bonorum poſſeſſio per Vnde liberi, datur ſuis hæredibus, & iſti ſunt nati ex iuſtis nuptiis. *§. ſunt autem. Inſtit. de bon. poſſeſſ. l. 2. in fine princip. C. vnde liberi.* Item datur emancipatis. *l. 1. & 2. ff. vnde liberi. l. 1. in fin. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. l. fin. ff. de liber. & poſthum. l. 1. C. vnde liberi, gloſſ. 1. in l. filium. ff. de acquir. hæredit.* vbi quòd hoc caſu filiis emancipatis bonorum poſſeſſio eſt neceſſaria ab inteſtato, ſuis verò eſt voluntaria, quo caſu ſi filius emancipatus exegerit à debitoribus hæreditariis corã iudice, dicitur agnouiſſe bonorum poſſeſſionem, ſi iudex intellexiſſet hunc filium eſſe in caſu agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis. Bald. *in l. 1. num. 31. C. qui admitti,* Mantica *de coniectur. lib. 12. tit. 15. num. 11.* Item datur filiis adoptiuis, qui per leges ciuiles habentur loco ſuorum hæredum. *§. pen. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. l. 1. in princip. verſ. eodem iure. ff. de contra tabul.* Item datur legitimatis. *§. quibus. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. §. reliquum, & §. illud. in verſ. Nihil à legitimis differentibus, in authent. quib. mod. nati efficiantur ſui.* Item datur nepotibus. *l. 2. C. vnde liberi. l. qui ſeparato ff. eod. tit.* quod eſt verum ſi à nemine præcedantur, vt *ibid.* Item datur poſthumis. *l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati.* argum. *l. 1. & 2. ff. de ſtatu homin.* Item exhæredatis. *l. final. ff. de liber. & poſthum.* Item nepotibus ex filio emancipato, qui ſub aui poteſtate erant tempore mortis filij emancipati. *l. ſi quis ex his. §. quin etiam. ff. vnde liberi. l. ſi pater. ff. eod. tit. l. ſed cum patrono. §. pen. ff. de bonor. poſſeſſ.*

Declaratur iſte caſus, † vt procedat in bonis patris, 38.
ſed non datur in bonis maternis, ſicut non datur contra tabulas, *gloſſ. 1. in l. 1. C. quando non petent. part.* gloſſ. *in rubric. C. vnde liberi.* gloſſ. *in §. ſunt autem. in ver. vnde liberi. Inſtit. de bon. poſſeſſ.* & hunc tenet Alexand. *in rubric. C. vnde liberi, & in l. in ſuis, in fine. ff. de liber. & poſthum.* & comprobat Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §. 15. num. 14.* per text. *l. final. C. de ſuis & legitim. & l. nepotibus. C. vnde legitim.* Iaſ. *in l. vnic. numer. 10. C. quando non pet. part.* Sed licèt filiis non detur per Vnde liberi, in bonis maternis, datur tamen per Vnde legitimi, *gloſſ. 1. in d. l. 1. C. quando non pet. part. & in rubric. vnde liber.*

Secundò declaratur, quòd bonorum poſſeſſio Vnde liberi eſt duplex, altera directa, quæ datur liberis in bonis paternis, alia vtilis, † quæ datur pa- 39.
tri, cùm filius emancipatus inteſtatus eſt mortuus, gloſſ. *in d. §. ſunt autem, in ver. vnde liberi,* & ibi Addentes, *Inſtit. de bon. poſſeſſ.* Salyc. *in l. qui ſe patris. C.*
vnde liberi. quoniam ſucceſſiones † ſunt viciſſitu- 40.
dinariæ, hoc eſt, ſicut vna actiuè ſuccedit alteri, ita & paſſiuè ab altera ſibi ſuccedatur. *l. ſi ab eo. ff. de legitim. hæredib. l. lege 12. tabularum, poſt medium. ff. eod. tit. l. communium. C. de natural. liber. auth. quibus modis nati effician. ſui. §. ſi quis igitur, verſ. in quibus caſibus naturales liberos ad ſucceſſionem vocamus, in his quoque naturalibus decentem ſeruent devotionem, eadémque menſura ſicut parentes proſpiciunt filiis naturalibus, ita & ipſis parentibus compenſentur,* & ibi gloſſa notat, quòd diſpoſitio ſuccedendi, & pietas, debet eſſe æqualis, & Baldus *in d. l. lege 12.*
tabularum, notat, quòd in ſucceſſione æqualitas † 41.
debet ſeruari, vt qualiter quis ſuccedit, taliter ei ſuccedatur, & facit gloſſ. *in §. final Inſtit. ad Tertullian.* vbi quòd ſicut mater illuſtris non ſuccedit, ita eius filij naturales illi non ſuccedunt, & Salyc. *in d. l. qui ſe patris. C. vnde liberi,* dicit, quòd ſucceſſiones ſunt viciſſitudinariæ ex legis interpretatione, vt *in d. l. ſi ab eo, & authent. quib. modis nati efficiantur ſui. §. filia, & §. penult.* & vult quòd parentes habeant bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, vtiliter, ſiue Vnde parentes illi ſimilem, & hanc opinionem pluribus aliis relatis probat Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §. 15. num. 16.* vbi quòd eſt communis concluſio, & vera.

Tertiò declaratur, quòd ſi quis ex prædictis habuit bonorum poſſeſſionem iudicialem Vnde liberi, ſi alius veniat, & agnoſcat, & probat illum nõ
eſſe filium, audiendus eſt, quoniam † prætor vide- 42.
tur dediſſe ei bonorum poſſeſſionem, ſub conditione ſi eſſet filius. gloſſ. *in l. 3. §. bonorum, in ver. ius perſequendi. ff. de bonor. poſſeſſ.* Imò poterit appellare, vt ſcribam in declaratione iſtius capitis.

Secundus caſus eſt, bonorum poſſeſſio per Vnde legitimi, in qua attendi debet, quòd ſit proxi-
mus † agnatus defuncto ab inteſtato decedenti, tẽ- 43.
pore, quo illa bonorum poſſeſſio defertur, nec inſpicitur quis fuerit proximus tempore mortis. *l. 1. & l. ſi ex duobus. C. vnde legitimi,* & hæc defertur non ſolùm in hæreditate maſculorum, ſed etiam feminarum

natum, nec tantùm ingenuorum, ſed etiam libertinorum, & eſt communis pluribus. *l. 2. §. 1. ff. eod. tit.* ideo datur conſanguineis. *l. 2. §. 4. in ver. conſanguineus. ff. vnde legitim.* & conſanguinei ſunt fratres ex parte patris. *l. 1. §. poſt ſuos, & §. poſt conſanguineos. ff. de ſuis, & legitim. l. 1. §. ſi ſit conſanguinea. ff. ad ſenatuſconſult. Tertullian.* Item datur agnatis. *d. l. 2. & §. ſunt autem. Inſtit. de bonorum poſſeſſ.* & iſti ſunt omnes tranſuerſales ex parte patris. *§. 1. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. 2. in princip. ff. de ſuis, & legitim.* Item ſi liberi repudiauerint bonorum poſſeſſionem per Vnde liberi, poſſunt petere per Vnde legitimi. *d. l. 2. in princip. ff. vnde liberi. l. 1. §. videndum. ff. de ſucceſſor. edict.*

44. Item datur liberis † per matrem deſcendentibus. *l. 2. §. final. & l generaliter. ff. vnde legitim.* Itẽ datur feminis. *d. l. 2. §. nec tantum.* Item datur in ſucceſſione libertorum. *Inſtit. de ſeruili cognat. in princip.* Et

45. in ſumma † bonorũ poſſeſſio Vnde legitimi datur, quotieſcumque lex, vel ſenatuſcõſultum defert hæreditatem, & ideo neque olim, neque hodie neceſſaria videtur, cùm ex lege XII. tabularũ ſuccedi poſſit, *gloſſa fin. in l. final. C. vnde legitim.* Niſi dicamus quòd hæc bonorum poſſeſſio datur cauſa tuẽdæ legis duodecim tabularum, his qui vocantur per eandem legem. Aut ſi vocarentur ad ſucceſſionem per ſtatuta vel conſtitutiones Principũ præter, vel contra ius ciuile, quia tunc non poſſet peti ſucceſſio de iure ciuili, ſed tantùm bonorum poſſeſſio de iure prætorio, & ita tenent communiter omnes *in rubrica C. qui admitti*, & alij relati per Craſſ. *in §. bonorum poſſeſſio. quæſt. 5. num. 11.* Mantica *in d. lib. 12. tit. 15. n. 4.* & ita infra cẽtum dies præſcribitur, vt *ibi* per eos.

Declaratur iſte caſus, vt in liberis, qui poſſunt admitti per bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, vel

46. Vnde † agnati, vel Vnde cognati, tempus illius petendæ non ſit vnicum, ſed multiplicatum, & hanc concluſionem firmauimus ſuprà *in quæſt... art..* & latiùs illam probat Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §. 16. num. 2. verſ. Deinde quatenus*, qui cæteros refert, & probat eſſe communem concluſionem, & licèt alleget multos contrarios, tamen quando de vtraque opinione dubitaretur, illi qui intereſſe habent, vt creditores, vel ſimiles, poterunt petere, vt breuius tempus aſſignetur ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem. *l. quandiu*, & *ibi* notant omnes Doct. *ff. de acquir. hæredit.* At ſi nullus adſit creditor, nulla perſona, quæ intereſſe habeat, nihil alicui deperit, & ſi hæreditas iaceat, nulli nocet, etiamſi diutius durauerit.

Tertius caſus eſt, bonorum poſſeſſio per Vnde

47. cognati † procedit ex ſola prætorum indulgentia, quia nullam habet originem de iure ciuili. *l. 1. ff. vnde cognati*, in qua conſideratur ſola ſanguinis ratio, & pertinet ad cognationes non ciuiles. Per eam igitur admittẽdus eſt proximus cognatus qui ita reperitur, tempore quo defertur d. bonor. poſſeſſio, ita vt ſi proximus cognatus decederet, dum hæredes ſcripti deliberauerint, & poſtea repudiauerint, admittendus eſt quaſi proximus. *l. 1. §. proximus, & l. 3. ff. vnde cognati.* Hæc bonorum poſſeſſio amplectitur ſex tantummodo gradus, & ex ſeptimo duas tantùm perſonas, ſcilicet ex ſobrino, vel ſobrina natos. *d. l. 1. §. hac autem. ff. vnde cognati.* & illam petere poſſunt etiam vulgo quæſiti liberi matris, & mater talium liberorum, & ipſi fratres inter ſe, quia ſunt inuicem cognati. *d. l. 1. §. final.* & hodie

48. non eſt neceſſaria, † *gloſſa final. in l. fin. C. vnde legitimi*, argum. *§. nullam, in auth. de hæredib. ab inteſt. venientib.*

49. Quartus caſus eſt, bonorum poſſeſſio Vnde † vir & vxor, procedit ex mero iure prætorio, quia de iure ciuili alter non admittebatur ad ſucceſſionem alterius, vt *ff. & C. vnde vir, & vxor*, & ita probat Corn. *in conſil. 314. num. 2. vol. 4.* Mantica *lib. 12. tit. 15. num. 3. verſ. Item vxor*, quæ bonorum poſſeſſio, & olim, & hodie eſt neceſſaria. *gloſſ. final. in d. l. fin. C. vnde legitim.*

Declaratur, vt vxor quando petit hanc bonorum poſſeſſionem, debeat probare matrimonium fuiſſe iuſtum, & legitimum, Nicolaus de Vbald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 4. num. 2.* Nec ſufficit probatio de matrimonio præſumpto, aut putatiuo, Textor *in eod. tractat. num. 161.* Item quando petit admitti de iure prætorio, debet hoc facere infra centum dies à die obitus viri, Alexand. *in l. 1. in princip. C. vnde vir, & vxor*, & *ibi* Iaſ. *num. 1.* Matheſilan. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in 4. artic. principali. num. 2.* Nicol. de Vbald. *in eod. tract. part. 4. num. 2. verſ. aduerte.* Textor *in eod. tract. numer. 94. verſ. ex quo ſequitur.* Sed dicti centum dies † ſunt 50. vtiles, & non currunt ignoranti. Dec. *in l. 2. in 1. lect. num. 3. C. qui admitti*, & ex capite ignorantiæ competit reſtitutio. Dec. *ibid.* Oddus *de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 61. art. 5. per totum. num. 28.* Niſi bona hæreditaria teneret, & poſſideret, quia tunc propter commodum poſſeſſionis releuatur ab onere probandi. Cagnol. *in rubric. C. qui admitti. num. 63.* & multo magis, quando iudicis decreto dicta mulier fuiſſet immiſſa. Cagnol. *ibid. num. 64.* Craſſ. *in §. bonorum poſſeſſio. quæſt. 7. in fin.*

Item declaratur, vt dicta bonorum poſſeſſio non ſolùm detur vxori de iure prætorio, ſed etiam hodie de iure ciuili, † vnde illa poteſt intra triginta 51. annos hæreditatem adire, per *authent. præterea. C. vnde vir, & vxor*, & d. Authentica † non eſt corre- 52. ctoria d. l. primæ, ſed venit ampliatiuè, & comprehendit omnes caſus illius legis primæ, vt notat Alexand. *in d. authent. præterea, num. 6.* Matheſilan. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato artic. 4. principali. numer. 6.* & *ibi* latiùs per Bolognin. *in Additionibus.*

Præterea declaratur, nam ſi vxor ſit relicta † 53. prægnans, ventre præterito, & fuerit ſubſtituta filio ſine prole decedenti, mortuo viro ſine filiis, ipſa non poteſt hæreditatem adire, ſed aditio ſtat in ſuſpenſo, propter ventrem præteritum, qui teſtamentum rumpit, & expectat poſthumum naſciturum. *l. ventre præterito*, cum ibi notatis. *ff. de acquir. hæredit.* Sed interim ipſa vxor poterit petere bonorum poſſeſsionem ſecundùm tabulas, qua impetrata, & facto inuentario, ſi poſtea purificetur conditio, tranſit poſtea in legitimam aditionem. *l. 2. §. ſi ſub conditione. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tabulas.* Gabriel *in conſil. 131. vol. 1.* Phanuc. *in tract. de inuentario part. 2. num. 56.* & ita fuit iudicatum in Rota Florentina, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titulo Bonorum poſſeſſio. cap. 1.*

Declarantur caſus iſtius capitis, † nam dicta bo- 54. norum poſſeſſio in iudicio peti debet, vt in pluribus legibus *ff. de bonor. poſſeſſ. l. 3. §. à municipibus, verſ. ſed etſi nemo petat. l. 4. in fin. verſ. aut ante mortui ſint, quàm petierint bonorum poſſeſſionem. l. ei qui, verſ. ſi petiiſſent bonorum poſſeſſ. l. ſed cum patrono, verſ. non petente ſcripto hærede. l. ſeruus, in princip. ſeruus bonorum poſſeſſionem petendo, l. tutor. verſ. quia tutori petere permiſſum eſt, l. ſi plures, verſ. petierit, nec ne, & l. ſi pupillo, tutor bonorum poſſeſſionem petierit.* Nam per huiuſmodi petitionem dicitur agnoſcere bonorum poſſeſſionem, & ſatisfit legi finali. † *C.* 55. *qui admitti*, non enim dictæ leges ſunt correctæ quoad

quoad petitionem, quæ ſignificat agnitionem; ſed correctio in eo dumtaxat verſatur, quia Imperator *in d. l. final.* diſponit, vt hodie non requiratur decretum, prout hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Alciat. *in lib. 4. paradox. cap. 1. num.* 10. Cagnol. *in rubric. C. qui admitti, numer.* 30. & propterea hodie bonorum poſſeſſio non dicitur decretalis, ſed iudicialis, gloſſ. *in §. final. Inſtit. de bon. poſſeſſ.* quam gloſſam eſſe communiter approbatam, atteſtantur Cagnol. *in d. l. final. numer.* 7. & Craſſ. *in d. § bonorum poſſeſſio. quæſt. 6. in fine.*

56. Secundò declaratur, nam bonorum poſſeſſio † alia eſt ordinaria, alia extraordinaria, prima eſt quæ tribuit ius, quoniam eſt ius ſucceſſionis. *Inſtit. de bon. poſſeſſ. in princip.* Iaſ. *in l. final. num.* 12. *C. qui admitti*, & ideo definitur, eſt ius perſequendi, & retinendi patrimonij ſiue rei cuiuſque morientis. *l. 3. §. bonorum. ff. de bon. poſſeſſ.* & iſtius plures ſunt ſpecies, videlicet ex teſtamento, vel ſecundùm tabulas, vel contra tabulas. Item ab inteſtato, Vnde liberi, Vnde legitimi, ſiue agnati, Vnde cognati, & Vnde vir, & vxor; ſed extraordinaria non tribuit ius in proprietate, Ioan. Fab. *in §. cùm igitur, num. 6. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* Bartol. *in l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffic. teſtam.* & iſtius plures ſunt ſpecies, videlicet, quæ datur ventris nomine, item quæ datur litis agnoſcendæ gratia, item Carboniana; & iſtæ dicuntur poſſeſſiones facti, non autem iuris, vt per Ioan. Fab. *in d. §. cùm igitur*, & ſola Carboniana tribuit ius in poſſeſſione. *l. 3. §. iuſſum. ff. de Carboniano edicto.* Effectus huius
57. diſtinctionis eſt, nã ſententia † lata in poſſeſſoriis ordinariis præiudicat in petitorio, & in bonorum poſſeſſionis hæreditatis petitione, ad quam non admittitur, propter denegatam bonorum poſſeſſionem. Salyc. *in l. poſt ſententiam, num. 3. C. de ſentent. & interlocut. om. iudic.* Ideo à dicta ſententia datur appellatio. Bald. *in l. vnica num.* 18. *verſ. quid ſi petatur. C. ſi de momentanea poſſeſſ. fuer. appell.* Contard. *ibid. limitat.* 15. *num.* 7. Salyc. *ibid. num.* 6. Forſter. *de ſucceſſionib. lib. 1. cap. 6. num.* 30. *& ſeq.* Sed à lata in extraordinariis non datur appellatio, quia dictæ extraordinariæ non conferunt ius in poſſeſſione, nec in proprietate. Petrus de Bellapert. *in l. 1. num. 16. C. qui admitti*, Contard. *in d. limitat.* 15. *num.* 10. Forſter. *in d. cap. 6. num.* 32. & ideo ab iſtis extraordinariis tanquam merè poſſeſſoriis appellatio denegatur, Guglielm. Maynerius *in l. quoties, num. 27. ff. de regul. iuris.*

In tertio capite bonorum poſſeſſionis contra tabulas, quæ licet nitatur contra teſtamentum, tamen dicitur ex teſtamento, † propter relationem
58. ad illud, quoniam locum habere non poteſt niſi facto teſtamento, gloſſ. *in l. certum, in ver. non vrgentur. C. vnde legitimi*, & probat text. *l. vnica. ff. ſi tabula nulla extabunt*, vbi Vlpianus dicit, ita ab inteſtato competere bonorum poſſeſſionem, ſi neque ſecundùm tabulas, neque contra tabulas bonorum poſſeſſio agnita fuerit. Item text. *l. 4. C. de collat.* vbi filiæ ita demum dotem conferre coguntur, ſi vel ab inteſtato ſuccedant, vel contra tabulas petant, ponderando diſiunctiuam *vel*, quæ ponitur inter di-
59. uerſa. Præterea hæc bonorum poſſeſſio † contra tabulas, aliquando conuertitur in ſecundùm tabulas, vt quando alter ex filiis eſt inſtitutus, & alter præteritus, tunc inſtitutus non habet bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas. *l. 2. §. expectandi. ff. de ſecundùm tabul.* & ideo beneficio præteriti habebit cõtra tabulas. *l. ſi poſt mortem. §. final. l. illud. §. final. l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Effectus † eſt magnus, quia ſi res ad cauſam inteſta- 60.
ti reducatur, maiorem bonorum partem conſequetur, quàm ex inſtitutione habiturus eſſet, item conſequetur vtilitatem maiorem reſpectu legatorum præſtandorum, vt not. *in l. poſthumo, in gloſſa 1. C. de contra tabul.* pro quo vide Marcum Mantuam *in ſingulari 66. incip. Bonorum poſſeſſio.* Quo caſu ſi præteritus omittat contra tabulas intentare, tunc ſucceſſio reducetur ad ſecundùm tabulas. *l. nonnunquam. ff. de legatis præſtandis*, ne occaſio præteriti inſtitutum lucro afficiat, vt ibi dicit text. qui intelligitur, vt à legatis præſtandis exoneretur, vt declarat Mantua *in ſingulari 173. & ſingulari* 181.

Nunc de perſonis. Datur † iſta bonorũ poſſeſſio 61.
contra tabulas liberis præteritis. *§. ſunt autem. Inſtit. de bonor. poſſ.* dummodo fuerint ſui, *l. ſuitatem, l. maximum vitium. §. ſancimus. verſ. qualem vel ſuus, C. de liber. præterit. l. is qui in poteſtate, in princip. l. ſi duo. ff. de legat. præſtand. l. ſed cum patrono. §. 1. ff. de bon. poſſeſſ. §. eadem hæc. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* Item datur emancipatis. *d. §. ſancimus, & §. exhæredates. Inſtit. de exhæredat. liber.* & licèt contra tabulas ſit proprium remedium præteriti. *l. 2. ff. de contra tabul.* tamen competit etiam exhæredato, quando exhæredatio non eſt ſolemniter facta, vt *l. non putauit. §. non quauis. ff. de contra tabul. & in l. 3. §. purè. ff. de liber. & poſthum.* quoniam cùm non eſt ſollemniter facta, non eſt exhæredatio, ſed præteritio: ſed quando alio reſpectu exhæredatio eſt nulla, ſecus eſt, vt in caſu *l. final. ff. de liber. & poſthum.* & ita edictum de contra tabulas non aperitur exhæredato. *d. l. non putauit, in princip. & l. ſi poſt mortem. §. exhæredati. ff. de contra tabul.* Item datur datis in adoptionem. *l. non putauit. §. in adoptionem. l. ſi poſt mortem, in princip. & §. 1. & §. ſi in adoptionem, & l. ſi in adoptionem. ff. de contra tabul.* Item datur filiis legitimatis, quia in omnibus & per omnia facti ſunt legitimi. *§. reliqui, & §. illud. in auth. quib. modis nati efficiantur ſui.* Item datur nepotibus. *l. non tantùm, in princip. & §. ſi emancipatus, in 1. ff. de cõtra tabul. l. ex duobus. §. pen. & §. final ff. eod. tit.* Sed hoc eſt verum quando à nemine præcedũtur, vt in dictis legibus. Idem ſi præcederentur à patruo. *d. l. ſi in adoptionem. §. final. ff. de contra tabul.* Sed cùm nepos ex filio natus poſt mortem, præteritus petit contra tabulas, debet conferre. *l. 2 ff. de collatione bonorum.*

Declaratur iſte caſus, vt bonorum poſſeſſio cõtra tabulas impediat † bonorũ poſſeſſionem ſecundùm 62.
tabulas, ſed non impedit aditionem hæreditatis, vt notant omnes *in l. poſthumo. C. de bon. poſſ. contra tabul.* & ratio eſt, nam repugnantia quæ prouenit ab eodẽ fonte, non admittitur à lege. *l. vbi repugnantia. ff. de regul. iuris. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig.* & proueniunt ab eodem fonte ambæ bonorũ poſſeſſiones, nempe de iure prętorio, ſed aditio hæreditatis prouenit à diuerſo fonte iuris ciuilis, & licèt aliquando concurrant, *l. ſi duo. ff. de legat. præſtand.* tamen non ſunt omnino contraria, † quia per ſecundũ 63.
tabulas teſtamentum non confirmatur in totum, & per contra tabulas teſtamentum non ſubuertitur in totum. Et quando teſtamentum per contra tabulas ſubuertitur in totum, hoc eſt propter defectum formæ, quia filij vel debebant inſtitui, vel nominatim exhæredari, *Inſt. de exhæredat liber. in princ.* & forma eſt quid indiuiduum, quæ reſpicit totam diſpoſitionem. *l. Græcè. § illud. ff. de fideiuſſor.* ideo querela quæ non reſpicit totum teſtamentum, illud rumpit pro parte, quoniam pro parte inofficioſum eſſe poteſt. *l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam.*

ARTI

ARTICVLVS II.

Bonorum poſſeſſor an ſit hæres, vel differāt.

SVMMARIA.

1. *Bonorum poſſeſſio an ſit de iure pretorio, vel ciuili.*
2. *Dictio ex, denotat cauſam immediatam.*
3. *Bonorum poſſeſſio vt ex legibus, eſt de iure ciuili.*
4. *Bonorum poſſeſſor, & hæres non differunt quoad originem.*
5. *Statuta loquentia de hæredibus habent locum in bonorum poſſeſſore.*
6. *Adire dicitur de iure ciuili, qui agnoſcit bonorum poſſeſſionem de iure prætorio.*
7. *Bonorum poſſeſſor agit remedium* l.final. C.edicto diui Adr.toll.
8. *Prætor an habeat authoritatem legis condendæ, & num. 16.*
9. *Bonorum poſſeſſio, & hæreditas valdè differunt.*
10. §. Quos autem. Inſtit. de bon.poſſ. *intellectus.*
11. L. puberem. C. de iure deliber. *declaratur.*
12. *Bonorum poſſeſſor, & hæres quomodo differant.*
13. L. 1. ff. vt ex legibus, & ſenatuſconſultis, *declaratur.*
14. *Lex ciuilis aliquando vtitur remediis prætoriis.*
15. *Mandatum de adeunda hæreditate includit bonorum poſſeſſionem.*
17. *Prætor per viam iuriſdictionis conſtituit ius inter partes.*
18. *Poteſtas inter partes poteſt eſſe non per viam legis condendæ.*
19. *Prætor interpretando corrigere poteſt legem.*

RESolutio iſtius articuli ab ea antiqua
quæſtione depēdet, quę eſt inter Ac-
curſ. & Bart. *in l.3 §.bonorum.ff.de bon.*
poſſeſſ. vtrùm bonorum poſſeſſio ſit
1. de iure prætorio, † vel de iure ciuili,
qui Doctor. claſſici plurimos habuerunt ſectatores,
ita vt vtriuſque opinio aſſeratur cōmunis, & plures
ex eis aſſerant vtramque opinionem eſſe, de iure de-
fendi poſſe, quæſtio potiùs ſcholaſtica, ad multa iu-
diciorum principia conferri poteſt.

Bart. enim *in d.l.3.§.bonorum.ff.de bon.poſſeſſ.* tenet
eſſe de iure ciuili, per text. *l.prima, & in rubr ff. vt ex*
legibus, & ſenatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur,
vbi quòd defertur ex lege ciuili, & ideo ipſe dicit,
bonorū poſſeſſio eſt ius perſequendi ciuile, vel præ-
2. torium. Itē ponderando dictionē *ex*, † quæ denotat
cauſam immediatam, *l.1.§.ex incendio ff.de incēd.ruin.*
naufrag. ergo dum ibi dicitur, bonorū poſſeſſio eſt ex
legibus, ergo leges ſunt cauſa immediata ipſius. Itē
l.3.in princip.ff.vnde legitimi, vbi text. vult, quòd vbi
competit bonor.poſſeſſio, vt ex legibus, competat
Vnde legitimi; ſed Vnde legitimi non competit, niſi
quis poſſit ſuccedere de iure ciuili. *l.2.§.fin. ff.vnde*
3. *legitim.* ergo illa bonorum poſſeſſio † vt ex legibus
eſt de iure ciuili. Item text. *l.fin.C.qui admitti, in verſ.*
acquirendæ hæreditatis, quæ intelligitur de bonorum
poſſeſſione. Itē *l.2.ff.de bon.poſſ.* vbi bonorū poſſeſ-
ſor obtinet vicem hæredis, & licèt ex eo text. colli-
gatur, quòd nō ſit propriè hæres, tamen hoc eſt, quia
prætor non poteſt facere hoc. *§.quos autem.Inſtit.de*
bon.poſſeſſ. Item quia lex dat bonorum poſſeſſionem
aliquādo. *l.poſthumus ff.de iniuſto teſtam.l.1.in princ.ff.*
vnde cognati. vbi illa bonorum poſſeſſio à prætore
nudam habet indulgentiā, neque ex iure ciuili ori-
ginē habet; ergo eſt aliqua bonorum poſſeſsio, quæ
datur de iure ciuili, & dato quòd vtatur remedio
prætoris, tamen eſt de iure ciuili, quia actus inſcri-
bitur primæ cauſæ. *c. cùm aliquibus.de reſcript. lib.6.l.*
item eorū.§.ſi decuriones.ff. quod cuiuſque vniuerſit.nom.

Si ergo bonorum poſſeſſio eſt de iure ciuili, ergo
non differt ab hæreditate, quoad originē, & ita bo-
norum poſſeſſor, † & hæres ſunt vna res quoad ori- 4.
ginē, & propterea pro communi aſſeritur, quòd ap-
pellatione hæredis veniat bonorū poſſeſſor, ſtrictè,
& propriè, Bart. *in l.1.§.bonorum.ff.ad Trebel.* per text.
l.in conditionibus.§.ſi patronus.ff.de cōdit.& demonſtrat.
& l. is qui in poteſtate.§.fin.ff.de legat. præſtand. iuncta
regula quæ habet, quòd conditio debet adimpleri
in forma ſpecifica. *l.qui hæredi.l.Mauius.ff.de con-*
dit. & demonſtrat. Ideo ſtatuta † loquentia de hæ- 5.
redibus, intelliguntur etiam de bonorum poſſeſſo-
ribus. Bartol. *in l.1.§.bonorum.ff.ad Trebell.* & *ibi*
Roman. & cæteri, & alij ad hoc relati per Tiraquel.
in tract. de morte parte 2. declarat. 2. num. 7. & ſtatu-
ta ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda. *l.3.§. hæc*
verba. ff. de negot.geſt. Alciat. *in l. hæreditatis appella-*
tione. ff. de verb. ſignificat. vbi quòd etiam in diſpoſi-
tione odioſa appellatione hæredis, continetur bo-
norum poſſeſſor. Item quia is qui agnoſcit hæredi-
tatem de iure prætorio, † dicitur adire de iure ciui- 6.
li, prout eſt caſus *in l.puberem. C.de iure deliber.* quem
dicit ſingularem Bartol. *in ſingulari* 184. & hanc
etiam tenet Bartol. *in l. vnic. C. quando non petent.*
part. & eſt de hoc communis opinio, vt atteſtatur
Craſſ. *in §. bonorum poſſeſſio. quæſt. 11. in fine.* & con-
fert ad hanc opinionem, quòd remedium *l. final.C.*
de edicto diui Adrian. † tollendo, competens ſcripto 7.
hæredi, etiam illi competit, qui eſt hæres de iure
prætorio, quam probat Menoch. *de adipiſcend.poſ-*
ſeſſ. remed. 4. num. 327. & plur.ſeq. Item confert al-
tera, quam defendit Sebaſtian. Sapia *in rubric. C.*
qui admitti.col.1.verſ. ego autem, quòd prætor † ex 8.
ſuo officio habebat authoritatem legis condendæ,
quæ facultas ſibi fuit conceſſa à Populo Romano
propter publicam vtilitatem. *l. ius autem ciuile. §. 1.*
ff. de iuſtit. & iur. & probatur *in §. media. Inſtit. de*
legitima agnat. ſucceſſ. & Inſtit.de bon. poſſeſſ. in prin-
cip. Et quòd hoc ſit per prius, non autem per poſte-
rius, (vt communiter ſcholaſtici his terminis vtun-
tur,) probatur, nam vſucapio eſt de iure ciuili, *In-*
ſtit. de vſucap. in princip. Sed prætor ex ſua iuriſdi-
ctione tollit vſucapionem, *§. ſed iſta, & §.rurſus.In-*
ſtit. de actionib. ergo immediatè, & per prius, quia
dictio *ex*, denotat cauſam immediatam. *l. eo tempo-*
re. ff. de peculio, & d.§. ex incendio.

Contrariam opinionē exiſtimo eſſe veriorē, quòd
magna ſit differentia inter hæreditatem, † & bono- 9.
rum poſſeſſionem, quam tenet gloſſ. *Inſtit. de bon.*
poſſeſſ. in princip. & in d.l.3.§. bonorum. ff. de bon.poſſ.
& in l. nihil aliud. ff. de regul.iur. eandem ſequitur
Azo. Item Cyn. *in l.certum in 1.quæſt.* Bald. *in rubric.C.*
qui admitti, cum quo trāſeunt Bulgar. Iaſ. *num.* . Bar-
bat. *n.46.* & omnes repetentes ſequuntur iſtam opi-
nionem: quia Imperator non negat bonorum poſ-
ſeſſores eſſe hæredes, ſed facit differentiam inter
hæredes qui ſunt de iure ciuili, & eos qui ſunt de
iure prætorio, vt *in §. quos † autem. Inſtit.de bonor.* 10.
poſſeſſ. Quos autem ſolus vocat prætor ad hæredita-
tem, hæredes quidem ipſo iure non ſunt, nam præ-
tor hæredē facere non poteſt, per legem enim tan-
tùm, vel ſimilem iuris conſtitutionem hæredes
fiunt, veluti per ſenatuſconſulta, & conſtitutiones
principales, ſed cū prætor dat bonorum poſſeſſionē,
loco hæredū cōſtituitur, & vocātur bonorū poſſeſ-

ſores:& eſt intellectus Decij in rubric. C. qui admitti, quòd ſi concurrant ius ciuile, & prætorium, velut: ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſio, & contra tabulas filio in poteſtate præterito, qui bonorum poſſeſſionem petierit, tunc erit hæres, & ita intelligitur
11. d.l. puberem.† C. de iure deliber. & d.l. in conditionibus. §. ſi patronus. ff. de condit. & demonſtrat. Sed ſi prætor ſolus vocet, videlicet emancipatos per bonorum poſſeſſionem Vnde liberi. §. emancipati autem. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. de quo ſcripſi in præcedenti articulo, tunc erit bonorum poſſeſſor Vnde liberi, & quæ præſupponit Gozadin. in d. rubric. num. 2. verſ. mihi non placet. C. qui admitti, aduersùs hunc intellectũ Decij, ſunt nullius momenti, quòd text. l. prætor. ff. de regulis iuris, generaliter ſit intelligẽdus, vt in omni caſu bonorum poſſeſſor loco hæredis habeatur, quia hoc eſt verum, quando ſolus prætor vocat, & non poteſt admitti de iure ciuili, ſed ſi admitti poſſet, tunc vtrumque ius concurreret, & eſſet hæres, d.l. puberem; non autem haberetur loco hæredis. Et ille nouus intellectus ad d. §. quos autem, quẽ Gozadin. dicit velle dare, reincidit ad intellectũ Decij, dum enim dicit rationem dubitandi d §. quos autem, eſſe, quia prætor ſpecialiter induxit bonorum poſſeſſionẽ propter emancipatos. d. §. emancipati. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. & ideo videbatur, quòd ipſi eſſent neceſſariò hæredes, perinde ac ſi eſſent in poteſtate, & text. d. §. quos autem, definit, non eſſe neceſſarios, quia ſunt loco hæredum, hoc eſt, illud quod dicit Dec. quia, vt declaraui, emancipati vocantur ſolo iure prætorio, & in ipſis non concurrit ius ciuile, idcirco non ſunt hæredes, ſed habentur loco hæredum. Huiuſmodi ſunt etiam bonorum poſſeſſores Vnde cognati, quos omnes Imperator non negat fieri hæredes, ſed negat hæredes eſſe ipſo iure, nam ex eo, quòd ſuccedunt ad vniuerſum ius. l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. §. adhuc. Inſtit. de bon. poſſeſſ. l. hæredis appellatione. ff. de verb. ſignificat. Sed ipſo iure non fiunt hæredes, ſed illi, quos aut lex, aut conſtitutio facit hæredes, eo ipſo quòd pro hærede agunt, & nomen & effectus hæredis adipiſcuntur. l. pro hærede. ff. de acquir. hæredit. Quod in bonorum poſſeſſione ſecus eſt, quoniam coram iudice agnoſci debet. l. final. C. qui admitti, & ita intelligitur doctrina cõmunis, Prætor non facit hęredes per prius, ſcilicet ipſo iure, quia corã iudice agnoſci debet. Præterea quæ differũt, nomine, forma, & effectu, nullus ſimilia eſſe affirmabit, ſed omnino diuer-
12. ſa. Sed bonor.† poſſeſſor, & hæres differũt nomine. l. ſi idem. C. de codicill. Item forma, quia hæres fit ipſo iure, d.l. pro hærede; ſed bonorum poſſeſſor debet agnoſcere coram iudice, d. l. final. C. qui admitti. Item effectu, quia bonorum poſſeſſio durat per annum, vel per centum dies. l. 1. §. dies. & l. final. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. deſideretur; ſed hæreditas poteſt peti infra triginta annos. l. licet. C. de iure deliberandi, cum ſimilib. & ideo Bald. in l. 1. in 7. oppoſit. C. qui admitti, dicit quòd licèt bonorum poſſeſſio debeatur de iure ciuili, tamen non defertur per regulas iuris ciuilis, ſed ſecundùm æquitatem prætoris; quamobrem text. d.l. 1. ff. vt ex legib. & ſenatuſconſultis bon. poſſ. detur, probat, quòd licèt debeatur ex lege, tamen datur à prætore.

13. Non obſtant contraria. Ad text. d.l. 1. † ff. vt ex legib. & Senatuſconſult. patet reſponſio ex nunc dictis, & confirmatur per text. in §. ſeptima. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. vbi text. dicit, quòd d. bonorum poſſeſſio, vt ex legibus conceditur de iure prætorio. Item confirmatur, quòd licèt per legem concedatur abſtinere. l. 1. C. vt ſe ab hæredit. abſtineat, tamen d. abſtentio eſt de iure prætorio, ſecundùm Iaſ. in l. admonendi col. 7. ff. de iureiur. & in l. 1. C. quando non pet. part. Itẽ quia lex ciuilis vtitur † remedio prætoris, 14.
quando ſecundùm regulas iuris ciuilis non poteſt dari hæreditas, tunc datur de iure prætorio, vt in caſu l. poſthumus. ff. de iniuſto teſtam. & cùm ius ciuile accedit diſpoſitioni iuris prætorij ſequendo eius remedia, actus potiùs debet denominari de iure prætorio, argum. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. ff. de auro, & arg. legato. Ad alia reſpondetur, quòd quando ius prætorium concurrit cum iure ciuili, tunc bonorum poſſeſſor eſt hæres, vt probaui in reſolutione articuli, & tunc in qualibet diſpoſitione loquente de hærede, comprehenditur bonorum poſſeſſor. Ideo mãdatum † de hæreditate adeunda, etiã referri 15.
poteſt ad bonorum poſſeſſorem. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acquir. hæred. Item ſtatutum loquens de hærede comprehendit bonorũ poſſeſſorẽ, vt ſcripſi, Bart. & Bald. in l. 1. C. vnde liberi, Iaſ. & Dec. in l. final. C. de edẽdo. Ruin. in cõſ. 143. vol. 5. Ad illud quòd prætor ex authoritate † ſui officij poterat 16.
facere legem, primò do inſtantiam, ſecundò reſpondeo, Inſtit. de perpetuis, & tẽpor. act. vbi text. dicit, quòd actiones perpetuæ ex lege, ſenatuſconſulto, ſiue ex ſacris conſtitutionibus proficiſcuntur, deinde dicit, quòd temporales pendẽt ex proptia prætoris iuriſdictione; ergo iuriſdictio prætoris non eſt per modum legis, & quod eius authoritate proficiſcebatur, non dicebatur à lege proficiſci. Item d. §. quos autẽ. Inſtit. de bon. poſſ. vbi quòd prætor hæredem facere non poteſt, ſed per legem vel ſimilem iuris conſtitutionem hæredes fiunt, & ideo text. in §. prætorum edicta. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili, dicit, non modicam obtinent iuris firmitatem, non dixit, quòd habent legis vigorem, ſicut dixit de conſtitutionibus Principum. Deinde reſpondeo, quòd aliud eſt, an prætor poſſit facere legem per viam iuriſdictionis, & concludendum eſt negatiuè, vt in d. §. quos autem. & l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iuſtit. & iur. Itẽ quia edicta prætorum ne ex poſtfacto quidem habebãt vim legis, quoniam fuerunt confirmata ab Imperatore. l. 2. §. omnia. C. de veter. iur. enucl. & tamen non habebant vim legis, ſed pariebant eoſdem effectus, quos ante confirmationem, prætor enim non facit hæredem ipſo iure, non dat iura directa, nec tollit legem ipſo iure, nec facit quem deſinere eſſe hæredem. d. §. quos autem. l. etſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. gloſſ. in l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. gloſſ. in l. ex duobus. §. final. ff. de vulgar. & pupill. Aliud eſt an poſſit per viam iuriſdictionis cõſtituere † ius inter partes, interloquendo, pronuntiando, decernendo, edicta 17.
proponendo, & alia pertinentia ad iuriſdictionem exercendo, & dicendum eſt, quòd hoc poterat facere inter partes, & hoc poterat facere, & poſt factũ nulla erat neceſſaria populi approbatio. l. 2. §. eodem tempore. ff. de origin. iur. d.l. ius autem. §. ius prætorium. ff. de iuſt. & iur. & d. §. prætorũ. Inſtit. de iure naturali. Et confirmari poteſt ex text. §. quod Principi. Inſtit. eod. tit. Nam quod Principi placet inter partes, & particulariter non habet legis vigorem; quamobrem eſt dare vnam poteſtatem † inter partes, quæ non eſt 18.
legis generalis, quam habebant ipſi prætores, nec poterant extinguere legẽ ipſo iure, ſed tantùm impedire legis effectũ, ius dicendo inter partes, l. nam & ipſum. ff. de iuſt. & iur. l. nam ait Padius. ff. de legib. & in ambiguis iuris rigorem temperat. l. in ambiguis. §. final. ff. de regul. iur. & ita interptetando corrige-re † poteſt, quia interpretatio habet partem corre- 19.
ctiuam. l. 1. §. qui operas, & ibi gloſſa. ff. ad Tertullian.

QVÆ

QVÆSTIO XVIII.

De legatis, per duodecim articulos diuiſa.

1. Quæ bona comprehendantur in legatis factis ſub diuerſis formis.
2. De legatis factis vxori.
3. De legatis factis filiabus vel pro dote, vel pro aliis cauſis.
4. De legatis factis Eccleſiis, & ad pias cauſas.
5. De legatis factis de rebus alterius.
6. De legatis factis animo compenſandi.
7. De legatis alimentorum.
8. De legatorum tranſmiſſionibus.
9. De legatorum defalcatione.
10. De legatorum ademptione.
11. De legati amiſſione, & nullitate.
12. Communia de legatis, & legatariis.

ARTICVLVS I.

Quæ bona comprehendantur in legatis factis ſub diuerſis formis.

SVMMARIA.

1. *Legatum mobilium, quæ bona comprehendat.*
2. *.. etiam quæ victus cauſa comparata ſunt.*
3. *Mobilium & mouentium appellationes, quomodo differant, & num. 5.*
4. *Mobilia quando computentur inter immobilia.*
6. *Mobilium appellatione, quando veniant animalia, & beſtiæ teſtatoris.*
7. *Hæres inſtitutus aliquando concu rrtcum legatario mobilium, & num. 10.*
8. *.. quando in duabus orationibus ad eandem rem vocati fuerint.*
9. *Re coniuncti ſunt duo, etiamſi eadem res non fueris relicta inſolidum.*
11. *Legatarius fundi, & legatarius vſusfructus fundi, dicuntur re coniuncti in vſufructu.*
12. *Legatarius totius rei, & legatarius partis ſubſtantialis illius rei faciunt ſibi partes per concurſum.*
13. §. 1. Inſtit. de vſufruct. *declaratur.*
14. *Legatum omnium mobilium exiſtentium in domo, an cõprehendat mobilia exiſtentia extra domũ.*
15. *Domus appellatio quando intelligitur pro ædibus, & quando pro patrimonio.*
16. *Demonſtrationis verba quæ ſint, & num. 19.*
17. *Verba generalia ab homine prolata, prohibent omnem deductionem.*
18. *Geminata verba denotant præciſam mentẽ, etiamſi geminatio facta ſit ſtatim.*
20. *Verba in dubio ſunt interpretanda potius demonſtrationis gratia, quàm diſpoſitionis.*
21. *Verba generaliſſima non debent remanere ſine effectu.*
22. *Gabriel* in conſil. 98. vol. 1. *improbatur.*
23. *Legatum mobilium reſtringitur ad ea quæ habebat tempore teſtamenti.*
24. *Legatum generale dicitur per verba, omnium, & quorumcumque.*
25. *Legatum mobilium continet fructus collectos, ſecus pendentes.*
26. *Mobilia aliqua aliquando computantur inter immobilia.*
27. *Pecuniæ non continentur in legato mobilium.*
28. *Legatum mobilium non comprehendit merces, nec venalia.*
29. L. ſi chorus. §. 1. de legat. 3. *declaratur.*
30. *Decius* in conſil. 381. & conſil. 472. *eſt communiter reprobatus.*
31. *Pecunia quanta præſumatur præſidij loco eſſe comparata.*
32. *Legatum de omnibus bonis ſuis, quæ, & quot bona comprehendat.*
33. *Pronomina meum, & tuum, denotant dominium.*
34. *Nomina debitorum comprehenduntur ſub legato omnium bonorum, & num. 37.*
35. *Inueſtitura pro ſucceſſoribus quibuſcumque comprehendit legatarios.*
36. *Nomina debitorum non veniunt appellatione mobilium, vel immobilium.*
38. *Actio aliquando connumeratur inter mobilia, aliquando inter immobilia.*
39. *Legatum generale de omnibus, & quibuſcumque ſcripturis, continet nomina debitorum.*
40. *Legatũ domus quid cõprehendat, & num. 43. & 45.*
41. *Legatum poſſeſſionis comprehendit omnia comparata ad vſum dictæ poſſeſſionis.*
42. *Deſtinatum omne habetur pro facto.*
44. *Conſuetudo, quòd primogenitus habeat domum, de quibus rebus intelligitur.*
46. *Bona empta poſt teſtamentum, quando contineantur in legato domus.*
47. *Legatum domus intelligitur etiam de ea, in qua teſtator habebat directum dominium.*
48. *Legatũ directi dominij per quæ verba ſignificetur.*
49. *Legatum ſemper eſt interpretandum, vt aliquid operetur.*
50. *Legatum domus comprehendit etiam apothecas vnitas cum domo.*
51. *Legatum apothecæ comprehendit domum ad eius vſum comparatam.*
52. *Legatum domus in qua verificetur ſi teſtator habeat duas domos.*
53. *Legata ſunt ſtrictè interpretanda, contrariũ n. 55.*
54. *Teſtator præſumitur quantò minus grauare heredẽ.*
55. *Legata, & vltimæ voluntates ſemper ſunt largius interpretandæ.*
56. *Regula iuris debet eſſe vniuerſalis.*
57. *Regulæ ſtandum eſt, cùm non probatur exceptio.*
58. *Exceptio quæ non probatur aliquo iure, nõ eſt vera.*
59. *Legata ſemper ſunt interpretanda ad fauorem legatarij.*
60. *Verum nõ eſt in iure, quod iure ſcripto nõ probatur.*
61. *Verba ambigua ſunt latè interpretanda quando conſtat de voluntate.*
62. *Legatorum interpretatio aliquando fit ſtrictè, aliquando latè, propter varias coniecturas.*
63. *Legatum factum coniunctæ perſonæ interpretatur latè, contra heredem.*
64. *Legatum veſtimentorum quæ comprehendat.*
65. *Veſtium appellatione veniunt camiſiæ, & tegmina capitum.*
66. *Legatum veſtimentorum non comprehendit veſtes prohibitas per ſtatutum, & quando ſecus.*
67. *Veſtes nouiter emptæ poſt legatum veniunt in legato veſtium.*
68. L. ſi ita. ff. de auro, & arg. legato, *non procedit, quando variatio fit circa idem.*
69. *Legatum vſusfructus aliquando continet proprietatem.*
70. *Legatum fundi ad vſumfructũ continet proprietatẽ.*

71. *Vſufructuarius aliquando eſt hæres, & proprietarius.*
72. *Legatum vſusfructus verbis generalibus comprehendit bona emphyteotica, item feudalia, item fideicommiſſaria ſecundùm aliquos.*
73. *Feudalia dicuntur eſſe in bonis noſtris.*
74. *Dominium vtile præfertur directo.*
75. *Legatum vſusfructus omnium bonorum comprehendit bona fideicommiſſi ſecundùm Menoch.*
76. *Dominium rerum fideicommiſſo ſuppoſitorum, pendente conditione pertinet ad hæredem.*
77. *Diſpoſitio facta de omnibus bonis non comprehendit bona alteri debita.*
78. *Teſtari nemo præſumitur de alienis bonis.*
79. *Teſtator in ſua diſpoſitione non præſumitur includere bona quæ poſt mortem tenebâtur alteri reſtituere.*
80. *Fideicommiſſi bona non veniunt in legato vſusfructus omnium bonorum.*
81. *Menochius* in conſil. 129. & conſil. 955. *improbatur.*
82. *Vſumfructum in feudalibus vaſallus conſtituere non poteſt.*
83. *..nec in emphyteuſi.*
84. *Legatum vſusfructus omnium bonorum comprehendit pecuniam.*
85. *Vſusfructus ſpecialis extinctus an redeat ad vſufructuarium omnium bonorum, vel ad proprietarium.*
86. *Decian.* in conſil. 122. vol. 3. *improbatur.*
87. *Teſtator quod non dixit, non creditur voluiſſe.*
88. *Clauſula* ſaluis prædictis, *eſt modificatiua, & reſtringit.*
89. *..& denotat amiſſionem rei.*
90. *Legatum de feudo fieri non poteſt.*
91. *Feudo legato, debetur æſtimatio.*
92. *..etiam ſecundùm intentionem teſtatoris.*
93. *Legatum rei Eccleſiæ valet quoad æſtimationem.*
94. *Legatum caſtri cum iuribus, & pertinentis non comprehendit ea quæ teſtator poſſidet iure particulari.*
95. *Venditio non comprehendit ea, quæ non ſunt de natura rei venditæ.*
96. *Legatum generaliter factum non comprehendit illud, quod per ſe ſubſiſtit.*
97. *Legatum interpretatur ab æqualitate ſeruanda.*
98. *Legati feudi æſtimatio de quibus etiam fieri debeat.*
99. *Feudum poteſt conſiſtere in iure piſcandi, & cluſia piſcium.*
100. *Legata cluſia piſcium, intelligitur de magna, non de parua.*
101. *Legata quantitas intelligitur, & bona eſſe deducta pro cautione.*
102. *Legatum quantitatis primò expreſſæ non intelligitur de bonis ſecundò expreſſis.*
103. *Hypotheca importatur per verba ſuper bonis.*
104. *Legatum quantitatis pecuniæ ſuper bonis poteſt fieri forenſibus probibitis per ſtatutum acquirere immobilia.*
105. *Legatum de debitis ſuis, intelligitur de creditis.*
106. *Legatum nominis debitoris ſoluitur per ceſſionem factam per hæredem.*
107. *Nomen debitoris quando eſt adiunctum perceptioni legati, tunc hæres agere debet.*
108. *Legatum quantitatis pecuniæ poteſt fieri cum conditione, vt aſſignentur introitus feudales.*
109. *Legatum crediti, intelligitur de liberatione.*
110. *Statutum loquens de debito, & credito, intelligitur in actione perſonali.*
111. *Legatum crediti intelligitur cum vſuris, & intereſſe.*
112. *Fructus rei legatæ quando pertineat ad hæredem.*
113. *Legatum duplicatum quando vtrumque debetur.*
114. *Legatum argenti, vel auri non comprehendit pecuniam.*
115. *Legatum fructuum hæreditatis illius anni, de quo intelligitur.*
116. *Annus in iure quotuplex ſit.*
117. *Annus naturalis quoad recollectionem fructuum quomodo computetur.*
118. *Emphyteuta quando non cadat à iure ſuo, ſi non ſoluit canonem in biennio.*
119. *Familiæ appellatio, de quibus intelligatur.*
120. *Familiares intelliguntur domeſtici.*
121. *Legatum victus, & veſtitus comprehendit habitationem.*
122. *Legatum alimentorum comprehendit habitationem.*
123. *Legatum factum familiæ quando ſit reſtringendum ad vnum, & proximiorem.*
124. *Legatum factum familiæ comprehendit ſolum natos & conceptos ante mortem teſtatoris.*
125. *Legatum tritici in ciuitate comprehendit triticum exiſtens in diſtrictu.*
126. *Diſtrictus quis ſit, & vnde dicatur.*
127. *..ponitur pro vna re cum territorio.*
128. *Conſuetudines ciuitatis non habent locum extra diſtrictum.*
129. *Tritici appellatio quales fruges comprehendat.*
130. *Statutum contra corrumpentem frumentum non habet locum in aliis frugibus.*
131. *Statuta aliquando interpretantur ab effectu.*
132. *Legatum tritici non comprehendit farinam.*
133. *Legatum omnium librorum comprehendit omnes libros cuiuſcumque profeſſionis.*

NVNC exordior amplam legatorum mateтiam, & longè ampliorem in iure controuerſo, ſed illam reſtringendo in duodecim articulos frequentiores illorum caſus explicabo. Primus igitut caſus præſentis articuli, ad legatum mo-
bilium † pertinet, videlicet, quæ bona comprehen- 1.
dat. Reſpondet text. *l. mouentium. ff. de verb. ſignificat.* omnia venire quæ mobilia ſunt, id eſt, de vno loco ad alterum transferri poſſunt, *l.* 1. §. 1. & *ibi* gloſſ. *in verb. mobilem. ff. ſi quis ius dic. non obtemper. l. final. ff. de donat. l. Titia ff. de ſolut. l. ſi fideiuſſor. §. final ff. qui ſatiſd. cogantur. l. generalis. §. fin. ff. de vſufr. legat. l. pen. ff. de vi, & vi arm. l. vulgaris. §. certè. ff. de furtis l. fin ff. de requir. reis l. mercis. ff. de verb. ſignific. l. pecunia nomine. l. plebs. §. pen. ff. eod. tit.* in quibus iuribus indiſtinctè mobilia pro mouentibus, & è conuerſo accipiuntur, etiã quæ
victus † cauſa comparata ſunt, item vaſa argentea 2.
legato continentur. *Digeſt. Nouiſſ. tom. 5 tit. Legatũ. cap. cum omnia, & cap. mobilium.* Sed aliquando ex mente conſtituitur differentia, vt dicit text. *d. l. mo-
uentium*, non mouentia propriè † ſunt, quæ ex ſe ipſis 3.
mouentur de loco ad locum, ſed mobilia quæ non actiuè, ſed paſſiuam habent ſignificationem, vt ab alio de loco ad locum moueantur, quam differentiam conſtituit *l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* vbi I.C. primò vocat res mobiles, ſecundò animalia, quæ propriè dicuntur mouentia, & ideo *d. l. mouentium*, dicit regulam non procedere quando teſtatoris contraria voluntas appareat, vt declarat Dec. *in conſil.* 653. nimirum, quæ ex ipſa diſpoſitione intelligi poſſit. Hæc autem regula plurimas declarationes patitur.

Primò

Primò declaratur, vt intelligatur de illis mobilibus, quæ facilè moueri poſsũt ſine peremptione, vel
4. deterioratione rei, tunc enim inter † immobilia computantur. *l. Iulianus, in fin. ff. de action. empti. l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de aquir. poſſeſſ. in verſ. quæ propter magnitudinem ponderis moueri non poſſunt*, vt eſt torcular affixum domui, quod ſine deterioratione rei amoueri non poteſt, ideo inter immobilia numeratur. *l. fundi. ff. de actionib. empti.* Item omnia quæ ad perpetuam domus vtilitatem affixa ſunt. *d. l. Iulianus. §. final. & ll. ſeqq. ff. de action. empti.*

Secundò declaratur, vt conſtituatur differentia inter mobilia, † & ſe mouẽtia, quãdo teſtator ſepa-
5. ratim de eis diſpoſuit, nam ſi hæredem inſtituit, in omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, & ſe mouentibus, deinde alicui bona ſua mobilia legauit; tunc appellatione mobilium non veniunt ſe mouentia, vt ſunt animalia aliis relicta in ſpecie, quoniam in vna, & eadem diſpoſitione ſeparatim de illis loquutus eſt, & tunc vnum non includitur ſub altero, *d. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. l. ſi filiusfamilias. C. famil. erciſc. l. vnic. § exactio. C. de rei vxor. actione. l. in rebus C. de iure dot. l. 1. §. 1. C. quando, & quib. quarta pars deb. lib. 10. in verſ. mobiles autem vel ſe mouentes. l. 1. in princip. ff. de ædilit. edict.* ergo cùm vni relinquuntur res ſe mouentes, alteri res mobiles, ſicut inter eas fit diſtinctio de iure, ita ex mente teſtatoris, qui iuri ſe conformem reddere creditur.

Tertiò declaratur, nam ſi teſtator inſtituit hæredem in omnibus mobilibus, & immobilibus, & ſe mouentibus, deinde verbis generaliſſimis legauit alicui omnia, & quæcunque bona mobilia, maſſaritias, pannos lineos, & laneos, aurum, & argentum, & generaliter omnia quæ appellatione mobilium veniunt, tunc reſpondet Ruin. *in conſil. 32. volum. 2.*
6. quòd veniunt etiam animalia, † & beſtiæ teſtatoris, quia dicta enumeratio ſpecierum facta fuit ex abundanti, quo caſu ſignificatio generalis non reſtringitur, prout eſt text. *l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ff. de fundo inſtruct.* & *ibi* Bartol. declarat.

Sed ego intelligo dictam conſultationem eſſe veram, cum hac declaratione, vt hæres inſtitutus in
7. omnibus † mobilibus, immobilibus, & ſe mouentibus, concurrat cum dicto legatario, cui ita generaliter legata fuere omnia, & quæcunque mobilia, & quæcunque ipſorum nomine cõprehendantur, quo-
8. niam dicuntur re † coniuncti. *l. re coniuncti. de legat. 3. in verſ. cùm duobus ſeparatim eadẽ res legatur*, quo caſu faciunt ſibi partem per concurſum, & *ibi* gl. *in ver. ſeparatim*, declarat quãdo in duabus orationibus eadẽ res duobus legata fuerit, & probat text. *§. ſi eadem res. Inſtit. de legat.* prout illum inducit Crot. *in d. l. re coniuncti, n. 15.* Item *l. hæc ſcriptura, & l. ſi ſeparatim. ff. de condit. & demonſtrat.* Item ad conſtituendum re †
9. coniunctos non requiritur, quòd eadem res ſit legata duobus inſolidum, quia tunc eſſent diſiuncti, vnus enim deberet habere rem, & alter æſtimationem. *l. ſi pluribus. de legat. 1.* Item in dubio ſi non eſt expreſſum aduerbium *inſolidum*, nunquam cenſetur appoſitum. *l. vnic. §. vbi autem, verſ. nec ſibi blandiantur. C. de caduc. tollend.* Et ſi non eſt appoſitum, faciunt ſibi partes per concurſum, quia ſolida res ſingulis eſt legata, & tunc intrat text. *l. coniunctim, de legat. 3. & l. inde Neratius. ff. de vſufruct. accreſcend.* ibi, *toties ius accreſcendi eſt, quoties res, quæ inſolidum legata eſt, concurſu diuiſa eſt*; ibi enim res inſolidum legata intelligitur, quia tota duobus legata fuit, ſed non per dictionem *inſolidum*, ita dicit *d. l. coniunctim*, tota hæreditas duobus, tota legata duobus per concurſum diuiſa ſunt, quia totum idem eſt, quod ſolidum, ſed non eſt expreſſum inſolidum, & ideo non magis coniunguntur inter ſe reſpectu vnius vnciæ, quàm coniunguntur reſpectu aliarum, & licèt ibi tertius & quartus cenſeantur inſtituti in illa ſola vncia, quæ ſupereſt, tamen hoc non colligitur ex verbis teſtatoris, ſed ex interpretatione legis, quæ fecit regulam, vt in eo quod deeſt aſſi, inſtituti ſine partibus, cenſeantur hæredes facti: ſed ſi teſtator dixiſſet, tertius in reliqua vncia hæres eſto, quartus in reliqua vncia hæres eſto, tunc dicti tertius, & quartus eſſent re coniuncti in illa vncia. Quamobrem re coniuncti ſunt, quibus ſeparatim in diuerſis orationibus eadem res relicta eſt, & ſibi faciunt partes per concurſum, & ita hæres † inſtitutus in omnibus mobilibus, 10.
& ſe mouentibus, & legatarius omnium, & quorumcunque mobilium faciunt ſibi partes per concurſum, quæ in eiſdem rebus coniuncti ſunt. Sic in ſimili, ſi teſtator legat vni fundum, † & alteri legat 11.
vſumfructum illius fundi, tunc ambo dicuntur re coniuncti in vſufructu, & faciunt ſibi partem per concurſum in vſufructu. *l. ſi alij. ff. de vſufruct. legato*, quia fundi appellatio conſiſtit in proprietate, & vſufructu, & altero deficiente non dicitur fundus, ſed nuda proprietas, vel nudus vſusfructus. *l. qui vſumfructum. ff. de verb. obligat.* & legando fundum, dicitur re coniunxiſſe illum in vſufructu. Paul. de Caſtr. *in conſil. 218. volum. 1.* Gozadin. *in conſil. 47. num. 12.* Natta *in conſil. 297. numer. 2.* Item ſi teſtator legat alicui prædia, vel fundos, & poſtea alteri relinquit vſumfructum omnium bonorum ſuorum, tunc iſti dicuntur re coniuncti in vſufructu, cuius dimidiam habebit legatarius, ſiue hæres, & alteram vſufructuarius. Bartol. & Doct. *in d. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat.* Idem Bartol. *in l. multum intereſt, in fin. & in l. Sempronio, in princip. ff. eod. tit.* Roman. *in ſingulari 586. incip. an legato.* Iaſ. *in d. l. re coniuncti, num. 69. verſ. limita iſtam concluſionem, & num. 70.* Bartol. *num. 23.* Ruin. *in conſil. 35. num. 10. volum. 2.* Dec. *in conſil. 590. colum. 2.* Couar. *in lib. 2. variar. reſolut. cap. 6. num. 7. concluſ. 6.* & rationem ponit Bartol. *in d. l. finali*, quia quando vni † legatur totum integrale, & alteri pars 12.
ſubſtantialis illius totius, tunc ambo in illa parte concurrunt, quia dicuntur re coniuncti, & hanc opinionem eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum in conſulendo, neque in iudicando, dicit Caualcan. *in tract. de vſufruct. mulieri relicto, num. 45. verſ. ſextò limita.* Quamobrẽ cùm in caſu d. conſultationis Ruin 32. volum. 2. teſtator hæredem fecerit in omnibus mobilibus, & ſe mouentibus, & alteri poſtea generaliter legaſſet vſumfructum omnium, & quorumcunque mobilium, ambo dicuntur in vſufructu concurrere, quia perinde eſt ac ſi hæredem non ſolum in illorum proprietate, ſed etiam in vſufructu inſtituiſſet. *l. final. §. ſimili modo. C. de bonis quæ liber.* & ibi reſpondet Alexand. *in conſil. 56. verſ. vnde cùm in teſtamento volum. 3.* & *ibi* Addentes alios referunt, Natta *in conſil. 501. num. 53. & ſeq.* Et licèt Ruin. *in conſil. 190. num. 11. volum. 2.* dicat in contrarium eſſe text. *§. 1. Inſtit. de vſufruct.* † vbi quòd vſufructu fun-
di legato, nuda proprietas remanet penes hæredẽ, 13.
tamen hoc eſſe verum, quando hæres ſimpliciter factus eſt, ſecus ſi inſtitutus fuerit expreſsè in illiſmet rebus, quæ poſtea legatario relictæ fuere, hic enim eſt diuerſus caſus, & tunc, vt probaui, ſunt coniuncti in eiſdem rebus, & faciunt ſibi partes per concurſum.

Quartò declaratur iſte caſus, nam quando verbis generaliſſimis eſſent legata omnia, & quæcunque mobilia † in domo exiſtentia, tunc non cedunt 14.

fraud.credit.& l.Iulianus.§.ſi de fructibus.ff.de act.empti.
Sicut dicimus quòd cæmēta,lapides & alia tigna ſe-
26. mota à domo inter † mobilia computantur,ſecus ſi
affixa domui ſint, Rebuff. in l.tigni.ff.de verb.ſign.Itē
piſces cùm capti fuerint,inter mobilianumerātur;ſi
verò in ſtagno ſint,inter immobilia.l.Rutilia.ff.de cō-
trahend.empt.ergo & fructus cùm collecti ſunt inter
mobilia, cùm verò pendent nequaquam, & ita poſt
alios probat Gabriel in d.conſ.98.n.5.& plur.ſeq.vol.1.
27. Septimò declaratur,vt in legato mobilium † non
includantur pecuniæ,per iura expreſſa. l.quæſitum.§.
1.& l.ſi mihi Mauia.§ fin.de legat.3.ponderādo verba
prægnātia d.§.fin. nihilo excepto, cum omni inſtru-
mento,& repoſitis omnibus non cōtineri pecuniam
numeratā,nec inſtrumēta debitorum.Item l.generali.
§.vxori ff.de vſufruct.legato, ponderando rationē tex-
28. tus,quòd merces, † & venalia non veniunt in ſimili
legato,quia non ſunt permāſura in domo,& per iſta
iura hanc opinionē firmatunt Iaſ.in l.ſingularia.n.28.
ff.ſi cert pet.& ibi Alciat. & in l. mouentium, in fin.ff.de
verb.ſignific.& latiùs per Rebuff.ibi.Corn.in conſ.49.n.
11.vol.3.latè per Gabriel.in d.conſ.48.in col.pen.& fin.
vol.1. Mantic. de coniect. lib.9.tit.3.qui allegari ſolet
pro contraria parte,& tamen ibi n.3.in fin.in nouiter
impreſſis,dicit Rotā Romanam iudicaſſe ſecundùm
hanc opinionem,& poſtea n.4.allegando Gabriel.in
d.conſ.98.dicit hanc opinionem eſſe communem, &
veriſſimam,& ita fuit iudicatū in Senatu Pedemon-
tano,vt in D.N.tom.5. titul. Legatum:c. ſed an pecu-
nia,& in Rota Romana,vt ibid. tom.3. titulo Donatio,
cap.mobilium,& cap.vniuerſalia verba.
29. Nec obſtat text.l.ſi chorus.† §.1.de leg.3.vbi quòd
in legato mobiliū numi repoſiti vt mutuo daren-
tur,non cenſentur legati:at eos quos præſidij cauſā
repoſitos habet vt quibuſdam bellis ciuilibus facti-
taſſet,eos legato contineri,per quem textum Decius
30. probat contrariam partē in conſ.381.† & in conſ.472.
Quia Decius in dictis conſiliis fuit cōmuniter re-
probatus,vt dicit Cæſar de Graſſ.in dec.2. de depoſito.
Item certū eſt,quòd in d.l.ſi chorus.§.1.in legato mo-
bilium non venit pecunia parata ad expendendū,ſed
ea ſola pecunia venit, quæ præſidij cauſa parata eſt;
ergo legatarius qui agit,probare debet,pecuniā,quā
ſub mobiliū legato cōtineri vult,prçſidij cauſa para-
tā eſſe,quia hoc eſt fundamentū ſuæ intētionis,& ita
cōcluſit Rota,vt in d.c.mobiliū.& Cçſar Graſſ in dec.1.
de donationibus,vbi allegat;ipſe hçres cōuenitur,nihil
probare debet,Peregtin.conſ.37.n.5.vol.2. Cur igitur
onerari debet,vt pecuniā ad tēpus eo loci repoſitam
eſſe probet,hoc ad legatariū pertinet,qui agit , & vt
obtineat,ibi perpetuò ſtare,probare debet.Itē omnes
interpretes in d.l.ſi chorus,cōcluſerunt illā pecuniā di-
ci præſidij loco cōparatā,quæ eo loci repoſita eſt,vt
perpetuò ibi ſit,Goffr.ita ibi exponit,ideo paterfami-
lias ad perpetuum conſeruationem ibi repoſuit, &
Odofr. videtur diſtinguere peculiū à pecuniis , quas
habet quis paratas ad expēdendum ſingulis diebus.
Bartol.dicit,quòd numi repoſiti, vt mutuo darētur,
non videntur eſſe in loco,ſecus,vt perpetuò ibi ſint.
Florianus exponit poſt Raynerium,illud verbū præ-
ſidij per text. l.non omnes.§. qui captus. ff.de re militari.
Budæus exponit in præſidio, id eſt,ſtatione:ſed nō eſt
veriſimile,vt teſtator in mediocri fortuna conſtitu-
tus,ducētos ducatos loco prçſidij retinere voluerit,
nam dicit Theſaur. in d.deciſ.160.n.4.verſ.ſed pro con-
31. cordia , quòd ſi pecunia † eſt in magna quantitate,
puta vltra centum aureos in nobili,& quinquaginta
in mediocris fortunæ homine,& viginti quinque in
ruſtico, tunc in legato mobilium non veniant,quia
non præſumitur præſidij loco eſſe comparata.Cùm
ergo non ita præſumatur,qui vult dicere cōtrarium
probare debet,quo non probato,legatarius obtine-
re non poteſt.Item text. l. ſi fundus.de legat.1.qui ab
aliquibus allegatur pro affirmatiua,debet potiùs al-
legari pro negatiua,Ruin.in conſ.32.vol.2.qui allega-
tur pro affirmatiua,ne verbum quidem de pecuniis
dicit,Mantica debet allegari pro negatiua,vt proba-
ui.Boër.in deciſ.209.loquitur,an pecunia ad emptio-
nem reddituum deſtinata,ſit res mobilis,vel immo-
bilis,& non pertinet ad articulū,de quo agimus,an
ſub legato mobilium contineatur,quia eſto,quòd ſit
mobilis,veri termini Iuriſconſultorū ſunt,an legato
contineātur,videlicet an præſidij cauſa cōparata ſit.
Secundus caſus eſt, de legato generali, † vt ſi te- 32.
ſtator dixerit,lego tibi omnia bona mea,circumſcri-
pto articulo,an importet hæredis inſtitutionē,nullo
dato hærede vniuerſali , de quo ſcripſi ſuprà,tunc
enim comprehenduntur non ſolùm ea,quæ ſunt ſub
dominio teſtatoris,ſed etiam ea,quæ per teſtatorem
tenebantur de facto, & non de iure,Bald.in l.1.verſ.
vltimò nota.ff.de ſtatu homin. & in rubr.C.de verb.ſign.
quem ſequuti ſunt Natta in conſ.159.n.30. Barbat.in
conſ.36.col.2.vol.1. Menoch. in conſ.955.n.12.vol.10.
Quoniam hæc pronomina † meum,& tuum,in larga 33.
ſignificatione ſignificāt dominiū ratione protectio-
nis,& adminiſtrationis.Itē quia meum dicitur,quod
ego poſſum vēdicare.l.quintus.§.argēto.ff.de aur.& ar-
gent.legato.l.non ſolùm.§.meū.ff.de rei vend.Sed teſtator
bona fide credebat res à ſe detentas eſſe ſuas , ideò
vel vendicare, vel per publicianam, quæ illius loco
ſucceſſit,poſſet repetere;ergo legatum iſtud illa bo-
na comprehendit.
Declaratur iſte caſus , vt cōprehendat etiam no-
mina debitorum,† nam ratione generalitatis bono- 34.
rum,etiam iura continentur,l.ſi legatus.§.1.ff.ad Treb.
Bartol.in l.quintus.§.argento.ff.de aur.& arg.legato.Idē
ſi dixerit cætera bona,cap.Raynutius,& ibi Benedict.in
in verſ.cætera bona.de teſtam.Rom.in l.ad tempus,in fin.
ff. de vſucapionib. vbi quòd inueſtitura † pro ſucceſ- 35.
ſoribus quibuſcunque comprehendit legatarios.Sed
iſta declaratio non procedit, quando teſtator lega-
uerit omnia bona mobilia, & immobilia, quoniam
nomina † debitorum nō veniunt appellatione mo- 36.
bilium,quoniam incorporalia ſunt. l.1.ff.de rerū diuiſ.
l.quam Tuberonis.§.final.ff. de pecul.verſ.hoc amplius.&
nomina debitorum,vbi hæc nomina ſeparātur à mo-
bilibus,& immobilibus,ideo erunt ſpecies ſeparatæ,
quia non circumſcribuntur loco ſicut alia bona. l ſi
fideicommiſſum.§.1.ff.de iudiciis.l.Caius. de leg.2.l.quæ-
ſitum.§.1.de legat.3.ſed ſi dixerit,omnia & quæcumque
bona,† ſiue mobilia,ſiue immobilia,tunc veniunt etiā di- 37.
cta nomina.l.bonorū.ff.de ver.ſignif.& ibi declarat Re-
buff.quia voluit legare generaliter bona,quæ ad ma-
iorem declarationem diuiſit in mobilia,& immobi-
lia,tunc enim non cenſetur excludere nomina,ſecus
eſt ſi dicta nomina eſſent collocanda in altera ex di-
ctis duabus ſpeciebus,quia ſi actio † contineret rem 38.
mobilē,cōnumerantur inter mobilia,ſi immobilem,
inter immobilia,ex regula l.poteſt.ff.de author.tutor.&
ibi Bartol. declarat. Cùm igitur nomina ad alteram
ex dictis ſpeciebus referatur,ceſſat quæſtio,quia tūc
non ſunt ſpecies ſeparata à dictis duabus. gl. in §.1.
verſ.numeranda,Auth.de nō alienand.reb. Eccleſ.Sed in
legato generali † de omnibus,& quibuſcunque ſcri- 39.
pturis continentur nomina, l. ſeruum filij. §. eum qui
chirographum.de legat.1.vbi qui chirographum legat,
non ſolùm de tabulis cogitat, ſed etiam de actioni-
bus,quarum probatio tabulis continetur,& ita pro-
bat Riminald.iun.in toto conſil.240.vol.2.
Tertius caſus verſatur in legato domus,† in quo 40.
continetur omne id , quod ad vſum dictæ domus
comparatū eſt.l.prædiis.§.qui domum.de legat.3.vbi,ſi
quis

quis hortum cauſa domus comparauit, legãdo domũ etiam
dictum hortum legaſſe videtur.Bald.& Paul.de Caſtr.*in*
l.Olympico.ff.de ſeruit.vrban.præd.Cephal. *in conſ.*144.
41. *n.*15.*& ſeq.*vbi quòd legata poſſeſſione,† cenſentur
etiam legata prædia deſtinata ad vſum dictæ poſſeſ-
ſionis, & hanc concluſionem multis allegationibus
firmant Mantica *de coniect. lib.*9.*tit.*2.*n.*36. & Simon
de Pret.*de interpr. vlt.volunt.lib.*4.*dubitatione* 7.*n.*39.
Et ratio ab omnibus dicitur,quoniam omne deſtina-
42. tum † habetur pro facto,*l.& ſi non ſicut.§.quid ergo.l.*
lana.l.veſtimẽtorum.ff.de aur.& argent. legato.l. ligni.§.
1.de legat.3.l.ſi chorus.§.1.ff.eod.l.cætera.§. hoc ſenatuſ-
*conſultum.de legat.*1.Pariſ.*in conſ.*125.*n.*11.*vol.*4. Me-
noch.*de arbitrar.caſu* 290.*n.*19. Gabriel *de præſumpt.*
*concluſ.*12.*in princip.*Beccius *in conſil.* 60. *n.*32. *vol.*1.
43. Surd.*in conſ.*239.*n.*4.*vol.*2.In legato igitur domus,†
hortum.pertinentias,& omnia appenditia contine-
ri Doctores communiter fatẽtur,*d.l.prædiis.§.qui do-*
*mum.de legat.*3. Et hanc ſequuti ſunt Bartolucius de
Capua,& Nicol.de Neapol. quos refert Barbat.*in c.*
*Raynutius n.*6.*de teſtamẽtis.*& Io.Lecirier *de primogen.*
*lib.*2.*q.*4.*n.*6.*verſ.ſed in contrarium,*vbi dicit hanc opi-
nionem eſſe veriorẽ,allegat Bartol.*in d.§.qui domum.*
44. vbi quòd ſtante conſuetudine, † quòd primogeni-
tus habeat domum principalem,debet etiam habere
omnia appenditia,& pertinentias ipſius domus,Af-
flict.*in tract.de iure protimiſ. in principio legis in 3.nota-*
*bili.in ſin.n.*15.vbi quòd per text. *d.l.prædiis.§.qui do-*
mum,appellatione domus,& ſic prædiȷ̃ vrbani,venit
45. etiam † fundus,prędium ruſticum,balneum,hortus,
& terra adiacens, & ideo continentur etiam domũ-
culæ emptæ ad vſum dictæ domus, vel pro ſtabulis
equorum, & animaliũ,vel pro reponendis curribus,
vel pro habitatione famulorum,& ſimilibus.Socin.
46. iun.*in conſ.*159.*vol.*2.etiamſi poſt † teſtamentum em-
pta eſſent;vt *in D.N.tom.*5.*tit. Legatũ.c. Domus lega-*
tum,& c.ſeq. omnia enim deſtinata ad vſum domus
continẽtur.Surd.*in conſ.*195.*vol.*2.vbi quòd hæc cõ-
cluſio non habet locum quando teſtator illas do-
munculas emiſſet ſolũ pro iure ſeruitutis,videlicet,
ne altius tollerentur,& officerent luminibus domus
magnæ , tunc enim quod iure ſeruitutis compara-
tum eſt, non dicitur adiacere domui maiori,ad hoc
vt pars illius eſſe cenſeatur , & hanc etiam probat
Eugenius *in conſil.*66.

Declaratur iſte caſus,vt domorum legatarum ap-
47. pellatione,† veniat etiam illa, in qua teſtator ſolum
directũ dominiũ habebat , ex qua colligebat annuas
penſiones,nã proprietas illius eſt,qui habet in re di-
rectum dominiũ,non illius qui vtile vectigal habet.
*l.*1.*ff.ſi ager vectigal.l.ſi domus.§.fin.de legat.*1.iſte enim
ius in re magis, quàm dominium habere dicitur , &
hanc opinionẽ probat Natta *in conſ.*117.*n.*1. Item ſi
habenti vtile dominiũ domus,teſtator,habens dire-
48. ctum † legauerit , quòd non auferantur, nec dimi-
nuantur aliqua de eo,quod tenet,& poſſidet de præ-
ſenti in dicta domo,tunc per hæc verba cenſetur le-
gatũ directum dominium quod habet.nã cùm pleno
iure dominij non ſit legatarij , per dicta verba,*quod*
non auferatur,&c. intelligitur omne ius plenũ illi le-
gatum,qui enim vult conſequẽs,neceſſariò velle vi-
detur omne neceſſariũ antecedens.*l.ad rem mobilem.*
*l.ad legatũ.ff.de procurator.l.*2.*ff.de iuriſd.om.iudic.*Item
quia aliàs huiuſmodi legatum nihil operaretur,con
49. tra regulam,quòd ſemper ſit interpretandũ,† vt ali-
quid operetur, *l. Titia.§.Lucius.ff.de legat.*2.Angel.*in*
*conſ.*277.& ita reſpondit Dec.*in conſ.*289.ſuper lega-
to facto Reginæ poſſidẽti regnum Neapolis à Rege
Catholico , legauit enim , quòd non diminuantur
eius iura,per quæ verba Decius probat eſſe legatum
directum dominium , ſuper quo facto etiam conſu-
luit Ruin.*in conſil.* 25.*volum.*2.

Secundò declaratur,vt legata domo,† veniãt etiã 50.
apothecæ vnitæ cum domo,etiamſi aditum aliunde
habeat,dummodo eodem tempore,& eodem pretio
emptæ fuerint.Alex.*in conſ.*204.*n.*7.*vol.*6.*& in conſil.*
223. *col.*2. *vol.*2. Rubeus *in conſil.*95.*n.*11.Gabriel *in*
*conſ.*94.*n.*11.*& ſeq.vol.*2.Idem ſi non ſint ſub eodem
recto domus,dummodo aditus ad eas ſit ex ipſa do-
mo, etiam ſi diuerſo tempore, & pretio emptæ fue-
rint,Bartol.*in d.l prædiis.§.final.in* 2.*caſu.de legat.*3.&
alij per Gabrielem *in d.conſ.*94.*n.*9.*vol.*2.Idem econ-
trario , ſi domus fuerit comparata ad vſum ipſius
apothecæ,† cõtinetur domus, propter regulam *d.l.* 51.
*prædiis.in fin.verſ.qui domum.*Bald.*in l quod conclaue,in*
fine.ff.de dãno infecto,Alex.*in conſ.*54.*n.*4.*verſ. præterea*
*in legato,vol.*3.*& d.conſ.*204.*n.*3.*& ſeq.vol.*6.Gratian.
*in diſcept.forenſ. c.*126.*vol.*1. licèt ipſe contrarium re-
ſpondeat propter diuerſitatẽ facti, & ad hoc confe-
runt etiam ſcripta per Natt. *in d.conſ.* 117.*in* 2.*dubio.*

Tertiò declaratur, nã ſi teſtator habeat duas do-
mos † non contiguas , nec exiſtentes ſub eodem te- 52.
cto,nec eodem pretio, & tempore emptas,ſed ipſæ
duæ domus haberent diuerſa nomina,ex quibus ap-
paret de diuerſitate ſubſtantiæ, *l.ſi idem.C.de codicill.*
tunc legando domum,altera non comprehenditur,
& erit in electione hæredis declarare in qua domo
legatum ſubſiſtat,*d.l.ſi domus,in princip.*& *ibi* notant
omnes,*de legatis* 1.Item quia in legatis facienda † eſt 53.
ſtricta interpretatio.*l.apud Iulianum. §.ſcio.l.ſi ita ad-*
*ſcriptum. in fin. de legat.*1.*l.ſi ita relictũ fuerit,in princip.*
*de legat.*2.*l.numis.l.qui concubinam.§.cùm ita.de legat.*3.
Quia teſtator præſumitur † minus grauare hæredẽ, 54.
quàm ſit poſſibile. *l. Titia. §. qui in vita.de legat.*2. *l.*
*vnum ex familia .§.ſi rem.ff.eod.tit.*Dec.*in l.in teſtamen-*
*tis.ff.de regul.iur.*Iaſ.*in l.non dubium col.*10.*C.de legib.&*
in l.quod Seruius. ff. de condict. ob cauſ. Et ita teſtator
ſemper præſumitur voluiſſe legare id , quod minus
eſt,gl.*in l.ſi ſeruus pluriũ.§.fin.de legat.*1.Corn.*in conſ.*
244.*n.*12.*vol.*2.*& in conſ.*71. *in primo dubio , & conſil.*
160.*col.*3.*vol.*3. Dec. *in l.ſemper in obſcuris n.*2.*ff.de re-*
*gul.iur.*Natta *in conſ.*402.*n.*59. Roland. *in conſ.*16.*n.*
32.*vol.*3.& alia allegata per Menoch. *lib.*4.*præſumpt.*
107.*n.*18.*& ſeq.*Et ideo Gratus *in conſ.*92.*vol.*1.ſuper
legato facto de molẽdino,cùm teſtator duo molen-
dina haberet,poſt multas rationes hinc inde relatas,
per quas poſuit rem in dubio, tandem *à n.*18. *ad fi-*
nem,reſpondit pro hærede, vt quanto minus graue-
tur,& ita de molendino minoris quantitatis.

Contrariam opinionem ego exiſtimò veriorem.
Primò , quia in legatis , ſicut in cæteris vltimis vo-
luntatibus, † ſemper eſt faciẽda larga & plenior in- 55.
terpretatio.*d.l.in teſtamentis.ff.de regul.iuris.*vbi quòd
in teſtamẽtis pleniùs voluntates teſtantiũ interpre-
tantur,ſed legata fiunt in teſtamẽtis.Itẽ quia illa lex
eſt vna de reg.iur. quæ regula † debet eſſe vniuerſa- 56.
lis,gl.*in rubr.de reg.iur.lib.*6. gl. *in rubr.ff.eod.tit.*& *ibi*
Doct.dicũt quòd indefinita per modũ regulæ æqui-
pollet vniuerſali.Item text.*c.cùm dilecti.de donat.*vbi
quòd in teſtamentis fit plenior interpretatio. Et li-
cèt multi Doctores reſpondeant iſtos textus loqui
reſpectu inſtitutionis, quæ conſeruat legata;tamen
hoc iure non probatur,& ſemper ſtandum eſt regu-
læ,† cùm non probetur exceptio.*l. ab ea parte. ff.de*
probat. & *ibi* gloſſ. & Doct.*c.cùm decimas.de reſtit.ſpo-*
*liat.*gloſſ.*in l.omnis definitio.ff.de regul.iur.*Bald.*in l.*1.
*col.*2.*&* 3.*de alienat.iudic.mut.cauſ fact.* Euerard.*in lo-*
*co ab exceptione ad regulã.n.*12.*verſ.*1.*quod in dubio.* Itẽ
dicta exceptio non probatur aliquo iure;† ergo non 57.
eſt vera in iure.§. *optimum,in Auth, de non eligendo,in*
verſ. Nec qualibet eſt lex tale quid dicens, ad idem *l.*3.
§.final.ff. de præuaricat. & Bald. *in l.ſi vt proponis , in*
princip.

princip.C.de rei vendic. Item quòd regula *d.l. in teſta-*
mentis,habeat locúm etiam in legatis, firmarunt gl.
in d.l.in teſtamentis , vbi declarat illam regulam per
multa exempla legatorum, gloſſ. *in d.c.cùm dilecti.de*
*donat.*vbi allegat text. *l. 3.ff.de vino,oleo,& tritic.legat.*
quæ loquitur in legato.Bartol. *in l.eum qui ita. §.qui*
ita.ff.de verb.obligat. vbi quòd fauore vltimæ volun-
tatis legatum de decem, intelligitur annuum. Idem
Bartol. *in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. colum. final.*
de legat. 1. & in l.ſi quis ita , per illum text.*ff.de aur.*
& argent.legato. & quòd ſemper in legatis fiat fauo-
59. rabilis † interpretatio ad fauorem legatarij, latiſſi-
mè probat Natta *in conſil.626.per totum* , atque eſſe
communiſſimam concluſionem, & reſpondet con-
trariis.Itē quia nulla lex dicit,quòd in legatis debeat
60. fieri ſtrictior interpretatio;ergo non eſt verū † in iu-
re.*d.§.optimum.in Auth.de non eligendo*,& hāc conclu-
ſionem vti veriorem probat Simon de Pret.*de inter-*
pret.vlt.volunt.lib.1.ſolut.11.fol.34. vbi etiam reſpon-
det contrariis. Natta *in d.conſ.626.n.21.* dicit quòd
leges in contrarium allegatæ procedunt, vbi eſt in-
certitudo voluntatis defuncti, quia tunc declaratio
pertinet ad hæredem:ſed vbi in legatis adeſt verè bo-
61. rum ambiguitas,tunc facienda † eſt lata interpreta-
tio ad fauorē legatarij,quia conſtabat de voluntate
hæredis volentis teſtari,& hāc etiam diſtinctionem
dat Marc.Anton.de Amatis *in deciſ.Marchiæ 44.n.20.*
Simon de Pret.*in d.ſolut.11. num. 14.* dicit contrarias
leges allegatas, ideo quod minimum eſt in legatis
deberi ſtatuunt,quia in multis ex illis electio dandi
pertinebat ad hæredem, vt *d. l. qui concubinam. §.*
cùm ita,& in d.l.ſi ita relictum,in fin. & cùm ſit gene-
ralis ratio,ideo cenſetur repetita in aliis legibus,vbi
quod minimum eſt præſtatur, quoniam ſemper re-
gula vnius legis cenſetur eſſe repetita in aliis legi-
bus.Natta qui alios refert, *in conſil.579.num.1.*

Et licèt hæc ſit regula, cui omnes iudices debent
tanquam carrotio adhærere,tamen ad euitādas om-
nes contradictiones, Doctores recurrunt ad conie-
cturas, & dicunt aliquando ipſarum vigore fieri de-
62. bere latam interpretationem, † aliquando ſtrictam.
De coniecturis ſtrictæ interpretationis latius ſcribit
Simon de Pret.*in d.ſolutione 11.à n.17.ad finē*;de con-
iecturis latioris,Menoch. *in d.præſumpt.107. lib.4.* &
conſulentes paſſim d.cōiecturas ſequuti ſunt. Corn.
in conſil.38.volum.1. dicit magnam coniecturam eſſe
pro latiori ſignificatione,quando habetur ratio con-
ſeruandæ domus,& ipſius honore,tunc enim de do-
mo magna intelligendum eſſet legatum.Item quan-
63. do teſtator reliquit † coniunctæ perſonæ, quam ve-
hementer diligebat,tunc interpretatio fit cōtra hæ-
redem,Crauett.*in conſ.297.n.1.*Natta *in d conſil.626.*
num.20. Item quando filio maſculo hærede inſtitu-
to,legatum factum eſt filiabus,ſuper quo reſpondet
Surd.*in conſil.112. num. 79. vol.1.* præſertim ratione
æqualitatis ſeruandæ inter filios,M.Anton.de Ama-
tis *in d.deciſ.44. num.18.* & *ibi* poſt Riminald. iun.*in*
conſil.158.num.13.volum.2. quòd legata omnia poſ-
ſunt coniecturis declarari.

64. Quartus caſus eſt, de legato † veſtimentorum,in
quo comprehenduntur omnia lanea, linea, ſerica,
bombacina,quæ induendi,& præcingendi,&c.& *ibi*
65. gloſſ.*in verſ.induendi*, dat exemplum in camiſiis,† &
poſtea infrà *in §. muliebria* , dicit appellatione ve-
ſtium, venire etiam, quæ capitis tegendi cauſa ſunt
comparata, Nicolaus Bellonus *in conſil. 30. numer.*
11. verſ.camiſia, & tegmina capitis; ſed in hoc con-
ſuetudinem patris familias inſpiciendam eſſe,an ſo-
leret iſta inter ſuas veſtes numerare, *l.inter veſtem*, &
ibi Bartol.*ff de auro,& argent.legat.*

Declaratur iſte caſus, vt non comprehendat ea
veſtimenta, quæ per ſtatutum ſunt portari prohibi-
ta, † Bartol.*in l. quamuis.ff.de auro,& argento legato*, 66.
Bald.*in l.cùm te,in fin.C.de donat.ante nupt.* intelligit ſi
talia veſtimenta ſint perpetuò portari prohibita,So-
cin.*in conſil.10.volum.1.*hoc intelligit non procedere
quando verba legati eſſent ampliſſima, vel ex qua-
litate perſonæ poſſet fieri latiſſima interpretatio,
tunc enim etiam portari perpetuò prohibita legato
continentur, quoniam in loco vendi poſſunt, vbi
prohibitio non habet locum.

Secundò declaratur,quòd ſi veſtes † legatæ vxo- 67.
ri,vel filiæ ſint corruptæ,earúmque loco aliæ emptæ
fuerint, tunc veſtes de nouo emptæ cenſentur ſub-
rogatæ loco primarum, & in legato continentur,
Bartol.*in l.ſi ita,n.8.ff.de auro,& arg legat.* Bellon. *in*
*conſil.5.n.6.*Neuizan.*in conſil.71.*Couar.*in lib.pract. q.*
*cap.2.*Gabriel *in conſil.120.n.1.& 8.*Ancharan.*in c.in-*
*dicante num.10.de teſtament.*quia regula *d.l. ſi ita.*† *ff.* 68.
*de auro,& arg.legat.*non procedit,quando fit variatio
circa eandem rem, tunc enim ſemper tempus mor-
tis inſpicitur,Roman.*in ſingulari 497.incipiente,text.*
l.ſi ita,& ſingulari 513.

Quintus caſus eſt de legato vſusfructus,† qui ali- 69.
quando importat etiam proprietatem, vt in caſu *l.*
Proculus.ff.de vſufruct. vbi ſi relinquitur vſusfructus
cum onere de non tollendo altiùs domum,cenſetur
relicta proprietas,quia illud onus altiùs non tollēdi
non conuenit vſufructuario. Itē *ibi* Bald.dicit,quòd
ſi relinquatur vſusfructus, & prohibeat alienatio-
nem,cēſetur relicta proprietas,aliàs verba nō deſer-
uirent intētioni, cùm vſufructuarius abſque prohi-
bitione hominis alienare nō poſſit, *l.ſi vſusfructus.ff.*
de iure dotiū.& Bald.ſequitur Alex.*in l. ſi conſtante,in*
*princip.col.1.ff.ſolut matrim.*Ruin.*in conſ.65.n.1.vol.3.*
Gratian.*diſcept.forenſ.c.216.part.2.* Craſſ.*in §.legatum*
quæſt. 30. Item ſi teſtator legauit fundū ad vſumfru-
ctum,† cenſetur legare proprietatem. *l.Titia cum te-* 70.
ſtamento.§.final. ff.de legat.2.& *ibi gloſſ.final* quam ſe-
quuntur,*ibi* Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. & cæteri,
idem Bartol.*in l.4.in princip.*per illum text.*ff.de alim.*
*& cibar.legat.*gl.*in l.cùm hi.§.ſi vni.ff.de tranſact.*quam
ſequuntur Bald.& cęteri,& hanc concluſionem ple-
nè probat Siluan.*in conſ.23.n.5.& ſeq.*& ad hūc caſum
cōfert,quòd vſufructuarius † aliquādo eſt hæres, & 71.
proprietarius.Eugen.*conſ.25.*Menoch.*cōſ.1234.vol.13.*

Aliquando verbis ita generalibus legatur vt com-
prehendat etiam bona emphyteotica, itē feudalia,† 72.
item fideicommiſſaria,quia bona emphyteotica ſunt
in bonis noſtris ſicut ſuperficiaria. *l.item in bonis.ff de*
acquir.rer.domin.l.bonorum.ff.de verb.ſignific. Menoch.
in conſ.129.n.24.& ſeq.vol.2. vbi per hanc rationem
tenet,quòd in legato vſusfructus omnium bonorum
veniant etiam bona feudalia,† quia dicuntur eſſe in 73.
bonis noſtris,gl.*in c.1.§.1.per quos fiat inueſtit.in verſ.*
ſuorum bonorum,Andr.*in c.2.in princip.de capit.qui cur.*
*vēdid.*Specul.*in tit.de emphyteuſi.§.nūc aliqua,verſ.153.*
qui intelligit text. *auth.ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. in*
verſ.ſe,& ſua,vt cōprehēdat etiā bona feudalia.Addit
Menoch.*ibi* rationē,quia illud dicitur ſuū,quod quis
vendicare poteſt.*l.quintus.§.argēto.ff.de aur.& arg.le-*
gato.l.non ſolum.§.meū.ff. de rei vendicat. Sed feudata-
rius,& emphyteuta habent vtile dominium,† quod 74.
præfertur directo. Andr.*in prælud.feud. q.6.*Natta *in*
conſ.159.n.27. qui ſcripſit inſtitutionem factam de
omnibus bonis ſuis comprehendere bona feudalia.
Item quòd huiuſmodi legatum omnium bonorum
vſusfructus comprehendat etiam bona fideicom-
miſſo,& reſtitutioni ſuppoſita, probat Menoch. *in*
conſil.955.num.9.& plur.ſeq.volum.10. Nam teſtator
relin

75. relinquendo vſumfructum † omnium bonorum
ſuorum, comprehendit etiam bona fideicommiſſo
ſuppoſita, quæ interim ſunt ſua, pendente conditio-
ne. l. 2. §. ſin autem ſub conditione. C. communia de legatis.
l. generaliter. §. ſub conditione. ff. qui, & à quibus, vbi ſer-
76. uus ſub conditione † legatus, interim pleno iure eſt
hæredis, quamuis illum manumittere non poſſit, ne
iniuria fiat legatario. Bald. in l. voluntas n. 10. C. de fi-
deicommiſſ. Iaſ. in l. ſeruo legato. §. 1. n. 4. de legat. 1. quos
refert. & ſequitur Peregrin. de fideicommiſſ. art. 40. n. 6.
Item pro opinione ſua Menoch. allegat Socin. iun. in
conſil. 68. vol. 4. Albam in conſil. 33. num. 5. & Decian.
in conſil. 57. num. 17. vol. 1.

Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem,
quia text. l. cùm pater. §. Titio. de legat. 2. dicit, quòd te-
ſtator grauando hæredem reſtituere alteri ſuam hæ-
reditatem, non videtur eum grauaſſe de reſtituendo
illam hæreditatem, quam idem teſtator alteri reſti-
77. tuere tenebatur. Item quia diſpoſitio † facta de om-
nibus bonis ſuis, non includit bona alteri debita,
quoniam bona ſua intelliguntur deducto ære alie-
no, Bartol. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi, ad finem. ff. de
oper. libert. quam Doct. communiter ſequuntur, Bald.
in l. quoniam nouella in 3. quæſt. C. de inoffic. teſtam.
Capra in conſil. 23. colum. 1. & conſil. 29. colum. 2. Iaſ.
in conſil. 214. in vltimo dubio. vol. 2. Dec. conſil. 425. col.
78. pen. Ruin. in conſ. 25. num. 18. vol. 1. Item quia nemo †
præſumitur teſtari de alienis bonis, gloſſ. in l. conſi-
ciuntur. §. ſi poſt factum, in verſ. teſtatur, in fin. ff. de iure
codicill. & in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. Zanch. in l. hæ-
redes mei. § cùm ita. part. 10. num. 32. in fin. ff. ad Trebell.
Propterea Doctores firmarunt quòd teſtator in ſua
generali diſpoſitione bonorum ſuorum, non videa-
79. tur includere bona, † quæ poſt mortem tenebatur
alteri reſtituere per fideicommiſſum, Bartol. in l. co-
dicillis. §. inſtituto. de legat. 2. Dec. in conſil. 378. num. 1.
Pariſ. in conſil. 7. n. 9. vol. 1. Cephal. in conſil. 3. n. 93. &
conſil. 516. num. 11. & ſeq. Roland. in conſil. 71. n. 26.
vol. 2. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 276. Item
80. quòd in generali legato † vſusfructus omnium bo-
norum ſuorum non contineantur bona ſubiecta re-
ſtitutioni, firmarunt Pariſ. in conſil. 98. n. 13. & ſeq. vol.
2. Socin. iun. in conſ. 58. num. 3. & 6. volum. 3. Ruin. in
conſil. 206. n. 13. & ſeq. vol. 2. Caualcan. in tractatu de
vſufruct. n. 98. verſ. ſexto deducunt, & n. 105. & hanc eſ-
ſe communem opinionem atteſtatur Caſtill. de vſu-
fruct. cap. 39. n. 14. & n. 17. & ſeq. latè etiam ſcribit de
hoc Riminald. iun. in conſil. 676. n. 41. & latiùs per
Peregrin. in conſ. 37. per totum, vol. 1. & in tract. de fidei-
commiſſ. art. 6. n. 9. & ſeq. Mantica de coniect. lib. 9. tit. 6.
num. 8. & n. 12. Ex quorum allegatione cùm appareat
hanc eſſe communē cōcluſionem, non eſt curandum
de paucioribus Doctoribus allegatis per Menoch. in
81. conſil. 129. † Tanto magis, quia contra Decianum in
d. conſil. 57. vol. 1. quem ipſe allegat, fuit iudicatum in
contrarium, vt atteſtatur Peregin. in d. conſ. 37. n. 27.
& ſeq. vol. 1. & in Senatu Mantuano fuit etiam ita
iudicatum, Surdus deciſ. 93. num. 16. in fin & num.
ſeq. Imò ipſe idem Menoch. in lib. 4. præſumptione 142.
num. 12. in fine.

Item dicta opinio non eſt recipienda in bonis em-
phyteoticis, & feudalibus, quoniam vaſallus in feu-
82. dalibus † nemini vſumfructum conſtituere poteſt,
gloſſa magna in rubrica de alienat. feudi paterni. Andr.
in l. imperialem, numer. 2. in fin. de prohibita feudi
alienat. per Federic. & ibi Camerar. fol. 118. & ſeq. Alua-
rot. num. 13. Balſaran. numer. 13. Afflict. num. 13.
& 29. Idem Afflict. in cap. 1. §. præterea numer. 3.
de capitulis Corradi. Blancus in ſumma feudorum, tit.
quib. modis feudum amittatur, verſ. nunquid poterit
vſumfructum lib. 2. cap. 1. numer. 81. Iacobin. in
ſua inueſtitura, verſ. Ita etiam quòd ipſi, num. 13. Curt.
de feud. part. 4. numer. 106. Capyc. in inueſtitura feud.
titul. feudorum alienationes. §. limita decimò, Thomas
de Marin. de gener. & qualit. feud. titulo 2. part. 1.
numer. 54. Paris de Put. de integr. feud. cap. 20.
numer. 2. & hanc eſſe communiſſimam ſententiam
atteſtantur Sonsbeec. de feudis part. 17. numer. 103.
& ſeq. Roland. in conſil. 59. numer. 5. & 7. volum. 2.
Clarus in §. feudum, quæſt. 37. numer. 2. Craſſ. in
§. legatum quæſtion. 26. numer. 1. & hanc conclu-
ſionem latiùs probant Roſenthal de feudis cap. 7.
concluſ. 2. & cap. 9. membro 1. concluſ. 10. Schrader.
de feud. part. 7. cap. 2. Ita vt ne vxori quidem ali-
menta ſuper feudo relinquere poſſit, vt poſt alios
probat Pariſ. in conſil. 99. numer. 4. & 15. volum. 2.
Craſſus in d. §. legatum quæſt. 14. numer. 23. Boërius
deciſ. 95. numer. 1. Eandem concluſionem latiùs
probat Tiraquell. de morte parte 4. declaratione 5.
vſque ad numer. 20. licèt dicat non procedere in
Francia, vbi omnia feuda ſunt redacta ad naturam
allodialium, & ita mutarunt naturam. Item quòd
nec in feudo, nec † in emphyteuſi vaſallus poſſit 83.
vſumfructum conſtituere, probat idem ipſe Me-
noch. ſuorum ſcriptorum immemor in d. præſumpt.
142. volum. 1. & 2. & pro hac opinione fuit iudi-
catum in Senatu Mantuano, vt eſt in Digeſt.
Nouiſſim. tomo 3. titul. Emphyteuſis, cap. & ſi pater.

Item declaratur, quòd in legato † vſusfructus 84.
omnium, & quorumcunque bonorum comprehen-
datur etiam pecunia, ita vt vſufructuaria poſſit ad
libitum diſponere de ea, licèt teneatur præſtare
cautionem de tanta pecunia reſtituenda cùm mo-
reretur, per text. §. conſtituitur. ff. de vſufruct. & l.
2. & 3. §. ſi tibi. ff. de vſufruct. earum rerum, quæ vſu
conſum. & hanc opinionem tenet Caſtill. in tract. de
vſufructu. cap. 17. num. 7. quem ſequitur Gratian. in
diſcept. forenſ. cap. 696. num. 18.

Præterea declaratur, nam ſi teſtator priùs reli-
querit alicui vſumfructum aliquarum rerum par-
ticularium, puta domus, & poſtea dixit, ſaluis
prædictis lego vſumfructum † omnium, & quo- 85.
rumcunque bonorum meorum alteri, & Titium
fecerit hæredem, ſi primus vſufructuarius ſpeciali-
ter in domo conſtitutus mortuus fuerit, tunc vſuſ-
fructus illius pertinebit ad vſufructuarium om-
nium bonorum, ita reſpondit Decian. in conſil. 122.
volum. 3. qui refert concurrere cum Menochio, etiam
ita conſulenti, quia, vt ipſe dicit, illa exceptio, ſaluis
prædictis, intelligitur cum omni ſua qualitate; ſed
qualitas vſusfructus ſpecialis erat cum illa qualita-
te, in vita vſufructuarij; ergo eo mortuo, dictus
particularis vſusfructus recidit ad vſumfructum ge-
neralem omnium bonorum alteri relictum.

Ego verò contrariam † opinionem exiſtimo ve- 89.
riorem, quia regula eſt, vſufructu finito, res redit ad
proprietatem, cum qua cōſolidatur. §. fin. Inſt. de vſu-
fruct. per quam regulā reſpondetur ad omnia ſcripta
per Decian. nam ſemper teſtator cenſetur ſe confor-
mē reddere cū diſpoſitione iuris, vt cōmuniter per
ſcribētes in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. quo iu-
re vſumfructū conſolidatur cum proprietate. Vt au-
tem reuerteretur ad vſufructuarium omniū bono-
rum, nō dixit teſtator; † ergo creditur noluiſſe. Bald. 87.
in l. vnica. §. ſin autem. C. de caduc. toll. per illum text. &
ceſſantibus verbis fideicommiſſi, & legati, nunquam
intelligimus illud ſubeſſe, l. Lucius. §. tres hæredes, verſ.
an vncia hæreditatis. ff. ad Trebell. Item tacitū legatum
tunc demum habetur pro expreſſo, quando illud ta-
citum tranſit in diſpoſitionē, l. quidam cùm filium, &
ibi

ibi Bald.*in 3.not.ff.de hæred.inſtit.*& *ibi* Immol.*num.*3.
qui dicit,quòd illa vulgaris allegatio,quòd iſta fuit
voluntas teſtatoris, reprehendi poteſt per illam le-
gem,quia non ſufficit fuiſſe in voluntate, niſi ſit in
diſpoſitione. Socin.*in l.in ambiguo numer.6.ff.de reb.
dub.* Item quia in voluntate teſtatoris interpretan-
da,diuinare non debemus, quia in teſtamentis ni-
hil eſt ita proprium,ſicut claritas. §. *& ſi quidem. in
auth.de teſtam. imperfect.* Ideo cùm teſtator non di-
xerit,vt vſusfructus rei particularis poſt mortem il-
lius vſufructuarij pertineat ad vſufructuarium
omnium bonorum,non debemus hoc interpretari,
quia ſi teſtator ita voluiſſet,& crediſſet, illum eſ-
ſe præmoriturum,vtique ſubſtituiſſet, hoc non ex-
preſſit;ergo non creditur voluiſſe:ergo ſtandum eſt
regulæ, vt cum proprietate conſolidetur. Item
quia dicta clauſula,*ſaluis prædictis*, ſeparauit vſum-
fructum rei particulariter legatæ ab vſufructu o-
88. mnium bonorum, quia dicta clauſula † eſt modi-
ficatiua,& reſtringit ipſam generalitatem, *l. Labeo.
§. purè. ff. famil. erciſc.* Bald. *in l. aſſe toto. ff. de hæred.
inſtit. & in auth. interdicimus. C. de Epiſcop. & cleric.
& in l. peremptorias. C. ſentent. reſcindi non poſſ.* An-
gel. *in conſil. 27. & in conſil. 42. in fin.* Roman. *in
conſil.* 189. *col.* 3. Alba *in conſil.* 187. *numer.* 10. Dec.
89. *in conſil.* 5. *col.* 5. Item denotat † amiſſionem rei,
ſecundùm quam vult modificari dictum præſens.
Bartol. *in l. Gallus.§. idem credendum,in fin.ff.de liber.
& poſthum.* Item ſi in teſtamento fiat fideicommiſ-
ſum vniuerſale, *ſaluis legatis prædictis*, talis clauſu-
la importat limitationem, ita vt legata non veniant
in fideicommiſſo. Ancharan. *in conſil. 27. numer. 5.
& ſeq. verſ. ad hoc.* Signorol. *in conſil. 75. numer.*
8. *verſ. ſed aduocatus*, & ſcripſi de hoc *in tract. de
clauſulis part. 1. cap. 133. & cap.* 134. ergo ſi lega-
tum vſusfructus particularis eſt ſeparatum à lega-
to vſusfructus generalis, & ambo legata recipiunt
confirmationem, & validitatem à morte teſtato-
ris. *cap. cùm Martha. de celebrat. Miſſarum*, non poteſt
intelligi comprehenſum in legato generali, cùm
teſtator non expreſſerit, & poſt mortem ad defun-
ctum non pertinebant, ſed cum proprietate hære-
dis conſolidabitur.

90. Sextus caſus eſt,de legato † feudi,in quo habe-
mus regulam, quòd nulla diſpoſitio ſuper feudo
eſt valida, ſiue fuerit hæredis inſtitutio, ſiue lega-
tum, ſiue fideicommiſſum, aut alia vltima volun-
tas,*cap.1.in princip.*& *ibi* Doctor. *de ſucceſſ. feudi. cap.
1. §. donare, qualiter feud. olim alien. poterat. cap. 1. in
princip. de prohibita feud alienat. per Federic.* de qua re-
gula latiſſimè per Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2.* &
per Roſenthal *de feud. cap. 7. concluſ. 2.*

91. Declaratur iſte caſus,vt feudo † legato debea-
tur æſtimatio. Io.Fab. *in § non ſolùm, numer. 8. Inſtit.
de legatis*, per quem text. gloſſ. *in l. multum intereſt,
in ver. placet. ff. de verb. obligat.* dicit, quòd militia
legata debetur æſtimatio. *l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. de
legat.* 3. gloſſ. *in l. filiusfamilias. §. ſi quid alicui, in ver.
vitium. de legatis* 1. Bartol. *in d. l. multum intereſt*, di-
cit, quòd quando res eſt in commercio noſtro, ſed
impeditur propter aliquam qualitatem, vel permit-
titur cum aliqua ſollemnitate, tunc legatum ipſius
debetur quoad æſtimationem. Bald. *in l. ſi abſentis.*
92. *numer.* 3. *C. ſi cert. pet.* dicit teſtatorem † ſemper ha-
bere duas intentiones, videlicet primariam, & ſe-
cundariam,& ſi non operatur primaria, operabitur
ſecundaria,ſed intentio ſecundaria teſtatoris eſt, vt
ſi legatum feudi, quod volebat dari legatario, non
valet, per intentionem ſuam ſecundariam valeat
quoad æſtimationem; ergo quando debetur æſti-
matio,dicitur deberi ex mente teſtatoris diſponen-
tis. Item quòd feudo legato debeatur æſtimatio, la-
tiſſimè ſcribunt Camerar. *in l. imperialem, fol. 26. de
prohibita feud. alienat. per Federic.* Frecc. qui loquitur
in legato feudi hæreditarij *in 3. lib. de ſubfeud.* in 12.
differentia feudi hæreditarij, & ex pacto, & ita
fuiſſe ſæpiùs iudicatum in ſacro Conſilio Neapo-
lis,& in Regia Camera ſummariæ, atteſtantur, Mi-
nadous *in repetitione conſtitutionis Regni, incip. in ali-
quibus, in princip. numer.* 33. & pleniſſimè Lanarius
in conſil. 88. *per totum*, & Io. Franciſc. de Ponte *in
conſil.* 80. *per totum*, & ad hoc confert † quòd lega- 93.
tum rei Eccleſiæ valet ſaltem quoad æſtimationem,
vt fuit deciſum in Rota Marchiæ. *Digeſt. Nouiſſim.
tom. 5. tit. Legatum. cap. rei Eccleſiæ*, & quòd legato
feudo debetur æſtimatio. *D. N. d. tit. Legatum c. neque
etiã.* Ex hac cõcluſione inferri poteſt declaratio corũ
quæ ſcripſimus ſuprà in quinto caſu, *verſ. item dicta
opinio*, quòd legato vſufructu feudi, ſi non valet in
vſufructu, valebit quoad æſtimationem ipſius ex
ſecundaria intentione teſtatoris.

Secundò declaratur, vt in legato † caſtri cum 94.
iuribus,& pertinentiis ſuis, non veniant ea, quæ
poſſidebantur à teſtatore titulo particulari, & iure
priuati. Andr. *in cap. 1. in princip. de capit. qui cur. ven-
did.* & *ibi* Afflict. *n.* 40. vbi quòd in venditione feudi
cum pertinentiis,omnia cenſentur vendita,quæ iu-
re feudi poſſidentur, non autem quæ iure priuati.
Bald. *in l. à procuratore. C. mandati*, dixit, quòd ſi ven-
do omnes, & quaſcumque poſſeſſiones meas, quas
habeo in tali loco,cum omnibus iuribus, quæ ibi-
dem habeo,& ibi ſit domus in qua † exigo ius paſ- 95.
ſagij,hoc ius non comprehenditur, quia non eſt de
natura rei venditæ,idem dicit Innoc. *in c. ex literis,
de iurepatronatus.* Berous *in conſil. 51. vol. 2.* vbi poſt
Bald. quẽ allegat *in d. c. 1. n. 2. de capit. qui cur. vendid.*
quòd ſi Imperator mihi conceſſit caſtrum cum per-
tinentiis ſuis,& iuribus ad ipſum pertinẽtibus, mo-
lendina veniunt acceſſoriè, niſi eſſent priuatorum,
& *ibi* gl. Andr. Præpoſit. & alij feudorum interpre-
tes. Boër. *deciſ. 50. col. penult. in fin.* Corn. *in conſil.* 321.
col. 4. vol. 4. Iacobin. *in inueſtitura, in ver. de caſtro. n.* 7.
Iaſ. *in l. quo minus, q. 20. ff. de fluminib.* Io. Franciſc. de
Ponte *in conſil. 63. à num. 25. infrà*, vbi *num.* 32. quòd
etiamſi legatum † eſſet factum per verba amplifica- 96.
tiua,& generalia, nihilominus non includitur illud
quod per ſe ſubſiſtit, per text. *in §. è contrario*, & *ibi*
Bald. *de inueſtitura de re aliena facta*, & latiùs probat
Riminald. iun. *in conſil. 19. vol. 1.* & conferunt etiam
ſcripta per Socin. iuniorem *in conſil. 44. vol. 4.* an, &
quando prædia liuellaria comprehendantur ſub le-
gato totius caſtaldiæ. In dubio autem an aliquid in
legato contineatur †, optimum eſt argumentum ab 97.
æqualitate ſeruanda, præſertim inter filios. Aretin.
in conſil. 53. Dec. *in conſil. 41. col. 2. & conſil. 43. in fin. &
conſil. 122. in fin.* Crauett. *in conſil. 245. col. 7. verſ. ſimi-
liter videmus.* Siluan. *in conſil. 81. num.* 15. vbi per mul-
ta hoc probat.

Tertiò declaratur, vt legato feudo †, & in eius 98.
æſtimatione facienda debeat computari etiam an-
nua præſtatio, quæ debetur ex cluſia piſcium, quo-
niam illa iure publico poſſideri dicitur,& dicitur in
feudum conceſſa, vt per Seiſell *in tract. de feudis, tit.
Quæ res in feud. dar. poſſ. col* 1. & 2. vbi quòd feudum † 99.
poteſt conſiſtere in piſcibus in ſtagno, & cluſia exi-
ſtentibus, quando ſimul cum feudo conceduntur.
Idem ſi prouenit ex iure piſcandi, ſiue ad tempus, ſi-
ue in perpetuum, quia tunc ſemper cenſentur im-
mobiles, in quibus feudum conſiſtere poteſt, ſicut
dicimus de ſilua cædua,& lapidicina. *l. diuortio. §. ſi*

feudum.ff.ſolut. matrim. & probat Cæſar Manent. *in*
100. *deciſ.55.n.4.* & ſi teſtator haberet duas † cluſias pi-
ſcium, & alteram tantùm legauerit, ex qualitate
perſonæ legaratij poteſt intelligi de cluſia magna.
Corn. *in conſil.38.in 1.dubio.vol.1.*

Septimus caſus eſt de legato crediti ſuper bonis,
vt quia teſtator dixit, lego mille Sempronio, quæ
mihi debet Titius ſuper bonis ſuis, quo caſu quanti-
101. tas legata dicitur †, & bona deducta fuerunt pro
cautione. Bartol. *in l.quamuis n.3.ff.de pignor.act.* & *ibi*
Alberic. *num.2. verſ. bene verum,* vbi dicit, quòd tam
quantitas, quàm bona ſunt in compulſione, quando
quis legauit, vel promiſit quantitatem ſuper bonis
ſuis, & tunc non eſt electio debitoris, quid velit ſol-
uere, ſed creditor, vel legatarius bona vendere pote-
rit, vt ſatisfiat. Ideo *l.ſi ſtipulatus fuerim decem in mel-
le.ff.de ſolut.* non facit ad hoc propoſitum, quia aliud
eſt ſtipulari decem in melle, aliud eſt ſtipulari de-
cem ſuper tali re, ideſt, redigenda ex tali re, vt dicit
Rota *deciſ.255. num.2.part.1 .in Nouiſſim.* Item quia
102. quantitas pecuniæ † primò fuit expreſſa in legato,
quo caſu teſtator dicitur conſideraſſe pecuniam
tam in obligatione, quàm in ſolutione. Angel. *in d.
l.ſi quis ſtipulatus, num.3 ff. de ſolut. verſ. nam cùm præ
cedat ſtipulatio pecuniæ.* Item quia legatum dicit ſuper
omnibus bonis, vel meis vel Titij debitoris, &
103. dictio *ſuper* † importat hypothecam. *l. codicillis. §.
inſtituto. de legat. 2.* Afflict. *deciſ. 162. numer. 6.*
Rota *deciſ.600.num.3. part.1. in Nouiſſim.* ergo bo-
na dicuntur appoſita pro cautione. Aliud eſt ſi
bona fuiſſent in obligatione, vt in caſu *d. l. ſi quis
ſtipulatus. ff. de ſolut.* & ita notat *ibi* Bartol. *in 1.not.*
Angel. *in princip.* & latiùs per Ruin. *in conſil.65.num.
8.volum.2.*

Effectus eſt, quia ſi adeſt ſtatutum prohibens
104. alienationem † in forenſes, ita vt comprehendat et-
iam alienationem, quæ fieret per vltimam volunta-
tem, tunc ipſi forenſes eſſent capaces huiuſmodi le-
gati, prout in ſimili de fratribus minoribus prohibi-
tis acquirere immobilia, dicit gl. *in c.1.in ver. domum.
de religioſ.domib.lib.6.* Bald. *in l.cùm quæſtio, in fin. C.de
legatis*, vbi quòd ſi ex forma ſtatuti forenſes ſunt
prohibiti acquirere in ciuitate, poteſt tamen eiſdem
legari, ad effectum, vt vendant bona, & pretium ha-
beant. Dec. *in conſil.559.n.4. & ſeq.* vbi atteſtatur de
communi. Barbat. *in conſil.43.num.24.verſ. & ideo di-
citur.vol.1.& in rubric.de reb.Eccleſ.non alienand.num.
25.* Plotus *in conſil.58.num.31.& 80.* qui alios refert,
quos ſequitur Sacca *in conſil.251.num.7.* Idem ſi te-
105. ſtator legauerit alicui † debita ſua, nam intelligi-
tur legaſſe credita, alioqui legatum eſſet inutile.
Bald. *in rubric. C. de reb.credit.num. 3.* Gomez *in ru-
brica ff. ſi cert.pet. num. 11.* Menoch. *in conſil. 1263.
106. num.5.vol.13.* Item ſi teſtator legauerit nomen †
debitoris, nam cedendo actionem hæres eſt libera-
tus. *l.ex legato*, & *ibi* ſcribunt Doct. *C. de legatis*, &
ita fuit deciſum in Rota Genuæ, vt *in Digeſt. No-
uiſſim.tomo 5.tit.Legatum, cap.quando pecunia.* Sed hoc
declaratur vt procedat, quando ipſum debitoris
nomen legatum eſſet, ſecus ſi quantitas pecuniæ de-
107. bitæ à Titio legata eſſet, quia tunc nomen † debi-
toris eſt adiunctum perceptioni legati, quo caſu
hęres agere debet Bartol. *in l.quidam teſtamento, & in
l.apud Iulianum.§.ſi Titius.de legat.1.* Bald. *in conſ.164.
vol.4.* & quando hæres debet agere, ſi ipſe non exe-
108. gerit, tenetur de ſuo. Et in legato † quantitatis pe-
cuniæ cum conditione quòd ſi hæres primogenitus
ipſi ſecundo genito voluiſſet dare in ſolutũ introi-
tus feudales, illos recipere teneretur, fuit indicatum
quòd aut det in ſolutum introitus feudales cum aſ-
ſenſu impetrando per ipſum ſecundogenitum le-
gatarium, vel ſoluat quantitatem pecuniæ, Mina-
dous *deciſ.33.in D N.d.tit.Legatum, cap.filia.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi teſta-
tor debitori ſuo legauerit eius creditum †, quia in- 109.
telligitur legaſſe liberationem, ſed vbi ſimpliciter
ita dixiſſet, & teſtator eſſet creditor tam in actione
reali, & hypothecaria, quàm in actione perſonali; in
dubio cenſetur legaſſe creditum in actione perſo-
nali, non autem reali, gloſſ. *in l.creditores.ff.de verb.ſi-
gnificat.* Bald. *in l pen. C. quod cum eo, & in l.final. C. de
compenſac. & in l.final.col.2.C.de bonis auth. iudic. poſſi-
dend.* gloſſa final. *in rubric. Inſtit. de actionibus.* vbi
Bald. Angel. & Iaſ. quòd ſtatutum loquens de debi-
to †, vel credito, ſemper intelligitur in actione per- 110.
ſonali, non reali. Bald. *in l. cum neceſſitate. C. de fidei-
commiſſ.* vbi quòd legatum liberationis factum de-
bitoribus, non intelligitur de poſſeſſoribus rerum
teſtatoris, à quibus illæ vendicari poſſunt, ſed tan-
tùm de illis qui tenentur actione perſonali.

Secundò declaratur, nam quando teſtator legat † 111.
ſuum creditum, illud intelligitur etiam legatum
cum vſuris, & intereſſe, *l.nomen debitoris. de legat.3.*
vbi qui legat ſortem debitam, dicitur etiam legare
vſuras, quæ debitæ ſunt viuo teſtatore, & *ibi* Paul.
de Caſtr. refert conſuluiſſe Florentiæ ſuper legato
pecuniarum, quas teſtator habebat in monte Flo-
rentiæ, vel ſuper impreſtitis Venetiarum, quòd et-
iam dicatur legare redditus dictarum pecuniarum,
qui debebantur viuo teſtatore, & *ibi* Paul. de Caſtr.
n.3. hoc modo limitat text. *in l ſi tibi homo.§.cum ſer-
uus.de legat.1.* vbi Bartol. notat quòd hæres † acquirit 112.
fructus de re legata, licèt dominium fuerit transla-
tum in legatarium, & per *d.l.nomen debitoris,* limitāt
d §.cum ſeruus. Alex. *ibi n.3.* Iaſ. *num.14 & ſeq.* Bero. *in
conſ.33.n.8.vol.2.* Pariſ. *in conſ.40.n.8.vol.1.* Mantic. *de
coniectur.lib.7.tit.10.n.35.* Surd. *in conſil.84.n.4.& in
deciſ.88.n.9.& 18.* Riminald. iun. *in conſil.623. n.23.
& ſeq. vol. 6.* ex quibus apparet hanc limitationem
ad fauorem legatarij eſſe communiter receptam,
& ſecundùm iſtam fuit iudicatum in Prætorio
Neapolis, etiam in legato annuorum introituum
debitorum viuente teſtatore, vt ad legatarium per-
tineant, vt *in Digeſt. Nouiſſ.tomo 5 tit. Legatum.cap.ſi
annui.*

Tertiò declaratur, nam ſi teſtator eſſet creditor
Titij in duabus partitis fortè † eiuſdem quantita- 113.
tis, ſed ex diuerſis cauſis, & legauerit Caio vnam
quantitatem, puta mille ſibi debita ſuper bonis Ti-
tij, poſtea in codicillis legauerit eidem Caio cen-
tum ſibi debita ſuper bonis Titij, cùm ſint quantita-
tes diuerſæ, optimum argumentum eſt, quòd teſta-
tor vtrumque legatum præſtari voluerit. Bartol. *in
l.cùm centum, num.1.ff.de adimendis legatis, & in l. tri-
ticum, num.5.ff.de verb. obligat.* Cephal. *in conſil.73.n.
19.vol.1.* Crauett. *in conſil.167.num.3.* Menoch. *in lib.
4.præſumpt.128. num.15.* Vaſquius *de ſucceſſ.progreſſ.
§.21.num.11.* Imò ſi eandem quantitatem legaſſet in
diuerſis ſcripturis, puta teſtamento, & codicillis,
vtraque quantitas debita eſt. Bartol. & cæteri *in l.
planè. §. ſi eadem. ff. de legat. 1.* Paul. de Caſtr. *numer.
5.* & Iaſ. *num.11.* probat eſſe communem concluſio-
nem. Cephal. *in d.conſil.73.num.19.volum.1.* Pariſ. *in
conſil.61.in fin.vol.2.*

Quartò declaratur, nam ſi teſtator eſſet creditor
alicuius de pōdere auri & argenti †, & illud credi- 114.
tum legauerit, tunc non venit pecunia, prout eſt
caſus *in l.quintus.l.1.ff.de auro, & arg. legat.* Alciat. *in
l.ſingularia.ff.ſi cert. petatur.* Tiraquell. *de retract. con-
ſanguineò. §.1.gloſſ.20.* & probat Dec. *in conſil. 381.*
quia

quia pecunia non eſt aurum , vel argentum ſim-
pliciter,ſed ſecundùm quid,argum. *l.hoc legatum , de*
legat.3.
Octauus caſus eſt de legato fructuum,nam ſi te-
115. ſtator in vltimis cōſtitutus alicui legauerit fructus†
ſuæ hereditatis illius anni,& poſtea ſuperuixerit in
illo anno,ſed poſt alios annos mortuus fuerit,adhuc
debentur dicti fructus illius anni , in quo teſtator
moritur, quoniam dum teſtator credebat ſe illo an-
no moriturum, ideo voluit intelligere de anno ſuæ
mortis,& ita reſpondet Cephal.*in conſil. 530. vol.4.*
vbi quòd diſpoſitio facta pro certo , & limitato tē-
pore,vltra illud non eſt extendenda.*l.ſi.ſtatuliberum.§.*
Stichum.de legat.2. Dec.*in conſ.61. n.3.in fin.* Sed hæc
regula procedit, quando teſtator non eſſet infir-
mus,ita quòd non poſſet deſumi coniectura credu-
litatis mortis.
116. Declaratur iſte caſus,nam annus † in iure multi-
pliciter capitur, aliquando conſideratur annus na-
turalis,ſcilicet quādo ab vna die vſque ad finē cur-
runt tercentū , & ſexaginta quinque dies & ſex ho-
ræ. *c.quadrageſima.de conſecrat.diſtinct.quinta.* Bald. *in*
conſ.457.in fin.vol.1. & diuiditur in duodecim men-
ſes,ſicut hæreditas in duodecim vncias.Bartol. *in l.*
*fur eſt manifeſtus,cū tribus ll.ſequentib.ff.de furtis.*Alex.
in conſ.9.in princip.vol.7.& principium anni incipit à
principio conuentionis,vel diſpoſitionis, vnde qui
facit pactū de retrouendendo infra quatuor annos,
dūmodo in principio quarti anni offerat pretiū,de-
bet intelligi in principio primi menſis quarti anni,
aliàs pactū expirat.Alex.*in conſ.9.per totum vol.4.* Itē
eſt annus vſualis à Ianuario vſque ad Ianuarium ſe-
quentē,& hoc apud Latinos,cùm Ianuarius appel-
letur à ianua anni.*c.ieiunium. diſtinct. 76.* Apud He-
bræos , & Græcos eſt ab vno Aprili ad alterū men-
ſem Aprilis ſecundùm lunationes.*d.c.ieiunium.*Item
eſt annus ceremonialis,de feſto ad feſtum.*c.1.de con-*
ſecrat.diſtinct.1. Item eſt annus emergens,in quo ali-
quid magnum,& memorandum factum eſt,ſicut ab
exitu Iſraël de Ægypto,Hebræi, & Græci cōputant
ab vna Olympiade,Romani ab Vrbe condita,Chri-
ſtiani ab Incarnatione Domini.*c.1.in princip.diſtinct.*
23.& in computatione emergentis Chriſtiani mul-
tipliciter obſeruant,nam in Romana Curia, Hiſpa-
nia,Aragonia , Dacia , & Vaſconia, annus incipit à
Natiuitate Domini Noſtri 25. Decembris , hoc eſt,
ab ipſa die,non antē à circumciſione.Rota *deciſ. 19.*
de re iudicata in antiq.& deciſ.3. eod.in nouis eod.tit. in
*nouis.*In Germania,Francia,Anglia,annus incipit ab
Incarnatione,qui eſt dies Annuntiationis 25. Mar-
tij,Rota *d.deciſ.17.& d.deciſ.3.*& pro his vidēdi ſunt
gl.*in c.1.de ſumma Trinitate.*gl.*in rubrica.C.de indictio-*
*nib.lib.10.*Bartol.*in l.libellorum.§.ſi accuſator.C.de ac-*
*cuſat.*Præpoſit. *in cap.in nomine Domini,diſtinct.24.*In
Italia verò,vario modo obſeruatur,nam Venetiis,&
Florentiæ ab Incarnatione , in regno Neapolis à
menſe Septembris, Piſani ab Incarnatione, ſed di-
uerſo modo , nam dum nos computamus annum
inchoatum , ipſi computant annum finitum , ideo
dum nos dicimus nunc annum 1622. ipſi dicunt
annum 1621.quia hic eſt annus finitus.
117. Sed quia nos agimus de anno naturali † , quoad
recollectionē fructuum,ideo aduertēdum eſt, quòd
annus fructuum incipit à menſe Septembris,& fini-
tur in alio menſe Septembris,vt eſt text.*§. his conſe-*
*quenter,in tit.Hic finitur lex Corradi.*Sed hæc diſpoſi-
tio intelligitur naturaliter ſecundùm naturam fru-
ctuum,qui naturaliter infra duodecim menſes pro-
duci ſolent , vt poma , frumenta,vinum, & ſimilia:
ſecus in illis, quæ non ſingulis annis produci ſolēt,
nā oliuæ ſingulo biennio fructus producunt , ideo
biennium erit pro vno anno cōputandum. Itē terra
Mageſatica producit fructus in decē,& octo menſi-
bus,& iſte annus cum dimidio computatur pro vno
anno.Item ſylua cædua quolibet triennio,vel quin-
quennio fructus producit,& hoc trienniū,aut quin-
quennium erit pro vno anno computandum, prout
ſcribunt Iaſ.& Alex.*in l.diuortio. §. quod in anno,n. 5.*
& ſeq. ff. ſolut. matrim. Caualcan.qui alios refert, *in*
tract.de vſufruct.num.245. Roland.*in conſil.87.n.29.*
*vol.1.*vbi conſuluit,quòd emphyteuta † non cadit à 118.
iure ſuo , ſi non ſoluit infra biennium , & ſimus in
ſylua,quę ſingulis triennijs ſolet parere fructus,quia
tunc illud biennium debet eſſe ſex annorum,& hęc
doctrina recepta eſt, & ſecundùm illam iudicatum,
Ioſeph Ludouic. *in deciſ. Peruſin. 79.col. final.* Ideo
fructus legati pro vno anno intelligendi ſunt ſe-
cundùm iſtam diſtinctionem anni naturalis.
Nonus caſus eſt,de legato facto familiæ † , cuius 119.
appellatione aliquando deſcendentes ex maſculis,
non autem ex feminis continentur, aliquando ſo-
lùm domeſtici † domus continentur, *c.ſicut hi.§.ne-* 120.
ceſſe,& c.quantumlibet. diſtinct.47. & cap.licèt Heli.de
ſimonia , & latiùs declarat Alberic.*in Dictionario in*
*ver.familia.*Si igitur teſtator legauerit familiæ,id eſt,
domeſticis ſuis victum † & veſtitum,tunc intelligi- 121.
tur etiam legata habitatio,nam paria ſunt quòd le-
getur victus,& legentur alimenta. *l.alimenta , & l.*
*final.ff.de aliment.& cibar.legat.*Ruin.*in conſil.86.num.*
2.vol. 2. Practica Papienſ. *in forma libelli in actione*
reali in ver. & redditibus,num. 2. in princip. Surd. *in*
*tract.de aliment.titulo 2.quæſt.2.num.6.& 8.*Sed quan-
do ſunt præſtanda † alimenta, venit etiam habi- 122.
tatio.*l. legatis.ff. de aliment. & cibar.legat.*gloſſ. *in l.*
cùm hi.§.qui tranſigit.ff.de tranſact. Iaſ. *in l.ſi quis à li-*
*beris.§. non tantum.ff. de liber. agnoſcend.*Surd. *de ali-*
ment.tit. 4. quæſt.4. numer.1. Rebuff.*in l. verbo victus,*
numer. 2. ff. de verb. ſignificat. cùm ſine habitatione
corpus ali non poſſit. *cap.nobis.de iurepatronat.* Item
etiam lectus legatus cenſetur. *l.quos nos hoſtes.§. ver-*
bum viuere,& ibi gloſſ. *in ver. neminem,*& Alciat. *n.2.*
ff.de verb.ſignificat. Sed ſumendo familiam primo
modo † , tunc legatum reſtringendum eſt ad vnum 123.
eorum tantùm , quia aliàs redderetur inutile. Paul.
de Caſtr.*in conſil.383.num.1.vol.1.* Menoch.*in conſil.*
*1263.n.2.vol.13.*Nam in legato facto familiæ ſucce-
ditur gradatim ordine ſucceſſiuo, vnus poſt alium,
prout quiſque eſt proximior. Bald. *in l.peto.§. fratre,*
quæſt.2.de legat.2. Crot.*in l.filiusfamilias.§.diui n.173.*
de legat.2. Ruin. *in conſil.127.n.13.vol.2.* Surd.*conſil.*
*247.n.8.vol.2.& deciſ.238.num.13.& ſeq.*Item ſolùm
admittuntur illi, qui nati , vel concepti erant tem-
pore teſtamenti † ,vel ſaltem tempore mortis teſta- 124.
toris.*l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.de legat. 2.* iuncta *l.ſi*
*cognatis.ff.de rebus dubiis.*Ruin. *in conſil.158.num. 15.*
verſ.non obſtat quoque. vol.2. & in conſil.143.num.10.
vol. 3. Niſi de contraria mentē teſtatoris apparere
poſſit.gl.*in d.§.in fideicommiſſo.*Ruin. *in conſil. 22.col.*
2.in fin.volum.2. & in conſil.128. col.pen.in fin. eod.vol.
Socin.*in d.l.ſi cognatis. in ver. quarta , & vltima con-*
cluſio.ff.de rebus dubiis.
Decimus caſus eſt,de legato † tritici, quod teſta- 125.
tor habet in ciuitate,quod comprehendit etiā illud
quod habet in Comitatu, Bartol. *in l.1. §.cùm vrbē,*
n.11. ff.de offic. præfecti vrbis, ſed non comprehendit
illud quod habet in diſtrictu. Bartol. *ibid. n. 2.* Sed
reſpectu diſtrictus opinio non eſt recipienda , quo-
niam diſtrictus † propriè loquendo nuncupatur 126.
territorium accedens ciuitati in ſubiectionem intra
fines ſimul cū ciuitate ſtatutos, intra quos quicquid

eſt,

eſt, territorium appellatur, & hanc definitionem
probant Aretin. *in conſil.* 77. *n.* 4. & Dec. *in conſil.* 649.
n. 17. Diſtrictus igitur denotat territorium, cui iu-
riſdictio ineſt. Bald. *in conſil.* 49. *vol.* 1. nam ſicut terri-
torium dicitur à terrendo, *l. pupillus.* §. *territorium. ff.*
de verb. ſignificat. ita diſtrictus à diſtringendo, quia
terrendi, & diſtringendi ſunt ſubditi ab eo qui ter-
ritorium, & diſtrictum habet, & conſequenter iu-
riſdictionem. Alex. ad Bartol. *in d.* § *territorium.* Abb.
in conſil. 20. *n.* 1. *& ſeq. vol.* 2. Socin. ſen. *in conſil.* 74. *col.*
4. *verſ. & maximè. vol.* 1. poſt Bald. *in c.* 1. § *final. n.* 4.
quib. modis feud. amitt. Crauett. *in conſil.* 672. *numer.* 2.
Item quia diſtrictus ponitur pro vna re cum territo-
127. rio †, *Clem. ne Romani.* §. *ſanè, de electiõ.* vbi bis repe-
titur dictio *ſeu*, videlicet territorium, vel diſtrictus;
ergo legatum tritici quod teſtator habet in ciuita-
te, multò magis comprehendit illud quod habet in
diſtrictu, quàm quod habet in comitatu, prout Bar-
tol. volebat. Item ad comprobationem facit, quòd
conſuetudines ciuitatis habent locum in bonis ſitis
128. in diſtrictu †, & ideo filia femina in bonis ſitis ex-
tra diſtrictum Neapolis, ſuccedit vnà cum maſculis,
gloſſa in conſuetudine Neapolis, *incip. ſi moriatur, in*
verbo, facultatem, n. 69. *& ſeq.* Item gloſſ. *in conſuetud.*
Neap. incipiente, ſi quis, vel ſi qua, in ver. in bonis omni-
bus n. 173. *& ibi* Addentes probant, & referunt alios.
Quamobrem ſi legatum tritici, quod teſtator habet
in ciuitate, comprehendit illud etiam quod habet in
Comitatu, multò magis debet comprehendere
quod habet in diſtrictu, quoniam diſtrictus pertinet
ad eandem ciuitatem, & in Comitatu poſſunt eſſe
plures ciuitates.
129. Declaratur iſte caſus, nam licèt appellatio tritici †
comprehendat, ſecundùm latiorem ſignificationem,
omne, quod in area teritur, idcóque etiã hordeũ, &
alia, vt per Rebuff. *in l. frugẽ. in fin. ff. de verb. ſignificat.*
Tamen in ſignificatione ſtricta, quę accipitur ſecun-
dùm communem vſum loquendi, ſolùm continetur
triticum, quod ſui nobilitate omnes fruges excedit,
& ita fuit iudicatum in Rota Marchiæ, vt *in Digeſt.*
Nouiſſim. tom. 5. *tit. Legatum, cap. tritici.* & conferunt
ſcripta per Mantuam *in ſingulari* 676. ſuper ſtatuto
130. contra corrumpentem † frumentum, quod non
comprehendit corrumpentem alias fruges, quia in
131. ſtatutis interpretandis communis vſus † loquendi,
præualet iuri communi. Abb. *in c. ex multiplici in* 2.
notab. de decimis. Secus eſt quando ſtatutum eſt in-
terpretandum ab effectu, non autem à ſono verbo-
rum, vt quando prohibet extractionem frumenti,
quia tunc etiam prohibet extractionem farinæ, in
qua militat eadem ratio; ſed legatum eſt interpretã-
132. dum ex mero ſono verborum, ideo farina † non cõ-
prehenditur in legato tritici. Alberic. *de ſtatut. part.*
2. *q.* 5. & alia allegata per Gratian. *deciſ.* 184.
133. Vndecimus caſus eſt, de legato librorum †, nam ſi
teſtator omnes ſuos libros indiſtinctè legaret alicui
Iuriſconſulto, tunc legatum non eſt interpretandum
ex perſona legatarij, iuxta text. *l. plenum.* §. *equitij. ff. de*
vſu & habitat. cum aliis traditis ad hoc per Felin. *in*
cap. cauſam quæ, in verſ. quinta declaratio. de reſcript. Sed
eſt interpretandum ex ſui generalitate, propter quã,
ſicut veniunt libri ex quacumque materia, ſiue
membrana, ſiue papyrea, ſiue ex corio facta fuerint *l.*
librorum, in princip. ff. de legat. 3. ita veniunt omnes li-
bri cuiuſcumque profeſſionis ſint, humanitatis, hi-
ſtoriarum, carminum, & fabularum, Latino, aut He-
braico idiomate ſcripti, & ita per multas rationes
fuit deciſum in Senatu Mantuano, vt eſt *in Digeſt.*
Nouiſſ. tom. 5. *tit. Legatum, cap. in legato.*

Articvlvs II.

De legatis factis vxori.

SVMMARIA.

1. *Dos cenſetur legata, ſi quid fuerit legatum vltra dotem.*
2. *Legata dote, mulier debet probare numerationem.*
3. *Legatum dotium eſt incertum, & debet liquidari.*
4. *Legata certa quantitas vt debita, quando debeatur.*
5. *Dos non probatur per confeſſionem mariti.*
6. *Confeſſio dotis receptæ facta animo donandi, non firmatur iuramento aſſertorio.*
7. ... *ſecus iuramento promiſſorio.*
8. ... *item ſecus ſi præceſſerit promiſſio.*
9. *Confeſſio dotis facta in teſtamento, tranſit in naturam legati.*
10. *Iuramento creditoris quando probetur quantitas.*
11. *Dotis actio non competit mulieri niſi poſt annum à morte mariti.*
12. *Dos legata ſtatim exigi poteſt.*
13. *Confeſſio mariti de dote recepta facta in teſtamento, valet in vim legati.*
14. *Legata certa re, ſub conditione, ne petat dotem, mulier habet electionem.*
15. *Doti poteſt imponi onus poſt ſolutum matrimonium.*
16. *Legatum dotis in maiori quantitate, cenſetur donatum.*
17. *Dictio* donec, *facit conditionem.*
18. *Legatum factum vxori, donec habitauerit cum filiis, quomodo interpretetur, & num.* 21.
19. *Conditio non poteſt diuidi.*
20. *Conditio donec habitauerit cum filiis, poſt eorum mortem habetur pro non appoſita.*
22. *Legatum factum ſub conditione mixta quando deficiat.*
23. *Legatum ſub conditione habitandi cum filiis debet ſolui, ſi filia nupta iret ad domum mariti.*
24. *Dictio* donec, *reſtringit onus, & limitat tempus.*
25. *Legatum ſub conditione habitandi cum filiis, debetur, ſi propter diuiſionem inter eos factam, mater cum illis habitare non poteſt.*
26. *Legatum vſusfructus omnium bonorum reducitur ad alimenta, filiis inſtitutis hæredibus.*
27. ... *& hoc procedit ex præſumpta voluntate teſtatoris.*
28. *Verba,* facio vxorem meam donnam, & patronã, *important præeminentiã in domo reſpectu filiorũ.*
29. *Vſusfructus plenus quando debetur vxori legatariæ, etiam filiis inſtitutis hæredibus.*
30. *Inuentarij confectio non pertinet ad alimentarium, ſed ad vſufructuarium.*
31. *Vxor facta vſufructuaria debet habere alimenta quando ſoli filij ſunt inſtituti, ſecus ſi ſunt inſtituti cum aliis.*
32. ... *quo caſu hæreditas non eſt diuidenda, ita vt ipſa mater reſpectu portionis extranei debeat habere plenum vſumfructum.*
33. ... *ſed debet habere plenum vſumfructum, etiam reſpectu filij.*
34. *Conſuetudo exorbitans loquens in ſimplici non habet locum in caſu mixto.*
35. *Vſusfructus legatus vxori, vt reſtringatur ad alimenta, quæ perſona conſideranda ſint.*

36. *Vxor*

36. *Vxor facta vſufructuaria,poſt mortem filij inſtituti non debet habere ſola alimenta,ſed plenum vſumfructum contra ſubſtitutum.*
37. *Fiſcus habetur loco heredis extranei.*
38. *Vxor debet habere plenum vſumfructum de legato particulari,filiis heredibus inſtitutis.*
39. *Vſusfructus legatus vxori vnà cum filiis,intelligitur de pleno.*
40. *Legatum ad gaudimentum, importat proprietatem.*
41. *Subſtitutus filio non ſtatim eſt admittendus poſt eius mortem,ſed poſt mortem illius matris vſufructuariæ.*
42. *Verba domina, & patrona, important dominatum iuris,& aliquando etiam inſtitutionem.*
43. *Heres factus in teſtamento aliquando non ſuccedit,niſi poſt mortem vxoris vſufructuariæ omnium bonorum ita conſtitutæ in codicillo.*
44. *Verbum* lego,*adiectum vniuerſitati bonorum importat inſtitutionem.*
45. *Inſtitutio facta in teſtamento,cenſetur reformata in codicillo per legatum vſusfructus omnium bonorum.*
46. *Vſufructuarius omnium bonorum factus in codicillo cenſetur grauatus de reſtituendo hæreditatem heredi inſtituto in teſtamento.*
47. *Vxor quando cenſetur facta plena vſufructuaria.*
48. *Heres in pœnam poteſt à teſtatore priuari.*
49. *Heres repudiando hæreditatē,dicitur contrauenire.*
50. *Prohibitio facta heredi quando afficiat etiam ſubſtitutum.*
51. *Vxor facta hæres,& teſtamento rupto per natiuitatem poſthumi,debet habere alimenta.*
52. *Alimenta vxoris,quibus deductis,& quomodo taxanda ſint.*
53. *Vſusfructus aliquando debetur vxori etiam in legitima filij.*
54. *Vſusfructus cedi non poteſt, ſecus in commoditate fructuum.*
55. *Legatum alimentorum compenſari cum intereſſe dotium debito per heredem poſt annum qui teneant.Contrarium eſt verius,num.64.*
56. *Legatum compenſatur cum debito neceſſario.*
57. *Hæres dicitur teneri ad debitum neceſſarium,ſicut tenebatur defunctus,& num.68.*
58. *Conditio obligationis non mutatur ex perſona hæredis.*
59. *Legatum cenſetur factum in compenſationem debiti pro quo omnia bona erant obligata.*
60. *Hypothecæ ſpecialis,& generalis aliquando conſtituitur differentia.*
61. *Heres non obligatur, niſi per aditionem voluntariè factam.*
62. *Debitum dicitur neceſſarium, quod ex neceſſitate legis inducitur, etiamſi habuerit originem ab actu voluntario.*
63. *Legatum cenſetur in compenſationem debiti habentis originem ab actu voluntario.*
65. *Verbum* debet,*importat neceſſitatem.*
66. *Intereſſe dotium poſt annum non dicitur debitum hæreditarium,ſed heredis.*
67. *Mora non inducitur ex tempore, ſed ex interpellatione.*
69. *Defunctus non dicitur obligatus ad vſuras debitas per hæredis moram.*
70. *Compenſatio an, & quando admittatur de ſpecie ad ſpeciem, & de quantitate ad quantitatem.*
71. *Cōpenſatio non admittitur de illiquido ad illiquidū.*
72. *Conditio ſi honeſtè vixerit,cōprehendit matrimonium.*
73. *Legatum factum ſi honeſtè vixerit, an debeatur ſi nubat.*
74. *Marito an fiat iniuria per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias,& num.77.*
75. *Mulier quæ nubit,dicitur caſtè viuere.*
76. *Conditio non nubendi à iure reiicitur.*
78. *Legatum factum,donec vitam vidualem ſeruauerit,eſt annuum.*
79. ... *& in quolibet anno eſt conditionale.*
80. *Cautio Mutiana non eſt præſtanda de legato,donec vitam vidualem ſeruauerit.*
81. *Legato facto ſi vidua permanebit,tenetur reſtituere fructus perceptos ſi nubat.*
82. *Legatum factum ſi vidua permanebit, & poſt eius mortem Fullano,debetur ſubſtituto ſtatim ac nubit,non aliter expectata morte.*
83. *Legatum factum vxori ſi tranſiuerit ad ſecundas nuptias; & ſi vidua permanebit vſumfructum omnium bonorum,an vtrumque debeatur.*
84. *Legatum non agnitum à legatario, non tranſmittitur.*
85. *Legatum factum ſi nupſerit Sempronio, eſt validum.*
86. *Legatum factum ſi nupſerit de conſenſu talis, eſt validum.*
87. *Legatum factum ſi mulier nubat de conſenſu agnatorum,eſt validum.*
88. ... *& agnati quando cogi poſſint ad conſentiendum.*

LEgatum dotis aliquando fit ſimpliciter,lego vxori meæ dotem,aliquando fit per verba concludentia dotem, vt ſi teſtator dixerit,lego vxori meę mille vltra dotem †,tunc cenſetur legaſſe dotem,quia dictio *vltra*,eſt incluſiua. *l.ſi vltra.C. de fideiuſſor.* & ita firmarunt Iacob. de Aren. *in l. ſi ita.ff.de dote prælegat.& ibi* Bart. Iacob. Butr. *in d. l.ſi vltra,& ibi* Bald.Benedict.*in cap.Raynutius,in ver. Alterochæ filiæ, in princip. de teſtam.* vbi quòd hoc caſu dos legata dicitur, & alij plures ad hoc allegati per Menoch.*in lib.4.præſumpt.145.num.4.*Peregrin. *de fideicommiſſ.artic.16.num.*18. Surd. *in conſil.471. col.1. volum.4.& in deciſ.285.numer.9. & ſeq.* In vtroque caſu mulier debet probare † numerationem, quia non videtur velle grauare hæredem ad ſoluendum dotes, quas non exegerat. argum. *l.penult. ff. de dote prælegata*; item *l. ſi non deſignata. C. de falſa cauſa adiect.* vbi ſi maritus legat vxori quidquid ad eum peruenit nomine dotis,mulier debet probare ſe dotem dediſſe,& numeraſſe,& ibi Salyc.dicit, quòd ſi maritus relinquat vxori dotes ſuas, & illæ fuerunt promiſſæ à ſocero,videtur ſola actio relicta. Item quia legatum ſimpliciter † factum de dotibus, eſt incertum,& illiquidum, ideo non debetur, niſi liquidetur.*l.ſi ſic,in princip.de legat.*1.*& ibi* Bartol.*in §. 1.* dicit, quòd talis defectus vitiat ſubſtantiam legati, & Alexand. *in d.l.ſi ſic,numer.*20. dicit,quòd ſi lego decem Titio †, quæ ipſi debeo,ſuſtinetur legatum, quamuis nihil debeam, ſed non ſuſtinetur, quando credebam me debere, quoniam cauſa finalis legati eſt falſa.*l.1.C.de falſa cauſa adiect.*quæ facit deficere ſubſtantiam legati, ita vt nullo modo debeatur.Bartol.Alexand.& Iaſ.*in d.l.ſi ſic,in §.1.*& ita fuit iudicatum in Senatu Mantuano, vt *in Digeſt. Nouiſſim.tomo 5.tit.Legatum.cap.aſſignatione.* Dicta autē probatio dotis receptæ † nō fit per cōfeſſionē mariti,quia vbi nō apparet de numeratione,vel ſaltē nō apparet de præcedēti promiſſione dotis.dicta cōfeſſio haberet vim donationis, quæ eſt prohibita

(marginal numbers: 1. 2. 3. 4. 5.)

inter virum,& vxorem.Bartol. in l.ſi quis pro eo,n.17.
ff. de fideiuſſor. & ibi Addentes in ver.in donatione. Itē
6. dicta confeſſio facta † animo donandi , non confir-
matur iuramento aſſertorio , quia huiuſmodi iura-
mentum reſpicit præteritum , & ſtatim iurans fit
periurus,ideo confeſſio non ſumit robur ab eo, ne-
que iuranti,neque eius hæredibus nocet.Gabriel in
conſil.146. num.2. & ſeq.vol.1. Secus ſi iuramentum
7. eſſet promiſſorium † , ſecundùm veriorem,& ma-
gis communem concluſionem , de qua per Gabriel.
in d.conſil.146.numer.4.volum.1. Item ſecus ſi præ-
8. ceſſiſſet † ſaltem promiſſio de ſoluendo dotem,&
fuerit renuntiatum exceptioni non numeratæ pe-
cuniæ,vel ſint lapſa tempora illam opponendi , &
ita fuit ſemper iudicatum,vt in Digeſt.Nouiſſim.tom.
1.tit. Confeſſio, cap. confeſſio dotis , & cap. vbi præceſſit.
9. Item ſi in teſtamento dicta confeſſio † facta fuerit,
& non apparebit de numeratione, illa conuertitur
in naturam legati dotis , & poteſt reuocari etiam ſi
iurata fuerit.Salyc.in l.hac edictali,in princip. C.de ſe-
cundis nupt.& alia ad hoc allegata per Ruin.in conſil.
10. 53.numer.1.volum.2. & licèt per iuramentum † cre-
ditoris poſſit probari quantitas debiti. Corn. in
conſil.318.in fin.volum.4.Dec. in conſil.536.numer.12.
Tamen contrarium firmant Purpurat in l.admonendi
numer.265.ff.de iureiur.& Bertrand.in conſil.265 nu-
mer.6. part. 2. Item dicta opinio poteſt procedere,
quando per aliquam probationem conſtaret de de-
bito in genere,tunc iudex ad eius quantitatem ſpe-
cialem probandam creditori iuramentum deferre
poteſt. Bartol. in d.l.admonendi,numer.40. verſ. quæro
quid ſi teſtis dicat. Cepolla in cautela 108. incip.ali-
quis mutuauit.

Effectus iſtius caſus erit,quoniam probata nume-
ratione dotis, mulieri competet actio de dote, quæ
ſi conſiſtit in pecunia , regulariter non poteſt exigi
11. niſi poſt annum † , & diem ſoluti matrimonij. l.
vnica §.exactio.C.de rei vxor.act. etiam ſi hæredes ſint
diuites.Bartol.in l.diuortio.§.interdum.ff.ſolut.matrim.
Bald & Salyc.in d.§.exactio.Surd.de alimentis,titulo 1.
quæſt. 44. numer. 57. Item competet etiam actio ex
12. teſtamento † , tunc enim non eſt expectandum
illud tempus legale. Aretinus in tract. de teſtamentis,
in verb Item reliquit vxori dotes ſuas,& alia ad hoc al-
legata per Craſſ.in §. legatum , quæſt.42.& per Sur-
dum in d.conſil.471. numer. 5. volum.4. Et ratio eſt,
quia d. legatum redderetur inutile, niſi cenſeretur
teſtator dictum tempus legale remiſiſſe. Surd. in
conſil.113. numer.28. & ſeq.volum.1. Sed ſi nulla dos
probata fuerit , & dicta confeſſio † facta per mari-
13. tum in teſtamento eſt de certa quantitate, tunc va-
lebit in vim legati , & pariter debita eſt actione ex
teſtamento, vt probant Io. Fab. & Angel. in §. ſed ſi
vxori. Inſtit. de legatis. Gomeſ. in lib. 1. var. reſolut.
cap.12. numer.81. in fine. Sed hoc eſt verum, niſi er-
ror interueniſſet in ſubſtantia legati , vt quia teſta-
tor dotes legaſſet , quia credebat ſe ad illas teneri,
tunc enim legatum nullius roboris eſt , vt dixi , &
nullam actionem parit.

Declaratur iſte caſus,vt non procedat, ſi teſtator
legauerit aliquam rem vxori,ſub conditione,ne pe-
14. teret dotem †,quia tunc dictæ legatariæ datur ius
electionis,vt eſt text. l. cùm ita legatur , in fine.ff. de
optione legata. Sed in legato optionis electio trahit
ſecum executionem,& facta electione non eſt locus
variationi , l.apud Aufidium, & ibi gloſſa. Bartol.&
cæteri.ff.de optione legata. Nec poteſt conqueri vxor,
quòd dictum onus non poterat imponi in dote,
iuxta terminos l. 2.C.de pact.dotal. Ruin. in d. conſil.
53.numer.11.verſ.quarto & vltimo,volum.2. Quia re-
ſpondet Eugenius in conſil.93.numer.19.& ſeq. quòd
hoc onus fuit impoſitum vxori poſt ſolutum † ma- 15.
trimonium , & vti vidua potuit ſibi præiudicare in
dote.Alexand. in l. 2.§.quod ſi in primis , numer.3. &
ibi Iaſ.in 9. notabili.ff.ſolut. matrim. Caualcan. de vſu-
fruct.mulieri relict.num.135.verſ.tamen prædicta Decij
concluſio,qui alios refert.

Secundò declaratur , vt non procedat , quando
maritus legat vxori maiorem quantitatem dotis †, 16.
quàm receperit , quia illam maiorem quantitatem
donaſſe videtur,prout eſt caſus in l. cùm ſcriptum. ff.
de dote prælegata,& ibi Bartol. dicit , quòd ſi legatur
aliquid pro dote reſtituenda , adiecta certa quanti-
tate,ſiue dos fuerit nulla,ſiue minor,legatum debe-
tur;ſecus ſi dos legetur ſimpliciter, tunc enim dici-
tur habere reſpectum ad habitum , vel extantem,
ideo ſi habita non fuit,vel non extet , non debetur.
l. 1. §. adeò. ff. de dote prælegata. Sed quando certa
quantitas relinquitur, quia non præſumitur imme-
mor quantitatis habitæ , legando dictam certam
quantitatem pro reſtitutione dotis , totum legaſ-
ſe dicitur , etiamſi nihil habuit, vel ſi multò minus
habuit.Crauett.in conſil.149.num.3. Eugen. in conſil.
16.per totum,præſertim numer.33.vbi quòd illud re-
lictum valet in vim donationis, & probat eſſe com-
munem opinionem.

Secundus caſus eſt , cùm teſtator aliquid legat
vxori,donec habitauerit cum filiis, hoc legatum eſt
conditionale,quia dictio † donec,facit conditionem. 17.
l.pater Seuerinam.§.final.ff.de condit.& demonſtrat.not.
in l.3.in gloſſa magna.ff.de ſeruit. facit text. l.pen.ff. de
excuſat. tut. Bartol. in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat.
quo caſu † non ſufficit,habitare cum vno filio,quia 18.
coniunctim cum omnibus , non autem cum altero
ſolo habitare debet,vt conſequatur legatum. Ruin.
in conſil.80. numer.4. volum. 2. vbi dicit,perinde eſſe,
ac ſi teſtator mandaſſet , vt legatum ab hæredibus
ſimul in communione habitantibus præſtetur.Idem
Ruin.in conſil.81.numer.10.& ſeq.volum.2.Item quia
conditio debet in totum adimpleri, nec diuidi po-
teſt †. l.qui duobus.l.cui fundus. ff.de condit. & demon- 19.
ſtrat.l.fiſtulas.§.per fundum.ff.de contrah. empt. Tira-
quell.de retract.conſanguin.§.1.gloſſ.21.numer.13.quia
conditio importat formam, quæ eſt indiuidua , &
ideo non adimpletur ſi habitaret cum vno ſolo fi-
lio. Bartol. in l. penult. ff. de iniuſto teſtament. vbi
ſubſtitutio vulgaris facta pluribus indefinitè , &
ſimpliciter,non habet locum , niſi in omnibus veri-
ficetur , & ibi Socin. dicit eſſe communem opinio-
nem. Paul. de Caſtro in l.quidam teſtamento.ff.de vul-
gari.Pariſ.in conſil.52.in 2.dubio,volum. 2. Mantica de
coniectur.lib.11.tit.5.numer.3. Ripa in l.hæredes mei. §.
cùm ita,numer.95. ff.ad Trebell. & ibi Zanch. part. 4.
numer.74.

Declaratur iſte caſus , vt non procedat , quando
dicti filij, cum quibus eorum mater habitare debe-
bat,mortui eſſent,nam dicta conditio, donec habi-
tauerit cum filiis,intelligitur † in vita ipſorum,non 20.
autem poſt mortem , ideo tunc diſpoſitio remanet
pura,non autem conditionalis, quoniam conditio
extincta eſt.Bald.in l.1.C.de legat. per illum textum,
& per textum in l. Gaio. § Imperator. ff. de aliment. &
cib.legat. vbi ſi conditio deficit propter mortem fi-
liorum,tamen legatum non deficit. Item quia hoc
legatum cenſetur factum ad fauorem legatariæ, ſed
conditio cenſetur appoſita fauore filiorum , quia
minus grauantur filij hæredes dando alimenta in
domo propria,& coniunctim habitando,quàm ex-
tra domum propriam , propterea ſi deficit conditio
appoſita reſpectu filiorum, non deficit legatum fa-
ctum

ctum fauore legatariæ, & ita reſpondet Socin. in conſil. 68. & conſil. 69. volum. 1. vbi ſunt plurimæ aliorum Iuriſconſultorum ſubſcriptiones. Et licèt Socin. reſpondeat ſuper legato alimentorum facto vxori, donec habitare voluerit cum eius filiis, conſiderando eſſe conditionem poteſtatiuam, propter verbum *voluerit*, quæ conditio ſi non poteſt impleri propter caſum euenientem in perſona illorum, quibus debet adimpleri, dictum legatum non deficit. *l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de condit. & demonſtrat.* Bartol. & cæteri *in l. in teſtamento. ff. eod. tit.* Tamen idem dicendum eſt, quando legatum eſt factum ſub iſta forma, donec habitauerit, quoniam ex parte
21. ipſius, quæ debet adimplere, dicitur poteſtatiua †, & licèt propter concurſum filiorum dicatur mixta, in qua ſiſtat per eos, ad quorum fauorem adimplenda eſt, habetur pro impleta, & legatum non deficit. *l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. d. l. in teſtamento. & l. illis libertis. ff. de condit. & demõſtrat. l. Mauia, in princip. ff. de annuis legat.* Bartol. *in l. ſi quis arbitratu. numer. 2. ff. de verb. obligat.* Ruin. *in conſil. 166. numer 12. volum. 3.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. 68. numer. 38.* Grammatic. *deciſ. 102. numer. 108.* nam dicta conditio mixta reducitur ad poteſtatiuam, quando non ſtat per adimplere debentem. Et licèt in conditione mixta ſit
22. diſpoſitum †, quòd quando non poteſt adimpleri propter caſum ſuperuenientem in perſona illorum, quibus debet adimpleri, tunc legatum extinguitur. *l. legatum. C. de condit. inſert. & d. l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſtrat.* Tamen dicta conditio non eſt extendenda ad caſum emergentem propter mortem filiorum, vt dicit Bald. *in d. l. 1. C. de legat.* & reſpondet Socin. *in d. conſil. 68. col. final. verſ. non obſtat ſecundum, volum. 1.*

Item hæc declaratio habet locum, etiamſi filia
23. nupta eſſet, & ita cum traducta ad domum mariti †, mater non poſſet habitare, quia d. legatum adhuc conſequi poteſt, ita reſpondet Ruin. *in conſil. 37. numer. 6. verſ. aliquando, & ſecundo, volum. 2.* vbi quòd hoc legatum eſt perpetuum, quia dictio *donec* temporalis non reſpicit, nec determinat tempus diſpoſitiuum, neque rem poſitam in diſpoſitione, ſed determinat illud verbum *morabitur*, quod importat
24. onus adiectum legato, & ideo reſtringit onus †, & illud limitat tempus, non autem legatum, & ita ſufficit onus adiectum adimplere ad tempus, & legatum eſt perpetuum, & idem firmauit Ruin. *in conſil. 42. num. 3. & 5. volum. 2.* & hanc concluſionem ſequuti ſunt Curt. iun. *in conſil. 14. col. 3. in princip. verſ. nec huic concluſioni.* Menoch. *in conſil. 146. numer. 20. volum. 2.* & alij per eum relati ibidem, ex quorum allegationibus apparet non eſſe veram opinionem Socin. iun. *in conſil. 110. volum. 1.* contrarium ſentientis, cui etiam reſpondet Menoch. *in loco allegato.*

Secundò declaratur, nam ſi legatum ita factum eſſet, & caſu quo dicta eius vxor non poſſet habita-
25. re cum filiis, legauit ei alimenta †, & mater dum filij erant impuberes cum eis habitauerit, ſed poſtquam facti ſunt puberes diuiſerunt hæreditatem & habitationem, ita vt mater non ex facto, & culpa ſua, ſed ex facto filiorum diuidentium cum illis habitare non poteſt, prout legatum diſponebat, tunc etiam dictum legatum debetur, ita reſponderunt Cuman. *in conſil. 18.* Ruin. *in conſil. 80. & conſil. 81. volum. 2.* Roland. *in conſil. 22. volum. 2. & conſil. 89. volum. 3.* Menoch. *de arbitrar. caſu 170. numer. 16.* Simon de Pret. *lib. 4. interpretat. 11. numer. 113.* Durand. *de arte teſtandi tit. de legatis, cautela 56.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin. 92. numer. 19.* quod ſequitur Surd. *in conſil. 156. volum. 2. & ibi* per totum conſilium probat hanc declarationem.

Tertius caſus eſt, ſi vxori legatus fuerit vſusfructus † omnium bonorum, inſtitutis filiis hæredi- 26.
bus, tunc ſecundùm conſuetudinem Bulgari, quæ vbilibet recepta eſt, ſolùm alimenta habere debet, gloſſa, Cyn. Bartol. Bald. Alberic. Salyc. & cæteri, *in auth. hoc locum. C. de ſecund. nupt.* Bartol. Cuman. & cæteri, *in l. Titia. §. final. de legat. 2.* Iaſ. *in l. cum hi. §. ſi in annos. ff. de tranſact. & in l. alimentis. C. eod. tit.* Bartol. *in conſ. 170. incip. Petrus Maioli. part. 1.* Rom. *in cõſ. 118. in primo dubio*, qui probant d. conſuetudinẽ Bulgari procedere ex præſcripta † voluntate teſtatoris. 27.
Iaſ. *in l. nemo poteſt. in 2. lect. numer. 52. de legat. 1.* Alexand. *in conſil. 56. volum. 3. & in conſil. 74. in fin. volum. 7.* Angel. *in tract. de teſtamentis, in gloſſa in ver. Item reliquit dominam.* Roland. *in conſil. 74. numer. 10. volum. 2.* Alba *in conſil. 88. numer. 8.* Pariſ. *in conſil. 22. numer. 3. volum. 2.* vbi quòd ita obſeruatur in tota Italia. Bero. *in conſil. 33. num. 1. & 13. & conſil. 32. num. 1. & conſil. 35. numer. 6. volum. 2.* Socin. iun. *in conſil. 99. numer. 12. & ſeq. volum. 1.* Corn. *in conſil. 187. verſ. ſed iſtis non obſtantibus. volum. 2.* qui plurimos referunt, ex quibus apparet eſſe communem concluſionem, & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo 1. tit. Alimenta. cap. tantùm alimenta, & cap. diſpoſitionis, & tomo 5. titulo Vſusfructus. cap. cum vxorem.* & hæc concluſio procedit ſiue dixerit, lego vſumfructum omnium bonorum meorum, ſiue dixerit etiam, & facio meam † vxorem donnam, dominam, & pa- 28.
tronam, nam ſi filij inſtituantur hæredes, non erit domina, nec patrona, ſed tantùm alimenta habere debet, & propter dicta verba habebit in domo ſolùm quandam præeminentiam, & ſuperioritatem reſpectu filiorum, prout maternæ reuerentiæ conuenit, & prout habebat ante mortem mariti, vt dicunt præfati Doctores. Socin. *in d. conſil. 99. num. 9. vol. 1.* Corn. *in d. conſil. 187. vol. 2.* effectus eſt, quia multa priuilegia conceduntur cauſæ alimentorum, quæ non competunt legato vſusfructus, de quibus per Bartol. *in l. Mela, in princip. ff. de aliment. & cibar. legat.* Alexand. *in conſil. 114. volum. 6.*

Declaratur iſte caſus, vt à conſuetudine Bulgari recedamus propter tacitam voluntatem teſtatoris, quæ ex coniecturis colligitur, tunc enim plenum vſumfructum † habere debet, detracta priùs legi- 29.
tima filiorum inſtitutorum. Pariſ. *in conſil. 94. numer. 36. & conſil. 97. numer. 20. volum. 2.* Crauetta *in conſil. 32. numer. 2.* alios refert Mantica *de coniectur. lib. 9. tit. 7. numer. 20. & ſeq.* Surd. *de aliment. lib. 2. quæſt. 11. numer. 204. & ſeq.* Vt ſi in dicto legato vſusfructus onus teſtator impoſuit, vt filios communes alere teneretur, tunc hoc legatum non reducitur ad alimenta, ex regula *l. Proculus. ff. de vſufruct.* nam cùm onera hæreditatis ſuſtinere debeat, de integro vſumfructum intellexiſſe dicitur. Ruin. *in conſil. 39. numer. 7. in fin. volum. 2.* Item ſi teſtator grauauit dictam vxorem legatariam, vt inuentarium † con- 30.
ficiat, quod onus non conuenit alimentario, ſed vſufructuario. *l. 1. §. rectè. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat. l. ſolent. ff. de aliment. & cibar. legat.* Alexand. *in conſil. 58. numer. 5. verſ. poſito, volum. 3.* Item ſi teſtator dixit, quòd ſecuta morte naturali ipſius vxoris, vſusfructus conſolidetur cum proprietate, hæc enim verba propriè pertinent ad vſumfructum formalem, qui quando conſtituitur, tunc dicitur facta formalis diſtinctio inter proprietatem, & vſumfructum. *l. æquiſſimum. l. adhuc. §. ſi operas. l. ſi Titio*

vſusfructus.l.quid ergo. ff. de vſufruct. l. 2. l. vſufructu conſtituto. l. intereſt. C.de vſufruct. & ita filij hæredes ſolam proprietatem habeant, & ipſa vxor plenum vſumfructum. Item ſi filios inſtituit hæredes ſine præiudicio vſusfructus, tunc enim propter dictam clauſulam præſeruatiuam, voluit totum vſumfructum ſeparare à proprietate, vt ſcripſi in clauſula ſine præiudicio, & in his caſibus vxorem non eſſe ſolùm alimentariam, ſed pleno iure vſufructuariam, probat Peguer.*deciſ.*103.*per totam.* Item ſi dixerit plenum vſumfructum, hic enim non reſtringitur ad alimenta. Gozadin. *in conſil.* 47. *numer.* 5. & alij allegati per Surd. *in conſil.*18.*num.*12. *volum.* 1.

Secundò declaratur, vt vxor ita legataria debeat
31. habere † alimenta ſolùm, quando filij ſunt hæredes inſtituti, ſecus ſi cum filio ſimul fuiſſet inſtitutus extraneus, nam Roland.*in conſil.*74.*numer.*6.*vol.* 2.conſuluit, quòd reſpectu extranei ipſa vxor debet habere integrum vſumfructum, ſed reſpectu portionis hæreditatis ad filium pertinentis, debeat habere alimenta tantùm. Idem reſpondet Ruin. *in conſil.* 3. *numer.*11.*volum.*2. allegans Bartol. *in l.Titia cum teſtamento.§.Titia cùm nuberet,num.*9.*de legatis* 2. Idem Bartol.*in l.ſi ita ſcriptùm,in princip. de manumiſſ. teſtamento,*& hanc opinionem ſequuntur Bero. *in conſil.* 35.*numer.*1.*in fine volum.*2.Angel.*in tractatu de teſtamentis,in verb.item reliquit eius vxorem,col.*2. eandem ſequuntur Immol. Cuman.& Picus *in d.§.Titia cum teſtamento*, & *ibi* Alexand.*in additionib. ad Bartol. numer.* 3. Craſſ. *in §.legatum,quæſt.* 30. *numer.* 9. qui alios refert.

Pro contraria parte argumentor, nam cùm pater inſtituit filium, & extraneum, & vxori legat vſum
32. fructum ſuæ hæreditatis, faciendo eam † donnam, dominam, & patronam, tunc indiuidualiter conſiderat totam hæreditatem, non autem diuiſam inter dictos cohæredes inſtitutos, filium, & extraneū; ergo ſicut debet habere plenum vſumfructum in portione extranei, ita etiam in portione filij. Item quia dicti inſtituti ſunt re coniuncti inſolidum, *l. re coniuncti*, cum ſua materia, *de legatis* 3. ergo ſicut debet habere plenum vſumfructum reſpectu extranei,
33. ita etiam reſpectu filij †, quoniam dicta hæreditas à teſtatore fuit indiuidualiter conſiderata, quę eſt magna coniectura, vt ex eius intentione non habeat locum conſuetudo Bulgari. Item ſicut mater per ſtatutum excluſa ſucceſſione filij adhuc admittitur propter concurſum cum altero filio, quia à iure indiuidualiter conſideratæ ſunt ad ſucceſſionem alterius filij defuncti. *Auth. defuncto. C.ad Tertullianum.*& ratione indiuiduitatis perſonarum à iure admiſſarum, perſona non excluſa trahit ſecum perſonam excluſam, per text. *l.*2.*§.ſi ſit conſanguinea. ff. ad Tertullian.* quem articulum diffusè probaui ſuprà *in part.*2.*quæſt.*3.*artic* 2. & eſt etiam opinio Bartoli *in l.* 1. *§. qui habebat. ff. de bon.poſſeſſ. contra tab.* vbi ſoror excluſa à ſucceſſione propter fratrem, admittitur ad ſucceſſionem ſimul cum matre, & altero fratre ex vno tantùm latere coniuncto, quia indiuidualiter ad dictam ſucceſſionem vocati ſunt. Bald. *in l. ſi quis filium.C.de inoffic.teſtament.*Ruin.*in conſil.*110. *numer.* 13.*volum.*3. Brun. *de ſtatuto excluſiuo femin. artic.* 6. *numer.*55. Ruſtic.*in tractatu an,& quando lib.*2.*cap.*2. *numer.* 25. ergo eodem modo mater quæ debet habere plenum vſumfructum in hæreditate extranei, illum habebit etiam in portione hæreditatis filij, quæ portiones non fuerunt diuiſæ à teſtatore reſpectu ipſius vſusfructus; & ſicut cenſetur legaſſe plenum vſumfructum in portione extranei, ita in portione hæreditatis ad filium pertinentis, quia intentio teſtatoris non fuit facere differentiam inter primum, & ſecundum caſum in qualitate rei legatæ, hoc eſt, in vno caſu legare alimenta, & in altero vſumfructum. Ruin. *in conſil.*39. *numer.*2. *volum.* 2. Item quia dicta conſuetudo Bulgari eſt exorbitans à iure. Alexand. *in conſil.*214.*volum.*6. & de communi atteſtatur Bero.*in conſil.*35.*numer.*6.*volum.*2. ideo loquens in caſu ſimplici, quando filij ſunt inſtituti hæredes, non debet habere locum in caſu mixto †, quando filij, & extraneus ſunt inſtituti hæ- 34.
redes, ita per multas deciſiones probat Bolognet. *in l.*2.*ff.de verb.obligat.*

Tertiò declaratur, vt dicta conſuetudo † Bulgari 35.
ſit reſtringenda ad filios teſtatoris, & eius vxorem, quæ eſt mater dictorum filiorum, & ad omnes deſcendentes ipſius teſtatoris, Vegius *conſil.*17. Ideo non habebit locum in vxore fratris, quando ſunt inſtituti nepotes ex eodem fratre, quia tunc non importabit legatum alimentorum, ſed plenum vſūfructum. gloſſ.& Doctor. *in d.auth. quod locum.* Bartol.& alij *in d. l. Titia cum teſtamento. §.Titia.de legat.* 2. Io.Andr. *in addit.ad Specul.in tit. qui filij ſint legitim.§.*1.*verſ.quid ſi quis ita.* Bartol. *in l. ſi ita ſcriptum. ff.de manumiſſ.teſtament.& in l.*1.*in princip.ff. quib.modis vſusfruct. amitt.* Bald. & Immol. *in l. & ſi contra. ff.de vulgari, & pupillari.* Hoſtienſ. *in ſumma de pignoribus. §. qualiter conſtituatur, verſ. quid ſi quis ita.* & quòd non extendatur ad fratres teſtatoris, nec ad alios tranſuerſales. Immol. *in d.§.Titia.de legat.*2. Iaſ.*in conſil.*44. *in* 3.*dubio.volum.*1. Alexand. *in conſil.* 57.*col.*1.*vol.*3. vbi quòd nec habeat locum in aſcendentibus inſtitutis.

Quartò declaratur, vt habeat locum filiis inſtitutis, & viuentibus, ſed ipſis mortuis, ſi admittitur
ſubſtitutus † extraneus, tunc debet habere inte- 36.
grum vſumfructum, ita reſpondet Bartol. *in conſil.* 25.in nouiter impreſſis, poſt ſuos tractatus, quia d. legatum vſusfructus eſt annuum, & cùm incipit deberi à perſona ſubſtituti extranei; ergo ab eius perſona debet iudicari, ita vt habeat plenum vſumfructum. Pariſ.*in conſil.*21.*col.*1. *in fin.volum.* 2. *& conſil.* 94.*numer* 44.*in fin.& conſil.*96. *numer.*31. *eod. volum.* 1. Socin. iun. *in conſil.* 85. *numer.*21.*volum.*1. *& in conſil.ſequenti numer.*6. Gozadin.*in conſil.* 99.*numer.*9. Ruin. *in conſil.*17. *numer.*13. *volum.*2. *& in conſil.* 42. *numer.*1. *eod.vol.& conſil.*44. *volum.*3. Idem Socin. iun. *in conſil.*88.*volum.*3. Idem ſi bona tranſirent ad
fiſcum †, quoniam fiſcus habetur loco hæredis 37.
extranei. *l.*2. *C. ad legem Iul.de vi public.* Sed cùm bona perueniunt ad extraneum, ceſſat conſuetudo Bulgari, ideo dictæ matri debetur plenus vſusfructus, ita poſt alios probat Gabriel *in conſil.* 184.*num.*4.*vol.*1.

Quintò declaratur, quando teſtator legauit certa & particularia bona vxori ſuæ, & filios hæredes fe-
cerit, tunc ipſa † legati particularis debet plenum 38.
vſumfructum habere, & conſuetudo Bulgari in rebus particulariter legatis locum non habet, Bartol. *in d.l.Titia cum teſtamento.§.Titia, numer.*10. & *ibi* Picus *numer.*30. Alberic. *in d.auth.hoc locum col.*2. *in fin.* Pariſ *in conſil.*97.*numer.*14.*& ſeq.volum.*2. Gabriel *in conſil.*127.*col.*1. *volum.*1. Nam ratio dictæ conſuetudinis eſt, quia non præſumitur patrem voluiſſe filios remanere ſine perceptione fructuum vnde viuerent, quæ ratio ceſſat in legato particularium rerum, quia ex aliis filij poſſunt fructus percipere, vt viuant. Idem ſi teſtator reliquiſſet vxori vſumfructum omnium bonorum vnà cum filiis, tunc enim
de pleno vſufructu †, reſpectu amborum intel- 39.
lexit,

lexit, neque poteſt d. conſuetudo locum habere,
quia ſuperſunt fructus vnde filij viuere poſſint, &
illa verba, vnà cùm filiis, faciunt ambos vſufructua-
rios, vt probat Gabriel *in d.conſil.*127.*col.*1.*vol.*2. per
text. *l. ſi mulieri*, & *ibi* gloſſ. *ff. de vſufruct.accreſcend.*
Sed ſi teſtator poſt legatum certæ rei factum vxori,
& filios hæredes inſtitutos, illam fecerit dominam,
& vſufructuariam, tunc dicta mulier ante partem
debet habere plenum, & integrum vſumfructum
rei particulariter ſibi prælegatæ, & poſtea ratione
præeminentiæ domeſticæ ſibi relictæ debet habere
alimenta, ita reſpondet Berous *in conſ.* 33. *vol.*2. vbi
40. aduertit, quòd illa certa bona prælegata fuerant †
ad gaudimentũ dictæ vxoris, & ideo importabãt le-
gatum proprietatis illorum, & tamẽ adhuc debebat
habere alimenta. Idẽ dicendum eſt, ſi non appoſita
fuiſſent illa verba, ad gaudimẽtum, ſed ſolũ vſufru-
ctuaria illius prælegati facta eſſet, nã fructus bono-
rum prælegatorum non cõputantur in alimẽtis le-
gatis vxori per illa verba, donnam, dominam, & pa-
tronã, quæ ad alimenta vigore dictæ conſuetudinis
reſtringuntur, aliàs ſequeretur, hoc legatum nõ eſſe
vtile, cõtra *l.*1.*in fin.verſ. cùm enim. C. comm. de legat.*
*& d.l.Titia.§.*1.*de legat.*2. Alex. *in l.legato generali, n.* 3.
*de legat.*1.*& in conſil.*248.*n.*8.*vol.*6.

Sextò declaratur, ſi vxor, inſtitutis deſcendenti-
bus teſtatoris, relicta fuerit domina, & patrona, &
dictis deſcendentibus datus fuerit ſubſtitutus, tunc
deficientibus inſtitutis, non ſtatim admittendus eſt
41. ſubſtitutus †, ſed tantùm poſt mortem vxoris, quæ
cenſetur grauata illi reſtituere per fideicommiſſum,
42. quia illa verba, domina, & patrona †, important do-
minatum iuris. *§.final.Inſtit.de hæred. qualit.& differ.*
& per[illegible] de eſt, ac ſi dixiſſet, nullis exiſtẽtibus liberis,
illa ſit hæres vniuerſalis inſtituta. Benedict. de Plũ-
bino *in l.qui duos.ff.de manumiſſ.teſt.* Vbi quòd ſi mari-
tus reliquerit vxorem dominam, & vſufructuariam,
cenſetur illam inſtituiſſe in vſufructu. Idem dicit
Alex. *in l.extraneum.in fin.C.de hæred.inſtit.* & tunc cẽ-
ſetur rogata reſtituere ſubſtituto per fideicõmiſsũ.
Bald. *in l.id quod pauperibus.q.*14.*C. de Epiſc. & cleric.*
quem ſequitur Paul. de Caſtr. *in l.*1.*§.ſi ex fundo.ff.de*
hæred. inſtit. Salyc. *in d.l.ſi extraneum.* Angel. *in l.filius*
à patre.ff.de liber.& poſth. & *ibi* Alex. Immol. *in l.hære-*
*ditas ex die, col.*7. *ff.de hæred. inſtit.* Alex. *in conſil.*111.
*vol.*2.*& in conſil.*45.*vol.*4.*& in conſil.*162 *col.*2.*verſ.&*
*dato.vol.*2. Quamobrem mater pleno iure ad omnia
bona filij admittenda eſt, & Hoſpitale ſubſtitutum
poſt mortem filij decedentis ſine filiis, debet expe-
ctare mortẽ illius matris, quæ facta fuerat domina,
& patrona, & ita etiam hæres poſt mortem filij, &
propterea rogata de reſtituendo dicta bona hoſpi-
tali per fideicommiſſum. *l.ſi hæredi plures, ff.de condit.*
& demonſtrat. per quã legem hoc idem, probat Ruin.
*in conſil.*17.*n.*11.*vol.*2. poſt alios quos refert. Idem ſi
43. teſtator † in teſtamento fecerit hæredes loca pia, ſed
in codicillo legauit vxori ſuæ vſumfructum omniũ
bonorum ſtabilium, cenſuum & liuellorum, &c. nã
tunc hęres factus in teſtamento non poteſt ſuccede-
re, niſi poſt mortẽ dictæ vxoris, quo caſu ipſam vxo-
rẽ etiam in proprietate hæredem feciſſe dicitur, ita
poſt Alex. *in conſil.*50.*vol.*7. & alios, quos refert, pro-
bat Peregr. *in conſil.*58.*n.*3.*& ſeq.vol.*3.*& in conſil.*63.
*eod.vol.*3.*& in conſil.*26.*vol.*4.*& in tract. de fideicõmiſſ.*
*art.*5.*n.*21. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Collegio
Patauino. Et licèt firmet hanc concluſionem, quan
do vxor fuit relicta vſufructuaria, domina, & pa
trona, vt tunc cenſeatur inſtituta in proprietate, ta-
men idem eſt, quando non reliquiſſet dominam, &
patronam, ſed dixerit, lego vſumfructum omnium
bonorum meorum ſtabilium, &c. nam tunc verbum
lego †, adiectum vniuerſitati bonorum, nullo alio 44.
dato hærede vniuerſali, importat hęredis inſtitutio-
nem. Bald. *in l.final.n.*11.*C.famil.erciſc.* Alex. *in l.*1.*n.*
2.*de legat.*1.*& in conſil.*17.*n.*3. *vol.*3. *& in conſil.*176.
*col.pen.vol.*5.*& in conſil.*50. *vol.*7. & *ibi* Addentes. Po-
litus *de ſubſtitutionibus*, in materia compendioſæ,
verſ.quæritur tertiò. Pariſ. *in conſil.* 3. *n.* 11. *vol.*3. qui
allegat gloſſ. *in l.his verbis.ff.de hæred.inſtit.* & *ibi* hoc
tenet Immol. & Iaſ. *in l.centurio, num.*61.*ff. de vulgari.*
Abbas, & Zabarell. *in c. Raynutius.de teſtamentis.* Ca-
noniſtæ *in cap.Raynaldus.eod.tit.* vbi Couar. §.1.*n.*5.
Vaſquius *de ſucceſſ.progreſſ.lib.*1.§.3.*n.*13. & hanc eſ-
ſe communem concluſionem probat Viuius *opinio-*
ne 1039. Item hæc opinio eſt vera, etiam ſi in teſta-
mento priùs facto ſuum hæredem feciſſet, quia
cùm in codicillo legaſſet vſumfructum omnium
bonorum ſtabilium, &c. illam priorem inſtitutionẽ † 45.
reformaſſe dicitur, ad text. *l. alumnæ. § qui filios ff. de*
adim.legat. quia legauit vſumfructum omnium bo-
norum, &c. quo caſu hæres inſtitutus in teſtamento
cenſetur rogatus de reſtituendo † hæreditatẽ vxori 46.
per fideicommiſſum. Alex. *in conſ.*194.*n.*7.*vol.*7. vbi
atteſtatur de cõmuni. Angel. *in conſ.*159. Tãtò magis
ſi teſtator in codicillo confirmauit teſtamentũ, tunc
enim hæres in teſtamẽto factus cenſetur rogatus de
reſtituendo hæreditatem hæredi facto in codicillo.
Menoch. *in conſ.*1148.*vol.*12. Itẽ ſi teſtator dixerit in
codicillo, vt hæres factus in teſtamento, ei non ſuc-
cedat, niſi poſt mortem vxoris, tunc cenſetur diſpo-
ſuiſſe, vt dicta vxor reſtituat hæreditatem dicto hæ-
redi in teſtamento inſtituto. Surd. *in conſil.*439. *vol.*
3. & ita dicta vxor poſt eius mortem reſtituendo
hæreditatem hæredi in teſtamento inſtituto, detra-
het Trebellianicam, imputatis fructibus perceptis.
Peregrin. *d.conſil.*58.*vol.*3.

Septimò declaratur iſte caſus, & confert ad con-
firmationem pręcedentis declarationis, nam ſi teſta-
tor voluerit vxorem † ſuam eſſe vſufructuariam, 47.
vtputa quia reliquerit etiam alimẽta, victum, & ve-
ſtitum, in domo, vel extra, per quæ verba vſumfru-
ctum formalem dare voluiſſe, poſt alios relatos, pro-
bat Berous *in conſil.*35.*n.*5. *vol.* 2. atque diſpoſuerit,
vt ſi hęres illam in vſufructu moleſtauerit, ſit priua-
tus hæreditate †, quam pœnam teſtatorem poſſe 48.
imponere eſt text. *l.*1.*C.de his quæ pœnæ nomine*, & de-
clarat Bartol. *in l.paterfamilias.ff.de hæred inſtit.* Ruin.
*in conſ.*77.*n.*7.*vol.*2. Riminald. iun. *in conſ.*375.*n.*1.*&*
*ſeq.vol.*3. & tunc ſi hæres † repudiauerit hæreditatẽ, 49.
cõtrauenire dicitur, & hæreditas dictæ vxori appli-
cãda eſt, ad cuius beneficiũ pœna priuationis impo-
ſita fuit, vt latiùs ſcripſi hũc articulum ſuprà in hac
parte *q.*12. *art.* 9. vbi quòd dicta prohibitio † facta 50.
hæredi, afficit etiã ſubſtitutũ; ergo multò magis filiũ
hęredis, ſi pater repudiauerit ad effectũ, vt illi acqui-
reretur, vt in caſu, ſuper quo cõſuluit Ruin. *in conſil.*
47.*vol.*2. quod intelligit, niſi ipſa vxor vſufructua-
ria, propter clauſulã codicillarẽ, poſſet vſumfructũ
conſequi à venientibus ab inteſtato, vt *ibi* per Ruin.
Item dicitur inferri moleſtia, etiamſi à filio, vel ab
aliquo de ſua familia inferretur, vt *ibi* per Ruin. &
per Riminald. *in d.conſil.*375.*vol.*4.

Octauò declaratur, nam quando ipſa per lega-
tum generale vſusfructus omnium & quorumcum-
que bonorum, nullo alio hærede facto, † facta eſt 51.
hæres, tunc rupto teſtamento per natiuitatem poſt-
humi, iuxta terminos *l.* 3.*in princip. ff. de iniuſto te-*
ſtam. & l. vxoris aborta. C. de poſthumis hæred. inſtit.
tunc quia legata cõſeruantur, per *auth.ex cauſa.C.de*
liber. præterit. dicta vxor debebit habere alimenta, in
quibus

quibus illud legatum reſoluitur. Ruin. *in conſil.* 50. *vol.*2.& quomodo dicta legata conſeruentur, per *d. auth. ex cauſa*, ſcribam inferiùs *in vltimo articulo huius quæſtionis*.

52. Declaratur iſte caſus, vt dicta alimenta † taxanda ſint iuxta vires patrimonij. *l. penult. in princip. ff. de alim. & cibar. legat.* Item patrimonium æſtimabitur deducto ære alieno. *l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iudiciis.* Item iſtud onus alimentorum ipſo iure deducitur de legitima. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* Ideo viuente filio dicta legitima incepit eſſe proprium patrimonium ipſius, & tanquam ſeparatum à patrimonio patris; ergo in taxatione dictorum alimentorum patris, habenda eſt ratio diminutionis dicti patrimonij paterni, factæ per ſubtractionem dictæ legitimæ. Purpurat. *in conſil.* 2. *num.*6. *vol.*1. Ruin. *in conſil.*52. *num.*8. *vol.*2. Niſi pater
53. expreſsè declarauerit, quòd dictus vſusfructus † debeatur ſuæ vxori, etiam in legitima filiorum, vt probat Picus *in d. l. Titia in teſtamento. §. Titia. quæſt.* 21. *in verſ. tertiò limita, de legat.* 2. Item deducenda ſunt bona emphyteotica, & feudalia antiqua, in quibus emphyteuta, & feudatarius ſunt vtiles domini tantùm, & vſufructuarij, ideo non poſſunt
54. dictum vſumfructum † alteri cedere, commoditatem enim fructuum cedere poſſunt. *l. arboribus. §. vſufructuarius. ff. de vſufruct.* Bartol. *in l. is qui. §. vſusfructus. ff. de pignoribus.* Sed non poſſunt cedere vſumfructum vltra earum vitam. Socin. *in conſil.*82. *in* 2. *dubio. in fin. volum.*1. per text. *§. finitur. Inſtit. de vſufruct.* & de hoc articulo ſcripſi latiùs *in articulo præcedenti*, & nunc addo Gratum *in conſil.* 22. *volum.* 1. vbi quòd alimenta nec de bonis emphyteoticis & feudalibus, nec de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, detrahi poſſunt.

55. Quartus caſus eſt legatum alimentorum † factum vxori compenſatur cum intereſſe dotium debito per hæredes poſt annum mortis teſtatoris, ex diſpoſitione *l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actione.* ita ſcripſit D. Conſiliarius Rouitus *in conſ.* 25. quia lega-
56. tum compenſatur † cum debito neceſſario, quia cenſetur factum animo compenſandi cum eo. Mantic. *de coniectur. lib.*10. *tit.*2. *n.*1. *& ſeq. & n.*8. *&* 16. Peregr. *de fideicommiſſis art.*33. *n.*4. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*109. *n.*2. *&* 4. *& ſeq.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.*4. *dubitat.*6. *n.*5. *& ſeq. fol.*384. Surdus *in conſil* 112. *vol.*1. per decem numeros, qui referunt cæteros hanc concluſionem vti veriſſimam confirmantes, ſed debitum neceſſarium non ſolum eſt, ad quod tenebatur defunctus, ſed etiam reſpectu eius
57. ad quod tenetur hæres † poſt aditam hæreditatem, pro quo Rouitus allegat Paul. de Caſtr. *in conſ.*35. *n.* 1. *verſ. ſed ad hoc reſpondetur vol.*2. Ruin. *in conſil.*38. *col.* 2. *vol.*4 *& in conſil.*74. *n.*10. *&* 19. *vol.*2. Ancharan. *in conſil* 26. Crauett. *in conſil.*131. Dec. *in l. hæredem ff. de regul. iur.* Gabriel. *in conſ.*106. *n.*6. *vol.*1. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*33. *n.*41. *verſ. & in propoſito.* Menoch. *in d. præſumpt.*109. *n.*72. *verſ. hæc conſideratio.*

Et hæc opinio confirmari poteſt, quia ex perſo-
58. na † hæredis non mutatur conditio obligationis. *l.* 2. *§. ex his*, & *ibi* gl. citat concordantes. *ff. de verb. obligat. l. in executione. §. pro parte*, & ibi Caſtrenſ. *ff. eod. tit.* ergo qualis erat obligatio in perſona defuncti, talis eſt in perſona hæredis, nec propter aditionem reputatur diuerſa. Cyn. *in l. pacto ſucceſſorum. C. de pactis.* Si igitur in perſona defuncti erat neceſſarium, ergo in perſona hæredis, & Paul. de Caſtr. *in d. conſil.*35. *col.* 2. *verſ. ſed ad hoc reſpondetur. vol.* 2. dicit, quòd ad inducendam compenſationem teſtamentum hæredis cenſetur idem cum teſtamento defuncti, & idem dicit Crauett. *in reſponſo pro genero n.*386. Couar. *in cap. officij n.*2. *verſ. Item hæc impugnatio. de teſtam.* Roncheg all. *in l.*1. *n.*22. *verſ. & ob id. & num.*28. *verſ. cæterum. ff. de duob. reis*, quos, & alios refert, & ſequitur Surd. *in d. conſil.*112. *num.*67.

Item quòd hoc ſit debitum neceſſarium in perſona hæredis, probatur, quia omnia bona teſtatoris
erant obligata † pro reſtitutione dotis. *l. vbi adhuc. C. de iure dot. d. l. vnic. §. vt plenius. C. de rei vxor. act. §. fuerat. Inſtit. de action.* ergo cenſentur etiam obligata pro vſuris, & intereſſe dotis tempore reſtitutionis. per regulam *l. Lucius. ff. qui potior. in pignor. hab.* cùm igitur bona teſtatoris ſint obligata pro intereſſe dotium; ergo legatum alimentorum factum vxori præſumitur factum animo compenſandi cum debito ad quod teſtator per legis neceſſitatem tenebatur. Menoch. *in conſ.*56. *n.*26. *& ſeq.* poſt Bartol. *in l. frater à fratre. num.*43. *ff. de condict. indebiti*, & Caſtrenſ. & alios, quos refert. Neque eſt recipienda reſponſio Neuizani *in conſ.*62. *num.*29. quòd doctrina Bartoli eſt recipienda, quando bona ſunt ſpecialiter
obligata, quoniam differentia inter ſpecialem †, & 60.
generalem hypothecam eſt inducta, ſolùm quando agitur contra tertiũ poſſeſſorem, ad effectũ vt priùs diſcutiãtur ſpecialiter obligata, ſed vbi agitur inter debitorem, & creditorem, nulla differentia conſtituenda eſt, vt latè probat Surd. *in tota deciſione* 44.

Nec eſt recipienda opinio firmantium debitum reſtitutionis dotium dici voluntarium in hærede, licèt in teſtatore diceretur neceſſarium, quia hæres
non obligatur niſi per aditionem † voluntariè fa- 61.
ctam. Alex. *in conſ.*99 *in fin. vol.*7. Beroius *in conſ.*134 *n.* 10. *vol.*2. Corn. *in conſ.*292. *vol.*2. Capra *in conſ.*29. *n.*5. Quibus licèt reſpõdeat Surdus *in d. conſ.*112. *n.*67. *&* 71. *vol.*1. Nihilominus ego aliter reſpondeo, nã pro regula conſtituitur, quòd debitum eſt neceſſarium, quod ex neceſſitate legis inducitur, etiãſi habuerit
originem † ab actu voluntario, nam quarta debita, 62.
vigore *auth. præterea. C. vnde vir & vxor*, debetur ex diſpoſitione legis, & tamen originem habet ab actu voluntario, vt probat Immol. *in d. auth. præterea. n.*28. *verſ. nam vt ibi patet.* Item lucrum dotis quod maritus lucratur vigore ſtatuti, eſt debitum ex legis diſpoſitione, & tamen habet originem ab actu voluntario matrimonij, vt probat Salyc. *in d. auth. præterea num.*12. *verſ. ad tertium.* Item relictum dotis à patre exactæ in caſu *d. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim.* habet originem à facto voluntario, nempe ab ipſa exactione, vt probat Iaſ. *in d. auth. præterea, circa medium, verſ. ſic etiam interuenit factum patris*, hoc eſt, ipſa exactio. Item reſtitutio dotis exactæ à marito dicendum eſt debitum neceſſarium, quoniam ex legis neceſſitate facienda eſt. *d. l. in rebus. C. de iure dot. & l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. hab.* præferendo illam omnibus, & tamen debetur ex promiſſione voluntaria, licèt poſſit etiam interuenire ex tacita legali. Item omnia quæ ab initio voluntaria fiunt, lege ita diſponente, dicuntur fieri ex neceſſitate. Salyc. *in l. ſi quis maior, n.*2. *C. de tranſact.* vbi ſi vigore ſtatuti debet fieri tranſactio, vel cõpromiſſum, illi qui tranſigunt, vel compromittunt vigore dicti ſtatuti, cum oppoſitione pœnæ, de non contraueniẽdo, ſi poſtea contraueniunt, non dicuntur incidere in pœnam *d. l. ſi quis maior*, quia *d. l. in verſ. nullo cogente*, diſponit ſuper tranſactione merè volũtaria, ſed hæc fuit ab origine merè voluntaria, lege diſponente, & propterea lucrũ dotis vigore ſtatuti non dicitur deferri marito, ex actu matrimonij, & tãquã ab initio volũtario, ſed tãquã lege diſponẽte factũ: ſed in omnibus prædictis caſib⁹ Doct. firmãt, quòd legatũ factũ cenſe-

63. cenſetur † in compenſationem debiti, vt de legato facto à marito vxori cui debebatur quarta, eſt text. *d. auth. præterea*, & *ibi* omnes firmant hanc concluſionē. Item de legato facto ab vxore ipſi marito, quòd cenſeatur factū in computationē lucri dotalis, firmant Bartol. *in d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater.* Salyc. Roman. & cæteri *in d. auth. præterea*, vbi etiam Alex. *n.* 12. Iaſ. *n.* 21. Dec. *n.* 18. Curt. iun. *n.* 20. Pepus *num.* 60. Picus *n.* 56. & ita fuit iudicatum Paduæ, vt atteſtatur *ibi* Alberic. & ego etiam ſequor, cum declaratione, de qua per Angel. *ibi*. Item legatum factum à patre filiæ, cenſetur in compenſationem dotis ab ipſo exactæ, prout eſt caſus *in l. huiuſmodi. §. cùm pater. de legat.* 1. Quare cùm omnes ſupradicti caſus inceperint ab actu voluntario, & dicuntur neceſſarij propter legis diſpoſitionem etiam ad hunc effectū, vt legatum dicatur factum in compēſationem; ergo legatum alimentorum factum vxori, cenſetur factū in computationem intereſſe debiti ex diſpoſitione legali poſt annū. *d. §. exactio. C. de rei vxor. act.* pro quo intereſſe erant obligata bona eiuſdē teſtatoris antequam perueniſſent ad dictum hæredem, qui pro debito hęreditario non conuenitur ex quaſi contractu cauſato per aditionem, ſed ex ipſomet contractu, qui cum defuncto celebratus fuerat. Bartol. *in l. de eo. ff. de iudic.* Cuman. *in conſil.* 176. *col.* 2. Dec. *in l. qui cum alio, num.* 7. *ff. de regul. iur.* & vbi aliquid facit hæres, ad quod tenebatur defunctus, cenſetur etiam à defuncto, non autem ab hærede factum. *l. adoptiuum. §.* 1. *ff. de iure dot.* & facit *l. ſi hæres teſtamento. ff. de action. empti.*

64. Sed iſtis non obſtantibus ego contrariam † opinionem exiſtimo veriorem, quoniam illud eſt debitum, quod ab inuito exigi poteſt. *l. debitor. ff. de verb.*
65. *ſignificat.* regulariter enim verbum *debere* † denotat neceſſitatem. *l. ſi locus, in fin. ff. quemadmod. ſeruit. amitt.* gl. *in Clem. attendentes, in ver. debeam, de ſtatu Monach.* & quando I. C. addit verbum ex neceſſitate, tunc vult declarare naturam verbi *debet*, vt *in l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam, in verſ. debet ex neceſſitate. ff. de pecul.* & declarat latiùs Rebuff. *in d. l. debitor. ff. de verb. ſignificat.* & eſt communis opinio, vt per Ripam *in l.* 1. *n.* 100. *ff. ſi cert. pet.* Sed à defuncto nō poterat exigi hoc intereſſe dotis nō reſtitutæ, quia incipit deberi poſt annū à die ſuæ mortis. *d. §. exactio. C. de rei vxor. act.* & nō debetur ex facto teſtatoris defuncti, ſed ex facto hæredis, qui tenebatur ſoluere, & non ſoluit,
66. ideo † nō poteſt dici debitū hæreditarium, ſed debitū ipſius hæredis, & nō intrat text. *d. l. hæreditarium. ff. de bonis authorit. iudic. poſſidend.* Sed intrat text. *l. in fideicommiſſi. ff. de vſur.* vbi ſi mora non præceſſit ante ſententiā, vſuræ nō ſtatim debentur poſt ſententiā, ſed à die petitionis: certum eſt autē defunctum non poſſe dici obligatū ad ſoluendū intereſſe dotiū debendū poſt eius mortē, anno ſequenti, lex ipſa indulget hoc tēpus vnius anni; ergo non debetur, niſi fuerit petitū ab hærede, quia tēpus, quod conditio
67. nē purificat, nunquā conſtituit in mora †, ſed neceſſaria eſt interpellatio. Salyc. *in l. magnam, num.* 7. *C. de contrah. & commit. ſtipulat.* Dec. *in conſ.* 323. *col.* 2. *verſ. ſi verò veniret*, Rota *deciſ.* 476. *n.* 6. *part.* 1. *in Nouiſſ.* ergo non eſt debitū defuncti, ſed hæredis, à quo peti debuit, & quod prouenit ex culpa hæredis, non poteſt defuncto imputari, & cū non ſit debitū hæreditariū, patet reſponſio ad omnia ſupradicta. Ad Doctores allegatos pro parte cōtraria, reſpondetur, omnes loqui, quādo debitū erat fundatū in perſona defuncti,
68. tūc enim ſicut reſpectu defūcti erat neceſſariū †, ita etiā reſpectu hæredis dicitur neceſſariū; ſed hoc intelligitur ad effectum, vt ſi ipſe hæres legaret dicto creditori, cēſeretur etiā legaſſe in compenſationem dicti debiti, quod erat neceſſariū etiā in perſona defūcti, ſed nō loquuntur præfati Doctores, quādo debitū incepit à perſona hæredis, & in perſona defūcti nō erat in eſſe deductū, tunc enim legatū factum à defuncto nō poteſt intelligi in cōpenſationē debiti hæredis, quod veriſimiliter ipſe defūctus ſuper obli- 69.
gatione ſua cogitare nō potuit. Ad confirmationem reſpōderur, quòd obligatio defūcti pro dote † reſtituēda nō extēditur ad vſuras debitas ex mora hæredis, quia nō eſt veriſimile maritū ſe obligare voluiſſe ad ea, quæ tempore dotis cōſtitutæ veriſimiliter cogitare nō potuit, per regulā *l. obligatione generali. ff. de pignoribus*, & ideo text. *l. Lucius. ff. qui potior. in pignor. hab.* nō habet locū in vſuris quæ nō cōtinuātur à perſona defuncti, ſed incipiunt à perſona hæredis, quia dicuntur debitū hæredis, nō autē hæreditariū.

Denique legatū alimentorū † eſt legatum in ſpecie, quia nō eſt in quantitate certa, & tunc aut dictū 70.
intereſſe dotium etiam conſiſtit in ſpecie, & de vna ſpecie ad alterā non admittitur compenſatio. *l. ſi cōuenerit. ff. de pignor. action. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indebit. l. ſi ex pecunia. C. de rei vendic. l. quod dicitur. ff. de compenſat.* Surd. *in d. conſ.* 112. *n.* 55. *& ſeq. vol.* 1. qui plures allegat. Aut dictum intereſſe conſiſtit in quantitate, & legatum ſpeciei in dubio non compenſatur cum quantitate. Alex. *in conſ.* 12. *n.* 7. *vol.* 2. *verſ. & tantò minus.* Bald. *in l. liberti n.* 28. *C. de oper. libert. & in l. ſi vxor tua n.* 2 *in fin. C. de bonis auth. iudic. poſſidend.* & ibi Addentes alios cumulant. Surd. *in d. conſ.* 112. *n.* 61. *& ſeq.* Aut vtrumque eſt in quantitate, & quia legatum alimentorum eſt illiquidū †, 71.
cū debeat liquidari habito reſpectu perſonæ, & patrimonij defuncti, deductis deducendis, & tunc aut intereſſe dotis eſt liquidum, & de liquido cū illiquido nō admittitur compenſatio. *l. fin. C. de compenſat.* Alciat. *in conſ* 311. *n.* 6. & ita deciſum. *D. N. tomo* 3. *tit. Compenſatio. cap. de illiquido.* Aut etiam intereſſe dotium eſt illiquidum, & de illiquido ad illiquidū multò minus admittenda eſt compenſatio; quia non præſumitur animus legantis quantitatem illiquidam cum debito etiam illiquido compenſare voluiſſe, & Surdus *in d. conſil.* 112. *num.* 61. aducit, omnes præfatos Doctores loqui, quando debitum eſt neceſſarium, & cōcludunt compenſationē nō fieri, quando debita non ſunt hinc inde compenſabilia.

Quintus caſus eſt de legato facto vxori †, ſi honeſtè vixerit, tunc ſi relicta ſecundo nubit, debet 72.
habere legatum, quoniam matrimonium eſt caſtū, & ab Eccleſia approbatum, tanquam ſacramentum Eccleſiæ. *c. vt debitum. de bigamis.* Item verbum *pudicitiæ* verificatur, etiamſi viuat in figura matrimonij, per dicta iura, *l. caſtitatem. C. de adulter. l. final. C. de legitim. tutor. cap. Nicena. diſtinct.* 21.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando dictum legatum factum eſt à patre, vel fratre, aut altero conſanguineo, quia tunc conſequetur legatum, dummodo nubat † pari, aut maiori, ita vt ex ipſo 73.
matrimonio non ſequatur denigratio generis, & macula in familia. argum. *l.* 3. *§. emancipatus, in* 1. *ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* & quia niſi mulier nuberet, poſſet dubitari de eius pudicitia, vt *l. ſi filiam, & auth. ſi poſt viginti quinque annos. C. de inoffic. teſtament.* Sed ſi legatum cum dicta conditione caſtè viuendi eſt factum à marito, tunc aliter interpre- 74.
tandum eſt, nam propter iniuriam † legata adimuntur. *l.* 3. *in fin. ff. de adim. legat.* Sed per tranſitum ad ſecundas nuptias fit iniuria ipſi marito primo defuncto, ex legis interpretatione, quæ conſiderat, defuncti mariti primi animam contriſtari. *§. ſoluto*,

&

& §.ſi autem tutelam.& §. quod verò, verſ. Nos igitur,
in auth. de nuptiis. Bald. in auth. cui relictum C. de
indict. viduit. toll. Angel. in l. mulier. §. cùm pro-
poneretur. ff. ad Trebell. & ibi Alexand. numer. 5.
& ſeq. Craſſ. in §. legatum. quæſt. 54. vbi alios
refert.

Contrarium videtur tenendum, etiam ſi legatum
à marito ſub dicta conditione factum fuerit, quo-
niam ſemper interpretatio facienda eſt quę iuri non
repugnet.§ quibus in prima conſtitutione Codicis. Bar-
tol. in l.1.§.& parui ff.quod vi, aut clam. & quia teſta-
tor cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitio-
ne iuris, vt per Bartol.& cæteros in l. hæredes mei. §.
cum ita.ff.ad Trebell.Sed conditio, ſi caſtè vixerit, de
iure interpretatur etiã ſi nupſerit, vt probatum eſt;
ergo maritus per hanc conditionem non intellexit
75. prohibere nuptias futuras.Item quia mulier † quæ
nubit dicitur caſtè,& cum pudicitia viuere.l.mulier.
§.cùm proponeretur. ff.ad Trebellian. Item mulier reli-
cta ſecundo nubens, dicitur caſtè viuere, & ſeruare
honorem ſui mariti.§.final.in auth.de reſtit.& ea quæ
parit.vbi dicitur quòd luxuria non debet plus habe-
re, quàm caſtitas, & ibi caſtitas accipitur pro vita
76. nuptiali. Item quia conditio † non nubendi à iure
reiicitur.l.cùm tale.§.reſcriptum.& §. Mæuia; l.cum ita
legatum, l.hoc modo, l.quoties ff.de condit. & demonſtrat.
cum declarationibus, quæ ſcribit Mantica de conie-
ctur.lib.11.tit.19.& Peregr.de fideicommiſſ.artic.11.n.
77. 118.Item quod diſponitur in d.† §.nos igitur.in auth.
de nuptiis, quòd anima defuncti contriſtatur propter
ſecundas nuptias, ita eſt intelligendum prout tex-
tus ſeipſum declarat, quoniam vxor iurauerat mari-
to ſe nupturam non eſſe, & poſtea cũ periurio nu-
pſit, Imperator prohibuit illa iuramenta, & dicit
quòd ex illis nuptiis Deum ſimul & animam defũ-
cti contriſtauit, ſed aduerbium ſimul, ſtat coniuncti-
uè.l.in operis. ff.locati. l.3.ff.ſi famil.furt. feciſſe dicatur.
Innoc.in c.dilectus filius.de præbẽd. ita vt qualitas pro-
pter quã Deus contriſtatur cenſetur repetita reſpe-
ctu mariti, quoniã coniunctiua extendit diſpoſitio-
nẽ ad caſum magis dubitabilẽ.Rota deciſ.366. n.20.
& 22.part.1.in Nouiſſim.Sed Deus contriſtatur pro-
pter periurium; ergo & maritus, non enim afficitur
iniuria propter ſecũdas nuptias, quæ de iure permiſ-
ſæ sũt, etiã ad caſtè viuendũ, ſed iniuria cõſideratur
reſpectu defectus promiſſionis iuratæ, propter quã
Imperator adiecit pœnã, quòd bona relicta reſtitue-
re teneatur, prout ipſe diſponit ibi,& in l.feminæ.C.de
ſecund.nuptiis,& in Authenticis ſequentibus, ibi poſitis.

Secundò declaratur, ſi teſtator legauerit, donec
78. caſtè vixerit,& vitam vidualem ſeruauerit †, nã hoc
legatũ eſt annuũ.l.ſicut in annos.ff quib.modis vſusfruct.
amitt.vt declarat Pariſ.in conſil.95. n.44. & ſeq.vol.2.
& in conſil.21.n.38.vol.2. dicit hoc legatum eſſe tẽ-
porale, donec,& quandiu vitam vidualẽ ſeruauerit,
79. & in quolibet anno dicitur legatum conditionale †,
Bald in l.cùm filius §.qui Mutianam.ff.de legat.2.Iaſ.in
l.ſi fundum. §. ſi pater n.11. de legat. 1. Natta in conſil.
459.n.17.& alij allegati per Caualcan.in tract.de vſu-
fruct.mulier.relict.n.117.& per Peregrin.in d art.11.n.
123.propterea pro toto illo tempore, quo in vidui-
tate permanſerit, fructus ſuos fecit, & ab ipſa die,
qua ſecundo nubit, amittit dictum legatum, vt pro-
80. bant omnes pręcitati Doctores; ergo in hoc legato †
mulier non tenetur pręſtare cautionem Mutianam,
quoniam mulier lucratur vſumfructum durante tẽ-
pore,& adueniente conditione ceſſat, Paul de Caſtr.
Iaſ.& Corn. in l.final.C.de indict. viduit.toll. Dec.in
conſil.611.Ruin.in conſil.65.n.1.& 6.vol.2. Roland. in
tract.de lucro dotis, quæſt.51.n.4. Zaſius in l. centeſimis
n.9 ff.de verb.obligat.vbi quòd iſtæ conditiones, do-
nec vidua permanſerit, vel donec nubat,& ſimiles,
poſſunt apponi non ſolùm in vltimis voluntatibus,
ſed etiam in contractibus,& durant, quandiu mulier
non nubit,& cùm ceſſat duratio actus, tunc reſul-
tat cõditio extinctiua,& extinguitur etiam conuẽ-
tio, l.legatum.ff.de annuis legatis.l pater Seuerinũ.in fin.
ff.de condit.& demonſtr.l.penult.in princip.ff. de excuſat.
tut. Socin.iun. in conſil.122.n. 12.& 13.vol.3. Aliud
eſt dicendum, ſi teſtator conditionem ſimpliciter
appoſuerit, ſi vidua permanebit †, aut ſub modo 81.
dixerit, dummodo vidua permaneat, nam ea nuben-
te, quia conditio retrotrahitur, & retrodeclaratur
indigna.l.1.C.de his quib. vt indignis. ideo rem lega-
tam cùm omnibus fructibus perceptis reſtituit.
Bald.in auth.cui relictum. C.de indict. vid.toll.Paul. de
Caſtr.in d.l.final.C.eod.tit.Caualcan.de vſufruct. mu-
lier.relict.n. 117.& ſeq.Item ſi teſtator dixerit, lego
donec vitam vidualem ſeruauerit,& poſt eius mor-
tem Titio †, tunc ſtatim ac nubit, non aliter expecta- 82.
ta morte, Titius ſubſtitutus conſequitur legatum,
quoniam teſtator appoſuit caſum mortis credendo,
quòd vxor non tranſiret ad ſecũdas nuptias, & cer-
tum eſt quòd voluerit Titiũ præferre hæredi. Bar-
tol.in auth.hoc locum.C.de ſecund.nupt. Dec.& Iaſ. in l.
tale pactum.§ final.ff.de pact.Franciſc.de Ponte in conſ.
20.n.19.Itẽ quia legata,& fideicõmiſſa dicũtur do-
nationes cauſa mortis. l.legatum.ff.de legat.1.& ideo
teſtator vult, quòd illas habeat potius legatarius, vel
fideicõmiſſarius, quàm eius hęres.l.1.ff.de donat.cauſ.
mort.Itẽ quia ſubſtitutus nõ admittitur, tanquam ſi
euenerit caſus mortis, ſed vti nominatus in caſu ſe-
cundarũ nuptiarũ.Paul.de Caſtr.in l.ſi quis hæres n.6.
ff.de acquir.hæredit.Surd.in conſil.44.num.6.vol.1.

Tertiò declaratur, in caſu econtrario, ſi teſtator
aliquid legauerit † vxori, ſi pertranſiuerit ad ſecun- 83.
das nuptias,& ſi vidua remanſerit, vſumfructum o-
mnium bonorum reliquit, ſi ipſa ſecundo non nu-
pſit, ſed vidua mortua eſt, illius hæredes non poſſunt
prætendere alterum legatum ſub conditione ſecun-
darum nuptiarũ illi factum, quoniam duo ſunt le-
gata ſub diuerſis cõditionibus,& ſeparatim ſub di-
uerſis orationibus facta, ideo vnũ nõ includitur ſub
altero.ſuper qua declaratione ſcribit Theſaur.in lib.
2.forenſ. q. 87. Quibus ſcriptis addo, quòd legatum
non agnitum † à legatario nõ tranſmittitur, vt ſcri- 84.
bam inferiùs in articulo tranſmiſſionis; ſed dicta vxor
non agnouit legatum ſibi factum ſub conditione, ſi
ſecundo nupſerit, tanquam incluſum ſub legato fa-
cto ſub conditione viduitatis; ſi enim hoc prætẽ-
diſſet, debebat obtinere ſeparationẽ dictorũ bono-
rũ legatorũ ſub conditione nuptiarum, tanquam ad
ſuã proprietatem pertinentium, circumſcripto vſuſ-
fructus legato cæterorũ bonorum, ita enim dictum
legatum agnouiſſet, & cùm non fecerit, ideo eius
hæredes iure tranſmiſſionis prætendere nõ poſſunt.

Quartò declaratur, in legato facto ſub conditio-
ne †, ſi nupſerit Sempronio, nam licèt matrimonia 85.
debeant eſſe libera ab omni pœnarum genere,
tam in contrahendo, quàm in diſtrahendo. l.
Titia. l.ſi ſtipulatio facta fuerit.ff. de verb. obligat. l.
2. C. de inutilib. ſtipulat. l. final. C. de Sponſalibus.
cap. gemma. de Sponſalibus. tamen d. legatum, ſub
dicta conditione, non impedit libertatem matri-
monij, quia ſolùm inuitat mulierem ad lucrum, ita
ſi vult illud lucrum legati conſequi, liberè contra-
hat matrimonium cum perſona in legato nomina-
ta.l.vter ex fratribus.ff.de condit. & demonſtrat. l. 2.C.
de inſtit.& ſubſtit.l.Titio centum.§.1.ff.de condit.& de-
monſtrat. & quòd dictum legatum ſit validum, ita
quòd

quòd niſi pareatur, non aliter debeatur, conſuluerunt, Oldrad. *in conſil.* 16. Crauett. *in conſil.* 1. *& in conſil.* 80. *in* 2. *dubio, & num.* 11. & alij relati per Morotium *in conſ.* 97. Idem ſi teſtator legauerit † rem mu-
86. lieri ſi nupſerit de conſenſu talis, quoniam dicta conditio eſt voluntaria, & debet adimpleri in forma ſpecifica, præſertim cùm tractetur de lucro, & in euentum conditionis non adimpletæ, non debetur, ita fuit deciſum in Rota *deciſ.* 433. *part.* 1. *in Nouiſſim.* vbi quòd tenentes contrariam opinionem loquuntur in ſtatutis, ſed ſecus eſt in legatis, vel conuentionibus, præſertim ſi particularis prouiſio facta fuerit, quòd in caſum non implementi conditionis, bona legata perueniant ad alterum nominatum, & multò magis ſi in pœnam legatariæ non parentis conditioni fuerit relictum Eccleſiæ, prout eſt caſus ſuper quo reſpondit Cioſus *in conſil.* 30. *volum.* 2. Idem ſi legatum diceret quòd mulier
87. debeat † nubere de conſenſu agnatorum, ad hoc vt poſſint obtinere dotem ſuper bonis alicuius, tunc enim innitantur per ſtatutum ad dictum lucrum, & illorum conſenſum ſaltem requirere debent, & ſi
88. agnati † conſentire recuſant, poſſunt compelli per ſuperiorem, niſi allegent iuſtam cauſam, vel ille ſuperior dabit licentiam. Abbas *in cap. quod Dei. num.* 13. *de ſtatu monach. & in c. quoniam. num.* 11. *de vita & honeſtate cleric.* & vtrobique Addentes. Bartol. *in l. cùm dotem.* § *eo autem tempore. ff. ſolut. matrim.*

Articvlvs III.

De legatis factis filiabus, pro dote, vel pro aliis cauſis.

Svmmaria.

1. *Legatum dotis cùm nupſerit, debetur, etiamſi religionem ingrediatur.*
2. *.. eſt legatum purum, & eius ſolutio eſt dilatà ad tempus nuptiarum.*
3. *.. dotis pro ingreſſu monaſterij, debetur ſi alteri nupſerit.*
4. *Legatum pro dote aliquando habetur loco inſtitutionis.*
5. *Menochij opinio* in conſil. 169. vol. 2. *improbatur.*
6. *.. ſibi contradixit* in conſil. 555. vol. 6.
7. *Teſtator contra legem expreſſam diſponere non poteſt.*
8. *Teſtator nõ poteſt præcipere hæredi clerico, vt patiatur conueniri coram iudice laico.*
9. §. Sed & hoc præſenti. Authent. de ſanctiſſim. Epiſcop. *declaratur.*
10. *Teſtator non poteſt facere prohibitionem in præiudicium religionis.*
11. *Conſuetudo nulla poteſt induci, vt teſtator monaſterium excludere poſſit.*
12. *Legatum dotis debetur etiam ſi ante mortem teſtatoris nupta ſit, & num.* 19.
13. *Legatum non extinguitur, ſed confirmatur per implementum cauſæ.*
14. *Verbum* nupſerit, *includit omne tempus, etiam præcedens.*
15. *Legatum dotis cum viro tradetur, debetur, etiamſi ante mortem teſtatoris nupta ſit.*
16. *Tempus aliquando eſt de ſubſtantia conceſſionis, & obligationis.*
17. *.. quando apponitur ad differendam ſolutionem, tunc etiã poſt tempus obligatio & conceſſio ſunt validæ.*
18. *.. vt dicatur dilatiuum ſolutionis, quot concurrere debeant.*
20. *Legatum dotis habet tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, & num.* 23.
21. Bartol. in §. Titio genero, *ſibi contradicit.*
22. *Conditio impedit eſſe factam inſtitutionem, & dotationem.*
24. L. Titio centum. §. Titio. ff. de condit. & demonſtr. *declaratur.*
25. *Subauditio in interpretandis legibus permiſſa, ne correctio inducatur.*
26. *Legatum dotis factum filiæ an tranſmittatur ad hæredes ante nuptias, & num.* 28.
27. *Dos aliquando non ſuccedit loco legitimæ, ſtante ſtatuto.*
29. *Legatum dotis reſtituendæ non eſt conditionale.*
30. *Dotis intereſſe an debeantur à die mortis teſtatoris, vel poſt annum, & quid ſi legata fuerit.*
31. *Legatum dotis factum vxori fit caducum, ſi illa moritur ante teſtatorem.*
32. *Legatum dotis ſoluendum de bonis, vel in bonis, quomodo ſolui debeat.*
33. *Dictio* de, *denotat materiam, & demonſtrat.*
34. *Dictio* in, *plus importat, quàm dictio* de.
35. *Legatum dotis factum filiabus Titij, non comprehendit filias natas poſt teſtamentum.*
36. *.. ſecus ſi pater legat filiabus ſuis.*
37. *Indefinita oratio in legatis non æquipollet vniuerſali.*
38. *Legatum dotis factum filiabus Titij non comprehendit nepotes illius.*
36. *Legatum dotis factum feminis proximioribus de ſua familia, comprehendit naſcituras.*
40 *Legatum factum familiæ comprehendit exiſtentes vſque ad decimum gradum.*
41. *Legato facto mulieribus, naſcituræ quando admittantur ex perſona parentum.*
42. *Conſanguinei ſuccedunt vſque ad decimum gradum.*
43. *Legatum factum Titio pro maritandis ſuis filiabus fit caducum ſi Titius moritur ante teſtatorem.*
44. *Legatum debitum in tempore incerto, eſt conditionale.*
45. *Legatum dotis ſi nupſerit Titio, eſt validum.*
46. *.. & conditio nubendi Titio eſt implenda poſt tres annos à pubertate finita.*
47 *Interpellatio requiritur ad incurrendam pœnam, propter negligentiam, vel culpam.*
48. *.. etiam in vltimis voluntatibus, ad hoc, vt inducatur priuatio.*
49. *Conditio deficit poſt moram contractam, & non eſt locus purgationi.*
50. *Legatum dotis factum filiæ ſpuriæ, pro quanto valeat.*
51. *Legatum ſpuriis factum, non debet excedere modum conuenientem alimentorum.*
52. *Legatum dotis factum filiæ pro omni, & toto, quid comprehendat.*
53. *Clauſula,* Pro omni eo, & toto, &c. *quomodo extendatur.*
54. *Legatum dotis factum filiæ aliquando cenſetur factum in compenſationem dotium maternarum.*
55. *Genus comprehendit omnes ſuas ſpecies.*
56. *Expreſſum dicitur quod eſt cogitatum in genere.*
57. *Legitima aliquando cenſetur renuntiatum per acceptationem legati.*
58. *Legatum ſub conditione renuntiandi legitimæ patris non comprehendit legitimam matris.*
59. *Renuntiatio non extenditur ad alteram perſo-*

nam, nec ad alia bona.

60\. *Extenſio non fit ad aliam perſonam, quando eſt expreſſum nomen proprium.*

PRæterea filiabus etiam ſub diuerſis conditionibus, & formis legari ſolet, de quibus in præſenti articulo videndum eſt per plures caſus, quorum
1\. primus eſt, ſi pater legauerit † dotes filiæ cùm nupſerit, etiam debetur ſi religionem ingrediatur, & ita firmarunt Fulgoſ. *in conſil.* 53. *col.* 1. *verſic. rurſum & tertiò*, Anchar. *in conſil.* 323. Corn. *in conſil.* 75. *col.* 2. *verſic. non enim obſtat. vol.* 1. *& in conſ.* 40. *colum.* 4. *& ſeq. vol.* 3. vbi reſpondet contrariis, atque probat eſſe communem opinionem, Socin. *in conſil.* 288. *col.* 12. *vol.* 2. *& in l. mulieri, & Titio, numer.* 12. *verſ. item in virgine. ff. de condit. & demonſtrat.* Benedict. Capra *in conſil.* 88 *in primo dubio.* Couar. *in lib.* 1. *variarum reſolut. cap.* 19. *num.* 10. *verſ. ſed ſi alicui, & in c. nos quidem, num.* 1. *verſ. ex proxima. de teſtament.* Decian. *in conſil.* 5. *vol.* 3. Menoch. *in conſil.* 555. *volum.* 6. Surd. *in conſil* 69. *col.* 1. *volum.* 1. & hæc concluſio multò magis procedit in caſu, ſuper quo conſuluit Decian. *in d. conſil.* 5. *vol.* 3. quando le-
2\. gauit † dotes filiæ ſoluendas tempore nuptiarum, quoniam legatum eſt purum, ſed ſolutio, & executio legati eſt collata ad tempus nuptiarum, per text. *l. ex his. C. quando dies legati cedat*, & ibi gl. & communiter Doctores *l. is cui, in princip. de legat.* 1. & tractãt omnes *in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell.* Idem poteſt dici in
3\. caſu econtrario ſi pater legauerit mille pro dote † filiæ ſuæ, ſoluenda quãdò ingredietur monaſterium, nam ſi illa nollet ingredi religionem, ſed nubere, atque matrimonium carnale contrahere, adhuc legatum debetur, quoniam legatum eſt purum, ſed illius ſolutio fuit dilata ad tempus ingreſſus. Imò in caſu quo pater dictam filiam in ſuo teſtamento neque
4\. inſtituiſſet, neque exhæredaſſet, tale legatum † pro dote habetur loco inſtitutionis, Craſſ. *in §. inſtitutio, q.* 14. *n.* 8. *& ſeq.* & latiùs probat Theſaur. *in lib.* 2. *forenſium quæſt.* 71. *per totam*, vbi reſpondet contrariis.

Neque obſtant ſcripta per Menoch. *in conſil.*
5\. 169. † *volum.* 2. vbi ſuper hoc eodem facto reſpondit totum contrarium, vtrobique enim erat legatum factum pro dotibus, ſoluendis tempore quo puella nubet, & *in d. conſil.* 169. reſpondit, quòd puellæ volenti ingredi religionem nõ ſunt legata integraliter
6\. ſoluenda. Sed *in d. conſil.* 555. † *volum.* 6. ſcripſit totum contrarium, quòd legatum dotis ſoluendum tempore nuptiarum, debetur integraliter, etiam ſi religionem ingrediatur, quæ conſilia è directo contraria, nulla ratione ſaluari poſſunt. Niſi dicamus, quòd *in d. conſil.* 555. mutauit opinionem, ſed ſcriptis *in d. conſil.* 169. reſpondere tenebatur, imò *in d. conſil.* 169. *num* 1. allegat textum pro vera opinione, *in §. ſed hoc præſenti, in Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, cui textui non reſpondet, ibi enim diſponitur quòd grauamen, ſiue conditio à teſtatore appoſita contra profeſſionem religionis reiicitur, & pro nullis, & pro nõ ſcri-
7\. ptis habentur; ſed teſtator † contra legem expreſſam diſponere non poteſt, *l. nemo poteſt. de legat.* 1. *l. quidam decedens. ff. de adminiſtr. tut. l. teſtandi. C. de teſt. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtament. c. tua nos, & c. requiſiuiſti. de teſtament.* cum aliis per Vaſquium *de ſucceſſ. creat.* §. 2. *num.* 5. *in fin. &* §. 3. *num.* 5. vnde teſtator non poteſt vti clauſula, non obſtante tali lege, quæ facultas ſolis Principibus conceſſa eſt. *l. codicillis.* §. *fin. de legatis* 3. *& d. l. teſtandi.* per quæ iura ita firmat Angel. *in d. l. nemo poteſt*, cuius opinionem eſſe communiter receptam, atteſtatur Vaſquius *de ſucceſſ. creat.* §. 6. *num.* 2. & Ioan. Guttierez *in repetit. d. l. nemo poteſt, num.* 157. Sic in ſimili, cùm expenſæ funeris debeant fieri attenta ratione facultatum teſtatoris, *l.* 1. §. *final. ff. ad leg. falcid.* non poterit teſtator facere, vt d. lex in ſuo teſtamento locũ non habeat, *l. at ſi quis § hac actio. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* per quam legem ita firmat Ioan. Guttierez *in d. l. nemo poteſt*, *numer.* 90. Item non poſſet teſtator inſtituto ſuo hæredi † clerico 8.
præcipere, vt patiatur ſe conueniri coram iudice laico. Bald. *in l.* 2. *numer.* 4. *C. vt in poſſeſſ. legat.* Ripa *in d. l. nemo poteſt, numer.* 18. quia contra *auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & cleric. & cap.* 2. *de iudiciis, cum vulgaribus*, propterea omnes prædictæ conditiones, & grauamina in præiudicium religionis pro non ſcriptis habentur. Nec eſt vera opinio Menochij *in lib.* 4. *præſumpt.* 83. *numer.* 16. *verſ. primò aſſertur*, vbi quòd hoc procedit ex præſumpta voluntate teſtatoris non exprimentis expreſsè conditionem, de qua tractamus, tunc enim illa conditio reiicitur, fauore religionis, & præſumitur ita teſtatorem voluiſſe, & ita etiam dixit *in d. conſil.* 555. *numer.* 9. Sed quando teſtator verbis expreſſis id iuſſit, tunc monaſterium excluditur. *d. præſumpt.* 83. *num.* 2. *& ſequentibus*, cum aliis ad hoc citatis per Franch. *in deciſ.* 29. *per totam.* quia *in d.* §. † *ſed & hoc præſenti*, expreſsè teſta- 9.
tor monaſterium excluſit. Probatur, nam hæres erat purè inſtitutus, deinde grauatus de reſtituendo hæreditatem ſi liberos non procreauerit, vel ſi abſque liberis deceſſerit, & monaſterium ingreſſus fuerit, & eo caſu Imperator diſpoſuit, ſubſtitutionem ſub ea conditione factam inualidam eſſe, & pro non ſcripta haberi; ergo monaſterium per dictum textum ſuccedit contra expreſſam voluntatem teſtatoris, imò ſi voluntas teſtatoris in caſu *d. §. ſed & hoc præſenti*, non appareret manifeſta, idem reſpondendum eſſet, cùm non poſſit aſſignari ratio diuerſitatis, & in vtroque caſu ſemper fauor religionis militat, & per hunc textum dicunt communiter corrigi *l. Deo nobis C. de Epiſcop. & cleric.* & ex hoc infero non eſſe veram opinionem dicentium de rigore iuris nõ poſſe teſtatorem † facere prohibitionem, 10.
in præiudicium religionis, ſed factam ab eo ſuſtineri vigore generalis conſuetudinis, vt dicit Bald. *in l. Deo nobis, in princip. num.* 1. & alij per Mantic. *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 29. *verſ ſed contrariam opinionem, vſque ad num,* 31. & per Franch. *in d. deciſ.* 29. *num* 4. vbi quòd illa opinio in puncto iuris eſt verior, & magis communis; ſed cõtraria eſt vſu recepta & obſeruanda, quoniam nulla conſuetudine etiam immemorabili induci poteſt, † vt teſtator expreſsè poſſit 11.
monaſteriũ, vel Eccleſiam excludere, ſi hęres inſtitutus religionẽ ingrediatur, introducere enim cõſuetudinem eſt iuriſdictionis, quia illa eſt lex, Alexand. *in conſil.* 173. *numer.* 12. *volum.* 6. ergo ille populus poteſt facere conſuetudinem qui poteſt facere ſtatutum. Bald. poſt gloſſ. *in l.* 2. *in prima, & ſecunda oppoſit. C. quæ ſit longa conſuetudo*, Innoc. *in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitut.* Alexand. poſt alios, quos refert *in l. ſi non ſpeciali. colum.* 2. *C. de teſtament.* Sed laici non poſſunt ſtatuta facere quæ tangant competentia clericis de iure communi, ſiue ex priuilegio, vt eſt omnium receptiſſima ſententia *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut.* Surd. *in conſil.* 2. *volum.* 1. *& in conſil.* 301. *volum.* 3. Hondedeus *in conſil.* 3. *vol.* 1. Sed hanc opinionem tenui *in tractatu de iuriſdictione parte* 4. *caſu* 80. quam declara prout nouiſſimè ſcripſi in additionibus ad dictum tractatum *in parte* 1. *cap.* 47. & à nobis in reſolutione huius caſus adducta ſunt, ad oſtendendum veram non eſſe opinionem Menochij, quam tenuit *in d.*

conſil.

conſil. 169. ſed eam quam tenuit *in d. conſil.* 555.
ſed non per rationem, quam allegat ex præ-
ſumpta voluntate teſtatoris, quia ita eſſet con-
tra textum expreſſum *in d. §. ſed & hoc præſenti.*

12. Secundus caſus eſt, ſi teſtator legat † dotem
filiæ, legatum debetur, etiamſi ante mortem te-
ſtatoris eſſet nupta, quoniam licèt ſit nupta, ta-
men cauſa dotis non eſt finita, quoniam etiam
conſtante matrimonio augeri poteſt, *l. pen. & auth.*
ſed iam. C. de donat. ante nupt. & ita tenet Bartol. *in l.*
Lucius, in 1. *in fine, ff. de legat.* 2. Surd. *in conſil.* 393.
numer. 50. *in fin. & ſeq. vol.* 3. Idem ſi dixerit, lego fi-
liæ meæ mille pro dote, propter eandem rationem.
Item quia legatum factum eſt de quantitate certa, &
13. implementum cauſæ † non extinguit legatum, ſed
magis confirmat *l. ſi iam facta. l. conditionum, quæ in fu-*
turum. ff. de condit. & demonſtrat. Bald. *in l. filia le-*
gatorum, num. 1. *verſ. tu dic indiſtinctè. C. de legatis.*
per quam rationem reſoluitur doctrina Bartoli *in*
l. Lucius. de legat. 2. vbi dicit, quòd ſi pater legat
dotem filiæ, & poſtea antequam moriatur, il
lam matrimonio collocauit, & dotem dedit,
tunc cauſa legati eſt extincta, quia reſpondet Bald.
in d. l. filia legatorum, quòd non eſt extincta, id
eſt, finita, ſed extincta, id eſt, adimpleta, ſed im-
plementum cauſæ confirmat legatum, & propterea
indiſtinctè debetur. Idem ſi legauerit mille ſol-
uenda, quando nupſerit, tunc enim legatum de-
betur, etiamſi ante mortem teſtator matrimo-
14. nio collocauerit, quoniam verbum *nupſerit*, †
omne tempus includit, Natta *in conſil.* 485. *nu-*
mer. 6. *verſ. ex prædictis patet*, Riminald. iun. *in*
conſil. 638. *numer.* 48. *& conſil.* 639. *numer.* 11.
Paul. de Caſtr. *in conſil.* 309. *numer.* 2. *verſ. tertiò*
facit. volum. 1. Idem ſi dixerit, lego tantam quan-
15. titatem Iuliæ, quando nubet, † & viro trade-
tur, tunc enim legatum debetur, etiam ſi in vita
teſtatoris legantis, mulier legataria nupſerit, atque
viro tradita fuerit, quoniam non eſt vera opinio
Bartoli, quòd cauſa dicti legati ſit extincta, ſed dici-
tur impleta, quod implementum confirmat lega-
tum. *d. l. ſi iam facta, & d. l. conditionum.*

Et licèt in hoc caſu contrariam opinionem
teneant Crauet. *in conſil.* 167. *numer.* 5. *& ſeq.* &
Natta *in d. conſil.* 485. *colum.* 1. & nouiſſimè Ma-
nentus *in deciſ.* 35. *& in conſil.* 147. poſt deciſio-
nes ſuas impreſſo, qui alios refert. Tamen omnes
præfati Doctores mouentur per rationem Bartoli *in*
d. l. Lucius, quòd cauſa ſit extincta, & ideo etiam le-
gatum, cuius contrarium eſt verius, vt probauimus.
Item Natta, & Manentus mouentur etiam, quia
d. legatum eſt collatum in tempus nuptiarum, &
16. quando viro tradetur, ſed conceſſum † ad tempus,
poſt illud tempus cenſetur prohibitum. *l. ſi à ſtatulibe-*
rum. §. Stichum. ff. de legatis 2. *l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de*
pactis. Sed hæc regula intelligitur quando tempus
adiectum eſt ad conceſſionẽ ſiue obligationem ter-
minandam, & ita procedunt dictæ leges; ſecus quan-
do tempus eſt appoſitum ad ſolutionem differen-
dam, quia etiam poſt tempus remanet conceſſio, &
17. obligatio, † & in caſu noſtro quãdo teſtator legauit
mille pro dote, ſoluenda tempore nuptiarum, quan-
do viro tradetur, dictum tempus cenſetur appoſitum
ad ſolutionem differendam. Probatur, quoniam
communis eſt Doctorum cõcluſio, quòd tempus ad-
iectum obligationi ſimplici, & momentaneæ, in du-
bio cenſetur adiectum cauſa differendæ ſolutio-
nis, non autem cauſa finiendæ obligationis, Bar-
tol. *in l. eum qui ita ſtipulatus. §. qui ita, in* 1. *nu-*
mer. 2. *in fine*, in vltimo membro ſuæ diſtinctio-
nis. *ff. de verb. obligat.* & *ibi* Angel. *in fin. in verſ. ſe-*
cundò concludo, Paul. de Caſtr. *num.* 3. *verſ. alias in*
dubio, Immol. *num.* 6. *verſ. ſi autem apponitur, & verſ.*
poteſt etiam intelligi, Alexand. *num.* 4. *verſ. alias autem in*
dubio. vbi atteſtatur hanc eſſe communem conclu-
ſionem, Ruin. *in conſil.* 82. *num.* 2. *volum.* 1. vbi etiam
atteſtatur de communi; & pro hac concluſione eſt
text. *l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpondit, in* 2. *ff. man-*
dati, vbi tempus fuit adiectum per dictionem *intra*,
vt in caſu noſtro, & tamen poſt lapſum temporis,
debitor conueniri poteſt. Item quòd obligatio hæ-
redis, à quo eſt factum dictum legatum, ſit ſimplex,
& momentanea, probatur, quia ſolutio dicti legati
momento temporis explicari poteſt, ideo non habet
cauſam ſucceſſiuam, ſed momentaneam; ergo dila-
tio temporis data hæredi ad ſoluendum dictum le-
gatũ non fuit data ad extinguẽdam ſuam obligatio-
nem præcedentem, ſed ad differendam legati ſolu-
tionem ad tempus nuptiarum, & quando viro tra-
detur. Item Angel. *in conſil.* 199. dicit, quando tempus
eſt adiectum fauore debitoris, tunc niſi infra illud
tempus ſatisfiat, creditor non tenetur poſt illud
tempus debitorem admittere ad ſatisfaciendum,
& ſic, vt tempus cenſeatur † dilatiuum ſolutionis, 18.
non autem extinctiuum obligationis, quatuor con-
currere debent, videlicet, vt obligatio ſit ſim-
plex, non autem conditionalis; item vt habeat
cauſam momentaneam, non autem ſucceſſiuam;
item vt ſimus in dubio, denique vt tempus ſit appo-
ſitum mero fauore debitoris, & hanc doctrinam
Angeli ſequuntur, Barbat. *in cap. ad noſtram, nu-*
mer. 11. *in fin. de empt. & vendit.* Curt. ſen. *in con-*
ſil. 58. *numer.* 6. *verſ. vltimò confirmari videtur*, Dec.
in conſil. 508. *numer.* 8. *ver. nec etiam virtute pa-*
cti, & in l. petens, numer. 7. *verſ. ſi minori tempo-*
re. C. de pact. Cagnol. *in l.* 2. *numer.* 35. *verſ. dif-*
ferentia tamen eſt, & numer. 36. *& ſeq. C. de pact.*
int. empt. & vendit. Gozadin. *in conſil.* 87. *numer.* 5.
& conſil. 94. *numer.* 51. Iaſ. *in d. l. eum qui ita ſtipu-*
latus. §. qui ita, numer. 9. *verſ. ſed hoc non obſtante. ff.*
de verb. obligat. vbi vltra Angelum adducit rationes.
Idem Iaſ. *in l. ſi quis ita promiſerit. §. Seia cauit, numer.*
10. *ff. eodem titul.* Roland. *in conſil.* 10. *numer.* 13.
volum. 2. & latiùs Tiraquell. *de retract. conuent. part.*
2. §. 1. *gloſſ.* 2. *numer.* 41. *& plur. ſeq.* Sed in hoc
caſu, hæres à quo ſolui debebat dictum legatum
dotis, erat obligatus ſimpliciter, non autem ſub con-
ditione; item eius obligatio non habebat cauſam
ſucceſſiuam, ſed momentaneam, quia ſemel vnico
actu poterat legatum ſoluere; item teſtator non
expreſſit, vt dictum tempus nuptiarum, & quando
viro tradetur eſſet appoſitum ad finiendam obliga-
tionem, & ita ſumus in dubio; item dictum tem-
pus ſoluendi legati dotalis, cenſetur adiectum fa-
uore hæredis debitoris; ergo cùm concurrant omnia
requiſita dilatæ ſolutionis dicti legati, non autem fi-
niendæ obligationis hæredis, concludendum eſt,
hanc rationem, qua mouentur prædicti conſulentes,
non eſſe veram, & ita in hoc caſu, etiamſi in vita te-
ſtatoris legataria † nupta ſit, adhuc legatũ dotis de- 19.
beatur, & hanc opinionem tenet Paul. de Caſtr. poſt
Guglielm. de Cuneo, *in l. Publius Mæuius.* per illum
text. *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi quòd quantitas
certa legata pro dote, debetur etiãſi legataria, vel ex
propria pecunia dotem dederit, vel alter extraneus,
& ita nupſerit. & ipſe Paul. de Caſtr. confundit am-
bos caſus, ſiue fuerit legatum pro dote, quæ poteſt
recipere augmentum, etiam conſtante matrimonio,
d. l. pen. & authent. ſeq. C. de donat. ante nupt. ſiue fuerit
legata ſoluenda tempore nuptiarum, quia dat

alterum exemplum huiuſmodi: vt ſi legatum fue-
rit factum pro expenſis doctoratus, & legatarius
viuo teſtatore fiat Doctor, & aliunde fecit ex-
pēſas, quòd nihilominus poſt mortem teſtatoris po-
terit petere legatum. Idem Caſtrenſ. *in conſ.* 184.
numer. 1. *verſ. ſed ſi teſtator, volum.* 2. Ioann. de Immol.
in conſil. 114. *numer.* 9. vbi non facit differentiam
ſiue teſtator legauerit mille pro dote, ſiue legaue-
rit dotem cùm nupſerit, nam etiam ſi aliunde habuit
dotem, & viuo teſtatore nupta ſit, nihilominus di-
ctum legatum conſequi poterit ſuo tempore, quo-
niam cum dote præſenti, & cum ſpe conſequendi
dictum legatum melius, & decentius nupta fuit.
Eandem probat Surd. *in d. conſil.* 69. *numer.* 26. *vo-
lum.* 1. poſt Bald. *in l. final. C. de ſent. quæ ſine cert.
quantit.* & alios, quos allegat.

Tertius caſus eſt, de legato dotis ſimpliciter facto,
20. nam hoc legatum habet tacitam conditionem, †
ſi nuptiæ ſequantur. Probatur, nam conditio eſt
futurus euentus, per quem actus ſuſpenditur; ſed
hoc relictum filiæ pro dote ſuſpenditur in euen-
tum in quem vel ipſa nupſerit, vel erit nubilis æta-
tis, ergo eſt conditionale, nō autem purum. Proba-
tur, quia promiſſio, & ſtipulatio dotis eſt conditiona-
lis. *l. promittendo. l. ſtipulationem. ff. de iure dot. l. à Titio.
ff. de verb. oblig. l. cùm hi. § ſi mulier. ff. de condict. indebit.*
ergo etiam legatum dotis eſt cōditionale. Valet con-
ſequentia, primò ex loco Euerardi *de contractibus ad
vltimas voluntates.* Item quia ipſe Iuſtin. vtitur hoc
argumento *in § ſed & hoc præſenti. in Auth. de ſanctiſſi-
mis Epiſcop.* relato *in auth. niſi rogati. C. ad Tertullian.*
vbi Imperator æquiparat dotis dationem. Item do-
nationem propter nuptias, & relictum iſtorum, vt
omnia intelligantur ſub conditione data, vel relicta,
ideo Bartol *in l. Titio centum. §. Titio genero ante. n.* 2. *ff.
de condit. & demonſtr.* dicit hunc eſſe textum expreſ-
ſum ad probandam hanc concluſionem, licèt idem
21. Bartol. † *ibidem numer.* 5. ſibi contradicat, dum
dicit quòd ſtante ſtatuto, quòd filia dotata non ſuc-
cedat, nec poſſit aliquid dicere contra teſtamen-
tum patris, illa cui relicta eſt dos à patre dicitur
dotata; ergo purè dotata, de qua contradictione
teſtificatur etiam Paul. de Caſtr. *in d. §. Titio genero,
numer.* 8. *verſ. aduerte diligenter*, & contra Bartol.
22. obſtat, quia inſtitutus † ſub conditione, non dicitur
inſtitutus, ſed tanquam præteritus dicit teſtamen-
tum nullum. *l. ſuus quoque. ff. de hæredit. inſtit.* ergo nec
dotata ſub conditione dicitur dotata. Valet conſe-
quentia, quia ratio antecedentis eſt neceſſaria, quia
conditio ſuſpendit actus, neque dicitur actus, quo-
uſque verificetur conditio. Item probatur quòd le-
23. gatum dotis † ſit conditionale, nam illud eſt condi-
tionale, quod deficiente conditione deficit, ſed facto
legato dotis, & moriente altero ex coniugibus ante
matrimonium, legatum non tranſmittitur ad hære-
des legatarij; ergo eſt cōditionale ſi nuptię ſequātur.
Probatur per text. *l. in teſtamento. ff. de cond. & demonſt.*
vbi gloſſ. eſt magiſtralis ad hoc, quam citat Caſtrenſ.
in d. §. Titio genero. Minor probatur per text. *in d. §.
24. Titio genero, † in verſ. ante nuptias*, vbi dicitur, an-
te nuptias verò Titio, vel muliere defunctis, le-
gatum apud hæredem manet, ſcilicet apud hære-
dem legantis; ergo non tranſmittitur ad hæredes le-
gatarij, ponderando verbum *manet*, quod verè ſigni-
ficat legatum non eſſe adhuc ſolutum; ergo nec de-
bitum, & ſi diceretur, quòd *in d. § Titio genero*, loqua-
tur de legato puro, vt *in verſ. ſed cùm ante nuptias*, quia
purum legatum eſt, peti poteſt. Replicatur, quòd du-
cere inconueniens non eſt ſoluere. Item lectura Bar-
toli eſt, quòd ibi mutetur caſus, nam cùm *in verſ.
ante nuptias*, loquatur de legato conditionali, poſtea
in verſ. ſed cum ante nuptias, loquitur de legato puro,
& hanc lecturam Bartoli ſequitur *ibi* Caſtrenſ. *n.* 7.
verſ. iſtam lecturam Bartoli, quam dicit communiter
teneri. & ſi diceretur, quòd *in d. verſ. ante nuptias*, lo-
quitur de legato ſub modo, reſpōdeo, quòd modus,
& conditio æquiparantur, Andr. *in c.* 1. *in fin. quid ſit
inueſtitura.* In ſecundo caſu eſt purum, quia fuit pro-
miſſa dos contractis iam ſponſalibus, ex præſumpta
patris voluntate, qui credebat citò matrimonium
eſſe ſequuturum, & ita voluiſſe generum, ſiue filium
citò dotem petere, licèt poſtea in conditionē reſol-
uatur, quia cautio per ſponſum mulieri præſtanda
eſt, de dote reddenda, ſi nuptiæ non ſequātur, vt per
Bartol. & Immol. *ibid.* Bald. *in l. ſi plures, num.* 25. *C. de
condit. inſertis.* Et quòd in ſecundo caſu ſponſalia
contracta erant, coniecturis apparet, ne alioqui pu-
gnantia ſit, ſicut regulariter permittitur ſubaudi-
tio, † ne correctio inducatur, *l. cùm falſa*, & *ibi* 25.
Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *numer.* 4. *C. de
iuris & facti ignor.* Bald. *in §. quibus, in prima con-
ſtitutione Codicis.* & probat text. *in cap. inter dilectos.
§. cæterùm, de fide inſtrument. in verſ. Vt autem intelli-
gatur eo modo, quo magis poſſit valere, videtur di-
ſtinguendum*, Crauet. *in conſil.* 70. *numer.* 5. *&*
15. *&* 16. Item legatum conditionale non tranſ-
mittitur ad hæredes. *l. interdictum. ff. de condit.
& demonſtrat. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub
conditione. C. de caducis tollendis.* gloſſa *in l. final. in
verſ. vtiliter. C. de fideicommiſſ.* Sed legatum † dotis 26.
à patre relictæ, ſi deceſſerit ante nuptias, non tranſ-
mittitur ad hæredes; ergo legatum dotis eſt con-
ditionale. Quòd autem ad hæredes non tranſmit-
tatur, probatur, quia quando ſtatutum excludit
filiam, & mandat illam dotari, vt quia diſponat,
quòd exiſtente maſculo, filia non ſuccedat, ſed do-
tetur, tunc illa dos non habetur loco legitimæ, ſed
dicitur conditionaliter relicta, ſi nubat. Alexand.
in conſil. 179. *numer.* 5. *volum.* 5. vbi, quòd ſi ſtatutum
mandat dotari, nunquam de † dote iudicatur idem, 27.
quod de legitima, quia non ſuccedit eius loco, al-
legat Cyn. Bartol. Caſtrenſ. & alios. Item non poteſt
dici dos ſubrogata loco legitimæ, quia hæc debetur
purè, in die mortis patris, ſed dos ordinata à ſtatuto
cōfertur in tempus nuptiarum, quia relictum dotis,
habet tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, per
d. l. ſtipulationem. & d. l. promittendo, & ita reſponde-
runt Socin. *in conſil.* 288. *num.* 27. *vol.* 2. *& in conſil.* 75.
num. 11. *vol.* 2. Ruin. *in conſil.* 52. *num.* 6. *vol* 5. Pariſ. *in
conſ.* 53. *num.* 76. *vol.* 3. Et hanc opinionem eſſe magis
communem, dicit Boſſius *in titulo de publicatione bo-
norum numer.* 2. *in fin.* Immol. *in conſil.* 13. *num.* 14.
vbi allegat Alexand. Alberic. Aretin. & alios Ga-
briel *in conſil.* 11. *numer.* 4. *volum.* 1. Craſſ. *in §. legi-
tima quæſt.* 7. *n.* 4. *verſ. quid dicendum.* Item Caſtrenſ.
in d. § Titio genero, num. 8. *circa finem*, ita diſtinguit: aut
ſtatutum dicit, quòd ſtante maſculo filia non ſucce-
dat, ſed debeat dotari, & hoc caſu filia excluditur à
maſculo, & cùm dicit, debeat dotari, intelligi-
tur, ſi maritabitur, quo caſu filiæ non debetur le-
gitima, neque dicta dos ſuccedit loco legitimæ;
ergo non debetur purè, ſed cùm maritabitur, &
hanc ſequuntur Menoch. *in conſil.* 251. *num.* 44.
Paul. de Caſtr. *in conſil.* 9. *& in conſil.* 16. *volum.* 1.
Pariſ. *in conſil.* 35. *num.* 5. *vol.* 3. Cephal. *in conſil.* 145.
numer. 19. *& ſeq. vol.* 1. Aut ſtatutum dicit, quòd fi-
lia dotata non ſuccedat cum maſculo, & tunc ſi
pater relinquat dotem, illud legatum eſt pu-
rum, quia ſtatutum incipit à dotatione vt exclu-
datur; ergo prius debet dotari, quàm excludatur,

& ita

& ita declarat idem Caſtrenſ. *in conſil. 6. volum. 2. & in conſil. 25. numer. 11.* Item actus conditionalis non eſt actus. *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtament.* Sed ſi iſta dos relicta deberetur tempore nuptiarum, eſſet ſub conditione; ergo non diceretur dotata, & ita non eſſet à ſtatuto excluſa; ſed omnes concludunt, hoc caſu eſſe excluſam, vt latè per Surd. *in tractat. de alimentis titul. 3 quaſt. 1. numer. 40. & ſeq.* & Menoch. *præſumpt. 146. numer. 43. lib. 3.* ergo hoc caſu dos relicta dicitur purè, non autem ſub conditione. Item hoc caſu,
28. † cùm dos ſuccedat loco legitimæ, ſi filia decedat ante nuptias, tranſmittit ad hæredes, Caſtrenſ. *in conſil. 370. numer. 2. vol. 1.* & talis dos nullum recipit grauamen. Item reiicit pactum appoſitum, quòd filia decedente ſine liberis, dos reuertatur ad dotantem, etiamſi frater nuptui tradidiſſet, & cum dicta ſua legitima auxiſſet dotem, prout fuit deciſum. Franch. *deciſ. 190.* Item de filia facit partem in computatione legitimæ, Poſſ. *de publicatione bonorum numer. 2. in fin* Craſſ. *in d. §. legitima quaſt. 7. numer. 4. verſ. aut verò ſtatutum*, vbi quòd iſta filia ampliat, & impingnat portiones aliorum; quamobrem d. diſtinctio Caſtrenſis ſatis iuſta eſt, & omnino amplectenda.

29. Declaratur iſte caſus, vt locum non habeat, † quando dos à marito legatur vxori, quia tunc potius dicitur reſtitui, quàm dari, *l. cum pater, §. fidei tuæ. ff. de legat. 2.* & declarat Mantic. *de coniectur. lib. 11. titulo 22. numer. 3. & ſeq.* Quo caſu
30. intereſſe dotis † non debetur ſine interpellatione, nam cùm dicta mulier habeat actionem de dote poſt annum, *l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. act.* & actionem ex teſtamento vigore legati. Bart. poſt gloſſ. *in l. Licinius, in princip. de legat. 2. & in l. 2. §. Mela. ff. de dot. prælegata*, Doct. *in l. diuortio. ff. ſolut. matrim. & in §. ſed ſi vxori. Inſtit. de legat.* Bartol. *in l. planè. §. 1. de legat. 1.* Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. 3. C. de falſa cauſa adiecta.* Ideo intereſſe dotis non poteſt deberi à die mortis teſtatoris, vt volebat Angel. Aretin. *in §. ſed ſi vxori. Inſtit de legatis*, quia infra annum vſuræ dotis non debentur, propter dilationem legis, quæ ſuſpendit moram: ſed ſi mulier petierit dotes vigore legati, actione ex teſtamento, tunc lis conteſtatur, & vſuræ deberi incipiunt poſt litis conteſtationem, vt probat Lanarius *in toto conſilio 46.* Verùm ſi ipſa vxor lega-
31. taria † dotis, mortua fuerit ante teſtatorem, tunc dictum legatum factum eſt caducum, vel quaſi caducum, ideo dictum commodum repræſentationis, de quo *in l. 1. ff. de dote prælegata*, ſiue illud commodum habendi tot bona ſtabilia loco quantitatis debitæ, prout in legato continebatur, pro non ſcriptis habentur, cùm ſint in cauſa caduci, & omnia remanent penes hæredem. *l. vnic. §. & cum triplici, & §. 2. C. de caduc. toll. l. non putauit. §. à primo gradu. ff. de contratabul. & §. 1. Inſtit. quib. mod. teſtament. infirm.* & ſola actio dotis ex contractu matrimonij remanet, quæ ad hæredes tranſmittitur, & tunc vſuræ incipiunt deberi poſt annum quando per *d. § exactio*, dos reſtituenda eſt.

Secundò declaratur, quando teſtator reliquit
32. dotem † ſimpliciter, tunc aut dixit ſoluendam de bonis ipſius teſtatoris, & ſufficit dari dotem congruam, quia per illa verba de bonis ipſius, voluit de-
33. monſtrare vnde dos extrahẽda eſſet, quia dictio *de*, † ſignificat materiam, ſicut dicimus veſtis eſt de lana. *c. cùm cauſam. de electione*, & notatur *in l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. tut.* & per Bartol. *in l. 1. §. prætor. ff. de bonis auth. iudic. poſſid.* & tunc ponitur declaratiuè, & demonſtratiuè, tam ad oculum, quàm ad intellectum. *l. ſi de meis. ff. de arbitr. l. cum de lanionis. §. cùm de villico, & §. iuriſconſultus, & §. de villico. ff. de fundo inſtruct.* & ita illa verba demonſtratiua non inducunt diſpoſitionẽ in omnibus bonis ipſius teſtatoris, *l. 1. §. nunc videamus, in fin. ff. de coniungend. cum emancipato liber. in verſ. non de bonis aui.* Socin. *in conſil. 72. numer. 10. & ſeq. volum. 3.* Aut teſtator legauit d. dotem in bonis ſuis, & tunc ſignificauit, quòd bona ſua ſint dos eius, vt probat Socin. *ibidem numer. 14. & ſeq.* vbi quòd tantum eſt dicere, dotetur in bonis ſuis indefinitè, quantum eſt dicere, omnia bona ſua ſint dos ipſius filiæ, quia illa indefinita † æquipollet vniuerſali. *l. ſi pluribus. l. ſi plures.* 34.
ff. de legatis 3. & plus importat dictio *in*, quàm dictio *de*. Oldrad. *in conſil. 305. propè finem, & in conſil. 306. numer. 7.* & vtrobique Addentes, & colligitur ex *§. final. Inſtit. de vi bon. raptor.* Item quia dictio *in* auget, quando ponitur cum nomine ſubſtantiuo, vel adiectiuo, *l. ſi quis in graui, in princip. ff. ad Syllanian. l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſthum. l. ciuis C. de incolis lib. 10.*

Quartus caſus, legatum dotis factum filiabus † Ti- 35.
tij non comprehendit natas poſt teſtamentum factum, *l. qui filiabus. de legatis 1.* Bartol. *in l. ſi cognatis quaſt. penult. ff. de reb. dubiis.* Ruin. *in conſil. 30. colum. 1. vol. 2.* Rimin. iun. *in conſil. 334. in 1. dubio, vol. 3.* Rimin. ſen. *in conſil. 256. n. 14.* Roman. *in conſil. 231. & ibi* Addentes alios referũt; quoniam teſtator illas filias extraneas non tenebatur dotare, ideo non continentur niſi illæ quæ erant natæ tempore teſtamenti. Paul. de Caſtr. *in d. l. qui filiabus.* propter quam rationem ſequitur, quòd ſi teſtator legaſſet dotes filiabus ſuis, † quas ex neceſſitate legis tenebatur do- 36.
tare, gloſſ. *in l. final. C. de dot. promiſſ.* tunc continerentur etiam naſcituræ, & ita firmant etiam Ruin. & Riminald. vterque *in locis præcitatis*; ſed in filias naſcituras tertij, in quas nulla teſtatoris affectio conſiderari poteſt, quas non cognoſcebat, hæc concluſio non habet locum, vt dicit gl. *in d. l. qui filiabus, in princip.* quæ eſt communiter recepta. Item quia indefinita † oratio in legatis non æqui- 37.
pollet vniuerſali, extendendo etiam ad filias naſcituras, vt notat Bartol. *in l. ſi pluribus, in princip. de legatis 2.* qua ratione, ſi legaſſet dotes filiabus tertij, † non continentur neptes, quia ita ex- 38.
tenſio fieret ad alias perſonas. Item quia filiorum apppellatio non continet nepotes. *l. filij appellatione. ff. de verb. ſignificat.* præſertim in præiudicium hæredis, de quo ſcripſi ſuprà *in parte 1. quaſt. 1. art. 2.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator legauerit dotes proximioribus mulieribus de ſua familia, † 39.
tunc continentur etiam mulieres naſcituræ, nam proximi dicuntur conſanguinei, gloſſ. *in l. dudum. ff. de contrahenda empt.* Dec. *in l. 2. C. qui admitti*, & fideicommiſſum factum in familia includit omnes qui ſunt vſque ad decimum gradũ, Ancharan. *in conſ. 95.* Bald *in conſ. 334. vol. 3.* Dec. *in conſ. 521. & conſ. 323.* qui loquitur de legato facto † familiæ, vt comprehen- 40.
dat exiſtentes vſque ad decimum gradum. Et licet mulieres natæ poſt mortem teſtatoris non admittantur ex perſona propria, tamen admittuntur ex perſona parentum iure tranſmiſſionis. † Bartol. 41.
Bald. Salyc. & cæteri *in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul.* & alij relati per Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. numer. 21.* Item quia teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione iuris communis, ſed de iure ciuili conſanguinei † ſuccedunt vſque ad decimum gradum, gl. *in* 42.
auth. in ſucceſſione. & ibi Bartol. *C. de ſuis & legitim.*

Item illi dicuntur conſanguinei, qui ſunt in gradu
ſucceſſibili, gl. *in c. poſtremo. de appellat.* & *ibi* Doct. &
ſunt vſque ad decimum gradum. Cyn. *in l. cùm alie-
nam. C. de legat.* & alij per Tiraquell. *de retract.
conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. numer.* 25. ergo intellexit
etiam mulieres naſcituras, cùm non ſit veriſimile, vt
quis viuens habeat cõſanguineos in decimo gradu.

Secundò declaratur, nam ſi teſtator legauerit
mille Titio pro maritandis ſuis filiabus, & ipſe Ti-
43. tius † priùs mortuus fuerit ante teſtatorem, lega-
tum factum eſt caducum, nam tota actio dicti le-
gati conſequendi ſpectabat ad Titium, ipſe enim
erat legatarius, non autem filiæ, vt probat Rimi-
nald. iun. *in d. conſil. 334. numer. 10. volum. 3.* er-
go ſi priùs moritur, legatum factum eſt caducum, *l.
vnic. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollendis.* Sed
hoc legatum erat conditionale, nam quando lega-
44. tum debetur in tempore incerto, † efficitur condi-
tionale, *l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de cõdit & de-
monſtrat.* gl. *in l. Seius Saturninus ff. ad Trebell.* ſed tem-
pus collocandi filias in matrimonium eſt incertum,
quia diuerſo tempore fieri ſolet, Bald. *in conſil. 249.
vol.* 4. Item quia conditio nuptiarum eſt mixta, cùm
etiam voluntas filiarum concurrere debet; ſed in
conditione mixta, deficit legatum per mortem alte-
rius. Bartol. *in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. qui con-
cubinam. §. vxori. de legat. 3.* & ſcripſi de hoc *in artic. 2.
huius quæſtionis. num.* 22.

45. Quintus caſus eſt, legatum † dotis poteſt fieri
puellæ ſi nupſerit Titio, Cyn. *in l. cùm tale. §. arbitra-
tu. ff. de condit. & demonſtr.* Paul. de Caſtr. & Alexand.
in l. turpia. §. 1. de legat. 1. & *ibi* Iaſ. *numer.* 4. Anchar.
in c. nemo poteſt col. 3. de regul. iur. lib. 6. Felin. *in c. ex
parte. col. 2. de conſtit.* Dec. *in cap. Eccleſiam ſanctæ Ma-
riæ, num. 36. de conſtit. & in c. ſi pro debilitate numer. 9.
de offic. delegati.* Benedict. *in cap. Raynutius, verſ. qui
cum alia matrimonium, num. 88. & verbo cuidam Pe-
tro, num.* 8. Quoniam poteſt quis inuitari ad futuras
nuptias ſub ſpe lucri. *l. Titio centum. §. 1. ff. de con-
dit. & demonſtrat. l. vter ex fratribus. ff. de condit. in-
ſtitut. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtitut.* & ita reſponde-
runt Ruin. *in conſil. 126. numer. 6. & ſeq. vol. 2.* Ioan.
de Annania *in conſil. 15.* & *ibi* Bolognin. *in Addit.* Me-
noch. *in conſil. 69. num. 29. vol.* 1. Gabriel *in conſil. 131.
num. 10. & ſeq. volum.* 1. Riminald. iun. *in conſil. 215.
numer. 183. vol.* 2. & latiùs de hoc ſcripſi *in voto* 50.
inter deciſiones Piſanas, vbi reſpondi omnibus
contrariis.

Declaratur iſte caſus, nam ſi huiuſmodi legatum
46. ſit puellæ, huiuſmodi conditio nubendi † Titio eſt
adimplenda poſt pubertatem infra tempus trium
annorum, quibus tranſactis vlteriùs non eſt admit-
tenda ad legatum, *l. 2. §. ad filiorum, C. quando, &
quib. quarta pars debeatur lib.* 10. & *ibi* Bartol. dicit
eſſe caſum multum notandum, Mantic. *de conie-
ctur. lib. 11. titulo 18. numer. 23. verſ. ſed quæret ali-
quis, & verſ. ego autẽ puto,* & alij ad hoc relati per Gra-
tian. *diſcept. forenſ. cap. 137. part.* 1. Sed hoc caſu
47. requiritur interpellatio, † quia vbi pœna imponi-
tur à iure propter negligẽtiam, vel culpam in non fa-
ciẽdo aliquid, ad hoc vt incurratur pœna, & amiſſio
lucri, requiritur interpellatio, *c. ex parte, & tribus cap.
ſeq. de cleric. non reſident.* Afflict. *in deciſ. 370. in 2. dubio.*
Item in materia ſtatuti excludentis feminas do-
tatas propter maſculos, vt maſculi non perdant
beneficium ſtatuti; niſi fuerint interpellati ad do-
tandum, Gabriel *in conſil. 5. vol.* 1. Item in vltimis vo-
48. luntatibus † ad hoc vt inducatur priuatio requiri-
tur interpellatio, *auth. hoc amplius*, cum *ibi* no-
tatis. *C. de fideicommiſſ.* & declarat Bartol. *in l. ita
ſtipulatus, in 7. oppoſit. quintæ partis, & in 6. quæſt.
ff. de verb. oblig.* & *ibi* Io. de Immol. poſt Angel. item
gloſſ. Bald. & Angel. *in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau-
tionib.* Et cùm poſt interpellationem conſtituitur in
mora, tunc conditio deficit, † & non eſt locus pur- 49.
gationi moræ, vt probat Gratian. *in d. c. 1. 7. num.* 4.
conditio enim, quæ ſemel deficit, ampliùs non reui-
uiſcit, nec adimpleri poteſt. *l. cùm vxori. C. quando dies
legat. cedat.*

Sextus caſus eſt, legatum dotis † factum filiæ 50.
ſpuriæ eſt validum, dummodo pro alimentis, vel
pro dote, quæ ſuccedit loco alimentorum, factum
ſit, ita reſpondet Dec. *in conſil.* 611. per text. *cap. cùm
haberet, de eo qui dux. in matrim. quam polluit per adul-
ter.* cuius æquitas attenditur etiam de iure ciuili, vt
probat Dec. *in conſil. 576. colum. 1. & in d. conſil.*
611. poſt Abbatem, & alios, quos refert, & Ad-
dentes ad Abbatem *in d. c. cùm haberet*, probat
eſſe receptiſſimam ſententiam, ceſſante diſpoſi-
tione rigoroſa iuris ciuilis, *Authent. ex complexu*,
cum vulgaribus. Et hanc etiam tenet Bartol. *in l.
final. verſ. quæro vtrum. ff. de his quib. vt indign. &
in d. Authent. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* Angel.
Aretin. *in §. 1. Inſtitut. de iure natural. gent. & ciuil.*
Alexand. *in conſil. 74. colum. fin. volum.* 2. Sed hu-
iuſmodi legatum † non debet excedere modum 51.
conuenientem alimentorum, Bald. *in l. eam quam.
C. de fideicommiſſ.* Socin. *in conſil. 2. col. 2. in fin. volum.* 4.
Bald. Nouell. *in tractatu de dote parte 6. priuilegio 16.
colum.* 4. Idcirco in eo, quòd excederet neceſſitatem
filiæ ſpuriæ, legatum non valeret. Bald. *in l. ſi
maritus. ff. ſolut. matrimonio*, quoniam alimenta, quæ
dantur miſerationis gratia, non conſiderantur pro-
pter dignitatem, ſed propter neceſſitatem viuendi.
Roland. qui multa ad hoc cumulat *in conſil. 74.
volum.* 1.

Septimus caſus eſt, quando pater legat dotem fi-
liæ, † pro omni eo, & toto, hæc clauſula vniuerſalis 52.
eſt, vt ſcripſi *in tractatu de clauſulis part. 3. clauſula* 66.
& eius vniuerſalitas ita extenditur: Pro omni eo, &
toto, † quod poſſet prætẽdere in, de, & ſuper hæredi- 53.
tate & bonis paternis, tam ex cauſa legitimæ, quàm
ex alia quauis cauſa, vt probatur in formulario
Florentino, & propterea complectitur omnem, &
quamcunque debiti ſpeciem, quam dictus pater le-
gans deberet dictæ legatariæ; ergo tam pro dote,
quàm pro parapherualibus legaſſe dicitur, Corn.
in conſil. 344. in fin. volum. 1. Ruin. *in conſil. 60. nu-
mer. 6. & conſil. 79. numer. 8. & conſil. 81. numer. 7.
vol.* 2. Socin. iun. *in conſil. 17. num. 3. vol.* 2. Item ope-
ratur, † vt cenſeatur reliquiſſe animo compenſandi, 54.
etiam cum dote materna, quoniam ipſe pater le-
gans erat debitor neceſſarius reſtituendarum do-
tium matris dictæ filiæ legatariæ, & ſemper lega-
tum cenſetur factum animo compenſandi cum
debito neceſſario, Bartol. *in l. ſi cum dotem. §. ſi pa-
ter. ff. ſoluto matrim.* quem communiter omnes ſe-
quuntur, & ſcribam latiùs de dicta compenſatio-
ne, infrà in articulo compenſationis. Item dicta
clauſula vniuerſalis *pro omni eo, & toto.* extenſa, vt
ſuprà probaui, comprehendit hanc ſpeciem de-
biti, quia genus comprehendit omnes ſuas † ſpe- 55.
cies. *l. ſi quid earum. §. interemptum. de legatis* 3.
l. 1. §. generaliter. ff. de legatis præſtandis, & ex-
preſſum dicitur, quod verbis generalibus demon-
ſtratur. *l. final. C. quod cum eo. l. ſi duo. ff. de ad-
miniſtrat. tutor.* Bartol. *in l. 1. numer. 7.* & *ibi*
Ripa *numer. 52. ff de vulgari, & pupill.* Rota Aue-
nionen. *deciſ. 95. numer. 3. in fin.* Item expreſſum † 56.
dicitur, quod eſt cogitatum in genere, Verall.

deciſ.

deciſ. 295. *numer.* 1. *part.* 2. qui alios refert; ergo perinde eſt, ac ſi dixiſſet, etiam pro dote materna, quo caſu communiter omnes concludunt, dotem maternam ita per legatum compenſatam, vlterius peti non poſſe, quos retuli *in d. clauſula* 66. & hanc opinionem tenet Bald. *in l. liberti libertaque*, *num.* 28. *C. de operis libert.* & Gabriel *in conſil.* 60. *num.* 10. *vol.* 1. Idem ſi teſtator legauerit certam quantitatem pro dotibus filiæ, diſponendo, quòd vbi dicto legato contenta non eſſet, illam in legitima inſtituit, tunc d. filia legataria acceptando legatum,
57. ſuæ legitimæ renuntiaſſe dicitur, † ita reſponderũt Dec. *in conſil.* 686. & Socin. iun. *in conſil.* 122. *num.* 13. *& plur. ſeq. vol.* 1. & Papponus *in conſil.* 4. *num.* 1. *& ſeq.* quia hoc fuit legatum optionis, ideo acceptando vnam partem, ius ſuum extinctum eſt reſpectu alterius partis. *l. apud Aufidium. ff. de optione legata.* Item ad hoc eſt text. *l. Imperator.* §. *ſi centum, in verſ. enimuerò. de legatis* 2. Vbi ſi relicta ſint decem cum conditione quòd equum ſuum det alteri, etiamſi equus eſſet maioris pretij, nihilominus acceptando legatum, & petendo decem, omninò tenetur equum dare, nec poteſt variare; ergo iſta legataria acceptando legatum, ad legitimam redire non poteſt, & qui eligit vnũ ex incompatibilibus, ad alterum redire non poteſt, *l. hac verba.* §. *ille, aut ille. ff. de verb. ſignificat.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator legatis certis rebus filiæ, iuſſerit expreſsè ipſam renuntiare de-
58. bere omni legitimæ, † & doti, quam poſſet prætendere ab eius patre, & non renuntiando, non poſſit habere dictum legatum, tunc ſi filia legatum eligit, & expreſsè renunciat, non impeditur petere bona materna, quia tantùm dicitur renuntiaſſe bonis, & hæreditati paternæ, quia renuntiatio eſt ſtricti iu-
59. ris, & non extenditur de perſona ad † perſonam, in bonis renuntiatis, neque de certis bonis ad alia. *l. ſi vnus.* §. *ante omnia*, & *ibi* Iaſ. *col.* 2. *ff. de pactis.* Roman. *in conſil.* 132. *in fin.* Alexand. *in conſil.* 5. *vol.* 2. *& in conſil.* 118. *col.* 3. *vol.* 5. Peregrin. *de ſ. deicommiſſ. art.* 52. *num.* 25. vbi quòd ſi quis renuntiat hæreditati patris, non cenſetur renuntiaſſe fideicommiſſo ſibi debito ſuper dictis bonis, & hæreditate patris, niſi expreſſis verbis renuntiauerit, & inſpectis verbis teſtamenti, iuxta *l. de his. de tranſactionib.* Item ſi filia renuntiat ſucceſſioni patris, non cenſetur renuntiaſſe ſucceſſioni fratris, de quo latiùs ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quaſt.* 14. *art.* 4. Item in hac declaratione non concurrit illa generalitas verborum, *pro omni eo, & toto*, &c. de qua in principio huius caſus, ſed tantùm eſt reſtricta ad prætenſionem legiti-
60. mæ, & dotis ſuper bonis patris, & expreſſio † nominis proprij nõ recipit extenſionem ad aliam perſonam. Crauet. *in conſil.* 98. *num.* 9. Socin. *in conſ.* 104. *num.* 2. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 108. *num.* 4. *vol.* 2. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum, quaſt.* 9. *num.* 12. Curt. iun. *in conſ.* 57. *num.* 2. Gozadin. *in conſil.* 29. *num.* 14. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 16. *num.* 59.

ARTICVLVS IV.

De legatis factis Eccleſiis, & ad pias cauſas.

SVMMARIA.

1. *Legatum factum Eccleſiæ, vel monaſterio eſt ad pias cauſas.*
2. *..factum monacho talis monaſterij eſt ad pias cauſas.*
3. *..factum certis monachis, qui celebrabunt in tali Eccleſia, catenus debetur, quatenus celebrabunt.*
4. *Relatiuum qui, iunctum verbo futuri temporis importat conditionem.*
5. *Conditio de futuro importat cauſam finalem.*
6. *Legatum factum monachis nominatis, qui celebrabunt, debetur etiam monachis ſurrogatis.*
7. *..& monachi legatarij ſunt appoſiti demonſtrationis gratia.*
8. *Demonſtratio officij magis attenditur aliquando quàm nomen proprium.*
9. *Legatum factum hoſpitali, dicitur ad pias cauſas.*
10. *Hoſpitale quando ſit Eccleſiaſticum, & quando laicale.*
11. *Hoſpitale etiam laicorum dicitur locus pius.*
12. *Legatum factum pauperibus dicitur ad pias cauſas.*
13. *..factum pauperi conſanguineo, an cenſeatur intuitu pietatis, vel religionis factum.*
14. *..& quòd ſemper cenſeatur factum intuitu pietatis.*
15. *Legatum factum conſanguineo, vel amico diuiti, etiam pro anima, non dicitur ad pias cauſas.*
16. *Pietas non conſiſtit in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia, & num.* 23.
17. *Legatum factum miſerabilibus perſonis, ſemper cenſetur ad pias cauſas.*
18. *Perſonæ miſerabiles quæ ſint.*
19. *Legata facta miſerabilibus perſonis dicuntur pia, quando concernunt actum pietatis.*
20. *Legatum alimentorum, dicitur ad pias cauſas.*
21. *Alimenta, & cauſa redimendorum captiuorum æquiparantur.*
22. *Pauperes dicuntur, etiam qui viuere non poſſunt ſecundùm qualitatem perſonæ.*
24. *Legatum dotis dicitur ad pias cauſas.*
25. *Dos continet cauſam alimentorum.*
26. *Argumentum ab alimentis ad dotem, & è conuerſo, eſt validum, & num.* 28.
27. *Dilationes breuiores dandæ ſunt tam in cauſa alimentorum, quàm in cauſa dotis.*
29. *Legatum pro maritandis puellis, non comprehendit viduas.*
30. *..& quando vidua veniat appellatione puellarum.*
31. *Legatum dotis factum mulieribus de ſua familia cenſetur intuitu pietatis factum.*
32. *Legatum dotis præſtandum eſt ab vnoquoque hærede inſolidum.*
33. *Legata pia ſi non ſoluuntur ſtatim, an ſint ſoluenda duplicata.*
34. §. Item mixta. Inſtitut. de actionib. *declaratur.*
35. *Cauſa qualibet excuſat à dolo.*
36. *Petitio facti requiritur contra eum, qui tenetur ad faciendum.*
37. *Interpellatio ſemper requiritur ad aliquid faciendum.*
38. *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
39. *Legatum pro incertis, & malè ablatis dicitur ad pias cauſas.*
40. *..pro emendandis foris factis dicitur ad pias cauſas.*
41. *Foris factum quid ſit.*
42. *Relictum pro anima dicitur ad pias cauſas.*

43. *Legatum libertatis eſt ad pias cauſas.*
44. *Legatum cauſa ſtudij eſt ad pias cauſas.*
45. *.. etiamſi pro ſtudio iuriſprudentiæ relictum ſit.*
46. *Ius canonicum, & ius ciuile qualiter ſint connexa.*
47. *.. perfectè non poteſt intelligi ſine legibus.*
48. *Aduocati quandoque meliorem vitã faciunt, quàm fratres prædicatores.*
49. *Aduocati quot fuerunt ſancti.*
50. *Imperatores gloriabantur ſe eſſe de genere Aduocatorum.*
51. *Legata ad pias cauſas non extenduntur ad acquiſita poſt teſtamentum.*
52. *Piæ cauſæ non eſt fauendum, niſi vbi ſpecialiter eſt priuilegiata.*
53. *.. eſt fauendum quando verba patiuntur.*
54. *Interpretatio in vltimis voluntatibus eſt facienda in dubio contra piam cauſam.*
55. L. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. *habet locum, etiamſi pia cauſa ſit ſubſtituta.*
56. *Piæ cauſæ non eſt fauendum contra regulas iuris communis.*
57. *Tiraquell.* de pia cauſa priuilegio 47. *improbatur.*
58. L. qui duos. ff. de manumiſſ. teſtam. *declaratur.*
59. L. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. præd. *declaratur.*
60. *Legata facta coniunctis perſonis non comprehendunt futura.*
61. *Legatum factum fratri intelligitur ſecundùm tempus teſtamenti.*
62. *Legatum qualiter interpretetur ex iunctione ſanguinis.*
63. *Legata pia an Epiſcopus poſſit in aliam piam conuertere.*
64. *Legatum quod poteſt adimpleri de iure, & de facto, ſolus Papa poteſt in alium vſum conuertere.*
65. *.. ſecus ſi teſtator in caſu non adimplementi alterum ſubſtituiſſet.*
66. *Legatum in vſus pios declarandos debetur etiam non facta declaratione per teſtatorem.*
67. *Epiſcopus eſt executor piarum diſpoſitionum, poteſt declarare.*
68. *Legatum factum monaſterio, vt aliquam puellam recipiat in monialem, an ſit ſimoniacum.*
69. *Legatum factum alicui monaſterio pro celebrandis Miſſis an ſit ſimoniacum.*
70. *Simonia non committitur, niſi interueniat pactum, & conuentio.*
71. *Simonia committitur, quando vigore pacti aliquid ſoluitur pro ingreſſu monaſterij.*
72. *Simonia eſt, ſi quis recipitur in religionem, dummodo deferat vnde viuat.*
73. *Legatum annuum factum piæ cauſæ in perpetuum, non extinguitur per centum annos.*
74. *Legatum annuum præſcribitur quadraginta annis pro præterito.*
75. *Legata pia non debentur ex teſtamento inualido, cuius hæreditas adiri non poteſt.*
76. *.. nec debetur ſi hæreditas adiri poſſit, ſed nõ adeatur ex teſtamento, ſed ab inteſtato.*
77. *Legata quando dicantur repetita à venientibus ab inteſtato.*
78. *Iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris.*
79. *Clauſula codicillaris repetit ſucceſſionem ab inteſtato.*
80. *Ardor liciti amoris habet effectum clauſulæ codicillaris.*
81. *Legatum iuris patronatus erigendi ad fauorem tertij, acceptatum per eum cum conſenſu Epiſcopi, non poteſt reuocari in ſecundo teſtamento.*
82. *Menochij opinio* in conſil. 1280. *improbatur.*
83. *Clauſula*, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure donationis, *cur ſit reuocabilis in ſecundo teſtamento.*
84. *Donatio facta in teſtamento eſt reuocabilis.*
85. *Dominium tranſit rectà via in piam cauſam.*
86. *Donatio facta Eccleſiæ ſub conditione eſt valida, & irreuocabilis, & agitur ad obſeruantiam conditionis.*
87. *Bartol.* in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. *communiter reprobatur.*
88. *Donatio facta Eccleſiæ poſt mortem primi donatarij non poteſt reuocari.*
89. *Donatarius ſecundus non agit per rei vendicationem contra tertium poſſeſſorem bonorum donatorum.*
90. *Eccleſia ſubſtituta in donatione, agit rei vendicatione pro conſequendis bonis donatis.*
91. *Dominium in Eccleſiam transfertur irreuocabiliter, etiam ante acceptationem.*

NVNC de relictis ad pias cauſas agẽdum eſt, & primus caſus cauſarum piarum eſt, ſi legatum fiat † Eccleſiæ, 1.
vel monaſterio, Specul. *de inſtrum. editione.* §. *nunc verò aliqua, verſ. & ſcias, quòd inter relicta,* Bald. *in auth. ſimiliter, in princip. C. ad leg. falcid.* Roman. *in conſil.* 225. Idem ſi relictum fuerit alicui monacho † talis monaſterij, quia hoc 2.
cenſetur legatum intuitu pietatis, propter relationem ad monaſterium, ideo ſi dictus monachus eſſet etiam conſanguineus teſtatoris, propter relationem ad monaſterium cenſetur factum intuitu pietatis, Bald. *in l.* 1. *verſ. circa perſonam. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Abb. *in rubric. de teſtam.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator legauerit aliquid annuum certis monachis nominatis, qui celebrabunt in tali Eccleſia, † tunc eatenus debetur 3.
legatum, quatenus in d. Eccleſia celebrabunt, quoniam relatiuum *qui*, † iunctum verbo futuri tempo- 4.
ris, importat conditionem. *l. Stichus qui meus erit. ff. de legat.* 1. & tantum eſt dicere, quantum ipſi habeant legatum, quatenus in Eccleſia celebrabunt. Item quia d. conditio de futuro † importat cauſam 5.
finalem, Bald. *in l. damus. ff. de condict. indebiti.* ideo ceſſante celebratione, legatum non debetur. Item cùm dicta celebratio facienda ſit cauſa finalis, ſequitur, quòd ſi alij monachi † ſurrogati in locum 6.
nominatorum legatariorum celebrauerint, eiſdem debetur d. legatum, & ita reſpondet Eugen. *in conſil.* 17. *in* 2. *dubio*, quoniam legatum factum fuit pro miniſterio celebrandi; ergo illi monachi † le- 7.
gatarij, nominati fuerunt demonſtrationis gratia, quæ non inducit diſpoſitionem in perſonis, ſed in miniſterio, probatur per text. *l. pen. ff. de reb. dubiis,* vbi qui habebat Flaccum Fallonem, & Philonicum piſtorem, legauit vxori Flaccum piſtorem, quæſitum eſt, quis eorum, & num vterque deberetur, reſpondet Labeo, piſtorem legatum videri, perinde ac ſi nomen adiectum non eſſet, & ita magis attenditur illa demonſtratio † officij, quàm nomen pro- 8.
prium, per quam legem Bartol. *in l. demonſtratio, num.* 18. *ff. de condition. & demonſtrat.* dicit aliquando magis ſtandum eſt demonſtrationi, quàm nomini proprio, & dat exemplum ſi Dux proceſſit contra Ioannem poteſtatem Aſſiſij occaſione alicuius delicti

delicti commiſſi in officio qui non vocatur illo nomine Ioannes, ſed conſtat de corpore ex illa demõſtratione officij, certè ſtandum eſt magis illi accidenti, quàm nomini proprio, & hanc doctrinam comprobat Riminald. iun. *in conſil.* 12. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 1. Sed in hoc caſu legatum datum eſt ad vſum monachorum nominatorum, qui celebrabunt; ergo magis attendendum eſt miniſterium celebrantium, quàm nomina monachorum, ita quòd ſi in locum nominatorum alij ſurrogati fuerint ad celebrandum, illi legato potiri debent.

9. Secundus caſus eſt, legatum † factũ Hoſpitali dicitur ad pias cauſas, & licèt Doctores conſtituant differentiam inter hoſpitale Eccleſiaſticum, & laicale, nam Eccleſiaſticum dicunt communiter eſſe, quando authoritate Epiſcopi fundatum eſt, Hoſtienſ. *in ſumma tituli de regularib. num.* 3. *& in tit. de religioſis domibus. num.* 1. *in fin. & in tit. de Eccleſiis ædificandis. num.* 3. *verſ. ſi videtur.* Immol. *in clem. quia contingit, num.* 19. *de religioſis domibus,* & *ibi* Abb. *n.* 5. Zabarel. *in §. final. num.* 2. Lapus *allegat.* 41. *num.* 2. *& in tractatu de hoſpitalitate. n.* 10. *in fin. & num.* 12. Federic. de Sen. *in conſil.* 111. *num.* 2. Felin. *in cap. de quarta. num.* 9. *de præſcript.* & *ibi* Berous *num.* 8. *in fin.* Alexand. *in additionibus ad Bartol. in l.* 2. *ff. de religioſ. & ſumpt. funer. & in conſil.* 9. *num.* 1. *vol.* 2. *& in conſil.*
10. 120. *num.* 1. *vol.* 1. Item Eccleſiaſticum † eſt, quod ab Ordinario de Rectore prouideri conſueuerit, vel à Sede Apoſtolica impetrari, vel ſi Miſſa publicè celebrari, vel aliqui patroni præſentauerint, & Epiſcopus præſentatum inſtituerit. Item ſi hoſpitale inter beneficia Eccleſiaſtica in libro Epiſcopi deſcriptum fuerit, in quibus viſitandi ius exerceat, prout in Rota deciſum eſt, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 6. *titulo Hoſpitale cap.* 1. Laicale verò dicitur quod per laicos adminiſtratur, etiam ſi clerici in pauciori numero interueniant, Roman. *in conſil.* 477. *numer.* 10. Maranta *in quarta parte ſpeciali iudiciorum, diſtinctione* 11. Item ſi ſuper eius adminiſtratione laicus vxoratus præfici conſueuerit, vt fuit deciſum, eſt *in d. titulo Hoſpitale, cap.* 2. Tamen quia in hoſpitali tam Eccleſiaſtico, quàm laicali, pietatis opera exercentur, idcirco Doctores plurimi indiſtinctè te-
11. nent, † dici pium locum. Bald. *in conſil.* 5. *volum.* 3. Angel. *in conſil.* 117. *& in conſil.* 383. Ancharan. *in conſil.* 129. *& in conſil.* 337. Abbas *in cap. de xenodochiis, de religioſ. domib.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 167. *vol.* 2. Roman. *in conſil.* 457. *verſ. vnum eſt, quod refragatur,* Bertrand. *in conſil.* 244. *num.* 3. *lib.* 1. Curt. iun. *in conſil.* 20. *num.* 3.

12. Tertius caſus eſt, legatum † factum pauperibus dicitur factum ad pias cauſas, Specul. *in tit. de inſtrument. edition. §. nunc verò aliqua, verſ. & ſcias,* Bald. *in auth. ſimiliter, num.* 5. *C. ad leg. falcid.* & *ibi* Roman. *num.* 3. Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. illud. C. de ſacroſ. Eccl.* Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ. in præfatione, col.* 3. *verſ. Item relicta pauperibus,* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 115. *num.* 6.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
13. relictum eſt factum pauperi † conſanguineo, quia tunc potius præſumitur factum intuitu conſanguinitatis, quàm pietatis, ita firmarunt gloſſ. & Bald. *in l. illud. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bald. *in d. authen. ſimiliter. num.* 5. & alij relati per Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *num.* 9. & per Tiraquell. *in d. præfatione col.* 6. *verſ. quod tamen intelligendum eſt,* qui addit, niſi teſtator expreſsè legauerit conſanguineo pauperi, vel pro anima ſua, vel pro aliqua alia pia cauſa expreſſa, quia tunc potius præſumeretur relictum intuitu
14. pietatis, † quàm conſanguinitatis, & hanc opinionem latiùs aliis firmat Decius *in conſil.* 120. *col. final.* & Franch. *deciſ.* 4. *num.* 13. Eugen. *in conſil.* 37. per totum. Cõtrariam opinionem ego arbitror eſſe veriorem, quæ vult legatum factum conſanguineo pauperi, ſimpliciter, nulla alia cauſa pia expreſſa, ſemper in dubio cẽſeri relictum ad pias cauſas, quã firmarunt gloſſ. *in c.* 2. *de ſepultur.* Bald. Paul. de Caſt. *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alex. *in conſil.* 158. *col. final. vol.* 1. *& in conſil.* 122. *& conſil.* 123. *vol.* 4. Item Bald. *in d. l. illud. C. de ſacroſ. Eccl.* allegatus pro prima opinione, dicit totum contrarium, nam formaliter dicit, quòd quando coniuncta perſona eſt in neceſſitate, in dubio præſumitur magis propter miſericordiam legatum, & ſic in piam cauſam, quàm propter affectionem, per text. *l. liber captus. C. de captiuis.* vnde quando pietatis congruit perſonæ, tunc in dubio præſumitur relictum ad pias cauſas, & hãc opinionem latiſſimè defendit Iaſon *in conſil.* 88. *vol.* 2. vbi per octo fundamenta illam probat, & poſtea reſpondet contrariis. Item confert pro hac opinione, quia ſi conſanguineo, & amico diuiti aliquid legatum fuiſſet, etiamſi legatum eſſet factum pro
anima, † nihilominus non diceretur ad pias cauſas, 15.
ſed potiùs præſumitur factum propter conſanguinitatem, vel coniunctionem amicitiæ, gloſſa, Bartol. Bald. & Paul. de Caſtr. *in d. l. illud. C. de ſacroſ. Eccl.* Immola *in l. ſi quis Titio, de legatis* 2. Lapus *allegatione*
92. *in* 1. *dubio,* quia pietas † non ſtat in nomine pie- 16.
tatis, ſed conſiſtit in ſubſtantia veritatis, item conferunt ſcripta per Tiraquell. *in d. præfatione piarum cauſarum, verſ. ſed ſi hoc omnino,* vbi quòd quando aliàs relictum non valeret, tunc factum conſanguineo pauperi in dubio iudicandum eſt, eſſe ad pias cauſas.

Quartus caſus eſt, legatum factum perſonis † 17.
miſerabilibus, ſemper cẽſetur ad pias cauſas. Specul. *in d. titulo de inſtrum. editione. §. nunc verò aliqua. verſ. & ſcias quod.* Bald. *in d. auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid.* Aretin. *in l.* 1. *in fin. C. de ſacroſ. Eccl.* Zabarel. & Immol. *in cap. ſignificantibus. de offic. delegat.* Idem Zabarell. *in Clem.* 1. *n.* 13. *de teſtam.* Tiraquel. *in d. præfatione, in verſ. Item relicta viduis,* Menoch. *in d præſumpt.* 115. *num.* 10. *lib.* 4.

Declaratur iſte caſus, vt perſonæ † miſerabiles 18.
ſint viduæ, pupilli, peregrini, cœci, orphani, fugientes ad Eccleſias, leproſi, ſeruiẽtes Eccleſiis, pauperes, captiui, mercatores qui in itinere gabellis grauantur, prout recenſet Anton. de Butr. *in d. c. ſignificantibus. num.* 22. & Belluga *in ſpeculo Principũ, rubrica* 23. *§. ſed pone. num.* 10. Item aduenæ, Theſaur. *deciſ.* 177. Item Eccleſia, Capyc. *deciſ.* 160. Itẽ perſonæ Eccleſiaſticæ, Afflict. *deciſ.* 257. *in princip.* Item virgo, Franch. *in deciſ.* 100. *in princip.* qui cælibem vitam agit, prout eſſe communem opinionem teſtatur Fulgoſ. *in l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & viduas, & ibi* tenet Azo *in ſumma,* & ſequuntur Cyn. Oldrad. Bartol. & alij, item Afflict. *in conſtitut. regni,* quæ incipit, *ſtatuimus, num.* 29. Guido Pap. *deciſ.* 566. Item meretrix. Franch. *deciſ.* 233. *n.* 7. & cæteri miſerabiles, qui numerari non poſſunt, & relinquuntur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr.*
caſu 66. *num.* 5. Intellige hanc declarationem, † vt 19.
legata facta miſerabilibus perſonis, dicantur pia, quando concernunt actum pietatis, nam relictum pecuniarum factum mercatori diuiti, nõ eſt ad pias cauſas, quoniam ille non eſt conſtitutus in neceſſitate, ſed ſi relinquitur aliquid in auxiliũ mercatorum, & aliorum aduenarum, qui ſolent in ciuitatibus alienis grauati, & legatum concerneret exonerationem illorum grauaminum, diceretur ad pias

cau

cauſas. Item ſi quid relinquatur meretricibus pro illis ſubleuandis, & ad pœnitentiam reducendis,eſt ad pias cauſas,ita vt perſonis miſerabilibus legata facta , aliquando dicuntur pia, reſpectu ipſarũ perſonarum,aliquando dicuntur pia intuitu cauſæ piæ, propter quam illi relinquitur, licèt omnes prædicti miſerabiles gaudeant priuilegio *l. unica. C. quando Imperator inter pupillos,& viduas*,& earum cauſæ ſint mixti fori,vt latiùs ſcripſi *in tractatu de iuriſdictione parte 2.cap.21.*

Quintus caſus eſt, legatum alimentorum,† dicitur factum ad pias cauſas, *l.Mela.ff. de aliment.& cibar.legat. in verſ. pietatis intuitu.l.ſancimus.C.de ſacroſ.*
20. *Eccleſ.* vbi cauſa redimendorum † captiuorum , & cauſa alimentorum æquiparantur. §. *interdicimus, in authent.de Eccleſiaſtic.tit.in verſ.egentium pabula*, & alias pias cauſas, & ita firmarunt Bartol. *in l.alio.ff. de aliment.& cibar. legat.* Angel.Immol.& Alexand. *in l. ſi certis annis. C.de pactis.* Cuman. *in conſil.* 30. Dec.*in conſil.*72.*col.*3.Tiraquel.*in d. præfatione piarum cauſarum, verſ.Item legatum alimentorum.*Menoch. *in d.præſumpt.*115.*n.*14.*lib.*4. Surdus *in tractatu de alimentis.tit.*8.*priuileg.*1.

Declaratur iſte caſus,vt procedat ſi alimenta re-
21. linquantur pauperibus,† & iſti intelliguntur, non ſolùm qui famem patiuntur, ſed etiam illi, qui ſecundùm qualitatem perſonæ,& conditionẽ ſuam, non habent tantum,vt condecenter viuere poſſint, & tunc alimenta eiſdem relicta , cenſentur ad pias cauſas, Bart.*in l.*1.*in ſecunda quæſtione ſecunda principalis quæſt. C.de ſacr.Eccl.*& *ibi* Bald. *verſ.ſuper quinta quæſtione.* Idem Bald.*in l.ſi quis ad declinandam , verſ. circa tertium. C. de Epiſcop. & cleric.* vbi loquitur de nobili qui ſatis habet in bonis, vnde naturaliter viuere poſſit , ſed non ſecundùm conditionem ſuæ perſonæ dignitatis , Menoch. *de arbitrar. caſu* 65. *num.*8. *in fin.* Tiraquel.*de nobilitate cap.*20.*num.*148. Barbatia *in conſil.*56. *vol.*1. Imò iſti ſunt pauperiores aliis, quia propter dignitatem perſonæ non poſſunt eleemoſynas quærere. Idem ſi nobilis perſona habeat filias, quas non poſſit ſecundùm qualitatem perſonæ matrimonio collocare, Surd. *in d. tractatu de alimentis tit.*8. *priuileg.*1.*num.*10.Nec eſt vera doctrina Alexand. *in l. diuinum.*4.*ff.ad legem falcid.* vbi quòd erga huiuſmodi perſonas conſideratur potius quædam compaſſio naturalis , quàm religio erga Deum , & ideo quòd huiuſmodi legatum factum
23. prædictis non ſit legatum piæ cauſæ , quoniam † ad cognoſcendum an ſit legatum pium, non attenditur perſona dantis , ſed illius qualitas, cui alimẽta legantur , *l. Mela.ff. de aliment. & cibar. legat.* & ita firmant Cordubenſis *in l. ſi quis à liberis.* §. *idem reſcripſit, num.*77.*ff.de liber. agnoſcend.* Surd. *in d. tit.* 8.*priuilegio* 1. *num.* 14. eſt enim in legatis piis attendenda ipſa veritas, non autem legantis opinio.

24. Sextus caſus eſt , legatum dotis † dicitur ad pias cauſas, quoniam æquiparatur alimentis. *l.cùm is.* §. *ſi mulier. ff. de condict. indebit. in verſ. pietatis cauſa,* & *ibi* ita notant Bald.Angel.& Florian.Io.Andr.*in cap. tua nobis, in verſ.alios, de decimis.* Bartol. *in l. ſi ego,in princip.* §.1.*ff.de iure dot.& in l.ſi conſtante in* 11.*quæſt.* 1.*partis, propè finem. ff.ſolut.matrim.* Ioan. de Anania *in conſil.*57.*col.*1.& alij ad hoc allegati per Menoch. *in d. præſumpt.*115.*num.* 16. *& ſeq.* & per Tiraquel.*in d. præfatione piarum cauſarum,verſ.Item cùm dos.* Item quia dos eſt fauorabilior alimentis. Cyn. *in l.* 1.*in* 3.*quæſt.C.de alendis liberis*, Salyc. *in l. neque mater.C.de iure dot.& in auth. res quæ. col.final.* Bald. Nouel. *in tract. de dote parte* 6. *priuileg.*15. Ripa *in l.* 1, *num.* 54.*& num.*103.*ff. ſolut.matrim.* Tiraquel. *in tract. de primogen.quæſt.*62. *num.* 5. Cyn. & Bartol.
in l.non omni. C. de adminiſtrat.tut. Imò dos † con- 25.
tinet cauſam alimentorum , & habet illorum præſtationem adiunctam. *l. pro oneribus. C.de iure dot.l.ſi cùm dotem. §.ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſolut.matrim.* ergo in hoc alimenta excedit. Item quomodo argu-
mentum † ab alimentis ad dotem,& è conuerſo ſit 26.
validum,& firmiſſimũ,probat Surd. *in d. tract. de alimentis. tit.9.quæſt.1.per totam,* vbi reſpondet omnibus contrariis, & propterea ſcripſi *in l.1.ff.ſolut.matrim. in lectura Piſana, quæſt.* 3. *artic.* 4. de priuilegio cauſæ & inſtantiæ dotis, quòd ſicut in alimentis
ſpecialiter eſt deciſum , vt breuiores dilationes † 27.
dentur. *l. 2.ff. de iudic.*vbi Bartol. *col. pen. verſ. item eſt,& aliud,* gloſſ.*in l.3.§.ſciendum, in ver. ſummatim. ff.ad exhibend.*Bartol. *in d.l.Mela.ff. de aliment.& cibar. legat.* Practica Papienſ. *in forma libelli,quo agitur pro legato rei ſingularis, in princip. num.* 58.Specul. *in tit. de actore col.*2. Surd. *in d. tract. titulo* 8. *priuileg.*2. *num. 6.* Ita etiam in dote, quia validum eſt argumentum de alimentis ad dotem, & è conuerſo. Euerard. *in loco ab alimentis in dotem.* Et licèt mul-
ti negent huiuſmodi argumentationem † propter 28.
aliquas fallentias,tamen omnes in hoc conueniunt, quòd in vtriſque breuiores dilationes dandæ ſunt, Ripa *in d. l.* 1. *numer.* 44. propter fauorem vtriuſque , qui fauor etiam reſpectu piæ cauſæ conſiderandus eſt.

Declaratur iſte caſus, vt legatum dotium relicta-
rum † pro matrimonio collocandis puellis,non cõ- 29.
prehendat viduas , Bald. *in proœmio decretal. in ver. Rex pacificus. num.*25. Iaſ. *in l. diuortio. §.quod in anno. ff.ſol.matrim.& in l.duobus. §. 1 .ff. de iureiur.* Seyſellius *in l. cùm mulier.§.cùm proponeretur. ff.ad Trebel.* Zabarell.*in conſil.*49. Cotta *in ſuis memorialib. in ver. executores teſtamenti*; ſecus ſi legatum diceret pro
collocandis † matrimonio pauperibus mulieribus, 30.
quoniã vidua iuuenis comprehenditur , vt vitetur maius ſcandalum incontinentiæ. *§. optimum.in auth. de non eligend.ſecundo nub.*gloſſa prima *in cap.aperiantur. 31. quæſt.* 1. Item quia etiam ſecundæ nuptiæ habent eundem fauorem atque eadem priuilegia, ad hoc vt ciuitas repleatur hominibus,vt not.*in l.1. C.de indict. viduit. tollend.*

Secundò declaratur, vt dos relicta † pauperibus 31.
mulieribus de ſua familia, cenſeatur potius legata intuitu pietatis , quàm conſanguinitatis , vt ſcripſi ſuperiùs,ita vt etiam ſi in huiuſmodi legato non fuerit ſeruata omnis ſollemnitas iuris ciuilis,debeatur tanquam legatũ ad pias cauſas. Cephal.*in conſil.* 216. *n.* 24. *& ſeq.vol.*2. Mantic.*de coniectur.lib.6.tit.3. num.*14. Euerard. *in loco à libertate ad piam cauſam, in fin.* quoniam legata ad pias cauſas ſuſtinentur in minus ſollemni voluntate , etiam ſi alia legata non valerent , Couar. *in cap.relatum. num.* 3. *de teſtamentis,* Ioan.de Anan. *in conſil.*28. *col.* 3. Immol. *in c.quæ in Eccleſiarum col.pen. de conſtitut.*& alij ad hoc relati per Vaſquium *de ſucceſſ.creat.lib.*3.*§.*22.*num.* 12. *verſ. contrariam ſententiam.*

Tertiò declaratur,vt legatum dotis debeat † præ- 32.
ſtari ab vnoquoque hærede in ſolidum. *l cùm ab vno. ff. de legatis* 1. & hoc eſt etiam verum in cæteris legatis ad pias cauſas,vt ad illorũ præſtationem ſinguli hæredes inſolidum teneantur, Euerard.*in loco à dote ad piam cauſam , ante num.* 6.

Quartò declaratur, vt ſi hæres legatum pium † 33.
non ſoluerit ſtatim, ita vt patiatur ſe in iudicium vocari,tunc duplicatum legatum præſtare teneatur, prout eſt caſus *in §. item mixta. Inſtit.de actionib.* Sed
ille textus intelligitur ſecundùm gloſſam † ibi cõ- 34.
muniter

muniter receptam *in ver. diſtulerit*, quando fraudulenter, & ſine iuſta cauſa diſtulerit; ergo vbi fraus abeſt, & iuſta cauſa ſubeſt, deciſio illius textus non procedit, ſed quælibet iuſta cauſa † excuſat à do-
35 lo, *l. plagij, in 2. C. ad legem Flauiam de plagiariis*. gloſ. *in l. vnic. §. fin. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. l. 1. in fin. ff. de abigeis*. gloſſ. *in l. ſatis pœna. ff. de in ius vocand. l. igitur. §. 1. ff. de liberali cauſ. l. nō poteſt dolo carere. ff. de regul. iuris. l. 1. C. vbi cauſ. ſtat.* gl. *in l. ex conſenſu. §. final. ff. de appellat.* Et ideo ille text. eſt intelligendus in negante ſoluere legatum, non autem in confitente legatum, ſed proponente iuſtam cauſam moræ, vt per gloſſ. *in d. ver. diſtulerit.* Item quia Doct. *in d. §. item mixta*, requirunt, quòd in formatione libelli pro conſecutione legati duplicati, apponatur clauſula, quòd dictus hæres interpellatus ſoluere, recuſauit; ergo dici aduentus non ſufficit. Nam quando aliquis tenetur ad faciendum, † hæc obli-
36. gatio intelligenda eſt, ſi petatur, Iaſ. *in l. vniuerſa col. 1. C. de precib. Imper. offer.* Butr. *in cap. venerabilis. de iudic.* Alexand. *in conſil. 82. col. penult. vol. 1.* text. *l. 1. §. final. verſ. ſi petit. ff. de iure deliber. gloſſ. fin. in princ. in cap. final. de reſcriptis.* Bart. & cæteri *in l. properandū § ſin autem alterutra. C. de iudic.* Bart. & cæteri *in l. 3. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.* Bald. *in cap. 1. §. iudices. de pace iuram. firmand.* Angel. *in conſil. 140. & in l. debitoribus*, & *ibi* Alexand. *de re iudic.* qui Doctores hanc concluſionem in pluribus caſibus
37. declarant, atque ſemper interpellationem † requiri, concludunt. Item quando interpellatus eſſet minor, non procederet diſpoſitio. *d. §. item mixta*, quoniam pia cauſa, & minores æquiparantur, *l. orphanotrophos. C. de Epiſc. & Cleric. Clem. quia contingit. §. vt autem præmiſſa. de religioſis domib.* Roman. *ſingulari 93.* Matheſilan. *ſingulari 44.* & alij per Tira-
38. quell. *de pia cauſa, priuilegio 142.* Sed priuilegiatus † non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. *l. ſed & milites. §. coæqualitas. ff. de excuſat. tutor.* niſi doceat de damno vitando. *l. verum. §. final. & l. ſi apud. ff. de minorib.* Alexand. *in conſil 55. num. 18. vol. 5.* gloſſa *in l. final. ff. ex quib. cauſ. maior.* Sed in hoc caſu agitur de lucro captando, & minor conuentus tractat de damno vitando, quam diſtinctionem ad hoc propoſitum declarat Bartol. *in auth. quas actiones, num. 3. C. de ſacroſ. Eccleſiis, & in l. final. C. de fructib. & lit. expenſis.*

39. Septimus caſus eſt, legatum † pro incertis, & malè ablatis dicitur ad pias cauſas, Tiraq *in d. præfatione piarum cauſarum, verſ. Item pro incertis.* Menoch. *in d. præſumption. 115. num. 28. lib. 4.* qui alios refert. Quibus accedit, quòd cùm aliquid relinquitur pro
40. emendandis foris † factis, dicitur legatum ad pias cauſas, Specul. *de inſtrum. editione. §. nunc verò aliqua.*
41. *verſ. ſexageſimoſecundò quæritur, num. 69.* Foris factū † autem denotat maleficium. *cap. ex parte tua, in 3. & ibi* gloſſa *in verb. foris factis, de priuileg. c. ad audientiam. de præſcriptionib. & ibi* gloſſa eſſe pecuniarias pœnas delinquentium. *c. presbyteri, de pœnis. c. ſi res, in princip. 14. quæſt. 6.* Alberic. *in Dictionario in verbo Forisfacta.*

42. Item ad pias cauſas eſt, quod pro anima † relictum eſt, *§. ſi vnum de prædictis, verſ. occaſionem autem. auth. vt cùm de appellation. cognoſc.* Bartol. & Bald. *in l. 1. C. de ſacr. Eccleſ.* Idem Bartol. *in l. Lucius. ff. de alim. & cib. legat.* Item legatum pro redemptione captiuorum. *l. ſi quis pro redemptione, in verſ. piiſſimam adminiſtrationem. C. de donationib. §. ſi vnum de prædictis. in verſ. ex hac cauſa piiſſima. auth. vt cum de appellatione cognoſc.* Bald. & Paul. de Caſtr. *in d. l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſiis*, qui hoc intelligunt
etiam in captiuis ex delicto. Item † legatum liber- 43.
tatis eſt ad pias cauſas, *l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſar. libertat. l. 1. §. final.* & *ibi* Bald. *C. communia de ſeruis manumiſſ.* Tiraquel. *in d. præfatione, verſ. Itē legatum libertatis*, quæ concluſio generaliter eſt intelligenda, cùm libertas ſimpliciter legata eſt, Immol. *in l. captatorias. de legat. 1.* Iaſ. *in l. captatorias, col. pen. in princ. C. de teſtamtēis*, per text. *d. l. 1. §. fin. C. communia de ſeru. manumiſſ.* Item relictum cauſa ſtudij, dicitur ad pias cauſas, Abbas *in conſil. 36. col. 3. & ſeq. part. 2.* Bartol. *in l. Stichus liber eſto. ff. de legat. 3. & in l. ſi annuum. ff. annuis legatis*, & latiùs per Tiraquel. *in d. præfatione verſ. Item relictum cauſa † ſtudij*, quod declarat procedere ſi eſſet relictum 44.
ſolum pro ſtudio Theologiæ, non pro aliis ſtudiis, poſt Bald. & alios quos allegat, & ſequitur Menoch. *in d. præſumpt. 115. num. 20. lib. 4.* Ego verò credo eſſe relictum ad pias cauſas, etiamſi pro ſtudio † Iu- 45.
riſprudentiæ relictum fuerit, quoniam ius Canonicum eſt practica Theologiæ, & dirigit animas ad Deum ſicut Theologia, gloſſ. *in c. cùm contingat. de iureiurando*, Rebuff. *in tractatu nominationum. quæſt. 5. num. 6. & n. 14.* vbi etiam quòd ius Canonicū, † 46.
& ciuile ſunt adeò connexa, vt vnum ſine altero vix intelligi poſſit, Bald *in procemio Decretaliū*, vbi quòd iuris Canonici ſanctitas iuris ciuilis ſublimitate decoratur, & iuris ciuilis maieſtas canonum authoritate firmatur, & vnū propter aliud coruſcat, & ideo ſæpe Papa in iure Canonico allegat leges ciuiles, quæ loca congerit Rauennas *in Alphabeto in ver. lex. in 2.* Item quia ius Canonicum † perfectè non po- 47.
teſt intelligi ſine legibus; cùm ſit medulla legum, Barbat. *in c. conqueſtus col. 3. de foro compet.* Et Cicero *in lib. 3. de oratore* dicit, nudos ad rempublicā gerendam eos venire, qui ſolam legalem habent ſcientiam, niſi ius Pontificium nouerint, quod eſt ſibi coniunctum. Item quod dicitur eſſe legatum pium quod relinquitur pro ſtudio Theologiæ, quod deſeruit animæ; idem dicendum eſt de ſtudio Iuriſprudentiæ. Nam Aduocati,† qui legibus vtuntur, 48.
meliorem vitam faciunt, quàm fratres prædicatores. Hoſtienſ. *in procemio ſuæ ſummæ*, quem citat, & ſequitur Alberic. *in l. 1. propè finem. ff. de iuſtit. & iur.* Ripa *de priuileg contract. cap. pen. num. 217.* Item D. Ambroſius † vndecim annis in Curiis, & in foro 49.
cauſas egit, item Germanus, & Liſcardus fratres Diui Leonardi, qui & ipſi cùm Aduocati fuiſſent, in numerum Sanctorum relati ſunt, item Iuo Aduocatus inter beatos connumeratur, pro vt de omnibus ſcribit Sarnenſ. *in cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* Sed Aduocati munus ab eo exerceri non poteſt, qui vtrumque ius non calleat, teſte Cicerone in loco præcitato, & experientia, quæ eſt rerū magiſtra. Quamobrem ad tantum decus, & honorum culmen Aduocatorum dignitas prouecta eſt, vt ad gloriam nominis, & laudem referrent Imperatores † ſe ab ordine Aduocatorum genus trahere. 50.

Hucuſque ſcripſimus quæ ſint legata ad pias cauſas, & plurima addidimus vltra ea, quæ à noſtris prædeceſſoribus ſcripta fuere, ita etiam fecit Bartol. ſcribens materiam proteſtationis *in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nuntiatione*, vt ipſe atteſtatur *ibi num. 9. verſ. Ideo ego de omnibus.* Nunc agendum eſt de multis caſibus, vltra ſcriptos per Tiraquell. qui ad declarationem priuilegiorum piæ cauſæ pertinent. Et

Primus eſt, legata ad pias cauſas non habēt priuilegia, vt extendantur ad acquiſita † poſt teſta-
mentum, quæ in legato non continentur. 51.
l. ſi ita ſcripſiſſet. de legat. 2. l. ſcribit. §. idem ſcribit. ff. de au-

ro,

ro, & arg.legat. quoniam in dubio non eſt priuile-
52. giata † pia cauſa, niſi expreſsè ſic fuerit, *c.ex tenore. de foro compet.in verſ. Nos attendentes, quòd ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores, quòd aliis iniuſtitiam facere non debeamus.* Idcirco non eſt fauendum piæ cauſæ contra expreſſas regulas iuris communis. *cap. 1. de teſtam lib.6.* vbi nihil fauetur piæ cauſæ ſubſtitutæ, & eſt communis opinio contra piam cauſam, de qua per Doct. *in l.fin.C.de impuber. ſubſtit.* vt atteſtatur Pariſ. *in conſil.86. num.74.vol.2.* nam tunc fit exem-
53. ptio propter fauorem piæ cauſæ, † quando verba patiuntur, *l.libertas.§.finãl. ff. de manumiſſ. teſtam. in verſ. fauor libertatis exigit, & verba patiuntur.* Item quando ſumus in qualibet ſpecie vltimarum volũtatum, & pia cauſa non reperitur expreſsè priuile-
54. giata, de iure ſemper eſt facienda † interpretatio contra piam cauſam. Pariſ. *in d.conſil. 86.à num.70. infra vol.2.& in conſil.77.num.44.volum.1.* Paul. de Caſtr. *in conſil.236. vol.1.* Aretin. *in conſil.33.num.4.* Dec. *in conſil.273.* qui allegat alios, *& in conſil.391. col. final. verſ. non obſtat*, referendo alios *in conſil. 159.* Socin. *in conſil. 77. & conſil. 80.vol.1. & in conſil. 26. num.7.vol 4.* Decian. *in conſil.10.num.74.vol.4.* Bertazol. *in conſil. ciuil. 58.num.25.* Oldrad. *in conſil.215.* Eámque opinionem in dubio contra piam cauſam tenuerunt Bartol. & alij communiter *in l. hæredes mei. §. cùm ita ff.ad Trebel.* videntes quòd diſ-
55. poſitio *l. cùm acutiſſimi.* † *C. de fideicommiſſ. & l.cùm auus. ff. de condit. & demonſtrat.* procedat etiamſi pia cauſa ſit ſubſtituta. Socin. *in d.l.cùm auus,* aſſerit eſſe communem, & quòd non ſit fauendum piæ cau-
56. ſæ † contra regulas iuris communis. Idem Socin. poſt alios *in l.2.in princip. ff.de vulgari, & pupill.* Dec. *in l. precibus. C. de impuber.ſubſtit.* Repetentes omnes *in l. centurio. ff. de vulgar.* vbi concludunt, quòd tacita pupillaris non habet locum matre exiſtente in medio, etiamſi pia cauſa ſubſtituta fuerit, Paul. de Caſtr. *in l. cùm ſtipulamur, num. 3. ff. de verb. obligat.* Neque obſtant rationes, quæ in contrarium allega-
57. ri poſſunt, & prima ratio Tiraquell. † *de pia cauſa priuileg.47.* vbi quòd priuilegium piæ cauſæ eſt, vt interpretatio fiat de tempore in tempus etiam contra voluntatem teſtatoris, quia Tiraquell. allegat *l.*
58. *qui duos.* † *ff.de manumiſſ.teſtam.* vbi ſi legatur libertas cùm moritur teſtator, valet legatum poſt mortem, quia aliàs legatum redderetur eluſorium; idcirco nõ fit extenſio de corpore in corpus, ſed quando legatum aliàs non valeret, fit validum; ſed nos agimus de quantitate legata ad alteram non comprehenſam, videlicet acquiſitam poſt teſtamentum. Secunda ratio quæ poteſt allegari, in contrarium, ex text.
59. *l.ſi ſeruitus.* † *ff.de ſeruit. vrb. prædiorum, in verſ. & humanius eſt verbo generali, omne lumen ſignificari,* & ita quando conſideratur fauor, venit tempus futurũ, quia ibi non continetur lumen futurum propter humanitatem: ſed quia promiſſio ſeruitutis erat, ne officiatur luminibus, & ita poterat offici per lumen futurum, ſicut per lumen præſens, ſecus eſt, ſi ſimpliciter ſeruitus luminis impoſita fuerit, tunc enim non venit lumen de futuro, vt *ibidem 1. l.reſpõſo.* Tertia ratio deſumitur ab authoritate Socini *in l. 1. num.10.verſ. ſecundus caſus, & verſ. ex quo infertur, & verſ. tertius caſus. ff. de reb. dubiis*, vbi quòd regula *l.ſi ita ff. de auro, & argento legato,* fallit fauore piæ cauſæ, & coniunctæ perſonæ. Bellon. *in conſil. 5.num.8.* quia Socin. non probat hanc limitationem, & ſtandum eſt regulæ, quòd non eſt fauendum piæ cauſæ, niſi expreſsè appareat priuilegiata: & dum ego eram, & ſum in hac opinione; nihilominus in Collegio Piſano maior pars votantium fuit contra meam opinionem, pro pia cauſa, iuxta limitationem Socini allegabant ad *d.l.ſi ita.*

Et dum dicebat ibid. Socin. quòd *d.l.ſi ita,* limitatur etiam fauore coniunctæ perſonæ, ego etiam ſum in contraria opinione, quoniam habemus iura
clara, † quòd legata coniunctis perſonis non com- 60.
prehendunt futura, quando verba nont ſunt apta illa comprehendere, *l.his verbis. de legatis 3. l.vxori. §.vxori, eod. tit.* & quòd iura loquentia de coniunctis perſonis comprehendant etiam vxores, eſt caſus *l. cùm alienam. C. de legat. & in l. final. §. cum autem in confinio. C.de furt. & l.quintus. §.final. cum gloſſ. ff. de aur. & arg.legat.* & ita reſpondit Bero. *in conſil. 44. num. 2.vol.2.* & tamen attenditur tempus teſtamenti, non autem mortis, vt eſt caſus deciſus, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 61. num 40.* vbi atteſtatur eſſe veriorem, & communem concluſionem; ſic in legato facto fratri, eſt caſus *l.ſi n. §.1. de legat. 2.* vbi legatum fratri, per verbum præſentis temporis,
intelligitur ſecundùm tempus † teſtamenti, non 61.
autem mortis, & *ibi* Cuman. dicit eſſe communem opinionem. Item quia coniunctio ſanguinis non operatur pluſquam ſignificatio verborum. *l. pediculis. §. item cum quæreretur. de legat. 2.* Cephal. *in conſil. 14. num. 32.* ergo ceſſat præſumptio coniunctionis, quia intelligitur in dubio, & quando non habemus interpretationem verborum à iure, vel à communibus concluſionibus. Pariſ. *in conſil. 58. vol. 3.* ipſa
enim coniunctio ſanguinis operatur, vt legatum, † 62.
quod aliàs non valeret ex defectu ſollemnitatis, propter coniunctionem ſanguinis valeat, quia iſta coniunctio idem operatur, ac ſi eſſet clauſula codicillaris, vel clauſula, omni meliori modo, ſed non operatur, vt legatum pinguius interpretetur, vt per Magon. *in deciſ. Florentin. 146.* & per Afflict. *in deciſ. 44. num.24.* qui iudicauit ceſſare latam interpretationem ad fauorem coniunctæ perſonæ, quando ex verborum interpretatione apparere poteſt, teſtatorem aliter voluiſſe per veram interpretationem Doctorum. Theſaur. *deciſ.168.*

Secundus caſus eſt, vbi legata pia † propter ali- 63.
quod impedimentum adimpleri non poſſunt, tunc Epiſcopus examinata cauſa iuſta poteſt in aliam piam cauſam cõuertere, & morientium voluntates alterare, Bald. *in l.ſi teſtamentum, num.3. C.de teſtam.* Felin. *in c.ſuper his.col.2.de accuſat.* Immol. *in l. 1. col. 2.de conditionib. inſtitut.* Barbat. *in conſil.23.num.2 vol. 1.* & hoc eſt diſpoſitum per Concilium Tridentin. *in ſeſſione 22.cap.6. de reformatione,* vbi quòd Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ, id facere debent, & ideo Rota *in deciſ. 1122. parte 3. in Nouiſſimis*, quòd vbi Epiſcopus videt non adimpleri per executores voluntatem teſtatoris, poteſt in aliam diſpoſitionem commutare; ſed Didacus à Carcerib. *in ſpeculo teſtamentorum gloſſ. 28. rubrica de executorib. teſtam. num.26.* firmat, quòd ſi voluntas pia poteſt exequi, & adimpleri, citra impedimentum iuris, & naturæ, tali caſu mutari non debet, ſed prout teſtator iuſſit, adimpleri debet.

Declaratur iſte caſus, nam quando relictum eſt tale, quod poteſt adimpleri de iure, & de facto ſe-
cundùm intentionem teſtatoris, tunc ſolus † Papa 64.
poteſt commutare illam piam in alteram piam diſpoſitionem, ita dicit Bald. *in l.legatum. ff. de vſufr. legat.* Canoniſtæ omnes *in cap. nos quidem. de teſtam.* & eſt textus *in Clem.quia contingit. de religioſis domib.* Sed hoc intelligitur, dummodo ipſe teſtator, in ca-
ſu non adimplementi † illius operis, quòd ipſe piè 65.
diſpoſuerat, ſubſtituiſſet Hoſpitale, vel aliam cauſam piam, tunc enim diſpoſitio in contrarium fieri

non

non poſſet, & ſi derogaretur tali piæ voluntati ſubſtitutæ, non poſſet detineri cum bona conſcientia ab illo loco pio, in cuius beneficium eſſet facta talis commutatio, & derogatio, ita probat Bero. *in conſil.* 49. *per totum*, *vol.* 2. & ſequitur Raudenſ. *in deciſ. Piſana* 44. & vterque hoc probant per multas rationes.

Tertius caſus, vbi teſtator legauit aliquam quan-
66. titatem in vſus pios declarandos † per eundem teſtatorem, tunc etiam non ſequuta declaratione, legatum ab hærede præſtandum eſt, nam omnia legati ſubſtantialia concurrunt, videlicet teſtator legans, quantitas certa legata, & pietas vſuum, & ſicut omiſſio perſonæ non dicitur taliter de ſubſtantia, quin à iure poſſit ſuppleri. *l. nulli. C. de Epiſcop. & cleric.* ita omiſſio vſuum piorum, quoniam legatum Deo factum dicitur. Abb. *in conſil.* 11. *volum.* 2. *verſ. non obſtat. parte* 2. Mantic. *lib.* 5. *tit.* 15. *numer.* 35. Maſcard. *concluſ.* 1171. *num.* 3. *& ſequent. & num.* 73. *& ſequent.* Item quoniam Epi-
67. ſcopus † qui eſt executor piarum diſpoſitionum factus à lege, *c. nos quidem. c. ſi hæredis. c. Ioannes, & c. tua, de teſtamentis. d. l. nulli. C. de Eſpiſcop. & cleric.* & de hoc ſcripſi ſuperiùs *in artic.* 1. ipſe poterit declarare, ſicut ſi legatum vel fideicommiſſum eſſet factum pauperibus, vt Bartol. & communiter omnes *in l. Centurio*, & confert ad iſtum caſum, ſimilis qui eſt *in l.* 2. *ff. de hæred. inſtit.* Item in ſimili ſi teſtator legauerit quantitatem certam ad pias cauſas, ſoluendam ab eo, quem teſtator declarauerit, nulla per eum facta declaratione, legatum eſt validum, & debetur ab hærede, ita fuit reſolutum in Rota Romana, eſt *in Digeſt. Nouiſſim tom.* 5 *tit. Legatum. cap. pio loco.*

Quartus caſus eſt, legatum factum alicui † mo-
68. naſterio, vt aliquam puellam recipiat in monialem, dicitur eſſe ſimoniacum, ita tenet Bartol. *in l. Titio centum.* §. 1. *ff. de condit. & demonſtrat. & in l.* 2. *C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi refert ita conſuluiſſe Recuperium de ſancto Miniato, & quòd omnes poſtea ſequuti ſunt, Immol. *in d. l. Titio centum.* §. 1. Angel. & Immol. *in l. ille autem. ff. de hæred. inſtit.* & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Alexan. *in d. l.* 2. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & *ibi* etiam Dec. Item Ioan. de Anania *in c. non ſatis. numer.* 8. *de ſimon.* & poſt alios Natta *in conſil.* 618. *per totum.* Item confert ad com-
69. probationem caſus ſimilis. Ita legatum † factum alicui monaſterio pro celebrandis tot Miſſis in hebdomada, eſt ſimoniacum, Ioan. de Immol. poſt Innoc. *in cap. ſignificatum num.* 12. *de præbend.* & ita conſuluit Burſat. *in conſil.* 226. *num.* 109. *vol.* 2.

Sed contraria opinio eſt verior, quoniam ſimo
70. nia † non committitur, niſi interueniat pactio & conuentio, Innoc. *in c. cum M. Ferrarienſis. num.* 4 *de conſtit.* & Hoſtienſ. *in d. c. ſignificatum*, intelligit Innoc. doctrinam procedere, quando eſſet factum pactum cum monachis de Miſſis celebrandis, ſed ceſſante d. conuentione non eſſe ſimoniam, probat Ripa per aliquas rationes *in l. ex facto, in princip. col. fin. ff. ad Trebell.* & alij ad hoc allegati per Theſaur. *in quæſt. forenſi* 86. Item quòd legatum monaſterio pro puella moniali facienda non ſit ſimoniacum, ſed omninò debeatur, probat Surdus *in conſil.* 295. *per totum vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, vt ſimonia † dicatur com-
71. mitti, quando vigore conuentionis, & pacti aliquid ſoluitur monaſterio pro ingreſſu religionis, atque receptio nulla exiſtit, pro vt eſt caſus *in cap. quoniam ſimoniaca labes, de ſimonia*, vbi diſponitur, quòd religioſi per pretium recepti, de monaſterio expellantur, & in arctioribus monaſteriis ad peragendam pœnitentiam detrudantur. Item *cap. tua nos. de ſimon.* vbi ſi quis dat bona ſua Capitulo, vt ibi recipiatur in Canonicum, & illa bona habeat in præbendam, ſimonia committitur, & hanc opinionem firmant Innoc. *in d. c. tua nos*, & *ibi* Abb. *num.* 1. Bald. *in l. ſi quemquam. verſ. breuiter veritas. C. de Epiſcop. & cleric.* & ita fuit deciſum in Capella Tholoſana, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 2. *titulo Simonia, cap. licet*, & ad hoc probandum conferunt ſcripta per Maynardum *in deciſ.* 1. *& deciſ.* 70. *part.* 1. Item dicit Innoc. *in d. cap. tua nos, in verſ. recipiunt, de ſimonia*, quòd ſi conuentuales dixerint, recipimus
te in conuentualem noſtrum, ſi tu detuleris † vn- 72.
de viuas, quia bona Eccleſiæ non ſufficiunt, niſi nobis, quòd iſta verba non excuſant à ſimonia, quoniam paupertas non excuſat, & ideo non poteſt fieri per pactum, quod de iure non licet. Item dicuntur pecuniæ ſolui per pactum, quando inter monachos in Capitulo proponitur pactitus recipiendi aliquem in monaſterio, quia ſoluit certam quantitatem pro ſubueniendis neceſſitatibus monaſterij, nam propterea recipitur, quia ſoluit, & dicta aſſertio probat inter contrahentes in eorum damnum. *l. optimam. C. de contrahend. & committ. ſtipulat.* & licèt dicat, pro ſubueniendis neceſſitatibus noſtris, tamen quia ſumus in prohibitis, ideo non ſtatur aſſertioni partium, quæ volebant facere contractum validum. Natta *in conſil.* 490. *numer.* 26. Riminald. iun. *in conſil.* 52. *num.* 34. *volum.* 1. Crauet. *in conſil.* 175. *numer.* 2. Dec. *in conſil.* 132. *col.* 1.

Quintus caſus eſt, legatum † annuum factum ad 73.
pias cauſas in præteritum, non extinguitur poſt centum annos, & hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem probat Riminald. iun. *in toto conſil.* 219. *volum.* 2. qui reſpondet contrariis, atque refert viginti tres Doctores, qui illam confirmarunt; ſed de hac opinione dubito. ſcribam inferiùs *in artic.* 12. Eandem multis aliis modernis relatis confirmat Gratianus *in deciſ.* 22. *num.* 4. *in diſceptation. forenſ. cap.* 131. *in princip.* licèt ipſe diſceptationem proponat ſub titulo præſcriptionis, & potiùs ſub nomine extinctionis ſcribere opus erat, prout ſcribit Riminald. *in d. conſil.* 219. quem ipſe ſequitur, ſunt enim differentes termini, nam præſcriptio præſupponit negligentiam in exigendo, & extinctio præſupponit per ipſos centum annos exactionem factam fuiſſe, & dubitari an vlteriùs debeatur. Item quia in præſcriptione annui legati,
veriùs eſt, vt quadraginta annis † præſcribatur, 74.
quoniam hæres ante agnitionem, & acceptationem legati, hoc tempore præſcribere poteſt, Dec. *in conſil.* 554. Socin. *in conſil.* 2. *in fin. volum.* 3. Balbus *de præſcriptionib. in* 2. *parte tertiæ partis principalis, quæſt.* 13. *verſ. tertiò limitatur.* Couar. *in lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 9. *num.* 5. Beccius *in conſil.* 48. *num.* 4. *volum.* 1. qui alios referunt, & ita fuiſſe iudicatum atteſtatur Theſaur. *in quæſt. forenſi* 41. *& quæſt.* 86. *num.* 5. *part.* 1.

Sextus caſus eſt, legata † pia non deben- 75.
tur ex teſtamento inualido, cuius hæreditas adiri non poteſt, vt probaui ſuprà in hac parte *quæſt.* 8. *art.* 4. & *ibi* etiam ſcripſi, quòd nec debentur à venientibus ab inteſtato, à quibus repetita non fuerunt. Nunc addo eandem concluſionem eſſe veram, etiamſi teſtamentum ſit validum, & ex eo hæreditas

76. nõ adeatur, † ſed ab inteſtato adita ſit, ita probatur in libertate, *l. 2. l. Antoninus. l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. & Inſtit. de eo cui bona libert. cauſa addicuntur, in princip. l. ſi iure. C. de teſtament. manumiſſ.* Sed valet argumentum de libertate ad piam cauſam, ipſa enim æquiparantur in iure, quando militat eadem ratio, & contrarium nõn reperitur ad diſpoſitum, vt poſt alios relatos, probat Euerard. *in loco à libertate ad piam cauſam.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando legata † ſunt repetita à venientibus ab inteſtato, vt quia teſtator iurauit, quòd iuramentum in teſtamento appoſitum habet vim † clauſulæ codicillaris. Riminald. iun. *in conſil. 770. num. 31. vol. 7.* Burſat. *in conſil. 307. num. 128. volum. 3.* Seraphin. *de iurament. priuileg. 97. num. 3.* Turret. *de clauſula codicillari quæſt. 141.* Vel expreſsè eſſet appoſita dicta clauſula codicillaris, † cuius effectus eſt repetere ſucceſſionem à venientibus ab inteſtato. Bartol. *in l. ex ea. §. ex his verbis. ff. de teſtam.* Alex. *in conſil. 12. volum. 2.* Decius *in conſil. 369. num. 2.* Item ſi in teſtamento eſſet inſtitutus hæres, cuius amore cenſetur ſubintellecta clauſula codicillaris, quoniam ardor † liciti amoris habet illius effectum, Bald. *in d. l. ſi iure. C. de teſtament. manumiſſ.* Rom. *in l. ſi verò. §. de viro in 26. fallent. ff. ſolut. matrim. & ibi* Iaſ. *in 3. limitat. & in l. eam quam col. 6. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis col. final. de legat. 1.* Cotta *in memorial. in ver. Amor licitus*, & alij ad hoc allegati per Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. num. 162.* Tunc enim, ſicut in libertate, bona adiiciuntur, ad effectum conſequendi legata, vt *in dictis legibus*, ita pia cauſa poteſt petere bona ſibi adiici pro conſequendis legatis, vt probat Gabriel *in conſil. 89. vol. 2.* vbi etiam probat, quòd de æquitate canonica ad euitandum circuitur, ipſa legata debentur.

77.

78.

79.

80.

81. Septimus caſus eſt, legata † pia acceptata per legatarium cum conſenſu, & authoritate Epiſcopi, ſi requireretur ad actum, etiam primo teſtamento reuocato per ſecundum teſtamentum validum, debita ſunt, & peti poſſunt. Vt ſi teſtator in primo teſtamento iuſſerit, erigi vnum ius patronatus ad fauorem Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, cum conſenſu Epiſcopi, nam ſi viuente, & ſciente teſtatore dicti Canonici acceptarunt legatum, & Epiſcopi conſenſus interuenerit, tunc dicuntur interueniſſe omnia neceſſaria ad conſtructionem, & fundationem iuris patronatus. Idcirco teſtator reuocando primum teſtamentum, non potuit reuocare iuſpatronatus perfectè, & validè fundatum, ita in puncto probat iſtum caſum Lambertin. *in tract. de iure patronatus lib. 1. quæſt. 4. art. 10. num. 4.*

82. Neque obſtat conſilium Menochij † 1280. *volum. 13.* vbi reſpondit contrarium de directo, videlicet, quòd dicta doctrina Lambertini non eſt recipienda, quia Bald. *in l. hæredes palam. §. final. in fine. ff. de teſtamentis*, dicit, quòd donatio inter viuos facta in teſtamento, eſt reuocabilis ſecundùm naturam teſtamenti.

Neque obſtat conſilium Menoch. 1280. *volum. 13.* vbi reſpondit contrarium de directo, videlicet, quòd doctrina Lambertini non eſt recipienda, quia illud conſilium eſt poſthumum, & forte ideo prætermiſſum ab authore in vita, quia nulla bona ratio in eo allegatur, ſolus Baldus inducitur *in l. hæredes palàm. §. final. de teſtam.* ad probandum, quòd donatio perfecta in teſtamento facta, reuocari poteſt: ſed neque hoc dicit Bald. ſed quòd in teſtamento clauſula poni poteſt, ſi non valet iure teſtamenti, † valeat iure donationis, & dicit 83.
quòd iſta clauſula cum ipſo teſtamento reuocari poteſt, & ratio eſt, quam ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte 3. cap. 83. numer. 5.* quia dicta donatio diceretur facta ſub turpi conditione, ne teſtamentum reuocari poſſet, & ita repugnaret bonis moribus, quia libera teſtandi facultas impediretur, *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* Item quia talis donatio ſequitur naturam teſtamenti, in quo facta eſt, vt ibi probaui. Et licèt ego etiam diffusè firmauerim ſuprà in hac parte, *quæſtion. 4. articul. 2.* quòd omnis donatio, † 84.
etiam rei particularis facta in teſtamento, eſt reuocabilis cum ipſo teſtamento; tamen illa opinio non procedit in pia cauſa, in quam dominium tranſit † recta via, abſque traditione. *l. vt inter diuinum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſicut dicimus in donatione facta ad piam cauſam, ſub aliqua conditione, nam ante illius implementum reuocari non poteſt, quoniam cenſetur facta Deo. Abbas *in conſil. 11. col. 2. verſ. non obſtat part. 1.* Natta *in conſil. 124. numer. 13.* Mantic. *de coniectur. lib. 5. titul. 15. num. 35.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1171. num. 3. & ſequent. & num. 73. & ſequent.* quia conditio importat onus, ſiue modum, & etiamſi obſeruata non fuiſſet, donatio † eſt irreuocabilis, nam quidquid 86.
ſit in cæteris donationibus; in hac tamen agendum eſt, vt pacta ſeruentur, gloſſ. Zabarell. Abbas, & Præpoſit. *in cap. verum. de conditionibus appoſitis*, ita intelligentes illum text. Felin. *in cap. verum. numer. 7. de foro compet.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. numer. 5. verſ. ſed ſi Eccleſiæ. ff. de donationib.* Couar. poſt alios relatos *in lib. 1. var. reſolut. cap. 14. numer. 6.* Et propterea illa opinio Bartoli, † quam tenet 87.
in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obligat. quòd ſi quis donat Titio, & poſt eius mortem Eccleſiæ, vigore *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo*, poteſt ipſe donans † de conſenſu primi donatarij re- 88.
uocare donationem factam ad fauorem Eccleſiæ, eſt communiter reprobata, nam in Eccleſiam ipſo iure eſt tranſlatum dominium; & quòd opinio Bartoli ſit communiter reprobata, firmarunt, & atteſtantur, Paul. de Caſtr. *in conſil. 164. col. 7. verſ. ſed contra hoc facit. volum. 2.* Benedict. *in cap. Raynutius, in ver. ſi abſque liberis, in 2.* in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, *numer. 23.* vbi quòd magis communiter Doctor. tenent contra Bartol. Corn. *in conſil. 68. col. 3. verſ. non obſtant adducta, volum. 3.* vbi refert, contra Bartol. tenere Paul. de Caſtr. Franciſc. Allergott. Ioan. Andr. & Salyc. & ita etiam dixit Dec. *in conſil. 58. numer. 3. in verſ. non obſtat quòd ius.* Idem Dec. *in conſil. 238. num 5. verſ. non obſtant allegata*, vbi quòd in dicto Bartoli, non eſt faciendum fundamentum, quia multi tenent contrarium. Item Bartoli opinionem non eſſe tutam, & contra eum tenere ſupradictos Doctores, dixit Menoch. *in conſil. 92. numer. 75. & 77.* vbi quòd in reuocatione dictæ donationis requiritur etiam conſenſus donatarij, & *in conſil. 161. num. 49. volum. 2.* allegat etiam Aretin. *in l. 3. ff. de ſeruis exportand.* Ioan. Lupus *in rubric. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 54. in fin.* Item quòd Bartol. ſit reprobatus in hoc, dicit Cephal. *in conſil. 12. num. 36. vol. 1.* & quòd ab omnibus penè reprobetur, dicit Roderic. Suarez *allegation. 2. num. 4.* & magis plenè Marc. Solon *de pace in conſil. 26. numer. 8. verſ. primo*, quia contra Bartol. & Petr. Duenas *regula 2:6. verſ. eſt tamen notandum*, Anton. Gomeſ. *in l. Tauri 40. num. 29. verſ. ſed his non obſtantibus.* Hinc eſt, quòd licèt

89. licèt ſecundus donatarius † priuatus non poſſet
agere per rei vendicationem contra tertium poſ-
ſeſſorem bonorum donatorum, poſt mortem pri-
mi donatarij, quia in ipſum ſecundum donatarium
non eſt tranſlatum dominium. Couar. *in l.* 1. *variar.
reſolut. cap.* 14. Alciat. *in conſil.* 3. *num.* 13. *&* 16. vbi
atteſtatur eſſe magis communem opinionem, *& in
conſil.* 75. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 8. Tiraquell. *de conſtituto
part.* 2. *ampliat.* 30. *n.* 3. *& ſeq.* Guido Pap. *deciſ.* 512.
Magon. *deciſ. Florentin.* 102. *num.* 16. *& deciſ. Lucenſ.*
38. *num.* 8. Franch. *deciſ.* 74. & de hoc ſcripſi *in voto*
49. inter deciſiones Piſanas. Tamen quando Eccle-
90. ſia † eſt ſubſtituta in donatione, in eam transfertur
dominium, † imò transfertur irreuocabiliter, etiam
abſque acceptatione, Iaſ. poſt alios *in d. l. qui Roma.
§. Flauius, num.* 19. *& ſeq. in* 2. *limitat. ff. de verb. oblig.*
Dec. *in conſil.* 239. *ante num.* 6. *verſ.* 3. Crauet. *in con-
ſil.* 19. *num.* 11. Couar. *in d. lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 14.
num. 11. *& ſeq.* vbi atteſtatur de communi, *& num.*
14. Cephal. *in conſil.* 33. *num.* 5. *& ſeq. vol.* 1. Ioſeph.
Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 29. *num.* 12. *&* 18. Quare
dictum iuſpatronatus factum ad fauorem Canoni-
corum, de conſenſu Epiſcopi in primo teſtamento,
non poteſt reuocari in ſecundo teſtamento, quia
licèt primum ſit reuocabile per ſecundum, non ta-
men in præiudicium Eccleſiæ, in quam eſt tranſla-
tum dominium, quoniam omnia ſolemniter acta
fuerunt, & ita doctrina Lambertini remanet ve-
ra.

ARTICVLVS V.

De legatis factis de rebus alterius.

SVMMARIA.

1. *Legatum rei alienæ an, & quomodo debeat ab hærede præſtari.*
2. *Teſtator legando rem, quam habet communem cum altero, cenſetur legaſſe partem ſuam.*
3. *Legati rei alienæ ſcientia probatur per coniecturas.*
4. *Legatum vineæ communis cenſetur factum de parte teſtatoris.*
5. L. cùm alienam. C. de legat. *habet locum in inſtituto in re certa.*
6. *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, debetur.*
7. *.. etiamſi illa res aliena eſſet Eccleſiæ.*
8. *Legatum rei alienæ non debetur, quando æſtimatio illius abſorberet hæreditatem totam.*
9. *Legatum rei alienæ magni valoris non debetur, etiam ſi eſſet factum coniunctæ perſonæ.*
10. *Præſumptio ex coniunctione ſanguinis tollitur per præſumptionem ignorantiæ tanti valoris.*
11. *Teſtamentum eſſe nullum eſt tolerabilius, quàm aliquem admitti contra voluntatem teſtatoris.*
12. *Legatum rei alienæ factum ab hærede, alteri cohæredi an debeatur in æſtimatione.*
13. *Hæres non tenetur de euictione prælegati facti alteri cohæredi.*
14. *.. limitatur ratione æqualitatis ſeruandæ.*
15. *Legatum quando eſt factum in genere, tunc hæres tenetur de euictione.*
16. *Legatum rei alienæ ignoranter factum pro anima, an debeatur.*
17. *Legatum factum piæ cauſæ cenſetur factum Deo.*
18. *Legatum rei meæ mihi factum, aliquando eſt validum, ſi erat alteri obligata.*
19. *Legatum rei teſtatoris, alteri obligatæ pro tanto pretio, quanti valet, eſt validum.*
20. *Gloſſæ opinio in §. ſi rem. Inſtit. de legatis, non recipitur.*
21. *Legatum factum Titio de eadem re, vt à duobus hæredibus præſtetur inſolidum, ab eorum altero debetur in æſtimatione.*
22. *Cauſæ duæ lucratiuæ aliquando concurrunt in eadem perſona per indirectum, & per obliquum.*

Doct. Martæ ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

SI teſtator ſciuerit rem eſſe alienam,
quam legauerit, tunc pro regula cõ-
ſtituitur, quòd hæres † tenetur il- 1.
lam rem emere, & legatario tradere,
& ſi emere non poteſt, æſtimationem
ſoluere. *l. cùm alienam. C. de legatis.* §. *non ſolùm. In-
ſtit. eod. tit.* & vtrobique ſcribũt Doctor. & Dilect. *de
arte teſtandi, tit.* 6. *cautel.* 32. *num.* 2. & Gomeſ. *in lib.
variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 13. Capra *regula*
105. *&* 107. Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 116. Pro cu-
ius regulæ declaratione, plures caſus practicabiles
explicandi ſunt.

Primus caſus eſt, quando teſtator ſcit rem eſſe
alienam pro parte, quia illam habebat communem
cum aliquo, tunc legando illam rem, cenſetur le-
gaſſe ſolam partem ſuam, † vel illud ius, quod in 2.
re habebat, *l. ſerui electione.* §. *ſeruus. de legat.* 1. &
ibi gloſſ. Bartol. Bald. & cæteri, *l. ſi domus, in fin. de
legat.* 1. & *ibi* pariter omnes ſcribentes. *l. vxor pa-
trui. C. de legat.* Bero. *in quæſt. familiar.* 56. *num.* 9. &
hanc eſſe communem opinionem dicunt Gomeſ.
in d. tom. 1. *cap.* 12. *num.* 15. & Craſſ. *in* §. *legatum,
quæſt.* 14. *num.* 9. Nam teſtator in narratiua ſui te-
ſtamenti dicit ſe velle diſponere de rebus ſuis,
item in inſtitutione hæredis, dicit, in omnibus
autem rebus ſuis, &c. propterea ſemper præſu-
mitur, quòd de ſuis tantùm, & non de alienis diſ-
ponere voluerit, & ideo legatario petenti legatum,
incumbit onus probandi teſtatorem † ſcienter 3.
legaſſe rem alienam, quo caſu ſufficit probatio per
coniecturas, de quibus per Craſſ. *in d. quæſtion.* 14.
num. 6.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator expreſsè
dixerit, lego vineam, quæ non eſt integraliter
ſua, ſed illam † cum altero habet communem, 4.
tunc ſolam portionem ſuam legaſſe cenſetur,
Bartol. *in l. cum fundus. de legat.* 1. & *ibi* Iaſ. *num.*
20. *& ſequent.* Ripa *in d. l. ſerui electione.* §. *final. nu-
mer.* 14. *de legat.* 1. Ruin. *in conſil.* 74. *numer.* 4. *vo-
lum.* 2. Mantic. *de coniectur. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 12. *in fin.*
Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 33. *numer.* 28. The-
ſaur. *quæſt. forenſ.* 55. *numer.* 4. *lib.* 1. Menoch. *in
lib.* 4. *præſumpt.* 117. *num.* 6. vbi quòd idem dicen-
dum eſt, ſi teſtator legauerit bona, quæ habet in
tali loco, nam ſi ibi aliqua bona pertineant ad
hæredem, ſolùm de ſuis diſpoſuiſſe cenſetur, Cra-
uet. *in conſil.* 144. *num.* 8.

Secundus caſus eſt, quando teſtator inſtituto hæ-
rede vniuerſali inſtituit filium hæredem ſuum in
certis bonis, magni valoris, quæ ſunt aliena, tunc ſi
teſtator ſciebat illa ad alterum pertinere, cùm inſti-
tutus in re certa habeatur loco legatarij. *l. quoties. C.
de hæred. inſt.* ideo hæres tenetur illa bona emere, &
legatario tradere, ſiue eius æſtimationem ſoluere, *d.*
§. *non ſolùm, & d. l. cùm rẽ † alienam.* Itẽ cùm agatur de 5.
legato facto filiis, omni caſu debetur æſtimatio, † ſi- 6.
ue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit illa bona eſſe a-
liena, Bald. *in l. humanitatis, n.* 63. *C. de impub ſubſtit.* gl.
fin. *in c. filius,* & *ibi* Canoniſtæ, *de teſtã,* Corn. *in cõſ.* 32.

76. nõ adeatur,† ſed ab inteſtato adita ſit,ita probatur in libertate, *l. 2. l. Antoninus. l. in teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. & Inſtit. de eo cui bona libert. cauſa addicuntur, in princip. l. ſi iure. C. de teſtament. manumiſſ.* Sed valet argumentum de libertate ad piam cauſam, ipſa enim æquiparantur in iure, quando militat eadem ratio, & contrarium non reperitur ad diſpoſitum, vt poſt alios relatos, probat Euerard. *in loco à libertate ad piam cauſam.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando legata † ſunt repetita à venientibus ab inteſtato, vt quia teſtator iurauit, quòd iuramentum in teſtamento appoſitum habet vim † clauſulæ codicillaris. Riminald. iun. *in conſil. 770. num. 31. vol. 7.* Burſat. *in conſil. 307. num. 128. volum. 3.* Seraphin. *de iurament. priuileg. 97. num. 3.* Turret. *de clauſula codicillari quæſt. 141.* Vel expreſsè eſſet appoſita dicta clauſula codicillaris, † cuius effectus eſt repetere ſucceſſionem à venientibus ab inteſtato. Bartol. *in l. ex ea. §. ex his verbis. ff. de teſtam.* Alex. *in conſil. 12. volum. 2.* Decius *in conſil. 369. num. 2.* Item ſi in teſtamento eſſet inſtitutus hæres, cuius amore cenſetur ſubintellecta clauſula codicillaris, quoniam ardor † liciti amoris habet illius effectum, Bald. *in d. l. ſi iure. C. de teſtament. manumiſſ.* Rom. *in l. ſi verò. §. de viro in 26. fallent. ff. ſolut. matrim.* & *ibi* Iaſ. *in 3. limitat. & in l. eam quam col. 6. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis col. final. de legat. 1.* Cotta *in memorial. in ver. Amor licitus,* & alij ad hoc allegati per Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. num. 162.* Tunc enim, ſicut in libertate, bona adiiciuntur, ad effectum conſequendi legata, vt *in dictis legibus*, ita pia cauſa poteſt petere bona ſibi adiici pro conſequendis legatis, vt probat Gabriel *in conſil. 89. vol. 2.* vbi etiam probat, quòd de æquitate canonica ad euitandum circuitum, ipſa legata debentur.

81. Septimus caſus eſt, legata † pia acceptata per legatarium cum conſenſu, & authoritate Epiſcopi, ſi requireretur ad actum, etiam primo teſtamento reuocato per ſecundum teſtamentum validum, debita ſunt, & peti poſſunt. Vt ſi teſtator in primo teſtamento iuſſerit, erigi vnum ius patronatus ad fauorem Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, cum conſenſu Epiſcopi, nam ſi viuente, & ſciente teſtatore dicti Canonici acceptarunt legatum, & Epiſcopi conſenſus interuenerit, tunc dicuntur interueniſſe omnia neceſſaria ad conſtructionem, & fraudationem iuris patronatus. Idcirco teſtator reuocando primum teſtamentum, non potuit reuocare iuſpatronatus perfectè, & validè fundatum, ita in puncto probat iſtum caſum Lambertin. *in tract. de iure patronatus lib. 1. quæſt. 4. art. 10. num. 4.*

82. Neque obſtat conſilium Menochij † 1280. *volum. 13.* vbi reſpondit contrarium de directo, videlicet, quòd dicta doctrina Lambertini non eſt recipienda, quia Bald. *in l. hæredes palam. §. final. in fine. ff. de teſtamentis,* dicit, quòd donatio inter viuos facta in teſtamento, eſt reuocabilis ſecundùm naturam teſtamenti.

Neque obſtat conſilium Menoch. 1280. *volum. 13.* vbi reſpondit contrarium de directo, videlicet, quòd doctrina Lambertini non eſt recipienda, quia illud conſilium eſt poſthumum, & fortè ideo prætermiſſum ab authore in vita, quia nulla bona ratio in eo allegatur, ſolus Baldus inducitur *in l. hæredes palàm. §. final. de teſtam.* ad probandum, quòd donatio perfecta in teſtamento facta, reuocari poteſt: ſed neque hoc dicit Bald. ſed quòd in teſtamento clauſula poni poteſt, ſi non valet iure teſtamenti, † valeat iure donationis, & dicit 83.
quòd iſta clauſula cum ipſo teſtamento reuocari poteſt, & ratio eſt, quam ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte 3. cap. 83. numer. 3.* quia dicta donatio diceretur facta ſub turpi conditione, ne teſtamentum reuocari poſſet, & ita repugnaret bonis moribus, quia libera teſtandi facultas impediretur, *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* Item quia talis donatio ſequitur naturam teſtamenti, in quo facta eſt, vt ibi probaui. Et licèt ego etiam diffusè firmauerim ſuprà in hac parte, *quæſtion. 4. articul. 2.* quòd omnis donatio, † 84.
etiam rei particularis facta in teſtamento, eſt reuocabilis cum ipſo teſtamento; tamen illa opinio non procedit in pia cauſa, in quam dominium tranſit † recta via, abſque traditione. *l. vt inter diuinum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſicut dicimus in donatio- 85.
ne facta ad piam cauſam, ſub aliqua conditione, nam ante illius implementum reuocari non poteſt, quoniam cenſetur facta Deo. Abbas *in conſil. 11. col. 2. verſ. non obſtat part. 1.* Natta *in conſil. 124. numer. 13.* Mantic. *de coniectur. lib. 5. titul. 15. num. 35.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1171. num. 3. & ſequent. & num. 73. & ſequent.* quia conditio importat onus, ſiue modum, & etiamſi obſeruata non fuiſſet, donatio † eſt irreuocabilis, nam quidquid 86.
ſit in cæteris donationibus; in hac tamen agendum eſt, vt pacta ſeruentur, gloſſ. Zabarell. Abbas, & Præpoſit. *in cap. verum. de conditionibus appoſitis*, ita intelligentes illum text. Felin. *in cap. verum. numer. 7. de foro compet.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. numer. 5. verſ. ſed ſi Eccleſiæ. ff. de donationib.* Conar. poſt alios relatos *in lib. 1. var. reſolut. cap. 14. numer. 6.* Et propterea illa opinio Bartoli, † quam tenet 87.
in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obligat. quòd ſi quis donat Titio, & poſt eius mortem Eccleſiæ, vigore *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo,* poteſt ipſe donans † de conſenſu primi donatarij re- 88.
uocare donationem factam ad fauorem Eccleſiæ, eſt communiter reprobata, nam in Eccleſiam ipſo iure eſt tranſlatum dominium; & quòd opinio Bartoli ſit communiter reprobata, firmarunt, & atteſtantur, Paul. de Caſtr. *in conſil. 164. col. 7. verſ. ſed contra hoc facit. volum. 2.* Benedict. *in cap. Raynutius, in ver. ſi abſque liberis, in 2.* in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, *numer. 23.* vbi quòd magis communiter Doctor. tenent contra Bartol. Corn. *in conſil. 68. col. 3. verſ. non obſtant adducta, volum. 3.* vbi refert, contra Bartol. tenere Paul. de Caſtr. Franciſc. Allergott. Ioan. Andr. & Salyc. & ita etiam dixit Dec. *in conſil. 58. numer. 3. in verſ. non obſtat quòd ius.* Idem Dec. *in conſil. 238. num 5. verſ. non obſtant allegata*, vbi quòd in dicto Bartoli, non eſt faciendum fundamentum, quia multi tenent contrarium. Item Bartoli opinionem non eſſe tutam, & contra eum tenere ſupradictos Doctores, dixit Menoch. *in conſil. 92. numer. 75. & 77.* vbi quòd in reuocatione dictæ donationis requiritur etiam conſenſus donatarij, & *in conſil. 161. num. 49. volum. 2.* allegat etiam Aretin. *in l. 3. ff. de ſeruis exportand.* Ioan. Lupus *in rubric. de donationibus inter virum, & vxorem. §. 54. in fin.* Item quòd Bartol. ſit reprobatus in hoc, dicit Cephal. *in conſil. 12. num. 36. vol. 1.* & quòd ab omnibus penè reprobetur, dicit Roderic. Suarez *allegation. 2. num. 4.* & magis plenè Marc. Solon. *de pace in conſil. 26. numer. 8. verſ. primo,* quia contra Bartol. & Petr. Duenas *regula 216. verſ. eſt tamen notandum*, Anton. Gomeſ. *in l. Tauri 40. num. 29. verſ. ſed his non obſtantibus.* Hinc eſt, quòd licèt

89. licèt ſecundus donatarius † priuatus non poſſet agere per rei vendicationem contra tertium poſſeſſorem bonorum donatorum, poſt mortem primi donatarij, quia in ipſum ſecundum donatarium non eſt tranſlatum dominium. Couar. *in l. 1. variar. reſolut. cap.* 14. Alciat. *in conſil.* 3. *num.* 13. *&* 16. vbi atteſtatur eſſe magis communem opinionem, *& in conſil.* 75. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 8. Tiraquell. *de conſtituto part.* 2. *ampliat.* 30. *n.* 3. *& ſeq.* Guido Pap. *deciſ.* 512. Magon. *deciſ. Florentin.* 102. *num.* 16. *& deciſ. Lucenſ.* 38. *num.* 8. Franch. *deciſ.* 74. & de hoc ſcripſi *in voto* 49. inter deciſiones Piſanas. Tamen quando Eccle-
90. ſia † eſt ſubſtituta in donatione, in eam transfertur dominium, † imò transfertur irreuocabiliter, etiam abſque acceptatione, Iaſ. poſt alios *in d. l. qui Romæ. §. Flauius, num.* 19. *& ſeq. in* 2. *limitat. ff. de verb. oblig.* Dec. *in conſil.* 239. *ante num.* 6. *verſ.* 3. Crauet. *in conſil.* 19. *num.* 11. Couar. *in d. lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 14. *num.* 11. *& ſeq.* vbi atteſtatur de communi, *& num.* 14. Cephal. *in conſil.* 33. *num.* 5. *& ſeq. vol.* 1. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 29. *num.* 12. *&* 18. Quare dictum iuſpatronatus factum ad fauorem Canonicorum, de conſenſu Epiſcopi in primo teſtamento, non poteſt reuocari in ſecundo teſtamento, quia licèt primum ſit reuocabile per ſecundum, non tamen in præiudicium Eccleſiæ, in quam eſt tranſlatum dominium, quoniam omnia ſolemniter acta fuerunt, & ita doctrina Lambertini remanet vera.

ARTICVLVS V.

De legatis factis de rebus alterius.

SVMMARIA.

1. *Legatum rei alienæ an, & quomodo debeat ab hærede præſtari.*
2. *Teſtator legando rem, quam habet communem cum altero, cenſetur legaſſe partem ſuam.*
3. *Legati rei alienæ ſcientia probatur per coniecturas.*
4. *Legatum vineæ communis cenſetur factum de parte teſtatoris.*
5. L. cùm alienam. C. de legat. *habet locum in inſtituto in re certa.*
6. *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, debetur.*
7. *.. etiamſi illa res aliena eſſet Eccleſia.*
8. *Legatum rei alienæ non debetur, quando æſtimatio illius abſorberet hæreditatem totam.*
9. *Legatum rei alienæ magni valoris non debetur, etiam ſi eſſet factum coniunctæ perſonæ.*
10. *Præſumptio ex coniunctione ſanguinis tollitur per præſumptionem ignorantiæ tanti valoris.*
11. *Teſtamentum eſſe nullum eſt tolerabilius, quàm aliquem admitti contra voluntatem teſtatoris.*
12. *Legatum rei alienæ factum ab hærede, alteri cohæredi an debeatur in æſtimatione.*
13. *Hæres non tenetur de euictione prælegati facti alteri cohæredi.*
14. *.. limitatur ratione æqualitatis ſeruandæ.*
15. *Legatum quando eſt factum in genere, tunc hæres tenetur de euictione.*
16. *Legatum rei alienæ ignoranter factum pro anima, an debeatur.*
17. *Legatum factum piæ cauſæ cenſetur factum Deo.*
18. *Legatum rei meæ mihi factum, aliquando eſt validum, ſi erat alteri obligata.*
19. *Legatum rei teſtatoris, alteri obligatæ pro tanto pretio, quanti valet, eſt validum.*
20. *Gloſſæ opinio in §. ſi rem. Inſtit. de legatis, non recipitur.*
21. *Legatum factum Titio de eadem re, vt à duobus hæredibus præſtetur inſolidum, ab eorum altero debetur in æſtimatione.*
22. *Cauſæ duæ lucratiuæ aliquando concurrunt in eadem perſona per indirectum, & per obliquum.*

SI teſtator ſciuerit rem eſſe alienam, quam legauerit, tunc pro regula cōſtituitur, quòd hæres † tenetur il- 1.
lam rem emere, & legatario tradere, & ſi emere non poteſt, æſtimationem ſoluere. *l. cùm alienam. C. de legatis.* §. *non ſolùm. Inſtit. eod. tit.* & vtrobique ſcribūt Doctor. & Dilect. *de arte teſtandi, tit.* 6. *cautel.* 32. *num.* 2. & Gomeſ. *in lib. variar. reſolut. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 13. Capra *regula* 105. & 107. Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 116. Pro cuius regulæ declaratione, plures caſus practicabiles explicandi ſunt.

Primus caſus eſt, quando teſtator ſcit rem eſſe alienam pro parte, quia illam habebat communem cum aliquo, tunc legando illam rem, cenſetur le-
gaſſe ſolam partem ſuam, † vel illud ius, quod in 2.
re habebat, *l. ſerui electione.* §. *ſeruus. de legat.* 1. & *ibi* gloſſ. Bartol. Bald. & cæteri, *l. ſi domus, in fin. de legat.* 1. & *ibi* pariter omnes ſcribentes. *l. vxor patrui. C. de legat.* Bero. *in quæſt. familiar.* 56. *num.* 9. & hanc eſſe communem opinionem dicunt Gomeſ. *in d. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. & Craſſ. *in* §. *legatum, quæſt.* 14. *num.* 9. Nam teſtator in narratiua ſui teſtamenti dicit ſe velle diſponere de rebus ſuis, item in inſtitutione hæredis, dicit, in omnibus autem rebus ſuis, &c. propterea ſemper præſumitur, quòd de ſuis tantùm, & non de alienis diſponere voluerit, & ideo legatario petenti legatum,
incumbit onus probandi teſtatorem † ſcienter 3.
legaſſe rem alienam, quo caſu ſufficit probatio per coniecturas, de quibus per Craſſ. *in d. quæſtion.* 14. *num.* 6.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator expreſsè dixerit, lego vineam, quæ non eſt integraliter
ſua, ſed illam † cum altero habet communem, 4.
tunc ſolam portionem ſuam legaſſe cenſetur, Bartol. *in l. cum fundus. de legat.* 1. & *ibi* Iaſ. *num.* 20. *& ſequent.* Ripa *in d. l. ſerui electione.* §. *final. numer.* 14. *de legat.* 1. Ruin. *in conſil.* 74. *numer.* 4. *volum.* 2. Mantic. *de coniectur. lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 12. *in fin.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 33. *numer.* 28. Theſaur. *quæſt. forenſ.* 55. *numer.* 4. *lib.* 1. Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 117. *num.* 6. vbi quòd idem dicendum eſt, ſi teſtator legauerit bona, quæ habet in tali loco, nam ſi ibi aliqua bona pertineant ad hæredem, ſolùm de ſuis diſpoſuiſſe cenſetur, Crauet. *in conſil.* 144. *num.* 8.

Secundus caſus eſt, quando teſtator inſtituto hærede vniuerſali inſtituit filium hæredem ſuum in certis bonis, magni valoris, quæ ſunt aliena, tunc ſi teſtator ſciebat illa ad alterum pertinere, cùm inſtitutus in re certa haberetur loco legatarij. *l. quoties. C. de hæred. inſt.* ideo hæres tenetur illa bona emere, & legatario tradere, ſiue eius æſtimationem ſoluere, *d.*
§. *non ſolùm, & d. l. cùm rē* † *alienam.* Itē cùm agatur de 5.
legato facto filiis, omni caſu debetur æſtimatio, † ſi-
ue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit illa bona eſſe a- 6.
liena, Bald. *in l. humanitatis, n.* 63. *C. de impub ſubſtit.* gl. fin. *in c. filius,* & *ibi* Canoniſtæ, *de teſtā.* Corn. *in cōſ.* 32. num. 5.

*num.5.vol.*1. Capra *in conſil.* 107. *num.*5. Craſſus *in*
§. *legatum, quæſt.* 14. *num.* 14. *verſ. vnde quæro.* Item
quando relinquitur cuicumque coniunctæ perſo-
næ, ſemper debetur legatum, ſaltem in æſtimatione,
non attenta diſtinctione ſcientiæ, vel ignorantiæ.
Gomeſ. *in d. cap.*12. *numer.* 13. *tomi primi variarum*
reſolut. & ita ſæpius fuit deciſum in Rota, vt omnes
deciſiones recenſentur *in deciſ.* 265. *numer.* 10. *&*
ſeq. parte 1. in vltimò impreſſis. Item Corn. *in d.*
7. *conſil.* 32. *volum.*1. probat, etiam † ſi res aliena eſ-
ſet Eccleſiæ, & legata fuerit coniunctæ perſonæ,
debetur æſtimatio, neque in hoc eſſe diſcrepantiam
inter ius ciuile, & ius Canonicum, vt latè ibi hoc
probat.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
8. æſtimatio † bonorum legatorum excederet totam
hæreditatem, tunc enim non eſt veriſimile, quòd
plus voluerit honorare legatarium, quàm hæredem,
quia obſtaret præſumptio. *l. filium.* §. *ſed ſi portio. ff. de*
legatis præſtandis, & latè probat Mantica *lib.*6. *tit.*11.
*num.*24. Item quia teſtator daret plus oneris hære-
di, quàm lucri, quæ eſt magna coniectura ad inter-
pretandam voluntatem defuncti non fuiſſe, vt to
ta hæreditas conſumeretur in danda æſtimatione
rei legatæ, Bartol. *in l.* 1. *numer.*14. *de legat.* 1. per
regulam *l. quidam teſtamento, de legat.* 1. & quòd
hoc caſu non debeatur æſtimatio. Aretin. *in con-*
ſil. 155. *num.* 3. Menoch. *in lib.*4. *præſumpt.* 10. *num.*
25. Mantic. *lib.* 9. *titulo* 10. *numer.* 13. *verſ. ſed ad-*
9. *monendi.* Item quando † legatum rei alienæ eſt fa-
ctum coniunctæ perſonæ, puta de linea margari-
tarum, ex cuius emptione hæres nimis grauare-
tur, & fortè in tota hæreditate, tunc legatum non
debetur, vt probat Bero. *in quæſt. familiar.* 56. *num.*
8. quia veriſimiliter illam non legaſſet, exclu-
dendo hæredem à toto, & illa præſumptio ex con-
10. iunctione † ſanguinis, quæ tollit diſtinctionem
ſcientiæ, vel ignorantiæ, illa tollitur per aliam
præſumptionem, quia ſi teſtator ſciuiſſet eſſe alie-
nam tanti valoris, vtique non legaſſet, argument.
l. vnum ex familia. §. *ſi rem tuam, in fin. ff. de legat.*
2. iuncta *l. varius, & ibi* gloſſ. *de legat.*1. & ita fuit
deciſum in Rota *deciſ.*453. *num.*4. *part.*1. in vltimò
impreſſis. Et licèt teſtamentum eſſet nullum, quia
filius eſſet præteritus, tamen tolerabilius eſt, diſpo-
11. ſitionem reddi nullam, † & inualidam, quàm aliquẽ
admitti contra voluntatem teſtatoris. Mantic. *de cõ*
*iect. lib.*12. *tit.*17. *numer.* 14. *& ſeq.* quem ſequuta eſt
Rota *in d. deciſ.*453. *in fine*, etiam per alias rationes,
vt in d. deciſione.

Tertius caſus, quando legatum rei alienæ fit co-
12. hæredi ab † altero cohærede, etiam cum ſcientia rei
alienæ, tunc alter non tenetur eam luere, & alte-
ri dare, gloſſa *in d. l. cùm rem alienam. C. de legat.*
& ibi Alberic. *num.*3. *in fin.* Alexand. *numer.*5. & cæ-
teri, quos refert, & ſequitur Vaſquius *de ſucceſſ.*
*creat. lib.*3. §. 23. *num.*33. *& ſeq. & num.*41. vbi etiam
13. quòd non tenetur † de euictione, per text. *in l. cùm*
pater. §. *euictis*, ſecundùm communem intellectũ, *de*
*legat.*2. & probat Burſat. *in conſil.*8. *num.*14. *& in con-*
*ſil.*6. *vol.*1. vbi quòd prælegatum rei alienæ factum
cohæredi ab altero cohærede ſolùm tenetur luere,
14. & dare, ratione † æqualitatis ſeruandæ, ſed quia
alter cohæres emolumentum hæreditatis habet,
ideo de euictione non tenetur, Iaſ. *in l. cùm rem a-*
lienam, num. 33. Capra *in conſil.* 106. *numer.* 3. *&*
conſil. 107. *per totum*, quos ſequitur Burſat. *in loco*
præcitato. Quòd autem hæres in legato rei alienæ
traditæ non teneatur de euictione, eſt regulare in
omnibus. Bart. *in l. ſi domus.* §. *ſi de euictione, de legat.*
1. Sed iſta concluſio procedit in legato in ſpecie,
ſecus eſt ſi legatum eſt in genere, † tunc enim hæ- 15.
res de euictione tenetur, prout eſt caſus *in l. à ſub-*
ſtituto. §. *hæres. de legat.* 1. & hanc eſſe communem
concluſionem, poſt alios relatos, probat Craſſ. *in*
d. §. *legatum quæſt.*72. *num.* 1. Benedict. Capra *in re-*
gula 107.

Quartus caſus eſt, legatum rei alienæ † ignoran- 16.
ter factum pro anima ipſius teſtatoris, ſiue ad pias
cauſas, non valet, quoniam diſpoſitio quòd tale le-
gatum valeat ſi factum eſt coniunctæ perſonæ, vt
probauimus, non eſt extendenda ad legatum factũ
piæ cauſæ, ita firmant Hoſtienſ. Immol. & Zabarell.
in cap. filius. de teſtament. Abbas *in cap. cum eſſes. verſ.*
venio ad quæſtiones, eod. tit. Iaſ. *in d. l. cum alienam rem.*
col. pen. C. de legat. & ratio eſt, quia vbi pia cauſa non
eſt ſpecialiter priuilegiata à iure, non debemus tan-
tum illi fauere, quòd alteri fiat præiudicium, vt ſcri-
pſi in articulo præcedenti, quibus ſcriptis addo Me-
noch. *in conſil.*1280. *in fin. vol.*13.

Contrariam opinionem ego etiam exiſtimo ve-
riorem, quoniam legatum factum † piæ cauſæ cen- 17.
ſetur factum Deo, Abb. *in conſil.*11. *col.*2. *verſ. non ob-*
ſtat. part. 1. Natta *in conſil.* 124. *num.* 13. Mantic.
de coniect. lib. 5. *tit.*15. *num.*35. Maſcard. *de probatio-*
*nib. concluſ.*1171. *num.*3. *& ſeq. & num.*73. *& ſeq.* Sed
non eſt perſona nobis magis coniuncta quàm ipſe
Deus, qui eſt omnium pater, *cap. qui abſtulerit* 15. *qu.*
2. *cap. ſi quis iraſcitur.* 13. *quæſt.* 2. & hanc opinio-
nem probat Tiraquell. *de pia cauſa, priuileg.* 66. *in*
princip. & alij relati per Craſſ. *in* §. *legatum, quæſt.*
14. *num.* 5. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib.* 3. §. 27.
num. 41. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 116. *numer.* 30.
Mantic. *de coniectur. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 4. & nouiſſi-
mè Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*611. *num.* 10. *vol.*4. &
ibi etiam quòd iſta concluſio non ſolùm procedit
de iure ciuili, ſed etiam de iure Canonico, contra
gloſſ. *in d. l. cùm alienam*, & latiùs per Corn. *in d. conſ.*
32. *vol.*1.

Quintus caſus eſt, legatum † rei meæ factũ mihi, 18.
in qua aliquis habet ius, eſt validum. *l. non quocũque.*
§. *ſi ex bonis. l. ſi ſibi homo, in princip. de legat.* 1. & *ibi* di-
cit gloſſa, quòd tunc hæres tenetur illud ius mihi
deficiens emere, & mihi dare, vel eius æſtimationẽ
præſtare, Paul. de Caſtr. *in l. apud Iulianum.* §. *ſi Titius.*
*num.*2. *in fin. ff. de legat.*1. & *ibi* Iaſ. *num.*1. Idem ſi te-
ſtator legauerit † rem ſuam alteri obligatam ſcien- 19.
ter, tunc enim hæres tenetur illam redimere à cre-
ditore, atque dare legatario, *l. ſi res obligata*, & *ibi* cõ-
muniter omnes, *de legat.*1. quæ opinio eſt vera, etiãſi
res ipſa tanti eſſet obligata, & pignorata, quanti
valet, & hanc tenent, Angel. & Alexand. *in d. l. ſi res*
obligata, Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. prædia. C. de fidei-*
commiſſ. Neguſant. *de pignorib. in* 3. *parte principali*,
in primo membro. num. 29. *& ſeq.* Vaſquius *de ſucceſſ.*
*progreſſ. lib.*3. §. 27. *n.*14. Gomeſ. *in* 1. *tomo variarum*
reſolut. cap. 12. *num.* 39. & licèt gloſſa *in* §. *ſi rem.* † 20.
Inſtit. de legatis, teneat contrariam partem, quam
multi ſequuti ſunt, relati per Craſſ. *in* §. *legatum. qu.*
15. tamen aliud eſt quærere an teſtator præſumatur
habere animum reluendi, quando pro iuſto pretio
pignorauerit, aliud eſt quærere an ſi ſcienter dictam
rem legauit, hæres teneatur illam rem redimere, &
legatario dare, tunc enim teſtator præſumitur legaſ-
ſe, vt alienam, & ſicut hæres rem alienã ſcienter le-
gatam tenetur dare legatario ſaltem quoad æſtima-
tionem, ita & rem propriã teſtatoris legatã vt alie-
nam ex præſumptione non redimendi. & hanc opi-
nionem credo veriorẽ, quam dicit eſſe communem
Socin. *in l.* 1. §. *per ſeruum, num.*11. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Sextus

21. Sextus caſus eſt, legatum factum Titio † de ea-
dem re, vt à ſingulis hæredibus inſolidum debea-
tur, perinde eſt ac ſi in teſtamento duorum eadem
res legata fuerit, ita dicit text. *l.quid ergo. §.ſi quis
duos.de legat.* 1. quo caſu ab vno hærede conſequetur
ipſam rẽ, & ab altero eiuſdem rei æſtimationem, vt
dicit *l. planè.* §.1. *de legat.* 1. & probant Gomeſ. *in tom.
1.var.reſolut. cap.final.num.* 38. & Craſſ. *in d.§. lega-
tum. queſt.60. ver. ſecundo caſu.* Idem ſi ab eodem
hærede legetur eadem res duobus, & expreſsè actũ
eſt, vt ſingulis præſtetur inſolidum, tunc enim alte-
ri legatario debetur res, & alteri æſtimatio. *l ſi plu-
ribus, in fine. de legat.* 1. & ita hũc caſum probant Paul.
de Caſtr. Immol. Alexan. Iaſon, & cæteri modernio-
res, *in d.l.quid ergo.§.ſi quis duos.de legat.* 1.

Declaratur iſte caſus reſpectu vnius legatarij, vt
aliquando non poſſit habere niſi vnum, nam ſi priùs
receperit ab vno hærede rem, non poteſt ab altero
petere æſtimationem rei, propter illam regulam,
22. quòd duæ cauſæ lucratiuæ † non concurrunt. *l.quo-
ties. ff. de ſolut. l.omnes, & l.ſeq. ff.de action. & obligat.* §.
ſi res aliena. Inſtit. de legatis. & ita firmant gloſſ. *in d.
§. ſi quis duos,* & *ibi* Caſtrenſ. & cæteri Doct. Gomeſ.
in d. cap.final.num. 38. *verſ. quia concurrunt duæ cauſæ
lucratiuæ.* Sed hoc intelligitur, quando duæ cauſæ
lucratiuæ habent originem ab eadem perſona, ſecùs
ſi à diuerſa, puta ſi in duobus teſtamentis, ab altero
teſtatore fuerit mihi legata eadem res, & ab altero
eadem res fuerit legata ſeruo meo, tunc ſi ab altero
hærede conſequutus fui rem, ab altero alterius te-
ſtatoris poſſum cõſequi æſtimationem. *l.ſi ſeruus le-
gatus.* §.1. *ff. de legat.* 1. quoniam duæ cauſæ lucrati-
uæ non oriuntur in eadem perſona de directo, quã-
uis per obliquum oriantur, gloſſ. *in d.l.planè.* §.1. per
text. *d l.ſi ſeruus legatus.* §.1. Socin. *in regul.* 3. *cauſæ
duæ lucratiuæ, in 4. limitat.* Item declaratur ſecun-
dùm Paul. de Caſtr. *in d.§.ſi quis duos*, vt procedat,
ſi teſtator legauerit eandem rem vni, vt à quolibet
hærede præſtaretur inſolidum, nam ſi ſimpliciter di-
xerit, à quolibet hærede inſolidum, tunc eſſent fa-
cti duo rei debendi, & eo ipſo quòd alter ſoluit æ-
ſtimationem, vel tradit rem, alter hæres liberatur.
l.ſi ex toto. §.1. *ff.de legat.* 1.

ARTICVLVS VI.

De legatis factis animo compenſandi.

SVMMARIA.

1. *Legatum an, & quando cenſetur factum animo compenſandi.*
2. *.. cenſetur factum animo compenſandi, quando debitum eſt neceſſarium, ſecus ſi voluntarium.*
3. *.. cenſetur animo compenſandi in debito voluntario ex coniecturis.*
4. *Debitum neceſſarium quando dicatur.*
5. *.. dicitur quod debetur ex legis diſpoſitione, & habet originem ab actu voluntario.*
6. *Dotis reſtitutio facienda à marito eſt debitum neceſſarium.*
7. *Debitum voluntarium ab initio, factum lege diſponente, dicitur neceſſarium.*
8. *Penſionis ſolutiò cur ſit debitum neceſſarium.*
9. *Cauſa neceſſaria eſt ſemper attendenda, etiamſi concurrat voluntaria.*
10. *Legatum factum filiæ cenſetur factum animo compenſandi cum dote ſibi debita.*
11. *.. non compenſatur cum dote promiſſa genero inter viuos.*
12. L. ſi pater pro filia. ff. de collatione dotis, *verus intellectus.*
13. *Compenſatio non inducitur, quando alia eſt perſona creditoris, alia legatarij.*
14. *Legatum factum filiæ ingreſſæ monaſterium, non compenſatur cum dote promiſſa monaſterio.*
15. *Legatum factum filiæ pro dote, an debeatur, ſi pater dederit dotem inter viuos.*
16. *Nouatio non inducitur ſuper actione dotis priuilegiata.*
17. *Actus, vt ſuſtineatur, eſt coniectura potentior.*
18. *Legatum dotis extinguitur per dotem datam in vita.*
19. *Actus præſumitur factus ex cauſa, qua erat obligatus.*
20. *Legatum dotis, & dotatio facta in diuerſis ſcripturis in vnica ſumma debetur.*
21. *Compenſatio non impeditur fieri, ob diuerſitatem quantitatum.*
22. *Bartol.* in l. huiuſmodi. §. cùm pater. de legat. 1. *declaratur.*
23. L. quinquaginta. ff. de probationib. *declaratur.*
24. *Legatum dotis compenſatur cum dote data in vita ab vna, & eadem perſona.*
25. *Compenſatio non fit de debito alterius.*
26. *Auus dotando neptem non cenſetur feciſſe contemplatione filij ſui.*
27. *Dos data nepti an imputetur in legitima filij.*
28. *Legatum dotis factum ab auo paterno extinguitur per dotationem ab ea poſtea factam in vita.*
29. *Auus paternus tenetur dotare neptem, contrarium, num.* 33.
30. *.. ſed hoc intelligitur in ſubſidium.*
31. *Dotandi neceſſitas prouenit à propinquitate ſanguinis.*
32. L. qui liberos. ff. de ritu nuptiarũ, *declaratur.*
34. *Dos data nepti ab auo, quando imputetur in legitimam filij ſui.*
35. *Mater tenetur dotare filiam in ſubſidium.*
36. *.. ex magna, & probabili cauſa.*
37. *Argumentum de alimentis ad dotem, quando validum.*
38. *Frater tenetur dotare ſororem in ſubſidium.*
39. *.. quando tenetur ex diſpoſitione hominis, non tenetur iterum dare dotem ſorori.*
40. *Conſuetudines ciuitatis ſunt pactiones ciuium.*
41. *Legatum dotis factum à fratre aliquando compenſatum cum dote ab eodem in vita data.*
42. *Mater tenetur in ſolidum dotare filiam, exiſtente fratre, & caſus ſit neceſſitatis.*
43. *Dotare qui tenetur, etiam maritare debet.*
44. *Legatum factum vxori à marito compenſatur cum reſtitutione dotis.*
45. *Dotis reſtitutio eſt debitum neceſſarium.*
46. *Filius pro reſtitutione dotis poteſt alienare de bonis alienari prohibitis ante matrimonium.*
47. *Dotis conſtituendæ, & reſtituendæ eadem ſunt priuilegia.*
48. *Bartol.* in l.ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. *improbatur.*
49. L. vnica. §. ſciendum. C. de rei vxor. action. *declaratur, & num.* 51.
50. *Doctor intelligitur ſecundùm legẽ, quam allegat.*
52. *Expreſſum dicitur, quod ex mente colligitur.*
53. *Compenſatio debiti ex quibus coniecturis elicitur.*
54. *Compenſatio quomodo fiat cum debito maioris ſummæ.*
55. *Pia cauſa in dubio pro ea iudicandum.*

56. *Hæres extraneus non præſumitur grauatus duplici onere.*

57. *Legatum compenſatur cum debito voluntario ex coniecturis.*

58. *Legatum factum creditori pro omni, & toto, cenſetur in compenſationem debiti.*

59. *Legatarius ſi eſt creditor, & acceptat legatum minoris quantitatis pro omni, & toto, ſibi præiudicat.*

60. *Legatum factũ ab hærede cenſetur in computationem legitimæ debitæ per defunctum.*

61. *Compenſationis exceptio poteſt opponi, non obſtante ſtatuto prohibente omnes exceptiones.*

62. *Compenſatio eſt ficta ſolutio.*

63. *Compenſatio quæ fit de debito neceſſario, eſt potius imputatio, & debiti extinctio.*

64. *Solutio anticipata retrotrahitur, vt extinguat debitum neceſſarium.*

65. *Compenſatio fit de debito, cuius dies adhuc non venerit.*

66. *Quaſi poſſeſſio exigendi inducitur ex compenſatione.*

67. *Legatum factum fideicommiſſario non compenſatur cum fideicommiſſo reſtituendo, & num. 69.*

68. *Compenſatio aliquando fit pro rata.*

SÆPE teſtatores alicuius rei debitores, in ſuis teſtamentis legata faciũt,
1. & tunc dubitari ſolet, vtrùm † animo compenſandi facta fuerint. Pro cuius dubitationis explicatione, duæ regulæ a Doctoribus conſtitutæ ſunt, altera, quòd
2. quando debitum eſt † neceſſarium, ſemper legatum vel fideicommiſſum cenſetur factum animo compenſandi, ita firmarunt Mantic. *de coniectur. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 1. *& ſeq. &* 8. *&* 16. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 33. *num.* 41. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 109. *num.* 2. *& ſeq.* Simon de Pret. *de interpretation. vltim. volunt. lib.* 4. *dubitation.* 6. *num.* 5. *& ſeq. fol.* 384. Surd. *in conſil.* 112. *vol.* 1. vbi latiſſimè, & prædicti Doctores alios referunt, hanc concluſionem vti veriſſimam confirmantes. Altera regula conſtituta eſt, quòd vbi debitum eſt voluntarium, & legatum creditori relictum fuerit, eo caſu, vtrùm cenſeatur fa-
3. ctum animo compenſandi, † recurrendum eſt ad coniecturas. *l. creditorem. de legatis* 1. Ita firmarunt Crauet. *in conſil.* 131 *num.* 17. *& conſil.* 149. *num.* 3. *& conſil.* 301. *num.* 2. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 73. *vol.* 2. *verſ. pro rerum intelligentia, vol.* 1. Corn. Socin. ſen. Alciat. Ruin. & cæteri allegati per Menoch. *in conſil.* 256. *num.* 9. *vol.* 3. *& in conſil.* 56. *num.* 19. *volum.* 1. Honded. *in conſil.* 50. *num.* 12. *vol.* 2. Menoch. *in d. lib.* 4. *præſumpt.* 110. *num.* 28. Simon de Pret. *in d. dubitatione* 6. *à num.* 32. *infrà.* & ſecundùm hanc regulam fuit iudicatum, Afflict. *deciſ.* 44. *num.* 9. Rota *deciſ.* 456. *in nouiter Nouiſſim.*
4. Declarantur iſtæ regulæ, vt illud dicatur † debitum neceſſarium, quod ex neceſſitate legis debetur, etiamſi habuerit originem ab actu voluntario, nam quarta debita vigore *authentica præterea. C. vnde vir, & vxor*, debetur ex diſpoſitione legis, & tamen originem habet ab actu voluntario, vt probat Immol. *in d. authent. præterea. num.* 28. *verſ. nam vt ibi*
5. *patet.* Item lucrum dotis, quod maritus lucratur vigore ſtatuti, eſt debitum ex legis diſpoſitione, & tamen originem habet ab actu voluntario matrimonij, vt probat Salyc. *in d. authent. præterea, num.* 12. *verſ. ad tertium.* Item relictum dotis à patre exactæ, in caſu *l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimon.* habet originem à facto voluntario, nempe ab ipſa exactione, vt probat Iaſ. *in d. auth. præterea, circa medium, verſ. ſic etiam ibi interuenit factum patris,* hoc eſt, ipſa exactio dotis. Item reſtitutio dotis exa-
ctæ à marito, † dicendum eſt debitum neceſſarium, 6.
quoniam ex legis neceſſitate eſt, *l. in rebus. C. de iure dot. l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. hab.* vbi licèt nulla interueniſſet mariti promiſſio de reſtituenda dote, tamen illa dos reſtituenda eſt cum prælatione omnium creditorum, tam in tacita, quàm in expreſſa hypotheca, ſecundùm veriorem concluſionẽ, quam probauimus conſulendo; ergo dotis reſtitutio eſt debitum neceſſarium à lege inductum, etiam in præiudiciũ creditorum, ita vt quantumcumque interuenerit factum hominis ab origine, ſemper dicatur
fieri ex neceſſitate. Itẽ quòd ea, quæ ab initio † vo- 7.
luntariè facta ſunt, lege ita diſponente, dicuntur fieri ex neceſſitate, probat Salyc. *in l. ſi quis maior. num.* 2. *C. de tranſaction.* Vbi ſi vigore ſtatuti debet fieri tranſactio, vel compromiſſum, illi qui tranſigũt, vel compromittunt vigore dicti ſtatuti cum appoſitione pœnæ de non contraueniendo, ſi poſtea contraueniunt, non dicuntur incidere in pœnam *d. l. ſi quis maior,* quia d. lex *in verſ. nullo cogente,* diſponit, ſuper tranſactione merè voluntaria; ſed hæc fuit ab origine voluntaria, lege ita diſponente, & propterea lucrum dotis vigore ſtatuti, non dicitur deferri marito ex actu matrimonij, tanquam ab initio voluntario, ſed tanquam lege diſponente factum. Item ſo-
lutio penſionis† eſt debitum neceſſarium, quoniam 8.
fit ex legis neceſſitate, nimirum Summi Pontificis imponẽtis dictam ſeruitutem beneficio; & licèt habeat originem à cauſa voluntaria, & poſtea debeatur propter conſenſum præſtitum, tamen quia non erat in poteſtate partium imponere ſeruitutem beneficio, illa cauſa non attenditur. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 133. *per totum, vol.* 2. vbi quòd attenditur cauſa
neceſſaria, † non voluntaria, & ſemper actus præ- 9.
ſumitur factus ex cauſa neceſſaria. Crauet. *in conſil.* 125. *num.* 12. *& in conſil.* 304. *num.* 5. Item quia conſenſus præſtatur pro faciliori exactione debiti neceſſarij. Quamobrem omne debitum habens originem ab actu voluntario, ſi debetur ex legis neceſſitate, dicitur neceſſarium, non autem voluntarium.

His ita firmatis, veniamus ad practicam. Primus
caſus eſt, ſi pater legat † filiæ, cenſetur illud le- 10.
gatum feciſſe animo compenſandi cum dote, quoniam ex legis diſpoſitione tenebatur illam dotare. *l. qui liberos. ff. de ritũ nuptiar. l. final. C. de dot. promiſſ. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimon.* & ibi Bartol. notat, ideo compenſationem induci, quia eſt debitum neceſſarium, atque omnes ſequuntur.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi dos inter viuos fuiſſet promiſſa genero, & poſtea pater in ſuo teſtamento aliquid legaſſet filiæ ſuæ, nam
huiuſmodi legatum non compenſatur † cum do- 11.
te promiſſa, adhuc debita, quia dos promiſſa fuerat genero, & ideo actio illius vxori non competebat. *l. ſi pro dote. C. de dotis promiſſ. l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matrimon.* Item probatur per text.
punctualem *in l. ſi pater pro filia. ff. de collat. dotis,* †. 12.
per quem text. denegatur compenſatio legati ad dotem promiſſam genero, vt intelligit illum textum Ioan. de Immol. *in l. huiuſmodi. § ſi pater. de legat.* 1. & iſtum intellectum datum ab Immola, ſequuntur Alexand. *in authent. præterea. numer.* 13. *C. vnde vir, & vxor,* & ibi Aretin. *col.* 2. *circa fin.* Iaſ. *num.* 20. *propè finem*, Pepus *numer.* 40. Picus *num.* 58. vbi dicit dictum intellectũ eſſe notandum, &

& hanc opinionem eſſe communem probat Natta *in conſil.* 109. *numer.* 9. & licèt contrarium reſpondeat Purpurat. *in conſil.* 23. allegando Cumanum *in conſil.* 17. & Corn. *in conſil.* 230. *volum.* 4. quia licèt dos ſit debita genero, tamen dicta promiſſio facta fuit contemplatione ipſius filiæ, ideo conſiderato effectu, videtur promiſſa eidem filiæ. *l. fideicommiſſa. §. interdū. de legat.* 3. Tamen non eſt recedendum ab intellectu Imuolæ, qui eſt communiter receptus, vt probaui. Item quia filia poſt mortem patris, non poteſt ſtatim ad dotes agere, ſed poſt mortem patris, ſtatim poteſt ad legatum agere, ideo non inducitur compenſatio; ergo cùm
13. alia eſt perſona † creditoris, alia legatarij, non poteſt induci compenſatio: vt ſi monaſterio fuerit promiſſa dos pro ingreſſu, & filiæ ingredienti fuerit certa quantitas relicta, tunc ſtante diuer-
14. ſitate perſonarum, legatum † non compenſatur, ſed vtrumque debetur, vt reſpondit Surdus *in conſ.* 69. *numer.* 32. *vol.* 1. Item quia magna coniectura denegandæ compenſationis eſt, quando delictum & legatum ſunt diuerſæ qualitatis, vel quantitatis, & perſonarum.

Secundò declaratur, quia ſi teſtator legaſſet fi-
15. liæ ſuæ mille pro dote, † & poſtea in vita dediſſet ei dotem, hoc caſu, plures Doct. tenent etiam legatum deberi, Bartol. *in l. huiuſmodi. §. cùm pater. numer.* 4. *de legat.* 1. Salyc. *in l. filia legatorum, numer.* 2. *C. de legat. & in l. quinquaginta. ff. de probation.* Franch. *deciſ.* 422. *numer.* 4. vbi quòd quando legatum recipit duplicationem, vtrumque debetur, & ita intelligit text. *l. libertis quos. ff. de alim. & cibar. legat.* quia legatum alimentorum duplicationem non recipit, ideo ſemel tantùm debetur, & per iſtas, & alias allegationes, conſuluit Manentus *in conſil.* 117. impreſſo poſt deciſiones, quòd non obſtante dote data in vita, legatum debetur, quia dos etiam conſtante matrimonio augeri poteſt. Idem reſpondit Riminald. iun. *in conſil.* 492. *volum.* 1. quia per actum ſequentem nunquam cenſetur receſſum à primo, argum. *l. final. C. de nouat. & l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* Tantò magis, quia ſumus in
16. actione doris priuilegiata, † quæ non nouatur per ſtipulationem præcedentem. *l.* 4. *§. ex conuentione. ff. de re iudicata. l. ſi Stichus. §. idem Celſus. ff. de nouation.* Cuman. *in l. aliam. numer.* 6. *verſ. præterea in dubio. ff. de nouation. & in l. ſi diuortio. numer.* 5. *ff. de verb. obligat.* Alexand. *ibidem numer.* 3. *verſ. vnde alia poteſt dari ſolutio.* Item quia nulla coniectura capi poteſt, vt teſtator dando dotem in vita cenſeatur noluiſſe recedere à legato priùs facto, nam ſi id voluiſſet, expreſſiſſet. Item quia in dubio ſemper præſumptio capien-
17. da eſt, per quam actus † ſuſtineatur, *l. quoties. ff. de reb. dub.* quæ coniectura eſt potentior, & efficacior cæteris. Decius *in cap. quoniam Abbas num.* 16. *de offic delegati.* Socin. iun. *in conſil.* 140. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 244. *num.* 45. *vol.* 2. Riminald. iun. *in conſ.* 164. *num.* 86. *vol.* 2.

Contrariam opinionem exiſtimo veriorem, vt
18. legatum dotis præcedens † ſit extinctum in toto, vel pro parte, iuxta quantitatem dotis datæ in vita. Bartol. *in l. filia legatorum*, dicit, quòd ſi legatum eſt factum pro dote, & poſtea pater filiam nuptui dedit, & dotauit, legatum extinguitur, & hanc tenent Bald. Salyc. & Alexand. *in d. l. filia legatorum*, per illum textum, vbi omnes notant, quòd pater dotando videtur voluiſſe cum legato compenſare. Item hoc idem probat *l. Lucius, ff. de legat.* 2. vbi teſtator legauit militiam Titio, quam poſtea vendidit, & mortuo teſtatore cum eodem teſtamento dicit text. quòd Titius non poteſt petere legatum, ſed ſi partem pretij Titio dederit, non prohibetur petere reſiduum. Item quòd dotatio ſequens cenſeatur facta in compenſationem legati præcedentis, firmarunt Ruin. *in conſil.* 223. *numer.* 4. *volum.* 1. *& in conſil.* 82. *numer.* 7. *volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 79. *numer.* 18. *volum.* 3. Bero. *in conſil.* 46. *num.* 8. *volum.* 2. Dec. *in conſil.* 81. *numer.* 6. Riminald. ſen. *in conſil.* 230. *numer.* 3. Decian. *in conſil.* 15. *numer.* 6. *& numer.* 15. *verſ. non obſtat tertium. volum.* 2. vbi probat, quòd filia tantùm reſiduum legati petere poterit, Campeg. *in tractat. de dote parte* 1. *quæſtion.* 37. Phanucius *in tract. de dote gloſſ.* 8. *numer.* 43. & eſſe communem concluſionem probant Pariſ. *in conſil.* 60. *numer.* 33. *volum.* 2. & Surd. *in conſil.* 19. *volum.* 1. vbi latiùs aliis hanc concluſionem probat, & reſpon-
det contrariis, quoniam actus † ſemper præſu- 19.
mitur factus ex illa cauſa, ex qua tenebatur. Bartol. *in l.* 2. *numer.* 3. *ff. de condit. & demonſtrat.* Item ſemper præſumitur factus ex cauſa neceſſaria. Crauett. *in conſil.* 108. *numer.* 8. & *conſil.* 149. *numer.* 12. Sed pater tenebatur dotare filium. *l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum.* & ideo legauit illi dotem; ſed legatum non erat dotatio cum effectu, ideo ſi in vita dedit dotem, voluit compenſare cum debito neceſſario, & dotatio cenſetur facta ex cauſa præcedentis legati, & in eius compenſationem. Et licèt legatum, &
dotatio ſint facta in diuerſis † ſcripturis, tamen 20.
vnica ſumma debetur, Bartol. *in l. cùm centum. ff. de adimend. legat.* Paul. de Caſtr. *in l. planè. §. ſi eadem res. numer.* 10. *verſ. hoc verum. de legat.* 1. *& ibi* Iaſ. *num.* 11. Cuman. *in conſil.* 18. Crauett. *in conſil.* 167. Natta *in conſil.* 363. *num.* 13. Item licèt dotatio facta in vita contineret minorem ſummam, tamen diuerſitas quantitatis non im-
pedit compenſationem. † *Authent. præterea. C.* 21.
vnde vir, & vxor, vbi compenſatio fit pro rata, & ita tenent Bartol. Bald. & alij, quos ſequitur Alexand. *in l. huiuſmodi. §. cùm pater, numer.* 3. *de legat.* 1. vbi etiam reſpondet ad *l. cùm centum. ff. de adimend. legat.* quæ loquitur, quando diuerſæ quantitates relinquuntur in eodem teſtamento, ſecus quando vna quantitas debetus ex teſtamento vigore legati, & alia ex obligatione facta in vita, quæ originem habuit à neceſſitate. Iaſ. *in d. l. cùm pater numer.* 12. & alij allegati per Surd. *in d. conſil.* 119. *numer.* 17. *vo-*
lum. 1. Item ad doctrinam Bartoli † *in l. huiuſ-* 22.
modi. §. cùm pater numer. 4. *de legat.* 1. reſpondeo, illum non loqui ſimpliciter, pro vt allegatur, ſed
argumento *l. quinquaginta.* † *ff. de probationib.* & 23.
veriſſima eſt concluſio, Doctoris opinionem eſſe intelligendam ſecundùm legem quam allegat. Bartol. *in l. non ſolùm. §. liberationis. ff. de liberat. legat.* Sed ex *d. l. quinquaginta*, probatur totum contrarium, diſponitur enim quòd legatarius debet probare vtramque ſummam deberi, ex voluntate diſponentis; ergo ſi non probauerit, in dubio vna tantùm ſumma debetur. Et licèt inferiùs dicat, quòd hæres probare debet, tamen ille verſiculus intelligitur, hæredem teneri probare, ſi dixerit codicillos eſſe inanes, & hic eſt verus intellectus illius legis, quem probat Zaſius *in l. ſi pluribus. §. ſi eadem res, colum. final. de legat.* 1.

Tertiò declaratur iſte caſus, vt procedat in vna,

& eadem perſona legante, & tradente dotem in
24. vita, † ſecus ſi à diuerſis perſonis, & diuerſis cauſis, nam ſi auus legauit dotem nepti, & pater poſtea illam dotauit in vita, dos prædicta à patre data non compenſatur cum dicto legato, tum quia duæ cauſæ interuenuiunt, auus enim legauit illi dotem, eo quia illam à ſua ſucceſſione excluſit, pater verò dotauit, exercendo munus paternum neceſſarium, & ita reſpondet Decian. *in conſil.* 9. *numer.* 17. *volum.* 3. Tum etiam, quia
25. compenſatio non fit de debito † alterius, *l.* 1. *&* 2. *& l. in rem: in verſ. creditor. ff. de compenſat.* Roman. *ſingular.* 567. qua ratione idem dicendum eſt, ſi pater legaſſet dotem filiæ ſuæ, & poſtea auus illam neptem dotaſſet, pater enim pro debito ſuo legauit dotem, ad quam tenebatur; ergo auus dando dotem nepti, non cenſetur ſatisfeciſſe debito ſui filij, nam cùm filius poterat dotare, & priùs legaſſet dotem, auus non tenebatur, ſed voluntariè dotaſſe dicitur. Bald. *in authent. res quæ. C. communia de legat.* Salyc. *in*
26. *l. ſi filius in id. ff. ad Macedon.* Item quia auus † dotando neptem, non cenſetur feciſſe contemplatione patris, ſed ipſius neptis, Decian. *in d. conſil.* 9. *numer.* 13. *volum.* 3. vbi etiam, quòd propterea dos data nepti non imputatur in legi-
27. timam filij, † niſi caſu, quo dicta dos ad filium reuerſa eſſet. Ruin. *in l. in quartam. num.* 61. *ff. ad leg. falcid.* & quòd data ab auo non compenſetur in legatum dotis factum à patre, reſpondit Beto. *in conſ.* 46. *& conſ. ſeq. vol.* 2.

28. Quartò declaratur, nam ſi auus paternus † priùs legaſſet dotem nepti, & poſtea viuens dotem dediſſet, tunc habent locum ea quæ ſcripſi in ſecunda declaratione huius caſus, in verſ. con-
29. trariam opinionem, quia auus † paternus tenetur dotare neptem. Iaſ. *in. l.* 1. *numer.* 26. *ff. ſolut. matrim.* Bolognet. *ibidem numer.* 121. Socin. ſen. *numer.* 47. Socin. iun. *numer.* 192. *verſ. ego tamen.* Bald. *in conſil.* 323. *volum.* 3. Caccialup. *in l. frater à fratre, numer.* 37. *ff. de condict. indebit.* & alij per ipſum relati, & probatur per *l. dedit dotem. ff. de collat. bonor. & l. & ideo. §. fin. & l. ſeq. ff. de in rem verſ.* vbi ſi filius mutuauit pecuniam, vt dotem daret filiæ ſuæ, videtur verſum in rem patris, quatenus auus pro nepte daturus erat, dummodo hac mente dederit, vt gereret negotium patris; item *l. final. C. de dot. promiſſ.* vbi quòd officium paternum eſt dotare progeniem, *& l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.* Sed appellatione progeniei, continentur neptis. *l. liberorum. ff. de verbor. ſignificat. l. final. C. de emancipation. liber.* item *l. final. C. de hæretic.* vbi quòd dos data eſt pro filiabus, & nepotibus. Si ergo auus paternus tenetur dotem nepti dare; ergo eſt debitum neceſſarium, & ideo ipſo iure compenſatur. Sed ego intelligo iſtam communem, quando pater eſt pauper, tunc enim tenetur
30. auus † paternus in ſubſidium, & iſta eſt communis intelligentia, Rip. *in l.* 1. *numer.* 74 *ff. ſolut. matrimon.* & *ibi* Socin. ſen. *numer.* 46. Socin. iun. *numer.* 195. Ruin. *numer.* 69. & ita reſponderunt Crauett. *in conſil.* 219. Natta *in conſil.* 363. Aretin. *in conſil.* 17. Ant. de Butr. *in conſil.* 56. Bald. *in authent. res quæ. C. commun. de legat.* & *ibi* Salyc. Alberic. & Fulgoſ. Roman. & Alexand. *in d. l.* 1. *ff.*
31. *ſolut. matrimon.* Et ratio eſt, quia neceſſitas † dotandi prouenit à ſanguinis propinquitate; ergo patre viuo, & diuite, auus non tenetur dotare nepotem. Antecedens probatur per text. *l. profectitia. §. ſi filius, & §. ſi pater. ff. de iure dot.* vbi dos data à patre filiæ emancipatæ dicitur profectitia; ergo licèt filius habens patrem ſuum, non habeat filiam in poteſtate, tamen non excluditur à neceſſitate dotandi; ergo obligatio dotandi prouenit à propinquitate ſanguinis. Item illa verba *l. qui liberos,* † *ff. de rit. nuptiar. in verſ. quos* 32.
habent in poteſtate, ſunt narratiua, nec ſunt ratio iſtius textus, quoniam etiam filiæ emancipatæ pater tenetur dotem dare. Item etiam filiæ naturali, vt probaui latiùs ſuper *l.* 1. *ff. ſolut. matrimon.* in lectura Piſana, & tamen filiam naturalem non habet in poteſtate. Item tenendo hanc opinionem, quòd in ſubſidium teneatur dotem dare nepti, quando filius non habet, ſequitur, quòd hoc tantum caſu eſt debitum neceſſarium, & legatum venit compenſandum; ſecus eſt, vbi filius dotem dare poteſt, quia tunc promiſſio dotis per eum facta eſt debitum voluntarium, & vtrumque debetur. Item ſequitur, quòd dos data nepti cenſetur data contemplatione filij, † quia auus non tenebatur 33.
directò dotare neptem, quando pater ſuus eſt viuus, & diues, Alexand. *in conſil.* 8. *vol.* 3. *& in conſil.* 31. *volum.* 4. *& in conſil.* 132. *colum.* 2. *volum.* 5. *& in conſil.* 117. *colum.* 2. *volum.* 6. Crauett. *in conſil.* 219. *colum.* 1. Dec. *in conſil.* 81. *numer.* 5. *verſ. ſed in dubio,* Alciat. latiſſimè *in regula* 1. *præſumpt.* 17. Natta *in conſil.* 363. Ripa *in l. in quartam, num.* 202. *& plur. ſeq. ff. ad leg. falcid.* ex quo ſequitur, quòd iſta dos debet imputari † nepti in legitimam, quam 34.
debet habere in bonis patris. Alciat. & Rip. vbi ſuprà, Alexand. *in conſil.* 179. *volum.* 5. Angel. *in conſil.* 78. Sed quando dos eſt debita, tunc præſumitur data pro extinguendo debito. *l.* 1. *C. de ſolutionib.*

Quintò declaratur, nam ſi mater legauerit dotem filiæ, & poſtea viuens dotem dederit, vel è conuerſo, vtrumque debetur, quoniam non eſt debitum neceſſarium; quia hoc eſt debitum paternum, *d. l. final. C. de dotis promiſſ.* ſecus vbi pater eſſet inops, & mater diues, quia tunc mater tenetur † in ſubſidium dotare filiam, Bartol. *in d.* 35
l. 1. *ff. ſolut. matrimon.* vbi omnes ſequuntur. Rip. *num.* 77. Socin. iun. *numer.* 197. Crot. *numer.* 40. Bolognett. *numer.* 123. Bald. Fulgoſ. & cæteri *in Authent. res quæ. C. commun. de legat.* Bald. *in l. neque mater. C. de iure dot.* Cuman. *in l. filiam. §. fin. ff. ad Trebell.* Campeg. *de dote parte* 1. *quæſt.* 22. Rogerius *de dote. §.* 2. *numer.* 2. Omnes mouentur per text. *l. neque mater. C. de iure dot. in verſ. Niſi ex magna,* † *& probabili cauſa,* &c. quæ verba interpre- 36.
tantur in ſubſidium. Item ſimile argumentum eſt, quia ſi pater eſt inops, & filius aliunde non habeat, mater tenetur illum alere in ſubſidium. *l. ſi quis à liberis §. vtrum, verſ. ergo & mater. ff. de liber. agnoſcend. l. pen. ff. eod. tit. authent. ſi pater. C. diuortio facto. & in d. l.* 1. *ff. ſolut matrim.* Alexand. *num.* 21. Iaſ. *num.* 28. Ripa *num.* 79. Campeg. *in d. quæſt.* 22. Bartol. Bald. & cæteri *in l. alimenta. C. de negot. geſt.* gloſſ. *in d l. ſi quis à liberis. § ſi mater, in ver. neceſſario. ff. de liber. agnoſc.* Conar. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 6. *numer.* 13. *in fin.* & eſſe communem opinionem atteſtatur Cephal. *in conſil.* 5. *num.* 63. ergo eodem modo ſi pater eſt inops, & mater diues, tenetur illi dare dotem. Bald. *in d. l. neque mater,* Bartol *in d. auth. res quæ, num.* 4. Alexand. *in conſil.* 144. *num.* 13. *vol.* 3. Iaſ. *in § fuerat, num.* 115. *Inſtit. de actionib.* & hoc argumentum de alimentis † ad dotem procedit affir- 37.
matiuè. Et licèt plus grauaretur dando dotem, quàm alimenta, quia illorum ſolutionē anticiparet, tamen

hoc

hoc introductum eſt ratione publicæ vtilitatis, ſicut pater tenetur filio naturali. Item in filia legitima ſoluere legitimam pro dote in vita ſua. Ita dicendum eſt in matre, quæ cùm teneatur relinquere legitimam filiæ, cogitur ob publicam vtilitatem dare illam in vita ſua pro dote filiæ pauperis, & nubilis ætatis, non enim dotatio, & alimentorum præſtatio debentur ratione patriæ poteſtatis, ſed ratione ſanguinis: quamobrem ſi mater in ſubſidium dotem promiſerit, deinde legauerit, vel è conuerſo, ſemel debetur, quoniam, etiam quod in ſubſidium fit, debitum neceſſarium eſt.

38. Sextò declaratur, vt idem ſit in fratre, † qui ſororem pauperem dotare tenetur, pro vt eſt communis opinio, de qua atteſtatur *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Socin. iun. *numer.* 199. Ripa *numer.* 83. Iaſ. *numer.* 29. Croi. *num.* 4. Bolognet. *numer.* 128. Bartol. *in* 1. *conſtitut. ff. col. final. circa princip. & in l. alimenta. C. de neg. geſt.* gloſſ. Dyn. & Doct. omnes *in l. cùm plures. §. pen. & final. ff. de adminiſtrat. tut.* Immol. *in l. quamuis. ff. ſolut. matrim.* gloſſ. Bartol. & Doct. *in l. non omne. C. de adminiſtrat. tut.* Angel. *in l. à filia, in princip. ff. ad Trebellian.* gloſſ. Bartol. Bald. & Angel. *in l. qui filium. ff. vbi pupill. educari debeat,* Bartol. *in authentic. res quæ. C. comm. de legat.* Bald. *in l. fin. C. de dot. promiſſ. & in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & in Authent. niſi rogati. C. ad Trebell.* Cacheran. *in conſil.* 55. *numer.* 3. & ita fuit deciſum, Guidopap. *deciſ.* 439. *in fine*, & ſcribunt de hoc Theſaur. *in deciſ.* 192. *numer.* 7. & Stephan. Aufrer. *in additionib. ad Capellam Tholoſan. in deciſ.* 290. *numer.* 8. & Afflict. *in deciſ.* 371. *numer.* 3. qui alios referunt. Omnes mouentur per text. *l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de adminiſtrat. tut. & d. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. & l. non omnium. C. de adminiſtrat. tut. & l.* 1. *§.* 1. *ff. de tutel. & ration. diſtrahend.* Item comprobatur per illam concluſionem, quam firmant Doct. ſuper illo articulo, an ſoluto matrimonio per mortem viri, ſi eius heredes ſunt pauperes, & non poſſunt dotem reſtituere, fratres iterum dotare teneantur, in quo communiter diſtin-

39. guunt: aut frater † tenetur ex diſpoſitione hominis, & non tenetur iterum dare dotem, aut ex diſpoſitione iuris, ſicut nos quærimus, & item dotem dare obligati ſunt, Alexand. *in l. ſi cum dotem. §. 1. col. 3. ff. ſolut. matrimon.* Afflict. *in conſtit. regni incip. fratribus.* Vincent. de Franch. *in Addition. ad conſuetud. Neapol. in illa quæ incipit, ſi moriatur, in additione, quæ incipit, an conſuetudo, in verſ. & quid ſi ſemel.* Dicuntur autem teneri ex diſpoſitione hominis, puta con-

40. ſuetudinis, quia conſuetudines † ſunt pactiones ciuium. Idem intelligo ſi teneatur ex ſtatuto excluſiuo feminarum dotatarum propter maſculos, & tunc fratres poterunt conueniri petitione hæreditatis, cùm ipſi portionem hæreditatis poſſideant pro hærede, nam portio accreſcens alicui, poſſidetur per illum eodem iure, ſicut poterat poſſideri per eum, ex cuius perſona ſibi accreuit, vt not. *in l. 1. C. quãdo non petẽt. partes.* ergo tenetur petitione hæreditatis. *l. regulariter. ff. de petit. hæredit.* & ſic veniũt omnia, quæ in petitione hæreditatis veniunt. Aut nulla adeſt diſpoſitio hominis, & tenetur condictione, ex ſupradictis iuribus. Si igitur frater tenetur dotare ſororem pauperem, aliunde non habentem; ergo hoc caſu

41. eſt debitum † neceſſarium, & ita legatum compenſatur cum promiſſione, ita vt ſemel tantùm debeatur: ſed quia Socin. *in d. l.* 1. *num.* 200. *verſ. ſed vltra alios, moueo pulcram quæſtionem*, firmat, quòd vbi ſoror eſſet paupera, & haberet fratrem, & matrem diuites, vterque tenebitur pro dimidia. Ego ſum in contraria opinione, vt mater † ſola teneatur inſolidum, quia iudicium eius in maritando filiam præfertur iudicio fratris. Item quia debitum dotandi dependet à proximitate ſanguinis, & mater eſt 42.

proximior fratre; item qui tenetur dotare, † tenetur etiam maritare, *l. cùm multa. C. de donat. ante nupt.* & ſic debet laborare in inueniendo virum, ſed frater non poteſt maritare, niſi cum conſenſu matris, & conſanguineorum, Bald. *in l. Polla in* 3. *oppoſit. C. de his quib. vt indignis*, & probat Afflict. *in d. conſtitutione, Fratribus.* ergo totum onus eſt debitum matris. 43.

Septimò declaratur in marito, qui ſi legauit aliquid vxori, cui dotes reſtituere tenebatur, illud legatum compenſatur in reſtitutione dotium debitarum: † nam actus reſtitutionis dotis, verè debitum neceſſarium dici debet, ſicut dotis conſtitutio. 44.

§. quamobrem, in authen. de reſtit. & ea quæ parit, vbi pleniùs diſponitur, quàm *in authent. res quæ. C. commun. de legat.* etiam pro reſtitutione dotis, bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſe; ſed nulla alia ratione dicta diſpoſitio facta dici poteſt, niſi, quia dotis reſtitutio † eſt debitum neceſſarium, cùm pater pro filio, de illa reſtituenda obligare ſe debet. 45.

d. l. ſi cùm dotem. §. transgrediamur. ff. ſolut. matrim. Neque dici debet, quòd eſt debitum neceſſarium in patre, ſed voluntarium in filio, quia etiamſi pater viuens non ſe obligaſſet illam reſtituere, & filius poſt eius mortem vxorem duceret, dotémque receperit, tamen ipſe filius † de bonis paternis, alienari prohibitis, etiam ante matrimonium, pro dotis reſtitutione, tanquam debito neceſſario alienare poterit, atque hoc etiam ſi ipſe filius dimidiam hæreditatis paternæ pro ſua legitima, & Trebellianica diſſipaſſet, ita probat Paul. de Caſtr. Doctor veritatis, *in d. authent. res quæ, numer.* 11. vbi refert ſecundùm illam opinionem fuiſſe iudicatum Florentiæ, *& in conſil.* 219. *volum.* 1. cuius doctrinam ſequutus eſt Dec. *in conſil.* 519. *numer.* 3. *& ſeq.* reprobando Iaſ. & alios, qui contrarium ſentiebant. Idem Dec. *in conſil.* 376. *in fin.* Gozadin. *in conſil.* 97. *numer.* 10. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Curt. iun. *in conſil.* 59. *numer.* 7. Natta *in conſil.* 61. *numer.* 4. Roland. *in conſil.* 85. *in fin. volum.* 1. *& in conſil.* 27. *numer.* 3. *volum.* Decian. *in conſil.* 18. *num.* 27. *vol.* 2. Menoch. *in conſ.* 33. *numer.* 31. *vol.* 1. Beccius *in conſil.* 54. *per totum.* Item ad hanc Caſtrenſis doctrinam confert Rota *in deciſ.* 37. *part.* 1. *in Nouiſſim.* Item confert illa communis ſententia, quòd eadem ſunt priuilegia dotis † conſtituendæ, & reſtituendæ, de qua per Bald. Nouell. *in tract. de dote part.* 6. *priuilegio* 12. quam latè exornat Roland. *in conſil.* 20. *num.* 1. *& ſeq. vol.* 4. qui plurimos refert. 46. 47.

Et tenendo hanc opinionem, quæ vera & iuſta & apparet, ſi vera iuriſprudentiæ principia ſequi volumus, dicendum eſt, quòd legatum à marito debitore dotis reſtituendæ, cenſetur factum in compenſationem debiti neceſſarij, ita vt in illam computetur, & ita fuit deciſum in Senatu Gratianopolitano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titul. Vſufructuarius. cap. ſi teſtator.* Ideo non obſtat doctrina Bartoli † *in d. l. ſi cùm dotem. §. ſi pater*, vbi diſtinguit debitum reſtitutionis dotium in patre eſſe neceſſarium, per illum text. & *l. huiuſmodi. §. cùm pater. de legat.* 1. ſed in marito eſſe voluntarium, per *l.* 1. *§. ſciendum. C. de rei vxor. action. & l. creditorem. de legatis.* 2. ideo in marito non compenſatur. *d. §. ſciendum.* ſed in patre 48.

com

conſil. 149. *numer.* 3. Gratian. *in diſcept. forenſ. cap.* 274. *volum.* 1. *& ſeq.* & hæc concluſio eſt vera, etiamſi debitum conſiſteret in maiori quantitate,
59. nam legatarius acceptando minorem † quantitatem legatam, ſibi præiudicauit, *l. ſi ab vno, in princip. de legat. 2. cap. officij. de teſtament.* & probat latiùs Dec. *in conſil.* 299. *colum. final. & conſil.* 415. *colum. penultim.* Ruin. *in conſil.* 79. *volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 173. *volum.* 2. vbi hanc concluſionem probat, & reſpondet contrariis. Cagnol. *in conſil.* 20. inter conſilia Porti, vbi quòd requiritur ſcientia oneris in legato appoſito, pro omni, & toto, quod legatarius prætendere poſſet, & ibi etiam probat, quòd ſi legatarius eſſet enormiſſimè læſus, dictam acceptationem ex cauſa reſcindere poſſet.

Tertius caſus eſt, vbi pater relinquit legitimam filio, cuius hæres debitor remanet, ſi poſtea dictus hæres illi aliquid legauerit, in com-
60. penſationem † dicti debiti legaſſe cenſetur, quoniam legitima, & eius ſupplementum eſt debitum neceſſarium. §. 1. *Authent. de hæredib. & falcid. l. omni modo. l. ſcimus. C. de inoffic. teſtam.* & qualitas, atque conditio obligationis non immutatur ex perſona hæredis. *l. 2. §. de his*, & *ibi* notant omnes. *ff. de verbor. obligation. l. cui fundus. ff. de condit. & demonſtrat.* & probat Gabriel *in conſ.* 106. *volum.* 1.

Declaratur iſte caſus, nam ſi extaret ſtatutum, quòd aduersùs prædictum debitum nulla poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis, poterit opponi exce-
61. ptio compenſationis, † Felin. *in cap. ſuborta col.* 2. *de re iudic.* Sebaſt. Medic. *in tract. de compenſat. part.* 1. *quæſtion.* 25. *numer.* 20. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 48. *numer.* 25. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 66. *numer.* 2. *volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 79. *numer.* 9. *volum.* 3. Iaſ. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. colum.* 6. *verſ. hinc notabiliter. ff. de pact.* Purpurat. *in conſil.* 485. *in fin.* Cacherau. *deciſ.* 92. *numer.* 12. Milanenſ. *deciſ.* 14. *numer.* 18. qui alios referunt. Et licèt vbi ſtatutum ſolam exceptionem ſolutionis realis admittit, non poſſit opponi exceptio com-
62. penſationis, † quæ eſt ficta ſolutio, vt per Milanenſ. *ibid. numer.* 19. Tamen iſta compenſatio, quæ fit de debito neceſſario, non eſt vera com-
63. penſatio, ſed potiùs † quædam imputatio ad diminuendum debitum, Corn. *in conſil.* 292. *numer.* 1. *volum.* 1. Gabriel *in conſil.* 16. *num.* 31. *volum.* 1. Menoch. *in conſil.* 206. *numer.* 84. *& ſeq. volum.* 2. Bero. *in quæſtion. familiar.* 92. *numer.* 10. Surd. *in conſil.* 112. *numer.* 40. *volum.* 1. ita vt dicta imputatio ſtatim debitum neceſſarium extinguat, Socin. iun. *in conſil.* 79. *numer.* 18. *&* 112. *volum.* 3. & ipſo iure inducta eſt ſolutio, & liberatio. Corn. *in d. conſil* 292. *numer.* 2. *& ſeq. volum.* 1. ita vt diminutum ſit legatum, *l. Lucius, in fin. ff. de adimend. legat.* & prima actio cenſetur extincta. *l. filia. C. de legat.* quia hoc facit lex in debito neceſſario. Simon de Pret. *de interpretat. vltim voluntat. lib.* 4. *dubitat.* 6. *num.* 5. Dec. *in authent. præterea, numer.* 10. *C. vnde vir, & vxor.* Quamobrem dicta imputatio continebit debiti neceſſarij extinctionem, & diminutionem ſiue in toto, ſiue in parte, & illius ſolutionem veram, & realem; ergo non opponitur ad compenſandum, ſed ad declarandum ſolutionem, & extinctionem eſſe factam.
64. Item quia etiam ſolutio † anticipata retrotrahitur, vt extinguat debitum neceſſarium, quia etiam ante diem licitum eſt ſoluere. *l. quod in diem. ff. de ſolut. l. eum qui calendis. §. final. ff. de verb. obligat. l. poſt mortem. C. de fideicommiſſ.* quoniam tempus ſoluendi eſt appoſitum gratia debitorum. *l. cùm tempus. ff. de regul. iur.* cui fauori poteſt renuntiari. *l. fin. C. de pact.* Rota *in deciſ.* 166. *numer.* 8. *parte* 2. in vltimis, vbi quòd ſolutiones anticipatæ ſunt intelligendæ ſaltem pro rata temporis ad inducendam compenſationem.
Item quia compenſatio † fit cum debito cuius dies 65.
adhuc non venit, gloſſ. *in l. quæcumque. ff. de compenſat.* Rota *in deciſ.* 536. *numer.* 3. *parte* 1. *in vltimis.* ergo ſicut ex ſolutione penſionis inducitur quaſi poſſeſſio exigendi, ita ex compen-
ſatione, † quæ eſt vera ſolutio. *l. debitor. ff. qui* 66.
pot. in pignor. hab. verſ. nec enim intereſt an ſoluerit, vel compenſauerit. l. non tantùm, & l. ſeq. ff. de liberal. cauſ. Bart. *in l. diuortio. §. donationes. numer.* 2. *verſ. qui enim compenſat. ff. ſolut. matrimon. & in l. aufertur. §. qui compenſationem. verſ. vos ſcitis. ff. de iure fiſci.* Iaſ. *in l. eum qui. § ſi iurauero, numer.* 4 *verſ. tertiò facit. ff. de iureiur. & in l. numis num.* 10. *ff. de in lit. iurando.*

Quartus caſus eſt, ſi hæres grauatus de reſtituenda hæreditate, aliquid in ſuo teſtamento re-
liquerit † fideicommiſſario, tale legatum non 67.
compenſatur cum fideicommiſſo, pro vt eſt caſus *in l. Lucius Titius. de legatis* 1. vbi etiam, quòd voluntas teſtatoris probari debet, quòd animam compenſandi habuerit, etiamſi quantitas legata eſſet minor, quia teſtatore volente, compenſa-
tio † fiet pro rata, Paul. de Caſtr. *in l. creditorem* 68.
in fin. de legatis 2. Alexand. *in conſil.* 132. *numer.* 2. *volum.* 2. Ruin. *in conſil.* 75. *numer.* 2. *volum* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 110. *in fine.* Sed per legatum factum fideicommiſſario, nullo alio apparente, non præſumitur animus compenſandi, quoniam verſamur in debito voluntario, tam reſpectu primi teſtatoris fideicommittentis, quàm reſpectu ſecundi, qui adeundo illius hæreditatem ſponte contraxit ſuper dicto onere reſtituendi, & ideo intrat regula, quòd non præſumitur in eo animus compenſandi, & propterea vtrumque debe-
tur, † & ita firmarunt, Alexand. *in conſil.* 250. *in* 69.
vltimo dubio, volum. 6. Neuizan. *in conſil.* 62. *num.* 23. Dec. *in conſil.* 425. *colum. pen.* & alij latiùs ad hoc allegati per Merotium *in conſil.* 31. *in* 2. *dubio per totum*, vbi reſpondet omnibus contrariis.

ARTICVLVS VII.

De legatis alimentorum.

SVMMARIA.

1. *Legatum habitationis, & victus, ac veſtitus non eſt vnum, ſed plures.*
2. *Legatarius alimentorum, ſi vult habitare extra domum, debet habere veſtitum.*
3. *Conditio, & qualitas, quando non cenſeatur repetita inter omnia copulata.*
4. *Legatum victus commodius præſtatur in domo.*
5. *Legata tot ſunt, quot ſunt res particulares legata.*
6. *Donationes tot ſunt, quot ſunt res donata.*
7. *Venditiones aliquando tot ſunt, quot ſunt res vendita.*
8. *Alimentorum legatorum appellatione, quid contineatur.*
9. *Expenſa pro medicinis ſunt ſpecies alimentorum.*

10... *item*

10. .. *item expenſæ pro præceptoribus & magiſtris.*
11. *Filius non tenetur alere patrem pauperem, qui nullam artem illi contulit.*
12. *Pater tenetur ſubminiſtrare expenſas filio ſtudioſo, volenti incumbere.*
13. .. *& hoc ſolum infra quinquennium, & non vltrà.*
14. *Alimenta quomodo, & qualiter ſint taxanda, & de quibus debeantur.*
15. *Alimentorum appellatione continetur habitatio.*
16. *Alimentarius in domo debet habere illius claues.*
17. *Alimenta præterita an, & quando peti poſſint.*
18. .. *etiam debita officio iudicis.*
19. *Legatum alimentorum non imputatur filio in legitimam.*
20. *Legata ſi ſint duo diuerſarum rerum, vtrumque debetur.*
21. *Teſtamentum ſine inſtitutione filij non ſuſtinetur per legatum alimentorum.*
22. .. *& filius acceptando illud non impeditur dicere de inofficioſo.*
23. *Alimenta, & expenſæ litis quibus debentur, etiam in prima inſtantia.*
24. *Legatum alimentorum à dictis hæredibus præſtandum, an debeatur ab hæredibus hæredum.*
25. *Pro legato alimentorum omnia bona teſtatoris ſunt obligata.*
26. *Hypotheca datur pro legato, quia dominium competit iure ſpeciali.*
27. *Cephali opinio reprobatur ſuper intellect.* l. 1. C. communia de legat. *vt per ipſum* in conſ. 98.
28. *Alimentorum filiorum onus inhæret bonis.*
29. *Caſtrenſ. opinio* in conſ. 16. vol. 2. *reprobatur.*
30. *Hæres tenetur ad alimenta præterita, & debet releuare fideicommiſſarium reſpectu bonorum.*
31. *Legatum factum ſpurio, reſtringitur ad alimenta.*
32. *Pater, vbi ex lege municipali poteſt diſponere de quinta parte bonorum, poteſt illam legare ſpuriis.*
33. *Alimenta non ſunt danda filio primo aliunde habenti, vel quia ex operis ſuis viuere poteſt.*
34. *Alimenta ſpuriis data aliquando repetuntur.*
35. *Alimenta dandi filiis onus ineſt bonis paternis.*
36. *Alimenta ſemel præſtita, & conſumpta iterum præſtanda ſunt.*
37. *Alimenta legata ſorori ſemper cenſentur data in cauſam pietatis.*
38. *Alimentaria ſi ingrediatur religionem, an legatum extinguatur.*
39. *Frater dans alimenta ſorori in vita ſua, non præſumitur illa donare voluiſſe.*
40. *Donationis animus reſpectu coniunctorum, ex quibus præſumatur.*
41. *Alimenta reſtituenda compenſantur cum operibus præſtitis.*
42. *Legatum alimentorum debet minui ſecundùm vires patrimonij, ſi hæres non fecerit inuentarium, & num.* 50.
43. *Hæres non conficiens inuentarium, tenetur vltra vires propter præſumptam fraudem.*
44. *Trebellianica non perditur ob non confectionem inuentarij.*
45. *Legatum alimentorum factum vxori pauperi, compenſatur cum quarta ei debita.*
46. *Pronomen* aliquod *comprehendit omnes ſpecies contentas ſub eodem nomine generali.*
47. *Legatum alimentorum factum vxori pauperi, ſi eſt minus quarta, ſuppleri debet.*
48. Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor, *quæ ſit ratio deciſionis.*
49. *Vxor habens patrem diuitem, à quo poſſit habere alimenta, non ſuccedit marito diuiti in quarta.*
51. *Legatum alimentorum factum vxori, non impedit quartæ deductionem.*

DE legatis alimentorum Iuriſconſulti pertractarunt in particulari titulo *ff. de alimentis, & cibariis legatis*, & noſtris temporibus Ioan. Petrus Surdus inſignis modernus, comproſiſſimum tractatum de ipſis alimentis ſcripſit. Nos autem in huiuſmodi materia illos tantùm caſus exarabimus, ſuper quibus aliquando reſpondimus.

Primus caſus eſt, quando teſtator legauit Titio habitationem in domo ſua & victum, ac veſtitum, † tunc legatarius illud legatum conſequi non 1. poteſt, niſi in dicta domo habitauerit, vt per multas rationes, & allegationes probat Surd. *in d. tract. de aliment. titulo* 4. *quæſt.* 15. Sed ſi Titius legatarius vult habitare extra dictam domum, an poſſit conſequi veſtitum, † non inueni hunc caſum 2. tactum à Surdo, & rationes validè vergent, quòd dictum legatum veſtimentorum habere debeat, quoniam conditio, & qualitas, quando non poteſt vniformiter cadere inter copulatos, tunc non cenſetur † repetita in omnibus, prout eſt 3. caſus *in l. final.* §. *Seio. de legat.* 2. Bartol. *in l. Seia.* §. *Caio. ff. de fund. inſtruct.* Ruin. *in conſil.* 112. *numer.* 7. *volum.* 3. Sed qualitas, & conditio habitationis in domo ſua non conuenit vniformiter legato victus, & legato veſtitus, nam reſpectu victus, † commodius præſtatur in domo, quàm 4. extra domum. Roland. *in conſil.* 22. *numer.* 9. *volum.* 1. Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. numer.* 138. *verſ. tertio autem caſu*, Craſſ. *in* §. *legatum quæſtion.* 23. qui alios refert, & Surd. *in d. quæſtion.* 15. vbi probat eſſe communem, vbi quòd ſi legatarius peteret alimenta extra domum, diceretur plus petere, quia plus expenditur extra domum, & minus in domo cum aliis; ſed hæc ratio non militat, neque applicari poteſt ad veſtitum, quia tanti vbique expenditur. Item quia alterum eſt legatum habitationis, alterum victus, alterum veſtitus, quoniam tot ſunt legata, † quot ſunt res particulariter enumeratæ, 5. neque refert vtrùm ſub eadem, vel diuerſa oratione exprimantur, ita probatur in ſtipulationibus. *l. ſcire debemus. ff. de verbor. obligat.* vbi quòd tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt res, & *ibi* gloſſa *in verſ. plura.* Bartol. *in ſi ex toto.* §. *final. de legatis* 2. *& in l. Lucius.* §. *qui habebat. ff. ad Trebell.* per quam regulam Doctores reſponderunt in diuerſis caſibus, Bartol. *in d.* §. *qui habebat*, vbi quòd tot ſunt capita in ipſa ſententia contenta, allegat *l. ædiles.* §. *final.* & *ibi* gloſſ. *ff. de ædilit. edict.* & *l. qui tamen, in princip. ff. de arbitr.* Item Bartol. *in l. Modeſtinus. ff. de donat.* dicit quòd vbi plures res vnico actu donantur, tot ſunt donationes, † quot ſunt res, licèt vnica requiratur inſinuatio, quæ habet reſpectum ad 6. præſtationem ipſorum. Iaſ. *in d. l. ſcire debemus. numer.* 5. *ff. de verbor. obligat.* Pariſ. *in conſil.* 66. *volum.* 1. Item Baldus *in l.* 2. §. *præterea colum.* 2. *C. de iure dot.* vbi quòd ſi plures res vnico contractu ſint venditæ, quæ habeat pretia diſtincta, tot ſunt venditiones, † quot ſunt res, ita vt ſtante læſione, remedium reſcindendæ habeat locum ſolum 7. reſpectu

reſpectu illius, in qua læſio interuenit, Dec. *in*
conſil. 421. *numer.* 3. Boër. *deciſ.* 73. ergo & dicta
legata tria eſſe dicuntur, quot ſunt res, ſcili-
cet habitationis, item victus & veſtitus, & re-
ſpectu veſtitus, hæres qui nullum patitur intereſſe,
vbicumque ille habitet, præſtare debet, & ita in
puncto reſpondit Ioan. de Anania *in conſil.* 54. *num.* 1.
verſ. ſed in caſu iſto, & Simon de Pret. *de interpretat.*
vltim. volunt. lib. 4. *interpretat.* 11. *num.* 116. quos in hoc
caſu ſequitur Paponus *in conſil.* 55. *col.* 1.

8. Secundus caſus eſt, in legato † alimentorum
facto filiis continentur veſtimenta, & calciamen-
ta. *l. legatum. ff. de aliment. & cibar. legat. l. verbo vi-*
ctus. ff. de verb. ſignificat. Item continentur cibaria,
& potus. *l. legatis. ff. eod.* & *ibi* gloſſ. Bartol. *in l. final.*
ff. de liber. agnoſc. Alexand. *in l. ſi vſusfructus.* §. *dos le-*
gata. colum. 2. *ff. ad legem falcid.* Socin. *in conſil.* 161.
colum. final. volum. 2. Item venit lectus. *l. cum hi.*
§. *qui transſigit. ff. de transaction.* Bartol. *in l. legatis,*
circa finem. ff. de aliment. & cibar. legat. l. in ſtratum.
l. inter quos. §. *verbum viuere. ff. de verbor. ſignificat.*
quia ſine lecto non poteſt viuere homo. Bartol.
in tract. de alimentis, verſ. quaro an in dictis, nota-
tur *in l. ſi cùm dotem.* §. *ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſolut.*
matrimon. Item veniunt calciamenta, Speculat.
in titul. Qui filij ſint legitimi. §. *in ſumma probatur.*
Nam ſi veniunt veſtes; ergo etiam calciamenta,
quæ continentur appellatione veſtium. *l. argento.*
§. 1. *verſ. & faſcia crinales. ff. de auro, & argent. le-*
gat. Zabarell. *in clem.* 2. *quaſtion.* 5. *de vita, & ho-*
neſtat. cleric. Item venit habitatio. *d. l. legatis. ff. de*
aliment. & cibar. legat. Bartol. *in d. tractat. de ali-*
mentis, in princip. Pontan. *in tractat. de alimentis.*
cap. 17. *numer.* 20. Item venit aqua, quando eſt
venalis, vt per gloſſ. & Bartol. *in l.* 1. *ff. de aliment.*
& cibar. legat. qui loquuntur in potu, & Roland.
in conſil. 22. *numer.* 7. *volum.* 1. intelligit etiam de
aqua ſi venalis ſit, vt eſt Venetiis. Item expen-
9. ſæ † pro medicinis, ſi contingat alimentarium
infirmari, Bartol. *in d. l. legatis. ff. de aliment. &*
cibar. legat. per *l. victus. ff. de verbor. ſignificat.* & la-
tiùs per Roland. *in d. conſil.* 22. *numer.* 3. *& ſeq. vo-*
lum. 1. Item quando ſunt relicta pupillis, deben-
tur etiam expenſæ pro præceptoribus, & magi-
10. ſtris, † vt inſtruantur in arte ſibi conueniente, ar-
gum. *l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb.* Roland.
in d. conſil. 22. *numer.* 8. *volum.* 1. Hoc eſt pro-
prium onus paternum, ita vt ſi pater filio nullam
11. artem contulerit, filius † poſtea non tenetur ale-
re patrem, pro vt ſancitum fuit in lege Solonis,
vt atteſtatur Plutarchus *in eius vita*, & Hely ſa-
cerdos, licèt ſanctus fuiſſet, quia tamen filios ſuos
non erudierat in omni diſciplina, & correctione, ſu-
pinus cecidit, & mortuus eſt, verba ſunt Diui
Hieronymi *in cap. Epiſcopi. diſtinction.* 37. ergo ſi
eſt onus paternum, in legato alimentorum fa-
cto filiis continentur expenſæ pro illis inſtruen-
12. dis in aliqua † diſciplina. Item ſi ſunt adoleſcen-
tes, & ſunt capaces ſtudiorum, pater tenetur
ſubminiſtrare illas filiò volenti ſtudere, *l. de bo-*
nis. §. *non ſolùm. ff. de Carboniano edicto*, vbi diſpo-
nitur: Non ſolùm alimenta præſtari debent pupillo,
ſed etiam in ſtudium, & neceſſarias expenſas debet
impendi pro modo facultatum, & latiùs probat
Rebuff. *in tractatu de ſcholaſtic. priuilegio quinquage-*
ſimo tertio; ergo pater legando alimenta filiis cen-
ſetur comprehendiſſe etiam expenſas ſtudiorum
pro modo facultatum: ſed quando comprehendit
13. huiuſmodi expenſas, tunc non debent excedere †
quinquennium, quia hoc eſt tempus ſtudiis perfi-
ciendis à iure ſtabilitum. § *ſed quia*, & *ibi* gloſſ. *in verſ.*
quinti anni. Bartol. & Alberic. & cæteri *in proœmio*
Digeſtorum. Et propterea per quinquennium tantùm
ſunt immunes ſcholares ab oneribus publicis, Lucas
de Penn. *in l.* 1. *in fin. C. de his, qui ætat. vel profeſſ. ſe ex-*
cuſ. lib. 10. Et licèt Matthęus VVeſembecius *in conſil.*
80. teneat, dictas ſtudij expenſas deberi etiam vltra
quinquennium, tamen totum remittendum eſt ad
arbitrium iudicis, pro diuerſitate, & profectu inge-
nij, vt ipſe VVeſembecius etiam probat.

Declaratur iſte caſus, primò, vt in quantitate
alimentorum † taxanda, inſpiciatur perſonarum 14.
qualitas, dignitas, & modus facultatum, *l. ſed &*
ſi. §. *ſufficienter*, & *ibi* Alberic. Angel. & Caſtrenſ.
ff. de vſufruct. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 143.
Hanc regulam tradit gloſſ. final. *in cap. cùm haberet,*
de eo qui duxer. in matrimon. & quòd alia debeantur
alimenta mulieri, alia ruſtico, alia ſeni, alia nobili,
Iaſ. *in* §. *final. verſ. item ſi de dote, numer.* 7. *& ſeq.*
Inſtitut. de action. & ita firmant Hoſtienſ. Ioan.
Andr. Ancharan. Abbas & alij relati per Gabriel.
in ſuis communibus. titul. de alimentis. concluſ. 1. *nu-*
mer. 25. *verſ. contrarium notant communiter om-*
nes, l. Neſennius. §. *final.* & *ibi* Immol. *numer.* 7.
verſ. nam alia alimenta. ff. de re iudic. Couar. *in epi-*
tom. de ſponſalib. part. 4. *Decretal in* 2. *parte cap.* 8.
§. 6. *numer.* 7. Item debent ſolui ex redditibus,
& acceſſionibus, non autem de proprietate. *l.*
Imperator, in fin. ff. ad Trebellian. & *ibi* gloſſ. *in*
verſ. emolumentum, & omnes Doctores, per quem
text. ita tenet Bartol. *in l. alimenta. ff. de aliment.*
& cibar. legat. vbi quòd non debet vendi pro-
prietas, ſed ex fructibus eius dari debent, &
ibi Addentes. Idem tenet Bald. *in l. voluntas, nu-*
mer. 4. *C. de fideicommiſſ.* dicens hoc eſſe notan-
dum, & *ibi* Addentes ad eum, alios referunt.
Sed hoc intelligitur, niſi alendus futurus eſſet
dominus illorum bonorum, tunc enim ſi illi non
ſufficiunt, ex re ipſa alendus eſt, *l.* 1. §. *mulier.*
ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend. ſecundùm Angel.
in d. l. Imperator, & hoc etiam eſſe notatu di-
gnum, dicit Bald. vbi ſuprà, Gomez *in l.* 10. *Tau-*
ri, numer. 40. Tellius Fernand. *num.* 14. Roland. *in d.*
conſil. 22. *num.* 21. *vol.* 1. *& in conſil.* 74. *num.* 18. *vol.* 2.
Item non procedit, vbi ex lege particulari alicuius
loci, eſſet diſpoſitum, vt alimentario aſſignetur
certa portio bonorum, puta quinta, vel ſexta pars.
Lupus *in c. per veſtras.* §. 24. *num.* 8. *verſ. Imò plus atten-*
tari poſſet.

Secundò declaratur, cùm in legato alimento-
rum † veniat habitatio, vt dixi, ſi illa in domo hæ- 15.
redis relicta fuerint, alimentarius etiam debet
habere claues domus, † nam in vſu domus ſunt 16.
principaliter coniuncti. *l. ille cum illo. ff. de vſu-*
fruct. legat. l. ſi quis Titio. ff. de vſufruct. accreſcend.
l. Lucius. §. *quiſquis*, & *ibi* Doct. *de legat.* 2. *in verſ. vnà*
cum Pamphilo habeto, quæ verba interpretantur, vt
ſinguli eorum admittantur ad partes; ergo quili-
bet eorum claues oſtij habere debet, vt ad ſuum
commodum poſſit ire, & redire, & ita in fa-
cti ſpecie reſpondit Berous *in conſil.* 48. *per totum*
volum. 2.

Tertiò declaratur, vt alimenta † præterita pe- 17.
ti poſſint, etiamſi ſint plurium annorum, quantum
ad comeſtibilia in pecuniis numeratis, & quan-
tum ad veſtitus in ſpecie. *l. de alimentis. C. de tranſ-*
action. l. libertis quos. §. 1. *ff. de aliment. & cibar. legat.*
& vtrobique Bartol. & Doct. etiam ſi interpel-
latio non præceſſerit, vt *d* §. 1. & diffusè ſcribit Gut-
tierez *in allegat.* 14. *n.* 2. & ita fuit decisum in Rota,

vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 1. titul. Alimenta. cap.*
præterita alimenta. Et licèt dicta iura loquantur
in alimentis debitis iure actionis, tamen idem
18. eſt in alimentis debitis officio † iudicis, & in illis,
quæ debentur à patre filiis, quando filius ad alimen-
tandum ſe mutuo pecuniam acceperit, Guttier. *in d.*
allegat. 14. *num.* 3. Imò creditores filij poſſunt petere
à patre per actionem de in rem verſo. *l. final. ff. de in*
rem verſ. & *ibi* notant Doct. & tenet Bartol. per illum
text. & *in d. l. libertis quos. §. 1. ff. de alim. & cib. legat.* &
Alex. & Iaſ. *in d. l. de alimentis, num. 6.* Alciat. *num.* 13.
Anton. de Padill. *num.* 13.
19. Tertiò declaratur, quòd alimenta † relicta filio in
teſtamento, non imputantur in legitimam, quo-
niam aut in eodem teſtamento eſt relicta legiti-
ma, & legatum alimentorum, & tunc teſtamen-
tum eſt validum, & vtrumque debetur ex theorica
Bartoli *in l. cùm centum numer. 1. in fin. ff. de aliment. &*
cibar. legat. vbi quòd quando duo relicta ſunt diuer-
20. ſarum † rerum, vtrumque debetur, præſumitur enim
quòd teſtator dicta legata multiplicare voluerit, &
ita reſpondet Gabriel *in conſil.* 109. *num.* 11. *verſ. il-*
lud tractandum ſupereſt. volum. 1. & latè probat
Surd. *in tract. de aliment. titulo 9. quæſt. 34. numer. 6.*
& plur. ſeq. & nouiſſimè Mangilius *in tract. de im-*
putationib. quæſtion. 48. numer. 30. & ſeq. Aut in te-
ſtamento non eſt relicta legitima filio, ſed ſo-
lùm legatum alimentorum factum eſt, & tunc
fruſtrà tractatur de imputatione, cùm teſtamen-
tum ſit nullum ipſo iure, ſi legitima filio titulo in-
ſtitutionis relicta non fuerit, §. *aliud quoque capitu-*
lum, Authent. vt cùm de appellat. cognoſc. Authent. no-
21. *uiſſima. C. de inoffic. teſtament.* Item teſtamentum †
eſt nullum, etiam de iure prætorio, etiam filio non
opponente, vt diffusè ſcripſi ſuprà in hac parte
quæſt. 2. artic. 2. & *ibi* probaui, non eſſe veram il-
lam opinionem, quòd teſtamentum ob præteri-
tionem filij, ita demum ſit nullum, ſi filius vult, &
hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Ale-
xand. *in l. poſthumo, numer. 16. in fin. C. de bonor.*
poſſeſſ. contra tabul. Dec. *num.* 9. vbi dicit hanc eſſe
veram opinionem, Angel. *in l. filio præterito, num. 5.*
verſ. prima eſt, quòd teſtamentum. ff. de iniuſt. teſtam.
vbi dicit hanc eſſe veram opinionem, & commu-
nem, & plura ſcripſi pro ea comprobanda *in quæſt.*
3. artic. 2. huius partis, per quæ ſcripta apparet non
eſſe recipienda ſcripta per Mangil. *in d. quæſtion.*
quadrageſima octaua, numero quintodecimo. Et fi-
22. lius acceptando † legatum alimentorum, non
impeditur dicere de inofficioſo, & nullitate te-
ſtamenti, quoniam dicta alimenta, & expenſæ li-
23. tis eidem lite pendente ſunt debita, † vt ſæpiſſimè
deciſum eſt, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo primo,*
titul. Alimenta. cap. ſine facto hominis, & in pluri-
bus aliis capitulis eiuſdem tituli, omnes mouen-
tur per text. *l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inof-*
fic. teſtament. qui text. licèt videatur loqui de eo,
pro quo lata eſt prima ſententia, pro vt etiam
ſcribit Valaſch. *deciſ. prima*, tamen contraria opi-
nio recepta eſt, vt filio etiam in prima inſtan-
tia alimenta, & expenſæ litis debeantur, Afflict.
deciſ. 11. Rota Romana *deciſ. 2. de iudic. in an-*
tiquior. Vetall. *deciſ. 259. numer. 5. part. 2. & de-*
ciſ. 18. & 20. part. 1. & Rot. *deciſ. 907. & 908.*
in nouiter Nouiſſim. vt *in Digeſt. Nouiſſim. d. titul.*
Alimenta. cap. filij. Et hæc concluſio procedit etiam
ſi negetur eſſe talis, *l. ſi neget. ff. de liber. agnoſc.*
Secus ſi obiiceretur de renuntiatione, quia tunc
exceptio renuntiationis expreſsæ ſtat in co-
gnitione cauſæ, qua durante, contractus in ſuo
ſenſu permanet, donec per ſententiam reſcinda-
tur, Benedict. *in cap. Raynutius, in verſ. duas ha-*
bens filias. numer. 249. verſ. ſola ergo ſimplex renuntia-
tio, de teſtam. & vide Gabriel. *in conſil. 25. numer. 15. &*
ſeq. vol. 1.
Tertius caſus eſt, legatum † alimentorum ali- 24.
cui factum, intelligitur ad eius vitam, pro vt
hanc eſſe regulam, probat Surd. *in tractat. de ali-*
ment. titulo 5. quæſtion. 3. in princip. & quæſtion. 6.
in princip. Sed ſi teſtator legauit alimenta, præ-
ſtanda à dictis ſuis hæredibus, tunc poſſunt ex-
tingui ante mortem legatarij, ſi ipſi hæredes priùs
morerentur, ita probat Surd. *in d. quæſtion. 6.*
numer. 26. & ſeq. & nouiſſimè comprobat Gra-
tian. *in diſcept. forenſ. cap.* 104. & de hoc caſu
ſcripſi *in quæſtion. 12. articul. 1. huius partis*, vbi
quòd appellatione hæredum ſuorum, non ve-
niunt hæredes hæredum, ſed reſtringitur diſpo-
ſitio ad hæredes nominatos, quod intelligitur
non ſolùm de nominatis nominibus propriis, ſed
etiam nominibus appellatiuis, vt ſcripſi *in tractatu*
de clauſulis parte 3. clauſula 36. ergo ſi dicti hæredes
nominati præmorerentur, legatum alimentorum ex-
tinguitur.
Ego verò in hoc caſu contrarium credo eſſe ve-
rius, quia pro dicto legato † omnia bona teſta- 25.
toris ſunt obligata. *l. 1. C. communia de legat.* & *ibi*
Cyn. Bartol. Salyc. Caſtrenſ. & cæteri. §. *noſtra*, &
ibi omnes Doctor. *Inſtitut. de legat.* Alexand. *in con-*
ſil. 4. numer. 20. & ſeq. & in conſil. 98. numer. 5. vo-
lum. 2. Ripa *in l. 1. numer. 38. de legat.* 1. latè ſcri-
bit Neguſant. *in tractat. de pignorib. in quarto mem-*
bro ſecundæ partis principal. numer. 157. Couarru.
in cap. Raynutius. §. 10. numer. 2. de teſtament. Item
hypotheca † datur pro legato, quia dominium 26.
competit iure ſpeciali, Bartol. *in l. 1. numer. 13.*
de legat. 1. & Socin. *numer.* 15. dicit, quòd Do-
ctores illum communiter ſequuntur, & fuit
opinio Cyn. *in d. l. 1. numer. 5. C. communia de*
legatis, & hanc etiam tenet Bartol. *in l. final. C.*
de ſacroſanct. Eccleſ. & *ibi* Bald. *numer.* 10. & Sa-
lyc. *in fine*, quia res legata non eſt facta ex to-
to ipſius legatarij, cùm remaneat penes alium,
& ratione directi dominij datur hypotheca. Sur-
dus *in deciſ. 76. numer. 8. & ſeq.* Sed actio hypo-
thecaria eſt in rem, & datur contra quemcum-
que poſſeſſorem. *l. pignoris. C. de pignorib. l. ſi*
fundus. §. in vendicatione. ff. eodem titulo. Nec eſt
recipienda doctrina Cephali *in conſil. 98, numer.*
15. † *volum.* 1. vbi quòd actio hypothecaria 27.
pro legato competit ſolùm quando competit actio
perſonalis, pro quo allegat *d. l. 1. in verſ. in om-*
nibus autem huiuſmodi caſibus, quam doctrinam ſe-
quitur Surd. *in d. conſil. 291. numer. 8. & ſeq. vo-*
lum. 2. & ita quòd dicta hypotheca pro legato
non detur contra tertium poſſeſſorem, quoniam
ibi Imperator declarauit competere hypotheca-
riam, quando competebat perſonalis, quæ non
in omni caſu competit, vt *ibi* per gloſſam *in verſ.*
plerumque. Eius igitur natura non eſt reſtricta ad
actionem perſonalem, ſed & demonſtrata per
actionem perſonalem, remanente integra, & non
altera ea ſua natura, ita vt in rem, & contra
quemlibet poſſeſſorem exerceri poſſit, & ideo
ſubnectit hypothecam eſſe non in bonis hæredis,
ſed in bonis teſtatoris, aliàs dicta noua diſpo-
ſitio eſſet fruſtratoria. Item eſſet correcta na-
tura hypothecariæ, quod non præſumimus. *l.*
præcipimus. C. de appellat. cùm vtrumque ſtare
poſſit, videlicet, vt competat, vbi competeret
actio

actio perſonalis. Item vt ſecundùm ſuam naturam, contra quemlibet ſucceſſorem detur, pro vt idem Imperator *in d. l. 1. in verſ. Rectius*, clarioribus verbis diſpoſuit. Ex quo ſequitur, quòd cùm pro dicto legato alimentorum competat hypotheca, illa ſequitur quemcumque bonorum poſſeſſorem, & ita hæredem hæredis, ita vt legatum per mortem primi hæredis non extinguatur.

28. Item comprobatur, quia onus alendi † filios inhæret bonis, & tranſit in quemcumque illorum poſſeſſorem. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 8. *colum.* 2. *verſ. illud autem conſtat. vol.* 1. Durand. *de arte teſtandi, titulo 3. cautela 17. numer. 7.* Dec. *in conſil. 376. numer. 3. & ſeq.* Beccius *in conſil.* 8. *numer. 7. & 11. & ſeq. volum.* 1. Ideo teſtator legando alimenta alteri, dicitur ſuppoſuiſſe ſua bona dicto oneri, tum ex natura legatorum, tum ex natura alimentorum; ergo quicumque ſucceſſor bonorum, ad dicta alimenta præſtanda obligatus eſt.

Nec eſt recipienda doctrina Paul. de Caſtr. *in conſ.*

29. *16.† in 3. dub. num. 4. volum. 2.* vbi quòd propterea ad alimenta annua pro præterito non ſoluta, eſt obligatus hæres, qui percepit fructus, quia annua legata quantitatis, debentur de fructibus. *l. liberto. §. 1. ff. de annuis legat. l. apud Iulianum.* aliàs incipit, *Africanus. §. hæres. de legat.* 1. quam doctrinam ſequuntur Crauett. *in conſil.* 19. *num.* 16. *verſ. quod tamen intelligo*, Iaſ. *in conſil.* 95. *numer.* 2. *volum.* 1. Natta *in conſil.* 323. *in fin.* Simon de Præt. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubitation. 9. numer. 27. verſ. ideo annuum legatum. fol. 402. & dubitatione 11. numer. 30. fol. 426. & in lib. 5. dubitatione vltima num. 30. fol. 572.* Per quam doctrinam Surdus *in deciſ.* 28.

30. arguit, ſi hæres tenetur † pro præterito; ergo non tenetur ſucceſſor. Argumentum non concludit, quia vtrumque ſtare poteſt, vt hæres pro præterito teneatur, & bona penes fideicommiſſarium obligata remaneant; ſed quia hæres percepit fructus præteritos, ex quibus annua illa legata ſolui debebant, ideo ipſe hæres tenetur redimere, & ſoluendo eximere fideicommiſſarium ab obligatione, & ita firmant Iacob. de Aren. & Bartol. *in d. § hæres*, per text. *l. ſi res. de legat.* 1. & Neguſant. *in prima parte tertij membri quintæ partis principalis numer.* 38. dicit, quòd legatarius, & fideicommiſſarius ſoluens creditori poteſt ab eo impetrare ceſſionem contra hæredem ad liberandam rem ſibi relictam. Corn. *in conſil. 42. vol. 3. verſ. ſed quando quis legat rem alteri obligatam vol.* 3. Ruin. *in conſil. 184. num. 2. & ſeq. vol.* 1. vbi quòd ſi res euincatur à fideicommiſſario, vel legatario culpa hæredis, qui non ſoluit pro præterito, tunc ipſe hæres tenetur redimere; ergo argumentum Surdi non concludit, quia hypotheca afficit poſſeſſorem, & ſucceſſorem, & ita hæres hæredis tenetur ſoluere alimenta viuente legatario alimentario.

31. Quartus caſus eſt, legatum † factum ſpurio, reſtringendum eſt ad alimenta, ita reſponderunt Calcan. *in conſil.* 60. *numer* 8. Anguiſſolan. *in conſil.* 4. Manent. *in conſil.* 143. *numer.* 20. poſt ſuas deciſiones impreſſo, Purpurat. *in conſil.* 414. *numer.* 11. Lupus *in cap. per veſtras. §. 24. numer. 1. de donat. inter vir. & vxor.* Nam cùm ad hoc teneatur pater naturalis de æquitate canonica, per *cap. cùm haberet, de eo qui duxer. in matrim. quam polluit per adulter.* vbi text. dicit, quòd ſpuriis debent neceſſaria subminiſtrari ſecundùm facultates, Bartol. *in authentic. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* Bolognet. *in conſil.* 24. & diſpoſitio *d. cap. cùm haberet*, locum habeat etiam in terris imperij. Dec. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ. colum. 17. verſ. ſecundus caſus. de conſtitutionib. & in conſil. 611. in primo dubio.* Petr. de Vbaldis *in tract. de ſucceſſionib. in quarta ſpecie liberorum*; ideo pater prohibitus aliquid dare ſpuriis filiis, aliquid eiſdem legando, in cauſam alimentorum à iure permiſſam, legatum ſuſtinetur, & probat Afflict. *deciſ. 99. numer.* 2. Et dicit Lupus *in d. §. 24. numer.* 8. quòd ſi pater ex lege municipali † poteſt diſponere de quinta 32.
parte bonorum ſuorum cui velit, quòd dictam quintam partem, etiam filiis ſpuriis relinquere poteſt, non ſolùm quo ad vſumfructum, ſed etiam quoad proprietatem. Item conſtitutio Pij V. contra filios clericorum edita non tollit alimenta quibuſcumque filiis iure naturali, & Canonico debita, pro vt eſt deciſum in Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 1. titulo Alimenta. cap. conſtitutio Pij V.*

Declaratur iſte caſus, vt locum non habeat, quando filius ſpurius aliunde viuere poteſt, vel eſt induſtrius, ita vt ex operis ſuis viuere poſſit, tunc enim pater non tenetur illum † alere. *l. ſi quis à liberis. § ſed & ſi filius. ff. de liber. agnoſc.* Bartol. *in l. vnic. C. de mendicant. valid. lib.* 11. Decius *in conſil. 576. in 1. dubio.* Purpurat. *in d. conſil.* 414. *num.* 14. Manentus *in d. conſil.* 143. *numer.* 23. Natta *in conſil.* 402. *numer.* 48. *& in conſil.* 297. *numer.* 8. Surd. *de aliment. titul. 2. quæſt. 13. numer.* 3. quæ opinio fuit recepta in foro, vt *in D. N. tom. primo, titulo Alimenta, cap. ſpurius autem.* Quamobrem ſpurio alimenta † 34.
data repetuntur, ſi ipſe poſtea efficiatur diues, Surd. *de alimentis, titul. 5. quæſt. 7. numer.* 57. Manent. *d. conſ. 143. num.* 26. Et licèt Crauett. *in conſ. 199. num. 1. verſ. Tamen diligentiùs teneat*, quod etiamſi aliunde viuere poſſit, debentur ſpurio alimenta, quia multa accidere poſſunt, vt ipſe ſpurius deſinat poſſe viuere; tamen leges, vt concluſiones Doct. ad ea relationem habent, quæ vtplurimum accidere poſſunt, *l. nam ad ea. ff. de legib.* & quando ſpurius non poteſt vlteriùs ex ſuis bonis, vel operis viuere, tunc ſententia ob dictam cauſam lata reſcinditur, quia cauſa illius reducitur ad non cauſam, & hoc debitum alendi filios ineſt bonis patris † obligatis, ideo hypotheca reuiuiſcet, ex 35.
regula *leg. ex ſextante. §. Latinus Largus ff. de except. rei iudic.* quam exornat Morotius *in tract. de iure offerendi*, impreſſo poſt ſua conſilia. Item quia alimenta † ſemel præſtita, & conſumpta, iterum præ- 36.
ſtari debent. Specul. *in titulo, qui filij ſint legitimi, verſ. ſed pone quidem. & ibi* Bald. *in verſ. an filius*, qui allegat gloſſ. *in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſolut. matrim.* ergo tantò magis ſi adhuc præſtita non fuerint, quia poterat viuere. Item ſi quid datum eſt, quod æquipolleat alimentis, mortuo filio ſpurio, ad hæredes dantis redit, Benintend. *deciſ. Bonon. 22. n. 6.* qui alios refert, eſt *in D. N. d. tit. Alimenta, c. cùm pater.* non enim tranſit ad hæredes ſpurij. Surd. *de aliment. titulo quinto, quæſt.* 7.

Quartus caſus eſt, legatum alimentorum † fa- 37.
ctum à fratre ſorori, ſemper cenſetur factum intuitu pietatis. Bald. *in l. filia cuius, numer. 3. C. famil. erciſc.* Dec. *in conſil. 628. num. 6.* qui allegat Bald. *in l. centum, numer. 10. C. famil. erciſc.* Crauett. *in conſil. 86. numer.* 2. Cephal. *in conſil.* 94. *numer.* 17. *volum.* 1. Anchar. *in quæſtion. famil.* 52. *numer.* 10. Sed ſi ſoror ingreditur † religionem bonorum incapacem, ex- 38.
tinguitur, quoniam in pura, & ſimplici paupertate ex eleemoſynis viuere debet, aſſumendo habitum penitus contrarium iuri quæſito ex dicto legato, & ita reſpondit Socin. *in conſil. 10. col. 4. vol.* 2.

ſecus ſi ingrederetur aliquam religionem capacem bonorum ſaltem in communi, tunc enim ius vtendi dicto legato remanet penes dictum legatarium, ſed eius vtilitas penes monaſterium, vt poſt alios relatos bene probat Socin. *in d. conſil.* 10. *in ſexta quæſtione vol.* 1.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in alimentis datis à fratre in vita ſua, tunc enim ceſſat præ-
39. ſumptio † donationis alimentorum à perſonis coniunctis datorum, Salyc. *in l. alimenta, numer.* 2. & *ibi* Alexand., *numer.* 8. *in fin. verſ. ſed in matre. C. de negot. geſt.* Alexand. *in conſil.* 110. *numer.* 2. *volum.* 7. Corn. *in conſil.* 214. *numer.* 6. *volum.* 4. Ruin. *in conſil.* 100. *numer.* 5. *verſ. ſecundò etiam poteſt. volum.* 4. Purpurat. *in l. cum quid. numer.* 129. *ff. ſi cert. pet.* Paul. de Caſtr. *in l. ex duobus, numer.* 3. *ff. de negot. geſt.* vbi quòd tria debent concurrere, vt expenſæ factæ à coniunctis cenſeantur
40. datæ animo donandi, † primò, quòd expenſæ ſint factæ in perſona, non autem in rebus, vt ſunt alimenta; item quòd illa perſona ſit coniuncta, item quòd expenſæ non ſint in magna quantitate, & in dubio ſemper præſumenda eſt alia cauſa ad excludendam donationem, Petr. de Vbald. *in tractat. de duobus fratrib. part.* 6. *numer.* 24. *verſ. aut ſumus in dubio*, & hanc opinionem amplexa eſt Rota Romana, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 1. *titul. Alimenta, cap. frater alimenta.* Vbi autem eſſet locus repetitioni illorum tanquam non animo do-
41. nandi præſtita, † tunc ſemper cum operibus præſtitis à ſorore alimentaria compenſanda ſunt, & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 1. *titulo Alimenta. cap. an tutor, & cap. ſequent.*

42. Quintus caſus eſt, legatum alimentorum † debet minui ſecundùm vires patrimonij, etiamſi hæres non fecerit inuentarium, Bald. *in l. voluntatis numer.* 9. *& ſeq. C. de fideicommiſſ. & in conſil.* 70. *volum.* 4. Cuman. *in conſil.* 30. *in* 2. *dubio.* Io. de Amic. *in conſil.* 56. Et licèt de hac opinione dubitent Iaſon *in l. final.* §. *& ſi præfatam, num.* 2. *verſ. ego tamen dubito*, & Bertrand. *in conſil.* 268. *num.* 6. *vol.* 2. & Mangil. *in tract. de imputationib. quæſt.* 132. *numer.* 37. & Natta *in conſil.* 387. *num.* 9. qui tenet contrarium; ego tamen ſequor opinionem Baldi, tanquam veriſſimam, quoniam dicta alimenta debentur de fructibus bonorum immobilium, *l. Imperator, in fin. ff. ad Trebell.* & ſcripſi de hoc ſuprà in declaratione caſus ſecundi iſtius articuli; ſed bona immobilia non poſſunt in fraudem occultari, ſicut alia legata, propter quam præſumptio-
43. nem fraudis, † de qua *in* §. *ſancimus, in authent. de hæredib. & falcidia*, inductum eſt, vt non conficiens inuentarium teneatur omnibus creditoribus, & legatariis, res enim particulares, quæ legari conſueuerunt, occultari ſolent, & propter dictam fraudem præſumptam à lege inductum eſt, vt non conficiens inuentarium etiam falcidia priue-
44. tur, quæ ratio ceſſat † in Trebellianica quæ detrahitur de fideicommiſſo ſuper immobilibus facto, vt latiſſimè ſcripſi inter deciſiones Piſanas *in voto* 112. vbi omnes ſcribentes cumulaui, & oſtendi hanc eſſe veram, & communem, & *ibi* etiam probaui, quòd *d.* §. *ſancimus*, non habet locum in Trebellianica, quæ rationes militant in legato alimentorum, quæ debentur de fructibus, de redditibus, & acceſſionibus totius patrimonij.

45. Sextus caſus, legatum † alimentorum factum vxori pauperi, compenſatur cum quarta illi debita vigore *Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor*, Riminald. ſen. *in conſil.* 114. *per totum*, quem refert, & ſequitur Cephal. *in conſil.* 244. *vol.* 2. & hanc opinionem ſequuta eſt Rota Romana, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titulo Succeſſio, cap. quando vxor*, & hanc opinionem aliàs ſequutus fui in præcedentibus, per text. §. *quoniam verò. in Authent. de exhibend. reis*, vbi quòd vxori factum eſt aliquod legatum, quod non aſcendat ad quartam, ſuppleri debet vſque ad quartæ implementum; ſed pronomen *aliquod* †, eſt vniuerſale, & comprehendit omnes 46.
ſpecies contentas ſub eo nomine cui adiungitur. Cephal. *in conſil.* 347. *num.* 14. *volum.* 3. Riminald. iun. *in conſil.* 828. *num.* 116. *volum.* 7. & verificatur etiam in minimo contento ſub illo nomine expreſſo, gl. *in clem.* 1. *ver. earum parte, de foro compet.* Bartol. *in l. ſi ſeruum.* §. *prætor ait. ff. de acquir. hæredit.* Dec. *in cap.* 2. *num.* 6. *de fide inſtrum.* Abbas *in l. ſuper eorum* 2. *notab. de eo qui dux. in matrimon. quam polluit per adulter.* Dec. *in conſil.* 455. *& conſil.* 456. Riminald. *in conſil.* 797. *numer.* 65. Item quòd dictum pronomen *aliquod* iniunctum nomini importet vniuerſalitatem illius nominis, probat Cephal. *in d. conſil.* 347. *num.* 38. *& conſ.* 809. *num.* 79. ergo aliquod legatum prolatum à lege, importat omne legatum cuiuſcumque generis, quod fieret ab ipſo teſtatore, & legatum alimentorum computandum eſt in quartam debitam vxori pauperi, & hæc eſt pura veritas, & hanc opinionem tenet Surdus *in tractatu de alimentis titulo* 9. *quæſt.* 35. & hanc opinionem ſequitur Mangilius in legato ſimpliciter facto, *in tractatu de imputationib. quæſt.* 176. dicens, aut legatum mariti aſcendit ad quantitatem quartæ debitæ vxori pauperi, & nulla eſt difficultas, aliàs hæres grauaretur duplici onere, quod eſt contra §. *quia verò. Authent. vt liceat matri, & auiæ.* Aut eſt minus quarta, † & tunc debet ſuppleri vſque 47.
ad integram quartam. *d.* §. *quoniam verò, Auth. de exhibendis reis*, & ſi mouetur ad hoc tenendum per *d.* §. *quoniam verò*, quod generaliter in omni caſu loquitur; ergo idem in legato alimentorum concludendum eſt. Præterea ratio deciſionis *d. Auth. præterea.* † *C. vnde vir, & vxor*, ab omnibus Do- 48.
ctoribus ponitur, ne vxor relicta, in extrema exiſtens inopia mendicare cogatur, vt dicit text. *in d.* §. *quoniam verò, Auth. de exhibendis reis*, & hanc eſſe communem opinionem probat Surdus *in d. quæſtion.* 35. *numer.* 20. *verſ. ſed quia video communiter eſſe receptum.* Propter quam rationem, etiam firmant omnes, quòd ſi mulier relicta patrem † 49.
habeat diuitem, à quo alimenta conſequi poſſit, tunc non dicatur pauper, ad hunc effectum, vt dictam quartam conſequi debeat, ſed tali caſu omnino deneganda eſt, Alexand. *in d. Authent. præterea numer.* 11. Iaſ. *numer.* 6. Curt. iun. *numer.* 9. Corn. *numer.* 29. Et hanc eſſe communem concluſionem, atteſtantur Ioſeph Ludouic. *in lib.* 1. *commun. concluſ.* 35. *limitatione* 2. & Gabriel *in conſil.* 142. *numer.* 30. *volum.* 1. Honded. *in conſil.* 93. *numer.* 26. *volum.* 1. *& in conſil.* 79. *numer.* 29. *volum.* 1. qui atteſtatur eſſe opinionem veriſſimam, multaque collegia ita iudicaſſe, quam concluſionem diffuſiùs exornat Mangil. *in d. quæſt.* 168. vbi *numer.* 4. poſt multos relatos, probat concluſionem eſſe veram, etiam patre mortuo, quoniam dicta alimenta ab eius hæredibus habere poteſt. Sed nulla ratio differentiæ aſſignari poteſt inter alimenta quæ à patre, vel eius hæredibus, habere poteſt, & ea quæ à mariti hæredibus propter dictum legatum conſequitur, nam ſi habet contra omnes

omnes actionem, etiam rem habere videtur, regula, qui actionem, & ita non eſt locus aſſignationi dictæ quartæ, & ſi non ſufficit legatum ad quartam, ad ſupplementum illius agere poteſt. *d. §. quoniam verò.* Et tenendo hanc opinionem pro com-
50. muni, & vero, non obſtant † tenentes contrarium. Iaſ. *in d. auth. præterea, numer.* 11. Pepus *numer.* 127. Picus *numer.* 61. Corn. *in conſil.* 4. *per tot. volum.* 4. Florian. *in conſil.* 21. Surd. *in d. quæſt.* 35. Coſta *de portione rata, quæſt.* 84. *numer.* 10. quos omnes recenſet Mangil. *in d. tractatu de imputationib. quæſt.* 175. quoniam eorum rationes ſunt facilis reſponſionis, nam ad rationem Iaſonis, quòd ita per d. legatum alimentorum coniux ſuperſtes fraudaretur quarta, negatur aſſumptum, quia ſi legatum non æquiualet, agi poteſt ad ſupplementum. *d. § quoniam verò.* Item ratio Cornei, quòd quarta in bonis mariti non poſſit per ipſum tacitè, vel expreſsè prohiberi, reſpondetur quòd per legatum alimento-
51. rum non impeditur † quartæ deductio, quando non æquiualet quartæ, ſed agitur ad ſupplementum, vt dixi; nec eſt verum quòd centum libræ excedant quantitatem alimentorum, nam aliquando ſecundùm qualitatem perſonarum, paucis menſibus ſufficiunt. Item quòd legatum alimentorum de manibus hæredis capi debeat, nihil obſtat, quoniam etiam alimenta ab hæredibus patris conſequenda huiuſmodi quartæ deductionem extinguunt, vt probatum eſt. Item confert ad imputationem huiuſmodi legati alimentorum, quia etiam legatum ſimpliciter vxori relictum, & grauatæ per certum tempus de reſtituendo, debet pro ratione emolumenti interim percepti, in dictam quartam computari. Iaſ. *in d. auth. præterea, num.* 26 *verſ. tertiò limita.* Pepus *numer.* 52. Surdus *in conſil* 251. *numer.* 3. *&* 9. *&* 29. *volum.* 2. & de hac materia plura ſcripſi ſuprà *in parte* 3. *quæſt.* 12. *articulo quinto.*

ARTICVLVS VIII.

De legatorum tranſmiſſione.

SVMMARIA.

1. *Legatum purè factum, non acceptatum à legatario, poſt ipſius mortem tranſmittitur ad ſuos hæredes.*
2. *Dominium rei legatæ quomodo rectà via tranſeat in legatarium.*
3. *Dominium probatur, vbi rei venditatio conceſſa eſt.*
4. *Dominium rei hæredis, an rectà via translatum dicatur in legatarium.*
5. *Legatum non tranſit rectà via, quando continet aliquam incertitudinem.*
6. ... *vt eſt legatum ſpeciei genericè, vel alternatiuè factum.*
7. *Fructus legati ſpeciei debentur à die mortis teſtatoris.*
8. *Dominium retrotrahitur ad ſua principia.*
9. *Dominium legati non acquiritur ante acceptationem, vt fiat irreuocabile.*
10. *Acceptatio, & ratificatio faciunt actum irreuocabilem.*
11. *Fructus legati perceptos hæres tenetur legatario reſtituere.*
12. *Gratiani opinio reiicitur in diſcept. forenſ. cap.* 136.
13. *Legatum conditionale non tranſmittitur ad hæredes.*
14. ... *cedit à die purificatæ conditionis.*
15. ... *extinguitur, mortuo legatario ante purificatam conditionem.*
16. ... *conditionale pendente conditione non transfertur ad filios.*
17. *Socin. iun.* in conſil. 167. vol. 2. *communiter reprobatur.*
18. *Hæres ſubſtitutus legatario ſub conditione, ſi prædeceſſerit, non tranſmittit legatum ad ſuos hæredes, ſed pertinebit ad hæredes legatarij.*
19. *Conditio omnino certa an impediat diem legati cedere.*
20. *Conditio ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, eo ipſo adimpleta dicitur, cum grauatus religionem profeſſus eſt, contra modernos.*
21. *Conditione adimplenda poſt mortem, adimpleta in vita, aliquando fideicommiſſum debetur.*
22. *Conditio ſi filius fiat presbyter, verificatur, etiamſi non fiat, & decedat ſine filiis.*
23. L. huiuſmodi. ff. quando dies leg. ced. *declaratur.*
24. *Ruin.* in conſil. 85. num. 2. vol. ... *minus accuratè ſcripſit.*
25. *Conditio quando eſt appoſita ſolutioni, & præſtationi legati pueri, non alterat eius naturam.*
26. *Conditionalis diſpoſitio ceſſat, quando conditio non eſt adimpleta.*
27. *Legatum conditionale, pendente conditione non meretur nomen legati.*
28. *Legatarius non tranſmittit legatum propter incertitudinem conditionis.*
29. ... *etiam ſi incertitudo reſpiciat perſonam legatarij.*
30. ... *non tranſmittit legatum, vbi dies certa ætatis fuit appoſitus in perſona hæredis.*
31. ... *etiamſi dies certa ætatis fuiſſet appoſitus ad extinctionem legati.*
32. *Legatum alimentorum poſt mortem alimentarij conſolidatur cum hærede hæredis.*
33. *Conditio legati, quæ ineſt ex natura rei, non impedit tranſmiſſionem.*
34. ... *idem ſi tacita conditio inſit ex legis diſpoſitione.*
35. ... *idem in tacita conditione reſultante ex tacita reſolutione.*
36. *Legatum ademptum ſub conditione, ſub contraria conditione videtur datum.*
37. *Legati ademptio conditionalis non impedit tranſmiſſionem.*
38. ... *idem ſi tacita conditio fieret per ſubauditionem.*
39. *Conditio tacita pupillaris ætatis, quando cenſetur repetita in legatario à ſubſtituto pupillari, & n.* 41.
40. *Conditio tacita non alterat naturam legati puri.*
42. *Legatum in diem quando pertineat ad hæredes legatarij, non autem hæredis morientis.*
43. L. in cauſæ. §. Pomponius. ff. de minoribus, *declaratur contra modernos.*
44. *Legatum eſt purum, etiam ſi mortis mentio facta ſit.*
45. *Legatarius grauatus reſtituere poſt mortem, debet ei reſtituere, qui reperitur hæres.*
46. *Legatum reſtituendum poſt mortem, quando remanet apud hæredem grauati.*
47. *Legatum reſtituendum poſt mortem legatarij, pertinebit ad hæredem hæredis teſtatoris.*
48. *Legatum ſub duobus præceptis, vno extincto, remanet firmum propter aliud.*
49. *Conditio aliquando cenſetur appoſita ex abundanti.*

50. *Legatum ſub modo aliquando tranſmittitur ad hæredes legatarij præmorientis.*

51. *Legatum, vt hæredem teſtatoris defendat in litibus, poteſt adimpleri per hæredem.*

52. *Legatum modale ſemper debetur, etiamſi per caſum deficiat.*

53. *Legatum quando dicatur ſub modo factum, & num.* 56.

54. . . *item quando eſt appoſitum onus executioni diſpoſitionis.*

45. . . *& ſub modo, quando oritur actio, ſed impeditur propter implementum, & num* 59.

57. *Modus non impedit natiuitatem actionis, ſed executionem.*

58. *Legatum non dicitur conditionale per expreſſionem conditionis, quæ tacitè ineſt.*

60. *Legatum in dubio potius præſumitur ſub modo, quàm ſub conditione.*

61. L. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtrat. & l. ex his. C. quando dies legat. cedat, *concordia.*

62. *Conditio importata per tempus omnino incertum ſemper facit legatum conditionale.*

63. . . *ſed per tempus certum non alterat naturam legati.*

64. *Gloſſa* in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. *eſt communiter recepta.*

65. *Legatum dotis an ſit conditionale, & an tranſmittatur ad hæredes puellæ præmortuæ.*

66. *Dos relicta ſub modo non tranſmittitur à præmoriente.*

67. *Dos quando ſuccedit loco legitimæ, tranſmittitur à puella præmoriente.*

68. *Dotis relictum habet tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur.*

69. *Legitima quando non debetur filiæ per ſtatutum excluſæ.*

70. *Statutum quòd filia dotata non ſuccedat cum maſculo, intelligitur, ſi priùs dotetur.*

71. *Dos nullum recipit grauamen, & reiicit omne pactum etiam ad fauorem dotantis.*

72. *Legatum dotis factum à patre, quando cenſetur pro legitima.*

73. *Pater quando dicatur recognoſcere filiam vt ſuam.*

74. *Legatum pro alimentis factis filiis ſpuriis quando tranſmittatur ad hæredes ſpuriorum.*

75. *Legatum alimentorum quando intelligitur etiam de proprietate.*

76. *Legatum alimentorum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale.*

ARticulus ad duo capita reſtringendus eſt, videlicet ad legatum purè factum, & ad conditionale, ad quæ aliqui caſus referri poſſunt.
1. Primus eſt, legatum † purè factum, non adhuc acceptatum à legatario, poſt ipſius mortem tranſmittitur ad ipſius legatarij hæredes. *l. cogi. §. idem Mæcianus. ff. ad Trebellian. l.* 3. *& l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſſ.* & ita firmarunt Paul. de Caſtr. *in l. vnic. in princip. numer.* 7. *C. de caducis tollend.* Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita, numer.* 47. *ff. ad Trebell.* & *ibi* Socin. iun. *numer.* 119. & Bolognet. *numer.* 46. Zanch. *in quarta parte numer.* 27. *&* 29. Iaſ. *in l ſi infanti col. pen. C. de iure deliber.* Socin. *in l. cum filiofamilias num.* 32. & *ibi* Alciat. *numer.* 25. *verſ. quintus eſt, de legatis* 1.
2. Menoch. *in conſil.* 1255. *numer.* 3. *volum.* 13. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 201. *numer.* 22. Quoniam † dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium à die mortis teſtatoris, *l. à Titio. ff. de furtis. l.* 1. *§. vtrùm. ff. ſi quid in fraud. patron. l. Titio, & Seio. ff. ad legem Aquil. l. peculium. §. ſed & creditor ff. de pecul.* Bald. *in auth. contra rogati. C. ad Trebellian.* Doctor. *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *& in l.* 2. *C. communia de legat.* & alij per Surd. *in conſil.* 300. *in princip.* & per Vaſquium *de ſucceſſ. lib.* 2. *§.* 17. *num.* 128. & per Ceuall. *in ſuis communibus quæſt.* 79. & licèt text. *in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de legat.* 1. dicat dominium non tranſire, niſi à die aditæ hæreditatis; tamen Petr. Cabal. *in conſil* 48. *numer.* 5. dicit à die mortis tranſire inceptiuè, ſed completiuè à die aditæ hæreditatis. Item à die aditæ hæreditatis reuocabiliter, ſed à die acceptationis irreuocabiliter. Alexand. & Iaſ. *in d. l ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. de legat.* 1. Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore num.* 27. *ff. de vſuris.* Petr. Duen. *in regula* 210. *limitation.* 6. Craſſus *in §. legatum quæſt.* 70. Benintend. *deciſ.* 37. *num.* 8. Gratian. *deciſ.* 153. *numer.* 7. Rota Auenionen. *deciſ.* 194. Giurba *deciſ.* 97. *num.* 7. *& ſeq.* qui alios referunt. Item poſt mortem teſtatoris poteſt vendicare. *l.* 1. *&* 2. *C. commun. de legat.* ergo dominium legati translatum
dicitur, nam conceſſa rei vendicatione †, ſequitur 3.
probata translatio dominij. *l. in rem ff. de rei vendicat. l.* 1. *C. de alienat. iudic. mut. cauſa fact.* & hoc eſt verum etiam, ſi res hæredis ipſo conſentiente legata
fuerit, quoniam dominium † translatum dici- 4.
tur. Ripa *in d. l.* 1. *numer.* 57. *&* 59. *de legat.* 1. & ideo in text. *d. l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. de legat.* 1. debet præſupponi conſenſus hæredis, præſertim quia ibi duo hæredes tenentur præſtare partes hæreditarias, & tamen fundus erat vnius hæredis; ergo præſupponit text. quòd teſtator legauit illum fundum vti ſuum, & ita hæres, qui erat dominus, conſenſit, non autem legauit vt fundum hæredis; cùm igitur dominium eſſet translatum in legatarium; ergo mortuus ante aditionem hæreditatis in ſuos hæredes tranſmittere poteſt.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
legatum continet aliquam incertitudinem †, vt quia 5.
eſſet legata quantitas pecuniæ, ſuper qua lex non poteſt fingere acquiſitionem dominij propter incertitudinem pecuniæ ſoluendæ. Alberic. *in l. illud. col.* 1. *verſ ſi verò non incipit. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Pariſ. *in conſil.* 77. *numer.* 5. *& plur. ſeq. volum.* 1. Ripa *in l:* 1. *numer.* 56. *de legat.* 1. quia illa corpora numorum ab initio legata videntur, quæ hæres dare maluerit. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 17. *num.* 128. *verſ tertiè limita in legato quantitatis.* Niſi teſtator certa corpora numorum legaſſet quæ in arca habebat, tunc enim legatum huiuſmodi non pertinet ad quantitatem, ſed æquiparatur ſpeciei. *l. ſed ſi certos. de legat.* 1. & tunc dominium etiam recta via tranſibit. Item ad hunc effectum, pertinet ad incertitudinem lega-
tum ſpeciei † generice factum, de quo per Rip. *in* 6.
d. l. 1. *numer.* 56. *de legat.* 1. Item legatum ſpeciei alternatiuè factum. *l. huiuſmodi. §. Stichum. de legat.* 1. & ſimilibus; quotieſcumque enim electio ſiue optio facienda eſt, interim recta via legatum transferri non poteſt, vt declarat in pluribus caſibus Vaſquius *in d. §.* 17. *numer.* 128. *& ſeq.*

Secundò declaratur, vt legatario † ſpeciei de- 7.
beantur fructus à die mortis teſtatoris, in qua declaratione, licèt variæ opiniones referantur nouiſſimè à Giurba *deciſ.* 87. qui conſarcinauit tot Doctores, etiam loquentes de iure diuerſorum regnorum, vt legum Romanarum quas profitemur, interpretatio conturbari videatur. Tamen ego veriorem illam opinionem exiſtimo, vt à die mortis teſtatoris, à quo dominium tranſit, fructus debeantur, quoniam ſequuntur dominium. *l. Herennius. ff. de vſuris.* Nam, vt probaui, ab ea die dominium recta via tranſit

tranſit ad legatarium inceptiuè, & completiuè à die
aditionis hæreditatis, quia aditio retrotrahitur ad
diem mortis illius de cuius bonis agitur, ſaltem quo-
ad vtilitatem. Alciat. *in conſil. 42. lib. 6.* Item quià
8. dominium † retrotrahitur ad ſua prima princi-
pia. *l. hæreditate. §. pater. ff. de caſtrenſ. pecul. l. proponeba-
tur. ff. eod. tit.* & facit *l. ſeruus. §. final. ff. de acquir. rer. do-
min. & l. liber homo. §. Titius ex ſemiſſe, ver. in pendenti.
ff. de hæredib. inſtit.* Item in puncto legatorum, domi-
nium retrotrahitur ipſo iure. *l. final. C. de legat.* Item
quando actus reſoluitur ipſo iure, tunc dominium
ex eo actu acquiſitum retro transfertur ipſo iure ad
ſua prima principia. Angel. Alexand. & cæteri *in l.
huiuſmodi. ff. de verb. obligat.* Alexand. *in conſil. 83. vol.
2.* Neguſant. *in tract. de pignorib. & hypothec. in 2.
membro ſecundæ partis principal. numer. 4.* & alij plures
relati per Tiraquell. *de retract. conuent. §. 2 numer. 85.*
Loffred. *in conſil. 9.* Guido Pap. *in deciſ. 288. & deciſ.
588.* Sed dominium legati in alterum translatum
reſoluitur ipſo iure, *l. final. §. ſin autem. C. communia de
legat.* & habetur pro non ſcripto reſpectu illius qui
prætendit acquiſitionem; ergo ipſo iure cenſetur
retro translatum ad ſua principia, videlicet ad prin-
cipium primum acquiſitionis per legatarium, in
quem recta via poſt mortem ſtatim inceptiuè trans-
9. latum eſt. Et licèt dominiũ legati † non acquiratur
ante acceptationem, vt probaui ſuprà *in artic... hu-
ius quæſtionis*, & eſt regulare in quolibet contractu.
Paul. de Caſtr. & Alexand. *in l. 1. ff. de vſucap.* Ripa *in
l. naturaliter. §. nihil commune, numer. 30. ff. de acquir.
poſſ.* Quidquid multi moderni dicant in contra-
rium, allegantes *l. cùm pater. §. ſurdo. de legat. 2.* qui
textus non probat, loquitur enim de onere in lega-
to appoſito. Nihilominus acceptatio legati deſer-
uit reſpectu irreuocabilitatis legati, ſicut dicimus,
quòd Notario ſtipulante pro aliquo, acquiritur illi
10. actio ipſo iure, & ipſius acceptatio & ratificatio †
deſeruit ad faciendum actum irreuocabilem, vt la-
tiſſimè probat Barzius *in deciſ. 26. numer. 10. & ſeq.*
& ego etiam probaui, quòd poſt acceptationem le-
gatum factum eſt irreuocabile. Cùm igitur domi-
nium ipſius ab initio quæſitum fuerit, *d. l. à Titio,*
cum aliis allegatis; ergo per aditionem hæreditatis
dominium quod generaliter translatum eſt in hæ-
redem, retrotransfertur in ſpecie ad prima princi-
pia acquiſitionis legatarij, & ab eo tempore fructus
debentur, & ideo gloſſa Azonis *in l. quod ſeruus. de
legat. 2.* dicit, quòd licèt fructus legati ante aditam
11. hæreditatem percipiat hæres †, tamen illos tenetur
reſtituere legatario, & hanc opinionem ſequuntur
Bartol. & Bald. *ibid.* Item Bartol. & Angel. *in l. ſi tibi
homo. §. cùm ſeruus. de legat. 1.* Item Bartol. Paul. de
Caſtr. Angel. & Iaſ. *in l. ſeruo legato, in princip. de legat.
1.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 10. numer. 34.* Fachin. *in
lib. 1. controuerſ. 94. & in lib. 12. controuerſ. 68.* Couar.
in lib. 1. var. reſolut. cap. 9. numer. 5. Vrſill. *in addition.
ad Afflict ſuper deciſ. 359.* Alios multos prætereo,
quia hanc opinionem exiſtimo veriorem, quam et-
iam probat communem Craſſ. *in §. legatum, quæſt. 71.*
Nec eſt recipienda opinio Gratiani *in deciſ. 153. n. 8.*
12. *& ſeq. & in diſceptat. forenſ.* † *cap. 136. parte 1.* quòd
dominium rei legatæ eſt translatum in legatarium
ante mortem teſtatoris, eſt enim erronea opinio, &
contra caſum *l. vnica. §. & cum triplici, verſ. vel viuo te-
ſtatore. & §. pro ſecundo. C. de caduc. toll.* Item latiùs
hoc probat Menoch. *lib. 4. præſumpt. 201. numer. 37.*
Item quoniam iura ſunt vulgaria quòd diſpoſita à
teſtatore non capiunt vires ante illius mortem,
cùm omnia ſint reuocabilia, & interim domi-
nium non poteſt eſſe penes duos inſolidum, & di-

ctam opinionem improbat Giurba *in d. deciſ.
87. numer. 11.* Craſſ. *in d. quæſt. 71. in princip.*

Secundus caſus eſt, legatum † conditionale 13.
non tranſmittitur ad hæredes. *l. vnica. §. ſin autem
aliquid ſub conditione. C. de caduc. tollend. l. ſi ita legatum.
§. illi ſi volet. l. ſi cui legetur. §. hoc autẽ. de legat. 1. l. ſi pe-
cunia. §. 1. de legat. 2. l. huiuſmodi. l. ſi Titio. ff. quando
dies legat. ced.* & per totum illum titulum, & *C. eod.*
gloſſ. *in l. hæredes mei. §. cùm ita, in ver. ſuſcepiſſet. ff. ad
Trebellian. l. legata ſub conditione. ff. de condit. & de-
monſtrat.* & hanc concluſionem latè probant So-
cin. iun. *in conſil. 117. numer. 18. volum. 1.* Surd. *in
conſil. 123. numer. 7. volum. 1.* Roland. *in conſil. 38. num.
11. & ſeq. vol. 4.* Cæſar Manent. *in conſil. 55.* Gaſpar
Theſaur. *in quæſt. forenſ. 43. & quæſt. 68. lib. 1.* Tira-
quell. *de retract. conſanguineo. §. 1. gloſſ. 2. numer. 25.*
Gabriel *in ſuis communib. tit. de hæredib. inſtit. concluſ.
2. numer. 1. & ſeq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 201.* Man-
tic. *de coniectur. lib. 11. tit. 20. numer. 1.* Peregrin. *de
fideicommiſſ. artic. 31. numer. 6.* & ita in pluribus tri-
bunalibus eſt iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.
5. tit. Tranſmiſſio. cap. fideicommiſſum conditionale.* Et
ratio eſt, quia legata conditionalia † cedunt à die 14.
purificatæ conditionis, *l. ſi poſt diem. §. ſi ſub conditio-
ne. ff. quando dies legato. cedat. d. l. vnic. §. ſin autem ali-
quid ſub conditione. C. de caduc. tollend.* & ideo ante pu-
rificatam conditionem, nihil eſt legatario acquiſi-
tum; quamobrem, ſi mortuus † fuerit ante con- 15.
ditionis purificationem, legatum extinguitur. *l. in-
tercidit. ff. de condition. & demonſtrat.* & ita nihil ha-
bet, quod ad ſuos hæredes tranſmittere poſſit. Item
legatarius pendente conditione non eſt adhuc cre-
ditor. *l. legata. ff. de condit. & demonſtrat. l. is cui. ff. de
action. & obligat.* & ius quod non eſt in bonis noſtris
tranſmittere non poſſumus. *l. ſubſtitutio. ff. de acquir.
rer. dominio. l. nemo plus iuris ff. de regul. iur.* & ideo non
eſt recipienda doctrina Socin. iun. *in conſil. 167. vol.
2.* quòd legatum † conditionale, pendente con- 16.
ditione tranſmittitur ad filios, quia ne ad filios qui-
dem tranſmitti poteſt. *l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad
Trebell. l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſſ. l. ſi cui legetur.
§. hoc autem. verſ. quod ſi teſtamenti, de legat. 1. l. cùm ex
filio. ff. de vulgari*; per quas leges ita firmarunt Cyn.
& Bartol. *in l. vnic. numer. 4. C. de his qui ante apertas
tabulas.* Bald. *in d. l. ſi in perſonam, numer. 3. C. de fidei-
commiſſ.* Alexand. *in d. §. cum ita numer. 6.* Socin. *num.
9.* Ripa *numer. 59.* & diffusè probant Gabriel *in
commun. concluſ. titulo de hæred. inſtit. concluſ. 2. numer.
10.* Mantic. *de coniectur. lib. 11. tit. 20. numer. 1.* Pere-
grin. *de fideicommiſſ. artic. 31. numer. 6.* Tiraquell. *de
retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 2. numer. 26.* & eſſe com-
munem opinionem probat Viuius *in ſuis communib.
ver. ſubſtitutus.* Item gloſſ. *in l. is cui. ff. de action. &
obligat. & in d. l. ſi in perſonam, in ver. vtiliter. C. de fidei-
commiſſ.* per quam poſſet confirmari d. opinio repro-
bata Socin. iun. *in conſil. 167.* † *volum. 2.* eſſe com- 17.
muniter reprobatam, probant Viuius, & præcitati
Doctores, & Socinus ſen. *in d. l. hæredes mei. § cùm ita,
numer. 40. ff. ad Trebellian.* & ibi Bolognet. *num. 130.*
reſpondent omnibus rationibus, quæ in contrarium
adducuntur. Quare ſi pendente conditione mo-
riatur legatarius, non ſolùm ad hæredes, ſed ne ad
filios quidem ſuos tranſmittere poteſt, ideo Bald. *in
l. in cauſa, in 2. § Pomponius, verſ. nota quòd reſtitutio. ff.
de minorib.* dicit, quòd ſi quid legatum eſt Fullano, &
eo ſine liberis decedente, reuertatur ad hæredem le-
gantis, ſi iſte hæres † moriatur ante Fullanum le- 18.
gatarium, & ita pendente conditione deceſſerit, le-
gatum remanet penes hæredes legatarij, non autem
hæres legantis tranſmittit ad ſuos hæredes, quia

tunc hæres ſubſtitutus legatario, venit tanquam quiuis alter ſubſtitutus. *l. ſi à me. ff. ad legem falcid.* etiam ſi dictus hæres ſubſtitutus eſſet de deſcendentibus teſtatoris. Picus *in l. Titia eum teſtamento. §. Titia, num.* 18. *verſ. & amplia. ff. de legat.* 2. Item quòd legatarius in hoc tranſmittat ad ſuos hæredes, firmarũt Paul. de Caſtr. *in d. §. Titia numer.* 1. & *ibi* Immola. Crot. *in l.* 1. *numer.* 38. & *ibi* Iaſ. *numer.* 94. *de legat.* 1. Ripa *in d. §. cum ita. num.* 67. *ff. ad Trebell.* & poſt alios relatos Gabriel *in d. tit. de hæredib. inſtit. concluſ.* 2. *numer.* 4.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator dixit, lego domum Fullano, ſi filius meus deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, & certum eſt filium meum hæredem non poſſe habere filios, quia religionem profeſſus eſt, tunc Fullanus præcedens non tranſmittit legatum ad ſuos hæredes, quoniam conditio
19. omninò certa †, vbi dubium eſt an viuo, vel mortuo legatario exiſtat, impedit legati diem cedere. *l. huiuſmodi. ff. quando dies legat. ced.* prout Bartol. illam ſummat, & ita reſponderunt Alexand. *in conſ.* 2. *numer.* 19. *verſ. non obſtat quòd vltimo. vol.* 1. Ruin. *in conſil.* 85. *numer.* 3. & *ſeq. volum.* 2. & cæteri allegati per Mantic. *lib.* 11. *tit.* 7. *numer.* 23. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 28. *numer.* 83. quos omnes repetierunt nouiſſimè Galganett. *in tract. de condition. & demonſtrat. part.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *numer.* 34. & Nicol. Noalis *in tractatu de tranſmiſſione cap.* 1. *n.* 54.

Ego verò ſum in opinione contraria, quoniam
20. dicta conditio †, ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, eo ipſo adimpleta dicitur, cùm primùm filius religionem profeſſus eſt, quoniam verum eſt dicere, quòd illos vlteriùs habere non poteſt. Item quando teſtator appoſuit expreſſam con-
21. ditionem adimplendam poſt mortem †, ſi tamen verificatur in vita, & ſequitur idem effectus, qui ſequeretur per adimplementum poſt mortem, tunc fideicommiſſi dies cedere dicitur, & omninò debetur; prout eſt caſus *in l. mulier in* 1. *ff. ad Trebellian.* vbi mulier rogauit ſecundum maritum ſuum quem hæredem fecerat, vt hæreditatem ſuam reſtitueret filiis ſuis ex primo marito, cum quo diuortium fecerat, poſt mortem dicti primi mariti repudiati, ſed quia dictus maritus repudiatus dictos filios emancipauerat, ideo fideicommiſſum illis reſtituendum poſt mortem, fuit à dicto hærede granato reſtitutum; quamobrem non potuit alter ex dictis filiis poſt mortem patris, iterum petere fideicommiſſum à vicario, tanquam non rectè ſolutum, quia ratione eiuſdem effectus, Iuriſconſultus ita declarauit ex authoritate Imperatoris, qui idem in caſu ſimili definiuerat, & propterea Alexand. *in conſil.* 100. *volum.* 4. reſpondit, quòd fideicommiſſum fa-
22. ctum ſub conditione, ſi filius fieret presbyter †, debetur, etiam ſi filius non fiat presbyter, ſi decedat ſine filiis, quia dicta conditio dicitur adimpleta per æquipollens voluntati teſtatoris, & dictum conſilium Alexandri ſequitur, & approbat Dec. *in conſil.* 227. *col pen. & final.* & Ripa *in l. ex facto. §. ex facto n.* 18. *ff. ad Trebellian.* Sed in hac declaratione præſupponitur teſtatorem fideicommiſiſſe, ſi filius decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus; ergo eo ipſo, quòd tales habere non poteſt, conditio dicitur adimpleta, nec eſt expectãda mors, vt *d. l. mulier.* Nec
23. obſtat *d. l. huiuſmodi.* † *ff. quando dies legat. ced.* in qua fundantur præfati Doctor. allegati à dictis modernis, quoniam illa lex facit pro opinione mea, diſponit enim quòd vbi conditio alternatiuè appoſita eſt, ad hæredem legatarij non tranſit, niſi alteruter caſus euenerit, (hæc enim ſunt verba illius legis,) neque fit mentio, quòd alter ex dictis caſibus debeat euenire poſt mortem hæredis, prout additiciè dicti Doctores præſupponunt. Item caſus qui in hac declaratione euenit, æquiparatur caſui à teſtatore expreſſo, quia perinde eſt deceſſiſſe ſine filiis legitimis, & naturalibus, & ad illum terminum eueniſſe, vt tales filios ampliùs habere non poſſit; ergo non eſt mors hæredis vlteriùs expectanda, cùm conditio adimpleta ſit. Itaque dies legati ceſſiſſe dicitur, *l. ſi poſt diem. §. item ſi qua. ff. quando dies legat. ced. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi ea. C. de condit. inſert. l.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.* gloſſ. *in d. §. item ſi qua. in verb. impleta.* Cùm autem omnes Doctores in contrarium allegati fundent eorum intentionem per *d. l. huiuſmodi*, quæ ex prædictis non bene allegata videtur. Idcirco moderni non bene fundant eorum ampliationes, & non probant. Hac reſponſione vtitur Bartol. contra gloſſam *in l. non ſolùm. §. liberationis. ff. de liberat. legata.* Multò minus obſtat ratio moderni, *in d. tract. de tranſmiſſione cap.* 1. *n.* 54. quòd in caſu huiuſmodi noſtræ declarationis, fideicommiſſum cenſetur factum ſub duplici conditione, nempe ſi filius morietur ante legatarium, & ſi morietur ſine filiis legitimis & naturalibus, & ad hoc allegat Ruin. *in conſil.* 85. † *numer.* 2. *volum.* 2. qui 24.
etiam minus accuratè ſcripſit de hac duplici conditione, nam textus per eum allegatus *in l. heres meus in* 2. *reſponſo*, expreſsè diſponit: Hæres meus cum morieris dato Titio centum; quamobrem mors naturalis ſequi debet, vt legatum ſub illa conditione factum ad hæredem legatarij tranſmitti ante mortem hæredis non poſſit, quia non adhuc ceſſit legati dies. quæ duplicitas conditionis nullo modo pertinet ad caſum *d. l. huiuſmodi*, & propterea credo iſtorum opinionem non eſſe amplectendam, cùm nullo iure fundetur, & erubeſcimus ſine lege loqui; ſed an opinio præfatorum modernorum poſſit ſuſtineri per *§. ſed & hoc præſenti, in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, ſcripſi in præcedentibus quæſtionibus.

Secundò declaratur, nam quando conditio † 25.
eſt appoſita præſtationi, & ſolutioni legati, tunc adhuc remanet purum, & tranſmittitur ad hæredes, vt eſt caſus *in l. ex his. C. quando dies legat. ced.* vbi quãdo legatum ab initio eſt purum, quia dixit, lego Titio centum, non efficitur conditionale ex quo dixit ſoluenda cùm ad legitimum ſtatum peruenit. *l. hæres meus, in primo reſponſo. ff. de condit. & demonſtrat.* Cyn. Bartol. Bald. Salyc. & cæteri omnes *in d. l. ex his.* Benedict. Capra *in conſ.* 133. *n.* 4. & ita fuit reſolutum in Rota, vt per Coccin. *deciſ.* 137. Quando aliquid legatum eſt, præſtandum in tali tempore, tunc tempus dicitur appoſitum ſolutioni, & præſtationi legati, gl. *in d. l. ex his*, Capra *in conſil.* 79. *num.* 3. Socin. *in conſil.* 92. *col.* 6. *vol.* 1. & *in conſil.* 97. *numer.* 4. *vol.* 3. & ad hoc eſt text. *l. Seius Saturninus. ff. ad Trebellian.* vbi hæres extraneus fuit rogatus reſtituere filio teſtatoris cùm ad annos ſexdecim perueuerit, quæ verba non continent conditionem, ſed diem certum, vt firmarunt Bartol. Angel. & Immol. *in l. ſi mater, in princip. ff. de vulgari, & pupill.* Alexand. *in d. l. Seius Saturninus, numer.* 3. *ff. ad Trebellian.* Ruin. *in conſil.* 166. *numer.* 10. *in princip. vol.* 3. Crauet. *in l. cum filiofamilias part.* 2. *numer.* 350. *in fin. de legatis* 1. & cùm dicta dies appoſita reſpiciat fauorem ipſius filij, ideo ſi moriatur ante illius euentum, non extinguitur fideicommiſſum, ſed ad ſuos hæredes

hæredes tranſmittit. Crotus in l. 1. num. 38. verſ. 1.
quando. de legatis 1. & ibi Iacob. de Nigris num. 62.
verſ. in duobus tamen caſibus. Rota deciſ. 782. num. 18.
& ſeq. part. 1. in Nouiſſimis.

Sed quando tempus appoſitum reſpicit perſoná
hæredis, tunc quia illud tempus eſt incertum reſpe-
ctu legatarij, id eſt, incertum eſt an legatarius ſuper-
uiuat hæredi, ideo facit conditionem reſpectu ip-
ſius, & non tranſmittit dictum legatum, l. 1. §. dies.
& d. l. heres meus in 2. reſponſo. ff. de condit. & demon-
ſtrat. l. ſi cum heres, & l. huiuſmodi. verſ. nam tale. ff. quã-
do dies legat. ced. Curt. iun. in conſil. 313. num. 1. Ce-
phal. in conſil. 37. num. 1. & conſil. 188. num. 10. vol. 1.
Nec eſt amplectenda illa diſtinctio, quam conſide-
rarunt Doctor. An conditio ſit appoſita ſubſtantiæ,
vel executioni, ſiue petitioni legati, quam conſi-
derarunt, Alexand. in l. Seius Saturninus col. 1. verſ.
in gloſſ. in ver. incertum. ff. ad Trebellian. & Corn. in
d. l. ex his num. 4. C. quando dies legat. ced. pro vna
parte. Item Socin. in conſil. 91. num. 8. vol. 1. pro alte-
ra parte, & ſequuti ſunt dicti moderniores, Gal-
ganet. in tract. de condit. & demonſtrat. part. 2. cap. 6.
quæſt. 8. num. 17. & Noalis in dicto tract. de tranſmiſ-
ſione cap. 1. num. 22. & 27. & caſu 3. num. 13. dicentes,
quòd quando conditio eſt appoſita ſubſtantiæ lega-
ti, interim legatarius præmoriens non tranſmittit
ad ſuos hæredes, ſecus ſi petitioni, & executioni ip-
ſius, tunc enim dicunt tranſmittere. Nam in vlti-
mis voluntatibus nulla differentia conſtituenda
eſt, an conditio apponatur in ſubſtantia, vel in exe-
cutione, & reſolutione legati, prout eſt caſus in l. qui-
bus diebus. §. quoniam Titio. ff. de condit. & demonſtrat.
vbi legatum fuit purè relictum, & in fine adiectum
fuit, quòd legatum ſolueretur, ſi mater moreretur,
& quamuis Offilius erat illius ſententię, vt cenſeret
ipſam diem magis cenſeri adiectam ſolutioni, tamẽ
comprobatur Labeonis ſententia, qui dicebat, ver-
ba illa conditionem importare, & ita per illum tex-
tum firmarunt Paul. de Caſtr. & Socin. in vltimo no-
tab. illius legis, & comprobauit Morotius in conſil. 2.
num. 7. & alij per Theſaur. allegati in quæſt. forenſ. c.
68. num. 5. lib. 1.

Tertiò declaratur, iſte caſus vt procedat, etiamſi
legatum factum eſſet in diem omni incertitudine
incertum, quoniam dies omnino incertus idem eſt,
quod conditio. l. talis ſcriptura. §. ſed & ſi ſub conditio-
ne. de legatis 1. l. cùm teſtator. C. de teſtament. manumiſſ.
vbi ſi libertas relinquitur in tempus nuptiarum a-
licuius, cenſetur relicta conditionaliter, ſi velit nu-
ptias contrahere, & ita firmarunt Azo, Cyn. & Io.
Fab. in l. vnic. C. de caduc. tollend. & ibi Paul. de Caſtr.
num. 7. Socin. in l. 1. num. 4. ff. de condit. & demonſtrat.
Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 31. num. 18. in fin. &
num. ſeq. Mantic. de coniectur. lib. 11. tit. 20. num. 3. &
ſeq. vt ſi legatum fuerit, cùm Titius factus fuerit
conſul, vel cùm Berta nupſerit, tunc tempus eſt
omnino incertum, & ante illius aduentum, & con-
ditionis purificationẽ, neque obligatio, neque actio
oritur. l. cùm dies. ff. quando dies legat. cedat. l. 1. ff. de
condit. & demonſtrat. l. is cui. ff. de act. & obligat. l. quæ
ſub conditione. ff. de condit. inſtit. Idcirco ſi legatarius
ante purificatam dictam conditionem deceſſerit, le-
gatum non tranſmittit, quoniam conditionalis diſ-
26. poſitio ceſſat, † conditione non adimpleta. l. cedere
diem. ff. de verb. ſignific. l. hæc venditio, in princip. ff. de
contrah. empt. l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ff. de peric.
& commodo rei vendit. & antequam impleatur, & ceſ-
ſerit dies, nihil ponit in eſſe, Pariſ. in conſil. 47. num
11. vol. 1. atque impedit, ne interim oriatur obliga-
tio, & detur actio. cap. final. de ſponſalib. lib. 6. ergo
nihil iuris eſt in legatario, quod tranſmittere poſſit.
Item quia probare non poteſt conditionem fuiſſe
adimpletam. Bald. in l. ſi quidem, per illum text. in
ver. extitiſſe. C. de exception. & legatum † conditio- 27.
nale, non meretur nomen legati, Aretin. in conſ. 11.
num. 2. Menoch. in conſil. 38. num. 16. vol. 1. & magis
in puncto legatarij. Idem Menoch. in conſil. 767.
col. 1. vol. 8. qui multa ſimilia congerit, & conferunt
ad hoc ſcripta per Surd. in conſil. 381. vol. 3.

Sed vt iſta declaratio conditionis legati, reſul-
tantis ex incertitudine diei clarior fiat, aliquos ca-
ſus, etiam ab aliis pertractatos, hîc ſubnectere de-
creui, nam ſi incertitudo † prouenit ex actu futuro, 28.
ita vt incertum ſit, vter primò morietur, legatarius,
vel hæres, vt ſi legata fuerit domus cùm Titius fa-
ctus fuerit conſul, vel cùm Berta nubet, tunc quia
incertum eſt, vter ex dictis viuere poſſit, de tem-
pore verificatæ conditionis, ſi interim legatarius
deceſſerit, non tranſmittet legatum, vt per Fran-
ciſc. Marc. deciſ. 310. part. 1. & per Cremenſ. ſingu-
lar. 112. quos refert Theſaur. in d. quæſt. 68. numer.
9. part. 1. & hoc idem eſt, ſi conditionis euentus
reſpiciat † perſonam legatarij, propter incertitudi- 29.
nem, an ipſe tempore euenientis conditionis ſu-
peruiuat, vt per Theſaur. ibidem, vt ſi legauerit cen-
tum Titio, cùm erit triginta annorum, nam ſi pen-
dente termino triginta annorum moriatur, non
tranſmittit, ita firmarunt Bartol. Bald. Angel. Paul.
de Caſtr. & cæteri in d. l. ex his. C. quando dies legat.
ced. Natta in conſil. 472. num. 8. Albanus in conſil. 19.
num. 28. Petra de fideicommiſſ. quæſtione 9. num. 254.
quoniam ſemper incertum eſt an legatarius ad il-
lam ætatem perueniat; ideo ſi pendente incertitu-
dine moriatur, nihil iuris habet, quod tranſmitte-
re poſſit, cùm pendente conditione, ne legatarius
quidem dici poteſt. Idem ſi dies certæ ætatis fuerit
adiectus † in perſona hæredis grauati, poſt multos 30.
relatos probat Galganett. in d. tract. de condit. & de-
monſtr. part. 2. cap. 6. quæſt. 8. num. 14. verſ. & proce-
dit etiam, Iaſ. in l. ſi cui legetur. §. hoc autem legatum. n.
8. de legatis 1. vbi probat eſſe communem conclu-
ſionem, pro qua multos alios refert Noalis in d.
tract. de tranſmiſſione caſu 3. num. 9. & ſeq. Idem ſi
dies certæ ætatis † adiectus fuerit ad legati extin- 31.
ctionẽ, vt ſi legatus fuerit vſusfructus Titio, donec
filius ad certam ætatem peruenerit, nam legatarius
interim moriens non tranſmittit ad ſuos hæredes,
prout eſt caſus in l. ambiguitatem in 1. reſponſo. C. de
vſufruct. & probat Franciſc. Marc. in d. deciſ. 310.
num. 2. part. 1. Sed hoc prouenit potiùs ex natura v-
ſusfructus, qui mortuo vſufructuario conſolida-
tur cum proprietate. Idem ſi legata eſſent annua
alimenta † filio naturali ad eius vitam tantùm, nam 32.
ſi hæres ad quem poſt mortem dicti alimentarij re-
dire debet, præmortuus fuerit, legatum non perti-
nebit ad hæredes alimentarij, ſed ad hæredem hæ-
redis præmortui, & ita firmat Bartol. in l. Titia cum
teſtamento. §. Titia. de legat. 2. in verſ. quæro quid ſi tem-
pore quo, vbi indiſtinctè tenet, quòd poſt mortem
primi hæredis teſtatoris, pertinebit ad hæredem il-
lius, & latiùs probat Rubeus Alexand. in conſil. 23.
quidquid ſcribat in contrarium Socin. iun. in conſil.
54. vol. 4. quia hoc prouenit ex natura legati, quod
terminatur in perſona legatarij, & non peruenit ad
hæredem hæredis iure tranſmiſſionis, ſed iure tem-
poralitatis. l. final. C. de legatis. Menoch. in d. præ-
ſumpt. 261. num. 48. & ſeq. lib. 4.

Quartò declaratur, vt cõditio intrinſeca, † quæ 33.
ineſt legato ex natura rei, non impediat tranſmiſ-
ſionem, prout eſt caſus l. cùm illud. §. final. ff. quando
dies

dies legat ced. vbi ſi teſtator legauit partum naſciturũ ex Arethuſa, vel fructus, qui in tali fundo naſcentur, ſi legatarius moriatur antequam Arethuſa pariat, vel antequam fructus naſcantur, tale legatum tranſmittit ad ſuos hæredes. Idem probatur *in l. Firmio. ff. eod. tit. l. conditiones extrinſecus. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi quòd legatum eſt purum; ergo cedit à die mortis teſtatoris. gloſſ. *in l. vnic. §. cum igitur. in ver. cedere. C. de caduc. tollend.* & *ibi* Bart. *num.* 1. Idem Bart. *in d. l. conditiones extrinſecus. & in l ſi legatum purè. ff. de adimend. legat. & in l. cum filio familias. num.* 13. *de legatis* 1. & *ibi* Iaſ. *num.* 118. Ripan. 76. Bald. *in d. l. vnic. §. cùm igitur. numer.* 6. *C. de caduc. tollend.* & *ibi* Paul. de Caſtr. *num.* 7. Pariſ. *in conſil.* 29. *num.* 28. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 56. *num.* 73. *volum.* 1. & alij plures ad hoc relati per Menoch. *in d. præſumpt.* 201. *num.* 51. *lib.* 4. & nouiſſimè per Noal. *de tranſmiſſione. in d. caſu* 1. *num.* 9. *& ſeq.* & Galganet. *in d. tract. de conditionib. & demonſtrat. part.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *numer.* 20. & hanc opinionem amplexa eſt Rota Rom. *in deciſ.* 782. *num.* 24. *part.* 1. *in Nouiſſim.* Idem
34. ſi d. tacita † conditio inſit ex legis diſpoſitione, quę eſt, ſi hęreditas adeatur. *l.* 3. & *ibi* Bartol. *ff. de legat.* 1. *l. ſi Titio. §. quædam. ff. quando dies legat. ced.* Bart. *in d. l. conditiones extrinſecus, num.* 1 *ff. de condit. & demonſtrat.* quoniam legatum non debetur, niſi hæres adierit hæreditatem. *l. ſi nemo. ff. de regul. iur. l. ſi nemo ff. de teſtam. tut. l. eam quam C. de fideicommiſſ.* hæc enim tacita conditio non mutat naturam legati puri, nec impedit illius tranſmiſſionem. *l. hæredis aditio. §. tractari. ff quando dies legat. ced.* Nec facit actum conditionalem. Rota *deciſ.* 576. *num.* 2. *part.* 1. Idem in
35. tacita † conditione reſultãte ex tacita reſolutione, vt ſi legatum eſt purè factum, & adimatur ſub conditione, ſub contraria conditione datum cenſetur, vt ſi legetur domus Titio, deinde poſt factum lega-
36. tum † adimatur ſub conditione, ſi Titius fieret conſul, tunc ſub contraria conditione tacitè videtur datum, ſi Titius non fiet conſul. *l. ſi penum. ff. quando dies leg. ced.* & *ibi* Bart. *in* 2. *oppoſit.* Alberic. *num.* 2. Angel. *in conſil.* 293. *in fin.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 77. *col.* 1. *volum.* 1. Ruin. *in conſil.* 20. *num.* 5. *& conſ.* 190. *num.* 7. *vol.* 2. *& conſil.* 150. *num.* 4. *vol.* 3. Cephal. *in cõſil.* 52. *num.* 7. *vol.* 1. Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. part.* 4. *num.* 75. *ff. ad Trebellian.* & alij plures ab eis allegati, & omnes mouentur per text. *l. ſi poſt mortem. §.* 1. *de legat.* 1 *l. aliquando, in fin. ff. de condit. & demonſtrat. l ſi legatum purè. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. l. quod purè ff. quando dies legat cedat.* ergo dicta tacita conditio contraria, adhærens legato puro in primis facto, non impediet tranſmiſſionem, ſi legatarius antea mortuus fuerit, quo-
37. niam illa conditionalis ademptio † nihil ademiſſe dicitur, cùm actus conditionalis nihil diſponat, *l. ſi quis ſub conditione dandorum. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* & ideo dicitur purè factum tum ex ſui conſtitutione in principio, tum ex ipſa tacita contraria conditione, quæ adhæret primæ conſtitutioni.
38. Idem ſi tacita † conditio fieret ex ſubauditione. *l. à vobis. ff. de annuis legatis.* Item conditio tacita quæ cenſetur repetita in legatario, non impedit tranſmiſſionem, vt ſi à ſubſtituto pupillari aliquid legatũ fuerit, cõditio, ſi pupillus deceſſerit in pupillari ætate, quæ tacitè ineſt ex diſpoſitione legis, & cen-
39. ſetur repetita in legatario † à ſubſtituto pupillari, nõ impedit tranſmiſſionem, vbi legatarius prædecederet antea, prout eſt caſus *in l. hæredis aditio. in verſic. tractari. ff. quando dies legat. ced.* quoniam dicta taci-
40. ta † conditio non facit legatum conditionale, ſed remanet purum. Iaſ. *in l. quod in rerum, in princ. num.* 3. *& ſeq. de legat.* 1. Dec. *in l. in omnibus obligationibus, num.* 7 *ff. de regul. iur.* & alij ad hoc allegati per Zach. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. part.* 4. *num.* 338. *ff. ad Trebellian.* quos refert Menoch. *in d. præſumpt.* 201. *num.* 53. Sed hanc concluſionem ego intelligo eſſe verum, dummodo illa tacita conditio † verificetur in 41.
ipſo ſubſtituto pupillari, quoniam in tantum cenſetur grauatus, in quantum eſt honoratus. *l. ab eo. C. de fideicommiſſ.* ergo vt legatarius ab eo conſequatur, vel illi ſubſtitutus admittatur, ſubſtitutionem pupillarẽ verificari opus eſt, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 152. *in fin. vol.* 1. Alexand. *in conſil.* 59. *col.* 4. *volum.* 3. quem ſequitur Dec. *in conſil.* 287. *num.* 10. *& ſeq. verſ. nec obſtat.* Idem Alexand. *in conſil.* 139. *col.* 2 *in princ. vol.* 6. quem ſequitur Ruin. *in conſil* 153. *col.* 4. *vol.* 2. Dilect. *de arte teſtandi, titulo de ſubſtit. cautela* 24. Pariſ. *in conſil.* 86. *num.* 5. *vol.* 2. Rubeus *in conſil.* 26. Crauer. *in conſil.* 98. *num.* 11. Rimin. iun. *in conſil.* 23. *num.* 32. *vol.* 1. Sed ſi antequam purificetur, legatarius prædecedat, tunc poſt deceſſum pupilli, hæres legatarij obtinere poteſt, item ſubſtitutus ſubſtituto pupillari, aut eius hæres.

Tertius caſus eſt, prout eum figurat Peregrin. *in conſil.* 52. *num.* 3. *verſ. primus ergo. vol.* 2. per hæc verba. Cùm teſtator legat, & poſt mortem legatarij † 42.
iubet rem reuerti, vel peruenire ad hæredem ipſius teſtatoris, vel ſubſtituit ſuum hæredem. Hoc caſu, prædefuncto hærede ſcripto, legatum pleno iure reſidet apud legatarium, & in eius libera diſpoſitione, nec hæredi hæredis debetur, iſte eſt caſus *in l. in cauſa, in* 2. *§. Pomponius. ff. de minorib.* & *ibi* adnotauit Bald. Paul. de Caſtr. *in l. Titia cum teſtamento. §. Titia col.* 2. *de legatis* 2. & *ibi* Picus *num.* 15. Alexand. *in l. qui liberis. §. hæc verba, num.* 3. *ff. de vulgari, & pupill. & in l. Gallus. §. etiam, in fin. ff. de liber. & poſthum. & in l. final. in fin. C. de legat.* Gabriel *conſil.* 132. *num.* 8. Cephal. *in conſil.* 158. *num.* 9. Hucuſque Peregrin. & *ibi* Cephal. ponit eundem caſum, allegando Pariſ. *in conſil.* 21. *numer.* 42. *vol.* 2. & præciſè Paul. de Caſtr. *in l. ſi à me tibi, verſ. Item patet ff. ad leg. falcid,* atque Durand. *de arte teſtandi cautela* 60. *tit.* 6. & alios.

Ego verò credo iſtum caſum eſſe verum, ſed non per textum *d. l. in cauſa. §. Pomponius. ff. de minorib.* quia ibi nõ abſolutè fuit grauatus hæres poſt mortem ſuam reſtituere, ſed ſub expreſſa cõditione, ſi ſine liberis, & cùm legatum ſit conditionale, deficiẽte conditione remanet perpetuum, & ita omnes Doctores allegati mouentur per *d. §. Pomponius*, & hunc intellectum ad illam legem probant Ripa *in l hæredes mei. §. cùm ita, num.* 68. *ff. ad Trebell.* Bald. *in d. §. Pomponius*, dicit, quòd ſi teſtator relinquat nepoti, & adiiciat, quòd ſi decedat ſine liberis, reuertatur ad vniuerſalem hæredem, & contingat interim decedere vniuerſalem hæredem, non erit amplius locus reſtitutioni fideicommiſſi, quia legatũ conditionale, ſi ſine liberis, non tranſmittitur, & ita etiam dicit Alexand. *in l. qui liberis. §. hæc verba, num.* 3. *de vulgari, & pupill.* & expreſſiùs *in l. Gallus. §. etiamſi parente, in finalib. verbis ff de liber. & poſthum.* ſemper allegando, & ſequendo Bald. *in d. §. Pomponius.* Item firmat Alex. *in l. final. num.* 3. *verſ. Aut reliquit ſimpliciter,* quòd ſi teſtator legat ſimpliciter, & poſtea grauet legatarium, vt poſt eius mortem reſtituat Titio, hoc legatum non eſt temporale, ſed perpetuum de ſui natura, ideo ſi tempore mortis legatarij Titius eſt mortuus, dictum legatũm per ſui naturam perpetuum remanet apud hæredes legatarij. Item Alex. *in d. l. in vltimis verbis. C. de legatis*, dicit quòd dictum legatũ eſt purum, † & tempus mortis 43.
fuit

fuit adiectum gratia commodioris præſtationis ipſius grauati, & quando teneremus hanc doctrinam *d.* §. *Pomponius*, qui loquitur de conditione expreſſa, ſi ſine liberis decederet, ſatis inutiliter allegatus eſſet, & inutiliùs præfati Doctores conſarcinati eſſent, qui omnes mouentur per *d.* §. *Pomponius*, & Ripa *in d. l. hæredes mei.* §. *cùm ita, num.* 68. *verſ. ſecus videtur. ff. ad Trebellian.* dicit, ſecus videtur, quando abſolutè legatarius grauatur reſtituere † rem poſt mortem, quia teſtator videtur noluiſſe, quòd reſtituatur ei, qui tempore mortis erit hæres, per *l. in annalibus. C. de legat.* licèt ipſe Ripa non firmet pedes in hac doctrina, quia poſtea alteram Bartoli refert. Quamobrem circumſcriptis allegationibus Peregrini, & Cephali, ego teneo caſum eſſe verum, per text. † *l. ſi quis Titio. ff. de legatis* 2. vbi, ſi quis Titio legauerit, & rogauerit eum, vt ea reſtituat Mæuio, Mæuiúſque fuerit mortuus, Titij commodo cedit, non hæredis, & quòd iſte caſus probetur per illum textum, probat Paul. de Caſtr. *in l. Titia cum teſtamento.* §. *Titia. num.* 1. *in fin. de legat.* 2. vbi, ſi legatum fuit ſimpliciter factum, nec tempus appoſitum in illius legati ſubſtantia, ſed legatarius poſtea fuit grauatus reſtituere poſt mortem, præmoriente fideicommiſſario, non tranſmittitur, ſed remanebit apud hæredem grauati.

45.

46.

Quartus caſus eſt, cùm teſtator legat ad vitam legatarij, & poſt eius mortem iubet legatum reuerti ad hæredem ſuum, tunc hæres præmoriens tranſmittit † ad hæredem ſuum, ita firmat Bartolus *in d. l. Titia cum teſtamento.* §. *Titia, numer.* 2. *verſ. quæro quod ſi tempore. ff. de legat.* 2. quia quando teſtator non reſpexit ad certam perſonam hæredis, ſed magis ad ius hæreditatium, tunc iure conſolidationis res legata reuertitur ad hæreditatem, & ita ad quemcumque hæredem. *l. final. C. de legat.* & ibi notant Bartol. Bald. & cæteri quicumque ſcripſerunt, Pariſ. *in d. conſil.* 21. *numer.* 38. *volum.* 2. Cephal. *in d. conſil.* 158. *numer.* 6. Peregrin. *in d. conſil.* 52. *numer.* 4. *volum.* 2. ergo etiamſi primus hæres teſtatoris præmortuus fuerit, ille tranſmittet ad hæredem hæredis. Probatur conſequentia, quia hoc legatum continet duo præcepta, videlicet, quòd ſit temporale ad vitam legatarij. Item quòd poſt mortem legatarij tranſeat ad hæredem ſuum; ſed licèt dictus hæres ſuus præmortuus fuerit, & ita deficiat † ſecundum præceptum, tamen primum non eſt extinctum, ſed remanet in ſui validitate, prout eſt caſus *in l. Celſus.* §. 1. *ff. de arbitr.* Sed per primum præceptum tranſibat ad quoſcumque hæredes illius hæreditatis; ergo non obſtante deficientia ſecundi præcepti ita pariter tranſire debet. Item quia primum præceptum nihil aliud continebat, niſi vt poſt mortem legatarij rediret ad hæreditatem; ergo dicta adiectio † magis ſpecialis, vt poſt eius mortem redeat ad hæredem ſuum, cenſetur facta ex abundanti, quæ non derogat primum præceptum, ita arguit Cephal. *in d. conſil.* 158. *num.* 31. *& ſequent. volum.* 2. ita etiam arguit Socin. *in conſil.* 102. *numer.* 14. *volum.* 3. Item Cephal. *in d. conſil.* 158. veritatem huius caſus probat per duodecim rationes, & reſpódet totidem rationibus contrariis, eandem probat Peregrin. *in d. conſil.* 52. *verſ.* 3. *caſus vol.* 2. qui refert alios.

47.

48.

49.

50.
Quintus caſus eſt, quando legatum † eſt factum ſub modo, qui ita poteſt impleri per hæredes legatarij, tunc præmoriente legatario, ad eius hæredem tranſmittitur, Bartol. *in l. quibus diebus.* §. *Thermilius. num.* 13 *ff. de condit. & demonſtrat. & in l. à teſtatore. ff. eod. tit.* Socin. *in d.* §. *Thermilius. numer.* 8. *& in conſil.* 92. *num.* 11. *volum.* 1. Bero. *in conſil.* 28. *numer.* 8. *volum.* 2. & alij plures ad hoc allegati per Zanch. *in d. l. hæredes mei.* §. *cùm ita in* 4. *parte. numer.* 391. *ff. ad Trebellian.* & per Menoch. *in d. præſumption.* 201. *numer.* 35. *& ſequent.* Secus eſt ſi modus per hæredem legatarij ita commodè impleri non poſſet, Bartol. *in d.* §. *Thermilius*, & cæteri allegari. Quamobrem reſpondit Manent. *in conſil.* 55. quòd cùm legatum relictum fuerit Titio cauſidico, † vt hæredem teſtatoris in litibus defenderet, dictus Titius legatarius præmoriens tranſmittit legatum ad eius filium hæredem, quoniam hæredem illius teſtatoris eodem modo in litibus defendere poterat; & quamuis dictum legatum participet de conditione, tamen ſemper modale dicendum eſt. Doctor. *in l. cùm mota. C. de tranſactionib.* Gabriel *in conſil.* 5. *numer.* 4. *volum.* 1. Item legatum modale † ſemper debetur, etiamſi eſſet modus mixtus. Iaſ. *in l. ſi Titio, numer.* 8. *& ſeq. de legat.* 1. Cephal. *in conſil.* 633. *numer.* 20. & ad hoc facit *l. cùm filius.* §. 1. *de legat.* 2. Item in hac facti ſpecie reſpondit Bartol. *in l. continuus.* §. *ſi ab eo. ff. de verb. obligat.* quòd legatum factum Aduocato vt defendat hæredem teſtatoris, debetur etiam hæredi ipſius Aduocati.

51.

52.

Declaratur iſte caſus, vt legatum dicatur † ſub modo factum, ſi primò aliquid ſimpliciter relictum eſt, deinde modus adiectus, vt aliquid faciat, vt ex definitione modi, de qua *in l. Mæuia. ff. de manumiſſ. teſtam. l. demonſtratio.* §. *final. l. quibus diebus.* §. *Thermilius*, & *ibi* Bartol. *num.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* Ideo ſi teſtator primò legauit aliquam quantitatem purè, & ſimpliciter, deinde poſt aliqua intermedia declarauit, ſe illud legatum feciſſe, cum onere, vt dictus legatarius renuntiaſſet quibuſdam ſuis prætenſionibus, quæ habebat contra hæreditatem ipſius teſtatoris, & ideo onus renuntiationis appoſuit ante tempus petitionis. Item appoſuit † executioni diſpoſitionis iam perfectæ; ergo dicitur legatum factum eſſe in vim modi. *l. cum tale.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* per quem textum ita probat Baldus *in d. l. cùm mota. num.* 3. *C. de tranſact. & in l. ſi plures numer.* 25. *verſ. eſt enim modus. C. de condit. inſertis.* Item Doctores firmarunt legatum eſſe ſub modo †, quãdo legatarius ex eo actionem habet, ſed impeditus propter modum adimplendum, præſtat cautionem de adimplemento faciendo. *l. liberto.* §. *Lucius. ff. de annuis legatis. l. eas. ff. de condit. & demonſtrat.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *interpretat.* 2. *dub.* 2. *num.* 18. Sed quando teſtator poſt legatum purè factum, dixerit, cum declaratione, quòd non poſſit petere legatum, niſi priùs renuntiauerit, præſuppoſuit ex legato poſſe dari actionem; ſed modum appoſuit petitioni, & executioni ipſius. Item quia declarationẽ ordinauit ad originem petitionis, non autem ad inficiendam acquiſitionem, quo caſu legatum dici ſub modo, † firmarunt, Socin. *in conſil.* 21. *numer.* 16. *volum.* 3. Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *verſ. quæro legatarius. C. de his quæ ſub modo*, & actio valdè differt à petitione, *l.* 1. *in princip. ff. ad Macedonian.* & ibi gloſſ. *in ver. petitio*, quæ communiter eſt approbata. Item quia teſtator exprimendo quòd non poſſit petere legatum, niſi priùs renuntiauerit, expreſſit illud quod tacitè ineſt per modum, † qui non impedit natiuitatem actionis, ſed executionem, & effectum. *l.* 2. *C. de his quæ ſub modo.* gloſſ. *in rubrica illius tituli.* Iaſ. *in l. huiuſmodi, num.*

53.

54.

55.

56.

57.

numer. 14. *de legat.* 1. Item per expreſſionem eius,
58. quod tacitè ineſt, etiam ſi conditionaliter † ex-
preſſio facta fuerit, legatum non dicitur condi-
tionale, ſed modale. Bartol. *in d. l. huiuſmodi. nu-
mer.* 1. *de legat.* 1. & *ibi* Paul. de Caſtr. *numero* 3.
Alexand. *numer.* 1. *verſ. non ſuſpendit*, Immol. *in l.
centeſimis. numero* 4. *in princip. ff. de verb. obligat.* text.
l. conditiones extrinſecus. ff. de condit. & demonſtrat.
Egid. *deciſ.* 16. Item quando actio ex diſpoſitio
ne oritur, ſed propter aliquod implendum impe-
59. ditur † petitio, tunc ſufficit offerre cautionem.
Bald. *in d. l.* 1. *numer.* 3. *C. de his quæ ſub modo.* Ruin.
in conſil. 33. *numer.* 7. *verſ. & clarius, volum.* 3. & de-
clarat Gabriel *in conſil.* 5. *numer.* 13. *volum.* 1. Item
hæc differentia inter legatum modale, & conditio-
nale, quia ex modali ſtatim oritur actio ad conſe
quendum, & præſtita cautione conſequitur, ſed
ex conditionali non aliter, niſi in totum purifica-
tum fuerit, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 11. *num.*
113. *& numer.* 115.

60. Item in dubio † ſemper iudicandum eſt eſſe ſub
modo potius quàm ſub conditione, Menoch. *lib.* 4.
præſumptione 175. Neque obſtat *l. quibus diebus.* §.
61. *quidam Titio.* † *ff. de condit. & demonſtrat.* vbi ſiue
conditio ſit appoſita in ſubſtantia legati, ſiue in
executione, vel petitione illius, ſemper dicitur
conditionale, & alteratur natura illius, etiamſi ab
initio purè factum fuerit. Quia in contrarium
eſt text. *l. ex his. C. quando dies legat. ced.* vbi expreſ-
sè habetur, quòd legato facto purè in ſui ſubſtan-
tia, ſi poſtea addatur conditio in executione, ſiue
petitione, non alteratur natura legati præcedentis.
Ideo Doctor. pro concordia conſiderarunt, quòd
ſi verba importantia conditionem ſunt dicta per
62. tempus omnino † incertum, tunc ſiue ſint dicta
in ſubſtantia legati, ſiue in executione, ſemper le-
gatum eſt conditionale, & procedit text. *in d. §. qui-
63. dam Titio.* Sed quando per tempus † certum dicta
ſunt, tunc ſi in executione dicta ſunt, non alterant
naturam legati præcedentis, & procedit *d. l. ex his.*
Hanc opinionem firmarunt gloſſ. *in l. Seius Satur-
ninus. ff. ad Trebellian. in ver. diem. verſ. ſolue.* Angel.
in conſil. 120. *numer.* 3. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 151.
col. 1. *verſ. ſed quando tempus eſt omnino certum. vol.*
1. Immol *in d. §. quidam Titio numer.* 4. & *ibi* Ca-
64. ſtrenſ. *numer.* 3. Alexand. *in d. l. Seius Saturninus* †
numer. 4. dicit illam gloſſam eſſe communiter re-
ceptam, & licèt ipſe aliquo modo diſſentiat, tamen
durum eſſe dicit, obtinere contra illam gloſſam, &
hanc opinionem ſequuta eſt Rota Romana in Spo-
letina legati 17. Maij 1580. coram Plato. vbi poſt
longam diſcuſſionem ſuper *d. §. quidam Titio*, con-
cludit, quòd ſi verba importantia conditionem fuiſ-
ſent in executione legati puri adiecta, & talia ver-
ba denotarent tempus incertum, ſemper facerent
legatum conditionale; ſi verò tempus certum, vel
aliquo modo poſſet haberi certitudo, legatum pu-
rum præcedens per dicta verba conditionem im-
portantia in executione poſita, non alterarentur,
& ita concordantur *d. l. ex his, & d. §. quidam Ti-
tio.*

Sextus caſus eſt, legatum dotis eſt conditiona-
65. le, † & non tranſmittitur ad hæredes puellæ, quo-
niam eſt conditionale, & antequam nubat non de-
betur, Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de con-
dit. & demonſtr.* quem *ibi* omnes ſequuntur, Pariſ. *in
conſil.* 25. *num.* 58. *vol.* 2. Corn. *in conſil.* 229. *num.* 4.
& ſeq. vol. 4. Gabriel *in conſil.* 116. *num.* 25. *vol.* 1. Cu-
man. *in conſil* 124. Aretin. *in conſil.* 42. Roman. *in con-
ſil.* 134. Alex. *in conſil.* 66. *vol.* 4. Calcaneus *in conſil.*
27. Paul. de Caſtr. *in auth. nouiſſima col.* 1 *C. de inoff.
t.c. teſtam. & in conſil.* 122. *vol.* 1. *& conſil.* 222. *vol.* 2.
Bald. Nouell. *in tract. de dote part.* 6. *priuileg.* 17. *vol.*
3. & latiùs *in priuileg.* 76. qui atteſtatur eſſe commu-
nem concluſionem. Quamobrem ſi puellæ minori
relinquatur, duo requiruntur, videlicet, quòd ipſa
veniat ad legitimam ætatem, & quòd matrimonio
collocetur, & ſi interim moriatur, non tranſmittit
hæreditatem, Riminald. iun. *in conſil.* 157. *vol.* 1. *&
in conſil.* 694. *col.* 1. *vol.* 6. Item dos relicta ſub mo-
do, † non tranſmittitur, ſi puella moriatur ante- 66.
quam nubat, Bald. *in l. generaliter col. pen. C. de Epi-
ſcop. & cleric. & in l. ſi plures. col.* 2. *C. de condit. inſert.*
& alij per Menoch. *in conſil.* 455. *num.* 2. *vol.* 5. & hæc
concluſio non habet difficultatem in extraneo qui
non tenetur dotare, & ita procedit doctrina Bar-
toli *in d. §. Titio genero*, quæ eſt origo totius iſtius
concluſionis. Idem in patre, qui ex forma ſtatuti
non tenetur dotare filiam, puta quando extat ſta-
tutum, quòd exiſtente fratre, ſoror non ſuccedat,
vt firmarunt Ruin. *in conſil.* 27. *num.* 3. *& ſeq. vol.* 3.
Menoch. *in conſil.* 899 *num.* 3. *vol.* 9. Riminald. iun.
in d. conſil. 157. *num.* 2. *in fin. vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, nam aut ſtatutum exclu-
dit filiam à ſucceſſione, ſed mandat eam dotari de-
bere, & tunc dos † non ſuccedit loco legitimæ, vt 67.
probat Paul. de Caſtr. *in l. Titio centum. §. Titio gene-
ro, num.* 8. *ff. de condit. & demonſtrat.* quia dicitur con-
ditionaliter ſibi à ſtatuto aſſignata, ſi nubet, Ale-
xand. *in conſil.* 179. *num.* 5. *vol.* 5. vbi quòd ſi ſtatu-
tum mandat filiam dotari, nunquam de ſtatuto iu-
dicatur idem, quod de legitima, quia non ſucce-
dit loco legitimæ, allegat Cyn. Bart. Paul. de Caſtr.
& alios. Neque poteſt dici dos ſubrogata loco legi-
timæ, quia hæc debetur purè in die mortis patris,
ſed dos à ſtatuto ordinata, confertur in tempus
nuptiarum, quia dotis relictum † habet tacitam 68.
coditionem ſi nuptiæ ſequantur, *l. ſtipulationem. l.
promittendo. ff. de iure dot.* Socin. *in conſil.* 288. *num.*
27. *vol.* 2. *& in conſil.* 75. *num.* 11. *vol.* 3. Ruin. *in con-
ſil.* 52. *num.* 6. *vol.* 5. Pariſ *in conſil.* 52. *num.* 73. *vol.*
3. & hanc opinionem eſſe magis communem atte-
ſtatur Boſſius *in titulo de bonorum publicatione, num.* 1.
in fin. Immol. *in conſil.* 13. *num.* 14. vbi allegat Ale-
xand. Alberic. Aretin. & alios, Gabriel *in conſil.* 11.
num. 4. *volum* 1. Craſſ. *in §. legitima quæſt.* 7. *num.* 4.
verſ. quòd dicendum. Menoch. *in conſil.* 251. *num.* 44.
volum. 2 Paul. de Caſtr. *in conſil.* 9. *& conſil.* 16. *vol.*
1. Pariſ. *in conſil.* 35. *numer.* 5. *volum.* 3. Cephal. *in
conſil.* 145. *num.* 19. *& ſeq. volum.* 1. quo caſu filiæ
excluſæ non debetur legitima, † ſed habetur tan- 69.
quam extranea; ergo dotem huiuſmodi non tranſ-
mittet ad ſuos hæredes, Caſtrenſ. *in d. conſil.* 9. *&
in d. §. Titio genero*, & alij allegati paulò antè. Et
quòd hoc caſu ſi filia præmoreretur, non tranſmittit
dotem ad ſuos hæredes, iudicauimus in Collegio
Piſano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *titulo Dos. cap.
quando igitur.* Aut ſtatutum diſponit, † quòd filia 70.
dotata non ſuccedat cum maſculo, & tunc prius
debet dotari, quàm excludatur, ita declarat Paul.
de Caſtr. *in conſil.* 6. *volum.* 2. Item quia actus con-
ditionalis non poteſt dici actus. *l. ſi quis ſub con-
ditione. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtament.* Sed ſi iſta
dos deberetur tempore nuptiarum, eſſet ſub con-
ditione; ergo non diceretur dotata, & per con-
ſequens neque excluſa, ſed omnes concludunt
eſſe excluſam, vt probat Surd. *in tract. de alimen-
tis. titul.* 3. *quæſtion.* 1. *numero* 40. *& ſequent.* & Me-
noch. *lib.* 4. *præſumpt.* 146. *numero* 43. ergo dicta
dos eſt purè aſſignanda, non autem ſub condi-
tione

tione de tempore nuptiarum, quo caſu, cùm dos ſuccedat loco legitimæ, ſi filia decedat ante nuptias, tranſmittit ad ſuos hæredes, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 370. *num.* 1. *volum.* 1. & talis dos
71. nullum recipit grauamen, † imò reiicit pactum appoſitum, quòd illa decedente ſine liberis, dos reuertatur ad dotantem, & hoc eſt verum, etiam ſi frater illam ſororem matrimonio collocaſſet, & cum dicta ſua legitima auxiſſet dotem, vt fuit iudicatum in ſacro Conſilio. Franch. *deciſ.* 196. Quotieſcumque igitur dos ſuccedit loco legitimæ, tunc ipſius legatum, quia reiicit omne grauamen, purum dicendum eſt, vt fuit iudicatum in Regno Neapolis, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, titulo Legatum, cap. Dotis legatum*; ergo tunc etiam ante nuptias ad ſuos hæredes tranſmittit. Idem dico in primo caſu, quando filia ſimpliciter à ſtatuto excluſa eſt, ſed pater dictæ filiæ dotem le-
72. gaſſet exprimendo pro ſua legitima, † nam tunc dicitur recognoſcere dictam filiam vt ſuam, & relictum dictæ quantitatis pro dote ſuccedit loco legitimæ, quam tranſmittere poteſt, & ita fuit iudicatum in Rota Roman. vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, titulo Legitima, cap. cum honorabili.* Idem
73. ſi pater † ſimpliciter eidem filiæ legauerit, ſed prohibuerit, ne plus petere poſſit, tunc etiam dicitur filiam recognoſcere vt ſuam, & illud relictum habetur dictæ legitimæ ad effectum, vt tranſmittere poſſit, vt *in d. titulo Legitima, cap. filiæ.* Idem dico in paragio quod vigore conſuetudinis Neapolis frater excludens ſororem tenetur illi dare, nam hoc paragium ſuccedit loco legitimæ, vt fuit iudicatum à Prætorio Neapolis, *Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, titulo Tranſmiſſio, cap. ſoror*, & ideo ad ſuos hæredes tranſmittere poteſt.

Septimus caſus eſt in legato facto filiis ſpuriis,
74. quod reducitur ad alimenta, † vt ſcripſi in præcedenti articulo, & poſſe tranſmitti ad ſuos filios & hæredes, firmarunt Rodoric. Xuarez, & alij ad hoc allegati per Molin. *de primogeniis lib.* 2. *cap. vndecimo num.* 32. & per Couar. *de ſponſalib. in* 2. *parte cap.* 8. *in* §. 6. *num.* 15. *verſ. ſed à Baldo recedit*, & per Theſaur. *in quæſt. forenſi* 25. *numer.* 5. *lib.* 1. & per Alexand. Raudenſ. *in deciſ. Piſana* 29. *numer.* 200. quorum relatorum opinio, (circumſcripta lege Hiſpaniæ, cui dicti ſcribentes addicti fuerunt,) poteſt eſſe vera quando filiis ſpuriis aliquid ſimpliciter legatum eſt, quod reducitur ad quantitatem alimentorum, illam æſtimando iuxta *l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.* nam ſi res legata ſimpliciter non valet plus quàm
75. iſte dubius euentus, tunc ſpurius † capit etiam proprietatem in perpetuum, vt reſpondit Baldus *in conſil.* 448. *numer.* 5. *volum.* 1. ſecus eſt ſi teſtator legaſſet dictam quantitatem filio ſpurio pro alimentis, tunc enim per mortem dicti ſpurij legatarij extingueretur legatum, Bald. *in l. eam quam colum.* 9. *verſ. pone decretum. C. de fideicommiſſ.* & hanc eſſe magis communem opinionem atteſtatur Gabriel *in ſuis communib. titul. de alimentis. concluſ.* 1. *numer.* 28. Surd. *de aliment. titulo* 5. *quæſt.* 7. *per totam.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 169. *numer.* 10. Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 3. *titulo* 18. *num.* 77. quoniam pro regula conſtitutum eſt, vt legatum alimentorum non tranſmittatur. *l. ſi cum præfinitione. ff. quando dies legat. ced.* & tot ſunt legata, quot ſunt an-
76. ni, ideo pro primo anno eſt purum, † & pro ſequentibus conditionale, ſi alimentarius vixerit. *d. l. ſi cum præfinitione, & l. ſi in ſingulos. ff. de annuis legatis.* Item mortuo alimentario, finitur ius alimentorum. *l. cùm hi.* §. *ſi vni. ff. de tranſaction. l. dominus.* §. *fi. ff. de vſufr.* & alij plures ad hoc allegati per Theſaur. *in d. quæſt. forenſi* 25. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 1. & per Rubeum Alexand. *in conſil.* 23.

Ad hunc articulum plura alia pertinent, quæ ſcripſi ſuprà *in parte prima, quæſt.* 24. præſertim *in articulo finali, & de coniecturis tranſmiſſionis fideicommiſſi conditionalis*, ſcribam inferiùs *in quæſt.* ... *de fideicommiſſis, in articulo de fideicommiſſi tranſmiſſione.*

ARTICVLVS IX.

De defalcatione legatorum.

SVMMARIA.

1. *Legata diminuuntur pro rata, quando teſtator legauit vltra dodrantem.*
2. .. *diminuuntur pro rata ad ſoluendam legitimam filij.*
3. *Legitima detrahitur ante legata.*
4. *Legata ſoluenda ſunt poſt æs alienum.*
5. *Filius eſt creditor in bonis patris pro legitima.*
6. *Legitima detrahitur vt æs alienum.*
7. *Legatum dotis priùs detrahendum, ad quod cætera legata debent contribuere.*
8. .. *non debent contribuere cum aliis legatis.*
9. *Dos primum deducitur de bonis patris, vt æs alienum.*
10. .. *ſecus in extraneo legante dotem.*
11. *Legatum ad pias cauſas defalcatur, ſicut alia legata, quando hæreditas non eſt ſoluendo.*
12. *Legatum ad pias cauſas debetur à ſingulis hæredibus inſolidum.*
13. *Pia cauſa non dicitur priuilegiata in præiudicium aliorum.*
14. .. *& ſemper in dubio contra piam cauſam, quando non reperitur expreſsè priuilegiata.*
15. *Legatum ſpeciei eſt defalcandum cum legato quantitatis pro rata, & num.* 18.
16. L. quærebatur. ff. ad legem falcid. *loquitur de legato ſpeciei.*
17. *Legatum generis per exactionem non euaneſcit.*
19. *Legatorũ contributio eſt facienda, etiamſi aliquod legatum prius ſolutum fuiſſet.*
20. *Legatarij omnes habent vnum, & idem ius ex teſtamento, non attento priori vocatione.*
21. *Legatis diminutis per contributionem, an onera in legatis appoſita etiam diminuta cenſeantur.*
22. .. *& quid ſi legatum ſcinditur pro parte, vel annullatur in toto.*
23. *Legatum vbi diminuitur, etiam onus intrinſecum diminuitur, ſecus ſi extrinſecum.*
24. *Falcidia aliquando detrahitur à fideicommiſſario, ad inſtar hæredis.*
25. *Legatarius non obſtante diminutione, debet integraliter adimplere onus extrinſecum.*
26. .. *multò magis, quando legatum eſt indiuidualiter præſtandum.*
27. *Legatariis nihil eſt diminuendum, quando cauſa diminutionis habet originem poſt mortẽ teſtatoris.*

QVANDO teſtator plura legata fecit, pluſquam valeant vires hæreditatis ſuæ, tunc legata † diminuũtur 1.
vnicuique pro rata, pro vt eſt caſus *in l. ſi quis teſtamento.* §. *apud Iulianum. de legat.* 1. vbi ſi teſtator habẽs triginta, legauit vni triginta, alteri legauit viginti, & tertio legauerit decẽ

cuili

cuilibet fit diminutio pro rata, ita quòd primus habebit quindecim, ſecundus decem, tertius quinque. Item *l. quærebatur. ff. ad legem falcidiam.* vbi ſi teſtator habens ſolùm quatuorcentum in bonis, quæ ſibi debebat Titius, & illi legauit liberationẽ, & alteri legauit quatuorcentum, cùm concurrant ambo legatarij in eadem quantitate, Titius debitor conſequetur liberationem reſpectu ducentorum, & alteri collegatario debet alia ducenta ſoluere; cùm enim ambobus eadem quantitas legata fuerit, alter non eſſet potior altero, ſed pro rata fiet diminutio: in quibus autem caſibus hæc regula in controuerſiam poſita fuerit, explicemus.

Primus caſus eſt, quando hæreditas eſt nimis grauata legatis, ita quòd hæres detracta ſua quarta falcidiæ, non habet tantum in bonis, vt
2. poſſit ſoluere legitimam † filio teſtatoris relictam, tunc cæteri legatarij debent pro rata contribuere ad ſolutionem dictæ legitimæ, quoniam de hæreditate primùm detrahendum eſt æs alienum. *l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſta-*
3. *ment.* Secundò detrahitur † legitima, & ex reſiduo ſoluuntur legata, detracta falcidia iure inſtitutionis hæredi debita, Salyc. *in l. omnimodo, in princip. colum. 2. verſ. tertiò quæro. C. de inoffic. teſtament.* Item Angel. *in d. l. Papinianus. §. ſi conditioni, verſ. & ſi integrum ſupplementum. ff. de inoffic. teſtament.* dicit, quando quarta pars non remanet integra penes hæredem, qui confecit inuentarium, & debet etiam ſoluere legitimam, tunc omnes legatarij debent contribuere pro rata ad ſoluendam dictam legitimam, & ita poſt plurimos relatos, reſpondit Decius *in conſil. 633.* & in fine primi dubij atteſtatur, omnes concurrere in hanc opinionem, & ratio ab omnibus aſſignatur,
4. quoniam legata † ſoluenda ſunt poſt ſolutionem æris alieni, ſed legitima detrahitur vt æs alienum, Angel. *in l. ſi pater num. 7. C. de inſtit. & ſubſtit.* Bald. *in l. ſcimus, in princip. numer. 10. C. de inoffic. teſtament.* & vt res quaſi debita; idem *in conſil. 106. nu-*
5. *mer. 13. volum. 2.* Item filius eſt creditor † in bonis teſtatoris reſpectu legitimæ. Picus *in l. in quartam numer. 134. ff. ad legem falcid. & numer. 163.* ad idem gloſſ. *in l. ſi quis legatum. §. final. ff. de*
6. *falſis.* Item quòd legitima † detrahatur vt æs alienum, Corn. *in conſ. 115. num. 2. vol. 3. & in conſ. 48. n. 24. vol. 2. & in conſ. 140. num. 1. vol. 1.* Bald. *in l. ſi quis legatum. §. final. ff. de falſis, & in l. 2. C. ad leg. falcid.* & latiùs probat Roderic Xuarez *in l. quoniam in prioribus, in vndecima ampliatione numer. 7. circa princip. & numer. 11. C. de inoffic. teſtament.* Item quòd cenſeatur æs alienum. Natta *in conſil. 528. numer. 29. volum. 3.* Menoch. *in conſil. 77 numer. 16. volum. 1.* & quòd filius in legitima dicatur creditor, & ab eo non poſſit auferri, etiam Deo dante, Curtius ſen. *in conſil. 13. numer. 25.* propterea ſi à filio non ſit detracta, ab eius hærede detrahi poteſt, Caſſan. *in conſil. 67. num. 78.* Quamobrem ſi hoc creditum priùs ab hæreditate detrahendum eſt; ergo vbi bona hæredis, qui fecit inuentarium, non ſufficiunt, cæteri legatarij contribuere debent.

7. Secundus caſus eſt, de legato † dotis facto à patre, nam cùm ſit illius debitor neceſſitate legis. *l. final. C. de dot. promiſſ. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum*, & ipſa dos ſuccedit loco legitimæ. *l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtament.* ergo ſicut cætera legata debent contribuere pro ſolutione legitimæ, vt probaui in præcedenti caſu, ita etiam debent contribuere pro ſolutione dotis legatæ. Item ipſum legatum dotis, † hoc habet 8.
præcipuum, vt non concurrat in contributionem cum aliis legatis, quia ipſum legatum dotis præfertur cæteris legatis, Bartol. *in l. 2. §. ſi ſponſa. ff. de priuileg. creditor.* vbi dicit, quòd ſi pater dotauit filiam nupturam, & bona non ſunt ſufficientia cæteris legatariis, ipſa dos † pri- 9.
mùm deducenda eſt vt æs alienum, quoniam hoc dicitur debitum neceſſarium patris, & hanc opinionem ſequuntur, Ripa *in d. §. ſi ſponſa, numer. 13.* Paul de Caſtr. *in d. l. ſi quis teſtamento, §. apud Iulianum. numer. 4. de legatis 1.* Bald. nouell. *in tractatu de dote parte 7. priuileg. 19.* latè Roland. *in conſil. 25. numer. 21. volum. 4.* qui alios refert, quem ſequuntur Surdus *in conſil. 209. numer. 7. vol. 2.* & Theſaur. *in quæſtion. forenſi 114. numer. 3. lib. 3.* qui caſus non procedit in extraneo † legante 10.
dotem, qui non tenetur dotare, ſed tunc legatum dotis concurrit in contributionem cum aliis, Peregrin. *de fideicommiſſis. artic. 4. numer. 64. in fine*, & conferunt ad hoc ſcripta in ſequenti caſu.

Tertius caſus eſt, legatum † ad pias cauſas, ita 11.
defalcatur ſicut alia legata profana, ita reſpondet Oldrad. *in conſil. 111.* Bartol. *in l. ſi poſt miſſionem. ff. ad leg. falcid.* Franch. *deciſ. 236. in princip.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 4. num. 63. in fin.* Nec obſtat quòd de legatis ad pias cauſas non detrahatur falcidia, *Authent. ſimiliter. C. ad leg. falcid.* quia dicta defalcatio eſt declaratio legati ab initio inaniter facti, vt dicit *ibi* Oldrad. allegando text. *l. 1. §. is qui quadringenta. ff. ad Trebellian.* Minus obſtat, quòd legatum ad pias cauſas † debetur ab vno- 12.
quoque ex hæredibus inſolidum, ſicut legatum dotis. *l. cùm ab vno. ff. de legatis 1.* & ita arguit Euerrard. *in loco à dote ad piam cauſam, ante numer. 6.* quoniam poteſt deberi, quando non eſt inaniter factum; ſed quando bona non ſufficiunt ad præſtanda legata, ſecus eſt, nec procedit argumentum à dote ad piam cauſam, quando legata eſt à parente, qui ad hoc tenebatur, & tanquam debitum neceſſarium, erat priùs deducendum, vt ſcripſi in caſu præcedenti. Neque legaris ad pias † cauſas in aliorum damnum debe- 13.
mus dare priuilegia, *cap. ex tenore. de foro compet. in verſ. Hos attendentes*, quòd ſic ſumus viduis in iuſtitia debitores, quòd aliis iniuſtitiam facere non debeamus. Item non eſt fauendum piæ cauſæ contra regulas expreſſas à iure. *cap. 1. de teſtament. lib. 6.* vbi nihil fauetur piæ cauſæ ſubſtitutæ, & ita eſt communis opinio contra piam cauſam, de qua per Doct. *in l. pen. C. de impuber. ſubſtitut.* & atteſtatur Pariſ. *in conſil. 86. numer. 74. volum. 2.* Item tunc fit exemptio propter fauorem piæ cauſæ quando verba permittunt. *l. libertus. §. final. ff. de manumiſſ. teſtament. in verſ. fauor libertatis exigit, & verba patiuntur.* Item quando ſumus in qualibet ſpecie vltimarum voluntatum, & ipſa pia cauſa non reperitur expreſsè priuilegiata, † ſemper interpretatio eſt facienda contra piam 14.
cauſam. Pariſ. *in dict. conſil. 86. num. 70. & plur. ſeq. volum. 2. & in conſil. 77. num. 44. volum. 1.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 236. volum. 1.* Aretin. *in conſil. 53. numer. 4.* Dec. *in conſil. 273.* qui alios allegat, & pro iſta communi contra piam cauſam ſcripſi latiùs in præcedentibus.

Quartus caſus eſt, legatum † ſpeciei, eſt de- 15.
falcandum ſimul cum legato quantitatis pro rata, quando hæreditas non eſt ſoluendo, quoniã teſtator parem affectionẽ ad vtrumque legatarium habuiſſe

vide

videtur, vt habeant legata integra ſi hæreditas eſt ſoluendo; ſi verò non eſt ſoluendo, quòd diminuantur pro rata, pro hac concluſione al-
16. legatur text. *in l. quærebatur.* † *ff. ad leg. falcid.* qui loquitur in legato ſpeciei, quoniam Titio legatum eſt quod ipſe debebat, & ſi teſtator illam quantitatem exegiſſet, legatum euaneſceret. *l. ſi ſic. §. 1. ff. de legat. 1.* ergo eſt legatum ſpeciei. Probatur conſequentia, quia ſi eſ-
17. ſet legatum generis, per exactionem † non euaneſceret, quia genus non perit, *l. incendium. C. ſi cert. petat.* Item allegatur *d. l. ſi quis teſtamento. §. apud Iulianum. de legat. 1. & l. ſi verò compoſita. §. 1. ff. de milit. teſtament.* Item quòd le-
18. gatum ſpeciei † debeat defalcari ſicut legatum quantitatis, ſi hæreditas non eſt ſoluendo, & vterque legatarius debeat pro rata contribuere, allegantur, Bald. *in l. 2. in prima lectur. propè finem, verſ. nota quòd vnum legatum. ff. de condict. indebiti*, Angel. *in d. l. quærebatur. verſ. ſecundò quando viri*, & *ibi* Alexand. *colum. penultim.* Paul de Caſtr. Immol. Cuman. Iaſ. & alij plures, qui licèt in controuerſiam ponantur de eorum certa opinione à Francho *in deciſ. 236.* nihilominus hanc concluſionem poſtea firmarunt plurimi alij, relati per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 4. numer. 63. verſ. ſed contra*, Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubitation. 7. numer. 11. fol. 388.* Gomez *in tomo 2. variarum reſolution. cap. 12. numer. 34.* Ancharan. Regienſ. *in quæſtion. 4. part. 1.* ex quorum allegationibus apparet hanc eſſe communem, & veram opinionem &, ſecundùm eam fuit iudicatum, in Prætorio Neapolit. vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto titulo Legatum, cap. quando pluribus.*

19. Declaratur iſte caſus, vt dicta contributio † fieri debeat etiam à legatario, cui per prius ſuum legatum ſolutum fuiſſet, quoniam alter collegatarius contra eum agere poteſt ad contribuendum, *l. 2. §. 1. ff. de condictione indebiti*, & probant Peregrin. & Gomez, *in locis allegatis.* Roland. *in tractat. de inuentario part. 4. cap. quod autem ſi vni.* Non enim æquè ad hoc habenda eſt ratio prioris ſolutionis, ſicut non habetur ratio prioris vocationis
20. factæ à teſtatore, cùm omnes legatarij † habeant vnum & idem ius ex teſtamento, quod per teſtatoris mortem confirmatur, *l. 1. ff. de adimend. legat.* & ab eo vnico actu mortis omnia confirmata, non ſunt conſideranda vt quid prius, & quid poſterius nominatum fuerit, niſi in legato libertatis facto pluribus perſonis nominatis pretio mediante, nam ſi pecunia hæreditaria non ſufficit ad illos liberandum, tunc primò nominatus libertatem habere debet. ita dixit Curtius *in l. more maiorum num 103. ff. de iuriſdictione omnium iudicum*, per textum *in l. generaliter. §. proinde, verſ. quid ergo. ff. de fideicommiſſ. libertatib.*

Declaratur iſte articulus, nam quando legata
21. ſunt diminuta per contributionem, tunc onera † in legatis adiecta, aut ſunt appoſita ſub conditione, & diminuto legato, diminuitur conditionis onus in eo appoſitum, vt eſt caſus *in l. Plautius. §. item ſcinditur. ff. de condit. & demonſt.* vbi ſi legatum ſcinditur pro parte, quia filius naturalis non eſt capax totius, exiſtentibus filiis legitimis, & naturalibus, *l. 2. C. de naturalib. liberis.* tunc etiam conditio dandi aliquid ſcinditur pro parte. Idem ſi legatum ſcin-
22. deretur in toto † propter totalem incapacitatem legatarij, tunc etiam conditionis onus ſcinditur in toto, & tranſit, ad quem legatum incipit pertinere. *l. Marcellus. §. final. & l. recuſare. §. cum fiſco. ff. ad Trebell. l. cum fiſco. ff. ad ſenatuſconſult. Syllanian.* Aut onera ſunt legatis appoſita per vim modi, & tunc iterum diſtinguendum eſt, aut minus impoſitus eſt in eadem re alteri pro parte præſtanda, quod à Bartol. *in d. l. Plautius* appellatur onus intrinſecum, & tunc diminuto legato, † etiam dictus modus, ſiue onus in- 23.
trinſecum diminuitur, pro vt eſt caſus *in l. pœnales, §. final. ff. ad legem falcidiam.* Vbi ſi Titio legata ſunt viginti, & ab eodem Titio lega fuerint decem Sempronio, & dictum legatum Titij diminutum fuerit, quia hæres detraxerit quinque pro ſua falcidia, tunc etiam diminuitur legatum factum Sempronio pro rata, ita vt illa quinque detracta cedant ad damnum vtriuſque legatarij pro rata, quia fideicommiſſarius † acceptando d. legatum, 24.
ad inſtar hæredis cenſetur ſe obligaſſe ad illud præſtandum, & ita regula *l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad leg. falcid.* non habet locum, quando legatarius grauatus in eadem re, vult detrahere falcidiam tanquam hæres, idem habetur *in l. cùm pater. §. eorum, verſ. ſi pars*, & *ibi* gloſſ. *ff. de legatis 2.* Idem dicendum eſt de fideicommiſſario grauato de reſtituendo partem fideicommiſſi ſibi reſtituti, nam ſi ab eo detracta eſt quarta Trebellianica, dicta quarta pro parte diminuit fideicommiſſa, ita probat Paul. de Caſtr. *in l. Lucius. §. hæres inſtitutus.* per illum text. *ff. ad Trebellian.* & Ripa *in l. 1. §. denique, numer. 13. ff. ad Trebellian.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 4. num. 46.* Aut onus per vim modi impoſitum eſt in altera re, & tunc dicitur onus extrinſecum, & tunc diminuto legato, non diminuitur dictum onus, ſed legatarius † debet integraliter adimplere, ita tenet 25.
Bartol. *in d. l. Plautius col. 2. verſ. quæro ſi legatum*, & *ibi* Paul de Caſtr. Immol. & Socin. & *ibi* Alberic. *propè fin.* qui ponit rationem diuerſitatis, quando in vim modi, vel conditionis onus legato appoſitum fuerit. Hanc etiam opinionem tenuerunt Accurſ. *in d. l. Plautius in verſ. tantò minus*, Goffred. & alij Doctores antiqui, & ſecundùm hanc opinionem fuit iudicatum in ſacro Conſilio Neapolitano, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quarto, titulo Legatum. cap. defalcatio.* Multò minus diminuitur, onus extrinſecum, quando legatum eſt indiuidualiter præſtandum, † vt in 26.
caſu *l. ſi mihi Stichus legatus eſſet, de legatis 1.* nam detractio falcidiæ facta per æſtimationem ſerui, iuxta ſcripta *in l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi libertus. ff. de legat. 1.* non impedit reſtitutionem ſerui integraliter præſtandi. Sed hanc declarationem intelligo non procedere, vbi cauſa diminutionis legatorum haberet originem poſt mortem † teſtatoris, tunc enim à legatariis ni- 27.
hil eſt diminuendum, ſed totum damnum pertinet ad hæredem, Paul de Caſtr. *in l. in ratione la 2. ff. ad leg. falcid.* & Alexand. *in l. in ratione, la 1. ff. eod. tit.* Nam falcidia detrahitur inſpectis bonis tempore mortis, nulla habita ratione diminutionis poſtea ſubſequutæ, nam totum hoc ad hæredis damnum pertinet.

ARTICVLVS X.

De ademptione legatorum.

SVMMARIA.

1. *Legatum cum onere, cenſetur reuocatum, adempto onere, & num. 5. & 11.*
2. *Legato facto cum onere, naſcitur obligatio vltro citróque inter hæredem, & legatarium.*
3. *Legatum eſt ademptum, cauſa finali legati adempta.*
4. *Legati cauſa non recipit duplicitatem.*
6. *.. onus ad fauorem alterius, eſt cauſa finalis legati.*
7. *Legatum potius iudicandum eſt nullum, quàm hæres grauetur.*
8. *Legatum factum ſeruitoribus in recognitionem ſeruitutis, an cenſeatur ademptum ſi teſtator viuens ſoluit ſalarium.*
9. L. filia legatorum. C. de legatis, *non procedit quando noua cauſa ſuperuenit.*
10. *Legati ſolutio præſumitur, facta in extinctionem nouæ cauſæ.*
12. *Cauſa finalis eſt, quæ reſpicit commodum tertij.*
13. *Legati ſoluti datur repetitio non adimpleta cauſa finali.*
14. *Cauſa finalis eſt, ſine qua agens non aliter eſſet facturus.*
15. *.. item quæ eſt prima in intentione, & vltima in executione.*
16. *.. item quæ colligitur ex diſpoſitione conditionali.*
17. *Forma dicitur indiuidualiter in mente concepta.*
18. *Cauſæ duæ quando concurrunt, quæ illarum attendenda eſt.*
19. *Regula prohibitiua, quæ nocet, attendenda, quando concurrit cum regula permiſſiua.*
20. *Diſpoſitio corruit, vna ex duabus cauſis ceſſante.*
21. *Legati cauſa appoſita in executione non alterat illius ſubſtantiam.*
22. *Onus appoſitum in executione pro reſolutione actus, non alterat ſubſtantiam diſpoſitionis.*
23. *Teſtatoris vnica dicitur voluntas, quæ indiuidualiter morte confirmatur.*
24. *Legatarius dicitur acceptaſſe cum tota ſua cauſa.*
25. *Teſtator non poteſt apponere conditionem in reſolutionem hæreditatis.*
26. *Conditio in quacumque parte teſtamenti appoſita cenſetur ineſſe ſubſtantiæ legati.*
27. *Declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis factæ.*
28. *Legatum cenſetur ademptum per alienationem voluntariam, & num. 30.*
29. *.. vt per donationem alteri factam.*
31. *Donatio cauſa mortis cenſetur reuocata per alienationem voluntariam.*
32. *.. quando aſſimiletur legatis, & quomodo contractibus.*
33. *Donatio inter viuos, quæ morte confirmatur, per alienationem voluntariam reuocari dicitur.*
34. *Alienationis ſpecies eſt delictum, per quod fit confiſcatio.*
35. *Falcidia detrahitur etiam de donatione cauſa mortis.*
36. *Legatum ad pias cauſas reuocatur per alienationem voluntariam.*
37. *.. ſed ſi teſtator redemerit, legatum debetur.*
38. *Legata ad pias cauſas ſtant ſub communi regula, quando non reperitur in ſpecie priuilegiata.*
39. *Legata facta vxori reuocantur per alienationem voluntariam.*
40. *Alienatio ad effectum adimendi legatum quando dicatur voluntaria.*
41. *Legatum reuocatur propter cauſam proficuam.*
42. *Legata non debentur, niſi ſoluto ære alieno.*
43. *Alienatione neceſſaria non præſumitur ex mente teſtatoris legatum ademptum.*
44. *Alienatio neceſſaria an ſit ex ſolo titulo onero\ſo facta.*
45. *Legatum non cenſetur reuocatum, niſi probetur de mente teſtatoris contraria.*
46. *.. non cenſetur reuocatum per pignorationem, & num. 55.*
47. *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
48. *Voluntatem fuiſſe mutatam, quis probare debet.*
49. *Hæres probat contra legatarium alienationem fuiſſe factam animo adimendi legatum.*
50. *Legata quando debentur tanquam confirmata, etiam poſt alienationem.*
51. *Legata debentur etiamſi alienata, ſi teſtator poſtea confirmauit in codicillis.*
52. *.. alienata, & redempta vigore pacti, non cenſentur adempta.*
53. *Redimere vigore pacti, differt à reemere.*
54. *Legatum quantitatis pecuniæ debetur, etiamſi teſtator ex illa pecunia aliquam rem comparauerit.*
56. *Legatum prædij alienati non cenſetur ademptum, ſi ex illius pretio aliquod prædium comparauerit.*
57. *Legatum ſuper tali re ſoluendum, non cenſetur ademptum, ſi illa res alienetur.*
58. *.. niſi dicta res fuerit appoſita ſubſtantiæ legati.*
59. *Legatum rei in tempore perituræ non cenſetur ademptum per alienationem.*
60. *Legatum reuocatum cenſetur, etiamſi alienatio eſt nulla ipſo iure.*
61. *Venditio pro pretio æſtimando ad arbitrium tertij, eſt conditionalis.*
62. *.. item ſi facta fuerit ad menſuram.*
63. *Legata facilius adimuntur, quàm hæredis inſtitutio.*
64. *Alienatio conditionalis, quando reducatur ad puritatem.*
65. *Venditio ad menſuram eſt conditionalis reſpectu executionis contractus.*
66. *Voluntas probatur ex actu nullo.*
67. *Legatum cenſetur ademptum propter inimicitiam ſuperuenientem, etiamſi culpa teſtatoris.*
68. *.. ſecus ſi reconciliatio fuerit ſubſequuta.*
69. *Legatum reuocatur per natiuitatem poſthumi.*
70. *Donatio inter viuos quare ſit fortior legato.*
71. Auth. ex cauſa. C. de liber. præterit. *facta fuit propter conſeruandam voluntatem defuncti, non autem propter legata.*
72. *Legata non cenſentur adempta per natiuitatem poſthumi, quando eſt appoſita clauſula codicillaris etiam per verba futuri temporis, & num. 73.*
74. *Donatio non eſt reuocata per ſuperuentum filiorum, quando de illis cogitatum fuit.*
75. *Per clauſulam codicillarem, omnis ſucceſſorum ſpecies grauata dicitur.*

76. *Lega*

76. *Legata pro reſtitutione ablatorum non cenſentur adempta, etiam ſi poſthumus ignoranter præteritus rumperet teſtamentum.*

77. *Legata cenſentur adempta pro æqualitate ſeruanda inter hæredes.*

78. *Ratio adiuncta diſpoſitioni facit vt recedamus à propria ſignificatione verborum.*

79. *Legatum nominis debitoris cenſetur ademptum, per exactionem ab eodem factam.*

80. *..ſecus ſi ex neceſſitate exegit, & quomodo hoc intelligitur.*

81. *Coactus dicitur qui timet poſſe cogi.*

82. *Legati adimendi animum teſtatoris, hæres probare debet.*

83. *Legatum in dubio non cenſetur ademptum.*

84. *Legatum, exacto nomine debitoris, appoſito demonſtratiuè, non cenſetur ademptum.*

85. *Legatum factum vxori cenſetur ademptum ſi maritum infirmum deſeruerit.*

86. *Maritus deſerens vxorem egentem, amittit omne lucrum dotis.*

87. *Vxor, & ſeruus reſpectu ſeruitij præſtandi ſunt æquiparata.*

88. *Legatarij plures eiuſdem rei, ſuper illa concurrunt.*

89. *..& inter eos eſt locus iuri non decreſcendi.*

90. *Re coniuncti quando dicantur, vt ſit locus iuri accreſcendi.*

91. *Legatarij eiuſdem rei inſolidum, ſunt re diſiuncti, & vnus habet rem, alter verò æſtimationem rei.*

92. *Legatum rei eiuſdem factum ſecundo legatario, cenſetur ademptum pro parte.*

93. *..etiamſi in ſecundo legato, facta eſſet commemoratio primi legatarij.*

94. *..etiamſi ſecundum legatum factum eſſet in codicillis.*

95. *Teſtamento primo reuocato, etiam omnia legata ibi facta ſunt adempta.*

96. *Codicilli primi non cenſentur reuocati per ſecundos.*

97. *Legata quantitatis facta in diuerſis ſcripturis ſemper cenſentur multiplicata.*

98. *Legatum rei, alteri relictæ, non cenſetur ademptum in totum, etiam ſi appoſuerit clauſulas prægnantes pro ſecundo legatario.*

99. *Clauſulæ acceſſoriæ ſemper ſequuntur principalem diſpoſitionem, & illam non ampliant.*

100. *Derogatio cenſetur facta ad conſeruandam, non ad augendam diſpoſitionem.*

101. *Legatum domus ſpecialiter factum non cenſetur ademptum per legatum generale bonorum.*

102. *Legatarius aliquando non poteſt vnam rem legatam acceptare, & alteram repudiare.*

103. *Legata omnia primi teſtamenti cenſentur reuocata per ſecundum, etiamſi eſſet imperfectum.*

104. *Legata reuocantur ſola pœnitentia, etiamſi reuocatio ſit inualida.*

105. *Legata reuocantur, etiamſi teſtator rem legatam tradidiſſet.*

106. *Donatio cauſa mortis non alteratur per traditionem rei donatæ.*

107. *Legatum factum præſenti, & acceptanti, etiam eſt reuocabile.*

108. *Legata quot modis transferantur.*

109. *Legatum conditionale dicitur translatum cum eodem onere.*

110. *..præſertim ſi concurrat mens teſtatoris.*

Doct. Martæ ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

111. *..item ſi concurrat eadem ratio in ſecundo legatario.*

112. *Conditio quando cohæret perſonæ primi legatarij non cenſetur translata.*

113. *Onus aſſumendi cognomen cenſetur translatum in fideicommiſſarium.*

114. *Legati onus de vna perſona transfertur in duos legatarios.*

115. L. ſi tibi. ff. de adimendis legatis, *verus intellectus contra Cephalum, & contra Menochium.*

LEGATA aliquando tacitè, aliquando expreſsè, imò etiam per actum nullum reuocari dicuntur; in omni capite plures caſus conſiderandi ſunt.

Et primus caſus primi capitis eſt, in quo ademptio tacitè facta intelligitur, videlicet, ſi teſtator legauit Titio fundum cum onere, vt ipſe
Titius legatarius † renuntiaret hæredi cuidam do- 1.
nationi ſibi factæ de aliis bonis, receptis mille
ab hærede, deinde viuens teſtator ſoluit mille donatario, & ab eo habuit renuntiationem donationis, tunc tacitè dictum legatum reuocaſſe dicitur, nam quando onus legato appoſitum ab ipſo teſtatore aufertur, etiam ipſum legatum ademptum cenſetur, propter correſpectiuitatis rationem, Cyn. *in l. ſi plures, numer. 19. C. de condit. inſert.* Bartol. *in l. alumnæ. §. Seia. verſ. quando onus eſt appoſitum. ff. de adimend. legat.* Item reſpectu legatarij onus eſt extinctum facto ipſiuſmet legatarij, qui pretio mediante renuntiauit in vita, propterea legatum non debetur. *l. cùm tale. §. falſam conditionem. ff. de condit. & demonſtrat.* Item in legato fa-
cto † ſub onere naſcitur obligatio vltro citróque 2.
inter hæredem, & legatarium, ſed ſi legatarius adimplere non poteſt, quia iura, quibus ad fauorem hæredis renuntiare debebat, extincta ſunt facto ipſius proprio, qui pretium recepit; ergo neque poteſt legatum conſequi. Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis ſeruum, num. 1. verſ. dicunt Doct. ff. de condit. & demonſtr.* & in valdè ſimilibus terminis ſequitur Rota *in deciſ. 123. num. 14. part. 1.* Item quando teſtator, etiamſi mediante minori ſumma, ſibi renuntiari fecit, veriſimile eſt in totum voluiſſe reſi-
duum reuocare, quia illa eſt cauſa † finalis, quæ 3.
induxit ad legandum, Paul de Caſtr. *in l. Lucius, in 1. numer. 9. verſ. iſta allegatio Oldradi, de legat. 2.* & hanc etiam tenet Bartol. *in d. l. Lucius*, & pro opinione Bartoli eſt caſus *in l. libertis quos. ff. de aliment. & cibar. legat.* per quem text. ſequuti ſunt Caſtrenſ. *in d. l. Lucius. numer. 4. verſ. mihi videtur, quòd in puncto iuris*, Immol. *in l. huiuſmodi. §. cùm pater. verſ. ſed certè pro opinione Dyn. de legat. 1.* præſertim quando dicta cauſa fuit finalis, vt benè probat Cuman. *in d. l. Lucius, numer. 7. verſ. ſed mihi videtur, de legat. 2.* Crauett. *in conſil. 167. numer. 10.* & acerrimè hanc defendit Campeg. *de dote, parte 1. quæſtion. 36. per totam*, vnde dicit Cuman. *in d. Lucius, numer. 3. verſ. quandoque legatum*, quòd ſi legatum factum eſt ex vna cauſa, & ex eadem cauſa facta eſt traditio legati, tunc res eſt ſine dubio. Item quòd opinio Baldi *in l. filia legatorum. C. de legatis*, non procedat, quando eſt eadem cauſa, probat Franch. *in deciſ. 422. numer. 6. in fi-
ne*, quia cauſa, pro qua † factum eſt legatum, non 4.
recipit duplicitatem; ergo neque ipſa res duplicari debet, & *ibi* Franch. decidit caſum in puncto

quando poſt legatum facta erat donatio inter
viuos, Ruin. *in conſil.* 138. *numer.* 4. *volum.* 4.
Itaque cùm cauſa extincta eſt, quæ eſt correſpecti-
ua, etiam ipſum legatum extinctum & ademptum
eſt. Item Doctor. communiter concluſerunt, quòd
ſi legatum ſub onere aliquid faciendi per legata-
5. rium factum eſt, quòd onus poſtea ab eodem † te-
ſtatore adimatur, omninò idem legatum ademptum
eſſe. Cyn. *in d. l. ſi plures. C. de cond. inſert.* Bartol. *in d. l.*
alumnæ. §. *Seia*, & *ibi* Alberic. *verſ. nota quòd hic fuit*
onus appoſitum in vim modi. ff. de adimend. legat. Cu
man. *in l. in teſtamento. in* 2. *numer.* 3. *verſ. item*
ſi facto teſtatoris directò deficiat, & *ibi* Socin. *nu-*
mer. 23. *verſ. quia ſi à teſtatore remouetur onus. ff.*
de condit. & demonſtrat. Dec. *in l.* 1. *numer.* 4. *C.*
de pact. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *titul.* 2. *nu-*
mer. 27. *verſ. adempto onere*, quia illud onus à
teſtatore impoſitum legati cauſa finalis eſſe cen-
ſetur. Caſtrenſ. *in d. l. ſi quis ſeruum*, *numer.* 1.
verſ. quia illud onus. ff. de condit. & demonſtr. Item
6. ſi d. onus † commodum alterius, quàm legata-
tarij reſpiciat, cauſa finalis eſſe dicitur, Socin.
in conſil. 83. *numer.* 5. *volum.* 3. Crauett. *in con*
ſil 59. *numer.* 4. & alij per Surd. *in conſil.* 361. *nu-*
mer. 9. *volum.* 3. & tunc intrat regula, quòd re-
mota cauſa finali legati, remouetur legatum,
quia propterea illud onus hæredis contemplatio-
ne cenſetur appoſitum, & adempto vno, tolli-
tur alterum. Bartol. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tan*
tùm, *colum.* 4. *verſ. poſno. ff. de liber. & poſthum.*
præſertim ad liberandum hæredem, pro quo mi-
litant multæ iuris regulæ, vt quantò minus gra
uetur, *l. ſi ſeruus.* §. *margaritam. de legat.* 1. *l. vnum*
ex familia. §. *ſi rem. de legat.* 2. Item quia potius
7. legatum † debet cenſeri nullum, quàm hæres
grauetur, Iaſ. *in l. quod in rerum, in* 2. *in primo not. & in*
l. ſi ita ſcriptum, in vltimo not. de legat. 1. & ita arguit
Crauett. *in conſil.* 149. *numer.* 15. *& in conſil.* 167.
num. 14.

8. Secundus caſus eſt, quando teſtator legauit †
ſuis ſeruitoribus certam quantitatem in recogni-
tionem longæ, & fidelis ſeruitutis factæ per di-
ctos legatarios ipſi teſtatori, deinde idem te-
ſtator ſuperuiuens per multos annos, eiſdem ſer-
uitoribus quinquennio elapſo poſt teſtamentum
ſoluit ſalarium pro omni, & toto, quod præten-
dere poterant occaſione ſeruitiorum eidem fa-
ctorum, hoc caſu legatum non eſſe ademptum
reſpondit Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *ti-*
tulo Legatum, *cap. quando teſtator*, quoniam *l. filia*
9. *legatorum. C. de legatis*, † non procedit, quando
noua cauſa ſuperuenit, vt *ibi* Bald. *numer.* 4. Sed
in hoc caſu noua cauſa ſuperuenit, videlicet ſerui-
10. tium factum quinquennio poſt teſtamentum; er-
go ſolutio præſumitur † facta in extinctionem
nouæ cauſæ, & ſucceſſiui ſeruitij poſt teſtamen-
tum. Item quia legatum factum fuit in remu-
nerationem fidelitatis ſeruitij, dicta cauſa reſpi-
ciebat tam ſeruitium factum, quàm faciendum, &
ideo ceſſante cauſa debiti ſalarij per quinquennium
poſt teſtamentum, non ceſſauit cauſa remuneran-
dæ fidelitatis exhibitæ, & exhibendæ, & pro-
pterea etiam legatum deberi, probat Cephal. *in toto*
conſ. 80. & 81. *vol.* 1.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quan-
do teſtator in ipſo legato pro ſeruitio fideliter
facto appoſuiſſet onus renuntiandi prætenſioni
ſalarij, nam tunc ſi ipſe teſtator ſuperuiuens ſol-
uiſſet ſalarium pro toto ſeruitio præſtito, & di-
cti ſeruitores renuntiaſſent ſuis prætenſioni-
bus ipſi teſtatori viuenti, tunc legatum † cen- 11.
ſetur ademptum, vt ſcripſi in præcedenti caſu.
Item quia cauſa finalis huius legati, fuit propter
renuntiationem faciendam à ſeruitoribus. Nam
illa verè eſt cauſa finalis, † quæ non reſpicit 12.
commodum legatarij, ſed tertij. Socin. *in conſil.*
83. *numer.* 5. *volum.* 3. Crauett. *in conſil.* 59. *nu-*
mer. 4. Surd. *in conſil.* 361. *numer.* 19. *volum.* 3. &
ideo dicitur finalis, quia debet adimpleri, aliàs
ſi non eſſet adimpleta, & ſolutum eſſet legatum,
daretur repetitio. † Cyn. *in l. generaliter*, *circa* 13.
ſin. C. de Epiſcop. & cleric. & alij per Nattam *in*
conſil. 609. *numer.* 13. Sed cauſa renuntiationis
prætenſioni ſalarij, dicitur appoſita ad fauorem
hæredis, & illius commodum; ergo dicitur fina-
lis, ita vt ſi ante adimplementum ſolutum eſ-
ſet legatum, repeti potuiſſet. Item quando cau-
ſa diſpoſitionis apponitur ad commodum ter-
tij, tunc diſponentis mens ita interpretatur,
vt non aliter diſpoſuiſſet, niſi cum illa cauſa, vt
declarat Natta *in d. conſil.* 609. *numer.* 12. Sed in
iure eſt certum, quòd illa eſt cauſa † finalis, 14.
ſine qua agens aliter facturus non eſſet, vel ſal-
tem non eo modo facturus eſſet, niſi illa cau-
ſa fuiſſet. Bald. *in conſil.* 340. *colum.* 2. *volum.* 3.
Crauett. *in conſil.* 142. *numer.* 9. Roland. *in con-*
ſil. 44. *numer.* 15. *volum.* 4. qui alios refert. Item
illa eſt cauſa finalis, † quæ eſt prima in inten- 15.
tione, ſed ponitur in executione. Bartol. *in l. am-*
bitioſa, *numer.* 19. *ff. de decret. ab ordin. fac.* & alij
per Couarru. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 20. *numer.*
2. Sed onus renuntiandi fuit primum in inten-
tione teſtatoris, quia, vt dixi, aliter non legaſſet.
Item quia conditionaliter dixit, item quia d.
onus appoſuit cohærens ipſi diſpoſitioni, & ſi-
mul cum ipſo legato conditionaliter explicauit,
& illa eſt cauſa finalis, quæ colligitur ex diſpo-
ſitione † conditionali. Bartol. *in l. demonſtratio.* 16.
§. *quod autem. colum.* 3. *verſ. tertio modo. ff. de con-*
dit. & demonſtrat. Bellamer. *in cap. poſt translatio-*
nes colum. 4. *verſ. de conditione*, *de renuntiat.* Salyc.
& Bolognet. *in l. damus. ff. de condict. indebiti*, Ti-
raquell. *in tractat. ceſſante cauſa limitat.* 1. *numer.*
60. Item quando cauſa ſapit conditionem de fu-
turo, quòd ſumatur illa teſtatoris mentis inter-
pretatio, vt aliter legaturus non fuiſſet, probat
latè Simon de Pret. *de interpretat. vltim. voluntat.*
lib. 4. *dubitatione* 2. §. *ad ſeptimum. numer.* 7. *fol.* 475.
Item quando aliquid conditionaliter profertur,
ſtatim forma inducta eſſe cenſetur, Bald. *in Au-*
thentic. matri, & auiæ, colum. 3. *C. quando mul. tutor.*
offic. fungitur. Afflict. *decis.* 355. *numer.* 5. Tira-
quell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 21. *numer.* 13.
Sed forma † indiuidualiter concepta dicitur in 17.
mente teſtatoris, & indiuidualiter obſeruanda
eſt, quia in eſſe cenſetur, Bald. *in l. final. C. ſi man-*
cip. ita fuer. alienat. ergo & quia aliter non eſſet
legaturus, & quia forma ipſi legato cohærere di-
citur, cauſa illius finalis dicenda eſt, ita vt ea
adempta per teſtatorem viuentem etiam lega-
tum ademptum cenſeatur. Et quando poſſent
dici duæ cauſæ finales, altera remunerationis,
altera renuntiationis, tunc attendenda eſt cau-
ſa renuntiationis, tanquam verè finalis, quo-
niam regula eſt, quando duæ † cauſæ con- 18.
currunt, vna quæ legatario prodeſt, altera
quæ nocet, ſolùm attendenda eſt ea quæ nocet,
non autem quæ prodeſt. Felin. *in cap.* 1. *limit.* 2.
de

de re iudic. Surd. in conſil. 361. numer. 16. volum. 3. Rimin. iun. in conſil. 559. num. 87. volum. 5. Sicut quando concurrunt duæ regulæ, vna prohibitiua,
19. † quæ nocet, altera permiſſiua, quæ iuuat, tunc attenditur prohibitiua. Bartol. *in l. 3. §. liberti. ff. de ſuſpect. tut.* Dec. *in conſil. 5. numer.* 4. & cùm cauſa renuntiationis noceat legatario, & ſit facta ad commodum, & fauorem hæredis, illa ſola habenda eſt pro finali, & attendenda, ita vt ſi datum fuerit à teſtatore viuente propter eandem cauſam, legatum ademptum dicatur.

20. Item quia diſpoſitio propter duas cauſas † finales facta, omninò corruit, vna tantùm ex eis ceſſante. Bartol. *in conſil. 20. num. 3. & ſequent. verſ. nam debet intelligi. part.* 2. Abbas *in conſil. 70. col. 2. part.* 2. ergo multò magis, quando ex duabus cauſis finalibus illa ſola, quæ nocet, attendenda eſt, & quæ ab eodem teſtatore in vita redempta eſt.

Secundò declaratur, vt onus renuntiationis non importet cauſam finalem, quando eſt appoſitum
21. in petitione, ſiue executione legati, † tunc enim non alteratur natura legati puri præcedentis, Bertrand. *in conſil. 171. numer. 8. & ſequent. volum. 2. part.* 2. Bald. *in conſil. 478. verſ. in contrarium. volum.* 1. Surd. *in conſil. 268. numer. 55. & numer. 61. volum.* 2. Sed hoc intelligitur, quando poſt ius quæ-
22. ſitum ex contractu aliquod onus † apponitur in executione pro reſolutione ipſius diſpoſitionis præcedentis, & ita propriè loquitur Bald. *in d. conſil.* 378. vbi teſtator in vita donauit cum conſtituto, & precario, & poſtea in teſtamento adiecit conditionem, quæ non potuit alterare diſpoſitionem præcedentem, quia ius certum quæſitum erat. Secus eſt vbi tota diſpoſitio facta eſt in teſta-
23. mento, quia vnica † eſt voluntas, quæ morte confirmatur. *l. 1. ff. de teſtament. l. ſi quis, in princip. de legat. 3. l. 4. §. final. ff. de adim. legat. c. cùm Martha. de celebrat. Miſſ.* ideo non poteſt conſiderari quid prius, nec quid poſterius, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 4. numer.* 60. Gratian. *quæſtion.*
24. *forenſ.* 646. *numer.* 18. & nihil poteſt dici legatario † acquiſitum ante acceptationem: cùm autem poſt mortem acceptat, ſimul cum ſua cauſa acceptaſſe dicitur, Riminald. iun. *in conſil. 670. numer. 89. volum.* 6. & ita cum cauſa renuntiationis faciendæ. Item in caſu Surdi, conditio fuit appoſita contra expreſſam iuris diſpoſitionem, nam ſemel hæres non deſinit eſſe hæres. *l. qui ex duabus. §. qui ſemel. ff. de acquir. heredit. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minorib.*

25. Ideo poſt aditionem † factam, non poterat teſtator conditionem apponere in reſolutione hæreditatis, vt latiùs declarat Gabriel *in conſil. 105. volum.* 2. Quando igitur in vno & eodem actu, ſi-
26. ue teſtamento legatum factum eſt, & conditio † appoſita eſt in quacumque parte teſtamenti, ſemper ſubſtantiæ legati ineſſe cenſetur adiecta, tum propter vnicam voluntatem, quæ morte confirmatur, tum propter legatarij acceptationem, qui cum ſua cauſa vnicæ voluntatis teſtatoris acceptaſſe cenſetur, tantò magis quando teſtator illud onus appoſuit, declarando præcedens legatum factum ſolui non debere, niſi prius renuntiatione facta
27. per legatarios, tunc enim declaratio † retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis factæ, Ioan. Andr. ad Specul. *in titulo de teſte*, §. *nunc videndum*, & ideo cohæret legato, ita vt vnà cum eodem onere legatum emanaſſe videtur, Paul. de Caſtr. *in l. hæredes palàm. §. & ſi quid poſt, col. 2. ff. de teſtament.* Verald. *in deciſ. 27. part.* 3. Probus *in additionib. ad Ioan. Monachum ſuper cap. 1. numer. 5. & ſequent. de priuileg. lib.* 6. Aretin. *in l. Gallus. §. etiamſi parente. col. 2. ff. de liber. & poſthum.* vbi quòd ipſa declaratio ineſt in ſubſtantia diſpoſitionis. ergo adempto onere per teſtatorem viuentem, etiam legatum ademptum eſſe dicendum eſt.

Tertius caſus eſt, quando teſtator in ſuo teſtamento legauit vnam rem, & poſtea nulla neceſſi-
tate cogente, † illam alienauit, dictum legatum 28.
ademiſſe dicitur, *l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de legat. 3. l. rem alienam. ff. de adim. legat. §. ſi rem. Inſtit. de legat.* & ibi Ioan. Fab. Aretin. & cæteri, Bald. & Paulus de Caſtr. *in l. qui poſt, num. 3. C. de legatis. l. rem legatam, & ibi* Doctor. *ff. de adimend. legat.* & ita reſponderunt Ruin. *in conſil. 75. numer. 2. & 4. volum.* 2. Cephal. *in conſil. 84. numer. 5. volum. 1. & in conſil. 599. numer. 14. & 20. volum.* 4. Gabriel *in conſil. 103. num. 2. & 6. & per totum volum.* 1. Capra *in conſil. 3. num. 12. & 16.* Natta *in conſil. 613. in princip.* Monteſperell. *in conſil.* 180. qui loquitur
de donatione † eiuſdem rei alteri legatæ, vt nec 29.
debeatur æſtimatio, Anguiſuila *in conſil. 8. numer.* 3. Theſaur. *in quæſtion. forenſ. 67. part.* 1. vbi quòd Senatus iudicauit per donationem, quæ eſt alienatio voluntaria, cenſeri reuocatum eiuſdem rei alteri priùs factum, & hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, probant Vaſquius *de ſucceſſion. creat. lib. 2. §. 27. numer.* 10. Ancharan. Regienſ. *in quæſtion. 75. part.* 1. Ioan. Nouell. *in regula 66. in tomo primo diuerſarum regularum.*

Quo caſu hæres non tenetur prædia † vo- 30.
luntariè alienata redimere, neque æſtimationem legatario præſtare, quoniam legatum omninò ademptum, & extinctum eſt, & ad hoc eſt text. *l. cùm ſeruus, & ibi* Bartol. *ff. de adimendis legatis*, quem textum ad hoc allegat Ioan. Anton. Trigon. *in ſingulari centeſimo*, & ita firmarunt Vaſquius *in d. §. 27. num.* 10. & Ancharan. *in d. quæſt. 75. num.* 9. Socin. *in conſil. 162. num. 33. vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, vt procedat etiam in † 31.
donatione cauſa mortis, quæ per alienationem voluntariam reuocari dicitur, vt firmauit Dynus *in l. Stichum. de legatis* 1. quem ſequitur Bald. *ibi*, & Cuman. Aretin. Alexand. & Iaſon, item Cynus, & Salyc. *in l. ſi maritus, in 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* Ioan. Fab. *in §. iidem reſcripſerunt. Inſtit. de legat.* & eſſe communem concluſionem atteſtatur Socin. *in l. ſciendum, num. 22. de legat.* 1. & *ibi* Alexand. *numer.* 10. & Iaſ. *num.* 21. Ruin. *in conſil. 123. numer. 4. volum.* 1. & plures alios ad hoc refert Mantic. *de coniectur. lib. 12. titulo 7. numer.* 8. & Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in ver. libertis. numero 103. in fin. C. de reuocand. donation.* quia donatio
cauſa mortis † aſſimilatur legatis. *l. Marcellus. §. 1.* 32.
& l. illud. ff. de donat. cauſ. mort. Alciat. *in l. non omnis, in princip. ff. ſi cert. pet.* vbi quòd magis aſſimilatur vltimæ voluntati, quàm contractui, & ideo etiam per ſuperuenientes inimicitias reuocatur, Marſilius *in ſingular.* 136. Gomeſ. *de contract. lib. cap. 4. num. 18. verſ. decimò infero.* Item Natta *in conſil. 579. numer.* 12. declarat quòd licèt quoad ſui ordinationem æquiparetur contractibus, & ideo non valet ſine ſtipulatione, & ſine partis præſentia, tamen quoad ſui reuocationem æquiparatur vltimæ voluntati, quæ etiam in abſentia donatarij reuocari poteſt, & ideo ex ſola pœnitentia donantis reuocatur, Iaſ. *in d. l. ſciendum*; ſed alienando vo-

luntatiè dicitur pœnitere. *l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus, & l. vxori. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

33. Ideo donatio † inter viuos facta vxori, quæ morte confirmatur, reuocatur per ipſius rei donatæ alienationem factam. *d. l. cùm hic ſtatus. §. ſi maritus. ff. de donation. inter vir. & vxor. & l. ſi maritus, in 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* Surdus *in conſil. 171. col. 1. volum. 2.* vbi quòd ſicut reuocatur per alienationem voluntariam, ita etiam reuocari dicitur propter delictum; quoniam de-
34. linquens † videtur alienare. *l. 1. §. beſtias. ff. de poſtulando.* & quæ non poſſunt alienari, non poſſunt confiſcari, Bartolus & Alexand. *in l. ſi finita. § ſi de vectigalibus. ff. de damn. infecto.* Maxima igitur ſimilitudo eſt inter donationem cau-
35. ſa mortis, & legatum, ideo falcidia etiam † de dicta donatione detrahitur, *l ſi mortis cauſa*, & *ibi* Bald. *C. ad leg. falcid.* Bartol. *in l. cum pater. §. eorum. de legat.* 2. Paul. de Caſtr. *in conſil. 28. volum. 2.* Purpurat. *in conſil. 69. numero 3. volum. 1.*

Secundò declaratur, vt procedat etiam in le-
36. gato † ad pias cauſas, quia non reperitur priuilegiata contra communes in hoc puncto, ideo ſi res ita legata alienetur voluntariè, cenſetur legatum ademptum, & ita firmarunt Ruin. *in conſil. 75. numer. 4. & ſequent. volum. 2.* Natta *in conſil. 613. numer. 3.* & licèt Iaſ. *in l. qui poſt. colum. penult. C. de legatis*, alleget Bartol. in contrarium *in conſil. 26. incip. teſtator teſtamento diſpoſuit*, & Ricciard. *in titulo de ademptione legatorum, numero 31. verſ. primò limitatur*, alleget plurimos Doctores pro opinione contraria, tamen dicti Doctores loquuntur in diuerſo caſu, videlicet, quando teſtator alienauit rem ad pias cauſas, legatam, &
37. poſtea eandem † redemit, tunc legatum prædictum debetur, & in hunc ſenſum loquitur Tiraquell. *de pia cauſa, priuileg. 40.* per text. *l. verum eſt. ff. de manumiſſ. teſtament.* qui loquitur in legato libertatis, & pro ſingulari ad hoc allegat Roman. *in authent. ſimiliter in ſpeciali 23. C. ad legem falcid.* Cæterùm citra redemptionem omnes præſupponunt per alienationem ſubſequutam voluntariè, etiam ad pias cauſas legatum eſſe ademptum, quia non reperitur ſpecialiter
38. priuilegiata, † & ſicut ſtat ſub communi regula, quòd legatum ipſum poſſit reuocari expreſſè, ita etiam ſub regula quòd tacitè reuocatum cenſeatur, ſtare debet. Et hanc opinionem latiùs probat Mantic. *de coniecturis. lib. 12. titul. 6. numer. 5. & ſequent.* & ad hoc conferunt ſcripta per Cephal. *in conſil. 599. numero 14. volum. 4.* quòd
39. etiam ſi vxori res legata, † alienata fuerit, cenſetur adempta, ſed redempta poſt alienationem reuiuiſcit, ex cuius ſcriptis argumentum reſpectu piæ cauſæ deſumi poteſt.

40. Tertiò declaratur, vt iſta alienatio † ad effectum adimendi rem legatam alienatam debeat eſſe voluntaria, non reſpectu cauſæ neceſſariæ, & debiti legalis, de qua ſcripſi in artic. ſexto huius quæſtionis, & conferunt ſcripta per Cacheran. *in deciſion. 167. & deciſion. 168.* ſed reſpectu neceſſitatis cauſatæ ex miſeria rei familiaris, prout explicat ipſe text. *d. l. rem legatam. ff. de adimend. legat. in verſ. vtrùm propter neceſſitatem rei familiaris*, & declarat Cephal. *in conſil. 84. per totum, volum. 1.* Riminald. *Inſtit. de adempt. legat. num. 16. verſ. quibus ſtantibus.* Quamobrem, vt concluſio huius caſus procedat, ex mera voluntate alienatio facta eſſe debet, puta quia donauit alteri. Natta *in conſil. 613. in princip.* Monteſperell. *in conſil. 180.* Theſaur. *in quæſtion. forenſ. 67. part. 1.*

Idem ſi alienauit vt res alienata meliùs coleretur, quoniam hæc cauſa nullam neceſſitatem arguit, ſed meram voluntatem, & vtilitatem, propter quam cauſam proficuam † reuocari le- 41.
gatum, ſcripſerunt Bartolus *in d. l. rem legatam. ff. de adimend. legat.* Bald. *in d. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de legat. 3.* & notatur etiam *in d. §. ſi rem, Inſtit. de legatis*, vbi Doctores firmant, quòd ſi quis animo lucri faciendi, & negotiandi alienat, cenſetur legatum reuocaſſe, quia nulla neceſſitate cogente alienat; ergo ſi quis propter neceſſitatem alienat, legatum reuocaſſe non cenſetur. Neceſſitas autem in hoc caſu multifariam conſiderari poteſt, etiam reſpectu miſeriæ rei familiaris, vt puta ſi teſtator haberet multa debita, & ſuperuiuens aliquid alienat pro ſoluendis debitis: hæc neceſſitas rei familiaris eſt, nam creditores infeſtant, & totam rem familiarem abſorbent, & licèt legata † non debentur, niſi ſo- 42.
luto ære alieno. *l. ſcimus. §. & ſi præfatam*, & *ibi* gloſſ. *in ver. accommodare*, quæ allegat concordantes. *C. de iure deliber.* & teſtator alienando pro ſolutione creditorum cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione iuris, iuxta communem concluſionem *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* vbi Rip. *numer. 70.* cæteros refert. Tamen in hac declaratione ſolùm diſputamus de præſumenda tacita teſtatoris voluntate adimendi legata, quæ per ſolam alienationem voluntariam inducta eſt, ſed per neceſſariam † nulla- 43.
tenus præſumi, expreſsè diſponitur, quâ ratione Ripa *in l. Lucius, numer. 27. in fin. ff. de vulgar. & pupill.* intelligit huiuſmodi neceſſitatem nullatenus arguendi ad legatorum ademptionem, pertinere etiam ad neceſſitatem legis, puta dotandi filiam, & Ripæ opinionem defendit Mantic. *in d. lib. 12. titulo 6. num. 18.*

Quartò declaratur, per ſolam alienatio-
nem † ex titulo oneroſo, non poſſe dici a- 44.
lienationem neceſſariam, ad effectum vt legata adempta non cenſeantur, quia text. *d. l. rem legatam. ff. de adimend. legat.* diſponit, quòd vbi teſtator donat, tunc non fit diſtinctio vtrùm ex neceſſitate, vel ex voluntate alienet; ita vbi non titulo lucratiuo, ſed oneroſo alienat, non fit diſtinctio an ex voluntate, vel ex neceſſitate faciat, ſed debet probari de contraria † mente 45.
teſtatoris, quòd alienando, legatum reuocare voluerit, *§. ſi rem. Inſtit. de legatis*, vbi teſtator alienando ex non lucratiuo titulo rem, quam legauerat, non cenſetur reuocaſſe legatum, niſi probetur, quòd adimendi animo alienauerit. Idem probatur *in l. qui poſt. C. de legat.* vbi text. dicit, idem eſſe, ſi rem legatam † alicui pignori de- 46.
derit, non enim cenſetur ademiſſe. Si igitur eſt idem in hoc ſecundo caſu quod in primo; ergo in primo, alienando ſimpliciter, non cenſetur ademiſſe, niſi hæres probauerit adimendi animo alienaſſe. & hanc concluſionem optimè probauit Menoch. *in conſil. 254. per totum, volum. 3.* Decian. *in conſil. 50. volum. 2.* Monteſperell. *in conſil. 191.*

Item quia voluntatis † mutatio non præſu- 47.
mitur. *l. eum qui ff. de probationib. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtrat. l. cùm hic ſtatus. §. pœnitentiam. ff. de*

ff. de donat. inter vir. & vxor. Iaſon *in l. ſancimus. in 3. vot. C. de teſtament.* Ripa *in l. ſi quis in fundi vocabulo colum. 4. de legat. 1. cap. cùm tu, de teſtib.* Surdus *in conſil. 35. numer. 8. volum. 1.* Menoch. *in conſil. 203. num. 20. & ſeq. vol. 3.* Cephal. *in conſil. 4. in fin.* Pariſ. *in conſil. 62. numer. 25. volum. 3.* Item quia præſumitur animi perſeuerantia. *d. l. cùm hic ſtatus.* §. 1. Afflict. *deciſion. 381. numer. 3.* Cephal. *in d. conſil. 4.* & propterea ſpecialiter de pœnitentia doceri debet, *l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat. 3.* Natta *in conſil. 476. numer. 7.* v-
48. bi quòd onus probandi voluntatem † defuncti fuiſſe mutatam pertinet ad eum, qui fideicommiſſum, vel legatum præſtare recuſat, per text. *l. Lucius, in 1. in fin. de legat. 2.* Curt. iun. *in conſil. 103. numer. 4.* ergo hæres probabit alienatio-
49. nem factam ex titulo † oneroſo, fuiſſe factam propter neceſſitatem rei familiaris, & ita animo adimendi legatum, aliàs non præſumitur, vt per multa ſimilia probat Menoch. *in d. conſil. 254. numero 8. & ſeq. vol. 3.* Monteſperell. *in d. conſil. 191. numero 3. in fine,* vbi quòd hæres debet probare, teſtatorem alienaſſe non propter neceſſitatem ſe alimentandi, nec fecit propter debita quæ habebat, vt ſatisfaceret, quibus probatis, poteſt intelligi ex voluntate factam eſſe alienationem, atque legatum præcedens fuiſſe ademptum, & hanc opinionem probat etiam Alex. *in conſil. 168. num. 5. vol. 6.*

Quintò declaratur, nam ſi teſtator priùs voluntariè alienauit, ſed poſt alienationem in codicillis omnia legata facta præſtari voluit, tunc
50. legata † tanquam de nouo confirmata præſtanda ſunt, ita reſpondit Alexand. *in conſil. 168. numero 4. volum. 6.* per text. *l. cùm ſeruus, in fin. ff. de adimend. legat.* & probat Mantica *in d. lib. 12. titul. 6. numero 13. verſ. ſecundò limitatur.* quoniam per confirmationem legatorum factam in codicil-
51. lis apparet de perſeuerantia † voluntatis, & hoc caſu hæres tenetur illam redimere ſi poteſt, aut ſi non poſſit, æſtimationem præſtare debet, *d. l. fideicommiſſa. §. ſi rem ſuam, de legat. 3.* Paulus de Caſtr. *in d. l. 3. numer. 1. in fin. C. de legat.*

Item ſi teſtator rem alienatam redemerit vigo-
52. re pacti de reemendo, † tunc enim ceſſat animus adimendi legatum, quia dominium non abdicauit à ſe irreuocabiliter, ſed tranſtulit in emptorem reuocabiliter, & dicta alienatio habetur loco pignotis, quo caſu non dicitur ademptum legatum. *d. l. 3. C. de pignor.* & ita fuit deciſum in Prætorio Neapolis, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titulo Legatum, cap. ſi res legata,* quod ſequutum fuit *deciſionem 23. in ſecundo dubio* Ioſephi Ludouici. Et quæ in contrarium ſcribit Mantic. *in d. lib. 12. titulo 6. numero 6.* non procedunt, quando redemptio fit à
53. teſtatore alienante vigore pacti de redimendo, † prout nos loquimur in hoc puncto, ſed quando poſt alienationem voluntariam, ſimpliciter teſtator poſt aliquod tempus eandem rem reemit, aliud eſt enim reemere, prout Mantica, aliud redimere vigore pacti præcedentis, prout nos loquimur, & cum Mantica concordat Menoch. *in conſil. 254. per totum volum. 3.* præſertim *numer. 18.* vbi reſpondet ad *d. l. cùm ſeruus. C. de legat.* vt non procedat in legato quantitatis, ſed in legato ſpe-
54. ciei, nam ſi ex quantitate legata, † altera res à teſtatore ematur, illa res empta ſubrogatur loco quantitatis legatæ. *l. pater inter filios. ff. de adimend. legat.* Item regula *d. l. cùm ſeruus,* procedit, quando legatum factum eſt extraneo, ſecus ſi coniunctæ perſonæ, & maximè dilectæ, ad *l. filia. §. Titia. ff. de condit. & demonſtrat.*

Item per pignorationem † teſtator non cenſetur 55.
ademiſſe legatum, *l. qui poſt teſtamentum. C. de legat. & d. §. ſi rem ſuam, verſ. iidem reſcripſerunt. Inſtit. de legatis,* quia natura pignorationis eſt, vt redimatur, vt per Iaſ. *in d. l. qui poſt, numer. 1.* Niſi tanto pretio pignorauerit, quanti res ipſa valet, aut aliquid pluris, tunc enim deeſt animus recuperandi, vt declarant Franch. *deciſion. 283.* & Mantica *in d. titul. 6. numer. 24.* & Tiraquell. *de vtroque retract. in præfatione. num. 76.*

Idem ſi teſtator vendendo † prædium legatum, 56.
ex eius pretio aliud comparauerit, atque idem nomen prædio empto impoſuerit, tunc enim legatum ademptum non cenſetur, ſed omnino debetur. *d. l. filia. §. Titia,* & *ibi* Socin. *numer. 2. ff. de condit. & demonſtrat.* Socin. iun. *in conſil. 162. numer. 10. volum. 2.* Mantic. qui alios refert, *in d. tit. 6. numer. 20. & ibi in nouis ſuis additionibus,* declarat, quando teſtator gemmas vxori legatas vendidit, atque annuos cenſus ex pretio emerit, an illi legato gemmarum ſubrogati dicantur.

Idem ſi teſtator certam quantitatem legaue- 57.
rit, ſuper tali reſoluendam, † nam ſi dicta res ex voluntate alienata fuerit, legatum non cenſetur ademptum, *l. quidam teſtamento, in princip. de legat. 1.* quod pro valdè notabili ponit Roman. *in ſingulari 435. & l. Paulo Callimacho. §. final. de legat. 3.* & Roman. intelligit dummodo res, ex qua ſol-
uendum ſit legatum, non inſit ſubſtantiæ † ip- 58.
ſius legati, ſed potiùs demonſtrationis gratia appoſita fuerit, & ſequitur Mantica *in d. titulo 6. numero 25.* & Euerardus *in loco ab alimentis ad piam cauſam, numero 9.* & nouiſſimè Gratian. *in diſceptation. forenſ. cap. 683. numero 14. & ſequent. part. 4.* vbi quòd non ſolùm teſtator appoſuit illa verba, vt præcisè ex tali re ſoluatur, ſed etiam vt talis res ſit ſpecialiter hypothecata, & ideo vbi ineſt ſubſtantiæ legati, per dictam alienationem voluntariam reuocatum cenſetur, ſecus ſi in altera oratione, quæ non retrotrahatur ad ſubſtantiam legati, vt declaraui ſuperiùs in primo, & ſecundo caſu huius articuli.

Item ſi teſtator † alienauit rem legatam, tem- 59.
pore perituram, d. legatum ademiſſe non cenſetur, gloſſ. *in d. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de legat. 3.* & declarat Gabriel *in conſil. 103. numer. 5. volum. 1.* hæc enim cauſa ponitur inter neceſſarias, ad effectum iſtum, ſicut ſi alienaret ob metum, vel propter debita, aut ſuperiore cogente. Ricciard. *de ademptione legatorum. num. 29.*

Quartus caſus eſt, quando alienatio eſſet nul-
la † ipſo iure, tunc legatum etiam reuocatum 60.
cenſetur, gloſſ. *in l. ſeruum filij. §. ſi idem, & ibi* Bartol. *de legat. 1.* Immol. Alexand. & Aretin. *in l. filia legatorum, quæſtion. 3. C. de legatis,* text. *l. legatum. §. pater hortos. §. de adimend. legat.* & hanc eſſe veriorem, & magis communem opinionem, probat Gabriel *in d. conſil. 103. numer. 10. volum. 1.* & Mantica alios refert *in d. lib. 12. titul. 6. numer. 2.* Et hæc concluſio procedit etiamſi contractus ſit conditio-
nalis, vt quia venditio † facta fuerit pro pretio 61.
æſtimando ad arbitrium tertij, *l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrah. empt.* vel venditio fuerit facta ad menſuram, quæ etiam eſt conditionalis, Alexand. *in conſil. 33. numero 5. & in conſil. 176. numero 1. vo-
lum. 6.* & non liquidata † menſura, exequenda 62.
non

non eſt. Bald. *in l. cùm teſtamento, in fin. C. de teſta-*
ment. manumiſſ. Bartol. *in l. proinde. §. notandum,*
numer. 2. ff. ad legem Aquil. & *ibi* Alexand. *in Addi-*
tionib. citat concordantes, quia licèt conditio ni-
hil ponit in eſſe, ſed retinet actum in ſuſpenſo.
l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtament.
l. is damnum. §. quòd pendet. ff. de regul. iuris, tamen
in reuocatione legati, inſpicitur propoſitum teſta-
toris, qui etiam in nulliter vendendo, talem inten-
63. tionem habuiſſe cenſetur, quia legata † facilius
adimuntur, quàm hæredis inſtitutio. *l. ex parte. ff. de*
adimend. legat. Bartol. *in l. paterfamilias teſtamento.*
ff. de hæred. inſtit. & in l. re coniuncti in 2. oppoſitione,
& *ibi* Ripa *num. 22. de legatis 3.* Iaſ. *in l. nemo poteſt,*
numer. 74. in prima lectura. ff. de legat. 1. Ioan. de A-
mic. *in conſil. 4. numer. 17.* Cephal. *in conſil. 243. nu-*
mer. 29. volum. 2. & propterea legata adimi poſſunt
etiam ex actu inutili, in quo de voluntate adi-
mentis apparet; ſed venditio facta pro pretio æſti-
64. mando à Titio, vel facta † ad menſuram, certum
reddit propoſitum diſponentis, & illa conditio
poteſt ad puritatem reduci, quoniam ſi Titius non
arbitraretur pretium, alij periti illud taxare pote-
runt, Socin. *in l. ſi quis arbitratu, numer. 28. verſ. po-*
ſtremo. ff. de verbor. obligat. Item venditio ad men-
65. ſuram eſt conditionalis † reſpectu executionis con-
tractus, ſed reſpectu contrahentium; contractus
factus eſſe dicitur, atque venditor alienandi ani-
mum oſtendiſſe dicitur, & per conſequens lega-
tum adimendi.

66. Imò etiamſi actus eſſet nullus, † voluntas ex eo
probari dicitur, Bartol. *in l. 2. §. teſtamentum. ff. quem-*
admod. teſtament. aper. & in l. gerit. num. 18. ff. de ac-
quir. hæredit. & in l. in teſtamento, num. 2. ff. de fidei
commiſſ. libert. Menoch. *de arbitrar. iudic. caſu 171.*
num. 70. Item etiam ex non facto voluntas pro-
batur, *l. ſi peculium. §. ſicut autem. ff. de pecul. legato,*
& alia ad hoc allegata per Maſcard. *in conſil. 1423.*
num. 40. & ſequent.

67. Quintus caſus eſt, legatum † propter inimici-
tiam ſuperuenientem inter teſtatorem, & legata-
rium, cenſetur tacitè ademptum, prout eſt caſus *in*
l. 3. §. final. ff. de adimend. legat. & probat Bart. *in l. cùm*
in tabulis. §. 1. ff. de his quib. vt indign. Sed hoc non
procedit, vbi inimicitia proceſſit culpa teſtatoris,
Barbat. *in cap. final. col. 2. ff. de donat. & in c. inſi-*
nuante col. penult. de offic. delegati, Iaſ. *in l. ſi filiafami-*
lias. C. de inoffic. teſtament. quos ſequitur Gramma-
tic. *in voto criminal. 30. numer. 19.* Sed hæc diſtin-
ctio nunquam mihi placuit, quia ratio deciſionis
d. l. 3. §. final. ff. ad adim. legat. & tacita voluntas
teſtatoris, quæ etiam præſumitur ſi ipſe dederit
cauſam inimicitiæ. Imò ſi legatarius dederit cau-
ſam inimicitiæ, quia teſtatorem offenderit, factus
eſt indignus legato, & applicatur hæredi ſi in vita
offenderit, ſed fiſco ſi poſt mortem, Bald. *in conſil.*
446. vol. 2.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi recon-
68. ciliatio † ſubſequuta fuerit, per text. expreſſum
l. 4. ff. de adimen. legatis. Item ſi legatum factum
fuerit in recompenſationem ſeruitiorum, & ob be-
nemerita legatarij; quæ per ipſum probata fue-
rint, tunc enim inimicitia ſuperueniens legatum
præcedens ex tacita teſtantis voluntate, extingue-
re non poteſt. Ruin. *in conſil. 162. numer. 10. vo-*
lum. 4.

Sextus caſus eſt, per natiuitatem poſthumi, le-
69. gatum priùs † factum reuocatum cenſetur, quia
eſt donatio. *l. legatum. de legat. 2.* & text. *l. ſi vn-*
quam. C. de reuoc. donat. habet locum non ſolùm in
donatione vniuerſali, ſed etiam in particulari, Rip.
in d. l. ſi vnquam. quæſt. octaua. & plurimi ad hoc re-
lati per Morot. *in conſil. 43 numer. 16.* vbi oſtendit
eſſe communem; ergo ſicut per ſuperuentum filio-
rum reuocatur donatio, ita filiis poſthumis præ-
teritis reuocatur legatum, & tacitè ademptum
cenſetur, quam concluſionem Bartol. *in conſil. 235.*
part. 1. incip. Lapus fecit teſtamentum, Bald. *in con-*
ſil. 239. volum. 3. Aretin. *in conſil. 94.* vbì dicit, quòd
iſta opinio eſt ipſa veritas, Alexand. *in conſil. 41.*
volum. 1. vbi dicit quòd periculoſum eſt ab hac
concluſione deuiare. Ripa, qui cæteros refert, &
reſpondet contrariis latiſſimè *in d. l. ſi vnquam,*
quæſtion. 19. C. de reuocand. donation. & hæc opinio
fuit canonizata in Camera Imperiali, vt *in Digeſt.*
Nouiſſim. tomo 5. titulo Legatum. cap. ex cauſa; quo-
niam fortior eſt donatio † inter viuos, quæ 70.
duorum voluntate firmatur, *l. 1. C. de donat. & l.*
1. C. de pactis, quàm legatum, vel fideicommiſ-
ſum, quod ex ſola voluntate teſtatoris dependet.
l. penultim. ff. de legat. 1. l. cùm virum. C. de fideicom-
miſſ. l. ex facto. §. rerum autem. ff. de hæred. inſtit. Sed
donatio inter viuos natiuitate liberorum, tan-
quam inofficioſa reuocatur, *d. l. ſi vnquam*; ergo
multo magis legatum, & fideicommiſſum reuoca-
tum, & ademptum, cenſetur. Et hanc opinio-
nem ſequuntur Bartolus, Paul. de Caſtr. Alexand.
& Iaſon *in d. authent. ex cauſa. C. de liber. præte-*
rit. Bartolus *in l. 1. numer. 58. C. de ſacroſanct.*
Eccleſ. Bald. *in l. ſi cum vel in vtero, numer. 10.*
C. de milit. teſtam. & in l. ſicut certi. C. eod. tit. vbi
quòd deficit voluntas teſtatoris, & ideo etiamſi
filius ignoranter præteritus poſtea natus ratum
haberet d. teſtamentum, illud non ſubſiſteret, ideo
d. authent ex cauſa, non poteſt conſeruare d. legata, 71.
quia *d. authent. ex cauſa*, † fuit facta propter con-
ſeruandam voluntatem defuncti, Bald. *in d. conſil.*
239. vol. 3. Ripa *in d. quæſt. 19. verſ. ad contraria re-*
ſpondetur. Sed in hoc caſu deficit voluntas, ideo le-
gata non poſſunt conſeruari, ſed adempta cen-
ſentur.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi in 72.
teſtamento eſt appoſita clauſula codicillaris †
concepta tam per verba præſentis, quàm futuri
temporis, quia per verba futuri temporis dici-
tur eſſe cogitatum ſaltem in genere de filiis, qui
poſſent rumpere teſtamentum, & producere effe-
ctum inualiditatis illius. *l. qui iure militari. ff. de mi-*
lit. teſtament. & *ibi* Bald. & Angel. declarant. Item
Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ. & cæteri modernio-
res *in authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.* & alij
plures ad hoc relati per Tiraquell. *in d. l. ſi vn-*
quam, in præfatione numero 79. C. de liber. præteritis,
& per Turret. *in tract. de clauſula codicillari quæ-*
ſtion. 24. & ſequent. & poſt Alexand. *in conſil. 30.*
numero 1. volum. 3. Clarus *in §. teſtamentum quæſt.*
46. verſ. quinimò plerique, atteſtantur de magis com-
muni opinione; ſed quando fit donatio, † & eſt de 73.
liberis cogitatum, communis eſt concluſio, quòd
d. l. ſi vnquam, cenſetur renuntiatum, vt poſt plu-
rimos relatos probat Tiraq. *in præfatione, num. 75.* &
latiùs per Ludouic. Morotium *in d. conſil. 43.* vbi de
hoc articulo diſputat, & reſpondet contrariis; ergo
multò magis dicitur eſſe renuntiatum inualiditati
actus ex defectu voluntatis, ita vt rupto teſta-
mento per natiuitatem poſthumi legata debean-
tur, & hanc opinionem tenet etiam Baldus *in*
d. conſil. 239. in princip. volum. 3. in verſ. quia non
eſt

74. eſt *veriſimile*, quòd teſtator, † voluerit eum grauare cùm de liberis non cogitaſſet. Sed in hoc caſu, vt dictum propter clauſulam conceptam de tempore futuro, dicitur de liberis cogitaſſe; ergo veriſimile eſt eos grauare voluiſſe per codicillos, vt legata præſtarent. Alexand. *in conſil.* 50. *numer.* 5. *& ſequent. volum.* 6. *& in conſil.* 30. *numer.* 1. *volum.* 3. vbi quòd ſemper legendo, & conſulendo tenuit iſtam opinionem tanquam magis communem, per text. *l. generaliter.* §. *ex teſtamento. ff. de fideicommiſſ. libert. & l. ſi quis cum teſtamentum nullum. & l. ab inteſtato. ff. de iure codicill.* Idem Alexand. *in conſil.* 26. *numer.* 5. *volum.* 1. vbi atteſtatur magis communem opinionem eſſe contra Bartol. quòd ſufficiat de liberis eſſe in genere cogitatum, quod præſumitur factum vigore d. clauſulæ codicillaris in futurum conceptæ. *l. qui iure militari. ff. de teſtament. militari.*

Item quòd apponens d. clauſulam codicilla-
75. rem omnem ſucceſſoris ſpeciem † grauare dicatur, per text. *d. l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. de iure codicill.* probat Gaill fuiſſe in Camera Imperiali receptum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *titulo Teſtamentum. cap. ſemper clauſula.* Imò ſi dicta clauſula non eſſet in teſtamento appoſita, & poſthumus ignoranter præteritus fuiſſet, neque ageremus de legato voluntatio, ad teſtatoris arbitrium relicto, ſed de legatis neceſſariis, puta pro reſtitutione ma-
76. lè ablatorum †, talia legata ſubſiſtunt, quia non deeſt voluntas teſtatoris, qui præſumitur talia legata relinquere noluiſſe, etiamſi ſciuiſſet filium fore ſuperſtitem, cùm præſumatur animam ſuam, magis quàm filium diligere, Bald. *in l. filio præterito, numero* 2. *ff. de iniuſt. teſtament.* & hæc ſententia in Camera Imperiali recepta fuit, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titul. Legatum, cap. & in teſtamento.*

Septimus caſus eſt, vbi teſtator pro vno filio commendam erexit, & poſtea in ſuo teſtamen-
77. to, pro æqualitate † ſeruanda inter ſuos filios, quædam bona immobilia cæteris filiis prælegauit, tunc ſi commenda effectum habere non potuit, prælegata ex tacita voluntate adempta dicuntur, quoniam ex ratione expreſſa, teſtatoris mens clarè intelligitur, *l. mulier. ff. ſolut. matrimon. l. cùm pater.* §. *dulciſſimis. de legat.* 2. *l. vxorem, in princip.* & *ibi* Bartolus *de legat.* 3. Bald. *in l. non dubium. C. de legat. & in conſil.* 121. *colum.* 3. *verſ. ſed hic eſt aduertendum, volum.* 3. Sed d. voluntas non ſeruaretur, ſi ille filius commendam habere non potuiſſet, & cæteri filij prælegata maioris quantitatis haberent, propterea pro æqualitate ſeruanda, ademptis legatis bonorum omnium di-
78. uiſio facienda eſt; ratio enim adiuncta † diſpoſitioni, facit vt recedamus à propria ſignificatione verborum ipſius diſpoſitionis, Bald. *in l. ſi ſeruus legatus.* §. *qui quinque*, per illum textum *ff. de legat.* 1. Item quia ex ipſa ratione intelligimus diſpoſitionem *l. ſi is qui. ff. de acquir. hæredit.* Sed teſtator expreſſit rationem legatorum pro æqualitate ſeruanda inter filios; ergo vt ſeruetur æqualitas legata adempta dicuntur.

Octauus caſus eſt, legatum nominis debito-
79. ris † ademptum cenſetur per exactionem ab eodem teſtatore factum, prout eſt caſus *in l. ſi ſic legatum.* §. *final. de legatis* 1. *in verſ. Nam ſi viuus exegiſſem, extingueretur legatum.* Item *l. pen.* §. *final. ff. de adim. legat.* vbi teſtator exegit pecuniam à debitore filiæ, & in ſuam rationem conuenit, præſumitur adimendi animo exegiſſe, niſi probetur contrariũ. Idem *in l. fideicommiſſa.* §. *ſi rem. de legat.* 3. *in verſ. ergo & ſi nomen*, vbi exactio præſumitur facta animo extinguendi legatum, niſi probetur contrarium, & hanc concluſionem valdè exornant Menoch. *in conſil.* 1162. *vol.* 12. *& in conſil.* 429. *vol.* 5. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 168. Dec. *in conſil.* 70. *vol.* 5. Socin. iun. *in conſil.* 162. *num.* 1. *vol.* 2. Paul. de Caſtr. *in l. Stichum, num.* 2. *de legat.* 1. *& in l. ſi ex toto num.* 2. *ff. eod. tit.* Idem Caſtrenſ. Socin. & alij *in l. ſi ita fuerit. ff. de condit. & demonſtrat.* Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.* 251. *part.* 2. Monteſperell. *in conſil.* 123. *numero* 1. *& ſequent.* qui intelligunt hunc caſum procedere quando teſtator legauit pecuniam, & poſtea voluntariè illam expenderit; ſed Cephal. *in conſil.* 599. *numer.* 2. *volum.* 4. intelligit idem ſi pecunia alienata recuperaretur, licèt in hoc contradicat Ricciard. *in titulo de ademptione legatorum, numero* 32.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando
iſte teſtator ex ſua voluntate † ſollicitaſſet ſuum 80.
debitorem ad ſibi ſoluendum, & ita ſponte exegit, ſecus ſi à debitore ſibi exigat, quia tunc legati ademptio non reſiſtat, gloſſa *in l. non ſolum.* §. *liberationis*, gloſſ. *in l. ſi id quod. ff. de liberat. legata.* Baldus *in d. l. fideicommiſſa.* §. *ſi rem. de legat.* 3. *& in d. l.* 3. *C. de legat.* vbi declarat, quòd teſtator non dicitur ſponte recipere, qui prouocatus à ſuo debitore exigit, & liberationem facit, cuius intereſt non vexari debitis, & teſtator creditor, qui compelli poterat ad recipiendam ſolutionem, &
liberandum non ſponte, ſed coactus † exegiſſe dici- 81.
tur, per regulam *l. nouiſſimè. ff. quod falſo tut. authore geſtum eſt*, vbi coactus dicitur qui facit actum, ad quem compelli poterat, & quotieſcumque alia cauſa apparere poteſt, per quam poſſit excludi
ademptio legati, hæres probare † debet adimen- 82.
di animo feciſſe, *d. l. fideicommiſſa.* §. *ſi rem*, Alexand. *in conſil.* 157. *numero* 1 *in fin. volum.* 7. Gabriel *in conſil.* 103. *numero* 5. *volum.* 1. Honded. *in conſil.* 61. *numer.* 21. *volum.* 1. Menoch. *in d. præſumpt.* 168. *numer.* 4. *lib.* 4. *& in conſil.* 1162. *num.* 12. *volum.* 12. Decian. *in d. conſil.* 70. *numero* 4. *volum.* 5. Corn. *in conſil.* 26. *num.* 18. *& ſeq. vol.* 2.

Item quia in dubio † ſemper capienda eſt in- 83.
terpretatio, vt legatum non ſit ademptum, quia non præſumitur mutatio voluntatis, vt ſcripſi in præcedentibus caſibus; ergo hæres probabit exegiſſe ad effectum adimendi, aliàs præſtare tenetur.

Secundò declaratur, vt non procedat, quando nomen debitoris eſſet appoſitum in ſolutio-
ne legati, † cauſa demonſtrandi vnde legatum ſol- 84.
ui deberet, tunc enim ſi teſtator viuens, ſponte, & ex ſua voluntate d. nomen exegiſſet, legatum ademptum non cenſetur, per text. *l. quidam teſtamento. de legat.* 1. & declarat Paulus de Caſtr. *in conſil.* 339. *numer.* 3. *verſ. pro intellectu huius dubij volum.* 1. qui duos caſus recenſet, & ſequitur Menoch. *in d. conſ.* 1162. *num.* 15. *& ſeq. vol.* 2. Gratian. *in d. cap.* 251. *numer.* 7. quam declarationem intelligo, quando verba demonſtrationis non fuere appoſita in ſubſtantia legati, neque retrotrahi poſſunt ad ipſius ſubſtantiam, vt declaraui in ſecunda declaratione ſecundi caſus, & in quinta declaratione tertij caſus huius articuli.

Nonus caſus eſt, legatum factum † vxori ali- 85.
quando tacitè ademptum cenſetur, vt ſi vxor maritum infirmum deſeruerit, & aliò ad habitandum ſe

ſe tranſtulerit, mulier enim eſt ſub poteſtate viri ſui. *cap. manifeſtum* 33. *quæſtion.* 2. ideo obſequentem viro ſe reddere debet, ſed mortem languentibus conatur infligere, qui ad illius exclusionem curam virilem prætermittit, vt dicit textus *cap.* 1. *diſtinct.* 83. ergo efficitur indigna omni commodo, quod ei teſtator aſcripſit, ita probat Bald. *in*
86. *l. ab hoſtibus.* §. 1. *ff. ſolut. matrim.* Quòd ſi maritus † deſeruerit vxorem egentem, tanquam indignus aliquod lucrum, ſiue per pactum, ſiue per ſtatutum habere non debet; ergo multò magis hoc dicendum eſt in vxore, quæ tenetur ſequi virum vſque ad mortem. *cap. vnaquæque* 13. *quæſtion.* 2.

87. Item quia vxor, † & ſeruus reſpectu ſeruitij præſtandi ſunt æquiparata, gloſſ. *in l.* 3. §. *ſi quis ſeruum. ff. de ſtatulib.* Sed ius aſtringit ſeruum, vt propriæ ſaluti anteponat ſalutem domini, *l.* 1. §. *eodem autem tecto. ff. ad Syllanian.* ergo idem dicendum eſt in vxore; quamobrem ſi maritum infirmum deſerat, qui in illa infirmitate moriatur, legatum eidem factum ex tacita defuncti voluntate ademptum cenſetur, & ita in puncto reſpondit Guido de Accomedo *in conſil.* 63. *vol.* 2. *conſiliorum vltimarum voluntatum,* cui ſe ſubſcripſerunt tres alij Doctores illius temporis, & eſt opinio ſatis æqua, & rationabilis. Quando autem legata facta vxoribus ſub conditione deficiant, ſcripſi *in articulo* 2. *huius quæſtionis.*

Secundum caput huius articuli eſt, de ademptione expreſſa, quæ eſt relictorum per contrariam voluntatem reuocatio, quæ fit ſiue in eodem, ſiue in altero teſtamento, vel codicillis, etiamſi eadem res legata in alterum transferatur, cuius capitis aliqui caſus ſic explicari poſſunt.

88. Primus caſus eſt, ſi vna res legetur † Titio, & poſtea eadem res legetur Sempronio, non cenſetur legatum à Titio ademptum, ſed ambo concurrunt, niſi euidentiſſimè appareat teſtatorem adimere voluiſſe, prout eſt caſus *in l. ſi pluribus, in princip. de legatis* 1. *in verſ. ſi quidem euidentiſſimè apparuerit, & in verſ. ſin autem hoc minimè apparere poteſt,* & facit text. *in* §. *ſi eadem res, in verſic. do lego,* gloſſ. *in l. ſicut. ff. de adimend. legat.* & alia allegata per Iaſ. *in l. re coniuncti, numero* 24. *de legat.* 3. vbi Ripa *numer.* 21. *& ſequent.* qui atteſtantur eſſe communem opinionem, iſti enim legatarij concurrunt in eadem re, *l. re coniuncti. de legat.* 3.
89. Ideo inter eos eſt locus iuri non decreſcendi, † iuxta regulam, quam *ibi* conſtituit Bartol. quam ſequuntur communiter Doctor. vt *ibi* Bolognet. *numero* 229. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu.* §. 21. *numero* 51.

90. Nam eadem res † in orationibus ſeparatis legata eſt. *l.* 1. §. *interdum, & l.* 3. *ff. de vſufruct. accreſcendo. & l. coniunctim. de legat.* 3. *l. vnic.* §. *ſi verò non omnes. C. de caduc. tollend.* ex quibus probatur, quòd ſinguli ex dictis legatariis in ſolidum illam rem habere debent. Item probatur *in l. ſi duobus.* §. *final. de legat.* 1. *& in d.* §. *ſi eadem res, in verſ. ſiue disiunctim, & verſ. ſequent. Inſtit. de legatis.* Item *in l. hac ſcriptura.* §. *final. & l. ſi ſeparatim. ff. de condition. & demonſtrat.*

Nec eſt neceſſarium quòd addatur aduerbium
91. *inſolidum,* † quia tunc dicerentur disiuncti, & vnus ex legatarius haberet rem, alter verò æſtimationem. *d. l. ſi pluribus. de legatis* 1. & ita intelligitur gloſſ. *in d l. coniuncti, in ver. ſeparatim,* dum dicit, & ſic inſolidum, id eſt, quia virtualiter dicuntur legatarij inſolidum, & ita faciunt ſibi partes per concurſum. *d. l. coniunctim. de legat.* 3. quia hic eſt effectus, quando ſolida res ſingulis legata eſt. Item probatur per *d. l. vnic.* §. *ſin autem disiunctim. C. de caduc. tollend.* vbi eadem res erat disiunctim pluribus legata, ſed quia non aderat dictio *inſolidum,* dicit Imperator, & non blandiantur, vt vnus quidem ſolidam rem, alij verò ſinguli ſolidam æſtimationem habeant, quoniam faciunt ſibi partes per concurſum. Quare ſi non conſtat teſtatorem voluiſſe adimere legatum à primo, & dare ſecundo, nunquam cenſetur ademptum in totum, † niſi pro parte, & 92.
hanc eſſe communem opinionem, atteſtatur Alexand. *in d. l. ſi pluribus, numero* 2. *de legatis* 1. Gomeſ. *in lib.* 1. *variarum reſolut. cap.* 10. *numero* 24. *verſ. nec obſtat.* Addentes ad Alexand. *in conſil.* 169. *volum.* 5. Couar. *in rubric. de teſtament. parte* 2. *numero* 21. Vaſquius *de ſucceſſion. progreſſ. lib.* 3. §. 23. *num* 96. Craſſus *in* §. *legatum, quæſtion.* 80.

Declaratur iſte caſus, vt procedat etiamſi in
ſecundo legato facta eſſet commemoratio † pri- 93.
mi legatarij, vt nunquam cenſeatur ademptum in toto, niſi pro parte, & hanc eſſe communem opinionem probat Iaſ. *in d. l. re coniuncti numero* 24. *de legat.* 3. Alexand. *in l. ſi Fortidianum. C. de legat.* & latiùs aliis hanc opinionem probat Gabriel *in conſil.* 110. *per totum, vol.* 1. qui reſpondet contrariis, & contrà Paulus de Caſtr. *in d. l. ſi Fortidianum.* vbi tenebat contrariam opinionem, Alexand. *ibid.* allegauit text. *in* §. *transferri. Inſtit. de legatis.*

Secundò declaratur, vt procedat tam ſi ſecundum legatum factum eſſet in eodem teſtamento, quàm etiam ſi † in codicillis; ſed ſi feciſſet 94.
ſecundum teſtamentum, in quo eandem rem Titio legatam in primo, legauit Sempronio in ſecundo, primum legatum cenſetur ademptum in totum, quoniam primum teſtamentum reuoca-
tum † fuit, *l. ſi quis priore. ff. ad Trebellian. l. ſi* 95.
iure. ff. de legatis 3. & reuocato primo teſtamento, cenſentur ſublata omnia legata, fideicommiſſa, & quæcunque in illo diſpoſita. *l.* 3. §. *ſi legatarius.* & *ibi* gloſſa *in ver. ſcriptus. ff. ſi cui pluſquam per legem falcid.* Bartolus *in l.* 1. *numer.* 20. *C. de iure codicillor.* Ruin. *in conſil.* 68. *in primo dubio, volum.* 2. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *titulo* 1. *numero* 36. *& ſequent.* & alia quæ ſcripſi ſuprà *de reuocatione teſtamenti.* Hæc autem concluſio non procedit, quando legatum eiuſdem rei factum eſſet Titio in prioribus codicillis, & poſtea in aliis codicillis eadem res legata eſſet Sempronio, tunc
enim quia primi codicilli non † cenſentur ſub- 96.
lati per ſecundos; & quis poteſt decedere cum pluribus codicillis, ideo non cenſetur d. legatum eſſe ademptum in toto, ſed ſolùm pro parte, & hanc probat Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.* 605. *num.* 6. *part.* 4. poſt Cepoll. *in cautela* 87. *num.* 2. qui conſulit legatariis, vt propterea procurent ſibi fieri legata in codicillis.

Tertiò declaratur, vt procedat in legato ſpeciei,
quia legata quantitatis facta in diuerſis † ſcripturis, 97.
ſemper cenſentur multiplicata, gloſſ. *in l. planè.* §. 1. *de legat.* 1. & poſt plurimos relatos probat eſſe communem opinionem Craſſus *in* § *legatum, quæſt.* 80. *in fine.*

Quartò declaratur. Nam ſi teſtator, legata re in teſtamento, eandem rem alteri legaſſet in codicillis, in quibus iuſſiſſet, quòd legatarius libe

98. liberam † poſſeſſionem rei legatæ, propria authoritate caperet, & ſi quæ dictis codicillis contraria eſſent, ea omnia mutat, reuocat, & reformat, omnes iſtæ clauſulæ dicuntur acceſſoriæ ad
99. principalem diſpoſitionem, † ideo nihil plus operari poſſunt, quàm ipſa diſpoſitio codicillaris cõtineat, gloſſ. *in l. ſi patronum, in verbo Fauiana, in fine. ff. ſi quid in fraudem patroni*, Put. *deciſ.* 1. *numer.* 2. *part.* 1. Item omnes clauſulæ, quantumcumque ampliſſimæ, ſemper regulantur ſecundùm naturam principalis diſpoſitionis, & contractus. *l. final. ff. de conſtit. pec.* Bald. *in l. abſente, circa finem C. ſi cert. pet.* Item dictæ clauſulæ non augent, neque alterant diſpoſitionem, gloſſ. *in Clem.* 1. *de præbend.* quam communiter ſequuntur Doctor. vt per Ripam *in l. qui Romæ.* §. *duo fratres, numer.* 45. *ff. de verb. obligat.* Iaſ. *in l. ius ciuile, numero* 8. *ff. de iuſtit. & iur.* Socin. iun. *in conſil.* 93. *numero* 24. *volum.* 3. & de hoc diffusè ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte* 4.
100. *clauſula.* 20. & 21. Item quia derogatio † contrariorum cenſetur facta ad conſeruationem diſpoſitionis, non autem ad augendam illam, & tanquam acceſſoria, neque extendit, neque ampliat. Roman. *in conſil.* 498. *numer.* 19. *verſ. quinta ratio*, vbi Addentes *in verſ. dilatare*, plurimos referunt.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator legauit in teſtamento domum Titio, quam habebat Neapoli, deinde in codicillis ademit d. legatum, & eidem Titio legauit omnia bona, quæ habebat in ciuitate
101. te Neapolis, tunc legatum domus † ſpecialiter factum in teſtamento, non cenſetur penitus reuocatum in codicillis, quoniam comprehenditur ſub legato generali omnium bonorum exiſtentium in eodem loco. Item quia reuocatio præſumitur facta, ne hæres duplici onere grauatus ſit; quando enim eadem res bis legatur in diuerſis diſpoſitionibus, bis etiam præſtari debet, quoniam ex vna peti poterit res, ex alia æſtimatio eiuſdem rei. *l. planè.* §. *ſi eadem res. ff. de legat.* 1. & ita in hac facti ſpecie reſpondet Corneus *in conſil.* 155. *vol.* 2. *& in conſil.* 249. *vol.* 4.

Item quia teſtator voluit omnia bona in illa ciuitate exiſtentia ſub vno legato comprehende-
202. re, ne contingeret legatarium † vnam rem legatam acceptare, & alteram repudiare, quod non permittitur, quando plures res ſub legato continentur, *l. neminem, & l. ſequent. de legat.* 2. Item quia tunc acceptando vnam rem totum legatum agnouiſſe dicitur. *l. ſi cui res. de legatis* 1. Idcirco teſtator reuocauit legatum ſpeciale, vt illud includeret in legato generali omnium bonorum in eodem loco exiſtentium.

Tertius caſus eſt, quando teſtator per ſecundum teſtamentum expreſsè reuocauit primum, tunc cenſetur reuocaſſe omnia legata, & quaſcumque diſ-
103. poſitiones † in eodem primo teſtamento factas, vt latiùs de hoc ſcripſi *in quarta quæſtione, in articulo primo, in fine huius quartæ partis.* Item quantum ad reuocationem legatorum hæc concluſio procedit, etiam ſi ſecundum teſtamentum eſſet imperfectum, quoniam legata ſola, & nuda voluntate infirmantur, *l.* 3. §. *final. l. ex parte. ff. de adimend. legat. l. planè, l. prima, in princip. de legatis* 1. & probat Vaſquius *de ſucceſſionum reſolutione lib.* 1. §. 1. *numero* 16. Sola enim pœnitentia reuocatur le-
104. gatum. † *l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ.* Item procedit, etiamſi reuocatio inualida eſſet, Craſſ. *in* §. *legatum quæſt.* 78. *numer.* 1. Surd. *in conſil.* 320. *numer.* 5. *volum.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *titulo* 6. *num.* 2. Gabriel *in conſil.* 118. *numer.* 18. *volum.* 2. vbi quòd legatum reuocatur nuda voluntate, etiamſi colligatur ex actu nullo. Iaſ. *in l. re coniuncti, num.* 165. *de legat.* 3.

Declaratur iſte caſus, quantum ad reuocationem, vt procedat, etiamſi teſtator rem legatam tradidiſſet, † quoniam traditio legati ſtatim ſubſequuta non alterat eiuſdem naturam, Bald. *in l.* 105.
2. *numero* 5. *C. de iure dot. & in l.* 1. *numero* 8. *verſ. vnum ſcias. C. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.* vbi quòd per d. traditionem aſſumit naturam † donationis 116.
cauſa mortis, & Fulgoſ. *in l. filia legatorum. C. de legatis*, dicit hoc dictum Bald. eſſe valdè notabile. Item quòd dictum legatum non obſtante traditione reuocari poſſit, firmarunt Iacob. & Alberic. *in l. Lucius, la prima*, per illum textum, *de legatis* 2. Vaſquius *de ſucceſſionum creatione lib.* 2. §. 17. *numero* 112. Cotta *in memorialib. in verb. legatum factum*, Tiraquell. *de retract. conuent. ad finem tituli num.* 64.

Imò etiamſi teſtator legatum † feciſſet præſenti, & acceptanti, atque tradiderit ſub commemoratione legati, ſemper remanet in ſua natura cum ſua reuocabilitate, nec tranſit in donationem inter viuos, Bartol. *in l. legatum eſt. de legat.* 2. vbi quòd teſtator præſtans rem legatam ſub nomine legati, non impeditur. Cuman. *in d. l. legatum*, Curt. iun. *in conſil.* 56. Socin. iun. *in conſil.* 114. *num.* 8. *& plur. ſeq. vol.* 3. 107.

Tertium caput huius articuli pertinet ad nullitatem actus, in quo legata antea facta adimi poſſunt, & de hoc plura ſcripſi in declarationibus caſuum præcedentium.

Quartum caput addi poteſt de tranſlatione † 108.
legati, de quo *in l. tranſlatio. ff. de adimend. legat.* ſuper quo Doctores conſiderant tranſlationem de perſona ad perſonam ſimpliciter, item de perſona onerata ad aliam perſonam oneratam, item de re ad rem, item de legato purè facto ad legatum ſub conditione tranſlatum: ego autem duos tantùm caſus in hoc capite explicabo.

Primus caſus eſt, tranſlatio legati † conditionalis cenſetur facta cum eodem onere. *l. Caio* 109.
Seio, in princip. ff. de aliment. & cibar. legat. & ibi gloſſ. & Bartolus & Alberic. qui allegat Dyn. & Iacob. de Belloviſ. Idem Bartolus *in l. ſi adimendo. ff. de adimend. legat.* Roman. *in ſingulari* 668. vbi quòd etiamſi conditio ſit tacitè in legato appoſita, cum ipſo legato tranſlata cenſetur, per text. *l. cùm tacitam, in princip. ff. de iure fiſc.* & ita reſponderunt Alexand. *in conſil.* 204. *numer.* 12. *volum.* 6. Socin. *in conſil.* 236. *colum.* 2. *verſ. nec obſtat. volum.* 2. Dec. *in conſil.* 190. *numero* 6. *verſ. ſecundò videtur.* & hæc concluſio multò magis procedit, † ſi 110.
concurrat veriſimilis mens teſtatoris. *l. cùm ſeruus. l. Iulius Paulus. ff. de condit. & demonſtrat.* Doctor. *in l. ſeruus. ff. de condict. indebiti*, Bartol. *in l. Seia.* §. *Caio. ff. de fundo inſtruct.* Alexand. *in conſil.* 47. *num.* 3. *volum.* 2. & alia per Molin. *de primogeniis. lib.* 1. *cap.* 6. *numero* 25. Idem ſi concurrat eadem † ra- 111.
tio in ſecundo legatario, quæ concurrebat in primo. Ioan. Vincent. Annius *in allegatione* 10. *numer.* 26. Ideo conditio maſculinitatis cenſetur repetita in deſcendentibus propter indemnitatem rationis, Tiraquel. *de retract. conſanguin.* §. 20. *gloſſ. vnica num.* 1. *verſ. in qua re, & num.* 2. & 7. & 30. Dec. *in conſil.* 12. *num.* 45. *vol.* 1. Menoch. *in conſil.* 167. *vol.* 2. & ideo ſi conditio ita cohæret † perſonæ primi legatarij, 112.

vt à ſecundo, in quem tranſlatum eſt legatum, adimpleri non poſſit, tunc non transfertur cum onere. Roman. *in d. l. ſingulari 668. in fin.* & *ibi* Addentes declarant, Bartol. *in l. legatum ſub conditione. ff. de condit. & demonſtrat.* Mantic. *de coniectur. lib. 12. titulo 3. num. 3. verſ. ſecundò debet reſtringi.*

113. Hoc onus aſſumendi † cognomen, & deferendi inſignia familiæ teſtatoris poteſt æquè commodè adimpleri per fideicommiſſarium, ideo iniunctum hæredi, cenſetur in fideicommiſſario repetitum, Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. dubitat. 2. num. 11. fol. 485.* poſt Nattam *in conſil. 675. num. 15.* & Gratum *in conſil. 5. num. 71. & ſeq.* quos allegat, & de repetitione conditionis, & oneris, tractabo inferiùs in quæſtionibus de conditionibus.

Secundus caſus eſt, vbi teſtator in teſtamento legauit fundum Titio, & ſi deceſſerit ſine filiis, reſtituet Sempronio, & eius deſcendentibus. Deinde
114. in codicillis legauit eundem † fundum eidem Titio, & Sempronio ſimpliciter, cenſetur dictum legatum tranſlatum cum eodem onere reſtituendi deſcendentibus Sempronij, hic eſt caſus *in l. alumnæ. §. qui filias. ff. de adimend. legat.* vbi teſtator fecit in teſtamento diuiſionem bonorum ſuorum, & aliam diuiſionem fecit in codicillis, & ibi deciditur, quòd à tota priori voluntate non videtur receſſum, ſed ab his tantùm quæ reformaſſet. Sed in hoc caſu nulla apparet reformatio ſuper onere fideicommiſſi, de reſtituendo fundo deſcendentibus Sempronij, ſola reformatio apparet de reſtituendo priùs Sempronio, ſed onus reſtitutionis reſpectu dictorum deſcendentium non apparet reformatum; item quia regula eſt in contrarium, vt legatum ſemper cum onere tranſlatum dicatur, *d. l. Caio. ff. de aliment. & cibar. legat.* ergo ſtandum eſt regulæ, cùm à teſtatore d. diſpoſitio reſpectu oneris ad fauorem deſcendentium reformata non appareat, & ſuper iſto caſu ita reſpondit Natta *in conſil. 476.* Et licèt ſuper eodem facto contrarium reſponderit Cephal. *in conſil. 67. & conſil. 68.*
115. *volum. 1.* per text. *in l. ſi tibi. ff.* † *de adimend. legat.* Tamen Natta *in d. conſil. 476. col. final. verſ. reſpondeo paucis ad ea*, ad omnes Cephali rationes optimè reſpondit, & ad text. *d. l. ſi tibi*, oſtendit non facere ad propoſitum caſus, de quo tractamus, quoniam ibi totum legatum cum onere erat Titio factum, & ab eodem tranſlatum in eundem ſine onere, ideo vt legatum aliquid operetur, debet cenſeri ſine onere tranſlatum, prout ſimpliciter factum fuit; ſed in hoc caſu, primò totum legatum cum onere factum eſt Titio, deinde Titio, & Sempronio ſine onere, & legatum transfertur ad Sempronium pro dimidia; ergo poteſt aliquid operari, propterea non cenſetur reformatum ab onere, quod non apparet. Ego verò aliter reſpondeo, quòd *in d. l. ſi tibi*, teſtator onus impoſuit legato, quod debeat reſtituere, ſed quando fideicommiſit, non impoſuit onus, neque cenſetur repetitum in fideicommiſſo, quia legatarius recta via, ipſo iure rem legatam capit. *l. à Titio. ff. de furtis. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. & l. ſeruum filij. §. 1. de legatis 1.* fideicommiſſarius autem non directè, ſed à manu hæredis, *Inſtitut. de fideicommiſſar. hæredit. in princip.* propterea placuit grauare quando teſtator dedit, non placuit grauare quando à ſuo hærede dari voluit, & quia ſunt diuerſæ diſpoſitiones, ideo onus non eſt ſubintelligendum, niſi repetatur, eſt intellectus Ioan. Marci Aquilini *in l. non ſolùm. §. morte, numero 103. ff. de noui oper. nuntiatione*, qui multum placet. Sed in hoc caſu deeſt ſecunda diſpoſitio fideicommiſſaria, & ſemper legatum directò capiunt ambo legatarij; ergo onus ipſi legato adiectum cenſetur repetitum in alterum legatarium in quem pro parte tranſlatum fuit. Neque huic noſtræ concluſioni obſtant ſcripta per Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 174. numero 10.* vbi ſequutus fuit Cephalum contra Nattam, dicens, quòd ſicuti dimidia relicta Titio in ſecunda diſpoſitione, remanet libera, quoniam onus expreſſum in tranſlatione legati ad ſemetipſum repetitum non cenſetur, ita altera dimidia tranſlata in Sempronium per eandem orationem, debet eſſe libera: hæc enim doctrina habet falſum præſuppoſitum, nam *in d. præſumptione 174. num. 6.* ad hoc probandum allegat Bartol. *in d. l. Caio. ff. de aliment. & cibar. legat.* & Roman. *in d. ſingulari 668.* Sed omnes Prædicti, & alij Doctores ita firmant per text. *in d. l. ſi tibi. ff. de adimend. legat.* qui non poteſt probare hoc fundamentum, cùm loquatur de legato, & de fideicommiſſo, & in legato voluit ineſſe onus, in fideicommiſſo nequaquam, per rationem quam dixi.

ARTICVLVS XI.

De legatorum nullitate, & amiſſione.

SVMMARIA.

1. *Legatum poteſt fieri à legatario.*
2. *. . etiam de re propria ipſius.*
3. L. Imperator. §. ſi certum. de legat. 2. *declaratur.*
4. *Legatum à legatario poteſt fieri ſolùm, vt valeat in vim fideicommiſſi.*
5. *. . non autem iure directo.*
6. *Legatum factum filiofamilias eſt nullum.*
7. *. . contrariam opinionem probatur eſſe veriorem, quia poteſt teſtari.*
8. *Legatum factum ad alterius voluntatem non valet.*
9. *Legatum quantitatis, quam Titius arbitrabitur, eſt validum.*
10. *. . vitiatur, quando ſimul committitur declaratio perſonæ, & rei.*
11. *. . non vitiatur ob incertitudinem perſonarum ad pias cauſas.*
12. *Theſaurus* in quæſt. forenſi 88. *improbatur.*
13. *Legatum non valet, quando non apparet certa perſona, cui præſtari debeat.*
14. *. . vitiatur propter incertitudinem perſonæ.*
15. *Diſpoſitio inter viuos vitiatur propter incertitudinem perſonæ.*
16. *Numerus pluralis quando verificetur in ſingulari.*
17. *Legata ex teſtamento reuocato non valent.*
18. *. . ſecus ex teſtamento reformato in parte.*
19. *. . ex teſtamento reformato debentur tanquam relicta in codicillis.*
20. *Reformare non eſt tollere in totum, ſed in partem.*
21. *Legata ex teſtamento nullo an debeantur in foro conſcientiæ.*
22. *Prælegata facta eidem hæredi inſtituto, non valent.*
23. *. . à ſeipſo grauato de reſtituendo, non veniunt in reſtitutionem.*
24. *Legatum à ſeipſo fieri non poteſt.*

25. *In*

25. *Interpretatio pro actus validitate, aliquando non non eſt facienda.*
26. *Hæres prælegatarius habet ius retentionis quando quantitas legata erat vetuſtior legato.*
27. *Prælegatum eſſe nullum, & ex mente non venire in reſtitutionem ſimul ſtare poſſunt.*
28. *Voluntas tacita colligitur etiam ex actu inualido.*
29. *Legatum iuriſpatronatus non valet conſenſu Epiſcopi.*
30. *..ſecus ſi legetur Eccleſiæ.*
31. *Legatum iuriſpatronatus non valet factum filio alterius compatroni.*
32. *Donatio omnium bonorum non comprehendit iuſpatronatus Eccleſiæ.*
33. *Legatum quando eſt inualidum, ipſa res remanet penes hæredem.*
34. *Legatarius iuriſpatronatus ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt præſentare.*
35. *Conſenſus quando requiritur pro authoritate, debet interuenire in ipſo actu.*
36. *Legatum factum concubinæ à milite, non valet.*
37. *..& an præſumatur factum ex turpi cauſa.*
38. *..& an ſit validum factum à clerico ſuæ concubinæ.*
39. *..factum concubinæ à priuato, eſt validum.*
40. *..dummodo concubina ſit talis, quæ potuiſſet eſſe vxor.*
41. *..factum à clerico ſuæ concubinæ eſt inualidum, dummodo probetur concubitus.*
42. *Coitus, & incontinentiæ ſuſpicio aliquando ceſſat.*
43. *Legatum factum filio ſpurio, pro non ſcripto habetur.*
44. *Dos data filiæ ſpuriæ à presbytero non poteſt auocari.*
45. *Donatio facta per clericum filio ſuo ſpurio, non valet.*
46. *Filij clerici nati ex concubina domi retenta, ſunt ſpurij.*
47. *Donatio prima ſi non valet, nec valet ſecunda facta Eccleſiæ.*
48. *Subſtitutio eſt nulla, quando prima inſtitutio non valet.*
49. *Donatio facta ſpurio filio à principe recognoſcente ſuperiorem, eſt valida.*
50. *Princeps an poſſit facere ſtatutum, vt filij ſpurij ſuccedant.*
51. *Actus propter turpitudinem agentis reprobatus nulla ratione permitti debet.*
52. *Princeps poteſt facere, vt filij ſpurij ſuccedant patribus, ſicut ſuccedunt matribus.*
53. *Cauſa remota non habetur in conſideratione.*
54. *Princeps poteſt legitimare filium ſpurium, vt ſibi ſuccedat.*
55. *Legatum factum cum falſa cauſa expreſſa, non valet.*
56. *Cauſa falſa vitiat omnem diſpoſitionem, etiam inter viuos.*
57. *Cauſa quando cenſetur cohærere legato.*
58. *Legatum cum errore in qualitate filiationis, eſt nullum.*
59. *Legatum quantitatis ſibi debitæ, non valet, ſi illa debetur.*
60. *..ſed ſuſtinetur in quantitate debita.*
61. *Cauſa quando cohæret legato, præſumitur finalis.*
62. *..& dicitur cohærere, quando arctat de neceſſitate ad id quod legatur.*
63. *Cauſa remota dicitur occaſio.*
64. *Demonſtratio falſa, quando non vitiet diſpoſitionem.*
65. *Locus quando cenſetur appoſitus gratia taxationis, & quando gratia demonſtrationis.*
66. *..& quando dicatur appoſitus poſt perfectam legati diſpoſitionem.*
67. *Legatum quanto tempore præſcribatur.*
68. *Actio ex teſtamento præſcribitur triginta annis.*
69. *Præſcriptio fit etiam eorum, quæ ſunt facultatis priuatæ.*
70. *Legatum annuum non præſcribitur vnica præſcriptione.*
71. *..contrarium eſſe verius probatur.*
72. *Legatum præſcribitur, etiamſi non conſtet de acceptatione.*
73. *Legatarius reſtituitur in integrum aduersùs præſcriptionem.*

PRIMVM huius articuli caput, de
nullitate legatorum, multos caſus
continet, de quibus dubitari contingit,
& primus eſt, An à legatario
legari poſſit. † Partem affirmatiuam 1.
dicunt communem Ripa *in l. 1. num. 22. ff. de legat. 1.* & *ibi* Bolognet. *numer.* 125. & tenet illam
gloſſa *ibid.* Item à legatario legari poteſt etiam
propria † res ipſius, vt eſt caſus *in l. Imperator.* † 2.
§. ſi centum. de legat. 2. in verſ. ſi pecunia accepta ro- 3.
*gatus ſit, rem propriam, quamuis maioris pretij, reſtituere, non eſt audiendus legatarius, legato percepto, ſi
velit computare*; ſicut etiam diſpoſitum eſt legare
rem hæredis. *l. vnum ex familia. §. ſi rem, & §. ſed
ſi vno. de legat. 2.* & illam legem intelligunt Doctores,
ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit, rem
illam legatam pertinere ad hæredem, Socin. iun.
*in conſilil. 1. numero 23. & in conſil. 88. numero 20.
volum. 4.* Couar. *in cap. filius, numero 3. de teſtamentis*,
Decian. *in conſil. 57. numero 9. vol. 1.* qui alios
referunt, & conferunt ad hunc caſum ſcripta per
Menoch. *in conſil. 1204. vol. 13.* quod eſt repetitum
in conſil. 1234. eod. volumine.

Declaratur iſte caſus, vt legatum à legatario
non valeat iure directo, ſed valeat in vim † fi- 4.
deicommiſſi. *l. ſi ab eo. ff. de vſufruct. legato*, vbi legatus
fuit vſusfructus, & grauatus legatarius alteri
dare, & ibi appellatur legatum, ſed ſumitur
pro fideicommiſſo. *l. ſi quis vſumfructum. ff. eod.
titulo*; & licèt ibi fideicommiſſarius vtatur iure legatarij,
tamen fideicommiſſum eſt, & quòd à legatario
non poſſit legari iure directo, † ſed ſo- 5.
lùm per fideicommiſſum, probat Cuman. *in d. l.
1. numero 3. de legat. 1.* & licèt ſint exæquata, *d. l.
1.* tamen dicta exæquatio debet parere hunc effectum,
vt valeat in vim fideicommiſſi, quia verba
directa obliquantur. *l. Scæuola. ff. ad Trebellian.* &
ita tenent etiam Aretin. & Ioan. Fab. *Inſtit. de ſingulis
rebus per fideicommiſſ. relictis in princip. & in d.
l. 1.* Ripa *numero* 22. Socin. iun. *numero* 94. Iacob.
de Nigris *col. 12. verſ. quarta differentia*, Bolognet.
numero 125. & ſequent. & eſt text. *l. ſi fuerit. de legat.
3.* vbi legatum à legatario fideicommiſſum appellatur.
Item conferunt *l. planè. §. 1. & l. quidam teſtamento.
§. final. de legat. 1. l. videamus. ff. ſi cui pluſquam
per legem falcid.* & hanc opinionem latiùs
probat Mattheacius *in epitomat. legatorum. lib. 2.
cap. 2.* & optima ratio eſt, quia legati dominium
tranſit recta via, *l. à Titio. ff. de furtis,
cum vulgaribus*, quod eſt ſpeciale in legato contra
regulam *l. traditionibus. C. de pact.* Sed ſpecialia

non ſunt multiplicanda. *l.* 1. *C. de dot. promiſſion.* er-
go nullo modo à legatario iure directo legari po-
teſt, & ita text. *l. ab eo. C. de fideicommiſſ. & l.* 1. *in fin.*
C. communia de legatis, in verſ. à legatario, vel alia
perſona, quam grauare poſſumus, per fideicommiſſum re-
linquatur.
6. Secundus caſus eſt, legatum † factum à filiofa-
milias eſt nullum, quia non poteſt teſtari. *l. qui in*
poteſtate. ff. de teſtament. l. 3. *in fin. C. qui teſtament.*
fac. poſſ. & Inſtit. de teſtament. in princip. & qui non
poteſt teſtari, non poteſt legata facere, *l.* 2. *ff. de*
legat. 1. nec poteſt hoc facere etiam de conſenſu
patris. *l. tam is. §. filiusfamilias. ff. de donation. cau-*
ſa mortis, licèt donationem cauſa mortis de patris
conſenſu facere poſſit, vt *in d. §. filiusfamilias*, &
reſpondit Socin. *in conſil.* 172. *in* 3. *dubio, volum.*
2. quòd tale legatum non valebit vt teſtamentum,
nec vt codicillus, & ſi eſſet factum patri, acce-
dente ipſius conſenſu, etiam ſi clauſula appoſita eſ-
ſet, quòd valeat in vim donationis cauſa mortis,
non valet.
Contrariam opinionem latiſſimè ſcripſi in hac
parte *quæſtion.* 1. *in articulo* 3. vbi quòd filiusfami-
7. lias, † qui habet bona, poteſt teſtamentum fa-
cere, & ita legatum eſt validum, ibi vide.
8. Tertius caſus eſt, legatum factum † ad alte-
rius voluntatem, non valet, quia captatoria vo-
luntas, etiam in legatis locum habet. *l. captatoria.*
ff. de legat. 1. Sed hoc intelligitur, quando teſtator
nominationem perſonæ remiſit ad arbitrium ter-
tij, vtputa lego fundum illi, quem ſecretò no-
minaui meo hæredi, ſecus ſi dixerit, lego Titio
9. quantitatem, † quam hæres meus arbitrabitur,
nam primo modo erit captatoria, & non valebit,
d. l. captatoria, niſi ad pias cauſas, *cap. cùm tibi, de*
teſtament. & l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fideicom-
miſſar. libert. Sed ſecundo modo non erit captato-
ria, vt probauit Zabarell. *in d. cap. cùm tibi col.* 2. *in*
fin. verſ. ſecundò quæro. ſed hærede non bene arbi-
trante, recurretur ad arbitrium boni viri, & hanc
opinionem ſequutum eſt Prætorium Neapolis, vt
per Afflict. *deciſ.* 371.
Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
ſimul committitur declaratio perſonæ, & rei, quia
10. tunc vitiatur legatum, † gloſſ. *in l. ſi merces, in prin-*
cip. ff. locati, gloſſ. *in l. ſi fuerit. ff. de reb. dubiis*, Bar-
tol. *in l. quidam relegatus col.* 1. *ff. de reb. dubiis*, per
text. *l. ſi ex pluribus. ff. eod. tit. & l. cùm ex pluribus. ff.*
de manumiſſ. teſtament. & propterea firmat Socin. *in*
d. l. quidam relegatus, quòd licèt incertitudo perſo-
11. narum non † vitiet legatum ad pias cauſas, *l. id*
quod pauperibus. C. de Epiſcop. & cleric. nec ſola in-
certitudo rerum. Anton. de Butr. *in cap. ex parte.*
de decimis; tamen quando eſt incertitudo rerum, &
perſonarum, vitiatur datum legatum, puta legan-
do pauperibus, & non exprimendo quantitatem,
& hanc ſequitur Ruin. *in conſil.* 19. *numero* 2. *vol.*
12. 2. qui malè allegatur à Theſauro † *in quæſt. foren-*
ſi 88. *part.* 3. aſſerendo, quòd per rationes Ruini
Senatus iudicauit contra Afflict. *in d. deciſ.* 371.
Quia imò Ruinus *in reſolutione d. ſui conſilij* 19. *vo-*
lum. 2. ſequitur opinionem Afflicti per *l. Theopom-*
pus. ff. de dote prælegata, & per doctrinam Angeli, &
Pauli de Caſtro, qui confirmant illius ſenten-
tiam.
13. Quartus caſus eſt, legatum non valet, † quoad
effectum, quando non apparet certa perſona, cui
præſtari debeat. Bartol. *in l. quidam relegatus num.*
1. *& ſequent. ff. de reb. dub.* Pariſ. *in conſil.* 82. *num.*
14. *volum.* 2. Ruin. *in conſil.* 177. *numero* 3. *volum.*
2. Menoch. *in conſil.* 848. *numero* 1. *volum.* 9. Nam
propter incertitudinem perſonæ vitiatur omnis
diſpoſitio, *l. ſi quis de pluribus. ff. de reb. dubiis*, vbi
ſi legatum † eſt factum ei, qui natu maximus eſt, 14.
& duo pares ætate ſint, neutri legatum debetur.
Item *l. ſi ex pluribus. ff. de manumiſſ. teſtament.* ſi liber-
tas vni ex ſeruis certi nominis legata fuerit, & duo
ſint eiuſdem nominis, neutri legatum debetur,
quoniam nomen ſingulare non poteſt verificari in
plurali, quando militat diuerſa ratio in plurali, quæ
eſt in ſingulari, & è conuerſo. Bald. *in l. iubemus. §.*
ſin autem, numer. 2. *C. ad Trebellian. & in l.* 1. *num.*
4. *C. de condit. inſertis*, & *ibi* Paul. de Caſtr. *numero*
2. Alexand. *in l. qui quartam. §. final. numer.* 3. *de le-*
gatis 1. Decius *in conſil.* 471. *numero* 8. *& ſequent.*
propterea ſi Titio legatus fuerit vſusfructus, &
eiuſdem nominis duo fuerint, neutri legatum præ-
ſtatur, *l. quoties. §. ſi verò duo. ff. de vſufruct.* Ad idem
l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tut. & l. qui ſoluendo,
in 1. *& l. ſequent. ff. de hæred. inſtit.*
Idem inter viuos, † nam recipiens emphyteu- 15.
ſim, pro ſe, & vno filio, ſi plures filios habeat, &
vnum ex eis nominabit, neutri debetur. Angel. *in*
conſil. 311. *in princip.* Ruin. *in conſil.* 36. *num.* 7. *vol.* 2.
Guido Pap. *deciſ.* 505. *& deciſ.* 521. & alij per Tiraq.
de iure primogenij. quæſt. 65.
Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quan-
do militat eadem † ratio in plurali, quæ eſt in 16.
ſingulari ex mente diſponentis, nam ſi fideicom-
miſſum factum fuerit præſtandum libertis meis,
quibus hæres meus dare voluerit, tunc omnes li-
berti ſunt cogitati à teſtatore, ideo ſi hæres non
nominauerit, omnes ex mente teſtatoris admit-
tuntur, *l. cùm quidam ita fideicommiſſum, in princip.*
de legat. 2. *l. cùm pater. §. hæreditatem filius, & §. ro-*
go ff. de legat. 2. *l. Labeo. §. final. ff. de ſtatuli-*
ber. ſecus eſt quando res vni tantùm præſtanda
eſt, tunc enim propter incertitudinem legatum
quoad effectum vitiatur.
Quintus caſus eſt, legata † ex teſtamento re- 17.
uocato non valent, *l. ſi nemo. ff. de teſtament. tutel.*
l. ſi nemo. ff. de regul. iur. §. ſed nec ea res. Inſtit. de le-
ge falcid. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. quia teſtator
in ſecundo teſtamento voluit reformare primum,
id eſt, reducendo primum ad formam ſecundi, *l.* 1.
§. & cum triplici. C. de caduc. tollend. l. vectigalia, &
ibi gloſſ. *ff. de publican. & vectigal.* Sed in ſecundo
teſtamento non legitur aliquod legatum; ergo
quod in primo legatum eſt, ipſo iure non debe-
tur. *l.* 3. *§. penultim.* & *ibi* gloſſ. *in ver. ſcriptus. ff.*
cui pluſquam per legem falcid. l. hæredes palam. §. ſi
quid poſt. in ver. omnia. ff. de teſtament. & *ibi* Bald.
in fine, & alia per Surd. *in conſil.* 169. *numero* 7. *vo-*
lum. 2.
Declaratur iſte caſus, quando primum teſta-
mentum eſt penitus reuocatum, ſed quando te-
ſtator declarauit, ſe nolle penitus reuocare,
ſed reformare † primum teſtamentum, tunc 18.
quicquid ſcriptum eſt in primo, ſi non expreſsè re-
uocatum per ſecundum, cenſetur in eo repertum.
Natta *in conſil.* 483. *& in conſil.* 484. *& in conſil.*
527. Roland. *in conſil.* 31. *volum.* 4. Cephal. *in*
conſil. 73. *volum.* 1. per text. *l. poſthumus. §. final. ff. de*
iniuſt. teſtam. vbi ſi teſtator diſpoſita in primo teſta-
mento confirmauit in ſecundo, licèt illa non poſſint
cenſeri relicta in primo, tamen ſuſtinentur tanquam
relicta † in codicillis. *l. ſi quis priore. ff. ad Trebellian. &* 19.
§. ſi quis priore. verſ. Imperatores. Inſtit. quib. mod. te-
ſtament. infirmentur, & ſicut codicilli cenſentur
repetiti in teſtamento, ita legata in primo teſta-
mento

mento reuocato in parte, & partibus, quod codicillorum validitatem habebit, cenſentur repetita in ſecundo teſtamento.

20. Item quia reformare † eſt partem tollere, *l. iuriſgentium. §. adeò. ff. de pact.* gloſſa *in c. ſtatutum in ver. reformandum. de reſcript. lib. 6.* Sed quidquid non reperitur ſublatum, remanet ſub ſuo robore. *l. alumnæ. §. final ff. de adimend. legat. l. tribunus. §. cum aliquis. ff. de milit. teſtament.* ergo teſtamento reformato in cæteris; legata non reformata in primo debentur, & ita fuit iudicatum, Surd. *deciſ.* 38. *& deciſ.* 127. eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Legatum. cap. quia in ſecundo.*

21. Sextus caſus eſt, legata † ex teſtamento nullo non debentur, & an debeantur in foro conſcientiæ, ſcripſi in hac parte, *quæſt.* 1. *art.* 8.

22. Septimus caſus eſt, prælegata † facta eidem hæredi vnico inſtituto, non valent. *l. legatum. §. hæredi. l. planè. §. ſi duobus. de legatis* 1. quia vnus, & idem hæres non poteſt eſſe debitor ſibimetipſi, cùm in vno ſubiecto non cadat actio, & paſſio. *l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeru. l. ſi debitoris. l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolution.*

Declaratur iſte caſus, nam quando idem prælegatarius ſolus factus eſt hæres, & eſt grauatus de reſtituendo, tunc eueniente caſu reſtitutionis, deducet d. prælegatum, vti præceptiones. *l. acceptis. ff. ad legem falcid. l. deducta. ff. ad Trebellian. l. in fideicommiſſi. §. cùm Pollidonius. ff. de vſufruct.*

23. Item quòd † hoc caſu prælegatum non veniat in reſtitutione, reſponderunt Bald. Fulgoſ. & Pariſius, quos Peregrin. refert *in tract. de fideicommiſſ. articul. 7. numero 11. 16. & ſequent.* Socin. iun. *in conſil. 8. numer. 26. & ſequent. volum. 2.* Honded. *in conſil. 62. numero 23. volum. 2.* Oddus *in conſil. 3. numer. 16.* Monteſperell. *in conſil.* 186. Boërius *in deciſion.* 280. *numer.* 7. & de hac re ſcribam latiùs infrà, cùm agam de repetitione fideicommiſſi. Pro nunc aduerto, quòd omnia iura re-
24. pugnant legatum † à ſeipſo fieri poſſe. *l. qui filiabus. §. final. & l. ſequent. & l. legatum. §. 1. l. planè. §. ſi duobus. de legat. 1. l. in fideicommiſſariam. §. final. ff. ad Trebellian.* Iaſ. *in d. §. ſi duobus, numero* 5. Dec. *in l. debitori, in princip. C. de pact.* Bald. *in l. vxor in 2. notab. C. de bonis author. iudic. poſſidend.* Neque poteſt fieri interpretatio voluntatis teſtatoris, quia deficit poteſtas, cùm iura prædicta repugnent.

25. Neque eſt facienda † interpretatio pro actus validitate, ex regula *l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. obligat.* quia illa regula procedit, quando actus factus non habet legis repugnantiam, & licèt gloſſ. *in l. ab omnibus. §. ſi Titio. de legat.* 1. velit, quòd legatum quantitatis à ſeipſo ſuſtinetur, quoad ius retentionis, tamen
26. hoc procedit, quando quantitas debita † erat vetuſtior legato, & pro ea competebat ius retentionis, antequam factum eſſet legatum; ſecus quando quantitas legata, & ius retentionis pro ea eſt coæquæuum cum ipſo legato, vt poſt Petrum, dicit Bartol. *in d. l. planè. §. ſi duobus. de legat.* 1. Bald. *in l. huiuſmodi. §. ſi Titio, poſt medium. ff. de legat.* 1. Caſtrenſ. & Iaſ. *in d. §. ſi duobus*, non enim poteſt retinere vt hæres, quia illa res eſt exempta ab hæreditate, nec poteſt retinere vt legatarius, quia legatum factum à ſeipſo eſt nullum. Sed quia ſimul
27. ſtare poſſunt, quòd d. prælegatum † à ſeipſo ſit nullum, & ex coniecturata mente teſtatoris conueniat in reſtitutione fideicommiſſi, ideo cum hoc fundamento ſolo, iſta declaratio, & Doctorum opinio pro ea allegata, ſuſtineri poſſet, cùm tacita voluntas teſtatoris etiam ex actu inualido † col- 28.
ligitur, *l. final. ff. de rebus eorum.* Bartol. *in l. gerit, numero 18. ff. de acquir. hæredit.* & quòd ex legato nulliter facto, colligatur voluntas teſtatoris, Socin. iun. *in conſil. 8. numero 31. volum. 2.* Natta *in conſil. 306. numer. 7.* ergo dictum prælegatum non veniet in reſtitutione fideicommiſſi, quia teſtator illud exemit ab obligatione reſtitutionis, quamuis actus per quem exemiſſe dicitur, nullus exiſteret.

Octauus caſus eſt, legatum † iuriſpatronatus 29.
non valet. *c. illud. de iurepatronatus*, niſi Epiſcopi conſenſus accedat, & ita firmant Ioan. Andr. Calderin. & Abbas *in c. cùm ſeculum. de iure patronat.* Rochus *in tractatu de iure patronat. in §. ipſe, vel is à quo, numero* 15. Lambertin. *in eod. tractatu. in 2. parte lib. 1, in 2. articulo primæ quæſtion. principal. & in 17. artic. d. primæ quæſtion. principal. numer.* 12. & ita fuit iudicatum à Parlamento Delphin. vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 6. tit. Iuſpatronatus. cap. Niſi conſenſus.* quoniam legatum eſt donatio. *§. 1. Inſtit. de legatis*, ſed ſine conſenſu Epiſcopi, iuſpatronatus alteri donari non poteſt, vt fuit deciſum in Rota Romana, vt *in Digeſt. Nouiſſim. d. tit. Iuſpatronatus, cap. Accedente.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, † ſi le- 30.
garetur Eccleſiæ. *d. cap. illud. de iure patronat.* & declarant præcitati Doctores. Idem ſi legaretur, vel donaretur vni ex compatronis, talis enim diſpoſitio valeret, etiam ſine conſenſu Epiſcopi, vt fuit deciſum in Rota Roman. vt *in d. titulo Iuſpatronatus. cap. compatrono*, vbi etiam declaratur, quòd filius patre viuente, ad hunc effectum non poteſt dici compatronus, quoniam Eccleſiæ intereſt, vnum tantùm patronum habere; ergo ſi donaretur, vel legaretur † filio alterius com- 31.
patroni, conſenſus ſuperioris accedere debet, quoniam viuente eius patre, pro extraneo habendus eſt.

Quamobrem ſi filio alterius compatroni bonorum donatio generaliter facta eſſet, in quibus bonis Eccleſia iuriſpatronatus † exiſteret, illa in 32.
dicta donatione non contineretur, quoniã Eccleſia iuriſpatronatus non eſt eiuſdem conditionis, & qualitatis, vt cum aliis iuribus ad bona donata pertinentibus contineri poſſet, & ita fuit iudicatum, vt *in d. titulo, Iuſpatronatus, cap. Angelus omnia bona.*

Item effectus † inualiditatis legati eſt, vt ipſa 33.
res penes hæredem remaneat. Bartol. *in l. hæredem. C. de his quib. vt indign.* Propterea ſi legetur collegio nondum approbato, vel filio primo non legitimato, legatum nihil valet, & quia pro non ſcripto habetur, ideo penes hæredem remanet. Quamobrem ſi contingeret Eccleſiam vacare, hæres præſentabit, non legatarius. Et licèt Rochus *in d. tract. iuriſpatronatus, in d. §. ipſe, vel is à quo, numer.* 16. *propè finem*, firmet, quòd hoc caſu legatarius † 34.
debeat præſentare ſub ſpe approbationis Epiſcopi, tamen nunquam d. eius opinio mihi placuit, & aliquando conſului contrarium, & obtinui, quoniam dictum legatum pro non ſcripto habetur, & penes hæredem remanet, ideo Epiſcopus non poteſt præſtare conſenſum in præiudicium hæredis. Item quia d. cõſenſus † Epiſcopi dicitur authoritas. 35.
d. c. illud. de iurepatr. in verſ. laicus ſine authoritate Epiſcopi. Sed authoritas requiritur vel ante tráſlationẽ

iuris patronatus; vel in ipſamet tranſlatione, tanquam principalis cauſa, nec ſufficit, quòd ex poſtfacto illius conſenſus accedat, qui authoritatem præſtare debet, vt dicit Innoc. *in cap. cum conſuetudine*, per text. *in §. tutor. Inſtit. de authorit. tutorum*, & hanc opinionem tenet Lambertin. *in d. articulo* 17.

36. Nonus caſus eſt, legatum factum † concubinæ à milite, nullatenus valet. *l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. teſtam. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. l. mulierem. ff. de his, quib. vt indign.* vbi mulier, quæ ſtupro cognita in contubernio militis fuit, non admittitur ad eius teſtamentum, quaſi velit Iuriſconſultus, non ſufficere mulierem in contubernio militis fuiſſe, niſi etiam ſtupro cognita fuerit, & hoc etiã dixit text. *d. §. mulier*, de turpi ſuſpicione; quaſi ſuſpicio ſit, militem, qui ſtupro cognouerit mulierem, turpi cupiditate captum, ei legaſſe, nec ob aliam honeſtam cauſam. Et licèt Anton. de Butr. *in conſil. 14. in fine*, dicat, à milite præſumi lega-
37. tum, † & donatum vt honeſtè viuat, & ita non præſumi donatum ex turpi cauſa; tamen contrarium tenet Crauer. *in conſil. 229.* quòd imò ex turpi cauſa donatum, vel legatum præſumitur, & hoc probat text. *d. l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. teſtament. in verſ. turpis ſuſpicio.* & propterea militem neque poſſe donare concubinæ, reſpondit Bald. *in conſil. 248. in princip. volum. 1. & in conſil. 262. in princip. vol. 1.*

38. Idem dicendum eſt in clerico, † qui eſt miles cœleſtis militiæ, Bartol. *in d. l. miles ita. §. mulier, & in d. l. mulierem, & in l. affectionis. ff. de donation. & in l. miles, in princip.* & *ibi* cæteri ſcribentes. *ff. de re iudic.* Angel. *in conſil. 171.* Ancharan. *in conſil. 147.* Ioan. Andr. *in cap. de his. col. final. de ſepultur.* Abbas *in cap. 1. in 3. notab. de clerico ægrotante.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in pri-
39. uato, † qui poteſt ſuæ amaſiæ, ſiue concubinæ legatum facere. *l. item legato. §. parui. de legat. 3.* gloſſ. Bartol. Bald. & cæteri *in d. l. miles ita. §. mulier. de teſtament. milit.* Iaſ. *in conſil. 37. volum. 3.*

Sed hoc intelligitur, dummodo concubina, cui
40. ſit legatum, eſſet talis, † quæ potuiſſet eſſe vxor, ſecus eſt ſi d. concubina fuiſſet vxor alterius, Capra *in conſil. 125.* vel alio modo concubinatus eſſet prohibitus, & punibilis, Bald. *in conſil. 267. in princip. volum. 1.* vbi quòd hoc eſt etiam verum, ſi dicta mulier in concubinatu retenta, eſſet vim paſſa, & ita dicitur, ſi potuit terreri, & compelli. Item non poteſt legari concubinæ, quando coitus eſt punibilis, Caccialupus *in l. ſi qua illuſtris, num. 15. C. ad ſenatuſconſult. Orfician.* Boſſius *in tit. de coitu damnato, num. 31.*

Secundò declaratur reſpectu clerici, vt in tan-
41. tum ſit nullum legatum à clerico † factum, in quantum verè probetur habuiſſe copulam carnalem cum illa muliere, per illos modos, per quos carnalis copula probari poſſit, de quibus per gloſſ. & Bart. *in l. capite quinto. ff. de adulter.* & per ea quæ ſcribuntur à Doctorib. *in c. præterea. de teſtib. in cap. literis, & cap. tertio loco, de præſumpt.* & per gloſſ. Bartol. Angel. & alios *in l. 1. ff. de extraordinar. crimin.* & per Doctores allegatos per Maſcard. *in concluſ.* . Sed dicta ſuſpicio coitus ceſſare debet, quando clericus eſſet ſenex, & in ætate in
42. qua non poſſet cadere ſuſpicio † incontinentiæ, vt dicit text. *in cap. cùm ſit, & cap. ad Apoſtolicam. de conuerſ. coniugatorum.* Item ſi legatum eſſet factum propter ſeruitia exhibita, præſertim ſi legatum eſſet moderatum, habito reſpectu ad ſeruitia, Ancharan. *in d. conſil. 247.* Aſflict. *in deciſion. 202.* vbi quòd ita fuit iudicatum, & Addentes ſuper dicta deciſione cæteros allegant.

Decimus caſus eſt, legatum factum † filio ſpu- 43.
rio non valet, & pro non ſcripto habetur. *§. final.* & *ibi* gloſſ. & Doctor. *in authent. quib. mod. nati eff. ſui. authent. ex complexu. C. de inceſtis nuptiis. authent. licet, in fine. C. de naturalib. liberis.* Sed de æquitate canonica, & naturali reſtringitur validitas ad alimenta. *c. cùm haberet. de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adulter.* & de hoc ſcripſi ſuprà in hac quæſtione, *articulo* 7. Ideo dotis quantitas filiæ ſpuriæ dandæ reſtringitur ad alimenta. Bartolus *in d. authent. ex complexu*, & plenè de hoc ſcribit Roland. *in conſil. 85. volum. 4. & ibi numer. 12.* poſt Bartol. Bald. & alios, quos allegat, quòd presbyter poteſt dotare filiam ſuam ſpu-
riam † in qualibet quantitate, & cùm dicta dos 44.
dicatur peruenire ad maritum ex titulo oneroſo, conſanguinei dotantis, qui illi ſuccedunt, non poſſunt aliquid ab eo reuocare conſtante matrimonio, ſed marito mortuo, & poſtquam dicta dos magna ad dictam ſpuriam reuerſa fuerit, bene poſſunt reuocare, & ideo aliquando iudicaui, quòd donatio facta † per clericum filio ſuo ſpu-
rio nullatenus valeret, quoniam clericus eſt per- 45.
ſona magna, & grauis, vt probat Anton. de Butr. *in cap. at ſi clerici, numer. 5. de iudiciis*, ſunt enim res ſpirituales, ex quo totum corpus, & animam aſcripſerunt pro ſeruitio Chriſti, Innoc. & Ioan. Andr. *in cap. 2. de maior. & obedient.* & latiùs per Ioan. Anton. de Nigr. *in repetit. extrauagantis vnica, de vita, & honeſt. clericorum, numero 564.* ideo intrat diſpoſitio text. *l. 1. C. de naturalib. liber.* vbi perſonis in aliqua dignitate conſtitutis non eſt licitum donare filiis, quos ex aliqua viliſſima concubina ſuſceperunt, & dicta donatio auferitur ab eis, tanquam ab indignis, & quòd *d. l. 1. C. de natural. liber.* habeat locum in donatione facta cuilibet ſpurio, probat *ibi* Bartolus *numero 3.* poſt Azonem, quem allegat, idem Bartol. *in conſil. 119. numero 1. in fin. parte 1.*

Item quòd filij clerici † nati ex concubina, do- 46.
mi retenta, ſint ſpurij, patet ex regula *l. vulgo quæſiti. ff. de ſtatu hominum*, quia patrem, propter dedecus oſtendere non poſſunt, & latiùs probat Ludouic. de Sard. *in tract. de naturalib. liber. tit. de legitimatione per ſubſequens matrimonium. numero 17.*

Item dicebam, quòd cùm dicta donatio facta ſpurio non valeat, neque etiam valebat dona-
tio † ſecunda facta Eccleſiæ, quæ erat ſubſtitu- 47.
ta dicto ſpurio primo donatario, quia quicquid oritur à radice infecta, eſt pariter infectum. *l. final. in fin. C. de ſecund. nupt.* Anchoran. *in conſil. 339. num. 6.* Dec. *in conſil. 85. col. final.* Socin. iun. *in conſil. 2. numer. 23. volum. 3.* Capra *in conſil. 5. numero 24.* Crauer. *in conſil. 314. col. 4. verſ. ſecundò reſpondeo.*

Et quando inſtitutio † eſt nulla, redditur etiam 48.
nulla ſubſtitutio ab ea dependens. *l. cùm teſtamento. §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater. §. 1.* & *ibi* Iaſ. *in 2. not. ff. de vulgari, & pupill. ſubſtit.* Alexand. *in conſil. 1. n. 12. verſ. modò conſtat. vol. 1.* Ancharan. *in conſil. 132. numero 2.* Dec. *in conſil. 384. col. 2.* Ruin. *in conſil. 125. numero 6. & conſil. 153. numer. 1. & conſil. 180. numero 7. vol. 2.* Pariſ. *in conſil. 44. col. 1.*

& con

& conſil.86.num.5.vol.1. & de hac re ſcripſi latiùs *in*
voto 161.inter deciſiones Piſanas.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in Prin-
49. cipe † ſupremo, non recognoſcente ſuperiorem,
qui in ſuo ſtatu habet iura imperij, & vti poteſt
plenitudine poteſtatis, nam cùm ſit ſupra iura, nec
ligatur legibus poſitiuis, faciendo actum contra-
rium, cenſetur legibus contrariis derogare, quando
ex certa ſcientia hoc facit, vt probat Socin. iun
in conſil. 60. *volum.* 4. Sicut poteſt donare concu-
binæ ſuæ, quia cenſetur diſpenſare legibus contra-
riis, Bald. *in conſil.* 248. *per totum volum.* 1. Nec ob-
50. ſtat, quòd Princeps † non poteſt facere ſtatutum,
vt filij ſpurij valeant ſuccedere, confirmant Bartol.
Bald. & Paul. de Caſtr. *in l.3.C. de teſtam.* Idem Ca-
ſtrenſ. *in conſil.*467. *volum.* 2. & inter alias rationes
Bartol. adducit, eſſe contra ius diuinum, quo caue-
tur, non erit filius ancillæ cum filio liberæ, *Geneſis c.*
21. & habetur *in cap. non omnis.* 32.*quæſt.*2. & Baldus
dicit, quòd ſpurius non poſſit hæres inſtitui, eſt pro-
pter turpitudinem teſtantis; ſed actus propter tur-
51. pitudinem agentis † reprobatus, nulla ratione
permitti poteſt, *Authent. vt nulli iudicum, in prin-
cip.* Sed iſtorum opinio ab omnibus communi-
ter intelligitur de filiis ſpuriis non adhuc natis, pro
quibus non poteſt fieri ſtatutum, ne detur occaſio
peccandi, ſed ſi eſſent nati, vel concepti, poſſet
per legem induci, vt ipſi ſuccederent, Gomez ad
leges Tauri *numer.* 16. per quam legem admittun-
tur ſpurij ad ſuccedendum, Ioan. Andr. ad Spe-
cul. *in titul. de ſucceſſionib. ab inteſtat.* §. *final. verſ.*
52. *ſed ex facto*, vbi quòd Princeps poteſt facere, †
vt tales ſuccedant ſuis patribus, ſicut diſpoſuit,
quòd ſuccedant matribus, potiſſimum cùm ge-
neratione, & natura ſint filij, & conſanguinei,
licèt ad comprimendos illegitimos coitus fuiſ-
ſent excluſi. §. *oportet. in Authent. quib. mod. nati
effic. ſui*; ergo ſi ſpurij reducuntur ad primor-
dium naturæ, ceſſat cauſa querelandi, *l.* 1. *C. de
imponend. lucrat. deſcript. lib.* 10. Præpoſit. *in cap.
per venerabilem. qui fil. ſint legitimi, & in cap.
conſtitutiones. diſtinct.* 10. vbi concludit, quòd ne-
dum poſſit hoc ſtatui per legem imperialem, ſed
etiam per ſtatutum, nam ex quo per legem ciuilem
poſſunt matribus ſuccedere, reſpectu cuius mili-
tat etiam ratio delicti vitandi, ita etiam lex ſit ad-
mittenda, ſi per eam ſtatuatur, quòd ſuccedat
patri. Item quia d. diſpoſitio reſpicit fauorem
filiorum, qui non peccauerunt. Baldus *in l.* 1. *nu-
mer.* 3. *C. de iure aur. annul.* & *ibi* Salyc. Idem Bald.
in cap. canonum ſtatuta, numer. 22. *de conſtitution.*
Neque datur occaſio peccandi, nam, vt dicit
Bald. *ibi*, hoc procederet, vbi lex diſponeret dire-
53. ctè ad peccatum, ſecus ſi à remotis, quia cauſa †
remota non ordinatur directè ad effectum, & ideo
non habetur in conſideratione. *l. qui habebat, in fin.
ff. locati. l. Neratius. ff. de ſeruo corrupt. c. de occi-
dendis.* 25. *quæſt.* 5. *cap. exhibita. de homicid.* Item
54. confert ad hoc, quòd Princeps † poteſt legitima-
re filium ſuum ſpurium, vt ſibi ſuccedat, vt fir-
marunt Alexand. *in conſil. penultim. in primo dubio
volum.* 5. qui loquitur de Comite ex priuilegio,
vt poſſit legitimare filium vt ſibi ſuccedat, Præpo-
ſit. *in d. cap. per venerabilem*, §. *quòd autem, numer.*
121. & Abb. *numer.* 44. *qui fil. ſint legitim.* qui di-
cunt non debere de hoc dubitari in Principe non
recognoſcente ſuperiorem. Ioan. Andr. *numer.* 33.
Ludouic. de Sardis *in tractatu de natural. liber. in ti-
tul. de legitimatione per reſcriptum, numer.* 6. qui
reſpondet rationi Antonij de Roſellis, Iaſ. *in l.*
Gallus. §. *& quid ſi tantùm numer.* 111. *ff. de liber.
& poſthum. & in l. qui iuriſdictioni præeſt, numer.* 9.
& in l. receptum, numer. 8. *ff. de iuriſdiction. omn.
iudic.* Ioan. de Anania *in conſil.* 29. Ancharan.
in conſil. 320. *in fin.* Couarru. *de ſponſalib. part.* 2.
cap. 8. §. 8. *numer.* 20. Ioann. Royas *in epi-
tomat. ſucceſſ. cap.* 23. *numer.* 79. *& ſeq.* ex qui-
bus probat hanc opinionem eſſe verè commu-
nem, non autem contrariam, pro vt Dec. & Nat-
ta aſſerebant, & pro hac eſt caſus *in cap. per venera-
bilem.* §. *inſuper. qui fil. ſint legit.*

Vndecimus caſus eſt, legatum † factum cum 55.
falſa cauſa expreſſa, nullatenus valet. *l. ſi ſic.* §.
quod ſi addiderit. ff. de legat. 1. & *ibi* Bartol. *l.* 1.
& toto titulo C. de falſa cauſ. adiect. Gabriel *in con-
ſil.* 132. *numer.* 10. *volum.* 1. *& in conſil.* 105. *numer.*
1. *volum.* 2. etiam ſi cauſa appoſita eſſet conditio-
naliter, vel per modum. *l. demonſtratio falſa.* §.
quod autem. ff. de condit. & demonſtrat. & *ibi* Bartol.
numer. 13. *verſ. breuiter.* §. *longè. Inſtitut. de legatis.*
Ioan. Fab. *in* §. *huic proxima, numer. verſ. niſi ſit con-
ditionaliter. Inſtit. eod. titul.* Item quia falſa cauſa
vitiat omnem † diſpoſitionem. *l. final. ff. de teſta- 56.
ment.* vbi vitiat teſtamentum. Item vitiat iura-
mentum. Pariſ. *in conſil.* 96. *numer.* 24. *volum.* 1.
Item vitiat priuilegium, gloſſ. *in cap. quocirca. de
conſanguinit. & affini.* Dec. *in conſ.* 373. *n.*13. Item vi-
tiat vnionem Eccleſiarum. Crauett. *in conſil.* 248.
num. 12. Item vitiat diſpenſationem. Dec. *conſil.*
602. *numer.* 16. *& conſil.* 603. *numer.* 9. Item vitiat
reſcriptum. Pariſ. *in conſil.* 51. *numer.* 27. *volum.* 4.
Item vitiat decretum iudicis. Pariſ. *in conſil.* 89.
numer. 59. *volum.* 1. Item vitiat laudum ab arbi-
tris promulgatum. Pariſ. *in conſil.* 24. *numer.* 146.
volum. 2. Dec. *in conſil.* 475. *numer.* 14. *& ſeq.*
Idem in contractibus, nam vitiat diuiſionem.
Bald. *in conſil.* 380. *volum.* Paul de Caſtr. *in conſil.*
123. *numer.* 5. *volum.* 2. Alexand. *in conſil.* 183. *num.*
1. *volum.* 1. Item vitiat tranſactionem. Barbat. *in
conſil.* 16. *colum. final. volum.* 3. Item vitiat in ſolu-
tum dationem. Pariſ. *in conſil.* 81. *numer.* 24. *vol.* 2.
Quamobrem ſi erratum eſt in falſa cauſa cohæ-
rente ipſi legato, ipſum vitiatur. Bartol. *in d. l. de-
monſtratio falſa.* §. *quòd autem. ff. de condit. & demon-
ſtration.* Nam cauſa, quæ exprimitur, ſi vera eſ-
ſet, arctaret teſtatorem, & quando cauſa quæ ex-
primitur, aſtringit teſtatorem, tunc cenſetur co-
hærere † legato, vt declarat Bartol. *in d.* § *quod* 57.
autem, vt ſi pater relinquat filio naturali, tan-
quam legitimo, & naturali, vitiatur legatum, quia
continet falſam cauſam ipſi cohærentem. *l. neque
profeſſio. C. de teſtament. l. ſi pater. ff. de hæred. inſti-
tuend.* & licèt iſta iura loquantur, quando fuit
erratum in filiatione, vtpute quia fuit legatum Ti-
rio tanquam filio, qui non erat filius, tamen idem
eſt, quando erratum eſt † in qualitate filia- 58.
tionis, quia legatum fuit tanquam filio legiti-
mo, & naturali, qui erat naturalis tantùm, nam
qualitas filiationis inducit diuerſitatem in ſub-
ſtantia, & propterea legatum non valet, & la-
tiùs hoc idem probat Ruin. *in conſil.* 63. *volum.*
2. Item ſi teſtator legauit centum Titio, quæ ſi-
bi debebat, † legatum non valet, ſi nihil debebat, 59.
quia cùm legauerit quantitatem, tanquam de-
bitori, voluit legare liberationem, ſed cùm non
inueniatur debitor, liberatio ſequi non poteſt,
& ita deficit ſubſtantia rei legatæ, & falſa demon-
ſtratio vitiatur, per quam ſubſtantia legati pe-
rit, *l. ſi ſic. de legat.* 1. & per iſtam regulam ſi
teſtator legauit centum Titio, quæ ſibi debet

Sempronius, ſi iſte non eſt debitor, deficit ſubſtan-
tia legati, & perit legatum, Paul de Caſtr. Alexand.
& Iaſ. *in d. l. ſi ſic.* Surd. *in conſil.* 55. *numer.* 20.
volum. 1. quia videtur legare nomen debitoris,
& hæres ſolùm tenetur ad actiones cedendas. *l.
non quodcumque. §. qui Caium. de legatis* 1. *& d. l. ſi
ſic. §. 1. in fin.* & cùm hæres non habeat, quid ce-
dat, legatum non debetur. gloſſ. *in l. legatum. ff.
de liberat. legat.* Bartol. *in d. l. ſi ſic.* §. 1. qui di-
cit, ea verba non importare propriam conditio-
nem, ſed demonſtrationem, propter cuius defe-
ctum vitiatur legatum, & propterea à Iuriſconſul-
to appellatur conditio, propterea ſi Sempronius
60. erat † debitor ſolùm in quinquaginta, in illis lega-
tum valebit, *l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. de
legatis* 1. Item ſi teſtator legauit creditum, quod
putabat habere, ſed non habet, illud non debe-
tur, gloſſ. *in l. Lucius §. Sempronia, in verſ. fidei-
commiſſum. de legat.* 3. gloſſ. magna poſt medium
*in l. 1. §. adeò. ff. de dote prælegat. in l. Lucius. §. quiſ-
quis in* 2. *in verſ. ex fideicommiſſo. de legat.* 2. Socin.
in l. quibus §. dominus numer. 7. *ff. de condit. & de-
monſtrat.* Coſta *in l. final. ff. de liberat. legat.* Secus ſi
teſtator tempore teſtamenti ſciat nullum habe-
re creditum, tunc enim legatum debetur: ſicut
legans rem alienam, ſi ſciat eſſe talem, legatum
debetur, ſed ſi ignoret, non valet, *l. cùm alienam. C.
de legat.* de qua re ſcripſi *in articul. de legato rei
alienæ.*

Declaratur iſte caſus, quando ipſa cauſa fal-
61. ſa † cohæret legato, quia tunc præſumitur fi-
nalis, vt declarant Salyc. & Cuman. *in l. 1. C. de
falſa cauſ. legato adiect.* Item dicit Bartol. *in d. l. de-
monſtratio falſa. §. quod autem. ff. de condit. & demon-
ſtration.* quòd ſemper cauſa dicitur cohærere lega-
to, quando infert de neceſſitate ad id quod legat
ſtante veritate cauſæ expreſſæ in legato. Idem
Bartol. Angel. Salyc. Fulgoſ. & Paul de Caſtr.
in d. l. 1. *C. de falſa cauſ. adiecta.* Sed vbi cauſa
62. non cohæret legato, quia non arctat † de ne-
ceſſitate in id quod legatur, tunc cauſa finalis
legati præſumitur liberalitas, cùm legatum ſit
donatio quædam, *l. legatum. ff. de legat.* 2. Ideo
illa cauſa expreſſa, cenſetur impulſiua, Bartol.
63. *in d. §. quod autem.* Item cauſa † remota, eſt po-
tius occaſio, quàm cauſa. Bartol. *in l. vxori. ff.
de auro, & argent. legat. l. final. §. ſed cùm in* 2. *C.
de furt.* Item occaſio non eſt verè, & propriè
cauſa. *cap. ſolitæ. de maior. & obed.* & *ibi* Hoſtienſ.
& Ioan. Andr. & Geminian. *in cap. ſtatutum. §.
inſuper, de reſcript. lib.* 6. Abbas *in cap.* 2. *de con-
64. ſtitut.* Item quia demonſtratio † falſa, non vi-
tiat diſpoſitionem. *l. demonſtratio. ff. de condit. & de-
monſtration.* & dant exemplum, quando diſpoſi-
tio cum adiectione loci, vnde legatum ſoluendum
eſt, eſſet in diuerſa oratione, & conceptione ver-
borum, tunc locus cenſetur additus cauſa demon-
ſtrationis, & ſi eſſet falſa, non vitiaret diſpoſi-
tionem, ſecus ſi in vna oratione locus eſt appo-
65. ſitus, † quia tunc cenſetur appoſitus gratia ta-
xationis, ita vt ſi ex illo fundo legatum præſtari
non poſſit, nullatenus debeatur, *l. quidam in te-
ſtamento, de legat.* 1. *l. Paulo Callimacho. de legat.* 3.
*l. Lucius. ff. de aliment. & cibar. legat. l. in conditioni-
bus. §. 1. ff. de condit. & demonſtration. l. ſi non deſi-
gnata. C. de falſa cauſ. adiect. l. ex eo. ff. de annuis le-
gat. l. vniuerſalem. ff. quando dies leg. ced. l. inter ſti-
pulantem. §. ſacra. ff. de verb. obligat. l. ſi ſtipulatus
fuero. ff. eod. titul. l. ſi quis cum fundum. ff. de action.
empti. l. in annum, in fin. l. annua. §. Titio, in fin.
& l. pen. ff. de annuis legat. l. legati,* & *ibi* gloſſ. *ff. de
liberat. legat.* & Doctores ſuper prædictis legibus
ita declarant, & hanc ſequuntur opinionem. Item
Cyn. Bald. & Salyc *in l. ſi quis argentum. §. 1.
verſ. iuxtà quæro. C. de donation.* Bartol. *in l. Lu-
cius. §. ciuibus. de legat.* 2. Felin. *in cap. ſuper literis
num.* 4. *de reſcript.* Dec. *in conſ.* 183. *& conſil.* 324. *&
conſ.* 437. Loffred. *in conſ.* 46. *num.* 5. Lanar. *in conſil.*
54 *num.* 8. Ego credo Doctores præfatos hanc con-
cluſionẽ de vnica, vel duplici oratione intellexiſ-
ſe, quando poſt perfectam legati † diſpoſitio- 66.
nem, locus additus eſt vnde præſtandus eſt, vel
perſona à qua ſolui debeat, tunc omne ſuperad-
ditum cenſetur, vt quia d. legatum ſtare non poſ-
ſet, niſi locus, vel perſona ſuperadditi fuerint,
tunc enim cenſentur ineſſe ipſi diſpoſitioni legati,
& propter eius falſitatem legatum vitiaretur, vt
ſcripſi in articulo præcedenti.

Secundum caput huius articuli pertinet ad lega-
torum amiſſionem, nam legatarij † poſt lon- 67.
giſſimum tempus, legata petere non poſſunt,
quoniam triginta, vel quadraginta annis præ-
ſcriptio etiam aduersùs ignorantes currit, & om-
nis actio extincta eſt, *l. ſicut. l. omnes. C. de præ-
ſcript.* 30. *vel* 40. *ann. l. cùm notiſſimi. C. eod. tit.
l.* 3. *C. de conſtit. pecun. in verſ. in qua omnes perſonales
actiones poſitæ ſunt,* id eſt, in annorum metis triginta,
l. 1. §. ad hoc. C. de annali exception. Dec. *in conſil.* 222.
in fine, & in conſil. 266. *col. final. verſ. vltimò non eſt omit-
tendum, & in conſil.* 272. *num.* 8. Item quòd actio † ex 68.
teſtamento, tanto tempore præſcribatur, gl. *in l. nemo
poteſt, in princip. de legat.* 1. Idem in legato, prout
eſt caſus *in §. pro temporalibus, Authentic. de Eccle-
ſiaſtic. titul.* Bald. *in conſil.* 484. *numer.* 3. *volum.*
4. *& in conſil.* 137. *in fin. volum.* 5. Balbus *in tra-
ctatu de præſcriptionib. in quarta parte quartæ partis
princip. quæſtion.* 1. Neque obſtat, quòd poteſtas
petendi legatum ſit facultas, non autem ius, Bar-
tol. *in l. vnic. numer.* 4. *ff. de condict. ex lege,* & ea
quæ ſunt facultatis † non præſcribuntur ali- 69.
quo tempore, propter quam rationem Cordu-
ba *in repetitione l. ſi quis à liberis. §. final. num.* 58.
& ſeq. ff. de liber. agnoſcend. dicebat, quòd contra
legatarium non petentem legatum non præſcribi-
tur, quia regula deſumpta ex *l.* 2. *ff. de via publica,*
procedit in illis, quæ ſunt facultatis publicæ, ſecus
eſt in illis quæ ſunt facultatis priuatæ, vt petere le-
gatum, & acquirere nouum ius, quia hoc eſt in iu-
dicium deducibile, cùm poſſit pulſare hæredem; er-
go hoc ius eſt præſcriptibile, Menoch. *in conſil.* 201.
num. 61. *& plur. ſeq. vol.* 3.

Declaratur iſte caſus, vt procedat in legato
quantitatis, ſecus in legato annuo, † quia tunc 70.
tempus triginta annorum, non extingueret to-
tum legatum, ſed ſolùm pro primo anno, quo-
niam tot debent eſſe præſcriptiones, quot ſunt
anni, Ruin. *in conſil.* 34. *numer.* 5. *volum.* 2. Ce-
phal. *in conſil.* 98. *numer.* 43. *volum.* 1. Balbus
*in d. tractat. de præſcription. in d. quarta parte quar-
tæ principalis quæſtion.* 1. omnes allegant Bartol.
in l. final. ff. de annuis legatis. Sed Bartol. ſi be-
nè legatur non dicit hoc.

Item ius ipſum † annuæ præſtationis præſcri- 71.
bitur quadraginta annis, & ſic vnica præſcriptio-
ne ius percipiendi eſt præſcriptum. *cap. de quar-
ta. de præſcription.* Abb. *in cap. auditis, in fin. eo-
dem titul.* & eſt communis opinio, Boër. *deciſ.*
336. *numer.* 3. Corn. *in conſil.* 22. *colum.* 5. *vol.* 3.

&

& in conſil. 181. verſ. nec etiam obſtat volum. 2. Bartol. in conſil. 19. numer. 6. part. 1. Paul. de Caſtr. in conſil. 113. in princip. volum. 1. & in conſil. 213. numer. 1. & ſeq. volum. 2. cum aliis per Crauett. in conſil. 53. numer. 8. & ſeq. Natta in conſil. 406. numer. 12. Barbatia in conſil. 9. colum. 1. & ſeq. volum. 3. Gigas in tractatu de penſionib. quæſtion. 83. numer. 7. verſ. ſecunda erit concluſio, Addentes ad Capellam Tholoſanam ſuper deciſion. 342. alios cumulant. Follerius in praxi de cenſibus, titulo huiuſmodi cenſualia numer. 92. verſ. an autem, & licèt prima opinio recepta ſit frequentiſſimè apud Vltramontanos, vt in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titulo Præſcriptio. cap. An, & qualiter. Tamen apud nos Italos ſemper ſecunda opinio obtinuit, videlicet, quòd vnica præſcriptio ſufficiat, vt in d. titulo Præſcriptio, cap. quorum opinio. Item quia iſtud ius petendi annuum legatum, hoc tempore præſcribitur, vt etiam fuit deciſum d. titulo Præſcriptio, cap. Ad præſcribendas actiones.

Secundò declaratur, vt concluſio procedat,
72. etiamſi non appareat de acceptatione † legati, tunc enim hæres, contra quem actio pro legato conſequendo dirigi deberet, non poteſt dici in mala fide, quoniam veriſimiliter credere poteſt, quod non velit acceptare legatum, doctrina eſt Ancharani in cap. ſine poſſeſſione. colum. 18. verſ. item intelligo, de regul. iur. lib. 6. quam opinionem eſſe veriſſimam, & communem probat Socin. in conſil. 63. colum. 3. verſ. præterea volum. 1. Balbus in tract. de præſcriptionib. in 2. parte tertiæ partis principal. quæſtion. 13. colum. final. verſ. tertia limitatio, quam concluſionem latiſſimè exornant Beccius in conſil. 48. à numer. 4. ad finem, Surd. in deciſ. 25. colum. 1. & ſeq. Gratian. 4. num. 15. & plur. ſeq. & in diſceptat. forenſ. cap. 118. numer. 19. & plur. ſeq.

73. Tertiò declaratur, vt legatarius † contra quem eſt præſcriptum poſſit aduersùs præſcriptionem, etiam triginta, vel quadraginta annorum, petere reſtitutionem in integrum, vt pleniſſimè probat Beccius in conſil. 50. per totum, & Corn. in conſil. 244. volum. 4. qui alios referunt. Quod eſt verius, quando præceſſit culpa hæredis in occultando teſtamentum, vel non mouendo legatarium de legato, quoniam tunc eſt in mala fide, & propter peccatum præſcribere non poteſt, ideo faciliùs permittitur reſtitutio.

ARTICVLVS XII.

Communia de legatis.

SVMMARIA.

1. Legata ſunt acceſſoria teſtamentorum, & numer. 3.
2. .. non ſunt pars integralis teſtamenti.
4. .. conſeruantur, quando teſtamentum corruit in parte.
5. Teſtamentum aliquando declaratur nullum, ſolum ad obtinendam legitimam.
6. Legata non corruunt, quando teſtamentum annullatur in parte.
7. Inteſtatus pro parte quis poteſt decedere, per ſententiam.
8. Legata quando ſint pars integralis teſtamenti in ſpecie.
9. Teſtamentum eſt indiuiduum.
10. L. ſi quis cum teſtamentum. ff. de teſtam. non applicatur ad legata.
11. Legata quando cenſentur repetita à venientibus ab inteſtato.
12. Teſtamentum ſine legatis, quando ex deſtinatione non valeat.
13. Teſtamentum in fieri non dicitur propriè teſtamentum.
14. .. dicitur voluntas imperfecta.
15. Legata debentur à venientibus ab inteſtato propter clauſulam codicillarem.
16. .. ſecus ſi teſtamentum annullatur odio inſtituti.
17. Legata, & fideicommiſſa, qua ratione conſeruentur per Auth. ex cauſa.
18. Extenſio diſpoſitionis aliquando fit in correctoriis.
19. Clauſula codicillaris eſt fauorabilior, quàm Auth. ex cauſa.
20. Legata debentur propter clauſ. codicill. rupto teſtamento fratris.
21. Verbum lego, non importat hæredis inſtitutionem.
22. Verbum commune adiectum certæ rei non trahitur ad hæredis inſtitutionem.
23. Verbum lego, & verbum relinquo, nihil differunt.
24. Legatum aliquando importat hæredis inſtitutionem.
25. .. præſertim ſi eſt factum de vniuerſitate bonorum.
26. .. in contrarium eſſe communem opinionem.
27. §. aliud quoque capitulum. Auth. vt cum de appellat. cognoſc. declaratur.
28. Relictum pro legitima non dicitur titulo inſtitutionis, aliquando ſecus. ibidem numer. 30.
29. In legitima, quæ imputentur.
31. Legatarius capit de manu hæredis.
32. Hæres in re certa poteſt propria authoritate capere.
33. Forma non poteſt adimpleri per æquipollens.
34. Inſtitutio filiorum eſt inducta pro forma.
35. Inſtitutio filij expreſſa requiritur in formula Galli.
36. .. & non ſufficit filium eſſe honoratum per fideicommiſſum.
37. Legatum omnium bonorum, nullo alio hærede facto, non importat inſtitutionem.
38. Legatum omnium bonorum importat fideicommiſſum.
39. .. qui teneant importare hæredis inſtitutionem.
40. c. Raynaldus. de teſtam. declaratur.
41. Verbum lego adiectum vniuerſitati bonorum, an, & quando importet hæredis inſtitutionem.
42. Legatarius quotæ hæreditatis an ſit in totum hæres, & num. 46.
43. Legatum omnium bonorum quomodo differat à legato quotæ hæreditatis.
44. Legatum quotæ differt ab inſtitutione in quota hæreditatis.
45. Inſtituendi voluntas per quæ verba poſſit explicari.
47. Legata quomodo ſint exæquata fideicommiſſis.

48. .. &

48. ..& an per viam regulæ.
49. Fideicommiſſa aliquando ſunt exæquata legatis de iure Digeſtorum.
50. Exæquatio reciproca per quæ verba inducatur.
51. Legata,& fideicommiſſa Iuſtinianus non exæquauit, ſed vniuit, & in quibus ſit facta dicta vnio.
52. Legata, & fideicommiſſa hodie ſunt idem corpus in ſubſtantia.
53. Genus dicitur ſubſtantialiter ineſſe ſpeciei.
54. Legatum factum in teſtamento non alteratur propter verbum dono.
55. Verbum dono, aliquando capitur pro legato.
56. Legatum, vbi non affert commodum, non valet.
57. Donatio facta in teſtamento non transfert dominium in accipientem.
58. Legatum poteſt fieri in donatione inter viuos, vt ſit legatum.
59. Legatum annuum pro ſequentibus annis eſt conditionale.
60. Legatum quantitatis diſtribuendum ſingulis diebus Veneris eſt annuum.
61. Legatum annuum æquiparatur legato vſusfructus.
62. Legati annui ſubſtantia conſiſtit in acceptatione,& num.65.
63. Legati annui acceptatio ſemel cenſetur facta pro ſequentibus annis.
64. Legatarius annui relicti poteſt petere in iudicio,vt ſibi ſatisfiat pro ſequentibus annis.
66. Acquiſitio legati annui,quæ ſit ſingulis annis, dicitur,quid accidentale.
67. Legata an multiplicentur ſecundùm numerum annorum in legato annuo.
68. Actio hypothecaria in legato conditionali non oritur niſi à die euenientis conditionis.
69. Conditio,ſi ſuperuixerit,in legato annuo retrotrahitur ad diem acceptationis.
70. Legatum,conditione purificata,habetur ac ſi ab initio fuiſſet purum.
71. Conditio purificata retrotrahitur ad ſuum principium.
72. Legatum annuum, qua ratione dicatur vnum, & non plura.
73. ..vnica præſcriptione amittitur.
74. Legatum annuum extinguitur cum perſona legatarij.
75. ..etiam ſi teſtator legauerit in perpetuum.
76. Dictio in perpetuum, multas ſignificationes habet.
77. Legatum annuum in perpetuum factum ciuitati, vel Eccleſiæ, an debeatur vltra centum annos.
78. Legatum ſemper eſt interpretandum, vt ſit vtile legatario.
79. Legatum eſt titulus lucratiuus.
80. ..eſt nullum,ſi nullam affert vtilitatem.
81. ..eſt interpretandum, vt quantò minus grauet hæredem.
82. Legatorum verba ſunt latè interpretanda.
83. Legatum de ſimplicibus continet mixta.
84. Teſtator plus creditur diligere legatarium in re legata,quàm hæredem.
85. Extenſio fit ad aliam perſonam propter abſurdum euitandum.
86. Legatarius vſusfructus non ſoluit æs alienum,quando legatum eſſet inutile.
87. Legatum ſtrictè interpretatur, quando legatarius non eſt capax largæ interpretationis.
88. Legatum magnum æquiparatur hæreditati, & numer.98.
89. Legata interpretantur latiſſimè ad ſeruandam æqualitatem inter filios.
90. Legatum latiſſimè interpretatur in neceſſariam conſequentiam.
91. Vſufructuario quando cenſetur relicta proprietas.
92. Legato ad tempus facto, illo finito res ipſo iure reuertitur ad hæredem.
93. Dominium quando retrotransfertur ſine traditione.
94. Legati augmentum factum poſt teſtamentum, pertinet ad hæredem.
95. ..etiamſi teſtator per verba generaliſſima legaſſet.
96. Legatum generale eſt factum per verba omnia, & quæcunque.
97. Legatum generale, quando ex intentione teſtatoris dicatur vniuerſale.
99. Legata magna non conſeruantur per clauſulam codicillarem.
100. Legatum omnium bonorum ſuorum, non comprehendit niſi præſentia.
101. ..idem ſi teſtator vſus fuerit caſu poſſeſſiuo.
102. Pronomina poſſeſſiua quando ſtant demonſtratiuè, & non reſtrictiuè.
103. Legata per verba ſubiunctiui modi, comprehendunt futura.
104. Pro legato quot actiones competant.
105. Actio hypothecaria pro legato,fuit inducta per Iuſtinianum.
106. L.creditoribus.ff.de ſeparation.declaratur.
107. Actio hypothecaria pro legatis danda eſt etiam pro illis,pro quibus competit officium iudicis.
108. ..an competat ſolum pro quibus datur actio perſonalis.
109. Diſpoſitio extenditur propter identitatem rationis.
110. Hypotheca pro legatis eſt conceſſa, vt pleniùs voluntas teſtatoris impleatur.
111. Hypotheca tacita conceſſa contra tutorem, extenditur contra alterum.
112. Diſpoſitio facta de eo, quod petitur iure actionis, extenditur ad id quod petitur per officium iudicis.
113. Pignus,& hypotheca,an, & quando poſſint eſſe ſuper re propria.
114. Legatarius an habeat hypothecam ſuper re propria.
115. Actio hypothecaria poteſt competere ratione poſſeſſionis.
116. Poſſeſſio bonorum legatorum quæ eſt in hærede, remanet affecta legato.
117. Hypotheca tranſit in quemcumque ſucceſſorem bonorum affectorum.
118. ..plus inhæret rei,quàm perſonæ.
119. Hypotheca pro legato quando detur contra bona hæredis.
120. Hypothecaria actio pro legato, pro quanto detur.
121. Actio hypohecaria vtilis pro legato non parit interdictum Saluianum vtile.
122. Legatarius an intentet hypothecariam contra tertios poſſeſſores, & num. 124.
123. Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem.

125. Le

125. *Legata debentur, ſoluto ære alieno.*
126. *Legatarius per actionem hypothecariam præfertur creditoribus hæredis.*
127. *Actio hypothecaria pro legatis, quantum ſit acceſſoria perſonalis actionis.*
128. *Legatarius ſpeciei alienatæ pendente conditione, poterit aliquando reuocare.*
129. *Legatarius agens contra tertios poſſeſſores an prius debeat excutere bona hæredis.*
130. *Exceptio diſceſſionis non poteſt opponi contra legatarium.*
131. *.. non opponitur in interdicto Saluiano.*
132 *.. impedit exercitium actionis.*
133 *Actio perſonalis competit pro legatis etiam relictis in codicillis.*
134. *Inteſtatus quoad hæredis inſtitutionem dicitur, qui ſine teſtamento decedit.*
135. *Teſtamentum, & codicilli quare non dicuntur contraria.*
136 *Actio perſonalis ex teſtamento datur etiam ſi illud declaretur nullum, propter clauſulam codicillarem.*
137. *Legata ex teſtamento nullo, quando non debentur.*
138. *Clauſula codicillaris quando operatur fideicommiſſum ab inteſtato.*
139 *.. concepta per verba futuri, vel præſentis temporis quomodo differant.*
140. *Tempus præſens non trahitur ad futurum.*
141. *Actio realis datur pro legato partis hæreditatis.*
142. *Legatum hæreditatis non differt à legato peculij.*
143. *Hæreditas non poteſt eſſe ſine corporibus.*
144. *Actio realis datur pro legato generali bonorum.*
145. *Legatarius poteſt etiam intentare actionem executiuam pro conſequendo legato.*
146. *Legatarius non agit aliquam actionem pro conſequendo legato ante aditionem hæreditatis.*
147. *.. niſi fauore piæ cauſæ.*
148. *Legata, etiam hæreditate non adita, hodie debentur.*
149. *Legatarius quando habeatur loco hæredis, & excludit venientes ab inteſtato.*
150. *Legatorum intereſſe, debetur à die litis conteſtatæ.*
151. *Poſſeſſores omnes poſt litis conteſtationem dicuntur malæ fidei.*
152. *Intereſſe & aceeſſiones legatorum, debentur ſtatim poſt moram hæredis.*
153. *Hypotheca legati cenſetur conſtituta etiam pro ipſius intereſſe.*
154. *Legatarius pro intereſſe legatorum præferendus eſt creditoribus hæredis.*
155. *.. idem in fructibus naturalibus perceptis poſt mortem teſtatoris.*
156. *Legatum ſolui debet de pecunia, quæ valebat tempore teſtamenti.*
157. *Verba diſpoſitionis intelliguntur ſecundùm tempus diſpoſitionis illius.*
158. *Solutio legati facienda eſt inſpecto tempore teſtamenti.*
159. *Valor pecuniæ debetur de tempore diſpoſitionis, & num. 161.*
160. *Valor pœnæ intelligitur de tempore ſtatuti.*
162. *Solutio continuanda eſt ſecundùm valorem prius à partibus obſeruatum.*
163. *Solutio vniformis per decennium præſcribitur.*
164. *Vſusfructus tollitur in toto, vel in parte ſpatio decennij.*
165. *Legatum quantitatis pecuniæ non poteſt ſolui in bonis ſtabilibus.*
166. L. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolution. *declaratur.*
167. *Legatum quantitatis ſoluitur in bonis, quando conſtat de mente.*
198. *Legatum partis fructuum, poteſt ſolui in pecunia.*
199. *Legatorum ſolutio pertinet ad onus hæreditarium.*
170. *.. ſecus quando teſtator voluit grauare hæredem.*
171. *Fideicommiſſarius particularis quando tenetur præſtare onera.*
172. *Vſufructuarius omnium bonorum tenetur ſoluere annua legata.*
173. *Hæres regulariter tenetur ſoluere legata.*
174. *Legatum annuum debet ſolui de fructibus.*
175. *Vſufructuarius non tenetur ſoluere annuum legatum, quando illud ferre non poteſt.*
176. *Legatum in dubio non cenſetur multiplicatum.*
177. *.. etiamſi legatum eiuſdem quantitatis factum eſſet in diuerſa ſcriptura.*
178. *.. ſecus ſi teſtator variauit vel cauſam, vel modum, vel quantitatem, ſiue qualitatem legati.*
179. *Legati multiplicatio præſumitur, ſi vnum purè, alterum ſub conditione factum fuerit.*
180. *Legatum ſpeciei pluries factum, ſemel tantùm debetur.*
181. *.. ſecus ſi à duobus hæredibus eadem res inſolidum legata fuerit.*

INTER communia legatorum, primus caſus concurrit, legata eſſe teſtamenti † acceſſoria, & ita eſt communis opinio, de qua atteſtantur in rubrica *de legat.* 1. Socin. *numero* 21. & Bolognet. *numero* 53. videlicet ſumendo teſtamentum in genere, quia nullus legata facere poteſt, niſi in teſtamento, vel codicillis. §. *præterea. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat.* & ita ſumendo non erunt † pars integralis dicti teſtamenti, prout etiam eſt communis opinio, vt per Craſſ. *in* §. *legatum, quæſt.* 2. qui alios refert, acceſſorium enim eſt quoddam additamentum, ſine quo principale ſtare poteſt. *l. malum nauis. ff. de verb. ſignificat.* ſed teſtamenta ſine legatis ſtare poſſunt. *l.* 1. §. *qui neque legaturus. ff. de hæred. inſtit. & Inſtit. de adimend. legat. per tot.* Item quia ſublato teſtamento, auferuntur etiam legata, & fideicommiſſa. *l. Papinianus.* §. *fin. ff. de inoffic. teſtament. l.* 1. *ff. de legat. præſtand.* §. *liberis. Inſtitut. de pupillari ſubſtit.* §. *ſi quis ancillas. Inſtit. de legatis.* ergo ſunt acceſſoria, † *cap. acceſſorium. de regul. iur. lib.* 6. *l. ſi cum exceptione.* §. *Labeo ait,* & *ibi* Bartol. *ff. quod met. cauſ. l. eos, in princip.* & *ibi* Bald. *C. de vſur. l. ex parte.* §. *final.* & *ibi* Bartol. *ff. famil. ercif.* & licèt Ripa *in rubric. de legat.* 1. *numero* 5. replicet legata non corruere ſublato teſtamento, quia conſeruantur per *authent. ex cauſa. C. de liberis præterit.* Tamen argumentum commune procedit, quando teſtamentum corruit in totum; ſed replicatio Ripæ procedit, † quando corruit in parte, videlicet quoad inſtitutionem, tunc enim legata conſeruantur.

Item quia frater, turpi perſona inſtituta, obtinet

5. net declarari nullum teſtamentum per querelam †.
l. 1. ff. de inoffic. teſtament. l. ſi fratres, & l. fratres.
C. eodem titul. ad effectum vt ipſe habeat ſolam le-
gitimam, Paul de Caſtr. in l. Titia filia. ff. de inoffic.
teſtament. & tamen teſtamentum remanet validum
quoad legata, quæ ab hærede præſtanda ſunt, Af-
flict. deciſ. 125. Aliud eſt ergo quando teſtamen-
6. tum † annullatur in totum, & corruunt legata,
aliud quando annullatur in parte. Nec obſtat re-
gula l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris. & l. ſi ego. ff.
de iniuſt. teſtament. & l. nam abſurdum. ff. de bonis
7. libert. cum aliis ſimilibus, quia † hoc poteſt fieri
per ſententiam. Bald. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & pro-
batur in l. nam & ſi parentibus, in fin. ff. de inoffic.
teſtament. Item poteſt fieri per tranſactionem. l. con-
trouerſia. ff. de tranſact. Item Bald. in l. cum duobus. C.
de inoffic. teſtament. dicit, teſtamentum poſſe pro
parte per ſententiam reſcindi, vt ſi alterius hære-
dis inſtitutio per vim facta eſſet. Item ſi alterum
legatum per vim factum eſſet, Bald. in l. 1. co-
lum. 2. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. l. 1. verſ. ſed ſi
legatum. ff. ſi quis aliquem teſtar. prohib. Angel. in
l. fin. ff. eod. titul. Sed iſti caſus occurrunt poſt fa-
ctum teſtamentum, ſed nos loquimur quando ab
initio teſtamentum erat nullum in totum, d. l. nam
& ſi parentibus, tunc enim legata corruunt; ergo ac-
ceſſoria ſunt.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat ſumen-
8. do teſtamentum in ſpecie, quia tunc legata † ſunt
pars integralis, & eſſentialis ipſius, pro vt eſt com-
munis opinio, de qua re per Socin. in rubric. de
legatis 1. numer. 37. verſ. ſed aduerte, & Bolognet.
numer. 62. in fin. Craſſ. in d. §. legatum quæſtion. 2.
Item quia partes formales vnius indiuidui dicun-
tur ſubſtantiales ipſius, ſed legata ſunt partes for-
males dicti teſtamenti in ſpecie, nam teſtamentum
eſt quid facti, quia ea, quæ ſunt animi, & volunta-
tis, ſunt facti. l. in bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domin.
9. Sed teſtamentum eſt voluntatis † iuſta ſententia;
ergo eſt quid facti. l. conſilio. ff. de curator. furioſi.
Sed vbi ex facto reſultat opus formæ, illud eſt
indiuiduum. l. ſi is qui quadringenta. §. quadam. ff.
ad legem falcidiam, & ibi Bartol. Immol. & Ale-
xand. Item Bartol. in l. ſtipulationes non diuidun-
tur in 4. quæſtion. ff. de verb. obligat. Sed teſtamen-
tum cum legatis eſt opus formæ. l. ſi quis cum te-
ſtamentum. ff. de teſtament. ergo eſt quid indiui-
duum. Item quia teſtamentum cum legatis vnico
contextu indiuiſibili clauditur. l. hæredes palam.
§. final. ff. de teſtament. Item quia vna res non po-
teſt eſſe ſubſtantia, & accidens, quia ſubſtantia
eſt illa, ſine qua ſubiectum eſſe non poteſt, l. pacta
conuenta. ff. de contrahenda emptione, Decius in l.
edita, numer. 4. C. de edend. Sed accidentia poſſunt
adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem,
Inſtit. quib. alienare licet vel non, in princip. gloſſ. in
d. l. pacta conuenta, verſ. ex pretio. Sed legata ſunt
pars integralis & ſubſtantialis ipſius teſtamenti in
ſpecie, & hoc eſt ex ordinata mente ipſius teſtato-
ris, qui cogitauit facere vnum indiuiduum, vide
licet teſtamentum cum legatis, ideo ſi non perfe-
cit, non valet. d. l. ſi quis teſtamentum. ff. de teſtament.
Sic omnes ſolemnitates teſtamenti à lege ordina-
tæ faciunt vnum indiuiduum teſtamentum eſſe va-
lidum, & ſi vna deficiat, totum corruit. At ſi lega-
ta non fuerint præconcepta tanquam partes eſſen-
tiales dicti indiuidui teſtamenti, erunt acceſſoria
ipſius.

Sed iſta doctrina communis non ſubſiſtit, quo-
niam nos loquimur, verùm legata ſint acceſſoria
teſtamenti facti, & ipſa doctrina habet relatio-
nem ad teſtamentum faciendum. Item quia eſt
fundata in d. l. ſi quis cum teſtamentum. † ff. de te- 10.
ſtament. quæ non applicatur ad legata, quoniam
ibi tractatur de inſtitutione plurium, quos teſta-
tor dixit ſe velle facere primos, & ſecundos hæ-
redes, à quibus ſuſtinetur teſtamentum, etiam
ſi ſint ſecundi. l. 3. §. final. ff. de liber. & poſthum.
Sed teſtamentum à legatis, ſine hærede non ſuſti-
netur. §. ante hæredis. Inſtit. de legat. Imò l. eam quam.
C. de fideicommiſſ. legata † repetita cenſeri, ait, à 11.
venientibus ab inteſtato, quando teſtamentum pro-
pter inualidam inſtitutionem deficit; diuerſa eſt
igitur ratio inſtitutionis, & legatorum. Item quan-
do teſtator deſtinauit facere legata, cenſetur ſe
conformem reddere velle cum diſpoſitione iuris
communis, vt ſecundùm naturam legatorum illa
faciat, id eſt, vt teſtamentum accedant, niſi expli-
cauerit, † ſine legatis conficiendis, teſtamen- 12.
tum non valere; ergo etiam conſiderato teſta-
mento in fieri, legata ex deſtinatione teſtatoris
cenſentur acceſſoria teſtamentorum. Ideo Soci-
nus in d. rubric. numer. 21. de legat. 1. vocat lega-
ta acceſſoria voluntaria teſtamenti, quod ſine
illis ſtare poteſt. d. l. 1. §. qui neque legaturus. ff. de
hæred. inſtit.

Item quia teſtamentum in fieri tale nomen non
meretur, † quia non videtur cœpiſſe, qui partem 13.
indiuidui facit. l. dicere. §. ſed ſi pluribus. ff. de arbitr.
ſed teſtamentum eſt quid indiuiduum. l. hæredes pa-
làm. ff. de teſtament. quia vnico contextu clauditur;
ergo non dicitur teſtamentum antequam perfe-
ctum ſit; ergo iſte caſus an legata ſint acceſſoria
teſtamenti, non poteſt intelligi de teſtamento
in fieri, ſed in facto eſſe. Item quòd teſtamen-
tum † in fieri dicatur voluntas imperfecta, pro- 14.
bat Craſſ. in §. teſtamentum, quæſtion. 12. vbi quòd
ſi quis deſtinauit in ſuo teſtamento dare tutorem,
& morte præuentus, antequam compleret teſta-
mentum, non potuit, non dicitur teſtamentum,
ſed imperfecta voluntas, ſic in alio ſimili Ga-
briel de teſtamentis concluſ. 10. numer. 4. Maſcard.
concluſ. 1352. numer. 75. qui alios allegant, & eſt
caſus deciſus per Rot. deciſ. 620. numer. 2. part. 1. in
Nouiſſim.

Secundò declaratur, in quantum dixi, † tur-
pi perſona inſtituta, & teſtamento declarato
nullo per querelam fratris præteriti, legata de-
beri, hoc intelligendum eſt, ſi clauſula codicil-
laris in eo teſtamento appoſita fuerit, quæ pa-
rit effectum, vt dicta legata † debeantur à venien- 15.
tibus ab inteſtato, l. ex teſtamento, & ibi omnes
ſcribentes. C. de fideicommiſſ. l. ſi iure. C. de teſtam. ma-
numiſſ. l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicommiſſ.
libert. l. qui autem, in princip. ff. ſi quis omiſſ. cauſ.
teſtament. l. Scæuola. ff. ad Trebellian. l. cùm quis. §.
Seiam. de legat. 3. & probat latiſſimè Turret. de
clauſula codicill. quæſtion. 3. Et licèt Decius in con-
ſil. 561. numer. 5. verſ. non obſtant allegata, reſpon-
deat hanc regulam non procedere, quando te-
ſtamentum annullatur odio † inſtituti, quia 16.
nunquam cenſentur venientes ab inteſtato ro-
gati de reſtituendo turpi perſonæ, quæ eſt re-
probata à iure, Dec. in conſil. 530. Curt. iun.
in conſil. 136. Tamen dicta legata, & fideicom-
miſſa conſeruantur per Authent. ex cauſa, & ita
firmarunt Bald. Curtius, Cagnol. Ioan. Fab. Ia-
cob. de Aren. Igneus, Afflict. Craſſ. Cranett. Clar.

Salyc.

Salyc. Dyn. & alij, quos refert Theſaur. *in deciſ.* 128. *numer.* 7. *& ſeq.* ea præcipua ratione,
17. quia legata, & fideicommiſſa † conſeruantur
per *Authent. ex cauſa*, vt voluntas teſtatoris locum habeat, quam pro lege obſeruandam eſſe iuſſit Imper. *in §. diſponat. Authentic. de nuptiis.* & quamuis concurrat etiam odium turpis perſonæ, tamen voluntas teſtatoris, quæ omnino ſeruanda eſt, præponderat illi odio; & cùm ratio dictæ Authenticæ *ex cauſa*, ſit pro conſeruanda voluntate teſtatoris, non ſolùm debet obtinere in deſcendentibus, & aſcendentibus, de quibus diſponit, ſed etiam in collateralibus, quia etiam in
18. correctoriis, † vbi militat eadem ratio, fit extenſio, Crauett. *in tractat. de antiquitat. part.* 4. *in princip. numer.* 85. *& in conſil.* 896. *numer.* 37. *volum.* 5. Nec propriè dicitur extenſio, ſed comprehenſio, Cepoll. *in tractatu de interpretatione extenſiua, titulo de generali interpretatione extenſiua numer.* 114. Vaſquius *de ſucceſſ. creation. libr.* 3. §. 21. *numer.* 2. *verſ. quid dicendum.* Et hæc opinio multò magis procedit, vbi clauſula codicilla-
19. ris appoſita eſſet, quia fauorabilius eſt † remedium clauſulæ codicillaris, quàm *d. Authent. ex cauſa*; ergo multò magis debentur vigore d. clauſulæ codicillaris. hoc argumento vtitur Theſaur. *in d. deciſ.* 128. *numer.* 3. & hanc opinionem ſequutus ſum ſuprà *in parte* 1. *quæſtion.* 26. *artic.* 2. *numer.* 23. *& ſeq.* vbi oſtendi ita fuiſſe iudicatum per ſenatum.

20. Item quòd legata, † rupto teſtamento, ob fratris præteritionem, turpi perſona inſtituta, debeantur propter virtutem clauſulæ codicillaris, firmarunt Iaſ. *in d. l. fratris, numer.* 5. *verſ. ſecus autem. C. de inoffic. teſtament.* Simon de Pret. *de interpretatione vltim. voluntat. lib.* 2. *ſolutione* 9. *numer.* 20. *verſ. fideicommiſſum eſſet. fol.* 105. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 36. *numer.* 48. Bartol. *in l. fratres. numer.* 8. *C. de inoffic. teſtament.* Fabian. de Giocchis *in Authent. nouiſſima numer.* 291. *C. de inoffic. teſtament.* & alij per Turret. *in tract. de clauſula codicill. quæſt.* 30.

21. Secundus caſus eſt, verbum *lego*, † ex ſui propria ſignificatione non importat hæredis inſtitutionem, Bartol. *in l. centurio numer.* 19. *verſ. in contrarium. ff. de vulgari*, per text. *l. mulier. §. final. ff. ad Trebellian.* gloſſa *in §. ſi verò nullus, in verſ. relictis. Authentic. de hæredib. & falcid.* & eſt communis opinio, de qua atteſtantur *in rubrica de legat.* 1. Socin. *numer.* 73. Bolognet. *numer.* 87. *&* 92. quia verbum *lego* eſt obliquum, quod non trahitur ad hæredis inſtitutionem. Franch. *in cap. ſi pater numer.* 107. *de teſtament, lib.* 6. vbi quòd verbum *lego* adiectum certæ rei in extraneo cui teſtator nihil relinquere tenetur, non ſignificat hæredis inſtitutionem, etiam ſi alius hæres inſtitutus non fuerit, Menoch. *in conſil.* 482. *volum.* 4. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 21. *num.* 4. Bald. *in conſil.* 269. *verſ. contrarium, volum.* 4. declarando *l.* 1. *§. ſi ex ex fundo, & l.*
22. *quoties. § ſi duo. ff. de hæred. inſtit.* dixit, quòd verbum † commune adiectum certæ rei, vel quantitati, non trahitur ad vniuerſum, vt ille cenſeatur hæres in totum. Roman. *in conſil.* 200. *num.* 1. probat verba communia adiecta certæ rei non inducere inſtitutionem, ſed legatum tantùm, Iaſ. *in l. quoties numer.* 1. *verſ. quod vltimum. C. de hæred. inſtit.* Immola *in l. ex facto, in* 2. *num.* 15. *ff. de hæred. inſtit.* Qui omnes nullam faciunt differentiam inter verbum
23. *lego*, † & verbum *relinquo*, vt probat etiam Socin. *in d. rubric. num.* 79. & licèt ab aliquibus ponantur eſſe verba obliqua, tamen Bartol. *in l. his verbis. num.* 3. & *ibi* Bald. *ff. de hæred. inſtit.* & idem Bartol. *in d. l. centurio. num.* 33. æquiparant verbo *deueniat*, & *ibi* Aretin. *num.* 18. Benedict. *in cap. Raynutius, in verſ. reliquit, num.* 1. *& ſeq. & in verbo, eodem teſtamento relinquens, in* 1. *numer.* 3. Denique quòd verbum *lego*, vel *relinquo* adiectum certæ rei, vel quantitati, nunquam trahatur ad hæredis inſtitutionem; fuit deciſum in Rota Romana ſecundùm magis communem opinionem, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *titul. Inſtitutio. cap. relinquo.*

Declaratur iſte caſus, nam legatum † quando 24.
eſt factum ei, qui per neceſſitatem debebat hæres inſtitui, vel exhæredari, iuxta *l.* 2. *ff. de liberis, & poſthumis*, etiamſi certæ rei adiectum fuerit, importat hæredis inſtitutionem, & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Alexand. *in conſil.* 50. *numer.* 11. *volum.* 7. *& in l. humanitatis, num.* 2. *propè finem, verſ. ſi quis autem vellet ſuſtinere primam opinionem, quæ communis videtur. C. de impuber. ſubſtit.* & *ibi* Dec. *numer.* 3. præſertim ſi eſt legata dos. Simon de Pret. *de interpretation. vltim. voluntat. lib.* 2. *ſolution.* 4. *numer.* 3. *fol.* 157. Socin. iun. *in rubric. de legat.* 1. *numer.* 98. *verſ. quod etiam*, & tenuit Bartol. & Bald. *in authent. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtament.* vbi quòd ſi teſtator reliquit aliquid filio pro ſua falcidia, vel pro ſua legitima, cenſetur illum inſtituiſſe hæredem, idem dixit Bald. *in l. quoties. C. de hæredib. inſtituend.* per text. *d. l. humanitatis*, Paul. de Caſtr. *in d. l. quoties.* Idem ſi reliquerit pro dote, Anton. de Butr. *in cap. Raynutius. de teſtament.* & rationem dat Socin. *in d. rubric. numer.* 77. quia ſemper eſt facienda interpretatio, vt actus valeat, *l. quoties, in* 2. *ff. de reb. dubiis.* Tantò ma-
gis ſi eſt factum de vniuerſitate † bonorum, vt 25.
dicunt Doct. *in d. rubric. de legatis* 1. text. *l. his verbis. ff. de hæred. inſtit.* Alexand. *in l. nam quod. ff. ad Trebellian.* Iaſ. *in authentic. nouiſſima. numer.* 33. *C. de inoffic. teſtament.* & quòd verbum *lego*, quando conſtat de mente teſtatoris, importet hæredis inſtitutionem, Bolognet. *in d. rubric. numer.* 92. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem.

Contrariam opinionem eſſe magis communem, 26.
atteſtatur Alexand. *in d. l. humanitatis numer.* 2. *circa med. verſ. quia ſi verum eſt*, pro vt magis communiter tenetur *C. de impuber. ſubſtit.* & Curt. iun. *in authentic. ex cauſa numer.* 52. *C. de liber. præterit.* de qua etiam per Clarum *in §. teſtamentum. quæſtion.* 38. & per Franch. *in cap. ſi pater, num.* 107. *de teſtament.* quam concluſionem probant multis rationibus, Alexand. *in conſil.* 70. *col.* 3. *vol.* 2. latè Iaſ. *in d. authentic. nouiſſima.* latiſſimè Salyc. *in authentic. vnde ſi parent. C. de inoffic. teſtament. & in d. authent. nouiſſima, & in l. adulta. C. de hæredit. actionib.* Immol. *in d. l. his verbis. ff. de hæred. inſtitut. & in cap. Raynutius. de teſtam.*

Item hæc opinio habet caſum legis pro ſe, *in §.
alind quoque † capitulũ, auth. vt cum de appellat. cognoſc.* 27.
vbi diſpoſitum eſt, non licere patri filios præterire, &c. nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcũque modum, eis dederit legitimam portionem, &c. Nec valet reſpõſio Alexand. *in d. l. humanitatis, num.* 2. *propè finem*, quòd ſatis dicitur d. legi adimpletũ, ſi filio relinquatur pro legitima, vel pro ſua parte, vt dicatur relictum titulo inſtitutionis. Item non valet altera

reſponſio, quam dat Socin. *in d. rubric. de legat.* 1.
28. quòd relictum pro legitima † non dicatur relictum titulo inſtitutionis ex natura verborum, ſed ex præſumpta mente patris teſtatoris.

Item non valet altera reſponſio, quam dat Corn. *in conſil.* 298. *numer.* 2. *in princip. volum.* 2. quòd licèt non videatur relictum pro legitima, tamen idem intelligendum eſt cum effectu, poſtquam pater teſtator cenſetur habuiſſe animum
29. compenſandi cum legitima, † quia iura diſponunt omnia quæ capit filius ex teſtamento patris, & de ipſius ſubſtantia eſſe in legitimam computanda, Ripa *in l. in quartam, numer.* 140. *& ſeq. ff. ad legem falcid.* Item non valet altera reſponſio Ripæ *in d. l. in quartam, numer.* 142. quòd ſi pater reliquit aliquid pro legitima filio cum clauſula *omni meliori modo*, tunc † cenſetur relictum titulo in-
30. ſtitutionis, pro vt hunc effectum parere d. clauſulam, ſcripſi *in tractat. de clauſulis, in clauſula, omni meliori modo*; iſtæ enim reſponſiones non ſatisfaciunt, quoniam ſi filius inſtitutus fuiſſet in re certa; tunc cohærede repudiante illi accreſcit, vt omnes ſcribunt *in rubric. C. quando non petent. part.* ſed ſi non titulo inſtitutionis, ſed altero quocunque relictum fuerit, illo altero repudiante, non accreſcit, Benedict. *in cap. Raynutius, in ſecunda parte, numer.* 23. & latiùs per Duaren. *in tract. de iure ac-*
31. *creſcendi lib.* 1. *cap.* 3. Item quia legatarius † capit à manu hæredis. *l.* 1. *ff. quorum legat.* ſed iſte inſtitutus capit authoritate propria. *l. cùm hæredes*, & *ibi* omnes. *ff. de acquirend. poſſeſſ. l. non dubium*, & *ibi* gloſſ. *de legatis* 3. Bartol. *in* 2. *quæſt.* Bald. *in l. ſi quis.* §. *legis. C. de inoffic. teſtam. & in l. ſi pariter. C. de act. empti.* Bartol. *in l. ex facto. ff. de hæred. inſtit.* vbi
32. dicit idem eſſe in hærede † in re certa, cui datur beneficium *l. finalis. C. de edict. diui Adr. toll.* quòd poteſt rem ipſam propria authoritate capere. Bartol. & Alexand. *in l. quoties. ff. de hæred. inſtit.* Item quia hæres ſcriptus intentat remedium *d. l. final.* quod non facit legatarius, vt ſcripſi ſuprà. Quamobrem pro forma ſcriptum eſt *in d.* §. *aliud quoque capitulum*, vt filius inſtituatur, vel ex iuſtis cauſis exhæredetur, & expreſsè prohibiti fuerunt alij reli-
33. cti tituli; forma † autem non poteſt adimpleri per æquipollens. *l. final.* & *ibi* gloſſ. *C. de vendition. rer. ciuil. lib.* 11. latè Iaſ. *in l. ſed & ſi quis.* §. *quæſitum, n.* 24. *ff. ſi quis caution. & in l. Gallus.* §. *quidam rectè, n.* 1. *ff. de liber. & poſthum.* & ita eſt deciſum, Afflict. *deciſ.* 355. *n.* 4. Cacheran. *in deciſ.* 165. *n.* 2. Item quòd *in d.* §. *aliud*
34. *quoque capitulum*, inſtitutio † filiorum fuerit inducta pro forma, probatur, per illas dictiones, *niſi*, &c. quaſi dicat, ſi aliter factum ſit, non valeat, Cacheran. *in d. deciſ.* 165. *numer.* 22. *verſ. non aliter, nec alio mòdo.* Item dictio, *ſi*, importat formam, Socin. *in conſil.* 121. *numer.* 38. *volum.* 4. Riminald. iun. *in conſil.* 657. *numer.* 5. *volum.* 7. per text. *l. ſi Titio. ff. quando dies leg. cedat. & l.* 1. *C. de donation. quæ ſub modo.* & alia ad hoc relicta per Fabian. de Pepis *in authent. præterea, numer.* 6. *C. vnde vir. & vxor.* Filius igitur debet nominatim hæres inſtitui, vel ex iuſta cauſa exhæredari; ergo non ſufficit ſi ex præſumpta voluntate patris inſtituatur, vnde non valet teſtamentum conditum ſecundùm conſilium Galli Aquilij, per illa verba, *ſi filius, me viuo moriatur, nepotem inſtituo*; quia
35. neceſſaria eſt inſtitutio † filij expreſſa, quicquid dixerit Bartol. *in l. Gallus, in princip. numer.* 5. *ff. de liber. & poſthum.* quia contra ipſum eſt communis opinio, de qua per Alexand. *in conſil.* 108. *poſt numer.* 4. *verſ. prædictis etiam, volum.* 1. *& in d. l. Gallus, poſt numer.* 6. Ex quo infertur, quòd malè dicit gloſſ. *in l. ſcimus.* §. *cùm autem, in verſ. celebrari. C. de inoffic. teſtament.* ſatis eſſe, ſi filius per fideicommiſſum † fuerit honoratus, eſt enim com- 36.
múniter reprobata, vt dicit Alexand. *in l. inter cætera, numer.* 2. *in fin. ff. de liber. & poſthum.* licèt de iure Codicis ſatis erat honorare filium quocumque relicti titulo. *l. omni modo. C. de inoffic. teſtament.* tamen hodie habemus formam iuris *in d.* §. *aliud quoque capitulum*, cuius formæ non fit ſatis per verba æquipollentia, nec per præſumpta teſtatoris patris voluntatem, & clauſula *omni meliori modo*, operatur alios effectus inſtitutionis, vt poſſit propria authoritate capere, vtque faciat ſuſtineri teſtamentum in cæteris, ſed non vt ſuppleat formam neceſſariam inſtitutionis filiorum.

Secundò declaratur, nam ſi teſtator, nullo alio hærede facto, legauit omnia bona ſua † Titio, 37.
hoc legatum non importat hæredis inſtitutionem, Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 19. *ff. de vulgari*, & *ibi* Alexand. & Iaſ. atteſtantur eſſe magis communem opinionem, Socin. *in rubric. de legat.* 1. *numer.* 87. Bolognet. *numer.* 99. Corn. *in conſil.* 185. *colum.* 2. *vol.* 1. per text. *l.* 2. *in fin. C. communia de legatis*, vbi ſi teſtator dixit, lego omnia bona mea, erit fideicommiſſum vniuerſale, & ita hæredes ab inteſtato cenſentur inſtitui, & rogati de reſtituendo, ita inducit illum text. Immol. *in l.* 1. §. *ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* quem text. inducit ita Ruinus contra Crotum *in circulis Bononienſibus*, & dicit Iacob. de Nigris, quòd Crotus neſciuit reſpondere, vt refert Bolognet. *in d. rubric. de legat.* 1. *numer.* 100. Item legatum omnium bonorum † importat fideicommiſſum; ergo non 38.
poteſt importare hæredis inſtitutionem in caſu, quo nullus alius eſt hæres inſtitutus, vnus enim & idem actus non poteſt valere iure directo, & obliquo, Bartol. *in d. l. centurio.* Antecedens probatur, quia ſicut reperitur fideicommiſſum omnium bonorum, ita etiam legatum omnium bonorum, quod fideicommiſſum appellatur, quia in legato hæreditatis tranſeunt onera, ſicut in fideicommiſſo hæreditatis, *l. lex falcidia.* §. *nunquam. ff. ad leg. falcid. l. ſi quis ſeruum.* §. *final. de legat.* 2. & *ibi* gloſſ. & Bartol. *l. mulier.* §. *fin. ff. ad Trebellian.* Et dicit Bartol. *in l.* 1. *colum. final. de legat.* 1. *in verſicul. ſecundo caſu*, quòd legatum generale omnium bonorum habet vim fideicommiſſi vniuerſalis. *l. quoties.* §. *final. ff. de vſufruct.* ergo ſi teſtator legat omnia bona, erit fideicommiſſum vniuerſale, non autem hæredis inſtitutio, & eſt differentia, quia nos loquimur, quando hæres per hoc legatum eſt conſecuturus omnia bona integraliter, & ſic iure directo, ſed per fideicommiſſum haberet cum deductione quartæ Trebellianicæ ad beneficium ab inteſtato venientium, qui eſſent reſtituturi. §. *præterea. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred.* & ſic non conſequeretur omnia bona, pro vt teſtator expreſſerat.

Contrariam opinionem, videlicet, quòd hoc legatum † operetur hæredis inſtitutionem, fir- 39.
marunt, Bald. *in l. final. numer.* 11. *C. famil. erciſ.* Alexand. *in l.* 1. *numer.* 2. *de legatis* 1. vbi quòd hæc opinio in puncto iuris eſt verior, contra Bartol. Lancellot. Politic. *in tractatu de ſubſtitution. in cap. de compendioſa. verſ. quæritur tertiò, quid ſi teſtator*, Abbas, & Zabarell. *in cap. Raynutius. de teſtament.* Franch. *in cap. ſi pater*

pater. numer. 107. *eodem titul.* Pariſ. *in conſil.* 3. *numer.* 11. *volum.* 3. qui aſcribit hanc opinionem gloſſæ *in l, his verbis. ff. de hæred. inſtit.* & *ibi* hoc tenet Immol. Item Iaſ. *in l. centurio. numer.* 61. *ff. de vulgari.* Omnes Canoniſtæ *in cap. Raynaldus. de teſtament.* Alexand. *in conſil.* 176. *colum. pen. volum.* 5. & latiùs *in conſil.* 50. *volum.* 7. & *ibi* Apoſtillæ alios congerunt. Mouentur præcipuè per *d. cap. Raynaldus*, vbi textus dicit, quòd patruis medietatem, & alia bona paterna legauit, & tamen illi patrui ſunt hæredes. Probatur, quia textus dicit, vnus ex patruis adit hæreditatem; & propè finem dicit, inſtitutio, & legatio & adiectio pœ-
40. næ. Aliqui reſpondent † quòd ſunt verba Papæ, cæteri quòd ſunt verba teſtatoris; ſed in vtroque caſu, ſemper importatur inſtitutio. Gloſſa *ibi in verſ. legauit*, etiam impropriè ſtare aſſerit, quam ſequitur Iaſ. *in d. l. centurio*, & Immol. *in d. l.* 1. §. *ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* Sed Franch. *in d. cap. ſi pater*, *numer.* 107. improbat. Crot. dicit, ex quo legauit vniuerſa bona, quæ ſibi ab alio obuenerunt, legatum huiuſmodi dicendum eſt particulare, non autem vniuerſale, *l. cogi.* §. *ſed & ſi miles. in verſ. quamuis. ff. ad Trebellian.* & declarat Bartol. *in l. cùm filius.* §. *Lucia. de legat.* 2. & Dec. *in conſil.* 69. *colum.* 2. & ideo negatur, quòd ibi verbum *lego* ſit adiectum vniuerſitati bonorum. Sed hoc dictum non ſatisfacit, quoniam negari non poteſt, patruum ibi fuiſſe hæredem inſtitutum. Item ibi non ſolùm diſpoſuit de bonis, quæ ſibi ab aliis obuenerunt, ſed etiam de bonis ſuis paternis. Socin. *in d. rubric. de legat.* 1. *numer.* 98. & *ſeq.* dicit, quòd *d. cap. Raynaldus*, procedit de æquitate iuris Canonici. Sed hæc reſponſio reprobatur à Claro *in* §. *teſtamentum*, *quæſtion.* 38. vbi *in colum. final.* probat, non eſſe ponendam differentiam inter ius ciuile, & Canonicum. Item reſpondet Socin. *numer.* 100. quòd ex illis verbis *in d. cap. Raynaldus*, non poteſt probari fuiſſe factam inſtitutionem, quia tũc idem eſſe deberet reſpectu auunculorum, quæ reſponſio reprobatur à Bolognetto *ibid. n.* 103 *verſ. ſed hæc ratio eſt falſa.* Addo quòd non valet conſequentia *in d. cap. Raynaldus*, de patruo ad auunculos, quia iſtis ſolam medietatem de rebus prædictis legauit; ſed aliam medietatem, & reliqua bona paterna vni ex patruis, & eius filiis legauit, & ideo verbum *legauit* reſpectu auunculorum eſt de rebus particularibus, & poteſt ſtare vt legatum, ſed reſpectu patrui eſt additum vniuerſitati bonorum, quia cum alia medietate legauit reliqua bona paterna, & reliquorum appellatione continetur totum, ſi totum ſupereſt; *l. quamquam. ff. de re militar. l. Lucius.* §. *Caio. ff. ad Trebellian.* Et cùm reſponſio prædicta ſit falſa, non eſt curandum cuius fuerit, Socini, vel Ruini, quia ipſe Socinus *in d. numer.* 100. dicit Ruinum à ſe ſumpſiſſe, quam vſque ab anno 1520. ſcripſerat. Bolognet. *in d. rubric. de legat.* 1. *num.* 103. *verſ. vnde tertiò*, dicit ideo verbum *legauit*, importare hæredis inſtitutionem, quia à legiſlatore dictum eſt, & ideo importat omnem modum diſponendi, etiam per inſtitutionem. *l. verbis legis. ff. de verb. ſignificat.* Poſſet etiam dici ſecundùm ſententiam Couarr. *in d. cap. Raynaldus.* §. 1. *num.* 5.
41. *verſ. ſed illud*, quòd quando tractatur an verbum † *lego* additum vniuerſitati bonorum, nullo alio hærede inſtituto, importet hæredis inſtitutionem, diſtinguendum eſt, aut enim teſtamentum valere poteſt, abſque eo quòd fiat talis interpretatio, & tunc nunquam verbum *lego* importabit hæredis inſtitutionem, & procedit communis concluſio: aut teſtamentum aliter non poteſt valere, niſi fiat talis interpretatio, & tunc ſemper importabit hæredis inſtitutionem, vt in caſu *d. cap. Raynaldus*, atque probat hanc opinionem primo loco tenuiſſe Bernardum gloſſatorem, & ſequutum fuiſſe Galiaulam *in l. centurio.* Item probatur, nam in ſubſtitutione verbum *lego* adiectum vniuerſitati bonorum, etiam omiſſa hæredis inſtitutione, operatur effectum quoad fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

Tertiò declaratur, nam ſi teſtator, nullo alio hæ-
rede inſtituto, legauerit † quotam hæreditatis, tunc 42.
legatarius erit in totum hæres, Bald. *in d. l. final. col. final. verſ. vltimò quæro. C. famil. erciſc.* Immol. *in d. l his verbis. ff. de hæred. inſtit.* Franch. *in d. cap. ſi pater. num.* 109. *de teſtament.* qui alios refert, & confirmatur per *l.* 1. *verſ. ille ex tota. ff. de hæred. inſtit.* & *l. interdum.* §. 1. *ff. eodem titul. in verſ. denique ſi minus diſtribuit, poteſtate iuris in hoc deuoluitur.* Item quia quotæ hæreditatis ſunt nomina iuris denotantia ipſam inſtitutionem, & ideo etiam ſine verbo principali, inſtitutionem ſignificant. *d. verſ. ille ex tota.*
Cùm legantur † bona, lex eſt dubia an voluerit 43.
facere hæredem, ſed cum quota hæreditatis lex eſt certa, & differentia inter quantitatem probatur *in l. ſi conſtante*, & *ibi* gloſſ. *in verſ. quantitatis ff. ſolut. matr.* Alberic. *in ſuo dictionario, in verſ. quota*, & ad hoc allegant regulam *l. quoties. C. de hæred. inſtit.* vbi inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, ſed inſtitutus in quota eſt hæres. *l. quoties.* §. *ſi duo*, *l.* 1. §. *ſi ex fundo*, & §. *ille ex tota. ff. de hæred. inſtitut. l. ex facto*, *in* 2. *in princip.* & *l. interdum.* §. 1. *ff. eod. titul.* Sed certè iſta verba non loquuntur de le-
gato quotæ, ſed de inſtitutione in quarta, † 44.
quo caſu, propter regulam, quòd nemo poteſt decedere pro parte inteſtatus, lex noſtra interpretatur, quòd illa inſtitutio in quota, intelligatur de inſtitutione vniuerſali in toto; ſed quia
hæc voluntas † inſtituendi non ſolùm poteſt ex- 45.
plicari per verba ita legaliter ſignificantia, vt eſt *inſtituo*, ſed etiam per alia, vt eſt *lego*, & quia verba debent deſeruire intentioni. *l. non aliter. de legat.* 3. & ad explicandam voluntatem teſtatoris ſufficit quodlibet verbum. *l. quoniam indignum. C. de teſtam.* Ideo lex
noſtra, quando eſt certa † de voluntate teſtatoris, 46.
interpretatur legatum quotæ hæreditatis, etiam pro inſtitutione hæredis, ſicut fecit *in l. Lucius.* §. *final. de legat.* 3. ex regula *d. l. quoties.* §. *ſi duo. ff. de hæred. inſtit. in verſic. dummodo voluntas teſtatoris non refragatur.* Cùm igitur ſumus certi, importat hæredis inſtitutionem; ſi verò dubitamus, vel certitudo non probatur, & tunc legatum quotæ hæreditatis ſtabit in ſua propria ſignificatione, ita vt à venientibus ab inteſtato, præſtari debeat, & hanc tenet Socin. *in loco allegato*, & Franch. *in d. cap. ſi pater. num.* 107. *de teſtamentis.*

Tertius caſus eſt, legata † ſunt exæquata fidei- 47.
commiſſis. Bartol. *in l.* 1. *num.* 4. *verſ. tertium ius. de legat.* 1. dicit exæquationem fuiſſe factam de iure Digeſtorum, ſed non erant exæquata per viam regulæ, ſed ſolùm in aliquibus caſibus particularibus, ſed poſtea per Iuſtinianũ fuerunt exæquata adinuicem, per viam regulæ, vt *in l.* 2. *C. communia de leg.* & *in* §. *noſtra autem. Inſtit. de legat.* Sed Socin. ſen. *in d. l.* 1. declarat intentionem Bartol. fuiſſe, quòd legata

48. fuerunt exæquata fideicommiſſis † per viam regulæ, vt *d. l.* 1. ſed fideicommiſſa non fuerunt exæquata legatis per viam regulæ, licèt in multis caſibus particularibus Digeſtorum exæquata fuiſſent: ſed hodie ab ipſo Iuſtiniano fuerunt exæquata adinuicem per modum regulæ, & hanc eſſe opinionem communiter receptam, atteſtatur Socin.
49. iun. *in d. l.* 1. *numer.* 117. Et quòd fideicommiſſa † ſint exæquata legatis in multis legibus Digeſtorum, inducitur *l. ſi res. de legat.* 3. *l. qui autem, in fine princip. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament. in verſ. quaſi exæquata.* Item *l. fideicommiſſa. de legat.* 3. per quas leges ita probat Aretin. *in* §. 1. *numer.* 14. *Inſtitut. de actionibus.* Ego autem ſemper tenui, quòd legata, & fideicommiſſa ſunt exæquata adinuicem, per *d. l.* 1. *ff. de legat.* 1. & comprobatur per *l. quæ ſub conditione, in fine princip. ff. de condit. inſtit.* vbi expreſsè habetur, quòd virtus legatorum attribuitur fideicommiſſis, quia fideicommiſſa vicem obtinent legatorum, & vtraque lex eſt Vlpiani, atque æquiparatio ab eodem fonte procedit. Item comprobatur, quia *in d. l.* 1. *verſ. per om-*
50. *nia*, † importat reciprocam exæquationem, vt per Ruin. *ibid. colum.* 6. *verſ. puto*, & per Socin. *numer.* 110. aliter ſi legata in aliquo excederent fideicommiſſa, non eſſent per omnia illis exæquata. Neque obſtat communis obiectio, quòd ita tenendo, fruſtratoria, & ſuperflua eſſet æquiparatio facta per Iuſtinianum *in d. l.* 2. *C. communia de legatis*, quia Iuſti-
51. nianus non æquiparauit, † ſed vniuit dicta corpora, nam adæquatio fit de diuerſis corporibus inducendo ſimilitudinem inter ea, atque communicando qualitates, ſed vnio eſt duorum ſubiectorum plena commixtio, conſtituendo vnum corpus; ſed quia legata, & fideicommiſſa, etiam æquiparata, differebant inter ſe in conſtructione verborum, vt declarant, Paul. de Caſtr. Cuman. Ruin. Alciat. Torniel. & communiter Doct. *in d. l.* 1. & probat *ibi* Alexand. *numer.* 5. *& plur. ſeq.* videlicet, quia legata conſtruebantur per verba directa, & fideicommiſſa per verba obliqua, quæ eſt differentia ſubſtantialis ipſorum, adeò vt ſublata hac differentia, remaneret idem corpus in ſubſtantia. Ideo Iuſtinianus *in d. l.* 2. abſtulit hanc differentiam inter verba directa, & obliqua, atque diſpoſuit, vt omnis voluntas teſtatoris legare, vel fideicommittere volentis, valida ſit, ſiue verbis directis, ſiue obliquis, & precariis fiat; ergo extincta differentia prædicta ſubſtantiali,
52. remanet idem corpus † in ſubſtantia, atque diſpoſuit, vt quidquid legatum fuerit, cenſeatur fideicommiſſum, & econtra, itaque per vnionem vnum corpus facta fuere. Item *in* §. 1. *Inſtit. de legatis*, dicitur, quidquid naturaliter ineſt legatis, cenſeatur ineſſe fideicommiſſis; ſed verbum ineſſe, denotat ſubſtantiam intrinſecam. *l. ſi quid earum.* §. *inter emptum. de legat.* 3. vbi genus quòd ineſt in ſpecie, dici-
53. tur ſubſtantialiter † ineſſe; ergo ſubſtantia fideicommiſſi eſt tranſubſtantiata in legatum, atque vnum corpus in vnione facta fuere, & quod de iure Digeſtorum procedebat per æquiparationem, hodie procedit ſubſtantialiter per vnionem.

54. Quartus caſus, legatum † factum in teſtamento, non alteratur, nec mutat naturam, ſi per verbum *dono*, factum fuerit; ideo ſi in teſtamento, vel codicillis, dixerit, dono Titio fundum meum, etiamſi Titius fuerit præſens, & acceptauerit, ſemper erit legatum, Ioan. Fab. *in* §. *legatum. Inſtit. de legat.* Socin. *in rubric. de legat.* 1. *numer.* 63. & alij relati per Mantic. *lib.* 8. *titul primo, numer.* 2. *ver. ſed aduertendum.* Nam verbum *dono* † capitur ſecundùm ſubiectam materiam, vt deſeruiat actui qui 55.
geritur. *l. ſi vno, in princip. ff. locati.* ſed geritur actus vltimæ voluntatis; ergo capiendum eſt pro legato, cuius eſt ſpecies, eſt enim donatio, quoniam eſt merum lucrum. *l. vnic.* §. *lucratiuas. C. de impon. lucrat. deſcript. lib.* 10. *l. ſi hæreditatem. ff. mandati. l. fin. C. de donat. cauſ. mort.* & ſine onere præſtandum eſt. Socin. *in conſil.* 84. *volum.* 1. *& conſil.* 173. *numer.* 8. *vol.* 2. Ideo ſi legatum † non afferret com- 56.
modum, non valeret. *l.* 1. §. *pen. C. commun. de legat.* Roland. *in conſil.* 79. *num.* 3. *volum.* 2. §. *vxore. Inſtit. de legat. l.* 1. §. *ſi quis creditori. ff. ad leg. falcid.* & præſentia legatarij, acceptantis donum, non alterat naturam actus vltimæ voluntatis, quoniam etiam donatio cauſa mortis requirit præſentiam donatarij. *l. inter mortis. ff. de donat. cauſ. mort. l. illud. ff. eodem titul.* vbi legato æquiparatur. §. 1. *Inſtit. de legat.* Item quia donatio inter viuos eſt, quando ſtatim donatum ſit accipientis. *l.* 1. *ff. de donat.* Sed quando teſtator in teſtamento donat, † non poteſt 57.
ſtatim fieri accipientis, quia teſtamentum confirmatur morte. *l.* 4. *ff. de adimend. legat. cap. cùm Martha. de celebrat. Miſſ.* ideo ſecundùm ſubiectam materiam ab hærede præſtabitur. Natta *in authent. hoc inter liberos. verſ. quartus modus. C. de teſtament.* Sic è contra ſi in donatione inter viuos fiat legatum, puta quia donator in donatione † alteri facta, legauit aliquid mona- 58.
ſterio cum onere celebrandi Miſſas, illud erit legatum, non donatio, quoniam effectus transfertur ad poſt mortem, vt probat Natta *in conſil.* 645.

Quintus caſus eſt, legatum annuum pro primo † 59.
anno eſt purum, pro ſequentibus eſt conditionale, *l.* 4. *l. in ſingulos, l. cùm in annos. ff. de annuis legatis. l. ſenatus.* §. *final. ff. de donat. cauſ. mort. l. ſi Stichum.* §. *ſtipulatum. ff. de verb. obligat.* & concipitur, ſi tot annua legata ſint, vel in ſingulis annis ſoluenda. Item ſi legata fuerit certa quantitas diſtribuenda † ſingulis diebus Veneris, nam hoc 60.
etiam annuum legatum importat. nam quando loquimur de legatis factis ſuper actu reiterabili, diſpoſitio non eſt reſtringẽda ad vnum tantùm actum, per text. *l. cùm quidam. ff. de annuis legat.* vbi cùm quidam legauerit decurionibus certum quid præſtandum in die natalis ſui, interpretatum eſt, teſtatorem non intellexiſſe ſimpliciter de vno anno, ſed de legato annuo, & perpetuo, & tamen ibi teſtator non dixerat de ſingulo die natalis ſui. Et quòd legatum præſtandum ſingulis diebus Veneris, dicatur annuum, & perpetuum, plenè probat Decian. *in conſil.* 114. *volum.* 3. *per totum*, vbi alios allegat.

Item hoc legatum annuum † æquiparatur lega- 61.
to vſusfructus. *d. l. in ſingulos, in princip. ff. de annuis legat.* Sed hoc intelligitur, vt ſicut legatum vſusfructus extinguitur morte vſufructuarij, ita & legatum annuum, *d. l. in ſingulos. & l. patrimonij. ff. de vſu, & vſufruct. legat.* Item legatum annuum æquiparatur legato vſusfructus, quotieſcumque legatarius propria authoritate capere poteſt, ſecus ſi de manu hæredis capere debeat, gloſſ. *in l. ſi quis ita legauerit, in verſ. puto referre. ff. de vſufructu, & in l. fundi Trebatiani, in verſ. differentiam. ff. de vſufruct. legat.* Alexand. *in conſil.* 214. *numer.* 1. *volum.* 6. Surd. *in conſil.* 319. *num.* 15. *volum.* 3. Menoch. *in lib.* 4. *præſumptione* 136. *numer.* 2. *& ſeq.* Afflict. *deciſ.* 251. *num.* 1. *& ſeq.*

Declara

62. Declaratur iſte caſus, vt in legato annuo † duo principaliter conſideranda ſint, videlicet ſubſtantia legati, & acquiſitio, quæ fit ſingulis annis, Bald. *in l. final. §. ſed quia noſtra, numer. 2. C. communia de legatis.* Subſtantia autem legati conſiſtit in ipſa acceptatione totius legati, quoniam legatum repudiatum non eſt legatum, *l. legatarius. §. final. de legat.* 1. & ſubſtantia actus eſt ipſe conſenſus. *l. ex pretio, & ibi* Bald. *C. ſi cert. pet.* & dominium rei legatæ non acceptatæ per legatarium, remanet penes hæredem, vt not. per ſcribentes *in l. legatum, de legat. 2. & in l. à Titio. ff. de furtis.* Quando autem legatarius annui lega-
63. ti illud acceptat, † dicitur acceptaſſe, tam pro primo, quàm pro ſequentibus annis, nam vocatus ſub conditione, habet ius conſiderabile, etiam ante euentum conditionis. Bartol. *in l. is poteſt. numer. 1. ff. de acquirend. hæreditat.* Socin. iun. *in conſil. 95. numer. 3. volum. 3.* & eſt text. *l. nam & ſi ſub conditione. ff. de iniuſt. teſtament.* vbi, ſi quis ſub conditione hæres inſtitutus, & ab eo poſthumus præteritus, ſi pendente conditione poſthumus naſcatur, gradus rumpitur, & ita conditionalis inſtitutio eſt conſiderabilis, quia pendente conditione gradus rumpitur, nam ſi gradus non conſideraretur, non diceretur rumpi, quia quod nullum eſt, rumpi non poteſt, vt *in d. l. verſ. poſt defectum*, apertè probatur. Item niſi diceremus acceptantem legatum conditionale habere ius conſiderabile acquiſitum per acceptationem, diſpoſitio, vt legatorum, & fideicommiſſorum nomine caueatur, fruſtratoria eſſet. Item quia fideicommiſſum conditionale in multis caſibus tranſmittitur, de quibus per ſcribentes *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* ergo fruſtrà fieret dicta diſputatio, ſi nullum eſſet ius acquiſitum fideicommiſſario conditionali, quia quod nullum eſt, tranſmitti non po-
64. teſt. Item quia † legatarius annui relicti poteſt petere in iudicio, vt ſibi fiat ſatis tam pro primo anno, quàm pro ſequentibus, & anni ſequentes ſunt acceſſorij ad primum, vt diſponit *l. 1. C. de fideicommiſſ.* quæ licèt loquatur in alimentis, tamen communiter recepta eſt, vt locum habeat in quibuſlibet annuis relictis, vt probat Surd. *in deciſ.* 120. vbi quòd Senatus Mantuanus ita iudicauit, & reſpondet omnibus contrariis, & ita etiam fuit iudicatum in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 1. titulo Actio. cap. tractus*, Craſſ. *in §. legatum. quæſt.* 44. qui alios referunt. Quamobrem
65. ſubſtantia † legati conſiſtit in ipſius acceptatione, quæ fit, tam pro primo, quàm pro ſequentibus annis, & acceptando ſimpliciter, dicitur acceptaſſe pro omnibus, & ita legatum dicitur in eſſe conſtitutum in perſona legatarij, & procedit. *l. à Ti-*
66. *tio*, cum ſimilibus. Acquiſitio verò, † quæ fit ſingulis annis, eſt quid accidentale ad legati ſubſtantiam, nam accidentia poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. *l. naturalem. §. apium quoque. ff. de acquirend. rer. domin.* Calderin. *in conſil. 11. de feudis.* Sed legatum annuum poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti, & ſubſtantiæ corruptionem, prout eſt caſus *in l. pater Seuerinam. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Neque obſtat,
67. quòd in legato † annuo, tot ſunt legata, quot ſunt anni, quia ratio deciſionis *d. l. in ſingulos. ff. de annuis legat. l. cùm in annos. ff. quando dies legat. ced.* eſt quia pendente conditione non tranſmittitur ad hæredes, vt *in d. titul. ff. & C. quando dies legat. ced.* & eſt text. *l. final. C. de caduc. tollend.* & alia al-

legata per Theſaur. *quæſt. 68. part.* 1. Item ne illis fiat præiudicium, quibus medio tempore, ſcilicet, conditione pendente, ius acquiſitum eſt, Bartol. *in l. is qui pro emptore, in 5. quæſtion.* in materia fictionis tranſlatiuæ. *ff. de vſucap.* Bald. *in l. 1. numer. 11. C. commun. de legat.* Scribentes *in l. filiusfamil.* Paul de Caſtr. *in conſil. 446. dub. 1. volum. 2.* Socin. ſen. *in conſil. 41.* præſertim *numer. 29. volum. 4.* Neguſant. *de pignor. part. 5. membro 1. numer. 19. & 22.* vbi quòd quando agitur de legato conditionali conſiſtente in quantitate, ſi pendente conditione bona alienata fuerint, legatarius adueniente conditione non habet hypothecam in bonis alienatis, neque illa poteſt auocare per actionem hypothecariam à tertio poſſeſſore, quia actio † 68.
hypothecaria in legato conditionali non oritur, niſi à die euenientis conditionis, & interim tranſlatis bonis in alium, ille efficitur potior in hypotheca bonorum, ſed circumſcripto intereſſe illius, cui medio tempore ius acquiſitum eſt, illa conditio, ſi ſuperuixerit, † in ſingulis annis, à lege ſubintel- 69.
lecta, retrotrahitur ad ſubſtantiam legati, id eſt, acceptationem factam tam pro primo anno, quàm pro ſequentibus, ſi ſuperuixerit, & intrat communis Doctorum concluſio, quòd conditione purificata † per 70.
ſuperuiuentiam, habetur legatum, tanquam ſi ab initio fuiſſet purum. *l. potior. §. 1. ff. qui pot. in pignor. hab.* & reſponderunt Ruin. *in conſil. 159. num. 7. vol. 2.* Socin. iunior *in conſil. 41. num. 5. & conſil. 69. num. 4. & conſil. 71. num. 9. volum. 3.* Neuizan. *in conſil. 81. numer. 5.* & alij allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 43. numer. 17.* & non exiſtente creditore medij temporis, extrema ſunt habilia, ideo ſemper conditio retrotrahitur † ad ſuum principium, 71.
prout eſt communis reſolutio, de qua per Rotam *in deciſ. 728. num. 17. part. 1. in Nouiſſim.* ergo illud primum tempus, in quo fundata eſt ſubſtantia legati annui, attendendum eſt, ad quod dicta retrotractio facienda eſt, & hoc reſpectu verificata conditione, † ſemper vnicum legatum eſt, non au- 72.
tem plura, quia eiuſdem ſubſtantia vna eſt, ſcilicet acceptatio, tam pro primo, quàm pro ſequentibus annis ſi ſuperuixerit. Quamobrem vnica præſcriptione † amittitur, de quo etiam ſcri- 73.
pſi in articulo præcedenti in ſecundo illius capite, & concurrunt ſcripta Hieronymi Papponi *in conſil. 8. numer. 27. & ſeq.* vbi quòd tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni, in qua cauſa ego conſului pro parte contraria dum eram in ſtudio Piſano, & ſimul cum eodem Papino octogenario legebamus in concurrentia.

Secundò declaratur, vt legatum annuum non debeatur in perpetuum, ſed extinguatur † cum 74.
perſona legatarij. *l. in quarta. l. in ſingulos. l. cùm in annos. ff. de annuis legat. l. Gaius, in fin. ff. eodem titul. l. Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verb. obl. l. in annalibus. C. de legat.* Socin. *in conſil. 68. numer. 10. volum. 1.* Ruin. *in conſil. 46. numer. 1. volum. 2.* Bero. *in conſil. 32. vol. 2.* Rub. *in conſil. 23. num. 5.* & hoc eſt verum, etiam ſi teſtator legauerit in perpetuum, † 75.
quia nominato legatario, legatum annuum reſtringitur in perpetuum, donec vixerit, quia diſpoſitio fuit perſonalis, ideo cum perſona extinguitur. *l. Lucius. §. Sempronius. de legat. 3.* vbi Bartol. dicit, quòd prohibitio alienationis facta hæredi nominato non includit hæredem hæredis. Alexand. *in conſil. 56. volum. 1.* Iaſ. *in l. filiusfamilias. §. diui, numer. 151. de legat. 1.* & *ibi* Ripa *num. 111.*

& Ferdinand. *numer.* 158. qui dicit communem, tanto magis quando verſamur in legato annuo, quod cum perſona legatarij extinguitur, & quòd
76. dictio † *in perpetuum*, habet plures ſignificationes, & ſemper ſit reſtringenda ſecundùm ſubiectam materiam, ſcribunt *in l. 2. ff. ſolut. matrim.* Ripa, Crot. & Parpal. & Barbat. *in conſil. 20. colum. 2. volum.* 4. Et licèt, quando annuum legatum factum
77. eſt Eccleſiæ, vel ciuitati in perpetuum, † aliqui firment, importare perpetuum, & infinitatem temporis, Alberic. *in l. an vſusfructus. ff. de vſufruct.* Barbat. *in conſil. 20. volum.* 4. Tamen Alexand. *in conſil. 60. vol.* 1. ſuper eadem cauſa, reſpondit contrarium, quòd etiamſi Eccleſiæ, vel ciuitati factum fuerit d. legatum, & corpora nunquam moriantur, nihilominus non extenditur legatum vltra centum annos, & opinionem Alexandri ſequuti ſunt, Dec. *in conſil. 378. circa finem*, vbi quòd prohibitio alienationis, & legatum factum familiæ, non debet durare vltra centum annos. Item Ruin. *in conſil. 143. col. 4. vol.* 4. vbi allegat Ancharan. & Federic. de Sen. ita tenuiſſe. Item Ancharan. & Barbat. *in cap. final. colum. final. de teſtament.* quos refert, & ſequitur Surd. *in conſil. 123. numer. 16. volum.* 1. Mantua *ſingular.* 52. Cotta *in memorial. in verb. in perpetuum*, qui atteſtatur eſſe communem opinionem, & in conſulendo, & iudicando eſſe amplectendam, Anania *in conſil. 39. numer.* 3. & *ibi* Bolognin. *in Additionib.* & Alexand. *in l. 2. ff. ſolut. matrimon.* dicit alios conſuluiſſe contrarium, ſed in cauſa ſuccubuiſſe, cùm fuerit iudicatum pro iſta opinione, & pro hac opinione Menoch. *in conſil. 1263. volum.* 13. cumulat vndeuiginti Doctores, & pro contraria decem & ſeptem, ex quibus apparet quòd iſta eſt magis communis, quam ego ſequor, vt veram.

78. Sextus caſus eſt, legatum ſemper eſt † interpretandum, vt ſit vtile legatario, † aliàs legatum non valeret. *l. hæreditatem. ff. mandati. l.* 1. §. *penultim. C. communia de legat.* Roland. *in conſil. 79. numer. 3. volum.* 2. Corn. *in conſil. 87. numer. 9. volum.* 2. Angel. *in conſil. 121. numer.* 29. per text. §. *vxore. Inſtitut. de legat. l.* 1. § *ſi quis creditori. ff.*
79. *ad legem falcid.* ipſum enim legatum eſt titulus, † & cauſa lucratiua: Alexand. *in l. ſi cum dotem. §. ſi pater, numer. 6. ff. ſolut. matrim.* Bartol. *in l. Mauius.* §. *duobus, numer. 15. de legat.* 2. Roman. *in conſil. 189. numer.* 4. & natura legati eſt afferre vtilitatem. Roland. *in conſil. 15. numer. 39. volum.* 1. Menoch. *in conſil 162. numer. 26. volum.* 2. Riminald. iun. *in conſil. 155. numer. 5. volum.* 2. Propterea ſemper eſt interpretandum, vt ſit vtile. *l. Titia cum teſtamento. §. Titia. de legat.* 2. & *ibi* Immol. Alexand. *in l. legato generali, numer. 3. de legat.* 1. *& in l. cùm ſeruus. ff. eodem titul. & in conſil. 248. num.* 5. & 8. *volum.* 6. Item ſi legatum nul-
80. lam † afferret vtilitatem, eſſet nullum, & non valeret, vt probat Simon de Pret. *de interpretat. vltim. voluntat. lib. 2. ſolut. 2. numer.* 93. & 113. Et licèt teſtator magis videatur diligere hæredem,
81. quàm legatarium, & propterea ſit capienda † interpretatio, vt quanto minus grauetur hæres. *l. vnum ex familia. §. ſi rem. de legat. 2. l. Titia §. qui in vita. ff. eodem titul.* Iaſ. *in l. non dubium. C. de legib.* & *in l. quod Seruius. ff. de condict. ob cauſ.* Tamen illa regula procedit, quando eſt incertitudo voluntatis defuncti, ſecus quando ſumus certi de vo-
82. luntate; ſed in legatis eſt ambiguitas verborum †, quia tunc lata facienda eſt interpretatio. *l. in teſtamentis. ff. de regul. iur. cap. cùm dilecti. de donation.* & cùm hoc tradatur pro regula, intelligendum eſt in qualibet parte teſtamenti, & gloſſ. *in d. l. in teſtamentis*, dat plura exempla, etiam de legatis. Angel. *in l. certo generi. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* dicit, quòd ſi teſtator legauit apothecam, cenſetur etiam legaſſe merces ibi exiſtentes, quia in legatis latior ſit interpretatio, ſequitur Paul. de Caſtr. *ibid.* Item vbi teſtator ſeparatim legauit ſimplicia, ſub illis continetur mixtum. † *l. Titia textores, in princip. de legat.* 1. & *ibi* Alexand. & 83.
Iaſ. reddunt rationem, quia ſumus in fauorabilibus, & fauores ſunt ampliandi, & hanc concluſionem latiùs probat Natta *in conſil.* 626. Menoch. *lib. 2. præſumpt.* 106. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. voluntat lib. 3. ſolut. 3. numer. 16. fol.* 276.
Teſtator enim plus cenſetur † diligere legatarium in re ſibi legata, quàm hæredem, Surd. *in conſil. 319. numer. 18. volum.* 3. Item illa regula, 84.
quòd cenſeatur magis dilexiſſe hæredem, limitatur, quando legatum eſt factum coniunctæ perſonæ. Crauett. *in conſil. 297. num.* 1. Menoch. *in conſil. 528. numer. 17. volum.* 6. Hæc eſt facienda interpretatio, vt minus dilectus præferatur magis dilecto, ad quod abſurdum euitandum, receditur à proprietate verborum, & ſic etiam fit
extenſio † de perſona ad perſonam, Gratian. 85.
diſceptat. forenſ. cap. 771. numer. 23. part. 4. Item de re ad rem. Crot. *in conſ. 67. numer.* 41. vbi quòd ideo vxor alimentaria poteſt etiam exigere dotem ſuam. Item vſufructuarius † non ſoluit æs 86.
alienum, quando vſusfructus eſſet inutilis, item infert, quòd ſi vſufructuarius teneretur alere filios teſtatoris, tamen limitatur, quando illis dando alimenta, nullum conſequeretur commodum ex vſufructu ſibi relicto. Item ad hoc eſt text. *l. qui concubinam. §. qui hortos. de legat.* 3. vbi teſtator qui hortos in quinquennium conduxerat, relinquendo hortorum vſumfructum alicui, videtur voluiſſe, quòd hæres ſoluat penſionem, & legatarius conſequatur fructus hortorum, quia ſecundùm gloſſam ibi legatum eſſet inutile, ſi legatarius teneretur ſoluere penſionem, & ſemper latior interpretatio facienda eſt, Bartol. *in l. his verbis. §. idem teſtator*, Iaſ. *in l. ſi res, numer. 10. de legat. 1. & in l. fructus. numer. 18. ff. ſolut. matrimon.* Natta *in conſil. 415. per totum*, Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 15. gloſſ. 1. num.* 16.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi legatarius † non eſſet capax largæ interpretationis, 87.
nam ſi per ſtatutum quis hæredem extraneum facere non poſſet, licèt illi forenſi legatum in pecunia facere poſſet, vt ſuper ſtatuto Mantuano fuit iudicatum, Surd. *deciſ.* 30. tamen illi forenſi non poſſet facere legatum, quòd abſorberet maiorem partem hæreditatis, quia tunc idem iudicandum eſt de legato † ita magno, quod de tota hæreditate. Bart. 88.
in l. quid ergo, la 2. §. 1. per illum text. *de legat.* 1. Dec. *in conſil. 349. numer. 7. verſ. nam ad hoc reſpondetur.* Cephal. *in conſil. 377. numer.* 39. Crauett. *in rubrica de legat. 1. numer.* 29. & ſuper eodem ſtatuto Mantuano conſuluit Manent. *in conſ.* 31. qui plura adducit.

Secundò declaratur, nam ad ſeruandam æqualitatem inter filios interpretatio fit clarior, † videlicet 89.
de iure ſuo, ad ipſam rem, ſi enim teſtator habet ſolum ius in ſpe ad aliquam rem, ius illud, quod habet, legare cenſetur, *l. ſi dominus*, & *ibi* Bald. *ff.* *de*

de vſufruct. gloſſ. Aretin. Paul. de Caſtr. & Alexand. in l. ſeruum filij, in princip. de legat. 1. Ruin. in l. ſerui electione. §. cum fundus, numer. 9. de legat. 1. Sed quando teſtator voluit ſeruare æqualitatem inter filios, & vni eorum legaſſet rem illam, in qua ſolum ius in ſpe habebat, tunc propter dictam æqualitatem ſeruandam latiſſima fit interpretatio, vt cenſeatur voluiſſe legare ipſam rem pleno iure. Ruin. in conſil. 212. numero 12. verſ. & quòd talis. volum. 1. per text. l. quæſitum. §. ſed & ſi ipſe Papinianus. ff. de fundo inſtructo, vbi quòd ob ſeruandam æqualitatem inter filios, aliqua in legato non continentur, quæ aliàs continerentur, ſequitur Zanch. in l. hæredes mei. §. cùm ita, in 1. parte. num. 28. ff. ad Trebellian. Dec. in conſil. 122. in fine, Cephal. in conſil. 612. num. 4. vol. 4.

90. Tertiò declaratur, nam legatum latiſſimè † interpretatur in neceſſariam conſequentiam, vt ſi teſtator prohibuit rem legatam alienari, cenſeatur illius proprietatem reliquiſſe. l. Proculus. ff. de vſufruct. nam ex qualitate, & modo, qui à teſtatore datur, declaratur illius mens, ideo legando vſumfructum rei, & prohibendo eiuſdem rei alienationem, cenſetur eidem vſufructuario † proprietatem

91. reliquiſſe, Bald. in d. l. Proculus. ff. de vſufruct. & quemadmod. Alexand. in conſil. 150. num. 1. volum. 7. Socin. iun. in conſil. 84. numero 9. volum. 1. Surd. in conſil. 45. numer. 27. volum. 1. Rimin. iun. Inſtitut. de donationib. in princip. numer. 357. Non enim datur priuatio ſine habitu; ergo prohibendo alienationem in neceſſariam conſequentiam, cenſetur reliquiſſe proprietatem, & hanc ſententiam eſſe frequentiùs receptam, probant Gabriel in conſil. 108. numero 32. volum. 2. & Oddus in conſil. 43. numero 12. & plur. ſequent. Multò magis huiuſmodi legatum vſusfructus eſt interpretandum latiùs de proprietate, ſi teſtator eidem legatario vſufructuario alienandi facultatem conceſſerit, nam vſufructuarius ſolus hoc facere non poteſt; ergo ita permittendo in neceſſarium antecedens proprietatem legare voluit. Mantic. de coniectur. lib. 9. titul. 15. numero 14. & hanc eſſe communem opinionem probat Menoch. in conſil. 10. numero 9. volum. 1. & plurimos ad hoc allegat Gratian. in diſcept. forenſi. cap. 443.

92. Septimus caſus eſt, vbi legatum † rei factum eſt ad tempus, cenſetur ipſe legatarius rogatus, vt finito tempore eandem rem reſtituat per fideicommiſſum ipſi hæredi, prout eſt caſus in l. Titia cum teſtamento. §. final. de legat. 2. l. final. C. de legatis. authent. cui relictum. C. de indicta viduit. tollend. & quòd hoc procedat de iure Digeſtorum, probatur in l. ſi mortis cauſa res donata, & l. ſequent. ff. de donat. cauſ. mort. & ibi gloſſ. in ver. in rem, quæ dicit ſpeciale eſſe in vltimis voluntatibus, & ibi probatur, quòd quamuis dominium † ſit

93. translatum in donatarium per traditionem, quòd tamen retrotransfertur ſine traditione, Paulus de Caſtr. in conſil. 241. numero 5. verſ. non poteſt videri volum. 2. Alexand. in d. l. final. numero 3. C. de legat. qui allegat gloſſ. in l. 1. in fin. C. de inofficioſis donationib. quam gloſſam ibi Bald. dicit eſſe notabilem, & Iaſon in d. l. final. dicit eſſe magiſtralem, Salyc. in d. l. final. vbi allegat d. authent. cui relictum, in fin. & ratio magna eſt, quia ſicut dominium tranſit recta via in legatarium. l. à Titio. ff. de furtis; ita finito tempore legati, illius dominium debet retrotransferri in hæredem. d. l. final. in verſ. remanentibus. C. de legatis.

Octauus caſus eſt, legatum † augmentum factum à teſtatore, poſt conditum teſtamentum, pertinet ad hæredem, non autem ad legatarium. l. ſi ita. ff. de auro, & argento legato, vbi Bartol. Alberic. & cæteri, præſertim ſi verba ſint talia, quorum temporis ſignificatio non poſſit trahi ad futurum tempus. l. vxori. §. vxori. de legat. 3. l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de liberat. legat. l. his verbis, & ibi not. Bartol. de legat. 3. l. creditor. §. final. ff. de liberat. legat. vt ſi legata ſint nomina debitorum in libro deſcriptorum, quæ ſunt verba præteriti temporis, Alciat. in l. verbum erit, numero 4. ff. de verb. ſignificat. Menoch. in conſil. 90. numer. 60. volum. 1. Curt. iun. in conſil. 277. numero 11. quæ non poſſunt trahi ad nomina deſcripta in libro poſt teſtamentum factum, quod eſt verum, etiamſi teſtator vſus fuiſſet verbis generalibus, † videlicet 94.

omnia nomina debitorum in quolibet libro deſcriptorum, tunc etiam ea ſola nomina continentur, quæ teſtamenti tempore ſcripta erant, l. ſi ita ſcripſiſſet. de legat. 2. in verſ. quidquid Lucium Titium, &c. l. ſcribit. §. idem ſcribit. ff. de auro, & argent. legat. l. final. §. 1. & ibi gloſſ. in ver. communes. de legat. 2. 95.

Hoc enim eſt † legatum generale, etiamſi dictum fuerit, omnia, & quæcumque. Bart. in d. l. ſi ita. numero 4. ff. de auro, & argent. legato, Ruin. in conſil. 44. numero 4. volum. 3. Gabriel in conſil. 128. numero 19. volum. 2. & quòd in huiuſmodi legato non veniant futura, reſponderunt, Curt. iun. in d. conſil. 277. Hondedeus in conſil. 63. volum. 1. Oddus in conſil. 69. Mazzol. in conſil. 3. qui conſuluerunt ſuper legatis factis per verba, omnia, & quæcumque, & dixerunt eſſe generalia, & non venire, niſi quæ habebat tempore teſtamenti, excludentes legatarium, & reſpondentes omnibus iuribus, quæ in contrarium adduci poſſunt. Item in caſibus valde ſimilibus reſponderunt Baldus in conſil. 485. numero 4. volum. 4. Capra in conſil. 45. Pariſ. in conſil. 21. numero 3. volum. 3. Socin. iun. in conſil. 99. volum. 3. Atque ſcripſerunt in hoc caſu ad fauorem hæredum Menoch. lib. 4. præſumpt. 127. numero 12. Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 11. numero 6. Couar. in lib. practic. quæſtion. cap. 2. numero 25. Canalean. in tract. de vſufruct. numero 85. Cagnol. in l. final. numero 229. C. de pact. Paul. de Caſtr. in l. cùm ſtipulàmur, numero 3. verſ. ſemel etiam conſului. ff. de verb. obligat. vbi Alexand. numero 3. Iaſ. in l. ſi quis inquilinum. §. illud quoque, numero 10. ff. quod quiſque iur. Felin. in cap. adhuc, numero 2. de reſcriptis, qui dicit, ita fuiſſe iudicatum Florentiæ. Et ita etiam fuit deciſum in aliis tribunalibus, Capella Tholoſan. deciſion. 191. Theſaur. deciſion. 168. & in Additionibus ad conſuetudinem Neapolis, quæ incipit, & ſi teſtator, habetur, ita fuiſſe deciſum in ſacro Conſilio Neapolitano, quòd in legato generali facto per verba, omnia, & quæcumque; augmentum factum per teſtatorem poſt teſtamentum, pertinet ad hæredem, non autem ad legatarium, & hanc opinionem iudicauimus etiam in Collegio Piſano, vt eſt in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titul. Legatum, cap. augmentum. 96.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator legauit omnia bona ſua, & nullus alius eſt, qui ſuſtineat onera hæreditaria: tunc hoc legatum dicitur vniuerſale †, ex intentione teſtatoris, ita docet Bartol. in l. ſi quis ſeruum. §. final. numero 2 ff. de legat. 2. per text. in l. quoties. §. final. ff. de vſufruct. 97.

vbi ſi legātur omnia bona, intelligitur legata omnis ſubſtantia, quod eſt idem quod hæreditas. *l. cogi, in princip. ff. ad Trebell.* & probatur *in l. vxori. ff. de vſufruct. legat.* vbi ſi legatur vſusfructus omnium bonorum, venit calendarium, quod continet debita, & credita. Item ſi quando teſtator legat omnia bona, intelligeretur deducto ære alieno, tunc ſequeretur, quòd legatarius haberet totum commodum, & apud hæredem remaneret totum incommodum, quod eſſe inconueniens, probat *ibi* Bartol. *in d. §. fin.* quare legatum generale, ex mente teſtatoris aliquando interpretatur vniuerſale, ſi ea mens ex coniecturis probari poſſit. *l. inter veſtem. ff. de auro, & argent. legat.* & alia ad hoc relata per Gabriel. *in conſil.* 120. *numero* 8. *volum.* 1. Roland. *in conſil.* 39. *num.* 20. *vol.* 4. Mantic. *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13.

Item quia vbi legata maiorem partem hæreditatis abſorbent, idem iudicatur de legatis, quod
98. de hæreditate. † Bartol. *in l. quid ergo, la* 2. *§.* 1. *de legat.* 1. Natta *in additione fin. ad Alexand. in conſil.* 38. *volum.* 1. *in conſil.* 349. *numero* 7. *verſ. nam ad hoc reſpondetur*, Cephal. *in conſil.* 377. *numero* 39. *volum.* 3. & ideo poſthumo præterito non conſeruantur legata magna per clauſulam codi-
99. cillarem, †, ſicut nec hæredis inſtitutio ſubſiſteret. Aretin. *in conſil.* 93. *numero* 6. Clar. *in §. teſtamentum quæſtion.* 46. Magon. *deciſion. Lucenſ.* 32. *in fin.* Quare legatum generale ex intentione teſtatoris, coniecturis probata aliquando dicitur vniuerſale, ita vt coniecturis probari poſſit, vt in legato generali veniant futura. Fulgoſ. *in conſil.* 28. *colum. final.* Socin. iun. *in conſil.* 98. *numero* 26. *volum.* 1. quos ſequitur Gabriel *in conſil.* 120. *num.* 8. *volum.* 1.

Secundò declaratur, nam ſi teſtator vſus fuerit pronomine aliquo poſſeſſiuo, vt ſi dixerit, le-
100. go vſumfructum omnium bonorum † meorum, tunc non veniunt niſi bona præſentia, nam d. pronomen poſſeſſiuum reſtringit rem ad tempus confecti teſtamenti, ita vt acquiſitum ſuperueniens non augeat legatum, Bartol. *in l. ſeruum filij, circa finem princip. verſ. ſed dico ſic. de legat.* 1. & *in l. ſerui electione. §. final. ff. eod.* & *ibi* Bald. Angel. Paul. de Caſtr. Item Ripa *numero* 9. dicit opinionem Bartoli eſſe communem. Idem Bald. *in conſil.* 488. *volum.* 3. Ruin. *in conſil.* 164. *numero* 56. *volum.* 3. Caccialup. *in ſubſcriptione ad conſil. vltim.* Socin. *volum.* 1. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 132. *numero* 2. *volum.* 1. Menoch. *in conſil.* 166. *numero* 170. & 192. *volum.* 2. & *in lib.* 4. *præſumpt.* 127. *in fin.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 4. *dub.* 9. *numero.* 35. *fol.* 403. Surd. *deciſion.* 233. *numero* 11. & 20. *in fin.*

101. Idem ſi teſtator vſus fuerit caſu poſſeſſiuo, † vt quia legauit certam partem bonorum ipſius, quia genitiuus importat dominium. Alexand. *in conſil.* 171. *numero* 1. & *ſequent. volum.* 6. Surd. *in conſil.* 450. *numero* 43. *volum.* 3. Sed iſta declaratio non habet locum in duobus caſibus, primò, vbi augmentum poſt teſtamentum factum, eſt ita annexum rei principali, vt de per ſe ſtare nullo modo poſſit, tunc pronomen *meum*, & cætera poſ-
102. ſeſſiua ſtant demonſtratiuè, † cùm non appareat alia cauſa, vt ſtet reſtrictiuè, vt probat Couar. *in lib. practic. quæſt. cap.* 2. *num.* 1. Ripa *in d. l. ſerui electione. §. fin. de legat.* 1. & Menoch. *in conſil.* 166. *numero* 188. *vol.* 2.

103. Secundò, ſi legata † eſſent concepta per verba ſubiunctiui modi, ſiue præſentis temporis, ſiue præteriti imperfecti, tunc enim ſemper comprehenduntur futura, *l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. obligat.* Bartol. *in l.* 1. *numer.* 11. *verſ. contrarium. ff. de auro, & argent. legat.* Dec. *in conſil.* 41. *num.* 3. *in fin. verſ. ſed reſpondetur breuiter*, Surd. *in conſil.* 362. *num.* 27. *volum.* 3. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 46. *numero* 29.

Nonus caſus eſt. Pro legato † tres actiones 104.
competunt, videlicet actio perſonalis ex teſtamento, item rei vendicatio, & actio hypothecaria, prout eſt caſus *in l.* 1. *C. communia de legat.* & *ibi* notant omnes, Cyn. Bartol. Bald. Alberic. Salyc. Paul. de Caſtr. & communiter omnes, Ripa *in l.* 1. *numero* 38. *de legat.* 1. Aretin. *in § legatum, numero* 1. *verſ. nota quòd pro legato. Inſtitut. de legat.* Couar. *in cap. Raynutius. §.* 10. *numero* 2. *de teſtament.* Roderic Suarez *in l. quoniam in prioribus. in* 7. *quæſtion. numero* 19. *C. de inoffic. teſtament.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 18. *numero* 122. Alexand. *in conſil.* 4. *numero* 20. & *ſequent.* & *in conſil.* 98. *num.* 5. *volum.* 2. Natta *in conſil.* 235. *num.* 10. Crauet. *in conſil.* 16. *num.* 6.

Declaratur iſte caſus, quoad actionem hypothecariam, primò, quòd ipſa fuit de nouo † intro- 105.
ducta à Iuſtiniano, *in l.* 1. *C. communia de legat. in verſ. Nos in præſenti caſu hypothecariam donare actionem*, item *l. final. §. ſed quia noſtra. C. eod. tit.* vbi Imperator dicit, ſe conceſſiſſe dari actionem hypothecariam, abolita miſſione in rem, quæ fiebat de iure antiquo. Ad idem caſus *in l. final. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. in verſ. ſecundum noſtram conſtitutionem*, quæ hypothecariam donauit. Item *§. noſtra autem conſtitutio. Inſtit. de legat.* vbi atteſtatur Imperator ſe de nouo introduxiſſe hanc actionem hypothecariam pro legatis, ergo antea de iure Digeſtorum non competebat, & iſta eſt communis opinio, de qua atteſtantur, Socin. iun. *in l.* 1. *numero* 448. *de legat.* 1. Ripa *numero* 64. Bolognet. *numero* 314. *verſ. præterea.* Iaſ. *numero* 132. *verſ. & in hoc vltimo*, Crot. *numero* 119. Iacob de Nigris *col.* 47. & contraria opinio, quam tenet Bartol. *ibid. num.* 13. non eſt vera, quia text. *l. creditoribus*, † *in fine. ff. de* 106.
ſeparationibus, quem allegat, loquitur de hypotheca expreſſa, & idem Iuſtinian. atteſtatur *in d. l.* 1. *C. commun. de legat. in verſ. cùm enim iam hoc iure increbruit licere teſtatori hypothecam rerum ſuarum, quibus voluerit relinquere*, &c. Ipſe poſtea introduxit dari hypothecam tacitam, ſicut fecit in dote, *in l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. hab.* & *l. vnica. C. de rei vxor. action.* Item probatur, quia *d. l. creditoribus*, loquitur de illis, qui poterant obtinere ſeparationem; ergo loquitur de habentibus expreſſam, & cum poſtea ſubdat de legatariis, intelligitur de eiſdem habentibus expreſſam, aliàs Iuſtinianus mentiretur, qui dixit ſe hypothecariam de nouo induxiſſe. Propterea Bart. *in l. ſi quis ſeruum. §. certam. de legat.* 2. dum textus dicit dari actionem ſecundo legatario contra hæredem, & Bartol. dicit, quòd eſt actio hypothecaria, eſt communiter reprobatus: ſed certè Bart. non bene allegatur, quia hoc tantùm dicit, quòd quando pecunia legata eſt Titio, & ab eodem Titio per fideicommiſſum legata eſt Caio, tunc fideicommiſſarius non habet directam actionem contra hæredem, niſi cedat; habet tamen vtilem, quia dum habet actionem contra legatarium, dicitur habere obligatam illam actionem, quam legatarius habet contra hæredem, & ita habet vtilem. *l. nomen. C. quæ res pignor. obligar. poſſ.* Firmiter igitur tenendum eſt, quòd

quòd actio tacitæ hypothecæ pro legatis conſequendis de iure ſpeciali ab ipſo Iuſtiniano introducta fuerit. Item dicta hypothecaria † danda eſt
107. etiam pro illis legatis, pro quibus ſolum officium iudicis competit, vt in caſu *l. quidam reipublica. ff. de vſufruct. legat.* Item in caſu *l. ſeruos. ff. de aliment. & cibar. legat.* & hæc opinio eſt magis communiter recepta, de qua per Socin. *in d. l.* 1. *numero* 466. *de legat.* 1. & ibi tenet Bartolus *numero* 13. Iaſ. *numero* 132. *verſ. tertiò, vſque ad finem*, Ripa *numero* 66. qui etiam atteſtatur de communi, Socin. *numero* 14. Alexand. & Immol. Bolognet. *numero* 321. Aretin. *numero* 4. Et licèt text. *d. l.* 1. *in fin. C. communia de legatis*, dicat, actionem hypothecariam †
108. competere ſolùm vbi competit actio perſonalis; ergo non vbi competit officium iudicis, vt argumentatur Crot. *ibid. numero* 134. Tamen hoc procedit ſtricto iure. Bartolus *in l. hæreditas, in fin. ff. de petit. hæredit. & in l.* 1. *colum. penult. C. ſi quis omiſſ. cauſa teſtament.* Secus eſt in larga ſignificatione, per viam extenſionis, ex identitate rationis, quia vbi eſt eadem ratio, etiam in caſu, quo in larga ſignificatione competeret hypothecaria, tunc competit, quantumcumque diſpoſitio † eſſet exorbi-
109. tans. *l. filium habeo. ff. ad ſenatuſconſult. Macedon.* cum ſimilibus *ibi* per Doctor. Sed ratio, quare hy-
110. potheca eſt legatis † conceſſa, eſt vt pleniùs voluntas teſtatoris impleatur. *l.* 1. *§. etenim. C. commun. de legat. & l.* 2. *C. vt in poſſeſſ. legat.* quæ militat, etiam quando legata debentur per officium iudicis, & pro hoc facit *l. pro officio. C. de adminiſtrat.*
111. *tut.* vbi hypotheca † tacita conceſſa contra tutorem, ex eadem ratione habet locum in protutore, & *ibi* notat gloſſa, quòd in larga ſignificatione, appellatione actionis, venit officium iudicis. *l. actionis verbo. ff. de verb. obligat. & l. actionis verbo. ff. de verb. ſignificat. l. inquilino*, & *ibi* notant omnes, *ff. de damno infect.* Item text. particularis, *in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. final. ff. de iudic.* vbi diſpoſitio
112. iuris facta de eo, † quod petitur iure actionis, extenditur etiam ad id quod petitur iudicis officio, & ideo Alex. *in l.* 1. *numero* 23. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* dicit communiter teneri, quod *d. l.* 1. *C. commun. de legat.* concedens actionem hypothecariam vbi competit actio perſonalis, extendi debet, etiam ad caſum, in quo competit ſolum officium iudicis.

113. Secundò declaratur, quòd licèt pignus, † & hypotheca non poſſint conſtitui ſuper re propria. *l. ſi rem alienam, in* 2. *ff. de pignorat. action. l. neque pignus. ff. de regul. iur. l. vti frui, in princip. ff. ſi vſusfruct. pet.* ſicuti res propria non poteſt alicui ſeruire. *l. in re communi. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. cùm in fundo, in princip. ff. de iure dot. l. qui ædes. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. quidquid. ff. commun. prædior.* ſed dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium. *l. à Titio. ff. de furt. l. ſi tibi. §. cùm ſeruus. de legat.* 1.
114. ergo non habet legatarius † d. hypothecariam ſuper re propria, & ita tenet gloſſ. *in d. §. noſtra autem conſtitutio. Inſtit. de legat.* & hanc eſſe communem dixit Iaſ. *in d. l.* 1. *num.* 132. *de legat.* 1. Ripa *num.* 65. Neguſant. *in tract. de pignorib. part.* 2. *membro* 4. *numero* 158. Alexand. *in l. ſi creditori. de legat.* 1. vbi tenet hanc opinionem contra Bartol. eſſe veriorem, Craſſ. *in §. legatum, quæſt.* 76. *num.* 2. *in fin.* dicit, ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum. Tamen hæc concluſio non procedit, vbi quis eſt dominus iure ſpeciali, tunc enim etiam hypothecam in re propria habere poteſt. *l. in bello §. ſi quis ſeruum. ff. de captiu.* & ita reſpondet Bartol. *in d. l.* 1. *numero* 13. *de legat.* 1. & eamdem tenent Bartol. Bald. & alij relati per Dec. *in d. l. neque pignus. ff. de regul. iur.* Socin. ſen. *in d. l.* 1. *numero* 15. dicit, quòd Doctores communiter ſequuntur Bartol. Socin. iun. *numero* 453. Ruin. *colum.* 36. *verſ. quarta eſt concluſio*, & fuit opinio Cyni *in l.* 1. *num.* 5. *C. communia de legat.* & hanc etiam tenet Bart. *in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *ibi* Bald. *numero* 10. & Salyc. *in fin.* quia res legata non eſt facta ex toto ipſius legatarij, ex eo quia remanet penes alium, & ratione directi dominij datur hypotheca in d. re legata, & ita fuit iudicatum. Surd. *in deciſ.* 76. qui allegat quamplurimos.

Item quia actio † hypothecaria poteſt competere ratione poſſeſſionis; ergo legatarius, in quem eſt translatum dominium, poterit illam exercere. 115.
Probatur, quia poſſeſſio rei legatæ non transfertur in legatarium ſine traditione, gloſſ. *in l. fin. ver. ſed etiam in rem. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ideo Iaſ. *in l ab emptione, numero* 12. *ff. de pactis*, licèt, ait, in legatarium tranſeat dominium, tamen poterit agere actione perſonali ex teſtamento, vt res legata ſibi actualiter tradatur, & per naturalem actum eidem acquiratur verum, & proprium dominium. *l.* 1. *&* 2. *C. commun. de legat.* & eſt dictum Baldi *in d. l. ab emptione*, vbi allegat gloſſ. *in d. §. noſtra autem, in ver. pro hypothecaria. Inſtit. de legat.* & hac ratione vtitur Cacheran. *in deciſ.* 35. *numero* 6. Quòd autem hypothecaria poſſit competere ratione poſſeſſionis, probatur per *l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſeſſ. l. certè. §. final. & l. ſeq. ff. de precario. l. qui rem. ff. depoſiti*, & hanc opinionem probant *in d. l.* 1. *de legatis* 1. Immol. Paul. de Caſtr. & Socin. ſen. quòd pro conſequenda actuali poſſeſſione competat actio hypothecaria pro legato. Bartol. *in l. rem alienam, numer.* 8. *ff. de pignor. act.* Et licèt poſſeſſio rei legatæ exiſtens penes hæredem, ſit diuerſa à poſſeſſione eiuſdem rei, quam habebat teſtator. *l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 1. *§. Scæuola. ff. ſi quis teſtament. lib. eſſe iuſſ. fuer.* Sed nulla res hæredis eſt hypothecata legatario pro legato conſequendo. *l.* 1. *in fin. C. de legatis. l.* 2. *in princ.* & *ibi* Bald. *C. eod. tit.*
Tamen quando noua poſſeſſio † rei legatæ peruenit ad hæredem, dicitur in eum tranſire cum ſua 116.
cauſa. *l. pignoris. ff. de pignorib. l. ſi conuenerit vt nomen. §. ſi fundus. ff. de pignor. act. l. ſi debitor. C. de diſtractione pignor.* hypotheca † enim, tanquam ius 117.
cohærens rei, tranſit in quemcumque nouum poſſeſſorem, & rem afficit, quocumque vadat, ſicut dicimus de exceptione, quæ rei cohæret. *l. apud Celſum. §. de auctoris*, & *ibi* Alberic. *ff. de dolo malo.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. gloſſ.* 1. *§.* 9. *numer.* 128. & onus rei iniunctum tranſit in quemcumque ſucceſſorem. *l. via conſtituti. §. quicumque. ff. de ſeruit. vrb. præd. l.* 1. *§. fin. ff. ſi ſeruit. vindic.* ergo contra hæredem nouum poſſeſſorem poterit agi per actionem hypothecariam, quia habens hypothecam dicitur habere ius in re. *l. eos. C. qui pot. in pignor. habeantur*; ideo rem ipſam perſequitur, licèt enim hy-
potheca non ſit merè realis, † tamen plus inhæret 118.
rei, quàm perſonæ, gloſſ. *in l. ſi tibi decem. §. de pignore. C. de pactis.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §.* 8. *gloſſ.* 5. *numer.* 10. *& ſeq.* Item quòd hypothecaria detur contra ſolum detentorem ſine titulo, docet Bart. *in d. l. rem alienam, num.* 8. *ff. de pignor. act.* vnde ſi poſſeſſio detineretur per commodatarium, vel conductorem, poterunt conueniri per actionem hypothecariam. *l. officium. ff. de rei vendic. & l. ſi ventri. § pen. ff. de priuileg. creditorum.* Quare hypothecaria datur ſuper bonis teſtatoris pro conſequendo legato.

legato, etiamſi dicta bona ex nona poſſeſſione de-
tineantur per hæredem.
119. Imò etiam ſuper † bonis hæredis, ſi fuerit in
mora præſtandi legatum poſt ſex menſes, gloſſ. &
Doctor. *in d. l. 1. C. communia de legatis. l. certa. C. vt
in poſſeſſionem legatorum nomine*, & *ibi* Doctor. Bart.
in d. l. 1. in fin. C. commun. de legat. dicit, quòd poſt
ſex menſes poteſt fieri miſſio in bonis hæredis, li-
cèt eius bona non ſint tacitè obligata, ſicut bona
teſtatoris alteri legata, non ſunt alteri legatario
obligata, gloſſa æſtimata ſingularis, & Caſtrenſ. *in
d. l. 1. C. communia de legatis.*
120. Tertiò declaratur, quòd d. hypothecaria † pro
legato, datur ſolùm ad hoc, vt ſibi ſatisfiat pro ſuo
legato, Cyn. *in l. vbi adhuc. quæſt.* 14. *numero* 18. *C.
de iure dot.* Bart. *in l. ſi conſtante num.* 94. *ff. ſolut. ma-
trimon.* Cephal. *in conſil.* 98. *numer.* 13. *& ſeq. volum.*
1. & ideo differt ab alia actione hypothecaria, per
quam creditor auocat pignus, & rem maioris va-
loris, quàm ſit creditum, tenendam, & poſſiden-
dam, donec ſibi fuerit ſatisfactum, quia pro lega-
to datur ſolùm ad rem æquiualentem legato. Item
d. actio hypothecaria, quæ datur pro legato, non
eſt directa, ſed vtilis, vt expreſsè dicit text. *d. l.* 1.
121. *C. commun. de legat.* quæ hypothecaria † vtilis non
parit interdictum Saluianum vtile, vt doctè pro-
bat Franciſc. Sarmiento *in tract. de redditib. Eccleſia-
ſtic. cap.* 2. *verſ. non tamen ita. parte* 3. & magna eſt
differentia inter hypothecariam directam, & vti-
lem, quia directa datur ſolum contra principa-
lem debitorem, & eius hæredem, ſed vtilis da-
tur contra quemcumque ſucceſſorem. *l. 1. verſ. ali-
qua in exemplum eius inſtituitur vtilis. C. de Saluian.
interdict. l. nomen. in verſ. vtilibus actionibus. C. quæ
res pignor. obligar. poſſeſſ.* Iaſ. *in §. item Seruiana, nu-
mero* 101. *Inſtit. de actionib.* Ideo pro legato non
datur Saluianum vtile, quia tunc concurrerent
plura ſpecialia, videlicet ex hypothecaria directa
oriretur vtilis, & ex iſta vtili oriretur vtile Saluia-
num interdictum. Nec reperitur iure cautum quòd
ex vna actione vtili, altera oriatur, vt probat
Sarmiento *in d. cap.* 2. Quamobrem legatarius non
intentabit d. Saluianum pro legato, & multò mi-
122. nus hoc faciet † contra tertios poſſeſſores, quia
text. *d. l. 1. in fin. C. commun. de legat.* dictam hypo-
thecariam concedit dumaxat, vbi competit actio
123. perſonalis; ſed iſta non datur † contra tertium poſ-
ſeſſorem. *l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. l. final. §. fi-
nal. ff. de contrahend. empt. l. cum precibus. C. de rerum
permut.* Alexand. *in conſil.* 12. *numero* 6. *volum.* 4.
Surd. *conſil.* 4. *numero* 33. *volum.* 1. Boër. *deciſ.* 204.
numero 27. Rota *deciſ.* 464. *numero* 2. *part.* 1. *in No-
uiſſim.* & hæc concluſio procedit etiam in actione
perſonali oriente ex contractu habito reſpectu ad
rem, vel propter ipſam rem, quæ per tertium poſ-
ſideretur, *l. quædam. §. nihil intereſt*, vbi Iaſ. & cæ-
teri. *ff. de edendo.* Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §.
8. *gloſſ.* 5. *numero* 8. Surd. *in conſil.* 17. *numero* 10.
volum. 1. *& in deciſion.* 236. *numero* 8. ergo ſi non
datur perſonalis, nec debet dari hypothecaria, ita
arguit Cephal. *in d. conſil.* 98. *num.* 15.
Contrariam opinionem ego exiſtimo eſſe ve-
124. riorem, videlicet, quòd legatarius † pro re le-
gata poſſit agere actionem hypothecariam vtilem
contra quemcumque bonorum poſſeſſorem, quia
certa regula conſtituta eſt quòd omnia bona te-
ſtatoris ſunt per hypothecam obligata pro ſolu-
tione legati. Item altera certa concluſio firma-
ta eſt in præcedenti declaratione, quòd quælibet
res tranſit cum ſuo onere, & ideo ad quemcum-
que tranſibunt bona teſtatoris, ſemper erunt obli-
gata pro ſolutione legati; ergo legatarius pote-
rit agere contra tertium illorum bonorum poſſeſ-
ſorem, per actionem hypothecariam, vt ſibi ſatis-
fiat de legato. Bald. *in l. 3. in fin. C. vt in poſſeſſio-
nem legat.* præfert legatarium creditori in actione
perſonali ad finem auocandi bona à tertio, con-
tra quem tacita hypotheca exerceri poteſt. Item
text. *l. eos. C. qui potior. in pignore habeantur*, præfert
habentem tacitam hypothecam habenti actio-
nem perſonalem, & priuilegiatam, vt licèt ille
text. non procedat in hypotheca inducta pro le-
gato, quando hæreditas non eſt ſoluendo, quia
legata † debentur ſoluto ære alieno, *l. final. §.* 125.
& ſi præfatam. C. de iure deliber. tamen ſatis eſt vt re-
gula illius legis habeat locum, etiam ſi agatur con-
tra tertium poſſeſſorem, quoniam de prælatione
agitur.
Item quia legatarius † per actionem hypo- 126.
thecariam præfertur creditoribus hæredis, Ne-
guſant. *de pignor. parte* 5. *in quæſtione* 6. & ita fuit
iudicatum in prætorio Neapolis, Franch. *deci-
ſion.* 374. *numero* 12. Nec obſtat quòd hypo-
thecaria competat pro legatis, quando compe-
tit actio perſonalis, quia non ideo eſt tantùm il-
li acceſſoria, vt cum perſonali, nam *in l. 2. C. de* 127.
*luitione pignoris, & in l. cùm notiſſimi. C. de præſcript.
30. annorum*, in principio hypothecaria fuit cum
perſonali vnita, & tamen ſublata principali, re-
manet hypothecaria. Item text. §. *ſed neque. auth.
de fideiuſſor.* non obſtat, quia loquitur de hypo-
theca expreſſa, certo ordine exercenda. Item
quia hypothecaria non ſolùm concurrit cum per-
ſonali, ſed etiam cum reali, vt probauimus in
ſecunda declaratione huius caſus; ergo non pro-
cedit argumentum, perſonalis non exercetur con-
tra tertium; ergo nec hypothecaria, quia iſta non
adhæſit perſonali reſtrictiuè, ſed demonſtratiuè,
& propterea legatarius etiam contra tertium poſ-
ſeſſorem bonorum pro conſequendo legato, per
actionem hypothecariam agere poterit.
Quartò declaratur, nam ſi eſt legatarius † 128.
ſpeciei ſub conditione, quæ poſt teſtatoris mor-
tem alienata fuerit, verificata conditione, po-
terit in tertio poſſeſſore vendicare, pro vt eſt ca-
ſus *in l. ſeruo legato. §. 1. de legat.* 1. & *ibi* probant
gloſſ. Bartolus, & cæteri. Sed hoc intelligitur ſi
ſcienter dictæ rei legatæ alienatio facta fuerit, ſe-
cus ſi ignoranter, vt declarat Ruin. *in conſil.* 66.
volum. 2. Si verò eſt legatarius quantitatis, non
poteſt per actionem hypothecariam agere contra
tertios † poſſeſſores, niſi priùs excuſſis omnibus 129.
bonis teſtatoris, quæ ſunt penes hæredem, per
regulam *authent. hoc ſi debitor. C. de pignorib.* Nat-
ta *in conſil.* 330. *in fine.* Cephal. *in conſil.* 98. *nume-
ro* 8. *& ſequent.* Caualcan. *in tract. de vſufruct. nume-
ro* 15. Neguſant. *de pignorib. in primo membro octa-
uæ partis numero* 21. vbi allegat Bartolum, Alexand.
& alios, & reſpondet contrariis, quos ſequutus eſt
Surdus *in conſil.* 51. *num.* 5. *vol.* 1. *& in conſil.* 191. *num.*
10. *vol.* 2.
Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem,
vt contra legatarium agentem non poſſit à ter-
tio opponi exceptio † excuſſionis, quoniam cer- 130.
tior opinio iudicata eſt, vt legatarius etiam vtile
Saluianum interdictum exercere poſſit, ſatiſque
eſt ſi probet teſtatorem tempore teſtamenti rem il-
lam poſſediſſe, & aduerſarium nunc poſſidere, &
ita ſæpiùs in pluribus tribunalibus iudicatum eſt, vt
eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. primo titulo Interdictum*

Saluianum. cap. vtile Saluianum, & cap. legatario.

Sed excuſſio in Saluiano interdicto non requi-
131. ritur, in quo exceptiones requirentes † altiorem indaginem non admittuntur, & ita fuit concluſum in Rota Marchiæ, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 1. titulo Excuſſio. cap. in Saluiano,* atque eandem ſententiam ſequutus eſt Senatus Pedemontanus, vt *in d. tit. excuſſio. cap. cuius diſtinctionem*, exceptio
132. enim † excuſſionis impedit exercitiū actionis, vt *in d. tit. excuſſio. cap. ex his verbis.* Sed in iudicio legati præſtandi executiuè agendum eſt, vt dicam inferiùs, & vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, & executiuè agitur, aut nulla excuſſio requiritur, aut ſollemnis excuſſio reprobatur. Hoc tantùm permiſſum eſt, vt iudex ad tertij poſſeſſoris inſtantiam ſe infamet extraiudicialiter, vtrùm hæres principalis debitor alia bona poſſideat, & ita fuit concluſum in Rota Peruſina, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 1. tit. Excuſſio. cap. cùm cauſa*, & ita per communes concluſiones approbatas in ſupremis tribunalibus, opinio Neguſantij amplectenda non eſt.

Quintò declaratur reſpectu actionis perſona-
133. lis, vt illa competat pro legatis, † etiam relictis in codicillis, nam ſi fuerint confirmati in teſtamento, illius pars eſſe dicuntur. *l. quidam referunt. l. ab inteſtato, in fine. ff. de iure codicill.* Item ſi codicilli fiant ab inteſtato, idem eſt, prout eſt communis opinio, de qua per Socin. *in l. 1. numero* 267. *de legat. 1. & ibi* Bolognet. *numero* 229. & hanc tenet Bartol. *ibi numero* 11. Ripa *numero* 40. Iaſ. *numero* 100. *gloſſ. in l. fin. ver. agnationis. C. de codicill.* Bald. *in l. & ſi ſine. C. ad Trebellian.* per *l. fin. C. quando dies leg. ced. & l. filiusfamilias. ff. ad leg. falcid.* Et licèt, qui decedit ſine teſtamento, dicatur ab
134. inteſtato decedere, *d. l. ab inteſtato.* † *ff. de iure codicill.* Tamen hoc procedit quoad hæredis inſtitutionem, & eſt inteſtatus in ſpecie, ſed non eſt inteſtatus in genere, quia codicilli veniunt appellatione teſtamenti in genere.

Item actio vtilis ex teſtamento datur etiam ex teſtamento, datur etiam ex mente legis, ad exemplum legitimæ patronorum, vt *Inſtitut. hoc titulo,* & facit *l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis de manu. ff. ad legem Aquiliam, gloſſ. final. in §. final. Inſtit. de lege Aquilia.*

135. Nec poſſunt dici contraria teſtamentum, † & codicilli, quia habent materiam ſimilem, & conueniunt in genere, ſcilicet in teſtatione mentis, ideo actio directa ex codillis, de qua *in l. fin. C. de codicill.* poteſt dici vtilis ex teſtamento, quia ſunt ſpecies teſtamenti in genere.

136. Sextò declaratur, vt actio perſonalis † ex teſtamento detur etiam ſi teſtamentum poſtea declaratum fuerit nullum, & propter clauſulam codicillarem legata conſeruantur, per *authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.* & iſta eſt communis opinio, de qua teſtatur Bolognet. *in l. 1. numero* 233. *ff. de legat. 1.* & hanc tenent gloſſ. *in l. fin. C. de codicill. & in §. fin. Inſtit. eod. titul. & ibi* Chriſtofor. Port. *numero* 8. dicit eſſe communem, gloſſ. *in d. authent. ex cauſa. in ver. cætera, & ibi* Bartol. *numero* 22. Bald. *numero* 38. Angel. *numero* 11. Fulgoſ. *numero* 52. Caſtrenſ. *numero* 14. Alexand. *numero* 12. *in fin.* Salyc. *numero* 21. Curt. *numero* 63. Igneus *numero* 133. qui atteſtatur de communi, Cagnol. *numero* 120. & ſecundùm hanc communem fuiſſe iudicatum Bononiæ, dicit Bartol. *in l. 1. numero* 14. *ff. de iure codicillorum*, & ita fuiſſe iudicatum etiam in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, titulo Legatum. cap. & in teſtamento.* Et pro hac opinione Bald. *in d. authent. ex cauſa, numero* 38. allegat text. *in §. ſiue igitur. authent. vt cum de appellat. cognoſc. in verſ. tanquam ex hoc non reſciſſum obtineat teſtamentum.* Pro reſolutione iſtius declarationis, dum legebam Patauij, ita diſtinguebam:
aut teſtamentum eſt nullum † ab initio, vt in caſu *§. aliud quoque capitulum, authent. vt cùm de appellat. cognoſc.* & tunc legata non debentur ex teſtamento, actione perſonali, ſed condictione ex lege, vigore clauſulæ codicillaris. *l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* & probat Igneus *in d. authent. ex cauſa. num.* 133. *verſ. ſi igitur teſtamentum*, vbi quòd ex teſtamento nullo, actio nulla oriri poteſt, alios ad hoc allegat *in conſil.* 72. *numero* 32. *vol.* 2. & ad hoc facit, quia ſi teſtamentum eſt nullum ab initio, clauſula codicillaris operatur † fideicommiſſum 138.
ab inteſtato. *§. præterea. Inſtitut. de fideicommiſſar. hæreditat.* & probat text. *l. ex teſtamento, & ibi* gloſſ. *in ver. probentur. C. de fideicommiſſ.* Aut teſtamentum fuit ab initio validum, ſed poſtea irritatur propter aliquam cauſam, de quibus *Inſtitut. quib. mod. teſtament. infirmentur. & ff. de iniuſt. rupt. & irrito teſtam.* & tunc aut clauſula codicillaris eſt concepta † per verba futuri temporis, aut per 139.
verba præſentis, & eſt magna differentia, ſi enim per verba præſentis temporis, tunc ſi teſtamentum non valuit ab initio, clauſula codicillaris nihil operatur; ſi verò per verba futuri, operatur. *l. ſi ita ſcripſiſſet. de legat. 2. l. ſi ita. ff. de auro, & arg. legat. l. ſi à colono. l. cùm ſtipulamur. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. 1. l. quidam, in 2. reſponſo. ff. de verb. obligat.* vbi tempus † præſens non trahitur ad futu- 140.
rum, & probat Bartol. *in l. 1. numero* 10. *ff. de iure codicillor.* Cacheran. *in deciſion.* 141. *numero* 1. & *ſequent.* & ſi concepta eſt per verba futuri temporis, clauſula codicillaris præſeruat vires teſtamenti validi ab initio, ſed rupti per accidens, & ita poterit agi ex teſtamento, quod produxit actionem, quæ præſeruata eſt à ruptura, & irritatione ab ipſa clauſula codicillari. Bald. *in d. authent. ex cauſa numero* 38. Fulgoſ. *numero* 52. & diſtinctio iſta colligitur ex dictis Bartol. *in l. 1. num.* 14. *ff. de iure codicillorum*, & vtilitas eſt magna, quia actio ex teſtamento eſt executiua, vt dicam in vltima declaratione huius caſus, ſed actio ex clauſula codicillari, ſiue condictio ex lege, eſt actio ordinaria, quæ longiorem iudicij telam requirit.

Sextò declaratur reſpectu actionis realis, † quæ 141.
datur pro legato partis hæreditatis, gloſſ. *in l. cùm filius. §. 1. in ver. præſtabuntur. de legatis* 2. vbi quòd in huiuſmodi legatarium transferuntur vtiles actiones. *l. ex legato nominis. C. de legat.* Item quia text. *d. l. 1. C. communia de legat.* diſponit, quòd d. actio in rem, & aliæ, vt ibi competant pro executione vltimarum voluntatum teſtatorum, quæ diſpoſitio ita habet locum in legato vniuerſali, ſicut in particulari.

Nec eſt facienda differentia inter legatum † 142.
hæreditatis, & legatum peculij, quia in vtroque conſiderantur corpora, & text. *l. hæreditas. ff. de petition. hæredit.* intelligitur formaliter, quòd hæreditas eſt nomen iuris, ita poſſum dicere, peculium prout eſt vniuerſitas eſt nomen iuris, ſed peculium poteſt vendicari. *l. ſi peculium. ff. de pecul. legat.* vbi conſideratur materialiter, reſpectu corporum; ergo hæreditas † poteſt vendicari, quia 143.
non

non poteſt eſſe ſine corporibus. *l. lex Cornelia. ff. de vulgari, in verſ. quia nulla bona in ciuitate habebat, ideo hæredem habeat*, & firmant communiter ſcribentes *in l. fin. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* vbi quòd donatio omnium bonorum ideo non valet, & contra bonos mores facta dicitur, quia tollit facultatem teſtandi, & ideo dant cautelam, vt donator ſibi reſeruet bona, de quibus teſtari poſſit, & propterea abolenda eſt opinio Coraſij *in l. qui. liberos. ff. de ritu nuptiar.* quòd quis poſſit habere hæredem, etiam ſi non habeat bona.

Idem dicendum eſt in legato generali bono-
144. rum, † vt pro eo competant actiones reales. Eſt autem generale, quando fit per nomen collectiuum plurium corporum, vt declarat Bartol. *in l. Mænius. §. duobus. de legat. 2.* ſed ſi legauit omnia bona, & nullus ſit alius, qui ſuſtineat onera, tunc dicitur legatum vniuerſale ex intentione teſtatoris, vt declarat Bartol. *in l. ſi quis ſeruum. §. final. de legat. 2.* & latiùs ſcripſi ſuprà de hoc, & quòd pro huiuſmodi legato competant actiones reales, firmat Bartol. *in l. 1. de legat. 1. & in l. non amplius. §. final. ff. eod. titul.* per text. *in l. poteſt. ff. eod. tit.* vbi diſponitur quòd legatarius bonorum in omnibus bonis habet portionem, & dominium, ſed hæres poteſt dare partem, quam iudex arbitrabitur, ne contingat ipſum legatarium vendicare in omnibus corporibus, & ibi verbum *vendicare* non poteſt ſumi pro actione perſonali, iuxta *l. per diuerſas. in ver. ſua. C. mandati*, quia verbum *vendicare*, quando eſt poſitum ratione dominij, vt *in d. l. poteſt*, non poteſt importare actionem perſonalem, & per illum textum ego etiam aliquando tenui, quòd etiam de iure Digeſtorum pro dicto legato competebant actiones reales.

Septimò declaratur, vt non ſolùm pro legatis conſequendis competant dictæ tres actiones, quæ ordinariæ ſunt, & aliquam exceptionem ad-
145. mittere ſolent, ſed etiam † competat via executiua, per textum expreſſum *in §. illud, in auth. de hæredib. & falcid.* & ibi gloſſa *in ver. decreto*, & Angel. *ibi numero 57.* hoc notat ex illo textu, vbi quòd quando petitur legatum, non oportet petere condemnari hæredem, ſed tantùm vt fiat præceptum de ſoluendo. Eandem opinionem firmarunt *in l. final. C. de edicto diui Adrian. tollend.* Alexand. *numero 3.* Iaſ. *numero 6.* Segura *in l. ſi ex legati cauſa numero 66. ff. de verb. obligat.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. dubitat. 3. numero 145. & ſequent. fol. 533.* Natta *in conſil. 461. numero 4.* & alij plures ad hoc allegati per Duen. *in regula 15. limitat. 2.* & per Beccium *in conſil. 17.* vbi per totum conſil. hanc concluſionem probat, declarat, & reſpondet contrariis, & ita fuit iudicatum in Camera Imperiali, & in Rota Peruſin. vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. titulo Legatarius. cap. pro conſequendo legato.*

146. Octauò declaratur, vt legatarius † prædictas actiones intentare non poſſit ante aditionem hæreditatis, Specul. *in titul. de action. & petitione. §. ſequitur, verſ. ſed quando. & in tit. de teſtament. §. in primis. verſic. pone nullus.* Bald. *in l. 1. §. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* & alij ad hoc allegati per Vaſquium *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 27. numero 5.* Tiraquell. *de pia cauſa, priuilegio 34.* Et licèt Roman. *in authent. ſimiliter, in 9. ſpeciali vltim. volunt. C. ad*
147. *legem falcid.* limitet iſtam concluſionem fauore † piæ cauſæ, vt huiuſmodi legata, etiam ante aditam hæreditatem per actionem perſonalem, & hypothecariam peti poſſint; tamen contrarium firmant Bald. *in l. 1. colum. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Immol. *in l. qui filio. §. 1. ff. de hæred. inſtit.* quoniam ſine conſenſu non oritur obligatio, nec actio. *l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurator.* & hæres adeundo præſtat conſenſum. *l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de act. & obligat. §. hæres. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contractu.* Item obligatio ſine perſona obligata eſſe non poteſt. *l. quidam referunt, verſ. eſſe enim debet. ff. de iure codicillorum.* Hæc autem declaratio non habet locum in illis caſibus, in quibus legata debentur etiam hæreditate non adita, quorum plurimos congerunt Corn. *in l. eam quã. C. de fideicommiſſ.* Iaſ. Dec. & Cagnol. *in l. ſi nemo. ff. de regul. iur.*

Sed iſta declaratio hodie eſt inutilis, & fruſtratoria, quoniam nouiſſimo iure conſtitutum eſt,
vt legata, † etiam hæreditate non adita debean- 148.
tur. *authent. hoc amplius. C. de fideicommiſſ. & in §. ſi quiſpiam, in authent. de hæredib. & falcid.* vbi ſi hæres, decreto iudicis admonitus, vt adeat hæreditatem, totum annum protraxerit, & non adierit, totum applicatur cohæredibus, vel fideicommiſſariis, & legatariis per vniuerſitatem, & tandem vltimo loco legatariis particularibus, inter quos ille præferendus eſt, qui legatum pinguius obtinuerit, qui præſtita cautione de adimplendo diſpoſita per defunctum, ita ordinatim admittendi ſunt,
vt legatarius † excludat venientes ab inteſta- 149.
to, vt *ibi* notat Angel. *in princip.* & Bartol. *in §. & hæc quidem, in fine in authent. de hæredib. & falcid.* dicit, quòd hoc caſu legatarij, & fideicommiſſarij cenſentur hæredes, non ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex legis authoritate; & alios multos ad hoc comprobandum refert Menoch. *in conſil. 1232. numero 12. volum. 13.* Quamobrem etiam hæreditate non adita per hæredem teſtamentarium, legata debentur, ab eo, qui legis authoritate factus eſt hæres pro defuncti voluntate adimplenda.

Nonò declaratur, in quo foro dictæ actiones pro conſequendis legatis exerceri debeant, prout ſcribam inferiùs in materia fideicommiſſorum.

Decimus caſus eſt. Intereſſe † legatorum de-
betur à die litis conteſtatæ, prout eſt caſus *in l. 1.* 150.
& per totum tit. C. de vſur. & fruct. rei legatæ. & *ibi* gloſſ. Bartol. & Bald. declarant; ſed hoc intelligitur de legatis quantitatis, quia in legatis ſpecierum, fructus debentur à die mortis teſtatoris, vt ſcripſi latiùs *in hac quæſtione artic. 8.* & licèt text. *d. l. 1. C. de vſur. & fruct. legat.* hoc etiam diſponat de fructibus, quod de intereſſe, tamen ad euitandam iurium contrarietatem, recipienda eſt interpretatio gloſſæ *in l. 3. ver. conteſtationem. C. de vſur. & fruct.* vt intelligatur de legato rei alienæ. Item cùm leges expreſsè diſponant dictum intereſſe deberi à die litis conteſtationis, erronea eſt reſolutio, de qua per Theſaur. *in quæſt. forenſi 25. lib. 4.* vt debeatur à die petitionis, quia contra caſum legis expreſſæ.

Ratio deciſionis eſt, quia per litis conteſtationem, non fit vlteriùs differentia inter poſſeſſo-
res, † tunc omnes malæ fidei appellantur. *l. ſed ſi* 151.
lege. §. ſi ante. ff. de petit. hæredit. & poſt alios relatos probat Franch. *in deciſion 583. numero 6. & ſequent.* vbi etiam ponit differentiam inter petitionem, & litis conteſtationem, illa enim habet reſpectum ad iudicem,

iudicem, hæc verò ad conſtituendum aduerſarium in mala fide, vt ad intereſſe teneatur. Item ſi hæres eſſet in mora, vt quia teſtator de certo tempore fieri mandauit, tunc nec petitione, nec litis conteſtatione opus eſt, quoniam ipſo iure intereſ-
152. ſe, † & acceſſiones debentur, prout eſt caſus *in l. ſancimus in 1. §. ſupra autem. C. de Epiſcop. & cleric.* Item ſi quantitas eſſet legata minori, cuius fauore mora ipſo iure, abſque aliqua interpellatione contracta dicitur. *l. 3. C. in quibus cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſaria.*

153. Declaratur iſte caſus, vt hypotheca † reſpectu legati, etiam intelligatur conſtituta reſpectu intereſſe, per text. *l. Lucius. ff. qui pot. in pignor. hab.* vbi qui eſt potior in ſorte, eſt etiam in vſuris; ſed hoc intelligitur poſt moram contractam, ſiue ipſo iure, ſiue per interpellationem, vt declarat Neguſant. *de pignorib. in primo membro quintæ partis principalis ſexta quæſtion. à numero 11. vſque ad 22.* nam poſt moram contractam eſt purificata conditio reſpectu obligationis hæredis, &
154. ideo † legatarius pro dicto intereſſe præferendus eſt creditoribus hæredis, poſt moram factis. Sed hoc eſt reſpectu fructuum induſtrialium ſuper bonis hæreditariis poſt aditam hæreditatem ab hærede recollectis, qui nunquam fuerunt in dominio teſtatoris, iuxta regul. *l. 1. §. cum prædium. ff. de pignoribus,* in quibus, tanquam bonis hæredis, non cadit hypotheca ad beneficium legatariorum, ſecus eſt in bonis teſtatoris, in quibus hypotheca conſtituta pro legato, dicitur etiam conſtituta pro intereſſe legati, ad effectum vt legatarij à die mortis teſtatoris præferantur creditoribus hæredis.
155. Idem † in fructibus naturalibus recollectis ab hærede poſt mortem teſtatoris, nam in iſtis legatarij tam pro legatis, quàm pro ipſorum intereſſe præferendi ſunt creditoribus hæredis, vt probat Franciſc. de Ponte *in conſil. 31.* & Franch. *deciſion. 374.*

Vndecimus caſus eſt, legatum quantitatis ſol-
156. ui debet de pecunia, † quæ valebat tempore teſtamenti, nam hoc regulare eſt in quacumque diſpoſitione, vt ſemper illa pecunia ſoluenda ſit, quæ tunc currebat, & ita in vltimis voluntatibus firmarunt, Alberic. *in l. vinum. col. final. ff. ſi cert. pet.* Paul. de Caſtro *in l. ſi duobus, in fine princip. C. commun. de legat.* Cagnol. *in l. final. numero 236. C. de pact.* Oldrad. *in conſil. 13. & conſil. 31.* Natta *in conſil. 156. & conſil. 454.* Gabriel *in conſil. 36. volum. 1.* Surd. *in conſil. 454.* & alij plurimi relati per Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 11. numero 8.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 9. numer. 37. fol. 404.* Curt. iun. *in tract. de monet. quæſtion. quarta,* Brun. *in tract. de augment. monet. concluſione vltima, declaratione nona,* Theſaur. *in tract. de augment. monetarum parte 2. numero 71. & ſequent.* Suarez *in tract. receptarum ſentent. in ver. moneta, numero 204.* & ita fuit pluries iudicatum, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titulo ſolutio. cap. tempus, & cap. ſequent.*
157. ſemper enim verba † diſpoſitionis intelliguntur ſecundùm tempus ipſius factæ. *l. ſi ita ff. de aur. & arg. legat. l. final. §. 1. de legat. 2. l. nomen. §. filio. de legat. 3.* & alia, quæ ſcripſi *in articul. . . huius quæſtionis,* vbi quòd legatum nunquam trahitur ad futura, & hanc concluſionem per multa ſimilia probat Surd. *in d. conſil. 454. volum. 4.* & Theſaur. *in d. tract. part. 2. numero 72. & ſequent.* qui atteſtatur eius Senatum hanc opinionem ſequutum fuiſſe.

Declaratur iſte caſus, nam ſi à tempore teſtamenti, vſque ad tempus mortis, & aditionis hæreditatis, longum ſpatium interuenit, in quo mutatio pecuniæ facta fuerit, ſolutio legati † fa- 158.
cienda eſt inſpecto tempore diſpoſitionis, Bartolus, Bald. Alberic. & alij *in l. Paulus reſpondet. ff. de ſolut. & in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.* Albert. Brun. *in d. tract. de augmento, concluſione vltima, verſ. his præmiſſis,* & meliùs in ſexta declaratione, vbi quòd hoc habet locum etiamſi legatum eſſet de quantitate pecuniæ in genere, puta quia legaſſet centum libras pecuniarum, cùm nulla pecunia habeat hoc ſpeciale nomen libræ, adhuc debetur valor libræ de tempore diſpoſitionis, † vt 159.
probat etiam Socin. iun. *in conſil. 142. volum. 2.* Regulariter enim valor monetæ inſpicitur de tempore contractus, non autem ſolutionis, quia de valore inſpecto de tempore ſolutionis, non eſt credendum diſponentem intellexiſſe. Sicut dicimus, quòd valor pœnæ † à ſtatuto pro deli- 160.
cto irrogatæ intelligitur de tempore, quo ſtatutum conditum fuit, & ita fuit deciſum in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titulo Solutio, cap. monetæ valor.* Item in Senatu Burdegalenſi, vt *in d. tit. Solutio, cap. in moneta tempore contractus.* Item in Rota iudicatum eſt, quòd ſi moneta per conſtitutionem Principis eſt alterata, adhuc ſolutio facienda eſt ſecundùm valorem de tempore diſpoſitionis, vel conuentionis, vt *in d. tit. ſolutio, cap. tempore contractus.* Item quòd vbi aureus creuerit ob deteriorationem monetæ,
tunc attendendus ſit valor † de tempore diſpoſi- 161.
tionis, firmarunt Bartolus *in d. l. cùm quid. numero 17. ff. ſi cert. pet.* & ibi Alexand. *numero 16.* dicit communem, Socin. *numero 40.* Tiraquell. *de retract. conſang. §. 1. gloſſa 18. numero 28.* Couar. *in tract. de collatione veteris numiſmatis cap. ſeptimo. §. vnico concluſion. 3.* Brun. *in d. tract. de augment. monet. in d. 6. declaratione, colum. final. verſ. ſed maius dubium,* Martin. Laudenſ. *in eod. tract. col. final. in fin. verſ. vlteriùs quærendum.* Curt. *in eod. tract. col. 4 verſ. ego indiſtinctè,* & ita pluries iudicatum, vt *in d. tit. ſolutio.*

Secundò declaratur, nam ſi intra tempora teſtamenti, & mortis teſtatoris, ſcuti aurei, qui valebant decem libris, paulatim inceperint creſcere in valore vſque ad duodecim, & hæres legatum annuum ſcutorum centum, poſt mortem teſtatoris incepit ſoluere ad rationem librarum duodecim, tunc ſecundùm † obſeruantiam ſubſe- 162.
quutam ſemper ſolutio facienda eſt, Albert. Brun. *in tract. de augmento monetæ præſuppoſito 2. num. 17.* quia dicta obſeruantia ſubſequuta præualet ſtatuto, & conſuetudini generali, quæ eſſet in contrarium, vt ex pluribus probat Surd. *in deciſione 227. col. 1.* & in materia valoris monetæ talis præſumitur facta diſpoſitio, qualis oſtenditur facta ſolutio. *l. Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. l. ſi certis annis,* & *ibi* Angel. *numero 11.* & Alexand. *ff. de pactis.* Socin. *in conſil. 145. numero 3. vol. 1.* Corn. *in conſil. 181. num. 73. vol. 2.* Albert. Brun. *in d. tract. de augmento. quæſt. 12. in princip.* Tantò magis ſi dicta obſeruantia decem annis fuiſſet præſcripta, quo tempore præſcribitur ius exigendi † vniformē penſio- 163.
nem, Balb. *in tract. de præſcriptionib. part. 4. in quinta quæſt. quarta quæſt. principalis,* vbi loquitur de illis, qui nihil, vel parū ſoluerunt per decenniū inter præſentes, & concludit, quòd ſucceſſor ſingularis debet ſoluere ſecundùm obſeruantiam præcedentem. Item quia † vſusfructus tollitur in toto, vel in parte, ſpatio

decennij. *l. final. in fin. C. de præſcript. longi temp. l. corruptionem. C. de vſufruct.* & *ibi* gloſſ. *in ver. excludere*, & Bartol. & cæteri, & probat Alexand. *in l. de pupillo. §. ſi de pluribus colum.* 2. *ff. de noui oper. nunciat.* Et præſcriptio earum rerum quæ per decennium præſcribuntur, non interrumpitur per proteſtationem extraiudicialem. *l. alienam. ff. pro emptore*, & *ibi* gloſſ. & Bartol. Imò non interrumpitur per ſolam imitationem, niſi interuenerit litis conteſtatio, vt probat Surd. *deciſ.* 5. *num.* 6. *& ſeq.* & alij relati per Gabriel. *in conſil.* 144. *vol.* 1.

165. Tertiò declaratur, nam legatum † quantitatis pecuniæ non poteſt ſolui in bonis ſtabilibus, quia ſolutio inuito creditore admittenda non eſt. *l.* 2. *§. mutui datio. ff. ſi cert. pet. l. promiſſor. la* 1. *in fin. ff. de conſtituta pecun. l. eius à quo. C. de ſolut.* & hoc procedit, etiam ſi teſtator legauerit quantitatem ſoluendam de bonis ſuis, quo caſu licèt pecunia ſit in obligatione, & bona ſint in facultate ſoluen-

166. di. *l. ſi quis † ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolut.* Ruin. *in conſil.* 65. *volum.* 2. Tamen diſpoſitio illius legis procedit in contractibus, non autem in legatis, in quibus electio pertinet ad legatarium, gl. *in l. plerumque in fin. ff. de iure dot.* Alex. *in l. qui duos. de legat.* 1. Felin. *in cap. inter cætera, num.* 4. *de reſcript.*

167. Nec eſt locus † ſolutioni bonorum, quando conſtat de mente, Aldobrandin. *in conſil.* 115. *numero* 31. & dicitur conſtare de mente, quia teſtator legauit quantitatem, non autem bona, atque bona appoſuit demonſtrationis cauſa, vt ſæpiùs ſcripſi in præcedentibus, & ita pluries fuit in Rota iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Legatum, cap. cum pecunia.* Sed hæc concluſio

168. non procederet, ſi teſtator certam fructuum † partem à fundo colligendam legaſſet, tunc enim ſolutio æſtimationis in pecunia, etiam inuito legatario fieri poteſt. Roman. *ſingular.* 434. per text. *l. fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. legat.* & nouiſſimè hanc probat Giurba *in deciſ.* 23. *num.* 3.

169. Quartò declaratur, nam legatorum † ſolutio pertinet ad onus hæreditarium. *l. fin. in fin. C. ad Trebellian.* & *ibi* communiter omnes notant, & ideo hæres qui priùs illa ſoluerit, in reſtitutione fideicommiſſi, poterit illa detrahere, Pariſ. *in conſil.* 55. *numero* 27. *volum.* 3. Eugen. *in conſil.* 36. *numer.* 2. *& ſequent.* Sed quando teſtator nominatim ab hærede præſtari iuſſit, & conſtat, quòd potius

170. voluit grauare † hæredem, quàm ſuam hæreditatem, tunc ad hæredis ipſius onus pertinere dicuntur, gloſſ. & Doctor. *in l. Marcellus. ff. ad Trebellian.* & coniecturæ debent eſſe vrgentes, vt diſpoſitio *d. l. Marcellus*, locum habeat, quia regula eſt in contrarium, de quo per Eugen. *in d. conſil.* 36. Fideicommiſſarius igitur ad ſolutionem legatorum obligatus eſt, qui vigore Senatuſconſulti cenſetur quaſi contrahere cum creditoribus, & legatariis. *l.* 2. *& d. l. fin. C. ad Trebellian.* ad inſtar hæredis. *§. hæres. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contract.* Bartolus *in l. qui in aliena, in princip. numero* 2. *ff. de acquir. hæredit.* Bald. *in rubric. C. qui admitti, numero* 22. & alij per Surd. *in conſil.* 92. *num.* 10. *& plur. ſeq. vol.* 1.

171. Idem in fideicommiſſario † particularium bonorum, quando alia bona hæreditaria non ſuperſunt, ex quibus legatorum ſolutio fieri poſſit, tunc enim fideicommiſſarius particularis illa præſtare tenetur, Alexand. *in l. Marcellus. §. res quæ. colum. final. verſ. quod eſt intelligendum. ff. ad Trebellian.* & *ibi* Iaſ. *in fin.* Ripa *in l. in quartam, numero* 128. *ff. ad legem falcid.* Dec. *in conſil.* 81. *numero* 7. Crauet. *in conſil.* 19. *numero* 14. Roland. *in conſil.* 12. *numero* 2. *volum.* 1. Gabriel *in conſil.* 138. *numero* 5. *& ſeq. volum.* 1.

Item vſufructuarius † omnium bonorum tenetur ſoluere annua legata. *l. final. §. ſin autem. C. de bonis quæ liber.* vbi loquitur in patre vſufructuario, & *ibi* hoc notant Bald. Fulgoſ. Salyc. & Paul. de Caſtr. Picus *in l. Titia. §. Titia. numero* 153. *de legat.* 2. Roland. qui atteſtatur de communi, *in conſil.* 8. *num.* 28. *volum.* 2. & ita fuit iudicatum in Senatu Mantuano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *titulo Hypotheca, cap. pro legato.* Licèt enim onus ſoluendi legata regulariter pertineat ad hæredem, † qui poteſt de bonis hæreditariis vendere, & de reſiduo bonorum vſufructuarius habebit ſuum vſumfructum, Alexand. *in l. vſufructu. ff. ad legem falcid.* Matheſilan. *notabili* 4. Socin. iun. *in conſil.* 109. *col.* 3. *volum.* 1. Crauet. *in conſil.* 187. Gabriel *in conſil.* 143. *volum.* 1. Dec. *in conſil.* 590. 172.

173.

Tamen vbi legata ſunt annua, vſufructuarius illa ſoluere tenetur, quia hoc legatum † debet ſolui de fructibus, *l. Firmio. §. pater*, & *ibi* gloſſ. *ff. quando dies legat. ced. l. liberto. §.* 1. *ff. de annuis legat. l. apud Iulianum. §. hæres. de legat.* 1. ideo dictus legatarius habet actionem contra eum, qui fructus percipit, & magnum inconueniens eſſet, vt hæres qui non colligit fructus, teneretur ſingulis annis vendere proprietatem de bonis hæreditariis, vt d. annuum legatum ſolueret. Propterea Doctores præcitati firmarunt vſufructuarium teneri dictum legatum annuum præſtare, & reſiduo fructuum gaudere. Hoc autem Doctores † intelligunt, dummodo vſusfructus tale onus ferre poſſit, aliàs prædictum legatum annuum ſicut aliud quodcumque ſimplex legatum ab hærede præſtandum ſit, Fulgoſius, & Paulus de Caſtro *in d. l. final. §. ſin autem. C. de bonis quæ liber.* & alij ad hoc plenè allegati per Gratian. *in diſceptatione forenſi* 294. *parte* 2. & ante eum Socin. *in deciſ.* 28. 174. 175.

Duodecimus caſus eſt, legatum † vnius quantitatis ſæpiùs in eadem diſpoſitione repetitæ, vni legatario factum, nunquam cenſetur multiplicatum, ſed ſemel tantùm debetur, *l. planè. §.* 1. *verſ. ſed ſi non corpus. de legat.* 1. *l. cùm centum. ff. de adimend. legat.* & ita firmarunt, *in d. l. planè*, Iaſon & Zaſ. & communiter Doctor. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib.* 3. *§.* 21. *numero* 8. *& ſequent.* Gomeſ. *in tomo* 1. *var. reſolut. cap.* 12. *numero* 38. Craſſ. *in §. legatum quæſtion.* 60. *in princip.* & comprobatur in contractibus, in quibus quis pluries eamdem quantitatem promiſit, amplius quàm ſemel non tenetur. *l. qui bis. ff. de verbor. obligat.* & hoc eſt verum ſi legatum pluries factum fuerit in eadem ſcriptura †, ſiue in diuerſa, dummodo ex eadem cauſa factum appareat, ſemel enim præſtandum eſt. Zabarell. *in conſil.* 60. *in fine*, quia ſi non apparet factum ex eadem cauſa, vtrumque debetur, prout eſt caſus *in l. quinquaginta. de probationibus*, & probat Zaſius *in d. l. planè*, & Abbas *in conſil.* 4. *parte* 2. 176. 177.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat quandò teſtator in ſecundo legato variauit, † vel modum legandi, vel cauſam, vel qualitatem cauſæ, ex quibus de mente multiplicandi legatum apparere poſſit, *d. l. cùm centum*, & *ibi* Bartolus *ff. de* 178.

de adimend. legat. & declarant Bald. Paulus de Caſtro, Alexand. & cæteri *in d. l. planè*, & Gomeſ. *in d. cap.* 12. *numero* 38. vt quia eſſent ſummæ diſpares, tunc omnes debentur. *d. l. cùm centum, & l.* 3. §. *cum Titio. ff. de adim. legat.* Zaſius *in d. l. planè. §. ſi eadem. de legat.* 1. & *ibi* Iaſon *numero* 11. atteſtatur eſſe communem; ſed hoc limitatur niſi dictæ diuerſæ ſummæ fuerint ex eadem cauſa bis legatæ eidem perſonæ, tunc enim minorem ſummam videtur voluiſſe confundere cum maiori, ita vt maius legatum debeatur. Bald. *in conſil.* 140. *volum.* 5. Item ſi variauit in modo, vt quia eandem quantitatem ſemel priùs legauit ab vno hærede, deinde repetiit ab altero, tunc enim legatum multiplicare voluiſſe cenſetur, vt probat Vaſquius *in d.* §. 21. *numero* 11. *verſ. nam vt cùm plures.* Craſſ. *in d. quæſtion.* 60. *verſ. aut relinquitur*, qui probat eſſe communem opinionem. Item ſi teſtator legando bis eandem quantitatem variauit in qualitate cauſæ, vt quia priùs legauit mulieri centum pro dote, deinde eidem legauit centum pro augmento dotis, nam variatio qualitatis cauſæ probat multiplicitatem legati, Bald. *in conſil.* 163. *volum.* 5. Bero. *in conſil.* 47. *numero* 5. *volum.* 2.

Item multiplicatio legati probatur, ſi vnum legatum eiuſdem quantitatis fecerit purè, alte-
179. rum † ſub conditione. Bald. *in conſil.* 349. *numero* 2. *volum.* 4. Crauet. *in conſil.* 681. *numero* 9. *volum.* 5. Item ſi legauit eidem perſonæ diuerſas quantitates pro diuerſis cauſis, legatum multiplicatum dicitur, vt latè probat Zabarell. *in conſil.* 51. *verſ. ad quartum.*

Secundò declaratur, nam ſi eadem ſpecies ſiue mobilis, ſiue immobilis, eidem perſonæ legata
180. fuerit in diuerſis orationibus, & ſcripturis, † ſemel tantùm debetur, quia legatum non præſumitur multiplicatum. *d. l. planè.* §. *ſi eadem res. de legat.* 1. & *ibi* tenent communiter Doctor. vt atteſtatur Iaſon *numero* 8. Vaſquius, Gomeſius, & Craſſus *in locis præcitatis*, Bartol. *in l. in repetendis. col.* 1. *verſ. & ad declarationem. de legat.* 3. per text. *l. non ad ea. ff. de condit. & demonſtr.* aliàs duæ cauſæ lucratiuæ in eadem perſona concurrerent, contra text. *l. mentis, in princip. de legat.* 2. Secus eſt ſi à
181. duobus hæredibus † eandem rem in ſolidum vni legaſſet, quia tunc ab vno debetur res, ab altero eiuſdem rei æſtimatio. *l. quid ergo. §. ſi quis duos. de legat.* 1. & hanc eſſe communem probat Craſſ. *in d. quæſtion.* 60. *in fine.* Item ſecus ſi primum legatum eiuſdem rei eſſet factum purè, & alterum ſub conditione, Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 16. *numero* 32. quia tunc ex alteratione modi legandi, præſumenda eſt legati multiplicatio, vt dixi in præcedenti declaratione.

QVÆSTIO XIX.

De legatariis, per quatuor articulos diuiſa.

1. An legatarius propria authoritate poſſit capere legatum.
2. An legatarius, vel hæres præſtet onera.
3. An legatarius, & vſufructuarius concurrant pro medietate.
4. An legatarius, vel hæres eligat.

Doct. Marta ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

ARTICVLVS I.

An legatarius propria authoritate poſſit capere legatum.

SVMMARIA.

1. *Legatarius poſſeſſionem rei legatæ propria authoritate capere non poteſt.*
2. *. . ante aditam hæreditatem, poſſeſſionem captam tenetur reſtituere.*
3. *Fideicommiſſarius capiens poſſeſſionem propria authoritate, cadit à iure ſuo.*
4. *Legatarius eſt inſtitutus in re certa, & ex ſeipſo poſſeſſionem capit.*
5. *Subſtitutus in re certa, propria authoritate poſſeſſionem capit.*
6. *Fideicommiſſarius cum titulo inſtitutionis capit poſſeſſionem propria authoritate.*
7. *. . idem ſi fideicommiſſum eſt relictum cum clauſula,* omni meliori modo.
8. *. . idem ſi fideicommiſſum per alia verba directa mutauit naturam.*
9. *. . ſecus ſi inſtitutio reſolueretur in fideicommiſſum.*
10. *Legatarius qui poteſt capere poſſeſſionem propria authoritate, non poteſt conueniri interdicto, Quorum legatorum.*
11. *Legatarius capit poſſeſſionem propria authoritate, ſi conceſſum fuit ſibi à teſtatore.*
12. *. . & tunc non tenetur interdicto, Quorum legatorum.*
13. *. . ſed hoc procedit, vbi poſſeſſio erat vacans, ſecus ſi ab hærede capta eſſet.*
14. *Facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate, multis modis tacitè permitti poteſt.*
15. *Legatarius an capiat ex ſe poſſeſſionem, ſi prohibitum eſt ſibi fieri moleſtiam ab hærede.*
16. *. . idem ſi factus eſt executor teſtamenti, vel tutor hæredis pupilli.*
17. *. . idem in legatario vſusfructus vniuerſalis.*
18. *. . idem ſi ipſe legatarius prius poſſidebat.*
19. *. . quando perdat ius ſuum, ſi propria authoritate occupauit.*
20. *. . occupans poſſeſſionem ante aditam hæreditatem, non priuatur iure ſuo.*
21. *. . non poteſt manuteneri in poſſeſſione occupata, etiam hærede ratificante occupationem.*
22. *. . capit poſſeſſionem ex ſe, ſi nullus ſit hæres.*
23. *. . idem ſi extet hæres, & nolit adire.*
24. *. . idem ſi extet hæres, qui adiuit, ſed declarauit ſe nolle detrahere falcidiam.*

REGVLARITER legatarius † poſſeſſionem rei legatæ propria autho- 1.
ritate capere non poteſt, *cap. Raynaldus*, & *ib.* gloſſ. *in ver. petendo. de teſtament. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. l.* 1. *in princip. & §.* 1. *ff. quor. legatorum*, & ita ſi poſt aditam hæreditatem occuparet rem legatam, priuaretur legato, *l. non dubium. C. de legat.* ſi verò an-
te aditam, † teneretur reſtituere, reſeruato ſibi 2.
iure repetendi ab hærede. *d. l.* 1. *ff. quor. legat.* Iaſ. *in d. l. non dubium.* Alexand. *in conſil.* 58. *col.* 3. *volum.* 3. Socin. *in conſil.* 131. *col.* 3. *volum.* 1. Dec. *in conſil.* 448. *verſ. venio ad ſecundum.* Surd. *in conſil.* 253. *num.* 1. *vol.* 2. & *conſil.* 265. *n.* 16. *vol.* 2. Idem in fideicom-

 miſſa

3. miſſario, † nam propria authoritate occupans bona fideicommiſſi, cadit à iure ſuo, *l. Paulus. ff. ad Trebellian. d. l. non dubium*, & *ibi* gloſſ. Cyn. Bart. Bald.& cæteri omnes. Bartol. *in l. centurio,in fin. ff. de vulgari*, Doctor. omnes *in l. reſtituta ff. ad Trebell.* Menoch. *de recuperanda poſſeſſ. remed. 5 num. 31*. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 43*. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. dubitat. 1. numero 77. & ſeq. & num. 95. fol. 504*. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 47. num. 11.* & ita ſæpiùs fuit deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 1. titulo Interdictum, cap. fideicommiſſarius, & tom. 5. titulo Fideicommiſſarius, cap. vt fideicommiſſarius*. Sed vt iſte articulus clarior fiat, explicemus aliquot caſus.

4. Primus eſt, inſtitutus in re certa † habetur loco legatarij. *l. quoties. C. de hæred. inſtit.* & iſte legatarius propter titulum inſtitutionis illam rem certam de aliena manu capere non debet, ſed propria authoritate ex ſeipſo poteſt, Bartol. *in l. ex facto, la grande, in princip. numero 2. ff. de hæred. inſtit.* Iaſ. *in d. l. quoties numero 8. C. eod. tit.* Curt. iun. *in l. fin. num. 40. C. de edicto diui Adr. tollend.* Bero. *in conſil. 16. num. 37. volum. 2.*

5. Idem in ſubſtituto in re certa, † quia ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, gloſſ. *in l. Gallus, in princip. ff. de liber. & poſthum.* gloſſ. *in rubric. ff. de vulgari*, Ripa *in l. centurio, numero 187. ff. eod. tit.* Dec. *in l. precibus, numer. 4. C. de impuber. ſubſtit.* Item quòd ſubſtitutus in re particulari poſſit capere poſſeſſionem authoritate propria, reſpondit Natta *in conſil. 243. numero 3. & ſequent.* Rubeus *in conſil. 43. numero 5.* qui ampliat hoc procedere, etiamſi ſubſtitutio ſit nulla, vt quia verbis directis poſt aditam hæreditatem facta fuerit.

6. Idem in fideicommiſſario, † quem teſtator in illis bonis particulariter inſtituiſſet, nam propter d. titulum inſtitutionis, bona propria authoritate occupare poteſt, Riminald. iun. *in conſil. 375. num. 17.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 47. n. 53. verſ. idem eſt*, Honded. *in conſil. 28. numero 27. volum. 2.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, titulo Fideicommiſſarius. cap. Niſi hæreditas.*

7. Idem ſi fideicommiſſum † eſſet relictum cum clauſula *omni meliori modo*, Curt. iun. *in d. l. final. numero 49. C. de edicto diui Adr. toll.* Gratus *in conſil. vltimo, numero 51. volum. 1.* Berous *in conſil. 16. numero 33. volum. 2.* Peregrin. *in d. artic. 47. numero 54.* Simon de Pret. *in d. dub. 2. numero 110 fol. 505.* quia d. clauſula importat hæredis inſtitutionem, vt ſcripſi *in tractatu de clauſulis part. 1. cap. 84.* vel quando per alia verba directa fideicommiſſum

8. mutaſſet † naturam in inſtitutionem. Alciat. *in conſil. 43. numero 17. & ſequent. volum. 5.* Rubeus *in d. conſil. 43. numero 5. & ſequent.* Honded. *in conſil. 28. numero 16. volum. 2.* Simon de Pret. *in d. dub. 2. numero 112. fol. 505.*

9. Sicut è contrario non procederet, † ſi inſtitutio reſolueretur in fideicommiſſum, vt quia inſtitutio ex cauſa præteritionis vitiaretur, & propter clauſulam codicillarem ſuſtineretur in vim fideicommiſſi, tunc enim iſte fideicommiſſarius propria authoritate capere non poſſet. Bero. *in d. conſil. 16 numer. 33. vol. 2.* Curt. iun. *in d. l. final. numero 47. C. de edicto diui Adr. tollend.* Peregrin. *in d art. 47. num. 53. in fine.*

Declaratur iſte caſus, vt in omnibus caſibus, in

10. quibus legatarius, † & fideicommiſſarius iure inſtitutionis capiunt propria authoritate, non poſſint vlteriùs interdicto, Quorum legatorum, cõueniri. Bartol. *in d. l. ex facto, la grande, in princip. numero 2. ff. de hæred. inſtit.* Iaſon *in d. l. non dubium, numero 4. verſ. tertiò notabiliter limita. C. de legatis*, Ripa *in l. 1. numero 16. ff. quorum legat.* Tiraqu. *in tract. de morte, parte 2. declarat. 4. numero 11.* Durand. *de arte teſtandi titulo 6. cautela 22. numero 2.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 2. numero 64. & de recuperand. poſſeſſ. remed. 5. numero 35.* Omnium ratio eſſe poteſt, quia in quo modo libet inſtitutum propter vim inſtitutionis directæ tranſeunt omnes actiones ſine hominis miniſterio. *l. hæredem. ff. de regulis iuris.*

Secundus caſus eſt, legatarius † poteſt propria authoritate capere poſſeſſionem rei legatæ, ſi hoc à teſtatore ſibi conceſſum fuerit, *l. Titia cum teſtamento. §. 1.* & *ibi* notant gloſſa, & Bartol. *de legat. 2.* Bartol. *in l. creditores. in 2. quæstion. princip. C. de pignorib.* Bald. Salyc. & Paulus de Caſtro *in l. non eſt dubium. C. de legatis.* Cuman. *in conſil. 144. col. 3.* Alexand. *in conſil. 134. volum. 4.* Natta *in conſil. 653. in princip.* Zabarell. *in conſil. 51. in 7. dubio*, Dec. *in conſil. 418.* Item propter dictam facultatem conceſſam, neque legatarius, neque fideicommiſſarius capiens poſſeſſionem authoritate propria, tenetur interdicto † *quorum legatorum*. Bald. *in conſil. 234. volum. 3.* Iaſ. *in conſil. 146. numero 1. volum. 4.* Gozadin. *in conſil. 91. numero 110. & conſil. 93. num. 14.* Pariſ. *in conſil. 89. in fine volum. 2. & in conſil. 53. num. 104. & conſil. 54. numero 30. volum. 3.* Cephal. *in conſil. 625. numero 24.* Eugen. *in conſil. 55. numer. 15. & ſeq.* Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt. 67.* vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 47. num. 41.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. d. dub. 2. num. 98. & q. fol. 504.* 11. 12.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando poſſeſſio eſſet vacans, † quia ſi priùs fuiſſet capta per hæredem, tunc legatarius vigore d. facultatis ſibi à teſtatore conceſſæ, non poſſet propria authoritate illam capere, quia diceretur hæredem ſpoliare; ſed neceſſe eſt, vt iudicis authoritate dictam poſſeſſionem capiat, Bald. *in d. conſil. 234. volum. 3.* Honded. *in d. conſil. 28. num. 13. vol. 2.* Peregrin. *in d. artic. 47. num. 55.* Simon de Pret. *in d. dub. 2. num. 121.* Bartol. *in conſil. 68. in princip. part. 2.* 13.

Secundò declaratur, vt iſte caſus procedat, non ſolùm quando facultas capiendi propria authoritate eſſet expreſſis verbis conceſſa, † ſed etiam ſi tacitè, quod multipliciter contingere poteſt, vt quia teſtator liberè legauit, nam propter huiuſmodi aduerbium cenſetur dediſſe facultatem propria authoritate capiendi, Alexand. *in l. nemo poteſt. de legat. 1.* & *ibi* Iaſ. *in 1. lect. numero 35. & in 2. lect. numero 42.* Ripa *in l. 1. numero 12. ff. quorum legat.* Gozadin. *in conſil. 91. num. 7.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 2. num. 53.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 43. num. 7.* 14.

Item ſi teſtator facto legato, † iuſſerit hæredi, ne illum in legato moleſtaret, nam tunc propria authoritate poſſeſſionem capere poſſet, Alexand. *in d. l. nemo poteſt.* Curt. iun. *in d. l. final. numer. 48. C. de edict. diui Adr. tollend.* Dec. *in conſil. 218. numero 3. & conſil. 418. in 2. dubio.* Socin. iun. *in conſil. 86. in fin.* & hæc opinio ſaltem non habet difficultatem quando teſtator iuſſiſſet hæredi ne moleſtiam inferret legatario ſuper eius poſſeſſione, Iaſ. *in d. l. nemo poteſt. in 1. lect. numero 33.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 47. numero 48.* Item ſi 15.

legata

16. legatarius factus eſſet † executor teſtamenti, poſſet propria authoritate ſui legati poſſeſſionem capere, Bald. *in l. non eſt dubium. C. de legat.* & *ibi* Salyc. Paul. de Caſtr. & Alexand. Ripa *in l. 1. numero* 10. *ff. quor. legat.* Pariſ. *in conſil.* 54. *num.* 31. *volum.* 3. Rubeus *in d. conſil.* 43. *numero* 4. Menoch. *de recuperand. remed.* 5. *numero* 34. Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo* 47. *numero* 46. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum. quæſtion.* 43. *numero* 6. qui atteſtatur eſſe communem concluſionem, Franch. *in deciſion.* 204. *numero* 16. *in fine.* Idem ſi legatarius factus eſſet tutor hæredis, quia tunc poſſet ſibi propria authoritate ſatisfacere, Dec. *in conſil.* 242. *numero* 3. Zabarell. *in conſil.* 51. *in fin. ver. ad ſeptimum.*

17. Idem in legatario † vſusfructus vniuerſalis, qui capit à ſeipſo, gloſſ. *in l. ſi quis ita. ff. de vſufruct.* Aretin. *in conſil.* 40. *colum.* 2. Dec. *in conſil.* 607. *in princip.* & *ibid.* Dec. de vxore, quæ relicta eſt domina, & vſufructuaria, quia per iſta verba capit authoritate propria.

18. Idem ſi vxor priùs poſſidebat † iure familiaritatis, nam facta legataria, poteſt propria authoritate retinere, quoniam etiamſi legatum eſſet nullum, haberet retentionem. Bartol. *in l. filio, in* 1. *ff. ſolut. matrimon.* Bald. *in l. penultim. C. de pignorat. act.* & latiùs per Purpurat. *in conſil.* 117. *numero* 15. Item legatarius continuans poſſeſſionem ſuam, non indiget licentia hæredis, & nullam incurrit pœnam. Paulus de Caſtro *in conſil.* 396. *in fin. vol.* 1.

Tertius caſus eſt, vbi poſt aditam hæreditatem, & captam poſſeſſionem per hæredem, legatarius ſimpliciter factus poſſeſſionem rei legatæ propria authoritate † occupauerit, clam, &
19. occultè, tunc amittit omnia iura quæ pro dicto legato habebat, prout eſt caſus *in l. non eſt dubium. C. de legat.* & hunc eſſe intellectum illius legis, probat *ibi* Fulgoſ. propter verbum *ſubtraxiſſe*, ibi poſitum, quod denotat clandeſtinam amotionem. *l. ſubtractio. C. de furt. l.* 1. *ff. de abigeis.* Angel. *in l. vnic. verſ. poteſt etiam dici. C. quorum legatorum*, Roman. *in conſil.* 312. *in princip.* vbi quòd legatarius vſusfructus ita demum cadit à iure ſuo ſi poſſeſſionem rei authoritate propria clam, & occultè capiat, ſecus ſi palàm, & publicè, & ſecundùm iſtum intellectum fuit iudicatum in Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Legatarius, cap. tunc demum*, & *ibi* etiam quòd regula *d. l. non eſt dubium*, limitatur fauore piæ cauſæ.

20. Declaratur iſte caſus, nam ſi legatarius † occupaſſet rem legatam ante aditam hæreditatem, non priuatur legato, per *d. l. non eſt dubium*, ſed priuatur poſſeſſione capta, Oldrad. *in conſil.* 246. *circa finem*, Dec. *in conſil.* 243. *numero* 3. Bartol. *in l. ſi mortis, in princip. C. ad legem falcid.* Iaſ. *in d. l. non eſt dubium, in princip.* Roman. *in d. conſil.* 312. *in princip.* & pœna *d. l. non eſt dubium*, non procedit quando adhuc non eſt adita hæreditas, Salyc. *in d. l. non eſt dubium.* Berous *in d. conſil.* 16. *num.* 37. *volum.* 2.

21. Item reſpectu † poſſeſſionis captæ per legatarium, quòd etiam hærede illam ratificante, non ſit manutenibilis, latè probat Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.* 571.

Quartus caſus eſt, ſi nullus extet hæres, de cuius manu legatarius poſſeſſionem capere poſſit, il-
22. lam propria † authoritate capiens, non poteſt conueniri per interdictum, Quorum legatorum, Bald. *in l. extraneum, la* 1. *num.* 5. *C. de hæred. inſtit.* & *ibi* Salyc. & Iaſ. *num.* 5. *verſ. in iſta difficultate*, & poſt alios Tiraquell. *in tract. de morte, parte* 2. *declaratione* 4. *numero* 10. & alij per Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſ. remed.* 2. *num.* 66.

Idem † ſi hæres extaret, & nollet adire hæreditatem, quia tunc legatarius fit hæres à lege, vt ſcripſi *in quæſtione præcedenti art.* 12. *in nono caſu, in octaua declaratione.* 23.

Quintus caſus eſt, vbi hæres declarauit † ſe nolle detrahere falcidiam, tunc enim cenſetur dediſſe licentiam legatario, vt propria authoritate poſſet poſſeſſionem apprehendere. gloſſ. *in l.* 1. *C. quorum legat.* & *ibi* Ripa *num.* 24. atteſtatur illam gloſſam eſſe communiter receptam, Honded. *in conſil.* 28. *num.* 22. *vol.* 2. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 43. *num.* 9. 24.

Et vide ad hunc articulum ſuperaddita, infrà *in quæſt.* 22. *artic.* 3.

Articvlvs II.

An legatarius, vel hæres præſtet onera.

SVMMARIA.

1. *Legatarius tenetur ad onus ſibi à teſtatore iniunctum.*
2. *Onus iniunctum legato, indiuidualiter eſt exequendum.*
3. *Legata plura facta cum vno onere, conſiderantur vt vnum legatum ratione indiuiduæ voluntatis.*
4. *Legatum cum onere ſucceſſiui temporis, debet adimpleri per omne tempus.*
5. *Legatarius non poteſt partem legati acceptare, & partem repudiare.*
6. *..contrauenient in parte oneris, etiam ratione temporis amittit totum legatum.*
7. *Argumentum de re ad tempus, eſt validum.*
8. *Legatarius acceptans legatum, tenetur ad onus, etiamſi eſſet maius legato.*
9. *..ſecus ſi illud onus ſit appoſitum per viam modi.*
10. *Legatarius acceptando legatum cum maiori onere, poteſt illud repudiare, ſi iuſta ignorantia præcedebat.*

SCripsi *in articulo duodecimo præcedentis quæſtionis, in quarta declaratione vndecimi caſus*, onera hæreditatis regulariter ad hæredem pertinere, habito reſpectu ad ipſam hæreditatem, niſi teſtator expreſsè hæredẽ grauare voluerit, vt de ſuo patrimonio onera præſtet: nũc de oneribus legatariis impoſitis agendum eſt. Super quo regula conſtituta eſt, legatarium † tene- 1.
ri ad onus ſibi à teſtatore impoſitum, *l. Imperator, verſ. enimuerò. de legat.* 2. Paul. de Caſtro *in l. ſi cum dotem.* §. *ſi pater. ff. ſolut. matrimon.* Dec. *in conſil.* 425. *numero* 8. Crauet. *in conſil.* 174. *num.* 9.

Item onus iniunctum legato, † indiuiduali- 2.
ter exequendum eſt, ratione vnius voluntatis teſtatoris indiuidualiter conſideratæ. Bartolus *in l. Aurelius. ff. de liberat. legat.* Item etiamſi eſſent plura legata facta cum vno onere, adhuc voluntas teſtatoris indiuidualiter obſeruanda eſt, vt notatur *in l. grege.* §. *illud. ff. de fideicomm.* & dicta plura legata conſiderantur † vt vnicum legatum, 3.
quoad hunc effectum, vt non poſſit legatarius partem oneris ſubire, & vnũ ex legatis habere. Immol.

in l. etiamſi partis. de legatis 1. & hoc procedit, ſiue onus fuerit impoſitum per viam conditionis. *l. cui fundus. ff. de condit. & demonſtr.* ſiue per viam modi. *l. quibus diebus. §. Thermilius. ff. de condit. & demonſtrat.* ſiue per viam diſpoſitionis. *d. l. etiamſi partis*, & *ibi* probat Paulus de Caſtr. *de legat.* 1.

Primus caſus, qui ad hunc articulum pertinet,
4. eſſe poteſt, cùm teſtator onus ſucceſſiui † temporis appoſuerit, vt quia legauerit mille Titio cum onere permanendi in ſocietate per decem annos cum ſuis hæredibus, tunc legatarius agnoſcendo legatum, dicitur ſe obligaſſe ad totum onus iniunctum ſubeundum. *c. officij. de teſtament. l. & ſi non ſeruus, in princ. ff. ad legem falcid. l. cùm ab vno. de legat.* 2. gloſſ. *in l. Titia cum teſtamento. §. qui inuita, in ver. petitione. de legat.* 2.

5. Nec poteſt legatarius † partem rei legatæ acceptare, & partem repudiare. *l. legatarius pro parte. de legat.* 1. *l. neminem. de legat.* 2. Idem in hæreditate. *l.* 1. *&* 2. *ff. de acquir. hæredit. l. quidam elogio. ff. de iure deliber.* quia voluntas defuncti ſcindi non poteſt. *l. eum qui. §. pro parte. ff. de his quib. vt indign. l. nam abſurdum ff. de bon. libert.* Propterea legatarius non dicitur ſatisfacere præcepto, nec dicitur onus ſubire, niſi per totum tempus adimpleat, & ita reſpondet Socin. *in conſil.* 173. *col.* 2. *& in conſil.* 131. *vol.* 1. & Gratus *in conſil.* 81. *&* 82. *vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, nam ſi legatarius in par-
6. te temporis contrauenerit, † totum legatum amittit. *d. l. etiamſi partis*, & *ibi* notant omnes hoc eſſe ratione indiuiduæ voluntatis, quia vnicum legatum fuit, & vnicum onus continuandi per decem annos cum hæredibus, & ſicut quando vnicum eſt legatum, continens plures res, non poteſt vnam ex illis acceptare, & alteram repudiare. *l. quoties plures. de legat.* 1. ita quando plura tempora ſucceſſiua continentur ſub vno onere temporis generici explicati, quia valet argumentum
7. de re † ad tempus. *l. miles ita. ff. de milit. teſtament.* & ita in parte temporis deficiendo, totum legatum amittit, vt probat Gratus *in d. conſil.* 82. vbi etiam quòd reſponſio Bartoli quam *in l. Mauia. ff. de annuis legat.* dat ad *d. l. etiamſi partis. ff. de legat.* 1. eſt communiter reprobata.

Secundus caſus eſt, quando onus iniunctum le-
8. gato, excedit valorem legati, tunc legatarius † acceptando, omnino tenetur illud adimplere, Paulus de Caſtro *in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimon. & in conſil.* 193. *in* 3. *dubio, volum.* 2. vbi quòd vxor acceptans legatum ſibi factum à viro pro omni eo, & toto, quod prætendere poteſt, excluditur à petitione bonorum ſibi donatorum per virum, & *in conſil.* 415. *in princip. eod. volum.* 2. Dec. *in conſil.* 290. *numero* 13. & latè probat Ruin. *in conſil.* 79. *numero* 2. *volum.* 2. & Surd. *in conſil.* 7. *numero* 5. *volum.* 1. & Natta *in conſil.* 186. *num.* 1.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando illud onus, quod eſt plus quàm legatum, eſ-
9. ſet appoſitum † per viam modi, & apportaret plus oneris, quàm commodi, tunc enim legatarius acceptans non tenetur ad illud onus, niſi pro quantitate legati: vt reſpondet Crauet. *in conſ.* 174. *numero* 9. *verſ. ſed tamen ſuſtinendo*, vt ſi legaret centum Caio, cum onere conſtruendi Capellam, nam cùm illud onus ſit appoſitum per viam modi, Socin. *in l. Plautius in* 6. *notabili. ff. de condit. & demonſtrat.* & ſic poſt ius quæſitum, non poteſt legatarius grauari pluſquam commodi acceperit, & poſt alios probat Gratian. *in quæſt. forenſ. cap.* 130. *volum.* 1.

Secundò declaratur, vt legatarius acceptando legatum, non teneatur ad maius onus † quàm ſit 10.
legatum, quando illud onus ignorabat. ita reſpondit Socin. iun. *in conſil.* 18. *volum.* 4. iura enim ſemper ſuccurrunt ignoranti. *l. error, in princip. ff. de iuris, & facti ignorantia, & l. error. C. eod. tit.* Ideo tranſactio non comprehendit etiam actiones tunc competentes, ſi illas tunc temporis competere ignorabat. *l. qui eum tutoribus. ff. de tranſactionib.* quo caſu probat Socin. quòd etiam poſt acceptationem, admittendus eſt ad repudiandum.

ARTICVLVS III.

An legatarius, & vſufructuarius concurrant pro medietate.

SVMMARIA.

1. *Legatarius fundi concurrit in vſufructu cum legatario vſusfructus eiuſdem fundi.*
2. .. *intelligitur tam in proprietate, quàm in vſufructu.*
3. *Ius accreſcendi habet locum inter legatarios vſusfructus.*
4. *Vſusfructus legatus ſtatim dicitur acquiſitus.*
5. L. 1. §. interdum. ff. de vſufruct. accreſcend. *declaratur.*
6. *Dictio* nihilominus, *eſt implicatiua.*
7. *Legatarius fundi concurrit cum vſufructuario omnium bonorum.*
8. .. *ſecus ſi vſusfructus omnium bonorum fuit reſtrictus ad certam quantitatem.*
9. *Vſufructuarius omnium bonorum non concurrit in vſufructu cum hærede ſimpliciter facto.*
10. .. *ſecus ſi hæres factus eſt in omnibus bonis.*
11. L. ſi alij. ff. de vſufruct. legato, *non habet locum in hærede ſimpliciter facto.*
12. *Legatarius fundi, & legatarius vſusfructus ipſius non concurrunt in vſufructu, ſi ex coniecturis colligitur mens diſponentis.*

SI teſtator Titio legauit fundum, † 1.
& Caio legauerit vſumfructum eiuſdem fundi, tunc ambo concurrunt in vſufructu, prout eſt caſus *in l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat.* & ratio aſſignatur *ibi* à Bartol. quia ſi vni relinquitur totum integrale, & alteri pars ſubſtantialis illius totius, tunc concurrunt in illa parte ſubſtantiali, nam fundus conſiſtit integraliter in proprietate, † & 2.
vſufructu, & altero ex eis deficiente, non dicitur fundus, ſed vel nuda proprietas, vel nudus vſusfructus. *l. qui vſumfructum. ff. de verb. obligat.* Cùm igitur vſusfructus dicatur pars ipſius fundi ſubſtantialis; ergo legatarius fundi integraliter concurrit cum legatario vſusfructus eiuſdem fundi, & hanc concluſionem firmarunt Paulus de Caſtro *in conſil.* 218. *numero* 3. *volum.* 1. Paulus de Pico *in l. Titia. §. Titia cùm nuberet. numero* 83. *verſ. & ſi dicatur. de legatis* 2. Gozadin. *in conſil.* 47. *numero* 12. Natta *in conſil.* 297. *numero* 1. Ruin. *in conſil.* 190. *numero* 11. *vol.* 2. quos ſequitur Beccius *in conſil.* 98. *num.* 8.

De

Declaratur iſte caſus, vt inter dictos legatarios † habeat locum ius accreſcendi, nec eſt
3. recipienda diſtinctio Bartol. *in l. centurio. de legat. 3.* quòd quando plures ſunt inſtituti, vel legatarij in vſufructu, tunc aut portio vnius deficit ante acquiſitum vſumfructum, & habet locum ius non decreſcendi, aut deficit, poſtquam ſemel fuit acquiſitus, & habet locum ius accreſcendi *l. 1. §. interdum. ff. de vſufruct. accreſc.* & in hoc ſecundo caſu accreſcit cum onere, quia accreſcit ex perſona deficientis. Primo autem modo accreſcit ſine onere, quia accreſcit ex perſona recipientis in illa portione quam ab initio habuit. Hæc diſtinctio non eſt vera, quia vſusfructus legatus ſtatim † eſt acquiſitus. *§. 1. Inſt. de vſufruct.* & pro eo datur actio confeſſoria. *§. æque. Inſtit. de act. l. 2. ff. ſi ſeruit. vindic.* Item præſumitur
4. ſtatim † acquiſitus, quia non requiritur traditio in incorporalibus. Item dicunt omnes poſt acquiſitionem habere locum ius accreſcendi, quia eſt nouus vſusfructus ſingulis diebus conſtitutus; ergo ſingulis diebus non dicitur acquiſitus. Item
5. quia *in d.* † *§. interdum*, dicitur, vſusfructus legatus alteri accreſcit. per quæ verba ſignificatur, quòd habeat locum etiam ante portionem acquiſitam, & *ibi* nulla mentio de iure non decreſcendi facta eſt. Item quia text. *ibi* dicit: Nihilominus habet locum ius accreſcendi. qui verſiculus ita ponderatur, nam diſponendo quòd poſt portionem acquiſitam habeat locum ius accreſcendi, dicit quòd nihilominus accreſcit; ergo etiam antè, quia dictio
6. *nihilominus*, † eſt implicatiua, & exponitur, imò magis. *l. ſi pupillus. ff. de neg. geſt.* Et licèt *ibi* dicatur, concurſu partes habemus, tamen concurſus non præſupponit ius non decreſcendi, cùm etiam concurſus conſideretur in verbis tantùm coniunctis. *l. huiuſmodi. §. quibus. de legat. 1.* gloſſ. *in l. coniunctim. de legat. 3.* licèt illa gloſſa communiter reprobetur, vt per Barr. Item quia Iuriſconſultus dicit, quòd legatum vſusfructus habet aliquid plus, quàm legatum proprietatis, quod dictum verificatur, quia in eo habet locum ius accreſcendi, non autem ius decreſcendi. & hæc declaratio clarior apparebit inferiùs quando ſcribam materias iuris accreſcendi, & contra communem concluſionem probabo, quòd inter legatarios habet locum ius accreſcendi.

7. Secundus caſus eſt, quando vni legatus † eſt fundus Titianus, & alteri legatus eſt vſusfructus omnium bonorum, ita firmarunt Bartol. & Doct. *in d. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat.* idem Bartol. *in l. multum intereſt, in fin. & in l. Sempronio, in princip. ff. eod. titulo, & in l. re coniuncti, num. 29.* & *ibi* Iaſ. *num. 69. verſ. limita iſtam concluſionem, & n. 70.* Crot. *in quæſt. quarta num. 30.* Ripa *numer. 39.* & alij plures, quos ad hoc probandum referunt Beccius *in d. conſ. 98. num. 9.* & Surd. *in conſil. 466. num. 4. volum. 4.* & nouiſſimè Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap. 350. numer. 4.* qui probant eſſe magis communem opinionem, & *num. 6. & ſeq.* vbi quòd ſecundùm dictam opinionem fuit in Rota ita iudicatum.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando legatum vſusfructus omnium bonorum fuit re-
8. ſtrictum † ad certam annuam quantitatem: vt ſi dictum fuiſſet, lego Titio vſumfructum omnium bonorum meorum in annuis ſcutis ducentum, tunc enim integer debetur vſusfructus, nec in eo datur concurſus cum proprietario. *l. ſi Titia. l. legatum. l. quidam. l. patrimonij. l. qui fructus. l. generali. §. vxori, & §. fin. l. Sempronio, in princip. l. vxori. l. fundi. ff. de vſufruct. leg.* & hoc caſu non habere locum *d. l. alij. ff. de vſufruct. legat.* reſpondit Pariſ. *in conſil. 97. num. 14. & plur. ſeq. volum. 2.*

Tertius caſus eſt, quando teſtator Titio legat vſumfructum omnium bonorum ſuorum, deinde Caium facit ſuum hæredem vniuerſalem, † hoc ca- 9.
ſu quia hæres cenſetur inſtitutus non ſolùm in proprietate, ſed etiam in vſufructu, ideo concurret cum legatario vſusfructus in ipſo vſufructu, ita firmat Beccius *in d. conſil. 98. num. 11.* & habet etiam locum *d. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat.* Alexand. *in conſil. 56. num. 2. verſ. vnde cùm in teſtamento, volum. 3.* Durand. *de arte teſtandi tit. de hæredib. inſtit. cautela 4.* Ruin. *in conſil. 165. col. pen. vol. 3.* Natta *in conſil. 501. num. 53. & ſeq.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando teſtator inſtituiſſet hæredem in omnibus bonis ſuis, † 10.
ſiue in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, vt ſolitum eſt fieri, nam tunc teſtator voluit comprehendere omnia, & ſingula corpora hæreditaria expreſſa, & ſpecificata generaliter, & perinde eſt, ac ſi hæres inſtitutus fuiſſet in tali fundo, & in tali domo, & ſic de ſingulis, & quia dicta corpora, quæ teſtator hæredem ſuum habere voluit, non poſſunt ſtare ſine vſufructu, ideo dictus hæres concurret cum vſufructuario omnium bonorum; ſecus eſt ſi legetur vſusfructus omnium bonorum Titio, & Caius ſimpliciter inſtituatur hæres, quia tunc iſte hæres non concurret in d. vſufructu cum vſufructuario omnium bonorum, ita probat Ruin. ita diſtinguendo per dictos duos caſus *in conſil. 40. colum. 2. & ſeq. volum. 3. & in conſil. 190. numer. 11. eodem volum. 2.* & latiùs per Riminald. iun. *in conſil. 633. numer. 20. & plur. ſeq. volum. 6.* Item quòd text. *d. l. ſi alij. ff. de vſu-*
fruct. † *legat.* non habeat locum in hærede ſimplici- 11.
ter facto vt poſſit concurrere cũ vſufructuario relicto omnium bonorum, firmarunt Cuman. *in l. Titia colum. 2. in fin. & ſeq. verſ. Baldus etiam,* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 304. colum. final. & conſil. 387. volum. 2.* & latiſſimè Picus *in repetitione d. §. Titia, colum. 1. verſ. venio modò ad ſecundam concluſionem*, vbi reprobando Baldum *in l. final. C. de indicta viduit. tollenda*, oſtendit hanc concluſionem eſſe magis communem, & veriorem, quam etiam comprobat Pariſ. *in d. conſil. 97. numer. 19. & ſeq. volum. 2.*

Item declaratur articulus, vt iſti legatarius, † & 12.
vſufructuarius non concurrant, nec inter eos habeat locum ius accreſcendi, quando ex coniecturis efficacibus poteſt apparere talem fuiſſe intentionem teſtatoris, de quibus per Mantic. *de coniectur. lib. 9. titul. 6. in fin.* & per Gratian. *in d. cap. 350.* & per Rotam *in deciſ. 356. parte 2.* in vltimò impreſſis.

ARTICVLVS IV.

An legatarius, vel hæres eligat.

SVMMARIA.

1. *Electio legati pertinet ad hæredem, vel legatarium, teſtatore ita mandante.*
2. *Legato in genere facto electio pertinet ad legatarium.*
3. *Legatarius qualem rem eligere debeat.*
4. *Electio legati alternatiui pertinet ad legatarium.*

5. *..ſecus ſi legatum alternatiuum eſt de rebus alienis, tunc pertinet electio ad hæredem.*
6. *Legatarius electurus non poteſt eligere rem legatam alternatiuè in duabus partibus.*
7. *Electio rei legatæ in genere, quæ habeat fines determinatos facto hominis, pertinet ad hæredem.*
8. *Hæres regulariter ſemper eligit rem dandam legatario, niſi fuerit in mora.*
9. *Debitor eligit in alternatiuis.*
10. *Legatarius eligit rem legatam, hærede negligente.*
11. *Legatarius impetrat à iudice, vt præfigatur terminus hæredi ad eligendum.*
12. *Electionis ius deuoluitur ad alterum propter negligentiam non eligentis.*

ISte articulus eſt intricatus, vt dicit gloſſa *in l. legato generaliter. de legatis* 1. propter varias leges, quæ pro vtraque parte allegari poſſunt, in cuius reſolutione

1. Primus caſus eſt, electio † pertinet ad legatarium, vel hæredem, vbi teſtator mandauerit electionem per illum faciendam eſſe, nam ſi verba electionis erunt directa ad legatarium, percipito talem rem, aut talem rem, *l. planè. §. ſi ita Titio. de legatis* 1. ſed ſi verba diriguntur ad hæredem, tunc electio ad ipſum pertinebit. *l. ſi ita ſcriptum. §. final. de legat.* 2. & ita hanc concluſionem firmarunt gloſſa *in l. Lucio. de legat.* 2. Alexand. *in d. l. legato generaliter, numer.* 4 & eſſe communem atteſtantur relati per Craſſ. *in §. legatum. quæſt.* 62. *numer.* 2.

Secundus caſus eſt, quando teſtator nihil diſpoſuit, à quo electio facienda erat, & tunc quan-
2. do legatum fecit in genere, † nec cogitauit, nec expreſſit de certa ſpecie, tunc electio eſt legatarij. *l. legato generaliter. ff. de legat.* 1. vbi diſponitur, quòd legato generaliter relicto, velut hominis, Caius, & Caſſius ſcribunt ne optimus, vel peſſimus accipiatur per legatarium; ideo gloſſ. & Bart. *ibi* dicunt eius eſſe electionem. Item probatur per text. *l. ſi ſic ſtipulatus. ff de verb. obligat.* vbi, ſi ſic ſtipulatus fuero per te non fieri, quominus hominem ex his, quos habes, ſumam, electio erit mea, nam ibi vnus ex pluribus hominibus, quos habebat promittens, ſtipulatus fueram, & ita hominem in genere, & hoc caſu gl. *in l. Lucio Titio ff. de legat.* 2.
3. dicit legatarium † debere eligere mediocrem, neque cogi poſſe accipere deteriorem. Item Iaſ. *in l. ſi domus, numer.* 11. *de legat.* 1. conſtituit regulam, quòd in his indiuiduis, quæ habent fines determinatos à natura, ſicut eſt homo, bos, equus, & ſimilia, tunc electio indiuidui de ipſo genere pertinet ad legatarium. Item ad ſtipulatorem, ſequitur Riminald. iun. *in conſil.* 663. *numer.* 1. *volum.* 6. & Craſſ. *in §. legatum quæſtion.* 62. *numer.* 4. & hoc eſſe regulare in legato generis, probat Iaſ. *in d. l. legato generaliter, num.* 17. *& in l. ſi ſeruus. §. cùm homo. de legat* 1.

Declaratur iſte caſus, vt procedat etiam in le-
4. gato † alternatiuæ, in quo electio pertinet ad legatarium, gloſſ. *in d. l. Titio. de legatis* 2. & ſequitur Bartol. *ibi in prima oppoſitione.* Item *ibidem* Bald. Alberic. Paul. de Caſtr. & Immol. & illam gloſſam eſſe communiter receptam atteſtatur Salyc. *in l. plerumque. §. ſi res. ff. de iure dot.* Iaſ. *in l. beneficium numer.* 15. *ff. de conſtit. Princip. & in l. qui duos, in princip. de legat.* 1. *& in §. huic tamen, num.* 12. *Inſtit. de actionib.* Item de communi etiam atteſtatur Roman. *in l.* 1. *§. ex his. num.* 19. *ff. de verb. obligat.* Sed hoc intelligitur, quando alternatiua eſt ſuper rebus teſtatoris, ſecus ſi ſuper rebus alienis, † nam ſi 5.
teſtator legauerit fundum Titianum, vel domum, & vicinus haberet plures fundos Titianos, tunc electio erit hæredis, vt dicit Zaſius *in d. l. legato generaliter num.* 20. & *ibi* Iaſ. *in fin.* & Craſſ. *in d. quæſt.* 62. *num.* 5. atteſtatur gloſſam contrarium ſentientem eſſe communiter reprobatam.

Secundò declaratur, vt in legato alternatiuæ, † 6.
legatarius non poſſit petere partem in vna re, & partem in altera. *l. ſi ex toto. §. final. de legat.* 1. vbi ſi teſtator legat ſeruos, aut pro eis certam pecuniæ quantitatem, & *ibi* Iaſ. *numer.* 5. probat per illum text. quòd legatario alternatiuæ non poſſit in diuerſis partibus ſatisfieri. Item etiam ſi electio eſſet hæredis, non poſſet, inuito legatario, partem ſoluere in vna re, & partem in altera, vt probat Iaſ. *ibidem numer.* 9. poſt Dyn. Bald. & Immolam, & alios Doctores quos refert.

Secundus caſus eſt, vbi legatum eſt aliquid in genere, cuius indiuidua non habent fines determinatos à natura, ſed ab arte, & ſic mediante facto hominis, vt eſt domus, fundus, & ſimilia, tunc electio † pertinet ad hæredem, pro vt eſt caſus 7.
in d. l. legato generaliter. §. 1. vbi diſponitur, quòd ſi de certo fundo ſenſit teſtator, nec apparet de quo, electio eſt hæredis. Idem ſubdit ſi lancem legauerit, nec apparet de qua, electio eſt hæredis, quam velit dare. Item text. *l. ſi domos. de legat.* 1. vbi ſi non apparet de qua, electio eſt hæredis. Rationem diuerſitatis conſiderant Doctores, quia in his, quæ habent fines determinatos à natura, vt eſt homo, bos, equus, & ſimilia, ideo electio eſt legatarij, quia mediocrem eligere debet, vt dixi, ſi enim pertineret ad hæredem, poſſet illam dare, qui ſibi damno eſſet, aut ex alia cauſa diſplieceret. Sed in his quæ habent fines determinatos facto hominis, nulla res eſt, quæ alicuius vtilitatis non ſit, ideo ad hæredem datio pertinet, & hanc rationem conſiderarũt gloſſa magna *in d. l. legato generaliter, in princip.* & pleniùs Iaſ. *in l. qui duos, numer.* 23. *& ſeq. ff. de legat.* 1. & Riminald. iun. *in d. conſil.* 663. *num.* 5. *& ſeq. vol.* 6. Craſſ. *in d. quæſt.* 62. *num.* 3. *verſ. aut verò legatum eſt tale quod facto, & deſtinatione hominis limitatur.* Alij dicunt, quòd ſolùm in legato generis, electio eſt legatarij. *l. ſi ſeruus. §. cum homo. de legat.* 1. ſecundùm intellectum gloſſæ *ibi.* Sed etiam iſta opinio habet difficultatem, nam vino, oleo, vel tritico legatis, quæ conſiſtunt in genere, electio eſt hæredis, *l. certum. ff. de vino, oleo, & tritico legat.*

Ego teneo quòd ſemper electio eſt hæredis † 8.
ab initio in omni caſu, & eo differente eligere, pertinebit electio ad legatarium, & hanc opinionem tenuit gloſſator Rogerius, quam recitat gl. *in d. l. legato generaliter, in gloſſa magna, verſ. circa electionem*, & obſerua quòd in omni lege tractante de iſta materia, Accurſius recitat opinionem Rogerij, quam non improbat, & hæc opinio eſt fundata in altera certa iuris concluſione, quòd electio † 9.
pertinet ad debitorem. *c. in alternatiuis. de regul. iur. lib.* 6. Socin. *in conſil.* 57. *numer.* 6. *verſ. quintus caſus. volum.* 1.

Item quòd electio deuoluatur ad legatarium, † 10.
hærede non eligente, probatur *in l. ſi ita liberum. §. final. de legat.* 2. vbi declarant omnes Doct. & Paul. de Caſtr. *in d. l. qui duos. numer.* 3. *de legat.* 1. Ancharan.

charn. *in c.ſi pluribus,in vltimo notabili.de præbend. lib.* 6.& alij relati per Tiraquell. *in tract. conſanguin. §.* 24.*gloſſ. vnic. num.* 9. *& ſeq.* Simon de Pret. *de interpretation. vltim. voluntat. fol.* 12. *numer.* 6. quæ concluſio non ſolùm eſt vera, teſtatore præfigente terminum, ad eligendum, ſed etiam ſi non præfixerit, quoniam lex dat annum termini ipſi hæredi. *l. finali. §. ſed & ſi quis. C. commun. de le-*
11. *gat.* Item quia legatarius † poteſt impetrare in iudice, vt terminus hæredi præfigatur ad eligendum, aliàs ad ipſum electio deuoluatur, vel in eius damnum habeatur pro facta. Bartol. *in l. eum qui certarum. §.* 1. *numer.* 4. *ff. de verb. obligat.* Aretin. *in d. l. legato generaliter. colum. penultim. verſ. ſed iſta ratio. de legat.* 1. & *ibi* Iaſ. *numer.* 19. Regulare eſt enim in quacumque diſpoſitione,
12. vt electio infra certum tempus † præfixum ſiue à iure, ſiue ab homine, ſemper tranſeat in alium, ſi illud non ſequatur, Ioan. Faber *in l. cùm quidam, in fin. C. de verb. ſignificat. & in §.ſi generaliter numer.* 12. *Inſtitut. de legatis.* Ancharan. *in d. cap. ſi pluribus, in ſexto not. de præbend. lib.* 6. & eſſe communem concluſionem atteſtatur Aretin. *in l. eum qui certarum. numer.* 3. *in fin. verſ. & quod iſte terminus. ff. de verbor. obligat.* & tenendo iſtam opinionem Rogerij, omnia iura ad concordiam reduci poſſunt, tenendo quòd regula habeat reſpectum ad hæredem, & caſus particulares ad legatarios hærede negligente.

QVÆSTIO XX.

De codicillis, per duos articulos diuiſa.

1. An codicilli veniant appellatione teſtamenti.
2. In quibus conueniant, & in quibus differant teſtamenta & codicilli.

ARTICVLVS I.

An codicilli veniant appellatione teſtamenti.

SVMMARIA.

1. *Codicilli veniunt appellatione teſtamenti, & numer.* 6.
2. *Definitio teſtamenti competit codicillis.*
3. *Iuſtum dicitur,quod eſt ſecundùm leges.*
4. *Teſtamentum in genere datur, contra Alciatum.*
5. *Codicillorum definitio qualis ſit.*
7. *Impropriè dictum quot modis ſumatur, & numer.* 10.
8. *Impropietas non cadit inter genus & ſpeciem.*
9. *Teſtamentum, & codicilli an differant in origine,& num.*13.
11. *Significatio ſtricta eſt quando aliquid conuertitur ad inuicem.*
12. *Teſtamentum propriè continet codicillos, ſed non ſtrictè.*
14. *Partes veniunt appellatione totius.*
15. *Codicilli veniunt appellatione teſtamenti ratione connexitatis.*
16. *Actio quæ datur pro codicillis dicitur ex teſtamento.*

PARTEM affirmantem † tenent 1.
gloſſ. *in l.* 2. *verſ. perſonales. C. commun. de legat.* gloſſ. *in cap. quamquam, in fin. de vſur. lib.* 6. Bald. *in l. final. in* 2. *quæſtion. C. de edicto diui Adriani tollend. & in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtament. fac. poſſ. & in l.* 1. *ff. de teſtament.* Salyc. *in l. filij. num.* 1. *C.famil. erciſcund.*quia teſtamentum eſt genus ad codicillos;ergo comprehendit ſuas ſpecies,vt not. *in l.* 1.*ff.de verb.oblig.*& prædicatur de illis.Bald. *in l.* 2. *C. de iur. aur. anul.* Dec. & alij repetentes *in rubric.ff.de iuriſdict.om.iudic.*

Item quia codicillis † competit definitio teſta- 2.
menti, de qua *in l.* 1. *ff. de teſtament.* vbi quòd eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult. quæ definitio competit omnibus ſpeciebus vltimarum voluntatum, vt dicit Bartol. *in d. l.* 1. conſtituendo inter eas differentiam, per verba, iuſta † ſenten- 3.
tia, quæ ſunt interpretanda, id eſt, ſecundùm leges, omnia enim quæ ſunt à lege definita, dicuntur iuſta, ſecundùm Ariſtotelem *in* 5. *lib. Ethicorum.* Ideo teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, ſecundùm leges loquentes de teſtamentis, quæ requirunt hæredis inſtitutionem, & alia ſolemnia. *l. iubemus. C. de teſtament.* Item codicilli ſecundùm leges de eiſdem, quæ tantùm quinque teſtes adhiberi volunt, *l. fin. C. de codicill.*

Item donatio cauſa mortis ſecundùm leges de ea diſponentes, quæ quinque teſtes, ſtipulationem, traditionem, & partis præſentiam requirunt. *l. fin. C. de donat. cauſ. mort. & Inſtitut. de donat. in princip.* Quamobrem teſtamentum † in ge- 4.
nere dari neceſſe eſt, contra Alciatum *in rubric. de legat.* 1. *numer.* 1. qui tenet contrarium. Cui reſponderi poteſt, non eſſe inconueniens, vnum & idem genus, & ſpeciem, reſpectu diuerſorum eſſe poſſe:nam etiam vltima voluntas erit genus generaliſſimum, deinde teſtamentum genus ſubalternum. Et licèt text. *l. ſi idem. C. de codicill.* diſponat illos eſſe à teſtamento diuerſos, & Doctores ponant veram ipſorum differentiam ex ſingulari definitione ſingulorum, nam codicilli † definiun- 5.
tur, eſſe quendam diſpoſitionem vltimæ voluntatis, abſque hæredis inſtitutione, Rolandin. *in tract. de codicillis, in princip.* & Sebaſtian. Medic. *in tract. de definitionib. cap.* 37. Tamen Doctores, ad euitandam huiuſmodi difficultatem, dicunt codicil-
los eſſe teſtamentum † in larga ſignificatione, & 6.
ita eſſe intelligendam commmunem opinionem, atteſtatur Socin. *in rubric. de legat.* 1. *numer.* 14. *&* 18. & deſumitur à Bartol. *in l. qui teſtamento. §. eum qui,in fin ff.de teſtament.*

Pro contraria parte, nam ſi teſtamentum comprehenderet codicillos, hoc eſſet impropriè, nam ex *l. munus propriè. ff. de verb. ſignificat.* colligitur quòd ſignificatio generis reſpectu ſpecierum eſt impropria. Item *l. iuriſgentium, in princip. ff. de pact. in verſ. proprium nomen contractus*, & *ibi* gloſſ. exponit, id eſt, ſpeciale; ergo quod genericè dicitur, improprium eſt. Item illud impropriè † di- 7.
citur, quod in comparatione alterius aliquem defectum patitur, vel quia ſit prorſus inefficax. *l.* 2. *§.* 1. *ff. quemadmod. teſtament. aper. l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iudic. l. nec ſeruus*, & *ibi* gloſſ.

in

in verſ. abutuntur. ff. de peculio. Vel quia habeat effi- efficaciam, ſed non plenam. *l. fideiuſſor. §. ſideiuſſor. ff. de fideiuſſor.* Vel quia habeat plenam efficaciam, ſed non ab omni parte, vt ſtipulatio, quæ non eſt propriè contractus, quia non eſt vltrò citróque obligatorius. *l. Labeo, in 2. ff. de verb. ſignificat.* Doct. *in l. ſi donationis. C. quod met. cauſ.* Item pactum, licèt ſit contractus. gloſſ. *in l. 1. ff. de action. & obligat.* & habeat plenam efficaciam. Iaſ. *in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla, in princip. ff. de pact.* tamen non eſt propriè talis, quia non eſt vltrò citróque obligatorius, Iaſ. *in d. § ſed cum nulla, in 2. not.* Sed in hoc caſu ſpeciei ad genus non fit comparatio, quia non dicimus, homo comparatur, vel aſſimilatur animali: ſed dicimus, homo eſt animal, ita argnit Bartol. *in l. quod verum, in prima oppoſitione, verſ. debetis ſcire. ff. depoſiti*; ergo ſi volumus conſiderare teſtamentum vt genus, & ſpecies, impoſſibile eſt quòd teſtamentum impropriè contineat codicillos, quia iſta improprie-
8. tas † non cadit inter genus, & ſpeciem, & ita verè, ac propriè continebit codicillos. Item vbi aliquod habet ſignificatum generis, & ſpeciei, reſpectu generis dicitur improprium, & reſpectu ſpeciei proprium, Socin. *in l. 1. colum. 2. ff. de vulgari, & pupill. ſubſtitut.* exempla ſunt *in l. 2.* Idem in cognatione. *l. inter agnatos. ff. de ſuis, & legitim.* Item inſtitutio. *l. 1. ff. de vulgar.* & per Doct. *in rubric. eodem titul.* ergo teſtamentum pro vt habet ſignificationem generis impropriè continebit codicillos. *d. l. munus proprie. ff. de verb. ſignificat.*
9. Item teſtamentum † eſt de iure gentium. Bartol. & Iaſ. *in l. interdum. ff. de condict. indebiti.* Fulgoſ. Roman. & Iaſ. *in l. ſi teſtamentum. C. de teſtament.* qui hoc probant per illum text. Aretin. *in l. qui à latronibus colum. pen. ff. de teſtament.* ergo non poſſunt comprehendi codicilli, qui ſunt de iure ciuili. *Inſtitut. de codicill. in princip.* ante Auguſti tempora codicillorum ius in vſu non fuiſſe.

Sed tenendo communem reſponderi poteſt,
10. aliquod eſſe † improprium dupliciter, vel per comparationem ad illud, quod propriè dicitur, vel ad illud, quod ſtrictè dicitur: genus autem propriè ſignificat ſuam ſpeciem, ſed non ſtrictè, quia non conuertitur cum vna ſua ſpecie. Item pactum eſt nomen generis, *l. 1. ff. de pactis.* & ſpeciei. *l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. eodem titul.* & quando capitur in genere, propriè ſignificat ſuas ſpecies, quia definitur *l. 1. ff. de pact.* Item actio ſignificat in genere, & in ſpecie. *l. actio, & l. actionum genera. ff. de action. & obligat.* & tamen ſumpta in genere propriè ſignificat, quia defini-
11. tur, *Inſtitut. in princip.* Sed ſtrictè ſignificare † eſt illud quod competit vni, & ſoli, vt *in l. 2. in fin.* & *ibi* Bartol. *ff. de adopt.* Tunc reſoluendum, quòd improprietas non cadit inter genus, & ſpeciem, pro vt impropriè dictum comparatur ad illud quod eſt proprie dictum, quia ipſum nomen generis eſt proprium vocabulum, & habet ſuam propriam ſignificationem, & propriè continet ſuas ſpecies; ſed improprietas cadit inter genus, & ſpeciem, quia genus non eſt ſtrictè ſpecies, neque cum ea ſola conuertitur, quia eſt vna ſola pars ſpeciei, & in hunc ſenſum intelligenda eſt *l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. præd. in verſ. humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis*, &c. vnde ibi nomen generis eſt pars duarum ſpecierum.
12. Ita teſtamentum † propriè continet codicillos, ſed non ſtrictè, quia teſtamentum in genere habet codicillos pro vna ſua parte, & alias vltimarum voluntatum ſpecies, & cum ſingulis earum non conuertitur. Item ad definitionem teſtamenti inſpecto tempore iuris ciuilis, vbi dicitur, voluntatis noſtræ iuſta ſententia, id eſt, conformis iuri ciuili, quo tempore erant codicilli, nam iure gentium hoc teſtamenti nomen † in- 13.
uentum non erat, licèt fuiſſet vltima voluntas; ſicut dicimus, quòd ius ciuile ex materia iuriſgentium introduxerit ſtipulationem, ſed nemo diceret ſtipulationis nomen eſſe de iuregentium. Itaque cùm iure gentium eſſet vltima voluntas, ipſum ius ciuile appellauit teſtamentum, quod poſtea diuiſit in plures ſpecies, videlicet codicillos, legatum, & donationem cauſa mortis.

Ego ſequor communem, quòd appellatione teſtamenti, contineantur codicilli, quia appellatione totius † veniunt partes. *l. in toto. ff. de* 14.
regul. iuris. l. ſi quis non totum, in princip. ff. de except. rei iudic. ſed codicilli ſunt pars ipſius teſtamenti. *l. pen. ff. quemadmod. teſtament. aper.* Et licèt fiant in diuerſis tabulis, tamen virtualiter ſunt vna res, & ad teſtamentum referuntur, ita vt ineſſe cenſeantur. *l. 2. §. 1. ff. de iure codicill.* Sed non veniunt ex præciſo ſignificato, † ſed tantùm 15.
ratione connexitatis, ſicut in ſimili *l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtruct.* Et ideo *l. conſiciuntur. §. 1. ff. de iure codicill.* dicit, quodammodo teſtari, eum qui codicillos facit.

Item quia ex codicillis † oritur actio, quæ 16.
dicitur ex teſtamento; ergo & ipſi ſub eo continentur ratione connexitatis, nam pro relictis in codicillis factis ab inteſtato, competit actio vtilis ex teſtamento. *d. l. 2. §. 1. ff. de iure codicill.* gloſſ. *in §. final. in verſ. relinquitur. Inſtit. de codicill.* Bald. *in l. 2. C. communia de legat.* Corn. & Alexand. *in l. final. C. de codicill.* Item legatum eſt donatio quædam teſtamento relicta. *l. legatum. de legat. 2.* ſed legata fiunt in codicillis; ergo ſunt teſtamentum, aliter ille textus deſtrueretur, qui ita communiter intelligitur.

ARTICVLVS II.

In quibus conueniant, & in quibus differant teſtamenta & codicilli.

SVMMARIA.

1. *Codicilli nullam iuris ſolemnitatem deſiderant.*
2. *. . valent facti de nocte, coram teſtibus ingredientibus per feneſtras.*
3. *. . teſtes quinque in eis nullam qualitatem requirunt.*
4. *. . & ſemper debent eſſe quinque, & nunquam pauciores.*
5. *Legatarij non poſſunt eſſe teſtes in codicillis.*
6. *. . nec in teſtamento in quo requiritur minor numerus teſtium.*
7. *. . nec quando aliquid relinquitur eorum filiis.*
8. *Codicilli improbantur, ſi vnus ex teſtibus contradicat.*
9. *Clauſula derogatoria voluntatis codicillandi probatur per duos teſtes.*

10. *Inſti*

10. *Inſtitutio directa non poteſt fieri in codicillis.*
11. *Hæreditas directò,neque datur,neque adimitur in codicillis.*
12. *..etiamſi fiat ad fauorem filiorum.*
13. *..ſecus ſi hæreditas directa,in codicillis adimeretur, & alteri daretur.*
14. *Conditio non poteſt apponi in codicillis directæ inſtitutioni facta, cum teſtamento.*
15. *Prohibitione alienationis reuocata in codicillis,non eſt reuocata ſubſtitutio directa.*
16. *Prohibitus alienare per teſtamentum,cenſetur etiam per codicillos.*
17. *Codicillis non poteſt contrauenire, qui teſtamentum approbauit.*
18. *Codicillorum ignorantia an , & quando præſumatur.*
19. *Codicillos non poteſt quis approbare pro parte.*
20. *..cenſentur approbati in totum , etiamſi eſſent producti in parte,& partibus.*
21. *Productio ſcripturæ in parte , & partibus ſemper cenſetur in totum approbata.*
22. *Codicilli primi , an, & quando cenſeantur reuocati per ſecundos.*

IN teſtamento regulariter ſeptem teſtes rogati interuenire debent , *l. fin. C. de teſtamentis* , de qua regula ſcripſi in prima quæſtione huius partis ; ſed in codicillis , quinque etiam non rogati ſatis ſunt , *l. final. C. de codicill.*
1. & quia † codicilli nullam ſolemnitatem ordinationis deſiderant , vt dicit text. §. *final. Inſtit. de codicill.* ideo non eſt neceſſe , quòd dicti quinque teſtes ſint in præſentia codicillantis. In teſtamentis eſt diſpoſitum contrarium , *l. ſi vnus, in verſ. coram teſtatore. l.ſi non ſpeciali. in verſ. in conſpectu teſtatoris. C. de teſtament.* In codicillis verò contrarium receptum eſt communiter , Iaſ. *in d. l. ſi non ſpeciali numer.*8. Alexand. *num.*7. Matheſilan. *notab.* 123. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 30. *numer.* 13.
2. Ideo valent facti de nocte , † coram teſtibus ingredientibus domum codicillantis per feneſtras, etiam ſi propter illum ingreſſum eſſent teſtes puniendi , vt reſpondit Pancratius *in conſil.* 63. *inter conſilia vltim. voluntat. volum.* 2. quoniam teſtes poſſunt fungi munere teſtium in teſtamentis, tam de nocte, quàm de die , *l. ad teſtium. §. poſſe. ff. de teſtamentis.* ergo multò magis in codicillis , vbi non requiritur tanta ſolemnitas. In hoc
3. numero quinque † teſtium pro codicillis neceſſario , nulla qualitas teſtium deſideratur , contra nullum ex teſtibus aliquid opponi poteſt ; ideo, & mulier , & qui teſtamenti factionem paſſiuam non habet, pro teſtibus, etiam ſi compulſi eſſent, interuenire poſſunt , vt latiùs probat Vaſquius *in d. §. 30. in* 1. *&* 2. *colum.* Dummodo numerus non minuatur , nam in certis caſibus , numerus teſtium in teſtamentis regulariter requiſitus, ali-
4. quando diminuitur , ſed in codicillis † pro rata reſpectiuè ad teſtamentum minuendus non eſt , ſemper enim quinque teſtes eſſe debent, Bartol. *in l.* 2. *de legat.* 2. & *ibi* Socin. iun. *num.* 154. atteſtatur eſſe communem concluſionem , & alij ad hoc allegati per Craſſum *in d. §. codicillis,num.*6. *in fine.*
5. Declaratur iſte caſus , vt legatarij † in codicillis teſtes eſſe non poſſint , Angel. *in l. dictantibus numer.* 1. *C. de teſtament.* Bald. *in l. qui teſtamento. ff. eodem* Socin. *in l. ſi quis ita. colum. final. ff. de reb. dubiis.* Tobias Nonius *Inſtit. de teſtamentis ordinandis. §. legatariis.* Farinac. *in tract. de teſtib. quæſtion.* 50. *numer.* 308. Crot. *in tractat. de teſtib. part.* 2. *numer.* 1. *& ſeq.* Maſcard. *concluſ.* 309. Item non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, in quo ſecundùm formam ſtatuti ſufficeret † minor numerus 6.
ſeptem teſtium, Farinac. *de teſtib. quæſt.*60.*num.*294. Item non poſſunt eſſe teſtes, quando aliquid relinqueretur eorum filiis,† quia parentum contempla- 7.
tione cenſentur relicta. *l. ſed ſi filius. §. in arrogato. ff. de vulgari,& pupill.* & *ibi* gloſſ. *l. aditio,* & *ibi* gloſſ. *ff. de acquir. hæredit. l. cùm aliquis. C. de iure deliber. l. final. C. de vſufructu.* Franch. *deciſ.* 435. *numer.* 8. Surd. *deciſ.* 324. *numer.* 9. Nam eorum vtilitas reddit eos ſuſpectos,quia arguit fraudem. *cap.*2. *de teſtibus. cap. in primis,*2.*quæſt.*1.Dec.*conſil.*133.*in fin.*Burſar.*in conſ.*226.*num.*81.

Secundò declaratur , vt codicilli corruant , † 8.
ſi vnus ex teſtibus in eis adhibitus , neget contenta in illis eſſe vera, Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.*3. §.30. *numer.* 77. *verſ. in prima.* nam vnus teſtis teſtamenti contradicens, totum vacillare facit , gl. *in l.* 1. §. *ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtamenta aper.* & de hoc ſcripſi latiùs ſuprà *in quæſtione prima huius partis , in articulo de nullitate teſtamenti* , & codicilli facilius pereunt , quàm teſtamentum , Vaſquius *in d. §.* 30. *num.*77.

Tertiò declaratur , nam licèt idem teſtium numerus requiratur in deſtruendo actum, qui requiritur in conſtruendo. *l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt. ff. de teſtament.* Dec. *in l. nihil tam naturale. ff. de regul. iuris.* Marſil. *in rubric. C. de probat. numer.* 345. qui alios referunt , tamen in probanda clauſula derogatoria † voluntatis codicillandi, 9.
duo tàntùm teſtes ſufficiunt, quoniam omnis actus regulariter per duos tantùm teſtes probari dicitur , *l. vbi numerus. ff. de teſtib. c. in omni. eodem titul.* & aliud eſt agere de reuocandis codicillis, & tunc quinque teſtes pariter neceſſarij ſunt; aliud eſt agere de probanda proteſtatione declaratoria voluntatis meticuloſæ , vel aliter defectuoſæ , & tunc ad improbandos codicillos , poſt d. proteſtationem factos , duo tantùm teſtes ſufficiunt , vt latiſſimè probat Surd. *in conſil.* 356. *volum.* 3. Nam & duo teſtes ſufficiunt ad probandum teſtatorem noluiſſe pupillariter ſubſtituere , quando fecit ſubſtitutionem vulgarem, Bartol. *in l.* 2. *numer.* 59. *ff. de vulgari , & pupillari.* Bald. *in l. quamuis numer.* 1. *C. de fideicommiſſ.* Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *titul.* 16. *numer.* 4. & quando probandum eſt aliquid extrinſecum ab actu vltimæ voluntatis,quæ pro forma habet numerum teſtium taxatum à lege , tunc illud extrinſecum per duos teſtes probari poteſt , vt diffuſè ſcripſi ſuprà *in quæſt. prima huius partis , in artic. de probatione teſtamenti.*

Secundus caſus eſt , in teſtamento poteſt fieri inſtitutio directa, & fideicommiſſaria , ſed in codicillis † ſola fideicommiſſaria , non autem dire- 10
cta dari poteſt. *l.* 2. *C. de codicill. l. hæreditas. C. de his quibus vt indign.* & *ibi* Bartol. & cæteri. Pariſ. *in conſil.* 35. *numer.* 5. *volum.* 2. Is autem qui codicillos facit , poteſt hæredem in præcedenti teſtamento inſtitutum per fideicommiſſum rogare , vt hæreditatem , vel partem eius alteri reſtituat. *l.* 2. §. *final. ff. de iure codicill. l. hæreditatem. C. eodem titul. §. codicillis , & §. directò. Inſtit. de codicillis.* Nec poteſt hæreditas † dari directò in codi- 11.
cilli

cillis, ne teſtamentum videatur per codicillos con-
firmari. *l. quod per manus. ff. de iure codicill.* Item
in codicillis non adimitur hæreditas in teſta-
mento relicta. *d. l. hæreditatem, & d. §. codicillis.*
Item hæredi in teſtamento inſtituto non po-
teſt fieri directa ſubſtitutio in codicillis. *d. §. di-
rectò.*

12. Declaratur iſte caſus, vt nec etiam pater in co
dicillis poſſit hæreditatem directò dare filiis †.
Bald. *in l. filij. ff. famil. erciſcund.* nam ad teſtamen
tum imperfectum inter liberos faciendum fuit
habilis factus à lege. *l. conſultiſſima. §. ex imperfecto.
C. qui teſtam. fac. poſſ.* reſpectu codicillorum pater re-
manſit ſub regula, & hanc eſſe communiſſimam, &
receptiſſimam ſententiam, probat Iaſ. *in d. l. hac
conſultiſſima. §. ſi quis. numer.* 4. & quòd ſit verior
ſententia, probat Vaſquius *de ſucceſſ. creatione lib.*
3. §. 25. *numer.* 7, & ideo pater nè pupillariter qui-
dem filio impuberi in codicillis ſubſtituere poteſt,
Dilect. *de arte teſtandi titulo 5. cautel.* 34. & eſſe com-
munem opinionem probat Villalob. *in ſuis commu-
nibus in verſ. pater num.* 39.

Secundò declaratur, vt hæreditas directò da-
ta in teſtamento non poſſit adimi in codicillis. *l.
quod per manus. ff. de codicill. l. Scæuola. ff. ad Trebell.
l. hæreditas. C. de his quibus vt indign. §. pen. Inſtit. de
codicill.* Durand. *de arte teſtandi tit.* 10. *cautela* 8. Sed
13. hoc procedit, vbi hæreditas † adempta nemini ap-
plicaretur. *l.* 2. *C. de codicill.* ſecus eſt, quando non
ſolùm adimitur, ſed etiam alteri datur in codicil
lis, quia tunc valet ademptio etiam verbis dire-
ctis facta, & is à quo adimitur, cenſetur rogatus
per fideicommiſſum, vt reſtituat ei, cui data eſt in
codicillis. *l. Scæuola. ff. ad Trebellian.* Alexand. *in l.
verbis ciuilibus numer.* 9. *verſ. nec obſtat d. l. hæredi-
tas. ff. de vulgari, & pupill.* & *ibi* Cuman. *numer.* 10.
Riminald. iun. *in conſil.* 69. *numer.* 6. *volùm.* 1.
tunc enim verba directa obliquantur. *l. cùm quis
decedens. §. Seia. de legat* 3. *d. l. Scæuola*, & *ibi* gloſſ.
Bartol. *in d. l. verbis ciuilibus. verſ. pro declaratione.
& in l. centurio colum.* 3. *verſ. oppono. ff. de vulga-
ri, & in l. Lucius. colum. final. circa princip. ff. eo-
dem titul.* Paul. de Caſtr. *in l.* 2. & *ibi* Alexand.
num. 5. *C. de codicill. gloſſ. final. in l. ſi idem. C. eo-
dem titul.* & *ibi* Salyc. atteſtatur eſſe communem,
& *ibi* Bald. *colum.* 1. Corn. *in d. l. hæreditas numer.*
3. *ad finem. verſ. ſed ſi non ſolùm ademit. C. de his quib.
vt indignis.*

Tertiò declaratur, vt conditio in codicillis di-
14. rectæ † inſtitutioni in teſtamento factæ, appo-
ni non poſſit. *l. pen. §. final. ff. de conditionib. inſti-
tut. l. diui. ff. de iure codicill. §. codicillis. Inſtitut. de
codicill.* Corn. *in d. l.* 2. *in fin. C. de his quib. vt in-
dign.* Durand. *de arte teſtandi titulo decimo, caute-
la* 8. *in princip.* Sed hæc declaratio intelligitur, cùm
ſimplex conditio apponitur puræ inſtitutioni, ſe-
cus eſt ſi per viam fideicommiſſi, & in vim fidei-
commiſſariæ reſtitutionis, vt dicunt præcitati Do-
ctores in præcedenti declaratione.

Tertius caſus eſt, ſi poſt ſubſtitutionem dire-
ctam factam in teſtamento, facta fuerit prohi-
15. bitio alienationis, & dicta prohibitio fuerit †
reuocata in codicillis, tunc ipſa directa ſubſti-
tutio non cenſetur reuocata in codicillis, ita re-
ſpondet Menoch. *in conſil.* 602. *volum.* 7. Tum
quia diſpoſitio præcedens conditionalis, per re-
uocationem conditionis, non cenſetur reuocata, vt
firmant omnes *in l.* 1. *C. de pact.* Alexand. *num.* 2.
Iaſ. *numer.* 1. *in fin.* Curt. iun. *num.* 1. Ripa *num.* 2.
Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 169. *in fine.* Tum etiam
quia prohibitio alienandi facta ad certum tem-
pus poſt ſubſtitutionem, ſi expirauit per lapſum
temporis, non vtique expirat ipſa ſubſtitutio. Pere-
grin. *de fideicommiſſ. articul.* 40. *numer.* 63. *& ſeq.
& in conſil.* 40. *volum.* 2. Cephal. *in conſil.* 153. *num.* 42.
volum. 2. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. vo-
luntat. lib.* 2. *fol.* 284. *numer.* 15. & ita fuit iudica-
tum in Rota Florentina, vt *in Digeſt. Nouiſſimis to-
mo* 3. *titulo Alienatio. cap. ex fideicommiſſo.* Tum etiam
quia ademptio ſubſtitutionis non præſumitur, Man-
tica *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 1. Maſcard. *de proba-
tionib. concluſ.* 1280. Menoch. *in conſil.* 203. *dub.* 2. *vol.*
2. *& conſil.* 453. *num.* 17. *vol.* 5.

Quartus caſus eſt, is poteſt codicillos facere,
qui teſtamentum facere poteſt, ideo perſonæ pro-
hibitæ teſtari, etiam codicillos facere prohibitæ
ſunt, Rolandin. *in tract. de codicill. numer.* 6. quod
eſt verum, etiam ſi de iure municipali teſtari pro-
hibeatur, Bartol. *in l.* 1. *de legat.* 1. & eſſe ſenten-
tiam communem, poſt alios relatos, probat Craſſus
in §. *codicillis. num.* 3. Quæ concluſio eſt vera etiam
in prohibito alienare † per teſtamentum, nam 16.
& is per codicillos alienare cenſetur prohibitus,
Iaſ. *in rubric. de legat.* 1. *numer.* 18. Ruin. *in l.* 1.
§. hoc autem, numer. 18. *ff. ad Trebellian.* Crotus *in
l. filiusfamil. §. diui. numer.* 157. *verſ. ad contrarium,*
& *ibi* Ruin. *numer.* 133. aliàs redderetur eluſoria
prohibitio de non alienando, quia quilibet codicil-
los facere poſſet. Item quia appellatione teſtamenti
veniunt etiam codicilli, vt probaui *in præcedenti ar-
ticulo.*

Quintus caſus eſt, codicillis † quis non po- 17.
teſt contrauenire, ſi teſtamentum approbauit,
quia ſicut rupto teſtamento rumpuntur codicilli,
*l. ſi quis cùm nullum. §. final. & l. ab inteſtato. ff. de
iure codicill.* ita approbato teſtamento, cenſen-
tur approbati codicilli, vt contrariorum eadem
ſit diſciplina. *l.* 1. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.
iur. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt, de legat.* 1. Item
quia idem operatur oppoſitum in oppoſito,
quod propoſitum in propoſito. *l. final. de legat.*
3. Item quia codicilli ſunt pars ipſius teſtamen-
ti. *l. ante tabulas. ff. de iure codicillorum*, & probat
Crauett. *in conſil.* 257. *per totum.*

Declaratur iſte caſus, vt locum habeat, quan-
do approbans teſtamentum habuit ſcientiam co-
dicillorum, puta quia eſſent † ſcripti in eadem 18.
charta teſtamenti, aliàs præſumitur ignorantia,
Doctores *in l. final. C. de codicill.* & ita fuit in
Rota reſolutum, vt *in deciſ.* 229. *numer.* 4. *par-
te* 1. *in Nouiſſimis*, vbi allegantur aliæ deciſio-
nes.

Secundò declaratur, vt codicilli, data eorum
ſcientia, † cenſeantur approbati in omnibus, & 19.
per omnia, neque poteſt partem illorum impu-
gnare. *l. ſi pars. §. illud. l. pen. §. fin. & l. final. ff. de
inoffic. teſtament. l. poſt legatum. ff. de his quib. vt in-
dign.* gloſſ. & Doct. *in l. alia. C. eodem titul.* & di-
cit text. *l. non dubium. §. illud etiam. C. de teſtament.*
quòd agnoſcens voluntatem defuncti, quæ de iure
non valet, debet illam in omnibus partibus ad-
implere. Item cenſetur approbata ſcriptura codi-
cillorum, etiam ſi eſſet producta † in parte, & 20.
partibus pro ſe facientibus tantùm, quia cenſetur
approbata in omnibus partibus, etiam facienti-
bus contra producentem, Bald. *in l.* 1. *numer.* 5.
C. vt quæ deſunt aduocatis, & hanc concluſio-
nem valdè declarat Felin. *in cap. cum venerabilis,
numer.* 22. *& ſeq. verſ. prima concluſio. de exceptio-
nib.* Item quòd dicta proteſtatio † in parte, & 21.
parti

partibus nihil releuet, firmarunt Socin. iun. *in conſil.* 134. *numer.* 68. *volum.* 3. Dec. *in l. final. colum. final. C. de edend.* Paul. de Caſtr. *in l.* 1. §. *editiones. colum. penultim. ff. eodem titul. & in conſil.* 331. *col.* 1. *volum.* 1. *verſ. nec poteſt dicere.* Crauett. *in conſil.* 80. *num.* 7. Iaſ. *in l. ſeruum tuum. numer.* 7. *ff. ſi cert. pet.* & hanc eſſe communem opinionem probat Cacher. *in deciſ.* 38. *numer.* 26. Gabriel *in conſil.* 40. *numer.* 24. *volum.* 1. Menoch. *in lib.* 2. *præſumpt.* 35. & tantò minus iuuaret dicta proteſtatio, quando pars aduerſa contra quam producitur, acceptaret ſcripturam in partibus pro ſe facientibus, quia tunc dictæ proteſtationi non cōſentiret, & proteſtatio non releuaret. Decian. *in conſil.* 70. *num.* 13. *vol.* 3.

21. Sextus caſus eſt, codicilli primi † non cenſentur reuocati per ſecundos ſubſequentes, quia quis cum pluribus codicillis decedere poteſt. §. *non ſolùm. Inſt. de codicill.* Natta *in auth. hoc inter liberos, numer.* 88. *C. de teſtament.* Doctor. *in l.* 3. *C. de codicill.* & eſſe communem concluſionem probat Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 30. *num.* 52. Craſſ. *in* §. *codicillis. numer.* 30.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando codicilli ſubſequentes eſſent directò contrarij primis, nam tunc priores eſſent ſublati, & poſteriores eſſent obſeruandi, vt poſt Craſſ. & alios relatos probat Surd. *in conſil.* 320. *vol.* 3.

QVÆSTIO XXI.

De fideicommiſſis, per vndeuiginti articulos diuiſa.

1. Ex quibus verbis inducatur fideicommiſſum.
2. Ex quibus coniecturis inducatur fideicommiſſum.
3. An & quando fideicommiſſum reciprocum inducatur.
4. An ratio agnationis conſeruandæ inducat fideicommiſſum.
5. Quæ perſonæ comprehendantur in fideicommiſſo familiæ relicto.
6. An filius ingrediatur locum patris in fideicommiſſo.
7. An & quando per clauſulam codicillarem inducatur fideicommiſſum.
8. An per prohibitionem alienationis inducatur fideicommiſſum.
9. An fideicommiſſum in contractibus fieri poſſit.
10. An, & quando bona ſuppoſita fideicommiſſo alienari poſſint.
11. Quæ veniant reſtitutione fideicommiſſi.
12. An, & quando fideicommiſſum extendatur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.
13. An, & quando fideicommiſſum conditionale tranſmittatur.
14. An, & quando fideicommiſſo cenſeatur renunciatum.
15. An, & quando fideicommiſſum expiret.
16. In fideicommiſſis linearibus quando linea accipiatur contentiuè, vel effectiuè.
17. Quæ deducantur de fideicommiſſis.
18. De fideicommiſſo contra filium.
19. Communia de fideicommiſſis.

ARTICVLVS I.

Ex quibus verbis inducatur fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. *Teſtator non præſumitur velle, quod non expreſſit.*
2. *Fideicommiſſum non cenſetur inductum ſine verbis, & num.* 4.
3. *Caſus contingens præter verba teſtatoris non includitur.*
5. *Teſtamenta requirunt claritatem verborum.*
6. *Voluntas teſtatoris non eſt inducenda per ſubauditionem verborum.*
7. *Fideicommiſſa ex quibus verbis induci poſſint.*
8. *.. inducitur ex verbis,* rogo, vt velis reſtituere.
9. *Verbum* volo, *aliquando eſt directum, aliquando obliquum.*
10. *Fideicommiſſum non inducitur, quando remittitur ad liberam hæredis voluntatem.*
11. *Verba teſtatoris quando vitiant, & quando vitiantur.*
12. *Fideicommiſſum inducitur, ſi teſtator vult bona ſua deferri de hærede in hæredem.*
13. *.. item de deſcendente in deſcendentem ordine ſucceſſiuo.*
14. *.. item de hærede in hæredem maſculum.*
15. *.. & ſi ſunt prolata per modum cauſæ in prohibitione alienationis inducunt fideicommiſſum.*
16. *Verba enuntiatiua prolata per modum cauſæ inducunt fideicommiſſum.*
17. *Verba de hæredibus in hæredes non repetunt fideicommiſſum inter eorum hæredes.*
18. *Dictio* ita vt, *reſtringitur ad præcedentia.*
19. *Fideicommiſſum de hæredibus in hæredes comprehendit feminas.*
20. *Deſcendentium appellatione continentur feminæ.*
21. *.. ſecus ſi teſtator in vna parte teſtamenti loquutus eſt de deſcendentibus maſculis.*
22. *Fideicommiſſum de hærede in hæredem non comprehendit tranſuerſales.*
23. *.. ſecus ſi conſtat de contraria voluntate diſponentis.*
24. *Hæredis appellatio in feudis ſemper intelligitur de deſcendente maſculo.*
25. *Fideicommiſſum de hæredibus in hæredes requirit qualitatem hæreditariam.*
26. *Fideicommiſſum inducitur per ſubſtitutionem deſcentium de gradu in gradum.*
27. *.. idem ſi dixit de antiquiore in antiquiorem.*
28. *Clauſula* de gradu in gradum, *eſt reſtringenda quoad expreſſa.*
29. *.. & non inducit nouam diſpoſitionem.*
30. *Clauſula* in perpetuum, vel infinitum, *eſt reſtringenda ad expreſſa.*
31. *Clauſula* ad qualificandum aliquid, *ad illud tantum referri debet.*
32. *Clauſula* de gradu in gradum, *non inducit repetitionem de primo ſubſtituto in alterum.*
33. *Fideicōmiſſum inducitur per verbū,* accreſcat *aliis.*
34. *.. item inducitur per verbum* volo.
35. *.. item ſi teſtator vult talia bona remanere in ſua agnatione.*
36. *Fideicommiſſi onus quando cenſetur repetitum de inſtitutis ad ſubſtitutos.*
37. *Fideicommiſſum inducitur per verbum* rogo.
38. *Verbum* rogo, *importat præceptum.*
39. *Dominium tranſit à primo fideicommiſſario in ſecundum abſque reſtitutione.*

40. *Fideicommiſſum inducitur per verba denotantia tractum temporis in futurum.*
41. *Clauſula* in infinitum, *denotat tempus perpetuum.*
42. . . *& ſemper referenda eſt ad proximè immediata, & non ad alia.*
43. . . *ideo non refertur de deſcendentibus ad tranſuerſales.*
44. *Agnationis conſeruandæ ratio non extenditur ad alium caſum.*
45. *Clauſula* in infinitum, *poſita in vulgari, non extenditur ad fideicommiſſariam.*
46. *Deſcendentium appellatio denotat tractum temporis in futurum.*
47. . . *& continentur omnes in infinitum.*
48. . . *etiamſi vocauerit deſcendentes ex filiis.*
49. . . *& poteſt verificari in vno.*
50. *Deſcendentium nomen aliquando non denotat tractum temporis in futurum.*
51. *Fideicommiſſi onus cenſetur repetitum de primo in ſecundum, ſi teſtator prohibuit legitimam, & Trebellianicam.*
52. *Fideicommiſſum inducitur, ſi teſtator dixerit, ſuppono omnia bona mea fideicommiſſo, nulla certa perſona vocata.*
53. *Hæres prohibitus teſtari, cenſetur rogatus reſtituere venientibus ab inteſtato.*
54. *Fideicommiſſum inducitur ex verbis partitiuis, ſeu diſtributiuis.*
55. . . *inducitur verbis imperſonalibus.*
56. *Fideicommiſſum imperſonale ſtatim extinguitur, ac prima vice habuit effectum.*
57. *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando diſpoſitio locum habuit in filiis.*
58. *Teſtator ſi mandat bona reſtitui Fullano in eius vita, poſt eius mortem reuertuntur ad ius hæreditarium.*
59. *Fdeicommiſſum quando inducitur per verba commendatitia.*
60. *Hæres fiduciarius quis dicatur.*
61. *Fideicommiſſum inducitur, ſi teſtator mandat cuſtodiri fundum vt poſſit ad Titium peruenire.*
62. *Verbum* poſſit, *importat neceſſitatem.*
63. *Verbum* peruenire *eſt obliquum, & requirit alterius miniſterium.*
64. *Fideicommiſſum quando inducitur per verba ſuppletiua.*

AD inducendum fideicommiſſum verba
ſunt adeò neceſſaria, vt ſufficiat
1. dicere, teſtator non loquitur; † ergo
velle non præſumitur, ita notat Bald.
in l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, per
illum text. *C. de caduc. tollend.* Ioan. Andr. *in additionib. ad Specul. in tit. de teſtamentis. §. occurrit.* Socin.
in conſ. 62. numer. 7. volum. 3. Socin. iun. *in conſ. 185.
numer. 9. volum. 2.* Dec. *in conſ. 95. & conſ. 336. in
fin.* Gozadin. *in conſ. 21. num. 8.* verba enim ſunt notæ
intentionis, & voluntatis. Bald. *in l. cùm proponebatur, in princip. de legat. 2.* Iaſ. *in l. 3. verſ. tertiò intellige. C. de liber. præteritis.* Quamobrem ceſſantibus verbis aptis ad inducendum fideicommiſſum, nunquam
2. interpretamur † fideicommiſſum exiſtere. *l. Lucius.
§. tres hæredes. verſ. an vncia hæreditatis. ff. ad Trebellian.*
Item non ſufficit dicere teſtatorem ita voluiſſe, niſi
diſponat, & per verba animum ſuum denotantia, ita
declarauerit, *l. quidam cùm filium*, & *ibi* Bald. *in 3. notab ff. de hæredib. inſtit.* Immol. *num. 3.* per text. *l. quoties.
§. tantumdem. ff. eod. tit.* Crauett. *in conſ. 108. col. 1.* Pariſ.
in conſ. 63. numer. 3. Oldrad. *in conſ. 21.* & alij per
Roland. *in conſ. 70. num. 12. vol. 3.* Seraphin *in deciſ.
1486. col. 1.* Item caſus contingens † præter verba te- 3.
ſtatoris, non includitur ſub diſpoſitione, etiam ſi eſſet maior ratio diſponendi. Cyn. *in l quod fauore. C. de
legib.* Decian. *in conſ. 1. numer. 22. & ſeq. volum. 1. & in
conſ. 93. col. 1. & 2. vol. 3.* dicens quòd regula eſt certa,
& indubitata in materia fideicommiſſorum, † & 4.
ſubſtitutionum, quòd nunquam inducantur, neque
præſumantur, niſi verbis probētur, Riminald. iun. *in
conſ. 645. n. 39. vol. 6.* vbi quòd in hac materia argumentum eſt irrefragabile, fideicommiſſum de re non
loquitur; ergo non debes admitti. Nam leges fauent
teſtamentis, vbi de clara mente teſtatoris appa-
ret per verba, quia in voluntate teſtatoris † inter- 5.
pretanda, diuinare non debemus, cùm in teſtamentis nihil ſit tam proprium, ſicut claritas, *Authent.
de teſtamentis imperfectis. §. & ſi quidem.* per quem
text. ita arguit Bald. *in conſ. 235. in princip. vol. 5.* idem
dicit *in l. precibus, num. 14. C. de impub. & aliis ſubſtit.*
Non enim ſufficit, nos imaginari, teſtatorem ita voluiſſe, & ſenſiſſe. *l. Labeo. § idem Tubero. ff. de ſupellect.
legat. l. in ambiguo. ff. de reb. dubiis.* mens enim imaginaria non eſt attendenda. *l. ſi alij. ff. de vſufruct. legato.* Item licèt fideicommiſſum etiam inducatur ex
coniecturis, vt ſcribam in articulo ſequenti: tamen
illæ coniecturæ debent deſumi ex verbis *l. cùm proponebatur. de legat. 2.* & *ibi* gloſſ. Bart. & alij. & in dubio
non eſt recedendum à proprietate verborũ. *l. non aliter. de leg. 3. l. 4. §. ſi is qui nauem. verſ. in re igitur. ff. de
exercitor. actione. l. proſpexit, verſ. quia ita verba faciunt.
ff. qui, & à quibus.* Item quia in voluntate † teſtatoris 6.
præſumenda nihil ſubaudiri debet, argum. *l. final. ff. de
manumiſſ. teſtament.* & ita arguit Crauett. *in conſ. 161.
numer. 15.* Item vbi non conueniunt verba fideicommiſſi, non habet locum fideicommiſſum, argument. *l. 4. §. toties. ff. de damn. infecto*, & hoc notat
Bartol. in materia ſtatuti *in d. l. 4. §. prætor ait, numer.
26. & in l. ita autem, in fin. ff. de adminiſtr. tutor.* Et
quòd non dicit ſcriptura, neque nos dicere debemus. Bald *in cap. Rodulphus, numer. 21. de reſcriptis.*
Fideicommiſſa † igitur ex quibuſcunque verbis in- 7.
duci poſſunt, dummodo ex eis voluntas teſtatoris
colligi poſſit, *l. penult. ff. de legatis 1. l. cùm proponeretur. l. codicillis. §. matre. de legatis 2. l. Pamphilo. l.
fideicommiſſa. §. hæc verba. de legatis 3. l. cùm virum.
C. de fideicommiſſ. l. 2. C. communia de legatis.* Alexand. *in conſil. 100. volum. 2.* Socin. iun. *in conſil.
181. numer. 9. volum. 2.* Ancharan. iun. *in quæſt. 72.
num. 2. part. 1.* Quamobrem ex quibus verbis induci
dicantur in pluribus caſibus, qui frequentiùs occurrunt, cæteris omiſſis, exordiamur.

Primus caſus eſt, vbi teſtator dixit: Rogo, † vt 8.
velis reſtituere, tunc fideicommiſſum inductum
dicitur, *l. pater filium. §. fin. & l. Lucius. §. fin. de legat. 3.* vbi teſtator, hæredi inſtituto in parte dimidia fundum prælegauit, & ab eo petiit: Peto
velis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano
meo, quem hoc amplius percipere te iuſſi, Claudium nepotem meum. Et ibi reſpondetur, partem fundi ex cauſa fideicommiſſi deberi dicto nepoti; nec eſt facienda vis in verbo *velis*, quod denotat abſolutám & liberam voluntatem. *l. cùm quidam. de legat. 2. l. fideicommiſſa. §. quamquam. de legat. 3.* Bartol. *in l. centeſimis. §. final. de verb. obligat.* Quia d. verbum *volo*, aliquando † eſt dire- 9.
ctum, aliquando eſt obliquum ratione adiuncti,
nam ſi adiungitur verbis directis, fit directũ; ſi obliquis, fit obliquum. Bartol. *in l. verbis ciuilibus, num.
5. ff. de vulgari, & pupill. & in l. apud Aufidium. ff.
de optione legata.* Decian. *in conſ. 26. num. 25. volum. 2.*

Sed

Sed verbum *rogo*,& verbum *reſtituere*, ſunt obliqua, Bartol. *in l. centurio. ff. de vulgari*; ergo verbum *velis*, adiunctum dictis aliis verbis importat fideicommiſſum. Item ſi non diceremus hoc eſſe fideicommiſſum, dicta verba teſtatoris eſſent fruſtratoria,ad quod inconueniens euitandum arguimus exiſtentiam illius,Crauett.*in conſ.5 37.num.5*.Riminald. *in conſil.600.vol.6.*

Declaratur iſte caſus,vt non inducatur fideicom-
10. miſſum,† quãdo remittitur ad liberam hæredis voluntatem. *l. fideicommiſſa.§. quamquam. de legat.3.l.fideicommiſſa, in 3. §. quid ſi ita. ff. de fideicommiſſ. libert.* quæ iura procedunt, vt ſi dictum eſſet, ſi hæres voluerit, quia aliquando multa dicuntur à teſtatore,
11. quæ vitiant, † vel vitiantur, vt notant Bartol. & cæteri ſcribentes *in l. 1. ff. de condit. inſtit.* vt ſi exprimeret aliqua impoſſibilia, vel per naturam, vel de iure, vel de facto, vel ratione perplexitatis, vt declarat Bero. *in conſil. 64. numer. 9.* & magna perplexitas eſt, dicere, rogo, vt reſtituas ſi volueris: ſecus ſi dixerit, rogo, vt velis reſtituere; quia hæc verba inducunt fideicommiſſum, quia totum dependet à voluntate rogantis. *d. l. pater filium. §. final.& l.Lucius.§.fin.de legat.3.* Rota *deciſ.640.n. 27. part.1.in Nouiſſimis.* Sicut ſi teſtator diceret: Rogo te hæredem vt dones, quia licèt donatio procedat à mera liberalitate donantis. *l. 1. ff. de donationib.* tamen hæres dicitur donare de mandato teſtatoris, ideo fideicommiſſum inducitur. Rota *d.deciſ.640. num.28.ad finem part.1.in Nouiſſim.*

12. Secundus caſus eſt, cùm teſtator vult bona ſua † deferri de hærede in hæredem. hæc verba inducunt fideicommiſſum, quoniam dicta verba communiter interpretãtur de deſcendente in deſcendentem, vt probatur *in l. ex facto. §. final. & ibi gloſſa*, quam ſequuntur Cuman. & Immol. *ff. ad Trebellian.* Bartol. *in l. Gallus. §. etiam ſi parente. colum. 2. verſ. ſecundo caſu, & colum final. verſ. iuxta prædicta. ff. de liber. & poſthum.* & *ibi* Iaſ. *numer. 17.* dicit eſſe communem opinionem, & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum. Bartol. *in conſil. 51. part. 1.* vbi dicit eſſe communem vſum loquendi. Bald. *in conſil. 125. volum. 4.* aliàs eſt *in conſil. 325. volum. 4.* Socin. *in conſil. 57. numer. 2. verſ. ſecundum fideicommiſſum, & in conſil. 61. numer. 12. & ſeq. volum. 3.* Dec. *in conſil. 38. num.4. & in conſil. 287. numer. 12. verſ. & licèt quandoque.* Pariſ. *in conſil. 88. numer. 14. & ſeq. & in conſil. 92. numer. 46.volum. 2. & in conſil. 8. numer. 7. volum. 3.* Menoch. *in conſil. 489. numer. 3. volum. 5.* Item quòd per dicta verba inducatur ſimplex, & abſolu-
13. tum fideicommiſſum † de deſcendente in deſcentem ordine ſucceſſiuo, ita quòd vnus ſuccedat alteri, probat Simon de Pret. *de interpret. vltim. voluntat. lib. 3. dubio 1. ſolut. 10. numer. 19. & ſeq. fol. 284.* Ita vt non ſit hæres per aditionem hæreditatis, ſed ſit hæres ſanguinis, & vltimi grauati, vt declarat Socin. iunior *in conſil. 188. numer. 6. & ſeq. & 17. volum. 2. & in conſil. 13. numer. 8. volum. 3.* Natta *in conſil. 531. numer. 21.* Decian. *in conſil. 38. numer. 4. & plur. ſeq. volum. 4.* Menoch. *in conſil. 261. colum. 1. & ſeq. volum. 3.* qui plura ad hoc probandum allegat. Idem, & multò magis dicendum
14. eſt, ſi teſtator dixerit, bona † vadant de hærede in hæredem maſculum, tunc enim videtur voluiſſe conſeruare agnationem, quæ per hæredes maſculos conſeruatur, Bald. *in d. l. Gallus. §. etiamſi parente. ff. de liber. & poſthum.* per text. *in cap. 1. qualiter olim feud. alien. poter.* & *ibi* Aretin. & Alexand. & eſſe communem concluſionem, probat Gratus *in conſil. 31. numer. 17. volum. 2.* quia teſtator videbitur conſideraſſe maſculos ad conſeruationem ſuæ familiæ, quod effectum habere non potuiſſet, niſi eſſet inductum perpetuum & ſimplex fideicommiſſum.

Declaratur iſte caſus, vt habeat locum etiam in prohibitione alienationis, quia voluit bona peruenire de hærede in hæredem, quia dicta verba prolata † per modum cauſæ poſt prohibitionem alie- 15.
nationis, important ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum. Dec. *in conſil. 182. numer. 3.* Pariſ. *in conſil. 30. numer. 28. & conſil. 31. numer. 46. & ſeq. volum. 2.* ratio enim extendit prohibitionem tanquam cauſa finalis. Cyn. & Bald. *in l. voluntas. C. de fideicommiſſ.* Gozad. *in conſil. 102. numer. 5.* Item quia verba † enuntiatiua prolata per modum cau- 16.
ſæ inducunt diſpoſitionem, Bartol. *in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matrim. & in l. qui nolebat. ff. de hæredib. inſtit.* multò magis ſi poſt prohibitionem dixerit, quia voluit peruenire de hærede in hæredem in infinitum; tunc enim inductum eſt ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, Dec. *in conſ. 637. numer. 5. verſ. primò quia*, Alexand. *in conſ. 53. colum. final. vol. 6.* & alij relati per Menoch. *in conſ. 281. colum. 1. volum. 3.* & per Decian. *in conſil. 50. volum. 2.* & quòd per verba enuntiatiua prolata per modum cauſæ inducatur fideicommiſſum, firmarunt Bartol. *in l. ex hac ſcriptura. ff. de donation.* Alexand. *in l ſi quis mihi bona. §. & quid ſi mandauit. ff. de acquirend. hæredit.* Decius *in conſil. 23. numer. 4. & in d. conſil. 38. numer. 2. & in conſil. 637. numer. 9.* Cephal. *in conſ. 134. numer. 26.* Menoch. *in conſ. 369. numer. 4. vol. 4* Craſſus *in §. fideicommiſſum. quæſt. 4. num. 12.* Rota Rom. *in deciſ. 51. num. 2. & deciſ. 639. num. 16. part. 1. in Nouiſſim.*

Secundò declaratur, nam ſi factis pluribus hæredibus teſtator eos ad inuicem ſubſtituerit, ſi deceſſerint ſine filiis, & poſtea addiderit, ita vt hæreditas teſtatoris perueniat de hæredibus in hæredes, † tunc 17.
inter dictos hæredes hæredũ nõ cenſetur repetitum fideicommiſſum, quoniam reciprocum nunquam reſultat, niſi aut expreſſis verbis factum fuerit, aut veniat in neceſſariam conſequentiam expreſſorum, pro vt eſt text. *l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2.* Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. poteſt. ff. de vulgar. & pupill.* Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita. numer. 17. & 23. ff. ad Trebellian.* & *ibi* Torniell. *numer. 14.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 13. numer. 14.* Menoch. *in conſil. 85. numer. 65. volum. 1.* & de hoc ſcribam latiùs infrà *in articul. 3. huius quæſtionis.* Sed hæc verba in hac ſubſtitutione appoſita non ſtant in neceſſariam conſequentiam, ſed conſequutiuè ad præcedentem diſpoſitionem, quod probatur per dictionem, *ita vt*, † quæ reſtringitur ad præ- 18.
cedentia, *§. & quoniam ſcimus. verſ. & ita. in Authent. de teſtib.* Riminald. iun. *in conſil. 491. numer. 63. volum. 5.* notatur *in l. Lucius. §. quæ habenda. ff. ad Trebellian. & in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt.* Dec. *in conſil. 521. numer. 16.* ergo non poteſt importare reciprocum fideicommiſſum inter hæredes hæredum ipſorum inſtitutorum. Propterea multi intellexerunt dicta verba, vt portio cuiuſlibet hæredis vadat in ſuos deſcendentes de hærede in hæredem, non autem per tranſuerſum de deſcendentia vnius hæredis ad deſcendentiam alterius cohæredis. Socin. iun. *in conſil. 188. volum. 2.* Cephal. *in conſ. 401. per totum vol. 3.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 13. numer. 76. & ſeq.* & de hoc ſcribam inferiùs *in art. 16.* vbi tractabo de fideicommiſſis linearibus.

Tertiò declaratur, vt huiuſmodi fideicommiſ-

19. ſum † de hærede in hæredem, etiam comprehendat
feminas, nam, vt probatū eſt, intelligitur de deſcen-
dentibus, & nomen deſcēdentes comprehendit tam
maſculos, quàm feminas, *l. final. C. de ſuis, & legit. l. fin.*
ff. de ritu nuptiarum. l. cognoſcere §. final l. libertorum. ff. de
verb. ſignificat. §. 1. Auth. de hæred. quæ ab inteſt. Bartol.
in l. Gallus. §. etiamſi parente. ff. de liber. & poſthum. Im-
mol. *in l. quod dicitur. colum. antepenultim. ff. de verb.*
obligat. Fulgoſ. *in conſil.* 86. *colum.* 1. Alexand. *in*
conſil. 160. *vol.* 2. Socin. *in conſil.* 51. *num.* 1. *& ſeq. vol.* 4.
Dec. *in conſil.* 570. *num.* 9. *& in conſil.* 223. *in princip.* Pa-
riſ. *in conſil.* 88. *num.* 3. *vol.* 2. *& in conſil.* 26. *num.* 34. *&*
conſil. 11. *num.* 27. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 165. *num.* 5. *vol.* 1.
Curt. ſen. *in conſil.* 64. *num.* 12. Socin. iun. *in conſil.* 69.
num. 12. *vol.* 3. Bero. *in conſil.* 55. *num.* 8. *vol.* 2. Natta
in conſil. 676. *num.* 9. Cephal. *in conſil.* 46. *num.* 47. *vol.*
1. Roland. *in conſil.* 57. *numer.* 24. *vol.* 3. Item quòd
20. deſcendentium † appellatione, verè, & propriè con-
tineantur feminæ, probat Oliuer. Textor *in tractatu*
de gradibus cognat. quæſt. 9. *num.* 14. *verſ. & quia hæc li*
nea. Bero. *in conſil.* 151. *numer.* 13. *vol.* 2. *& in conſil.* 87.
num. 6. *& in conſil.* 120. *num.* 6 *eod. volum.* 2. *& conſil.* 98.
num. 19. *vol.* 1. qui alios referunt ad comprobandum,
quòd deſcendentium appellatione feminæ verè, &
propriè continētur, de quo articulo latiùs ſcripſi ſu-
prà *in part.* 1. *quæſt.* 1. *artic.* 1. vbi etiam in tertio ca-
ſu ſcripſi, an comprehendantur feminæ, in loco vbi
viget ſtatutum excludens feminas propter maſcu-
los, atque probaui etiam in fideicommiſſis filias fe-
minas contineri. Secus eſt ſi teſtator dixerit de hære-
de in hæredem maſculum, tunc enim ad maſculos
tantùm diſpoſitionem ſuam reſtrinxit, Ruin. *in conſ.*
120. *num.* 1. *vol.* 1. Idem ſi teſtator in vna parte teſta-
21. menti † de deſcendentibus maſculis loquutus fuit,
& in alia ſimpliciter de hæredibus in hæredes, nec
dixit maſculis, nam etiam in alia parte de maſculis
intellexiſſe præſumitur, ad excluſionem feminarum,
Abb. *in conſil.* 37. *colum. final. part.* 2. Curt. ſen. *in conſ.* 52.
col. 5. *verſ. in terminis. & in conſil.* 76. *col.* 9. Curt. iun.
in conſil. 112. *num.* 4. Ripa *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus,*
in 1. *num.* 17. *ff. ad Trebell.* Neuizan. *in conſil.* 53. *num.* 9.
Rubeus *in conſil.* 141. *num.* 4.

Quartò declaratur, vt huiuſmodi fideicommiſ-
22. ſum inductum per verba de hærede in hæredem †
non poſſit cōprehendere agnatos tranſuerſales, quia
licèt Bald. *in c.* 1. *§. naturales, verſ. quid ſi concedimus feu-*
dum. ſi de feudo defuncti controuerſ. fuerit inter dom. &
agnat. velit, quòd quando conceditur feudum pro ſe,
& hæredibus ſuis, aliquando intelligatur de agnatis,
tamen hoc procedit, quando conſtat de manifeſta
voluntate diſponentis, cuius volūtati alio modo ſa
23. tisfieri non poteſt, quàm † per impropriam inter-
pretationem, nam Bald. loquitur quando inueſtitura
facta fuerat ſacerdoti pro ſe, & hæredibus, nam cùm
ille filios habere non poſſit, opus fuit impropriam
ſignificationem verbis dare, & intelligere de agna-
tis, & ita reſpondent Socin. *in conſ.* 13. *col.* 2. *verſ. ſed*
iſtis non obſtantib. vol. 3. & latiùs Socin. iun. *in conſ.* 177.
volum. 2. Siluan. *in conſil.* 30. *numer.* 9. vbi argumento *l.*
vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. verbum *hære-*
dibus in inueſtitura adiectum ſemper intelligitur de
24. hærede ſanguinis. Item quia hæredis † appellatio
in feudis ſemper intelligitur de deſcendente maſcu-
lo. *l.* 1. *§. & ſi clientulus. de alienat. feudi. cap.* 1. *§. pro-*
fectò. de lege Corradi, vbi ſi quis habet feudum pro
ſe, & hæredibus, ſemper intelligitur de deſcenden-
tibus maſculis, quia hæc eſt natura feudorum de
iure. Camerar. *in l. imperialem. fol.* 22. *verſ. ex di-*
uerſo, dicit, ſicut de iure communi feudorum in
feudo nouo appellatione hæredis venit deſcen-
dens maſculus, quia hæc eſt natura de iure commu-
ni; ita de iure regni veniunt fratres, quia hæc eſt
natura feudorum de iure Regni, vt in conſtitutio-
ne, *vt de ſucceſſionibus*, vt in feudo nouo ſuccedant
fratres: ſed hoc intelligitur, quando inueſtitura eſt
abſque illis verbis, *ex corpore legitimè deſcendentibus*,
quia tunc verbum *hæres*, intelligitur de hæredibus ex
corpore, de qua re ſcripſi *in tract. de clauſulis parte* 2.
clauſul. 31. *& ſeq.*

Quintò declaratur, vt deſcendens qui vult ſucce-
dere in hoc fideicommiſſo inducto † per verba *de* 25.
hæredibus in hæredes, debeat eſſe hæres vltimi defun-
cti. Bartol. *in l. ex facto. §. final. in fin. ff. ad Trebell.* & ibi
Alexand. *numer.* 8. Bald. *in l. filiuſfamilias. §. cùm*
quis. ff. de legat. 1. *& in l.* 1. *C. de condition. inſertis.*
Crauett. *in conſil.* 131. *numer.* 9. Socin. iun. *in conſil.*
14. *num.* 1. *vol.* 2. & hanc eſſe magis communem con-
cluſionem probat Oddus *de ſubſtit. compendioſa art.* 5.
concluſ. 2. Ita dicimus in feudis, quæ ſi cōceſſa fuerint
pro filiis, & hæredibus, filius non poteſt habere, niſi
ſit hæres, quia nomen *hæredibus*, repugnat nomini
filiorū, & adeò inficit nomen filiorum, vt feuda non
poſſint habere, niſi ſint hæredes primi, & vltimi, &
ita fuit iudicatum, vt *in D. N. tomo quinto, tit. Succeſ-*
ſio. cap. qui ad feudum. De quibus feudis hæreditariis
idem iudicatur, quod de aliis bonis allodialibus hæ-
reditariis. Dec. *in conſil.* 79. *num.* 6. *& in conſil.* 395. *n.* 5.
Albert Brun. *in conſil.* 121. *col.* 9. *verſ. ſed prædicta. vol.* 2.
cum aliis per Pariſ. *in conſ.* 2. *n.* 42. *& ſeq. vol.* 1. Quam-
obrem non poteſt filius refutare hæreditatem patris
ſui vltimi defuncti, vel reuocare alienata per ipſum,
dicendo ſe eſſe hæredem aui, vel ab eo reuocatum.
Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 28. *num.* 53. *& art.* 33. *n.* 9. *&*
18. & ita fuit iudicatum Neapoli, vt *in D. N. tom.* 5.
tit. Legatum. c. Neque etiam. & quòd idem dicendum
ſit, cùm eſt appoſita d. clauſula *de hærede in hæredem*,
probat Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3.
ſolut. 3. *num.* 18. *fol.* 301. & de hoc ſcripſi etiam *in tra-*
ctatu de clauſulis parte 3. *clauſula* 14.

Tertius caſus eſt, quando teſtator ſubſtituit ſuos
deſcendētes de gradu in gradū, † per hæc enim ver- 26.
ba cenſetur inductum fideicommiſſum: ſicut quādo
dixit, de hærede in hæredem, Dec. *in conſ.* 38. *num.* 42.
& conſ. 218. *propè finem.* Pariſ. *in conſ.* 57. *num.* 28. *vol.* 2.
& conſil. 55. *num.* 2. *eod. vol.* 2. *& in conſ.* 8. *num.* 7. *& in*
conſil. 18. *numer.* 20. *volum.* 3. Gratus *in conſil.* 31. *vol.* 2.
Idem ſi teſtator dixit, hæreditas mea † vadat de an- 27.
tiquiore in antiquiorem, inducitur fideicommiſſum,
Pariſ. *in conſil.* 93. *num.* 13. *& ſeq. volum.* 2. vel de maſ-
culo in maſculum. Pariſ. *in conſil.* 53. *num.* 18. *in fin. vol.*
3. vel ſimpliciter dixit, de vno in alium, Pariſ. *in d.*
conſil. 38. *num.* 21. *& num.* 28. *vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, vt dicta verba de gradu in
gradū ſint reſtringenda ad caſus expreſſos, † nō au- 28.
tem, vt extra illos vocati cenſeantur, Ruin. *in conſil.*
102. *n.* 11. *& ſeq. vol.* 1. qui loquitur de clauſula, *de libe-*
ris in liberos, Crauet. *in conſ.* 385. *num.* 10. qui loquitur
de clauſula, *de vno in alterum*, & dicit, quòd non in-
culcatur noua † ſubſtitutio. Menoch. *in cōſ.* 328. *n.* 29. 29.
qui loquitur quando ſunt ſubſtituti deſcendentes
maſculi de vno in alium, & vult quòd clauſula re-
ſtringatur ad anteriores ſubſtitutiones. Itaque illi
qui vocantur de gradu in gradum, non omnes ſi-
mul, ſed gradatim ſuccedunt, & ſic qui proximior
exiſtit, alios excludit. Item ſi addita eſſet clauſula,
in perpetuum, vel *in infinitum*, † illa etiam reſtringen- 30.
da eſt ad caſus expreſſos, in quibus conſentur per-
petuò vocari, non autem in aliis caſibus. Ruin. *in*
d. conſil. 102. *num.* 11. *& ſeq. vol.* 1. Albanus *in conſil.* 1.
num. 5. Cephal. *in conſil.* 27. *numer.* 9. *verſ. tertiò igitur.*
vol. 1.

volum.1. Dec. *in conſil*.636. *num*.12. vbi agit de clau-
ſula *ſemper*, Crauet. *in conſil*.385.*n*.10. Nam quando
31. clauſula † appoſita eſt, ad qualificandum aliquod
verbum, debet ad illud tantummodo referri, nõ au-
tem ad alia, vt dicit Bartol. *in l. final ff. de reb. dub*. per
text. *l. filium. ff. quando dies legat. ced*. Alberic. *in l*. 1.
C. de liber præterit. Abb. *in cap. ſecundò requiris. de ap-
pellat*. Dec. *in conſil*. 14. *num*. 4. *in fin*. ergo clauſula
de gradu in gradum, non operatur quòd fideicom-
32. miſſum cenſeatur repetitum de primo † ſubſtituto
in alterum, nec de linea vnius ſubſtituti ad alteram
lineam, vt probat Menoch. fuiſſe pluries iudicatum
in conſil.435.*num*.37. ſed tunc demum deſcendentes
ex altera linea ſuccedunt, quando prima linea extin-
cta eſt, Corn. *in conſil*.11.*col*.3.*verſ. hoc præſuppoſito. vol*.
3. & probat Simon de Pret. *in d. ſolut*.10. *numer*.20. *in
fin. & num. ſeq. fol*.284.

Quartus caſus eſt, quando teſtator, poſt inſtitutio-
33. nem perſonarum, dixit, accreſcat † aliis, nam ver-
bum *accreſcat*, inducit fideicommiſſum. *l. fideicommiſ-
ſum. ff de vſufruct legato*, Ripa *in l. centurio. ff. de vulgari,
& pupill*. videlicet, quando non dixit de portione,
ſed dixit, accreſcat aliis perſonis. Rota *in deciſ*.23.
part.1. *in Nouiſſimis*.

34. Quintus caſus eſt, verbum *volo* † importat fidei-
commiſſum, *l*.2. *in princip. C. commun. de legat. l. verbum
volo. cap. de fideicommiſſ. l. cùm pater. §. volo. de legat*.2.
& Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. in fin.
Dec. *in conſil*. 38. *numer*. 5. Cephal. *in conſil*. 134
numer. 25. & 37. *volum*. 1. Rota *in deciſ*. 193. *nu-
mer*. 6. *parte prima in vltimis*. Bartol. *in l. qui volebat.
ff. de hæred. inſtit*. vbi quòd quando probatum eſt
per modum cauſæ, importat fideicommiſſum. Idem
Bartol. *in l. ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matrim*. Ideo ſi
35. teſtator dixit, quia vult talia bona † remanere
in ſua agnatione, vel conſeruari in ſua familia, &
gente, inductum eſt fideicommiſſum. Bald. *in l.
quoties, numer*. 8. *C. de fideicommiſſ*. Item hæc pro-
cedunt, ſi teſtator nulla facta ſubſtitutione, nul-
la facta alienationis prohibitione, ſimpliciter di-
xerit, quòd vult bona ſua conſeruari in agnatio-
ne, tunc inducitur fideicommiſſum propter ver-
bum *volo. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de legat*. 2.
ita arguit Socin. iun. *in l. qui Romæ. §. cohæredes,
numer*. 18. *ff. de verb. obligat & in conſil*. 12. *numer*.
18. *volum*. 3. Dec. *in conſil*. 23. *numer*. 4. Curt. iun.
in conſil. 22. *numer*. 19. vbi dicit hanc rationem
eſſe ineuitabilem, & *in conſil*. 43. *circa finem*.
Crot. *in conſil*. 48. *numer*. 20. Pariſ. *in conſil*. 90 *nu-
mer. numer*. 22. *volum*. 2. Socin. iun. *in conſil*. 181.
numer. 39. *volum*. 2. Crauett. *in conſil*. 13. *numer*. 10.
Rota *in deciſ*. 10. *numer*. 2. *parte* 1. in vltimò im-
preſſis. Item præfati Doct. addunt, quòd ſi poſt
prohibitionem alienationis, dictum eſt per mo-
dum rationis, quia vult bona ſua perpetuò con-
ſeruari in agnatione, tunc inductum eſt ſimplex,
& abſolutum fideicommiſſum, etiam in caſu mor-
tis, de qua re ſcribam inferiùs *in articul*. 8. *huius
quæſtionis*.

Declaratur iſte caſus, nam vbi teſtator vult bona
36. ſua conſeruari in agnatione, & familia, † tunc onus
fideicommiſſi cenſetur repetitum ab inſtitutis ad
ſubſtitutos, ad fauorem ſuorum filiorum, ita firma-
runt Socin. *in conſil*. 250. *colum*. 2. *verſ. præterea. vo-
lum*. 2. Gratus *in conſil*. 5. *numer*. 15. *volum*. 2. Curt.
iun. *in conſil*. 121. *numer*. 15. Crauett. *in conſil*. 98.
colum. 2. & *in conſil*. 306. *colum pen*. Marzar. *in conſil*. 4.
numer. 11. & *in conſil*. 6 *numer*. 11. Decian. *in conſil*.
88. *numer*. 60. *volum*. 2. quos ſequutus eſt Menoch.
in lib. 4. *præſumpt*. 69. *numer*. 9. & multò magis per
clauſulam *de hærede in hæredem*, cenſetur repetitum
onus fideicommiſſi de inſtitutis, ad ſubſtitutos. Me-
noch. *in conſil*.730. *num*.5. *vol*.8.

Sextus caſus eſt, vbi teſtator dixit: Rogo, † tunc fi- 37.
deicommiſſum inductum cenſetur, Cephal. *in l.
centurio numer*. 774. *ff. de vulgari*, per text. *l*.2. *C.
communia de legat. & §. final. Inſtit. de ſingulis reb.
per fideicommiſſ. relict*. quia verbum *rogo*, in mate-
ria † præceptiua ſemper importat præceptum, *cap. 38.
rogo*. 11. *quæſt*. 3. *cap*. 1. *§. porrò. de ſtatu monach. lib*.
6. Oldrad. *in conſil*. 125. *numer*. 2. Item inducitur
fideicommiſſum, ſiue rogetur hæres inſtitutus, ſiue
alius, cui per eum hæreditas acquiritur, *l. cùm filio-
familias. de legat*. 1. Idem ſi fideicommiſſarius vni-
uerſalis alteri reſtituere rogatus fuerit; nam à pri-
mo fideicommiſſario † ad ſecundum tranſeunt iura, 39.
& actiones, & dominium rerum ipſo iure abſque ali-
qua reſtitutione verbali, per text. *l. penult. §. cùm autē.
C. ad Trebellian*. & ita declarant *ibi* Bartol. & Paul. de
Caſtr. Et licèt text. *l*.1. *§. de illo. ff. ad Trebell*. dicat re-
ſtitutionem fieri, tamen vt aduertit gloſſa Ioannis,
in d. §. de illo, fideicommiſſum erat factum in diem,
vel ſub conditione, vt colligitur ex §. immediatè
ſequenti; ideo grauatus ante diem, vel purificatam
conditionem reſtituit, & eſt verior intellectus,
quàm dicere, quòd d. §. *de illo*, ſit correctus per d. §.
cùm autem. Sed de hac re ſcribam pleniùs *in quæſtio-
ne ſequenti artic*.2.

Septimus caſus eſt, ſi teſtator verba dixerit, quæ
denotent tractum temporis ſucceſſiuum, tunc fidei-
commiſſum † inductum cenſetur, ita firmarunt Are- 40.
tin. & alij moderniores *in l. Gallus. §. quidam rectè. ff.
de liber. & poſthum*. Alexand. *in conſil*. 22. *num*. 7. *vol*. 3.
Socin. ſen. *in d. §. quidam rectè. num*. 19. & *in conſil*. 43.
num. 9. *volum*. 3. Ruin. *in conſil*. 92. *numer*. 10. *volum*.
3. Pariſ. *in conſil*. 31. *numer*. 4. *volum*. 2. Curt. iun. *in
conſil*. 48. *numer*. 4. Crauet. *in conſil*. 22. *numer*. 4. &
in conſil. 131. *numer*. 4. & *num*. 10. Couar. *in cap. Ray-
nutius. §*. 2. *in fin. de teſtam*. quorum opinionem ſe-
quuta eſt Rota *in deciſ*. 579. *num*. 10. & *ſeq. part*.1. *in
Nouiſſ*.

Declaratur iſte caſus, vt ſi teſtator dixerit; *in in-
finitum*: † nam hæc clauſula denotat perpetuum 41.
tempus, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet *ſemper. l. apud
Celſum. §. in hac exceptione. ff. de doli except*. Pariſ. *in
conſil*.74. *num*. 85. & *ſeq. volum*.3. Sed quia huiuſmo-
di clauſula denotat quantitatem temporis, ideo
ſemper referenda eſt ad proximè immediata, † 42.
& non ad alia, vt not. *in l. filium, in princip. ff.
quando dies legat. ced*. Bartol. *in l. final. ff. de reb. dub*.
Abb. *in conſil*. 78. *colum*. 2. *part*. 2. præſertim quan-
do diuerſa eſt ratio inter vnum caſum, & alterum,
vt not. *in l. cohæredem. §. qui partem. ff. de vulgari.
l. ſi tibi purè. de legat*. 1. *l. Aurelius. §. teſtator. ff. de
liber. legat*. & not. per omnes *in l. talis ſcriptura. de
legatis* 1. Ideo poteſt conſiderari ratio diuerſitatis
inter deſcendentes, † & tranſuerſales, quoniam 43.
illi proximiores erant teſtatori, & qua ratione
eos prædilexit, eadem ratione cenſetur prædi-
lexiſſe omnes eorum deſcendentes in infinitum,
potius quàm alios proximiores tranſuerſales, ad
*l. cùm auus. ff. de condition. & demonſtration. & l.
cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ*. ergo tunc clauſula *in
infinitum*, referenda eſt ad deſcendentes, non autem
ad tranſuerſales. Item quòd huiuſmodi clauſula po-
ſita in inſtitutione deſcendentium, non referatur ad
tranſuerſales, probat Decian. *in conſil*. 10. *num*. 50. &
plur. ſeq. quoniam ſi teſtator voluiſſet, hoc ex-
preſſiſſet. Item quia ratio conſeruandæ † agnatio- 44.
nis attendenda eſt, quatenus patitur mens, & in-

tentio teſtatoris, non autem contra eius mentem,
Pariſ. *in conſil.* 24. *num.*78. *vol.*2. Item voluntas ex-
preſſa præfertur tacitæ, & coniecturatæ. *l. quidam
cùm filium*, & *ibi* Bald. *ff.de hared.inſtit.* Item expreſ-
ſum facit ceſſare tacitum, *l. cùm & filio.ff.de vulgari,*
45. *& pupill.* Item ſi huiuſmodi clauſula † in infinitum
poſita eſt poſt vulgarem, non extenditur, neque
facit fideicommiſſariam. Nam ſi teſtator dixerit,
quòd morienti Alexandro ſuccedant primi, & il-
lis non exiſtentibus ſuccedant remotiores in infi-
nitum, huiuſmodi clauſula reſtringitur ad ſub-
ſtitutionem vulgarem, non autem, quòd vbi vnus
ſucceſſerit, illi poſtea decedenti ſuccedat alius in
infinitum, Cuman. *in l. cùm ita. §. in fideicommiſ-
ſo. de legat.* 2. ita vt ſemper idem thema retinea-
tur, non autem nouum inducatur, Ruin. *in con-
ſil.* 102. *numer.* 12. *volum.* 2. Nam omnes perſonæ
in infinitum vocatæ fuerunt ad ſucceſſionem
vnius, non autem vocatæ fuerunt inter ſe. Iaſ. *in
conſil.* 228.*num.*11. *verſ. quinto, & vltimo.vol.* 2. & ſi
expirauit ſubſtitutio vulgaris, non eſt vlteriùs tra-
ctandum de altero fideicommiſſo.

46. Secundò declaratur, nam ſi teſtator vocauerit †
deſcendentes, hoc nomen denotat tractum tem-
poris in futurum, nam comprehendit omnes de-
ſcendentes, & liberos in infinitum. *l. liberorum.ff.
de verb. ſignificat.l. final.C.de.legit.haredib.* §.1. *Auth.
de hared.ab inteſt. venient. c. nouit. de iudic.* Et quòd
47. deſcendentium appellatione contineantur omnes †
in infinitum, firmarunt Alciat. *in d. l. Gallus. §.
quidam rectè,num.* 49. *verſ. idem ſi dictione, ff. de liber.
& poſthum. & in conſil.* 36. *numer.* 10. *lib.* 9. *& in d.
l. liberorum.colum.* 1. Franch. *in cap. ſi pater. colum an-
penult. verſ. vigeſimo ſexto, de teſtament. lib.* 6. Ale-
xand. *in conſil.*56. *colum.* 1. *volum.* 1. *& in conſil.* 160.
volum. 2. *& in conſil.* 24 *numer.* 13. *volum.* 4. Socin.
*in conſil.*51. *colum.*1. *volum.*4. Socin.iun. *in conſil.*136.
*num.*28. *vol.*3. Dec. *in conſil.*223.*num.*1. *& conſil.*481,
*num.*9.Pariſ. *in conſil.*51.*num.*30. *& in conſil.*88. *n.*11.
& ſeq. vol. 2. *& conſil.* 72. *num.*84. *volum.*4. Cephal.
in conſil. 353. *numer.* 80. *volum.* 3. *& in conſil.* 664.
*num.*26.*vol.*5.Menoch. *in conſil.*85.*num.*2. *& ſeq.vol.*1.
*& in conſil.*1.*num.*197. *& ſeq.eod. vol. & in conſil.*333.
*num.*11.*volum.*4. *& in conſil.*585.*n.*29.*vol.*6. *& in conſ.*
1099.*num.*14.*vol.*11. *& in lib.*4.*præſumpt.*91.*n.*7.Man-
tic. *de coniectur.lib.*8.*tit.*11.Simon de Pret. *de interpret.
vltim.volunt.fol.*289.*num.*24.Peregrin. *de fideicommiſſ.
artic.*22.*num.*43.Craſſ. *in §.fideicommiſſum,queſtion.*15.
& ita ſemper fuit iudicatum. Rota *in deciſ.* 579. *nu-
mer.* 11. quæ alios refert, *part.* 1. *in Nouiſſim. & in
deciſ.* 212. *numer.* 2. *part.* 2. *in eiſdem, & in deciſ.*
492. *numer.* 1: *in nouiter Nouiſſim.* Cæſar Barz. *in
deciſ.* 4. *& deciſ.* 7. *& deciſ.* 12. *numer.* 4. Item ſi
48. teſtator vocat deſcendentes † ex filiis, etiam dici-
tur reſpicere tractum ſucceſſiuum, & ita compre-
hendere omnes in infinitum deſcendentes naſcitu-
ros, per plures gradus, vt not. *in l.ſi cognati. ff. de reb.
dubiis, & in d.l.final.C. de verb. ſignific.* & probatur *in
l.*1.*C.de condit. inſertis, & in l. Lucius in fin.ff.de hered.
inſtit.in verſ. ex Senatum, iuncto verſ. liberos*, vbi ap-
pellatione filiorum ex ſuo corpore natorum com-
prehenduntur etiam liberi vlterioris gradus, Graſſ.
in §.fideicommiſſum. queſtion. 36. *numer.* 2. vbi pro-
bat eſſe communem opinionem, Peregrin. *de fi-
deicommiſſ. artic.* 28. *num.* 34. vbi etiam atteſtatur de
communi, Barz. *in deciſ.* 4. *numer.* 34. vbi etiam
atteſtatur de communi. Item hæc clauſula *deſcen-
49. dentes † ex filiis*, poteſt verificari in vno. *l. pater
Seuerinam. §. fideicommiſſo. ff. de condit. & demonſtrat.
l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. ſignificat.* Corn. *in
conſil.* 68. *volum.* 4. Dec. *in conſil.* 360. *colum.* 1. &
ideo teſtatores conſueuerunt addere alteram clau-
ſulam, *& aliquem ipſorum*, ad denotandum, quòd
cùm diſpoſitio facta fuerit in plurali, intelle-
xit etiam de deſcendentibus ex omnibus, quia
ſeparauit indefinitam locutionem à ſpeciali, plu-
ralem à ſingulari; ergo uoluit vnam ſub altera
comprehendi, Ruin. *in conſil.* 159. *numer.* 9. *vo-
lum.* 2.

Contrariam opinionem tenent multi, quòd no-
men deſcendentium † non denotet tractum tem- 50.
poris ſucceſſiuum in infinitum, quia aliàs ſequere-
tur, quòd conditio, ſi ſine liberis, & deſcendentibus,
nõ eſſet extincta natis liberis. quod eſt falſum, vt ex
conſilio Oldradi 21. probaui eſſe receptiſſimam ſen-
tentiam, & ita ſemper fuiſſe iudicatum *in voto* 222.
inter deciſiones Piſanas, vbi omnes Doctores refero.
Sed reſponderi poteſt, aliud eſſe, quando teſtator
conditionaliter locutus eſt, & procedit *d. conſil.*
21. Oldradi, & omnia quæ pro confirmatione allega-
ta fuere. Aliud eſſe quãdo teſtator diſpoſuit expreſ-
sè ſine conditione, vocando liberos, & deſcenden-
tes, etiam nullo alio adiecto verbo denotante tra-
ctum temporis ſucceſſiuum, & tunc ſatis eſt, vt in
defectum ſubſtituti, admittantur dicti deſcenden-
tes, exiſtentes in dicto tempore ſucceſſionis, & ita
reſpondet Menoch. *in conſ.*895.*num.*20. *volum.*9.

Tertiò declaratur, vt hæc verba denotent tra-
ctum temporis ſucceſſiuum in futurum, ſi teſtator
prohibuit legitimam & Trebellianicam, tunc enim
intellexit, vt onus fideicommiſſi † intelligatur repe- 51.
titum de primo in ſecundum, & deinceps in perpe-
tuum, ita reſpondit Paul. de Caſtr. *in conſ.* 344. *col.*2.
*verſ.hoc etiam patet.vol.*1. & Guido Pap. *deciſ.*531.*col.fi-
nal.verſ.nam teſtator.* Sed hanc declarationem intelli-
git Menoch. quando teſtator declarauit, quia ita in-
tendebat hæreditatem ſuam durare, vt *in conſ.*376.*n.*
73.*vol.*4. Sed certè ita præſumitur voluiſſe, quia pro-
hibendo Trebellianicam, quæ detrahitur de fidei-
commiſſo in neceſſariam conſequentiã, præſumitur
inducere fideicommiſſum. Cephal. *in conſ.*472.*n.*60.
*vol.*4. Oddus *de compendioſa ſuſtit.part.*5.*artic.*1.*in fin.*
& ita per fideicommiſſum durare.

Septimus caſus eſt, quando teſtator dixit, *Io ſotto-
pongo tuto il mio à fideicommiſſo*, tunc cenſetur induxiſ-
ſe fideicommiſſum ad fauorem venientium ab inte-
ſtato, etiam ſi nulla perſona † expreſſa eſſet, Bald. *in* 52.
*conſ.*468.*vol.*2. vbi teſtator inſtituit pauperes eligen-
dos, deinde ſubiecit, quòd eſſent hæredes in quadra-
ginta ſolidis, Bald. reſpondit, quòd reſiduum hære-
ditatis, vltra quadraginta ſolidos debent reſtituere
venientibus ab inteſtato, & tamẽ iſti non erant no-
minati, & hanc doctrinam ſequuti fuerũt, Curt.ſen.
*in conſil.*75.*col pen.* Dec. *in conſ.*278. *vol.*1. *verſic. ſecun-
dus*, Alciat. *in conſ.*169.*lib.*9. Alba. *in conſ.*7. *n.*13. quos
ſequuti fuerũt in eadẽ cauſa Menoch. *in conſ.*434.*vol.*
5. & Peregr. *in conſ.*45.*vol.*5. & omnes mouentur per
text. *l. qui filium.ff.ad Trebell.* vbi hæres prohibitus te-
ſtari de bonis hæreditariis, † cenſetur rogatus de il- 53.
lis reſtituendis, venientibus ab inteſtato, ad quorum
fauorem fideicõmiſſum inductũ cẽſetur, & per text.
*l peto, in princip. de legat.*2. vbi hæres factus, ſi iuſſus
eſt certis bonis contentus eſſe, cenſetur rogatus de
reſtituendo alia bona venientibus ab inteſtato, per
fideicommiſſum, ſuper quibus legibus Bartol. & ſcri-
bentes notant, fideicommiſſum poſſe induci etiã per
verba imperſonaliter dicta, quia ſemper cẽſentur di-
cta ad fauorem venientiũ ab inteſtato per fideicom-
miſſũ; omnia enim verba partitiua, † ſiue diſtribui- 54.
ua rerum ſapiũt fideicõmiſſum *l. cogi. §. & generaliter.*

ff.ad

ff. ad Trebellian. & alia ad hoc allegata per Simon. de
Pret. lib. 3. ſolut. 5. num. 5. fol. 277. & per quæcum-
que verba poteſt fieri fideicommiſſum, dummodo
apparere poſſit de voluntate teſtatoris. l. 1. C. cōmun.
de legat. l. mulier, in princip. & ibi Alex. ff. ad Trebel.
Iaſ. in conſil. 108. col. 3. verſ. alibi tenet. vol. 4. Sed
ſemper dicitur de illius volũtate apparere, quotieſ-
55. cumque dicta verba impersonaliter † dicta ſunt,
quoniam lex ipſa interpretatur perſonas, videlicet
proximiores qui de iure ab inteſtato ſuccedunt.
Ideo ſi teſtator prohibuerit hæredem de bonis ſuis
teſtari, nulla perſona addita, ad cuius fauorem pro-
hibitum facta fuerit, lex interpretatur fideicom-
miſſum ad fauorem ſuccedentium ab inteſtato fa-
ctum eſſe, d. l. qui filium, in princip. ff. ad Trebellian.
l. cùm pater. §. mando. de legat. 2. Peregrin. de fidei-
commiſſ. art. 2. num. 10.

Declaratur iſte caſus, vt locum non habeat in
fideicommiſſo ſucceſſiuo, nam fideicomiſſum im-
56. perſonale ſtatim extinguitur, † ac proximior ab
inteſtato ad illud ſucceſſit, non enim cenſetur gra-
uatus alteri reſtituere, ita reſpondet Peregrin. in d.
conſ. 45. num. 5. & plur. ſeq. per doctrinā Bart. in d. l.
liberorum, col. pen. verſ. quaro quid ſi in aliqua. ff. de
verb. ſignificat. vbi quando diſpoſitio ipſa habuit lo-
57. cum in filiis, † nunquam iſtorum appellatione ve-
niunt nepotes. quam doctrinam eſſe communiter
receptam, poſt alios relatos probat ibi Peregrin. fi-
deicommiſſa enim non extenduntur de perſona ad
perſonam, vt ſcribam inferiùs in art. 12. huius quæ-
58. ſtionis. Hinc eſt, quòd ſi teſtator † iuſſit reſtitui bo-
na Fullano durante eius vita, poſt iſtius mortem,
bona non vadunt ad eius hæredes, ſed ad hæredes
grauati reuertuntur, l. Titio in 2. §. final. de legat. 2.
quoniam reuertuntur ad ius hæreditarium, & ibi
Bartol. num. 4. & in l. final. C. de legatis, Paulus de
Caſtr. in conſil. 225. col. 2. verſ. ſed illud ius. volum. 2.
Alex. in conſil. 173. col. final. verſ. obſtat, vol. 5. Socin.
in conſil. 102. numero 14. volum. 3. Dec. in conſil. 597.
num. 4.

59. Octauus caſus eſt, nam licèt verba † commen-
datitia importent fideicommiſſum. l. fideicommiſſum.
§. ſi quis ita ſcripſerit. de legat. 3. l. ex verbo. C. de fi-
deicommiſſ. gloſſ. in l. Thais. §. Lucius Titius. ff. de fi-
deicommiſſ. libert. & in d. l. ex verbo. Alexand. in con-
ſil. 158. num. 5. & ſeq. vol. 7. Peregrin. de fideicommiſſ.
artic. 1. num. 50. Tamen quando teſtator non ſim-
pliciter, & per ſola verba generalia commendat,
ſed addit, bene, & efficacemente raccommando, ſecus
eſt. Nam quando ipſi verbo commendo aliud verbum
additum eſt, tunc fideicommiſſum inductum eſt,
l. Titia cùm teſtamento. §. final. de legat. 2. Aliàs neque
benè, neque efficaciter commendatio locum habe-
re poſſet, & ita mens teſtatoris deciperetur, quia
remaneret ſine effectu. Sic in ſimili, ne teſtator in
fide hæredis deciperetur, quòd verba commenda-
tionis important fideicommiſſum, reſpondit Me-
noch. in conſil. 1135. num. 10. verſ. ſecundò ſuffragatur.
volum. 12. per text. vbi dicit eſſe caſum de hoc in l.
vnum ex familia. §. final. de legat. 2. & Alexand. in d.
conſil. 158. numero 6. in fin. vol. 7. in ſpecie, de qua
agitur, diſtinguit inter commendationem in genere,
& in ſpecie, & in caſu ſuo dixit eſſe commen-
dationem in ſpecie, quia illos filios multum com-
mendabat in ſuis neceſſitatibus, & ideo importare
fideicommiſſum. Item quia verba teſtatoris ſemper
interpretanda ſunt, ne remaneant inutilia. l. ex facto.
§. final. ff. ad Trebellian. & ibi Ripa num. 1. Bartol. in
l. ita ſtipulatus, in 6. oppoſitione quinta partis. ff. de verb.
obligat. Ruin. in l. Stichum, qui meus erit, num. 16. de
legat. 1. cum aliis per Menoch. in conſil. 998. num. 5.
& 14. vol. 10.

Declaratur iſte caſus, nam propter dictam confi-
dentiam reſtitutionis faciendæ illi, qui valdè com-
mendatus fuit, hæres † dicitur factus fiduciarius, 60.
Cuman. in l. vnum ex familia. §. final. numer. 3. ff. de le-
gat. 2. per text. l. Seius Saturninus, in princip. ff. ad
Trebellian. & ibi gloſſ. in ver. fiduciarium, declarat, quis
ſit iſte hæres fiduciarius, & poſt Peregrin. in art. 3.
num. 19. declarat etiam Menoch. in d. conſil. 1135.
num. 15. & ſeq. vol. 12. vbi quòd talis hæres debebit
reſtituere poſt mortem ſuam, Ruin. in conſil. 131.
num. 6. & in conſil. 180. num. 7. vol. 2.

Nonus caſus eſt, ſi teſtator mandauit cuſtodiri
fundum, vt poſſit ad Sempronium peruenire, hæc
verba inducunt fideicommiſſum. † Nam verbum 61.
poteſt, ſecundùm ſubiectam materiam importat ne-
ceſſitatem, Bald. in l. 1. num. 61. & ibi Addentes
in ver. poteſt. C. qui admitti, Cuman. in l. Gallus, in
princip. & ibi Iaſ. numer. 26. & Galiaul. num. 13. &
ſeq. ff. de liber. & poſthum. Aleiat. in l. nepos. num. 4.
ff. de verb. ſignificat. exponit poſſit, † id eſt, tenea- 62.
tur, quia neceſſitatem importat, Archidiac. & Ioan.
Andr. in cap. ex eo, de election. lib. 6. Angel. & Ful-
goſ. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Item quia verbũ
poſſit ex ſui natura trahitur ad ius futurum. l. is cui.
ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi ita ſcripſiſſet. de legat. 2.
quæ allegatur à Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres.
in 6. quæſt. ff. de verb. obligat. Corn. in conſil. 132. vo-
lum. 4. Alexand. in conſil. 31. num. 6. volum. 3. Item
quia verbum † peruenire, eſt obliquum, & requirit 63.
alterius operam, & miniſterium. Barzius in deciſ.
121. num. 39. ſed non poterit in futurum peruenire
ad Sēpronium, niſi ex manu hæredis; ergo inductũ
eſt fideicommiſſum, & nouiſſimè ita inueni tenere
Gratian. in diſceptat. forenſi cap. 630. numer. 10. par-
te 4.

Dccimus caſus eſt, ad inducendum fideicommiſ-
ſum, aliquando † verba ſuppleri poſſunt, puta quan- 64.
do appareret, orationem eſſe imperfectam, & aliter
diſpoſitionem teſtatoris locum habere non poſſe, l.
vnum ex familia. §. penult. & final de legat. 2. l. cùm pa-
ter. §. cum imperfecta. ff. eod. tit. Mantic. de coniectur. lib.
8. tit. 1. num. 3. Peregrin. de fideicommiſſis, articul. 11.
num. 20. & numer. 30. & ſeq. Menoch. in conſil. 232.
num. 14. & 274. num. 15. vol. 3. præſertim quando,
vel ex præcedentibus, vel ex ſubſequentibus con-
ſtare poteſt, ita teſtatorem voluiſſe, prout ſuppſe-
tur, ita declarant Rip. in rubric. ff. ad Trebell. num. 1.
Mantic. in d. lib. 8. tit. 1. num. 3. Peregrin. in d. artic.
11. num. 27. vt quia veniret in neceſſariam conſe-
quentiam verborum expreſſorum, Peregrin. ibidem
num. 25. & ſeq. Menoch. in conſil. 327. num. 38. vol. 4.
& in conſil. 462. num. 15. vol. 5.

ARTICVLVS II.

Ex quibus coniecturis inducatur fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. Coniecturarum iudicium eſſe periculoſum.
2. Fideicommiſſum per coniecturas eſſe inductum, probari poteſt.
3. Mens teſtatoris coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt.
4. Subſtitutio vulgaris, coniecturis probari poteſt.

5. *Coniecturæ validæ ſumendæ ſunt ex verbis teſtamenti.*
6. *Voluntas probari dicitur, quæ tranſiuit in diſpoſitionem.*
7. *Verba teſtamenti ſunt obſeruanda ad cognoſcendam voluntatem.*
8. *Fideicommiſſum quando inducitur ex vocatione primogeniti, vel maioris natu.*
9. *... ſi vocatus fuerit cum aliquo adiuncto.*
10. *Primogenitura conſtituta in numero ſingulari, cõprehenditur quilibet primogenitus ſucceſſiuè.*
11. *Fideicommiſſum inducitur ex vocatione primogeniti in infinitum.*
12. *.. idem ſi vocauit primum alicuius familiæ.*
13. *Secundogenitus ſi vocatus eſt primogenitus, primogenitura non dicitur conſtituta in eius deſcendentes.*
14. *Nomen proprium aliquando non attenditur, ſed demonſtratio officij.*
15. *Error in ſubſtantia vitiat diſpoſitionem.*
16. *Nomen alicuius quando dicatur appoſitum cauſa demonſtrationis.*
17. *Verba demonſtratiua qualia ſint.*
18. *Dictio,* dicti, *ſtat demonſtratiuè.*
19. *Verba demonſtratiua reſpiciunt ſubſtantiam diſpoſitionis.*
20. *Beneficium eſſe de iure patronatus, demonſtrationis gratia dictum cenſetur.*
21. *Subiecti qualitas reſtringit diſpoſitionem.*
22. *Verba in dubio præſumuntur dicta potius demonſtrationis, quàm diſpoſitionis gratia.*
23. *Primogenitura nihil aliud eſt, quàm fideicommiſſum.*
24. *Frater quando ſuccedat in primogenitura.*
25. *Paria ſunt, aliquem excludi repudiatione, vel morte.*
26. *Secundogenitus quando fiat primogenitus.*
27. *Fideicommiſſum inducitur ſecundùm ordinẽ ſucceſſiuum, ſi vocatus eſt pater, & eius filij, & deſcendentes nati, & naſcituri.*
28. *Subſtitutio fideicommiſſaria inter deſcendentes, quando ſit inducta.*
29. *Deſcendentes vocati ſimpliciter, cenſentur per fideicommiſſum reſpectu primorum vocatorum, ſed inter ſeipſos per vulgarem.*
30. *.. ſecus vbi mortis conditio adiecta fuerit, tunc enim etiam fideicommiſſariam continet.*
31. *Fideicommiſſum inducitur inter hæredes ſcriptos in primo teſtamento confirmato per ſecundum, & ſcriptos in ſecundo.*
32. *.. ſiue hæredes in ſecundo ſint vniuerſales, ſiue particulares.*
33. *.. etiamſi ſecundum teſtamentum eſt validum de iure ſpeciali.*
34. *Fideicommiſſum inducitur ex priuatione hæredis contrafacientis.*
35. *Hæres priuatus, cenſetur rogatus fideicommiſſum reſtituere.*
36. *Hærede priuato ob contrauentionem ad fauorem alicuius, reſtitutio facienda eſt illi ad cuius fauorem eſt facta.*
37. *Pœna impoſita ob iniuriam paſſi, debet applicari offenſo.*
38. *Fideicommiſſario priuato ob contrauentionem, bona debent redire ad hæredem.*
39. *Fideicommiſſum inducitur, ſi quis eſt inſtitutus in vita, & poſt eius mortem alter.*
40. *.. etiam ſi eum dictione taxatiua.*
41. *.. etiam ſi ſubſtitutio facta fuerit verbis directis.*
42. *.. multò magis ſi facta fuerit per verba communia,*
43. *Relictum ad tempus, eo finito, debet reſtitui per fideicommiſſum.*
44. *Fideicommiſſum inducitur per conditionem, ſi deceſſerit ſine filiis.*
45. *Subſtitutio facta ſub conditione mortis dicitur compendioſa.*
46. *.. & habet effectum fideicommiſſi.*
47. *Fideicommiſſum inducitur per clauſulam, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
48. *Clauſula* vulgariter, pupillariter, & fideicommiſſum, *datur electio ſubſtituto, ſi verificari poteſt in omni caſu.*
49. *Subſtitutio fideicommiſſaria requirit tempus mortis, & ſine eo valebit vt vulgaris.*
50. *Subſtitutio fideicommiſſaria eſt fruſtratoria inter filios æqualiter ſubſtitutos.*
51. *Fideicommiſſaria reciproca inter plures habentes portiones æquales quid requirat.*
52. *Hæres inſtitutus in vſufructu tantùm, quando cenſetur inſtitutus in proprietate.*
53. *.. inſtitutus in vita tantùm, poſt mortem cenſetur rogatus per fideicommiſſum.*
54. *Hæres inſtitutus in vita tantùm, nullo alio hærede facto, poſt mortem cenſetur rogatus reſtituere venientibus ab inteſtato.*
55. *.. & Rouiti conſiliũ 47. non recipitur in hoc caſu.*
56. *Clauſa codicillaris operatur effectum ad fauorem venientium ab inteſtato.*
57. *Hæres inſtitutus in vita tantum, dicitur acquiſiuiſſe plenum dominium.*
58. *Fideicommiſſum cenſetur inductum ex qualitate rei relictæ.*
59. *Menochij opinio* in conſil. 129. *reprobatur.*
60. *Conſilia poſt mortem authoris oppreſſa quandoque habent tantam authoritatem, ſicut cætera in vita impreſſa.*
61. *Fideicommiſſum inducitur ex mente.*
62. *.. inducitur ex coniecturis contra propriam ſignificationem verborum, & quibus legibus probetur.*
63. *Mentem, & voluntatem eſſe præferendam verbis, Doctores firmant, tanquam iuris elementum.*
64. *Mens nunquam poteſt colligi, niſi per verba expreſſa appareat.*
65. *Verba eſſe præferenda menti, quibus legibus probetur, niſi manifeſtiſſimè appareat de mente.*
66. *Teſtator ſibi imputet ſi non expreſſit quod volebat.*
67. *Conſulentes aliquando adhærent verbis, aliquando menti, propter lucrum pecuniarum.*
68. *Mens, & voluntas debet attendi per coniecturas contra verba expreſſa, quando coniecturæ ſunt à lege approbatæ.*
69. *.. & ex quibus legibus probetur.*
70. *Verba nihil operantur, quando iuris ratio non patitur.*
71. *.. ſed reducenda ſunt ad intellectum iuris.*
72. *Verba ſemper ſunt attendenda contra mentem ex coniecturis probatam, quando non ſunt à lege approbata, ſed ab homine.*
73. *Voluntas dici non poteſt niſi tranſiuerit in diſpoſitionem.*
74. *Fideicommiſſa non induci ex coniecturis hominis, à lege non approbatis, per quæ Doctorum conſilia probetur.*
75. *Mens, & voluntas attendenda eſt contra verba per coniecturas legis extendendas ad caſum ſimilem.*
76. *Expreſſum in lege dicitur, in quo militat eadẽ ratio.*
77. *Expreſſum in lege dicitur, quod ex mente colligitur.*
78. *Dicitur etiam quod ſequitur à verbis expreſſis.*
79. *Subſtitutio pupillaris aliquando extinguitur ante tempus pubertatis.*

Iudi

IVDICIVM probationis fideicõ-
1. miſſi inducti ex coniecturis, † valdè
periculoſum eſt, cùm omnes proba-
tiones arbitrariæ ſint. *l. quinquagin-
ta. ff. de probat.* & ſæpenumero opi-
nio ſtudiorum, & artificij, & ſuſpicio apud eos qui
iudicant, multum fidei detrahunt, & authorita-
tem ſcribentis minuunt, atque ſuſpectum reddunt;
propterea contra coniecturas iudicari, in omni fo-
ro obſeruatum eſt, & licèt Doctores communiter
2. firment, fideicommiſſum † per coniecturas indu-
ctum eſſe, probari poſſe, per *l. hæredes mei. §. cum
ita. ff. ad Trebellian. l. cùm virum. C. de fideicommiſſ. l.
penult. de legat. 1. l. cùm proponebatur, & l. qui ſoli-
dum*, vbi Bartol. *de legat.* 2. & alia plenè ad hoc al-
legata per Socin. *in conſil.* 14. *volum.* 1. & Socin.
iun. *in conſil.* 110. *numer.* 5. *volum.* 4. Dec. *in conſil.*
15. *& conſil.* 38. *& conſil.* 314. *num.* 2. & per Mantic.
de coniectur. lib. 7. *tit.* 3. *num.* 2. quia cùm tota mate-
ria fideicommiſſi ſit fundata in voluntate defuncti.
l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſtrat. ipſa
3. mens teſtatoris tam coniecturis, † & præſumptio-
nibus, quàm alio quouis modo probari poteſt, vt
poſt Socin. iun. *in d. conſil.* 110. *volum.* 4. probat
Rota *in deciſ.* 14. *numer.* 1. *part.* 1. in vltimò impreſ-
4. ſis, & propterea etiam ſubſtitutionem † vulgarem
ex coniecturis probari poſſe, & hanc eſſe magis
communem concluſionem probatur à Rota *in de-
ciſ.* 172. *parte* 1. *in vltimis.* Tamen iſta concluſio re-
5. ſtringenda eſt ad illas coniecturas †, quæ ex verbis
teſtamenti colligi poſſunt, vt dicit Socin. *in l. cùm
auus, in fin. ff. de condit. & demonſtrat. & in conſ.* 116.
colum. 1. *& ſequent. vol.* 3. vbi quòd tales coniectu-
ræ debent colligi ex diſpoſitis in teſtamento, & ita
dixit Rota *in d. deciſion.* 172. & alibi ſæpiſſimè. Non
enim ſufficit dicere, quòd talis fuerit mens teſta-
toris, & quòd ita teſtator veriſimiliter diſpoſuiſ-
6. ſet, ſed neceſſe eſt, quòd voluntas † tranſeat in
diſpoſitionem, vt eſt caſus *in l. quidam cum filium,
& l. quoties. §. tantundem, & ibi* not. Bald. & Immol.
ff. de hæred. inſtit. & quòd coniecturæ debeant de-
ſumi ex ipſis verbis teſtamenti, pleniſſimè probant
Ruin. *in conſil.* 129. *numer.* 4. *&* 13. *vol.* 3. Peregrin.
in conſil. 86. *num.* 21. *& ſequent. vol.* 2. Franciſc. de
Ponte *in conſil.* 46. *col.* 1. *& ſequent.* & hanc eſſe com-
munem concluſionem, probat Gabriel *in tit. de hæ-
redib. inſtituend. concluſ.* 2. *num.* 19. quam etiam pro-
bat diſtinguendo Simon de Pret. *lib.* 1. *ſolut.* 1. *num.*
8. *fol.* 47. & hanc ſemper Rota amplexa eſt, vt *in
Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Tranſmiſſio. cap. ſicuti ex
coniecturis.* Idcirco Iuſtinian. *in §. nos igitur, in auth.
de reſtitut. fideicommiſſi*, dicit, quòd ſubtiliter te-
ſtamentorum verba ſunt conſideranda, & Bald.
in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater, in fin. ff. ſolut. matrimon.
7. monet, verba teſtamenti † eſſe diligenter inſpicien-
da, ne decipiamur, & ab illis non eſſe receden-
dum, firmant Paulus de Caſtro *in conſil.* 71. *in fin.
vol.* 2. & Iaſ. *in l. ſi ancillas, in fin. de legat.* 1. *& in
conſil.* 66. *in princip. volum.* 3. Propterea reſtringo
præſentem articulum in tractatione illorũ caſuum,
in quibus, fideicommiſſum ex coniecturis inductum
eſſe, probari poteſt, videlicet ſi coniecturæ ex ver-
bis ipſius teſtamenti colligi poſſint.

Primus caſus eſt, maxima coniectura fideicom-
8. miſſi eſt, † vbi teſtator vocauit primogenitum, vel
natum maiorem ex ſuis deſcendentibus, Ancharan.
in conſil. 27. *col.* 3. *&* 4. vbi ſi teſtator reliquit bo-
na ſua duobus proximioribus, ex familia ſua, ex eo
quia nomine appellatiuo vocauit antiquiores de fa-
milia, cenſetur induxiſſe perpetuum fideicõmiſſum
inter omnes de familia, ita vt duo antiquiores ex il-
la ſemper ſuccedere debeant, & hanc doctrinam ſe-
quuti ſunt Dec. *in conſil.* 516. *num.* 16. Socin. *in l. Gal-
lus. §. quidam rectè. num.* 8. *ff. de liber. & poſthum.* Ti-
raquell. *de primogen. quæſt.* 3. *num.* 9. *& in l. boues. §.
hoc ſermone. limitat.* 12. *numer.* 5. *ff. de verb. ſignificat.*
Alban. *in conſil.* 51. *num.* 14. Crauet. *in conſil.* 161. *nu-
mer.* 9. Alciat. *in l. pronuntiatio. §. familia. num.* 27.
ff. de verb. ſignificat. Molina *de primogen. Hiſpaniæ. lib.*
1. *cap.* 5. *num.* 19. & per iſtam concluſionem com-
muniter receptam, Doctores firmarunt alteram,
quòd vbi primogenitus ex deſcendentibus, vel pri-
mogenitus agnationis, vel primogenitus de aliqua
familia vocatus eſt, ſemper cenſetur in dictis pri-
mogenitis inductum fideicommiſſum, Gabriel *in
conſil.* 117. *num.* 4. *vol.* 1. qui loquitur, quando teſta-
tor voluit, vt bona tranſirẽt de primogenito in pri-
mogenitum, Menoch. *in conſil.* 220. *num.* 34. *vol.* 3.
& in lib. 4. *præſumpt.* 69. *num.* 15. vbi loquitur quan-
do teſtator vocauit primogenitum, vel natum ma-
iorem ex ſuis deſcendentibus, ita vt primogeni-
tus non ſit ſimpliciter vocatus, ſed ſemper † cum 9.
adiuncto verbo habente tractum temporis ſucceſſi-
uum, ex cuius natura fideicommiſſum inductum
dicitur, vt probaui *in articulo præcedenti, caſu ſepti-
mo*, quia tunc teſtator cenſetur magis conſideraſ-
ſe agnationem, vel progeniem, vel familiam,
quàm perſonas ipſorum primogenitorum. Menoch.
in conſil. 117. *num.* 15. *volum.* 2. vbi latiùs hoc decla-
rat. Et licèt Molina *in d. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 21. idem
intelligat, quando teſtator vocauerit ſimpliciter
primogenitum alicuius, nullo alio verbo addito,
nec familiæ, nec agnationis, nec alterius, quia
nomen ſingularis numeri, etiam ad pluralitatem
ex mente trahitur, & comprehendit: tamen mens
ſine verbis intelligi non poteſt. Ideo ſi teſtator
vocauit primogenitum Titij, non poteſt dici fi-
deicommiſſum eſſe factum inter primogenitos Ti-
tij, niſi additum fuerit, primogenitum ex familia,
vel ſucceſſiuè, aut in infinitum, vel de primogenito
in primogenitum, aut alia verba, quæ tractum tem-
poris ſucceſſiuum ſignificent, nam ſi ſimpliciter
primogenitus Titij vocatus fuerit, eo ipſo quòd
ſucceſſerit, fideicommiſſum extinctum eſt. Poſſet
autem iſta doctrina recipi, quando teſtator in ſin-
gulari numero primogenituram † conſtituit, vel 10.
maioratum, quia tunc ex natura nominis compre-
henditur quilibet primogenitus ſucceſſiuè de vno
in alterum, & in hunc ſenſum ſcripſit Menoch. *in
conſi.* 1051. *num.* 4. *& in conſil.* 1088. *num.* 3. *& in con-
ſil.* 1100. *num.* 6. *vol.* 11. vbi plures allegat.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando teſta-
tor vocauit primogenitum in infinitum †, quia iſta 11.
verba conſtituunt primogenituram, & fideicom-
miſſum in infinitum, Dec. *in conſil.* 397. *num.* 7. Mo-
lina *in d. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 6. *verſ. ſecunda coniectura, &
num.* 32. vbi ponderat dictionem *ſemper*, quæ deno-
tat infinitatem. Item ſi vocauit primogenitum pri-
mogeniti in infinitum, Molin. *in d. cap.* 5. *numer.* 39.
Bero. *in conſil.* 84. *num.* 13. *vol.* 2. Menoch. *in conſil.*
775. *num.* 2. *vol.* 8. Idem ſi vocauit primum † ali- 12.
cuius familiæ, qui ſignificat primogenitum. Ioan.
Lecirier *in tract. de primogen. lib.* 1. *quæſt.* 2. Dec. *in d.
conſil.* 397. *num.* 7. *& ſeq.* Pariſ. *in conſil.* 72. *num.* 80.
vol. 4. Molin. *in d. cap.* 5. *num.* 39. Melchior Palaez *in
tract. de maioratu, parte* 2. *quæſt.* 5.

Secundò declaratur, nam ſi teſtator vocauit Ti-
tium primogenitum Cæſaris ſui fratris, & ſic de
primogenito in primogenitum; ſed Titius non erat
primogenitus, ſed ſecundogenitus † Cæſaris, hoc 13.
caſu

caſu fideicommiſſum, & primogenitura non cenſetur erecta inter primogenitos Titij, ſed inter primogenitos illius, qui verè erat primogenitus, ex regula *l. penult. ff. de reb. dub.* vbi, qui habebat Flaccum fullonem, & Philonicum piſtorem, legauit vxori Flaccum piſtorem, quæſitum eſt, quis eorum, & num vterque deberetur. Reſpondet Labeo, piſtorem legatum videri, perinde ac ſi nomen adiectũ non eſſet, & ita magis attenditur illa demonſtratio
14. officij, † quàm nomen proprium, per quam legem Bartol. *in l. demonſtratio. num.* 18. *ff. de condit. & demonſtrat.* dicit, quòd aliquando magis ſtatur demonſtrationi, quàm nomini proprio, & dat exemplum, vt ſi Dux proceſſit contra Ioannem poteſtatem Aſſiſij, occaſione alicuius delicti commiſſi in officio, qui non vocatur illo nomine Ioannes, ſed cõſtat de corpore ex illa demonſtratione officij, certè ſtandũ eſt magis illi accidenti, quàm nomini proprio, & hanc doctrinam comprobat Riminald. iun. *in conſil.* 12. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 1. Sed hic teſtator habuit intentionem conſtituendi primogenituram in filio primo Cæſaris; ergo non eſt reſtringenda ad nomen Titij; tum quia ſi primogenitus Cæſaris alio nomine vocatur, adhuc cenſetur conſtituta in primo filio Cæſaris, non attenta erronea nominis expreſſione, vt probaui. Tum etiam, quia ſi ipſe Titius nõ fuiſſet primonatus legitimus, & naturalis, prout te-
15. ſtator expreſſit, tunc error fuiſſet in ſubſtantia, † & vitiaſſet totam diſpoſitionem, *l. fin. ff. de hæred. inſtit. l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* Dec. *in conſil.* 176. vbi quòd error teſtatoris in confitendo actum, vitiat ipſum actum. Curt. iun. *in conſil.* 96. *numer.* 7. & latè exornat Sebaſt. Medic. *in tract. de fortuitis caſib. quæſtion.* 2. *per totam.* ergo nomen Titij non fuit appoſitũ cauſa diſpoſitionis, † ſed cauſa demõſtra-
16. tionis illius filij primonati dicti Cæſaris fratris teſtatoris. Sed quæ demonſtratiuè poſita ſunt, nullo modo diſpoſitionẽ inducunt. Bart. *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligat. & in l. centurio. col. antepenult. verſ. quoniam iuxta præmiſſa. ff. de vulgari, & pupill.* & alia ad hoc allegata per Bero. *in conſil.* 37. *num.* 8. *vol.* 1. ergo nominatio Titij facta demonſtrationis gratia reſpectu filij primonati ex Cæſare, nõ poteſt ſtare reſtrictiuè ad deſcendentes Titij. Item
17. quia illa ſunt verba demonſtratiua, † quæ rem factam oſtendunt. *l. ſi nominatim, in fine. ff. de condit. & demonſtrat.* Sed primogenitus Cæſaris, tempore te-
18. ſtamenti iam erat natus. Item quia dictio † *dicti*, ſtat demonſtratiuè, vt habetur *in l.* 1. *ff. de noui oper. nuntiat.* & alia ad hoc allegata per Bero. *in conſil.* 57. *num.* 48. *vol.* 3. Item quia verba demonſtratiua ſunt
19. illud accidens, quod reſpicit ſubſtantiam † diſpoſitionis. Bartol. *in l. demonſtratio, numer.* 1. *verſ. illud autem accidens.* Verba autem, *filium primonatum legitimum, & naturalem*, ſunt ſubſtantia. Probatur, quia ſi iſta verba eſſent falſa, vitiaretur diſpoſitio, ſed ſi in nomine Titij erratum eſt, non vitiatur diſpoſitio, quia conſtat de ſubſtantia diſpoſitionis, videlicet, vocationis filij primo nati ex Cæſare fratre ſuo; ergo nomen Titij, dicitur demonſtrationis gratia poſitum; ita vt ad eius perſonam non poſſit dici reſtricta diſpoſitio. Sic in ſimili dixit Rota Romana *in deciſ.* 532. *num.* 5. *part.* 1. *in Nouiſſim.* vbi
20. cùm conſtaret de corpore beneficij, † expreſſio qualitatis, quòd erat de iure patronatus, dicitur demonſtrationis gratia facta, quæ non reſtringit diſpoſitionem, vt ibi probatur. Sed in hoc caſu eſt diſpoſitio facta de filio primo nato ex Cæſare fratre, & ſic de primogenito in primogenitum; ergo
21. expreſſio nominis Titij eſt qualitas illius † ſubiecti, quæ non reſtringit diſpoſitionem, & ita per diuerſas rationes probat Roland. *in conſil.* 55. *num.* 53. *vol.* 3. poſt Dec. Nattam, & alios quos allegat. Item quia in dubio ſemper eſt facienda interpretatio, vt verba † potius demonſtrationis, quàm diſpoſitionis 22.
gratia probata cenſeantur, Dec. *in conſil.* 323. *num.* 1. & pleniùs *in conſil.* 182. *in princip. & in conſil.* 568. *num.* 3. Bartol. *in l. cùm pater. §. menſa, num.* 8. *de legat.* 2. Crauet. *in conſil.* 301. *num.* 5. Gratus *in conſil.* 81. *num.* 19. *& in conſil.* 107. *num.* 10. *vol.* 2. Cephal. *in conſil.* 137. *num.* 7. *vol.* 1. Alba. *in conſil.* 243. *num.* 8. & hanc opinionem tanquam communiter receptam ſequitur Rota *in d. deciſ.* 532. *num.* 6. *part.* 1. *in Nouiſſim.*

Item comprobatur, quia primogenitura † nihil 23.
aliud eſt, quàm fideicommiſſum, vt ſcripſerũt plurimi relati à Molina *in lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. Alba. *in conſil.* 60. *n.* 7. Melchior Palacz *in tract. de maioratu, parte* 1. *quæſt.* 1. *num.* 3. Anton. de Padilla *in rubric. C. de fideicommiſſ. num.* 7. qui alios refert. Tantò magis ſi primogenitura erecta eſt in teſtamento, ſed cùm teſtator illam erexerit in filio primo nato ex Cæſare fratre ſuo, ſi reſtringeretur ad perſonam Titij vocati, non poſſet eſſe ſucceſſiua, & in perpetuũ, quia vna linea facilè poteſt deficere, & in fideicommiſſis decedente fratre ſine liberis, ſuccedit alter frater; ergo idem in primogenitura, † quo argumento vti- 24.
tur Alba. *in conſil.* 60. *num.* 10. Quod ſecus eſſet ſi primogenitura eſſet erecta inter viuos, quia tunc ſuccederetur ad inſtar iuris feudorum, & frater non ſuccederet fratri, & propter iſtam rationem Doctores firmarunt alteram concluſionem, quòd ſi primogenitus ad quem ſpectabat ſucceſſio, repudiet, talis ſucceſſio deuoluitur ad ſecundogenitum, Oldrad. *in conſ.* 94. *numer.* 15. & paria ſunt † aliquem excludi 25.
repudiatione, vel morte, vel tempore. *l.* 1 *ff. de ſucceſſor. edict.* & ita firmant Corſet. *in tract. de poteſt. regia. quæſt.* 107. *num.* 74. *in fin.* Martin. Landenſ. *in tract. de primogen. quæſt.* 351. Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 4. *n.* 9. *in fin.* Alberic. *in proœmio Digeſt. §. diſcipuli. num.* 16. *verſ. item certum eſt.* Item Bellamera *in conſil.* 33. *col.* 1. vbi quòd ſi patronus reſeruauit ius patronatus primogenitis ſucceſſiuè, ſemper, & in perpetuum, tũc mortuo primogenito, † ſuccedit ſecũdogenitus. 26.
Rebuff. *in tractat. de pacifico poſſeſſor. n.* 129. quos ſequitur Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 9. *num.* 11. quia primogenitus eſt is, quem tempore ſucceſſionis nemo præcedit. Bald. *in l.* 2. *col.* 1. *C. de iure emphyt. & in l. cum antiquioribus. col.* 4. *verſ. & primò præmitto. C. de iure deliber.* ideo poſt mortem primò nati, ſecundogenitus dicitur primogenitus. Bald. *in l. Deo nobis, in* 4. *not. C. de Epiſcop. & cleric.* ſequitur Alex. ad Bart. *in l.* 1. *§. qui habebat. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Ripa *in rubric. ff. de vulgari col.* 2. *verſ. & facit ad quæſtionem*, Alciat. *in l. proximus. ff. de verb. ſignificat.* vbi quòd ſi teſtator ſubſtituit ſecundogenitum ſororis ſuæ, ſi primus fuerit mortuus tempore ſucceſſionis, tunc ſecundogenitus non ſuccedet, quia tunc erit primogenitus, ſed tertiogenitus admittetur, qui verè tunc eſt ſecundogenitus.

Secundus caſus eſt, vbi teſtator inſtituit patrem, & eius filios, & deſcendentes, natos, & naſcituros, hæc nomina collectiua adiecta verbo *naſcituros*, ſignificat etiam voluiſſe comprehendere † illos de- 27.
ſcendentes, qui non eſſent nati, neque concepti, tẽpore, quo euenitſſet illa conditio ſubſtitutionis, licèt dicta verba collectiua ſimpliciter dicta ſine dicto adiuncto, hoc non ſignificent, vt declarat Torniell. *in l. Gallus. §. quidam rectè, numer.* 68. *ff. de liber. & poſthum.* quo caſu verbum collectiuum *deſcendentes*,

velu

veluti ſi eſſet dictum,in infinitum , eſt aptum comprehendere ordinem ſucceſſiuum quoad fideicommiſſariam ſubſtitutionem inter ipſos deſcẽdentes,†
28. Socin. in l. ſi cognatis. col. antepenult. verſ. quarta, & vltima concluſio. ff. de reb. dubiis. Alexand. in conſil. 22. & conſil. 26. vol. 3. Socin. iun. in conſil. 30. num. 24. & conſil. 136. vol. 3. Dec. in conſ. 253. Curt. in conſ. 48. ergo pater cenſetur rogatus reſtituere filiis , & aliis deſcendentibus, qui non eſſent nati , nec concepti tempore,quo euenit conditio ſubſtitutionis.

Declaratur iſte caſus, nam quando deſcendentes vocati ſunt ſimpliciter , cenſentur vocati per fidei-
29. commiſſum † reſpectu primorum vocatorum ; ſed inter ſeipſos, cenſentur vocati per vulgarem,nõ autem per fideicommiſſum reciprocum , ita vt vno deſcendentium admiſſo , fideicommiſſum expiret, Cuman. in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo, num. 4. de legat. 2. cuius doctrinam eſſe frequentiori calculo receptam, probat Menoch. in conſ. 85. n. 54. vol. 1. Surd. in cõſ. 315. n. 13. & ſeq. & in conſ. 370. n. 1. & ſeq. vol. 3. & hanc doctrinam ſequuta eſt Rota Romana, vt in deciſ. 125. num. 1. parte 1. in vltimò impreſſis. de qua re latiùs ſcribam inferiùs , vbi tractabo de ordine ſucceſſiuo , & hæc doctrina poteſt eſſe vera quando verba ſimpliciter prolata ſunt, abſque aliqua conditione mortis, vel abſque aliquo verbo tractũ temporis in futurum denotante; ſecus vbi vel con-
30. ditio † mortis adiecta eſt, vel aliud verbum tractum temporis in futurũ denotans appoſitum fuerit, tunc enim etiam fideicommiſſariam continet, Bart. Aret. Immol. Paul. de Caſtr. & Alex. & cæteri in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. & l. Lucius, in fin. ff. de vulgari, & pupill. Alexand. in conſil. 13. num. 7. vol. 4. & hanc eſſe communem concluſionem tam antiquorum Doctorum , quàm modernorũ, atteſtatur Iaſ. in conſ. 134. num. 2. vol. 1. Bero. in quæſt. familiar. 104. num. 2. & ſeq. Gratus in cõſ. 108. in princip. & in fin. & in conſil. 109. num. 21. & ſeq. volum. 2. Natta in conſil. 551. col. 1. in fin. Ruin. in conſil. 140. in fin. 3. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 9. num. 236.

Tertius caſus eſt, cùm teſtator in ſecundo teſtamento confirmat primum, cẽſetur grauare ſcriptos
31. hæredes in ſecundo,† vt per fideicommiſſum reſtituant ſcriptis hæredibus in primo, prout eſt caſus in l. ſi quis. ff. ad Treb. & in §. ſed & ſi quis. Inſtit. quibus mod. teſtam. infirmentur, & ibi Aretin. in 3. & Claudius Seyſell in d. l. ſi quis priore, in primo notab. ſcripſit, nullam eſſe conſtituendam differentiam, ſiue hæres
32. ſcriptus in ſecundo teſtamẽto † ſit vniuerſalis, ſiue particularis, quam concluſionẽ firmarunt etiã Paul. de Caſtr. Immol. & cæteri in l. poſthumus. §. ſi paganus. ff. de iniuſto teſtam. & latiùs illam defendit Peralta in l. ſi quis in principio teſtamenti, num. 81. verſ. ſextò fallit , & num. 88. de legatis 3. Item d. regula pro-
33. cedit etiamſi ſecundum teſtamentum eſſet validũ † de iure ſpeciali. Alexand. in conſ. 146. num. 12. & in conſ. 177. num. 1. vol. 2. Dec. in conſ. 264. num. 2. verſ. & hoc procedit. & in conſil. 475. num. 1. & in conſ. 489. num. 3. Pariſ. in conſ. 34. num. 59. vol. 2. Couar. in rubric. de teſtamentis, parte 2. num. 1. Menoch. conſ. 1148. num. 1. & ſeq. vol. 12.

Quartus caſus eſt, quando teſtator priuat hæredem contrafacientem eius præcepto, tunc priuatio
34. cenſetur facta † per fideicommiſſum. Bart. in l. ſi pater familias. in 2. n. 6. ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. Paul. de Caſtr. in conſ. 292. in 5. dubio, vol. 2. Alex. in conſ. 57. num. 3. vol. 2. Aretin. in conſ. 67. in 2. dubio. Ruin. in conſ. 158. vol. 3. Crauet in conſ. 1. num. 6. quia ex ipſa priuatione arguitur reſtitutio fideicommiſſi, nam priuatio præſupponit habitum, §. ſeruus autem. Inſtit. de capit. diminut. l. decem. ff. de verb. oblig. l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iur. Item quòd hoc caſu † priuatio non ſit ipſo iure directo, ſed fa- 35.
cienda ſit reſtitutio per fideicommiſſum, firmarunt etiam Iaſ. in l. fin. §. final. num. 3. ff. ſi cert. pet. & in l. 1. col. 3. C. de his quib. vt indign. Angel. in conſ. 268. in 4. dubio. Bertrand. in conſ. 191. num. 5. vol. 5. Riminald. ſen. in conſ. 258. num. 6. Ruin. in conſ. 87. col. 2. vol. 2. Rubeus Alexand. in conſ. 43. col. 1. Alba. in conſ. 57. col. 2. Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 69. verſ. intellige, & verſ. pone, vbi dicit eſſe communem opinionem. Peregr. de fideicommiſſ. art. 15. num. 14. vbi pariter dicit eſſe communem, quia qui ſemel fuit hæres , non poteſt deſinere eſſe hæres. l. paterfamilias. ff. de hæred. inſtit. ergo quando priuatur ob contrauentionem, cenſetur rogatus de reſtituendo per fideicõmiſſum.

Declaratur iſte caſus, nam quando hæres † pri- 36.
uatur ob contrauentionem ad fauorem alicuius, tũc bona debent applicari illi, ad cuius fauorem pœna impoſita fuit, Alex. in d. conſil. 138. num. 13. vol. 1. qui hoc firmauit, etiam in caſu dubio, quando teſtator hoc non expreſſit. Paul. de Caſtr. in conſ. 221. num. 3. vol. 2. per text. in l. final. in fin. ff. de litigioſ. & ea quæ notat gloſſ. in l. 1. verb. ſed cui dabitur. C. de his quæ pœnæ nomine, & regulariter pertinet ad eum , qui fuit læſus in vltionem ſibi iniuriæ illatæ, nam poſita † 37.
ob iniuriam paſſi, debet applicari offenſo, Menoch. in conſ. 604. num. 28. vol. 7. & licèt Bart. in l. vxorem. §. hæres. de legat. 3. diſtinguat de priuatione facta vel à lege, vel ab homine, tamen ibi loquitur in dubio, ſecus, vbi verba priuationis ſunt expreſſa ad fauorem alicuius.

Secundò declaratur, nam ſi fideicommiſſarius † 38.
fuit priuatus propter contrauentionem factã præcepto teſtatoris , tunc bona debent redire ad hæredem, à quo data fuere. l. vnic. §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. Bald. in l. vnic. num. 43. C. de his quæ pœna nomin. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 11. in fin. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 19. in fin. Sed hoc eſt verum niſi fideicommiſſarius habuerit ſubſtitutum , vel coniunctum. d. §. pro ſecundo, de quo ſcribam inferiùs in quæſtione de iure accreſcendi.

Quintus caſus, vbi teſtator aliquem inſtituit in vita,† & poſt eius mortem inſtituit hoſpitale , tunc 39.
mortuo primo inſtituto, hoſpitale non erit hæres directò, ſed per fideicommiſſum. Bald. in l. miles ita hæredem, in princ. ff. de milit. teſtam. & in l. id quod pauperibus, quæſt. 14. C. de Epiſcop. & cleric. Alex. in conſil. 161. in primo dub. vol. 2. Dec. in conſil. 597. num. 1. Immol. in l. filius à patre, in princ. col. final. & ibi Alex. col. 5. in princip. Aretin. col. final. in fin. ff. de liber. & poſthum. Pariſ. in conſ. 20. vol. 3. & conſ. 69. col. 1. vol. 2. Natta in conſ. 459. num. 12. Socin. in conſ. 14. num. 15. vol. 1. qui loquuntur de vxore inſtituta in vita cum dictione † taxatiua , & Paul. de Caſtr. in conſil. 40.
241. vol. 2. Salyc. & Iacobin. in l. extraneum. C. de hæred. inſtit. Angel. in l. 2. ff. ſi pars hæredit. pet. Aretin. in §. hæres col. 3. Inſtit. de hæredib. inſtituend. Ruin. in conſil. 36. col. 2. vol. 2. Et præfati Doctores loquuntur quãdo ſubſtitutio eſt facta verbis directis , † propter 41.
defectum poteſtatis, quia teſtator non poteſt facere, vt qui ſemel eſt hæres , deſinat eſſe hæres directò, & à pagano hæreditas non poteſt dari ex die, vel ad tempus, l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit. Neque etiam ad tempus incertum , puta in vita, ita vt poſt eius mortem hæreditas directò tranſeat in alium. d. l. miles ita, & ita declarant Bart. & Immol. in d. l. hæreditas, ergo multò magis procedit quando ſubſtitutus eſt vocatus per verba communia , † & 42.
multò magis, ſi teſtator Trebellianicam prohibuit, quia

quia tunc per fideicommiſſum vocaſſe cenſetur, vt
dixi ſuperiùs. Idem ſi quid alicui relinquitur ad tē-
43. pus, cenſetur, vt poſt illud tempus finitum, † reſti-
tuat hæredi per fideicommiſſum, *l. Titia cum teſta-
mento. §. final. de legat. 2. l. final. C. de legatis,* & probat
Paulus de Caſtr. *in conſil. 241. num. 5. verſ. non poteſt
videri. vol. 2.* & latiùs per Surd *in conſil. 29. num. 11. &
ſeq. vol. 1.*

Sextus caſus eſt, cùm teſtator poſt factā inſtitu-
44. tionem dixit, & ſi deceſſerit ſine filiis, † ſubſtituo
Fullanum, dicta ſubſtitutio intelligitur per fideicō-
miſſum. *l. de emancipatis. C. de legit. hæredib.* & *ibi* Bald.
& Alberic. Bart. Alex. Socin. Iaſ. & Ripa *in l. centurio.
ff. de vulgari,* Anton. de Butrio, Immol. Abbas, & Bar-
batia *in cap. Raynutius, & cap. Raynaldus. de teſtam.*
Geminian. & Franch. *in cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* Et
45. ratio eſt, quia dicta ſubſtitutio † facta ſub condi-
tione mortis, vel poſt mortem, dicitur compen-
dioſa, gloſſ. *in l. in teſtamento, in 1. C. de milit. teſtam.
& in cap. ſi pater, in verb. abſque deductione. de teſtam. lib.
6.* Bart. *in d. l. centurio, num. 9.* Curt. iun. *in l. precibus,
num. 47. & 61. in fin. C. de impuber. ſubſtit.* vbi atteſta-
tur eſſe communem opinionem, Couar. *in d. cap.
Raynutius §. 9. num. 2. & ſeq.* Oddus *de compendioſa,
parte 4. quæſt. 1. art. 1.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt. 60.
num. 8. in fin.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 51. num. 7.* &
ita fuit deciſum in pluribus tribunalibus, vt *in D.
N. tom. 5. tit. Subſtitutio compendioſa. cap. liberis, & cap.
ſeq. & tit. Subſtitutio fideicommiſſaria, cap. is qui fratres,*
& de hac re ſcribam latiùs in quæſtione de ſubſti-
tutione compendioſa. Ideo habet effectum fidei-
46. commiſſi, † præſertim propter d. conditionem, ſi ſi-
ne filiis, *cap. 1.* & *ibi* gloſſ. *in ver. abſque filiis. de te-
ſtam. lib. 6. cap. Raynutius,* & *ibi* Abb. *eod. tit.* Bart.
in d. l. centurio, num. 26. Ripa *num. 149.* Gabriel *in
conſil. 104. num. 1. vol. 1.* Dec. *in conſil. 431. & d. tit.
ſubſtitutio compendioſa. cap. poſt pubertatem.* Item quia
teſtator poſt aditam hæreditatem non poteſt dire-
ctò ſubſtituere, ideo tranſit in naturam fideicom-
miſſi, Pariſ. *in conſil. 43. num. 48. vol. 3.* & de hac re
ſcripſi latiùs in repetitione d. legis centurio, in le-
ctura Papienſi. Item quia compendioſa poſt aditam
tranſit in naturam fideicommiſſariæ. Bart. *in d. l.
centurio, num. 32.* Peregrin. *de fideicommiſſis. artic. 34.
num. 3.*

Septimus caſus eſt, quando teſtator ſubſtituit cū
47. clauſula, *vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum,* †
tunc licèt ſit in electione ſubſtituti, per quam ſub-
ſtitutionem admitti velit, an per vulgarē, an per fi-
deicōmiſſariā, *l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebel.* Decian.
in conſil. 41. num. 10. & ſeq. vol. 1. & ſcripſi de hoc *in
tractatu de clauſulis part. 3. clauſula 95.* Tamen neceſ-
ſe eſt, quòd dicta clauſula in omnibus dictis caſibus
48. verificetur, aliter non poſſet dari † electio in illis
caſibus, qui verificari non poſſent, Decian. *in con-
ſil. 9. num. 53. verſ. ergo neceſſe eſt.* Ideo ſi non poteſt ve-
rificari in pupillari, quia facta eſt à patruo, qui non
habet nepotes ex fratre in poteſtate, quod eſt præci-
puū requiſitum ſubſtitutionis pupillaris, vt *Inſtit. de
vulgari, & pupill. in princ. & l. 2. & ibi omnes notāt. ff.
de vulgari,* & cùm deſit pupillaris, quæ refertur ad
tempus mortis, deeſt etiam tempus in ſubſtitutione
49. fideicommiſſaria, † quod omninò requiritur pro ſui
validitate. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 34 numer. 99.
verſ. cùm autem adiecta fuerit pupillaris,* quo caſu, ne-
que pupillaris, neque fideicommiſſaria locū habere
poteſt. Berous *in conſil. 63. num. 3. & ſeq. & num. 7. &
conſil. 64. num. 8. vol. 2.* & alia per Mantic. *de coniectur.
lib. 3. tit. 14. num. 6.* Et cùm nullum adſit verbum de-
notans dilationem temporis, ideo nō poteſt valere,
niſi per modum vulgaris, Socin. iun. *in conſ. 10. num.
48. vol. 1.* Raudenſ. *in deciſ. Piſan. 34. num. 20. verſ. op-
ponebatur.* per text. *l. vbi purè. ff. ad Trebell.* Item ſi te-
ſtator plures filios inſtituerit, & ſubſtituerit vulga-
riter, pupillariter, & per fideicommiſſum, data por-
tionum æqualitate, ſubſtitutio illa per fideicommiſ-
ſum † eſt fruſtratoria, & nullius momenti, quia vi- 50.
ciſſim tantum vnus daret, quantum acciperet. Bar-
tol. & Alex. *in l. 1. in princ. C. de pact.* per text. *l. ab
omnibus. §. ſi à Titio. de legatis 1.* Idem Bartol. *in l. ſi
quis ſeruum. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. 1 quæſt.
11. ff. de iure codicill.* Aretin. *in l. ſi plures, num. 5. ff. de
vulgari.* Dec. *in l in teſtamēto, num. 5. C. de milit. teſtam.*
Socin. iun. *in conſil. 105. num. 46. vol. 3.* Ruin. *in conſ.
7. num. 11. vol. 3.* Crot. *in conſil. 62. per totum, vol. 1.*
Cephal. *in conſil. 326. num. 22. vol. 3.* Quare, vt ſubſti-
tutio fideicommiſſaria † reciproca valeat inter ha- 51.
bentes plures portiones æqualiter, conditio mortis
adiecta eſſe debet ſaltem in præcedente, vel ſubſe-
quente oratione. Ruin. *in conſil. 120. num. 4. & plur.
ſeq. vol. 3.*

Octauus caſus eſt, cùm teſtator inſtituit aliquem
in vſufructu, & poſt eius mortem inſtituit alterum,
tunc inſtitutus in vſufructu, cenſetur etiam inſtitu-
tus † in proprietate, & rogatus de reſtituendo poſt 52.
mortem inſtituto in proprietate, & tunc reſtitutio
facienda eſt cum detractione Trebellianicæ, vt ſcri-
pſi plenè in hac parte, *quæſt. 11. art. 4. caſu 2.* cū ſuis
declarationibus. Item ſi ſimpliciter facta eſt inſtitu-
tio † in vita tantùm, & poſt eius mortem alter eſt 53.
inſtitutus, tunc cenſetur rogatus de reſtituendo illi
ſecundo per fideicommiſſum, vt ſcripſi in caſu quar-
to huius articuli. Nunc addo quòd ſi fuerit ſimpli-
citer inſtitutus † in vita tantùm, nullo alio hærede 54.
facto, ſed clauſula codicillari adiecta, tunc inſtitu-
tus in vita, cenſetur rogatus poſt mortem de reſti-
tuendo venientibus ab inteſtato, Bartol. *in l quo-
ties. §. ſi duo, in fin. ff. de hæred. inſtit.* Paul. de Caſtr.
in conſil. 241. n. 3. vol. 3. Dec. *in conſil. 278. col. 1. verſ.
ſecundus intellectus,* & ita fuit iudicatum in Rota, vt
in Dig. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtator cap. teſtator dicit.
Et licèt conſiliarius Ronitus *in conſil. 47.* † cuius li- 55.
ber poſt hæc ſcripta peruenit ad manus meas, te-
neat contrarium, tamen reſponſiones, quas dat ibi
num. 13. & ſeq. ad d. doctrinam Bartoli, non conue-
niunt huic caſui, nam ipſe præſupponit in caſu ſuo
alterum fuiſſe inſtitutum in vſufructu, alterum in
proprietate, de quo ego ſcripſi *in d. quæſt. 11. art.
3. caſu 2.* & in hoc caſu præſuppono nullum alium
fuiſſe hæredem inſtitutum, ſed clauſulam † codicil- 56.
larem adiectam, quæ operatur effectum prouenie-
tibus ab inteſtato, vt latiùs ſcribit Turret. *in tracta-
tu de clauſula codicillari, quæſt. 3.* & ita etiam reſpon-
det Dec. *in conſil. 278. num. 1. verſ. ſecundus intellectus.*
Nec eſt vera opinio, quòd quando inſtitutio eſt fa-
cta in vita ſua tantùm cum dictione † taxatiua, tunc 57.
excluditur acquiſitio pleni dominij, quia d. dictio-
nem taxatiuam dicitur appoſuiſſe ad oſtendendam
reſtitutionem eſſe faciendam poſt mortem, & in-
terim nihil impedit, quin hæres habeat plenum
dominium, & tempore reſtitutionis detrahere poſ-
ſit Trebellianicam, vt probaui latiùs *in d. quæ-
ſtion. 11. articulo 4. caſu 2. verſ. contraria opi-
nio.*

Nonus caſus eſt. Fideicommiſſum † cenſetur in- 58.
ductum ex qualitate rei relictæ, ita probat Menoch.
in conſil. 1229. num. 5. volum. 13. puta ſi relinque-
ret Baroniam, nam præſumitur illam voluiſſe cōſer-
uare in ſua agnatione, & familia, & allegat Paulum
de Caſtr. *in conſil. 343. numer. 2. verſ. Nam iſtud*

caſt: una

caſtrum.vol.1.Dec.in conſil.23.col.pen.verſ.& concluſio prædicta, & in conſil. 38 col.2.verſ.quintò etiam. Gratus in conſil.5.n.19. verſ.quintò ex qualitate rei, vol. 2. Crauett.in conſil.5.n.28. verſ.tertiò ex Caſtrenſi.inter conſilia Franciſci Marzani.

Sed iſta opinio nullo modo eſt recipienda, quia
59. Doctores allegati per Menoch. † non probant eius intentionem.Nam Paul.de Caſtro loquitur in quæſtione an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, & dicit vocatos ex qualitate rei antiquæ in domo, & ita etiam loquitur Gratus, ſi benè legatur, ibid n.7.eodem modo ſcribit Crauett. ibid. num.28. in fin. verſ. tertiò ex Caſtrenſi. Item Decius loquitur ſtante prohibitione alienationis. Item non eſt recipienda, quia, vt probabo in caſu ſequenti, tacitum fideicommiſſum non inducitur ex mente, niſi adſint talia verba, quæ fideicommiſſum impor-
60. tent. Item non eſt recipienda,quia conſilia † poſt mortem authoris impreſſa, qui illa prætermiſit imprimere in vita cum aliis, minus authoritatis habent,quia fortè Menoch. in vita non habuit dicta conſilia pro veris,ideo illa prætermiſit.

61. Nonus caſus eſt.Fideicommiſſum † inducitur ex mentè,quia in fideicommiſſis, & vltimis voluntatibus,ſemper mens eſt attendenda,etiam ex coniectu-
62. ris† contra propriam verborum ſignificationem.l. heredes mei.§. cùm ita.ff. ad Trebellian. in verſ. Neptis. Prima quidem facie,propter conditionis verba, admitti non videbatur,ſed cùm in fideicommiſſis voluntatem ſpectari conueniat,reſpondi, ceſſante prima ſubſtitutione, nepti petitionem denegari, quia totum habere voluit.Item l.pen.de legat.1.in verſ.ſola voluntas ſeruatur in fideicommiſſis,& l.fideicommiſſa. §. item ſi quis.de legat. 3. & l.quiſquis mihi. ff.de verb. ſignificat.vbi ita ſcriptũ eſt, mihi Labeo videtur figuram verborum ſequi,Proculus mentem teſtantis,reſpondi, cùm dubito quin Labeonis ſententia vera non ſit.Item l. ex facto proponebatur. §.rerum.ff.de hæred.inſtit.in verſ.facit totum voluntas defuncti, l.in conditionibus primum locum.l.pater Seuerinam, in princip. ff.de condit. & demonſtrat. Item l. 3. §. conditio. ff. de adimend. legat. melius eſſe ſenſum, quàm verba teſtatoris amplecti,ait,l.cùm virum.C.de fideicommiſſ.In fideicommiſſis voluntas magis quàm verba plenéque intuenda eſt.l.cùm quæſtio. C. de legatis. veſtigia voluntatis teſtatoris ſequenda ſunt; in omnibus enim voluntatem teſtatoris dominari cenſemus. Ex quibus Doctores tenent iſtam concluſionem, tan-
63. quam iuris elementum,vt mens, & voluntas † ſit præferenda verbis in fideicommiſſis. Bald. in l. quoniam indignum.C.de teſtam. & in l. final. col. pen. C.de impuber.ſubſtit. Angel. in conſil.2. col. pen. & in conſil. 169.col.1. ſequitur Iaſ. in l. iuriſgentium. § prætor ait. col. pen ff. de pactis. & ita reſponderunt ſemper Iuriſconſulti. Fulgoſ. in conſil. 92. col.2. Paul.de Caſtr. in conſil. 123. circa medium, volum. 1. Socin. in conſil. 64. col.3. verſ.in quo paſſu, & col. 9. verſ. mens enim prædominatur, & conſil.1. col.3. verſ. & puto,& conſil. 26. volum. 4. Iaſ. in conſil. 132. col. pen. volum. 1. & conſil.140. col.6. verſ. in primis.volum. 2.Dec.in conſil. 15.col.2. verſ.ad cuius rei, & in conſil.23. col.1. & in conſil.182. col.2. verſ.quibus non obſtantibus, & conſil. 186. col.2. verſ.ſed tamen prædictis. Curt.iun.in conſil. 43.col.pen. verſ. attende ergo. Pariſ. in conſil. 17.num. 16. & conſil.23.numer.11. volum.3. Decian. in conſil. 31.numer.41 volum.1.& in conſil.63.numer.17.volum. 4.alios omitto,vel ab eiſdem allegatos,vel quia ſuperuacaneum eſt, multum temporis conſumere in legendo Doctores ad comprobationem concluſionis,quæ nullam apud ipſos patitur difficultatem,&

Decian.in d.conſil.31.numer.44. & plur.ſeq.vol.1.eandem concluſionem de mente contra propriam verborum ſignificationem obſeruanda comprobat latiſſimè eſſe veram,etiam in contractibus,etiam colligẽdo mentẽ ex cõiecturis,vbi quãplurima allegat.

Pro contraria parte ſunt textus clariſſimi †, nam 64.
text.l.quidam cum filium.ff.de hæred.inſtit.non ſufficit teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſpoſuerit, per quem textum limitari omnia iura volentia,mentem teſtatoris eſſe ſeruandam.Bald.& Immol. ibi, Alexand.in l.ſi quis filium,in fin.& ibi Iaſ.col.1. C.de liber. præterit. Dec.in conſil.63. col.2. verſ.& ratio manifeſta eſt. Item l.generali. §.duabus. ff.de vſufruct. legat. vbi quòd non eſt recedendum à verbis †, niſi manifeſtiſſimè ap- 65.
pareat teſtatorem aliud ſenſiſſe. Idem in l. non aliter. de legat.3. & l. ille aut ille. §. cùm in verbis. eod. titulo, cùm in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio.Item l.Aurelius.§.teſtamento in 2.ff.de liberat.legata,vbi reſtator volebat augere legatum in teſtamento factum,& in codicillis dixit quædam verba, quæ legati diminutionem inducebant,& ibi I.C. decidit, quòd licèt habuerit voluntatem augendi,tamen attentis verbis, iudicandum eſt pro diminutione; ergo verba diſpoſitionis præferenda ſunt menti,& voluntati. Item propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. locati. l. ſi maiores. C. de tranſactionib. Item l. iubemus, verſ.ſi tota hæredum nomina fuerint prætermiſſa. C.de teſtamentis, vbi teſtator volebat facere quatuor hæredes, ſed duos tantùm expreſſit, vel ſcripſit, & tamen text. dicit,valere quò ad vocatos, & ibi certum erat voluiſſe inſtituere plures,aliàs diſpoſitio fuiſſet de indubitabili, vt ibi aduertit gloſſa in verbo,ſi tota.Crauett. in conſil.161. num.14.Propterea Imperator,in §. nos igitur, in auth. de reſtitut.fideicommiſſi,dicit, teſtamentum ſubtiliùs conſiderantes, inuenimus in verbis, &c. quoniam voluntas hominis conſiſtit in verbis, vt probaui in articulo præcedenti. Ideo Paul. de Caſtr. in l. ſi pluribus. §. ſi eadem res. de legat. 1. dicit, quòd ſi aliud voluit teſtator, quàm verbis ſignificauit, ſibi imputet, quare non expreſſit †, quia mul- 66.
toties fingit aliud velle, & poſtea propoſitum mutat; ergo non errabunt iudices, ſi ſcripto inhærebunt, vt latiùs probant Crauett. in d. conſil. 161. & Zanchus in l. hæredes mei. §. cùm ita.in 3.parte numer. 69. vbi numer. 71. aduertit, Iuriſconſultos aliquando ab hærede † verbis teſtamenti, 67.
aliquando menti, prout pecuniæ amor eos impellit, vt dicit Curt. iun. in conſil. 121. & mouentur inſtar arundinum vento pecuniæ agitati. Crauett. in conſil. 294. col. pen. Et de auaritia Petri de Ancharano conſulentis, ſcribit Aretin. in conſil. 94. col.2. & de auaritia Romani in conſulendo, ſcribit Claudius de Seyſello in l.ſi quis cùm aliter. col.final.ff. de verb.obligat.& de Corneo ſcribit Ruin.in l.1. num. 109. ff.ſolut. matrim. quòd conſuleret aſinum volare poſſe.

Declaratur iſte caſus, vt voluntas teſtantis ſit attendenda contra verba †, quando mens poteſt pro- 68.
bari ex coniecturis à lege approbatis.Corn.in conſil. 131.col.final.verſ.non enim obſtat. vol.1. Pariſ. in conſil. 41.numer.37.volum.3.Cephal.in conſil.259.numer.74. volum.2.Mantic.de coniectur.lib.3. titulo quinto,numer. 3. Alciat. in l. Gallus. §. quidam rectè, numer.5. ff. de liber. & poſthum. videlicet, quando lex ſuper coniectura diſponit †, vt in caſu l.cùm quæſtio.C. de lega- 69.
tis,vbi Imperator decidit,ita eſſe intelligenda veſtigia voluntatis,vt ſi reliquerit vni totum, deinde alteri partem illius totius, ipſa res diuidenda ſit

pro rata partis. Item *l. cùm virum. C. de fideicommiſſ.* vbi admittuntur probationes claræ contra verba, ad effectum ſeruandæ voluntatis defuncti. Item *l. generaliter, in princip. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi diſiunctiua reſoluitur in coniunctiuam ratione filiationis, & ſanguinis, *& l. cùm pater. §. à te peto. de legat. 2.* vbi diſiunctiua non reſoluitur in coniunctiuam inter perſonas, inter quas cadit affectio ordinata. Item *l. 1. C. de ſecund. nupt. & l. ſi inceſtu. C. de inceſt. nupt. & l. 1. C. de natural. liber.* vbi vocatos per copulatiuam, lex interpretatur ſecundùm ordinem ſucceſſiuum. Item *l. Scæuola. ff. ad Trebellian.* vbi lex interpretatur verbum directum eſſe obliquum, vt ſaluet voluntatem defuncti, & *l. tractabatur. ff. de milit. teſtament.* vbi lex interpretatur verbum obliquum eſſe directum, iſti enim, & ſimiles ſunt caſus particulares à lege deſiniti, & ita ſunt intelligendæ omnes aliæ leges pro prima opinione allegatæ, in quibus lex ipſa approbat coniecturas voluntatis defuncti comprobandæ. Quamobrem ex coniecturis à lege approbatis, nos poſſumus intelligere mentem teſtatoris contra verba expreſſa, eámque præferre verbis aliter ab ipſa lege intellectis. Nam verba nihil ope-
70. rantur †, quando iuris ratio non patitur, vt poſt Bald. & alios relatos, dicit Felin. *in cap. cauſam quæ. numer. 6. de reſcript.* Item verba non operantur, quando reſultaret intellectus contrarius iuris communis, ſed ad diſpoſitionem iuris reducen-
71. da ſunt †. Geminian. *in cap. ſi Papa in 3. limitat.* & Franch. *in 4. limitat. de priuileg. lib. 6.* per text. *d. cap. cauſam quæ. de reſcript.* Alexand. *in conſil. 33. numer. 10. verſ. item reſpondeo. volum. 1.* Pariſ. *in conſil. 110. numer. 48. volum. 1.* Bero. *in conſil. 134. numer. 20. volum. 2.*

Secundò declaratur, nam quando coniecturæ non ſunt à lege approbatæ, ſed repugnant ipſis
72. verbis, tunc ipſa verba ſunt † attendenda, quia conſulendo, & iudicando nõ debemus eſſe prophetæ, nec dicere quòd teſtator ita intellexit, quia ſi ita fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, quia in coniecturanda voluntate ſæpiſſimè fallimur. Crauett. *in conſil. 155. in fine.* & non poſſumus dicere teſtato-
73. rem ita voluiſſe, niſi appareat, quòd eius voluntas † tranſiuerit in diſpoſitionem, vt ſcripſi latiſſimè in principio articuli præcedentis, & contra coniecturas hominis, vt non ſufficiant ad inducendum fidei-
74. commiſſum, infinita conſilia allegari poſſunt †. Alexand. *in conſil. 53. volum. 4.* reſpondit pro feminis, non obſtante cõiecturata mente, inducta à fauore agnationis conſeruandæ, & quòd minus dilecta excludebat magis dilectum, & quòd ſi fuiſſet interrogatus idem dixiſſet, & *in conſ. 38. vol. 6.* idem reſpondit in eodem caſu, non obſtante dicta coniectura. Dec. *in conſil. 89.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura mentis, & quòd ſi fuiſſet interrogatus, ita dixiſſet, & non obſtante quòd ſolet fieri extenſio ex veriſimili mente. Idem reſpondit *in conſ. 273.* contra maſculos, non obſtante coniectura mentis deſumpta à mentione maſculorum, fauore agnationis, & non obſtante, quòd feminæ remotiores eſſent admiſſæ, & non obſtante quòd teſtator dixerat ſe velle conſeruari bona ſua in domo, & familia. Item non obſtante, quòd facta fuiſſet prohibitio alienationis, quibus omnibus coniecturis Decius *ibi* reſpondet. Idem Decius *in conſil. 291.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura deſumpta ab inſtitutione maſculorum, & deſcendentium, & non obſtante quòd teſtator dixerit, proximiores de domo habeant dictam hæreditatem, & non obſtante quòd feminas dotari mandauerit, & quòd poſiti in conditione erant expreſsè grauati, quibus coniecturis ipſe reſpondet. Socin. *in conſil. 227. volum. 2.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura deſumpta à fauore agnationis, & à prohibitione alienandi, & *in conſil. 62. volum. 3.* etiam in caſu fortiori reſpondit contra fideicommiſſum, & reſpondet omnibus coniecturis, & *in conſil. 69. volum. 3.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura, quòd liberi poſiti in conditione eſſent vocati, & quòd deſcendens remotior includeretur. Item non obſtante ſubſtitutione facta poſt mortem plurium, & mentione maſculorum, & *in conſ. 116. eod. vol. 3.* reſpondit contra fideicommiſſum, nõ obſtante coniectura deſumpta à fauore agnationis, & dotatione feminarum. Ruin. *in conſ. 79. vol. 2.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura deſumpta à prohibitione alienationis, & quòd bona perpetuò ſint in familia, & quòd vocauerit maſculos, quibus coniecturis ipſe reſpondet, & *in conſ. 143. eod. vol. 2.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura à mentione maſculorum, & quòd minus dilecta præferretur magis dilectis, & quòd extraneus eſſet ſubſtitutus, idem reſpondit *in conſil. 144. eod. vol. 2.* & *in conſ. 19. vol. 3.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura, quia volebat hæreditatem deuenire ad deſcendentes maſculos, non autem ad feminas, & idem reſpondit Iaſ. *in conſ. 143. vol. 2.* etiam ſtantibus dictis coniecturis nõ adeſſe fideicommiſſum, & *in conſ. 220. vol. 2.* vbi adducit coniecturã voluntatis teſtatoris extendendæ de caſu ad caſũ, quia ſi fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, & ibi excluſerat filias proprias, & conſiderauerat fauorem agnationis, & bonorum in familia, & concludit, nõ adeſſe fideicommiſſum in illo caſu. Idem *in conſ. 228. vol. 2.* vbi reſpondet fortioribus coniecturis, & *in conſil. 30. & conſil. 35. vol. 3.* etiam reſpondit contra fideicommiſſum, & fuerant conſideratæ multò fortiores coniecturæ, quibus omnibus Iaſon reſpondet. Pariſ. *in conſil. 44. volum. 2.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtante coniectura deſumpta à fauore agnationis, & à coniectura mentis, quia ſi fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, & non obſtante ſubſtitutione facta poſt mortem plurium, & *in conſil. 82. & conſil. 86. vol. 2.* reſpondit contra fideicommiſſum, non obſtantibus fortioribus coniecturis, quibus ipſe ſatisfacit. Item non obſtantibus dictis coniecturis reſponderunt cõtra fideicommiſſum, Riminald. iun. *in conſ. 119. vol. 1. & in conſil. 326. vol. 2. & in conſ. 521. vol. 3.* Gozadin. *in conſ. 29. & conſil. 104.* Socin. iun. *in conſil. 102. vol. 1. & in conſil. 177. & 185. & 187. & 188. vol. 2.* Crauett. *in conſ. 98. & conſ. 161.* Curt. iun. *in conſ. 69. & conſ. 89. & conſ. 125. & conſ. 156.* ex quorum doctrinis, & aliorũ Doctorũ quos præfati allegãt, clarã, & certã concluſionẽ eſſe credo, quòd dictæ cõiecturæ, quæ nõ ſunt à lege approbatæ, nõ ſunt recipiẽdæ ad inducendum fideicommiſſum, quia potiùs contra teſtatoris voluntatem induci diceretur.

Tertiò declaratur, nam mens †, & voluntas atten- 75.
denda eſt contra verba ex coniectura approbata per legem per extenſionem ad caſum ſimilem, ex regula *l. non poſſunt, & l. ſeq. & l. nam & poſteriores. ff. de legib. l. quia actionum. ff. de præſcriptis verb. l. quæſitum. ff. de teſtib. l. 1. ff. de bonorum poſſeſſ. ex teſtam. milit. l. 1. ff. qui bon. cedere poſſ.* Vt ſi caſus in lege omiſſus, ex eis, quæ expreſſa ſunt, facilè comprehendi poteſt. *l. veteres. ff. de itinere, actúque priu. l. 1. ff. quod met. cauſ. l. non dubium. C. de legib.* Nam expreſſum † in 76.
lege dicitur, in quo verſatur eadem ratio. Bald.

in

in l.data opera.col.4. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Alexand. *in conſil. 75. col. 1. volum. 5.* Item quod ex mente colligitur †, *l. prætor,in princip.*& *ibi gloſſ. in ver. expreſſum. ff. de noui oper.nuntiat.* & ibi notant Bartol. & cæteri, Tiraquell. *de legibus connubialib,*
78. *gloſſ. 7. num.162.* Item quod ſequitur † à verbis expreſſis. Bartol. *in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. de legat. 1. & in l. vxorem. §. agri plagam. de legat. 3.* alios allegat Surd. *in conſil. 143. numer. 20. volum. 1. & in deciſ. 254. numer. 37. & ſeq.* Propterea, ſi pu-
79. pilla cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris †, habuit filium intra tempora pubertatis, ſicut accidere poſſe, dicit Bartol. *in l. in pupillari, in fine. ff. de vulgari, & pupill.* tunc finietur pupillaris ſubſtitutio, vt dicit Bartol. *in d. l. in pupillari.* Item Bald. *in l.3. in fin. C. de inoffic. teſtament.* dicit, quòd diſpoſitio *l. final. C. de edicto Diui Adrian. tollend.* quæ vult hæredem ſcriptum eſſe mittendum in poſſeſſionem bonorum teſtatoris, habet locum in eo filio, cuius mater in ſuo puerperio deceſſit, quæ in teſtamento ſuos filios ſcripſerat hæredes, quia iſte filius ex legis præſumptione cenſetur inſtitutus hæres à matre ſimul cum aliis filiis, ex *d.l.3.C.de inoffic.teſtam.* & hanc doctrinam ſequuti ſunt multi Doct. relati per Menoch. *in conſil.5.n.30.vol.1.* qui oſtendit eſſe communiter receptam. Alios plurimos caſus ponit Stephanus de Federicis *in tractatu de interpretatione iuris, parte quarta,* ex quibus licebit intelligere coniecturam fideicommiſſi à lege approbatam poſſe extendi per ſimilitudinem rationis, vel ad caſum ab ipſa ratione in lege data comprehenſum.

ARTICVLVS III.

An & quando fideicommiſſum reciprocum inducatur inter vocatos.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum reciprocum, quando inducatur, à quibus ſcriptum eſt.*
2. *Coniecturis non induci fideicommiſſum reciprocum.*
3. *Fideicommiſſum reciprocum induci per clauſulam, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum adinuicem.*
4. *..item ſi in codicillis dixerit, vos inuicem ſubſtituo.*
5. *..item ſi clauſula, vos inuicem ſubſtituo, ſit ſimpliciter appoſita in teſtamento cum clauſula codicillari.*
6. *..idem ſi teſtator vſus fuiſſet verbis æquipollentibus clauſulæ codicillari.*
7. *..idem ſi dixerit, quandocumque alter veſtrûm deceſſerit, alterum ſubſtituo.*
8. *Clauſula* vulgariter & pupillariter, & per fideicommiſſum, *quando faciat reciprocum per vulgarem, & quando per fideicommiſſum.*
9. *Subſtitutio compendioſa inducitur per verba ſignificantia tractum temporis in futurum.*
10. *Subſtitutio vulgaris ſola, eſt inducta per clauſulam, vos inuicem ſubſtituo.*
11. *Subſtitutio reciproca per ſui naturam eſt directa.*
12. *Fideicommiſſum reciprocum, quando ſit fruſtratorium.*
13. *..non inducitur inter deſcendentes ſimpliciter adinuicem ſubſtitutos.*
14. *..niſi additum ſit, in perpetuum, vel in caſum mortis.*
15. *Clauſula codicillaris adiecta, vos inuicem ſubſtituo, aliquando non importat fideicommiſſum.*
16. *..confirmat, non autem ampliat fideicommiſſum.*
17. *Fideicommiſſum reciprocum factum dicitur, vbi tria requiſita concurrunt.*
18. *Fideicommiſſum reciprocum per coniecturas induci non poteſt.*
19. *..niſi coniecturæ ſint vrgentes, & neceſſariæ.*
20. *..non eſt inductum reciprocum inter filios ex eo quia factum fuit inter nepotes ſubſtitutos.*
21. *Diſpoſitio hominis de vna perſona non extenditur ad alteram.*
22. *Subſtitutiones non ſunt extendendæ ad alias perſonas.*
23. *Qualitas circa vnam perſonam, non extenditur ad aliam.*
24. *Fideicommiſſum reciprocum non cenſetur inductum, niſi euidenter conſtet.*
25. *..non cenſetur in dubiò inductum.*
26. *Extenſio non eſt facienda de gradu in gradum.*
27. *Subſtitutio reciproca tacita, non reperitur in iure.*
28. *Fideicommiſſum reciprocum non inducitur ex prohibitione alienationis.*
29. *..non inducitur inter filios ex eo quia fuit inductum inter nepotes.*
30. *..factum inter filios non cenſetur repetitum inter tranſuerſales ſubſtitutos.*
31. *Subſtitutio reciproca eſt fauorabilis, & fauor non extenditur.*
32. *Fideicommiſſum reciprocum non extenditur de filiis inſtitutis, ad deſcendentes maſculos.*
33. *Deſcendentium appellatio continet eos, qui ſunt eiuſdem gradus.*
34. *Vocati in eodem gradu, cenſentur per vulgarem.*
35. *Prohibitio alienationis potius cenſetur facta ad fauorem filiorum, quàm vt inducat fideicommiſſum reciprocum inter prohibitos.*
36. *Fideicommiſſum reciprocum inter filios non extenditur ad filios filiorum.*
37. *..non dicitur inductum propter cauſam conſeruandæ agnationis.*
38. *Fideicommiſſum ſimplex inducitur ob cauſam conſeruandæ agnationis.*
39. *Agnationis conſeruandæ ratio eſt reſtringenda ad perſonas expreſſas, neque ampliat ad alias perſonas.*
40. *Fideicommiſſum reciprocum inducitur, quando concurrit alterum requiſitum cum ratione agnationis conſeruandæ.*
41. *..non inducitur ratione dilectionis inſtitutorum, quando eſt ſubſtitutus extraneus.*
42. *..niſi concurrat alterum requiſitum.*
43. *..non inducitur per ſolam qualitatem deſcendentium, & liberorum inter eos.*

De hoc articulo pleniſſimè ſcripſerunt †, qui ante me fuerunt. Mantic. 1.
de coniectur. lib. 7. titulo 5. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 13. per totum.* Menoch. *in lib. 4. præſumptione 162.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita, part.6. à numer. 86. & infrà. ff. ad Trebellian.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. ſolutione 1. à numer. 20. ad finem fol. 322.* Intrigliol. *in tract. de ſubſtitutionibus, centur. 2. quæſt. 64.* qui alios referunt. Sed nullus melior Menochio, qui in duo capita materiam diuiſit, videlicet, quando teſtator expreſsè vocauit filios, & deſcendentes, item quando eoſdem

eoſdem in conditione poſuit. Ego verò,qui parum
2. credo† cõiecturis,& ſæpiſſimè contra illas conſului,
& interdum iudicaui,hanc tractationem in duo capita diſtinguo. Primum, quando ex expreſſis fideicommiſſum reciprocum inducatur. Secundum, ex quibus coniecturis à Doctoribus conſideratis fideicommiſſum reciprocum inductum non dicatur.

In primo capite, erit primus caſus,ſi teſtator expreſſe,facta plurium inſtitutione,ſubſtituit eoſdem vulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum ad-
3. inuicem †, nam per dictionem *adinuicem*, inducitur
fideicommiſſum explicitum eſſe reciprocum. *l. Lucius.ff.de vulgari,& pupill.ſubſtit.* & *ibi* Ripa *num.*46. Immol.*n.*12.Alex.*num.*19.Mantic.*de coniectur. lib.*7. *titulo* 4.*num.*7.*& titulo* 5.*num.*1. Dec.*in conſil.*86.*n.*1. Menoch. *in lib* 4.*præſumpt.*60. *numer.*84. Rota *deciſ.* 361.*num.*8.*part.*1.*in vltimis*.Idem ſi teſtator prætermiſſis verbis,per fideicommiſſum, ſimpliciter dice-
4. ret in codicillis †,vos inuicem ſubſtitui. Nam hæc
clauſula in teſtamento appoſita non importat fideicommiſſum reciprocum, vt dicit Bartol. *in d.l. Lucius,num.*20.*ff.de vulgari*,& eſt communis opinio, vt per Alexand.*in l.iam hoc iure,num.*4.*ff.de vulgari*.Sed ſi appoſita eſſet in codicillis,tunc importaret fideicommiſſariam.Ripa *in d.l.Lucius,num.*43. *verſ. tertiò limita.* poſt Bartol.*numer.*20. Alciat. *ibi num.*47. *verſ. cæterùm.* Iaſ. *in l.verbis ciuilibus,numer.*16.*ff.de vulgari.* Aquilin. *in l. centurio.part.*4. *numer.*60.*ff.de vulgari.*Mantic. *lib.*7. *tit.*4. *numer.*8. Menoch. *præſumpt.* 60. *numer.*71. *lib.*4. Paul.Leon. *in tract.de ſubſtitution. titulo de reciproca,numer.* 33. *& ſeq.* Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio.quæſt.*54. *numer.* 5. vbi atteſtatur eſſe magis communem concluſionem.Couar. *in cap.Raynutius.*§.7.*num.* 3. *de teſtament.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu.*§.19. *numer.* 16. vbi poſt alios relatos atteſtatur hanc eſſe magis communem, & veriorem con-
5. cluſionem. Idem ſi clauſula †,*vos inuicem ſubſtituo*,
eſſet appoſita in teſtamento, adiecta clauſula codicillari,tunc enim contineret fideicommiſſum. Paul. de Caſtr. *in l.ſi frater. C.de fideicommiſſ.* Mantic. *lib.* 7.*tit.*4. *numer.* 9. *verſ. ſed contrariam*, vbi probat eſſe magis communem. Oddus *de compendioſa part.* 6. *quæſt.* 5. *numer.* 2. *verſ. limitatur ſecundò.* Craſſ. *in* §. *codicillis. in princip. numer.* 20. *& in* §. *ſubſtitutio.quæſt.* 54. *numer.*6. omnes relatis aliis Doctoribus, atteſtantur de magis communi. Guido Pap. *deciſ.* 513. & Benedictus *in cap. Raynutius.part.* 2. *verb. ſi abſque liberis in* 2. *numer.* 33. *& ſeq.* dicit
6. idem eſſe, ſi teſtator in teſtamento vſus fuiſſet †
verbis æquipollentibus clauſulæ codicillari. Idem ſi teſtator in teſtamento dixiſſet,quandocumque al-
7. ter veſtrûm deceſſerit †, vos inuicem ſubſtituo,
hæc enim compendioſa propter dictionem *quandocumque*, comprehendit etiam tempus poſt aditam hæreditatem, & ita fideicommiſſariam continebit. Bartol.*in d.l.Lucius,num.*5.*& num.*20.*in fin.* Alexand. *in l.*2.*numer.*2. *C.de impuber.ſubſtit.* Ripa *in d. l. Lucius, numer.* 46. Iaſ. *numer.* 30. Menoch. *in d. præſumpt.*60.*numer.*85.*lib.*4. Craſſ. *in* §.*ſubſtitutio.quæſt.* 54. *in fin.* vbi atteſtatur eſſe receptiſſimam ſententiam. Oddus *de compendioſa part.* 6.*quæſt.*5.*numer.*2. *verſ. limitatur primò.* Et in hoc caſu nulla dubitatio eſſe debet, quia verba teſtatoris reſpectu reciprocæ ſubſtitutionis ſunt clara, ſiue expreſsè dicta fuerint per fideicommiſſum,ſiue in locis, à quorum virtute ad fideicommiſſum trahi poſſunt,*per l.Scæuola. ff. ad Trebellian.* de qua re ſcribam latiùs infrà in materia compendioſæ ſubſtitutionis.

Declaratur iſte caſus,vt clauſula,*vulgariter,pupillariter, & per fideicommiſſum*, adinuicem ſit intelli-
genda, vt ante aditam ſit reciproca, directa per
vulgarem †, poſt aditam, ſi contigerit mori in 8.
pupillari ætate, ſit directa reciproca pupillaris, & poſt mortem in pubertate, ſit fideicommiſſaria. Bartol. *in l.centurio, numer.*38. Sed hoc intelligitur, quando eſſet appoſita conditio mortis, vt ſcripſi *in tractatu de clauſulis.parte* 3.*clauſula* 95. vel dictio *in perpetuum*,aut altera,quæ denotaret tractum temporis in futurum. Alexand. *in conſil.*59.*numer.*4. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.*20. *in fin. volum.*3. Socin. iun. *in*
*conſil.*168.*numer.*78. *volum.*2. per verba enim † de- 9.
notantia tractum temporis in futurum,ſignificatur compendioſa. Bartol. *in l. centurio, numer.* 9. *&* 26. *verſ. tertia opinio, & numer.*32. *ff.de vulgari*, & compendioſa continet fideicommiſſariam. Alexand. *in conſil.*2. *numer.*2. *volum.* 7. Dec. *in conſil.* 227. *col.* 2. Curt. iun. *in conſil.*86. *numer.*3. Ex qua declaratione infertur, quòd ſi circumſcriptis verbis denotantibus tractum temporis in futurum,teſtator ſimpliciter dixiſſet, vos inuicem ſubſtituo, non eſſet in-
ducta fideicommiſſaria, ſed ſola vulgaris †. Bar- 10.
tol. *in d.l. Lucius, numer.*20. *ff. de vulgari*, & *ibi* Alexand. *numer.* 19. *& in l. qui plures, in* 1. *in primo notab. ff.eod. tit.& in l.*2. *C. de impub. ſubſtit.& in conſil.* 100. *volum.* 7. Dec. *in l. in teſtamenta,numer.* 3. *C.de teſtament. milit. & in conſil.* 86. *col.* 1. *& conſil.*205. *numer.* 6. *& conſil.* 248. *numer.* 5. Subſtitutio enim
reciproca † ex ſui natura eſt directa ſubſtitutio, 11.
ideo non poteſt alias diuerſæ naturæ obliquæ, ſed ſolas directas continere. Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis moreretur*, in loco breuiloquæ. Item quia ſi per verba ſimpliciter dicta, vos inuicem ſubſtituo, eſſet inductum fideicom-
miſſum,eſſet inutile, & fruſtratorium †, quia 12.
tantum vnus daret, quantum reciperet. *l. ab omnibus.* §.*ſi à Titio. de legat.* 1. Bartol. *in l.*1.*C.de pact.* Ruin. *in conſil.* 7.*numer.*11. *volum.* 3. & dicit text. *in l. cùm pater.* §. *libertis. de legat.* 2. quòd ſi omnes hæredes grauati, contra teſtatoris prohibitionem ſuas portiones alienauerint, fit compenſatio, aliter abſurdum eſſet, petitionem mutuam inter ipſos admittere, quia tantum vnus daret,quantum ab altero reciperet. Et hæc concluſio eſt vera,etiamſi teſtator inſtituiſſet ſuos deſcendentes, eóſque inuicem ſubſtituiſſet;per huiuſmodi enim verba ita ſim-
pliciter dicta † non inducitur fideicommiſſum inter 13.
deſcendentes,ſed ſola vulgaris.Bartol.*in d.l. Lucius*, & *ibi* Ripa *n.*45.atteſtatur eſſe communem opinionem,& quòd ſubſtitutio his verbis facta ſub nomine collectiuo *deſcendentes*, non inducat fideicommiſſum reciprocum inter eos,latiſſimè probat Menoch.*in conſil.*85.*n.*73.*& n.*82 *& plur.ſeq.*qui reſpondet omnibus contrariis, *& in conſ.*376.*n.* 13.*& ſeq. vol.* 4. Nõ enim ſufficit deſcendentes adinuicẽ ſub-
ſtituere,niſi verba addita ſint†,*in caſum mortis,vel in* 14.
perpetuum, aut alia tractum temporis in futurum ſignificantia, vt compendioſa inducta dici poſſit, & per conſequens fideicommiſſaria,quæ ſub compendioſa continetur, vt ſcripſi etiam in præcedenti articulo,& probat etiam Berous *in conſil.*82.*vol.*2.

Secundò declaratur iſte caſus reſpectu clauſulæ codicillaris,vt per eam cenſeatur inductum fideicommiſſum, quando cum verbis, *inuicem ſubſtituo*,
eſſent appoſita alia verba tractum temporis† ſigni- 15.
ficantia,quoniam d.clauſula codicillaris operatur in ſola compendioſa in terminis *l.verbis ciuilibus. ff. de vulgari*, de illa tractantis, vt *ibi* Doctores interpretantur, & Dec. *in l.precibus.C. de impuber. ſubſtit.* dat rationem, quia d. clauſula eſt acceſſoria, & ſo-
lùm confirmat diſpoſita,non autem ampliat †,Ri- 16.
pa

pa *in d. l. centurio, numer.* 85. *verſ. ego crederem. ff. de vulgari & pupillari*; ergo non poteſt inducere fideicommiſſariam in ſola reciproca, quia tunc addetet ei tempus contra propriam naturam. Contrarium eſt in compendioſa, quæ continet plura tempora, ideo in compendioſa inducit fideicommiſſum, in fideicommiſſaria verò inducere non poteſt, & hanc opinionem probat Cephal. *in conſil.* 420. *num.* 22. *& plur. ſeq. vol.* 3.

Secundus caſus huius capitis eſt, fideicommiſ-
17. ſum reciprocum † factum dicitur, etiam vbi tria requiſita concurrunt, videlicet, quòd illi, inter quos inductum prætenditur, vocati fuerint. Item quòd ſubſtitutio vltimo ex illis morienti facta fuerit. Item quòd de omnibus bonis facta fuerit, quæ requiſita colliguntur ex *l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat.* 2. Verùm quia de hoc caſu pleniſſimè ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 9. *articulo quinto*, ibi videbitis plures caſus in ſingulis requiſitis, cum ſuis declarationibus fuiſſe conſideratos.

Secundum caput principale huius articuli continebit plurimos caſus, in quibus ex coniecturis fideicommiſſum reciprocum inductum eſſe Doctores ſcriptitarunt, de quorum veritate diſputare intendo. In quorum explicatione hoc in primis præſuppono, Doctores ſcripſiſſe plurimos, fideicommiſſum
18. reciprocum † aut coniecturis induci non poſſe, vt dixit Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita*, & *ibi* Tornellus *num.* 34 *ff. ad Trebellian.* Alciatus *reſponſo* 447. *in fine*. Menoch. *in conſil.* 489. *num.* 10. *vol.* 5. Aut conie-
19. cturas debere eſſe multum neceſſarias †, vt fideicommiſſum reciprocum concludere poſſint, vt ſcripſerunt Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. poteſt. ff. de vulgari, & pupill.* Addentes ad Riminald. ſen. *in conſil.* 224. *numer.* 56. & alij ad hoc allegati per Zanch. *in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. part.* 6. *numer.* 99. & per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 13. *in princip.* Menoch. *in conſil.* 85. *numer.* 65. *volum.* 1. *& in conſil.* 274. *numer.* 6. *volum.* 3. *& in conſil.* 327. *numer.* 29. *volum.* 4. Idcirco valdè perſcrutandum eſt, an in caſibus à Doctoribus conſideratis, coniecturæ ita vrgentes, & neceſſariæ interuenerint, vt pro fideicommiſſo reciproco iudicari poſſit.

Primus igitur caſus eſt, coniectura non eſt neceſſaria, neque recipienda eſt, dicere, quòd ſi teſta-
20. tor † fecit ſubſtitutionem reciprocam inter nepotes ſubſtitutos; ergo etiam inter filios priùs inſtitutos eandem reciprocam feciſſe dicitur. Nam contra iſtam coniecturam plurimæ iuris regulæ ob-
21. ſtare videntur. Prima, quia diſpoſitio hominis † in vna perſona, in quacumque materia non extenditur ad aliam perſonam. *l. ſi vnus. § ante omnia. ff. de pactis. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obligat.* Aretin. & moderniores *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* vbi quòd inſtitu-
22. tiones, & ſubſtitutiones † relatæ ad certas perſonas, non extenduntur ad alios. Honded. *in conſil.* 56. *numer.* 7. *volum.* 2. Surdus *in conſil.* 504. *numer.* 21. *volum.* 4. Menoch. *in conſil.* 97. *numer.* 91. *volum.* 1. vbi atteſtatur eſſe magis communem opinionem. Burſat. *in conſil.* 371. *n.* 10. *vol.* 3. vbi pariter de communi.
23. Item regula, quòd qualitas circa † vnam perſonam, non extenditur ad aliam. *l. quæ conditio. ff. de condit. & demonſtrat. l. Seio. ff. de legat.* 2. Bartol. *in l quæſitum. §. Caio, col. final. ff. de fundo inſtruct.* ergo reciproca inter nepotes ſubſtitutos non eſt extendenda ad filios inſtitutos, qualitas enim nepotum non conuenit filiis. Item regula, quòd teſtator non cenſetur induxiſſe
24. tacitum fideicommiſſum † reciprocum, niſi euidenter conſtet. *l. final. § filium. de legat.* 2. Alex. *in l. ſi pater impuberis. ff. de vulgari, & pupill. & in l. ſi pater filias. §. final. ff. ad legem falcid. & in conſ.* 11. *vol.* 3. Item regula, quòd in dubio facienda eſt interpretatio, vt euitetur fideicommiſſum †, tanquam odioſum, *l. cohæ-* 25.
redi. § cùm filia. ff. de vulgari, & pupill. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* Dec. *in conſ.* 465. *n.* 14. Burſat. *in conſ.* 52. *n.* 13. & ita Doctores firmant, in dubio ſemper contra fideicommiſſum eſſe iudicandum. Crauett. *in conſ.* 180. *n.* 1. *& in fin.* multò magis hæc regula eſt vera, vt euitetur fideicommiſſum reciprocum, vt ſcripſi in præſuppoſito huius capitis.
Item regula † quòd diſpoſita in vno gradu, non ex- 26.
tenduntur ad alterum gradum. *l.* 3. *§. filius. ff. de liber. & poſthum.* Ideo reciproca expreſſa in nepotibus non eſt extendenda ad filios, qui ſunt diuerſi gradus, & ſicut fecit illam in nepotibus, ita feciſſet inter filios, ſi ita voluiſſet. argum. *l. vnica. §. ſin autem addeficientis. C. de caduc. toll.* & vbi non expreſſit, non videtur facere voluiſſe. *l. cùm prætor ff. de iudic. cap. non ne, & c. qualis. de præſumpt.* & vbi non expreſſit, non præſumitur voluntas. *l. quoties. ff. de hæred. inſtit. l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* Item quia tacita reciproca † non repe- 27.
ritur in iure ſcripto, niſi concurrant requiſita, de quibus *in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat.* 2. Ideo prohibitio alienationis reſtricta ad ſimplex fideicō-
miſſum, non facit † illud eſſe reciprocum. Cuman. *in* 28.
l. peto. § fratre. de legat. 2. Immol. *in l. ſi ita quis. § ea lege ff. de verb. obligat.* & alia ad hoc allegata per Cephal. *in conſ.* 17. *n.* 24. *vol.* 1. nam quilibet hæredum videtur potius prohibitus alienare gratia ſuorum liberorum ad quos hæreditas peruentura eſt, quàm gratia cohæredis, vel collegatarij. Salyc. *in l. quoties, in* 1. *verſ. pro iſta diuerſitate. C. de fideicommiſſ.* Paul. de Caſtr. & Alex. *in l. ſi filiusfamil. § diui. de legat.* 1. *& in l. qui Romæ. § cohæredes. ff. de verb. obligat.* vbi Alexand. *col.* 3. *in fin. verſ. in quantum.* Socin. *num.* 12.

Et quòd per ſupradictam coniecturam non neceſ-
ſariam, nec recipiendam, non inducatur † fideicom- 29.
miſſum reciprocum inter filios, firmarunt Riminald. ſen. *in conſil.* 28. *col.* 2. *in fin. & col.* 4. Alciat. *in conſil.* 87. *in princip. libro* 9. Cephal. *in conſ.* 430 *num.* 19. *& ſeq. &* 40. *vol.* 3. Socin. ſen. *in conſ.* 62. *num.* 8. *in fin. vol.* 3. Peregrin. *in conſ.* 56. *n.* 9. *vol.* 2. Caualcan. *deciſ.* 15. *n.* 3. *vol.* 3. Sicuti è contrario ex reciproca inter filios inſtitutos non infertur ad tacitam reciprocam inter deſcendentes ab illis ſubſtitutos, vt probat Torniell. *in d. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum.*

Ex his infertur non eſſe veram opinionem, quòd
reciproca facta inter filios, cenſeatur etiam † repeti- 30.
ta inter tranſuerſales ſubſtitutos, prout firmarunt, Ruin. Crauett. & Socin. iun. relati per Menoch. *in lib.* 4 *præſumpt.* 62. *n.* 39. & hanc opinionem ſequutus fuit idem Menoch. *in conſil.* 277. *num.* 8. *volum.* 3. *& in conſ.* 310. *num.* 7. *vol.* 4. *& in conſil.* 530. *num.* 4. *& ſeq. & num.* 27. *volum.* 5. licèt ipſe idem Menoch. *in d. præſumpt.* 62. *numer.* 39. *verſ. cæterùm à prædicta opinione*, contradicat, & ſequatur contrariam, quæ ex allegatis regulis verior; quoniam non eſt neceſſaria conſequentia, nec coniectura recipienda, quòd ſi teſtator reciprocè ſubſtituit filios; ergo etiam cenſeatur reciprocè ſubſtituiſſe tranſuerſales, quo-
niam reciproca ſubſtitutio † eſt fauorabilis. *l.* 31.
de fideicommiſſo. C. de tranſact. Cæſar Barz. *in deciſ. Bononienſi* 5. *numer.* 35. *& deciſ.* 6. *numer.* 53. Sed à fauore, quo proſequutus eſt filios, non eſt neceſſariò inferendum ad fauorem tranſuerſalium, qui minus filiis dilecti ſunt, ita arguit Crauett. *in conſil.* 306. *col. final.* & ſubſtitutio reciproca nunquam inducitur, niſi aut expreſsè facta

facta fuerit, aut neceſſaria coniectura illam inferat. Burſat. *in conſil.* 301 *numer.* 11. *vol.* 2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 13. *n.* 4. *& n.* 73.

Secundò infertur, non eſſe veram opinionem eorum qui firmant, quòd ſi teſtator ſubſtituerit reciprocè filios ſuos inſtitutos, & poſt finitam eorum li-
32. neam, vocauerit deſcendentes † maſculos ex tranſuerſalibus, quòd etiam ſubſtitutio fideicommiſſaria reciproca ſit inducta inter dictos deſcendentes ex tranſuerſalibus, quam firmarunt Torniell. *in d. l. Gallus. §. quidam rectè, numer.* 72. *ff. de liber. & poſthum.* Decian. *in conſil.* 41. *numer.* 91. *volum.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 19. *numer.* 28. hæc opinio propter ſupradictas regulas, & communes concluſiones recipienda non eſt, & contra iſtorum opinionem ſcripſerunt Cuman. *in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. numer.* 4. *de legat.* 2. & *ibi* Alciat. *col. final. & in d. l. Gallus. §. quidam rectè. numer.* 32. *&* 55. *ff. de liber. & poſthum.* & *ibid.* Rip. *numer.* 64. Idem Cuman. *in l. peto. § fratre, numer.* 5. *ff. de legat.* 2. *& in l. ſi agnatis. ff. de rebus dubiis*, quia nomen collectiuum *deſcenden-*
33. *tes* †, comprehendit eos, qui eiuſdem gradus ſunt, eodem tempore; ideo intelliguntur vocari per
34. vulgarem †, nec eſt neceſſe, quòd aliis deſcendentibus reſtituant, ſed ſecundùm naturam vulgaris, vno ex dictis deſcendentibus admiſſo, ſubſtitutio expiret, ita firmarunt Alexand. *in conſil.* 13. *num.* 7. *& in conſil.* 14. *volum.* 4. Crauett. *in conſil.* 131. *num.* 5. *& ſeq.* Riminald. iun. *in conſil.* 371. *numer.* 72. *& numer.* 149. *& plur. ſeq. volum.* 4. Surd. *in conſil.* 315. *numer.* 13. *& ſeq. volum.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *numer.* 11. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *dubitat.* 4. *numer.* 37. *fol.* 342. Menoch. *in conſil.* 85. *numer.* 53. *&* 67. *volum.* 1. vbi probat hanc opinionem eſſe veriorem, quam intelligas, vt ſcripſi in declaratione ſecundi caſus articuli præcedentis.

Tertiò infertur non eſſe veram coniecturam, neque recipiendam ad probandum reciprocam ſubſtitutionem ex prohibitione alienationis facta ipſis
35. inſtitutis †, nam, vt dixi, quilibet cenſetur prohibitus potius gratia ſuorum liberorum, quàm gratia cohæredis, vel collegatarij, & ita firmarunt Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita. numer.* 15. *verſ. ampliatur. ff. ad Trebellian.* Socin. *in conſil.* 69. *col. pen. verſ. igitur fortius. volum.* 3. Dec. *in conſil.* 291. *num.* 5. Ruin. *in conſil.* 96. *numer.* 12. *volum.* 2. Menoch. *in conſil.* 376. *numer.* 55. *& in conſil.* 489. *numer.* 4. *volum.* 5. *& in conſil.* 1056. *numer.* 27. *& ſeq. volum.* 11. Peregrin. *in conſil.* 30. *numer.* 33. *& ſeq. volum.* 3. Menoch. *in d præſumpt.* 62. *numer.* 40. *lib.* 4. qui alios allegat, & ſcribam latiùs de hoc in quæſtione de fideicommiſſo inducto per prohibitionem alienationis.

Quartò infertur, non eſſe coniecturam neceſſariam ad probandum fideicommiſſum reciprocum, quòd ſicut teſtator fecit fideicommiſſum recipro-
36. cum † inter filios, ita idem cenſeatur feciſſe inter filios filiorum, quam coniecturam defendit Menoch. *in conſil.* 575. *numer.* 10. *& ſeq. volum.* 6. & *ibi numer.* 11. *verſ. & in ſpecie*, atteſtatur, ita in ſpecie hac reſpondiſſe Dec. *in conſil.* 95. *col. penult. verſ. nec obſtat ſi dicatur, & in conſil.* 269. *numer.* 10. *verſ. difficultas videtur, & in conſil.* 480. *numer.* 7. Crauett. *in conſil.* 98. *numer.* 1. Hæc coniectura recipienda non eſt per ſupradictas regulas, per quas probatum eſt, extenſionem de perſona ad perſonas faciendam non eſſe, ad inducendum fideicommiſſum reciprocum, & contra Menochium in eadem cauſa reſpondit Surdus *in conſil.* 329. *volum.* 3. vbi probat, quòd nec inter ipſos filios erat inductum reciprocum ex coniecturis à Menochio allegatis, & *numer.* 75. concludit contra Menoch. quòd multò minus potuit dici inductum inter filios filiorum. Item quia Dec. & Crauett. in dictis conſiliis loquuntur in diuerſis caſibus, & parum accuratè à Menochio allegati fuere.

Secundus caſus eſt, non eſſe coniecturam neceſſariam ad probandum fideicommiſſum reciprocum, quando teſtator fecit ſubſtitutionem exprimendo † 37.
cauſam pro conſeruandis bonis in agnatione, atque inſtituit maſculos, qui familiam conſeruare poſſunt, hæc enim coniectura non eſt neceſſaria, prout requiritur ad probandum reciprocum, vti etiam ſcripſerunt Ripa *in d. l. hæredes mei. § cùm ita, numer.* 17. *&* 23. Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *titulo* 5. *numer.* 14. Riminald. iun. *in conſil.* 602. *numer.* 28. qui alios refert, & idem Menoch. *in conſil.* 489. *numer.* 10. *volum.* 5. vbi coniecturas non eſſe ſufficientes ad inducendum fideicommiſſum reciprocum, quamuis ad inducendum † ſimplex fideicommiſſum aliquando 38.
ſufficere poteſt. Item quòd coniectura deſumpta ad conſeruationem agnationis non ſit ſufficiens ad probandum fideicommiſſum reciprocum, firmarunt Dec. *in conſil.* 287. *numer.* 9. Pariſ. *in conſil.* 72. *numer.* 35. *& ſeq. volum.* 3. Crauett. *in conſil.* 898. *num.* 24. poſt Socin. *in conſil.* 62. *col. penult. verſ. nec obſtat, & in conſil.* 116. *col.* 3. *verſ. præterea. volum.* 3. Surd. *in conſil.* 315 *numer.* 50. *& in conſil.* 329. *numer.* 11. *volum.* 1. Menoch. *in conſil.* 327. *numer.* 73. *volum.* 4. *conſil.* 376. *numer.* 40. *in fin. volum.* 4. *& conſil.* 636. *numer.* 28. *volum.* 7. *& in conſil.* 1056. *numer.* 22. *volum.* 11. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 62. *numer.* 37. Ratio enim conſeruandæ agnationis † attenditur ſolùm in perſonis 39.
nominatis, nec extenditur vltra illas. Lanar. *in conſil.* 60. *numer.* 64. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 29. *numer.* 39. Item agnationis fauore non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones. Cephal. *in conſil.* 44. *numer.* 46. *vol.* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *titulo* 15 *numer.* 6. Item quia ratio conſeruandæ agnationis non eſt finalis, ſed imaginatiua, & opinatiua, & facilè in ea errare poſſumus, vt poſt alios relatos probat Berous *in conſil.* 120. *numer.* 16. *volum.* 2. de qua re ſcribam latiùs infrà *in articulo ſequenti.* Item quia Doctores qui allegari ſolent ad probandam iſtam coniecturam eſſe ſufficientem, non loquuntur ſimpliciter, ſed cum adiuncto, videlicet, quando ſubſtitutio † 40.
eſt facta, concurrente altero tantùm requiſito, videlicet, vel in tota hæreditate, vel vltimo morienti, tunc enim dicta coniectura agnationis conſeruandæ poſſet tolerari ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, vt dicunt Surd. *in d. conſil.* 329. *numer.* 17. *volum.* 3. Et in hunc ſenſum loquuntur Zanch. *in d. l. hæredes mei § cum ita. part.* 6. *numer.* 176. *ff. ad Trebelleian.* Crauett. *in conſil.* 113. *numer.* 2. *& in conſ.* 130. *numer.* 6. Socin. iun. *in conſil.* 110. *numer.* 39. *& in conſil.* 115. *numer.* 7. *& in conſil.* 145. *numer.* 43. *vol.* 3. & alij plures, qui ſolent allegari, & ſemper loquuntur, concurrente altero tantùm ex requiſitis neceſſariis, de quibus *in d. l. Titia Seio. § Seia libertis. de legat.* 2.

Tertius caſus eſt, non eſſe neceſſariam, nec recipiendam coniecturam ad probandum reciprocum fideicommiſſum, ex prædilectione teſtatoris erga inſtitutum †, cùm extraneus fuiſſet ſubſtitutus, 41.
ex hac enim ſola coniectura, quòd deſcendentes fuerint inſtituti, & extraneus fuiſſet ſubſtitutus, non inducitur neceſſaria coniectura, vt inter ipſos deſcendentes fuerit inductum reciprocum fideicommiſſum, & ita firmarunt Ripa *in d l. hæredes mei. § cùm ita. num.* 27. *ff. ad Trebellian.* vbi quòd ſolùm cenſetur inter

inter dictos deſcendentes reſeruatum ius legitimæ ſucceſſionis. Torniell. *in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 40. ff. de liber. & poſthum.* Non enim † ſufficit quòd
42. ſit de deſcendentibus teſtatoris, niſi concurrat alterum ex requiſitis neceſſariis, vel quòd ſit ſubſtitutus in titulo, vel vltimo decedenti, & in hunc ſenſum loquuntur omnes. Peregrin. *in conſil.* 130. *numer.* 14. & 17. *volum.* 3. & *de fideicommiſſ. artic.* 13. *numer.* 59. *prope medium.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu, lib.* 3. § 25. *numer.* 42. & *ſeq.* Et in omnibus tribunalibus ita recepta eſt hæc ſententia, vt qualitas de-
43. ſcendentium, & liberorum † ſola non ſufficiat ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, niſi alterum ex requiſitis concurrat. Barz. *deciſ.* 6. *num.* 40. & 45. & 47. & *deciſ.* 7. *numer.* 9. Rota *deciſ.* 134. *in fine, in nouiter Nouiſſim.* Seraphin. *in deciſ.* 934. quæ eſt in eadem cauſa Bononienſi de Felicinis, & altera deciſio alteram declarat, Rota *in deciſ.* 266. *in fine parte* 1. in vltimò impreſſis. Cacheran. *deciſ.* 110. *numer.* 12. in quibus deciſionibus cæteri Doctores allegantur. Item Alba. *in conſil.* 51. *num.* 8. & 17. dicit opinionem contrariam, volentem, etiam citra dicta requiſita, coniecturam deſcendentium, vel liberorum ſufficere ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, eſſe contra communem omnium Doctor. concluſionem, & reſpondet contrariis. Idem dicit *in conſil.* 32. *numer.* 9. & pro hac parte plurimos allegant Peregrin. *in d. artic.* 13. *numer.* 41. & Surd. *in d. conſil.* 329. *num.* 16. *vol.* 3.

Articvlvs IV.

An ratio conſeruandæ agnationis inducat fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum inducitur ex ratione agnationis conſeruandæ à teſtatore expreſſæ.*
2. ... *ſiue proferatur per ſe, ſiue per modum cauſæ.*
3. *Agnati vocati per fideicommiſſum, quo ordine admittantur.*
4. *Prohibitio alienationis quando eſt conſecutiua ad fideicommiſſum.*
5. *Agnatus qui vult admitti ad fideicommiſſum, debet probare ſe eſſe proximiorem.*
6. ... *& de tempore mortis.*
7. *Succeſſio ex teſtamento regulatur à ſucceſſione ab inteſtato.*
8. *Agnati proximiores ſi reperiantur plures in eodem gradu, ad quem deferatur ſucceſſio.*
9. ... *& quòd ſenior ſit præferendus, contra Decianum aliter ſcribentem.*
10. *Agnati proximiores quando admittendi ſunt, de tempore euenientis conditionis.*
11. *Fideicommiſſum conditionale purificatum, quomodo æquiparetur puro.*
12. *Fideicommiſſum conditionale ad fauorem agnationis expirat per conditionem extinctam.*
13. *Oldradi doctrina* in conſil. 21. *ab omnibus recipitur, & obſeruatur.*
14. *Peregrinus* in conſil. 139. volum. 5. *reprobatur, & num.* 17.
15. *Oldradi opinio recepta eſt, etiam ſi teſtator expreſſerit agnationis conſeruationem.*
16. ... *etiam ſi teſtator feciſſet plures gradus ſubſtitutionum, in infinitum.*
18. *Agnationis conſeruandæ ratio non eſt ſufficiens coniectura ad extendendum fideicommiſſum.*
19. *Agnationis conſeruandæ ratio attendenda eſt ſolùm in perſonis expreſſis.*
20. ... *& in caſu à teſtatore conſiderato.*
21. *Subſtitutiones non ſunt multiplicandæ propter fauorem agnationis.*
22. *Agnationis fauor non eſt extendendus ad alias perſonas non expreſſas.*
23. *Agnationis conſeruandæ ratio ex quibus coniecturis inducatur.*
24. *Fideicommiſſum inducitur etiam ex ratione agnationis per coniecturas cogitata.*
25. ... *vt ſi teſtator maſculos inſtituerit, & feminas dotari iuſſerit.*
26. *Agnationis propagandæ ratio habita cenſetur, cùm teſtator vocat maſculos, & feminas excludit.*
27. ... *idem ſi teſtator vocauerit plures gradus maſculorum.*
28. *Agnationis conſeruandæ ratio reſultat, quando teſtator in pluribus gradibus vocauerit maſculos.*
29. ... *idem quando vltimo loco vocauit maſculos legitimatos.*
30. ... *non cenſetur habita quando in aliquo caſu vocauit feminas.*
31. ... *idem ſi primo loco inſtituit filiam, & eidem per plures gradus ſubſtituerit ſemper maſculos.*
32. *Agnationis ratio reſpectu vocatorum ceſſat ex vocatione feminarum.*
33. *Præſumptio duplex non eſt ſumenda ex eodem fonte.*
34. *Agnationis ratio habita cenſetur, quando teſtator dixit ſe velle ſtirpem ſuam propagare.*
35. *Fideicommiſſum cenſetur repetitum de perſona ad perſonas propter rationem agnationis conſeruandæ.*
36. *Agnationis ratio habita cenſetur propter inſtitutionem maioratus.*
37. *Agnationis ratio habita cenſetur, quando teſtator inſtituit extraneos ſub conditione aſſumendi cognominis.*
38. ... *dummodo plures extranei ſucceſſiuè vocati fuerint.*
39. *Conditione caducata in patre, filij non cenſentur vocari per fideicommiſſum fundatum in perſona patris.*
40. *Potentia ſuccedendi in patre caducata, non tranſmittitur ad filios.*
41. *Linea, quæ non incepit, nullius conſiderationis eſt.*
42. *Lineæ primo extremo deficiente, non poſſunt filij admitti.*
43. *Subſtitutio non habet effectum, ſi in perſona eius, à quo incipere debebat, caducata eſt.*
44. *Subſtitutio ſemper referri debet ad lineam inchoatam.*
45. *Filius admittitur in defectum patris, quando eſt vocatus ex perſona propria.*
46. *Nepos excludit filiam vigore ſtatuti, ſi habet eandem qualitatem.*
47. ... *non venit appellatione filij habentis diuerſam qualitatem.*
48. *Filius per patris repræſentationem quando admittatur ad maioratum.*
49. *Potentia ſuccedendi patris aliquando non tranſmittitur ad filios.*
50. ... *quando ſit prorſus inanis.*
51. *Conditio dicitur onus aſſumendi cognominis.*

52... *importatur per verba futuri euentus.*
53. *Dictio* alioquin,*importat conditionem.*

ISte articulus continet duo capita,primum eſt ratione agnationis conſeruandæ per teſtatorem expreſſa;ſecundum eſt, ex quibus diſpoſitis probetur, rationem agnationis fuiſſe à teſtatore conſideratam. In primo capite conſtituenda eſt regula cum ſuis declarationibus: in ſecundo aliqui caſus magis practicabiles explicandi ſunt.

Regula conſtituenda eſt affirmatiua,vbi teſtator diſponendo dixit agnationis ſuæ rationem habere
1. velle,vel propter agnationem ita diſponere †, fideicommiſſum ad fauorem agnationis inductum cenſetur,quam firmarunt, Socin. *in l.qui Romæ.§. cohæredes,numer.*18.*ff.de verb.obligat.& in conſil.*12.*num.*18.*volum.*3. Curt.iun. *in conſil.* 22. *numer.* 19.*& in conſil.*43. *propè finem*, qui dicit pro hac parte ſtare nouem fundamenta,quæ refert Socin. *in conſil.* 227. atque eſſe concluſionem veriſſimam. Cror. *in conſil.* 48. *numer.* 20. vbi quòd ſola ratio agnationis de per ſe à teſtatore prolata, inducit fideicommiſſum. Alba. *in conſil.*54. *numer.* 2. vbi quòd ratio agnationis
2. inducit fideicommiſſum,ſiue † proferatur de per ſe,ſiue per modum cauſæ.Bald. *in l.quoties,numer.* 8. *C.de fideicommiſſ.* vbi quòd ſi teſtator iubet rem conſeruari in agnatione,eo ipſo inductum eſt fideicommiſſum.Socin. *in conſil.*168.*numer.*78.*volum.*2. Pariſ. *in conſil.*30. *numer.*26. *volum.* 2. Rubeus *in conſil.* 28. *numer.*6. Cranett. *in conſil.*130. *numer.*9. Roland. *in conſil.*23. *numer.*24. *volum.*4. Et hanc concluſionem pleniùs aliis probat Surdus *in conſil.* 96. *numer.* 14. *volum.*1.*& in conſil.*241.*numer.*22.*volum.*2.*& in conſ.* 494. *numer.* 2. *volum.* 4. Vbicumque igitur teſtator vult bona ſua conſeruari in agnatione,cenſetur inter illos de agnatione † inductum fideicommiſ-
3. ſum,ita vt gradatim vnus poſt alium teneatur reſtituere proximiori in gradu.Bartol.*in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.* per text. *l.peto.§.fratre.ff.de legat.*2.quem allegat Cuman. *in d.l.ſi cognatis.* Dec. *in conſil.*23.*num.*4.*& in conſil.* 495. *numer.* 13. Gabriel *in conſil.* 132. *numer.*40.*volum.* 1. Menoch. *in conſil.*775.*numer.* 20. *volum.* 8. Plures alios ad hoc probandum allegat Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.*3. *ſolutione* 11.*col.*1.*& ſeq.fol.*287.*& ibid.numer.*65.*verſ. ita ergo.fol.* 291. Et quando eſt facta prohibitio alienationis,vt bona permaneant in agnatione, tunc et-
4. iam ſi dicta prohibitio ſit † conſecutiua ad fideicommiſſum præcedens,illud inductum eſſe cenſetur,vt fuit deciſum in Rota;vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titulo Fideicommiſſum,cap. cùm teſtator*, de qua materia prohibitionis ſcribam infrà *in articulo* 8.*huius quæſtionis.*

Declaratur iſte caſus, nam vbi fideicommiſſum factum eſt ad fauorem agnatorum, tunc agnatus,
5. qui vult admitti †, probare debet, ſe eſſe proximiorem,poteſt enim contra illum opponi,fideicommiſſum de te non loquitur, ideo ſi dicis te incluſum,probare debes.Socin. *in conſil.*62.*col.*3.*volum.*3. Gozadin. *in conſil.* 21. *numer.* 8. Socin. iun. *in conſil.* 155.*col.*3.*volum.*2. Pariſ. *in conſil.*88.*numer.*11.*vol.*2. Cranett. *in conſil.* 161.*numer.* 16. Roland. *in conſil.*
6 56.*numer.*4. *volum.*3. Probanda eſt igitur agnatio † de tempore mortis. *l.ſi cognatis.ff.de reb.dubiis*, ibi, ſi quis teſtamenti tempore agnatus non fuit, mortis autem tempore factus eſt per arrogationem, faciliùs legatum conſequitur, *l.interuenit. ff. de legatis præſtandis.l.ſi quis filio exhæredato, in princip. verſ. ſed hæc ita.ff.de iniuſto teſtam.l.Paulus.§. penult. ff. de bonis libert.l.*1.*§.ſi quis proximior.ff.vnde cognati.l.*1.*§.ſciendum,& l.Titius.ff.vnde legitim.* §. *cùm autem. Inſtit. de hæredit.quæ ab inteſt.deferuntur.* Nam ſucceſſio quæ eſt ex teſtamento †, regulanda eſt ab illa, quæ ab inteſtato eſt,vt communiter per ſcribentes *in l. cùm ita.§.in fideicommiſſo. de legat.*2. Et hanc concluſionem omnes vnanimiter confirmarunt, vt qualitas agnationis de tempore teſtamenti,atque mortis probanda ſit. Socin. *in d.l.ſi cognatis,numer.* 30.*ff.de reb.dub.* & alij plurimi relati per Menoch. *in conſil.*106.*num.*21.*vol.*2. per Riminald.iun.*in conſil.*564.*n.*13.*vol.*7. & per Molin. *in lib.*3.*de Hiſpan.primogen.c.*10.*num.*34.*& ſeq.* 7.

Secundò declaratur, nam ſi fideicommiſſum factum eſt ad fauorē agnatorum proximiorum, & in eodem gradu reperiantur † plures agnati,omnes admittendi ſunt. *l.*2.*§.hæreditas. ff. de ſuis,& legitim. l.qui duos, in princip. ff. de reb. dub.* Idem ſi teſtator vocauerit proximiorem agnatum, & illi poſt mortem ſuperſunt plures proximiores in eodem gradu, omnes admittendi ſunt. *l.quod filiabus.§.*1.*de legatis* 1.& probat Decian. *in conſil.*71.*volum.*3.Sed ſi teſtator voluerit vnum tantùm proximiorem agnatum admittendum eſſe,atque ordinauerit expreſsè quòd bona ſua inter plures agnatos eiuſdem gradus nullatenus diuidantur, tunc quidquid ſcripſerit Decian. *in d.conſil.*71. ego teneo, quòd ſenior † tantùm ex agnatis ſit admittendus, argumento *d. l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2.vbi ſi ex vocatione teſtatoris,admittendi ſunt omnes de familia qui reperiuntur tempore mortis teſtatoris. Sed hoc ordine ſucceſſio admittenda eſt, vt priùs admittantur qui erant nati tempore teſtamenti,deinde qui tempore mortis; ergo antiquior eis qui in eodem gradu ſuperſunt, admittendus eſt, & ita probat Alba. *in conſil.* 106. *numer.* 8. & alij relati per Menoch. *in conſil.* 413. *numer.*32. *volum.*5.*& in d.conſil.* 106. *numer.*82. *volum.*2. de qua re ſcribam etiam *in ſequenti articulo.* 8. 9.

Tertiò declaratur,nam ſi fideicommiſſum eſt factum ad fauorem agnatorum ſi liberi inſtituti ſine filiis deceſſerint, tunc admittendi ſunt illi agnati proximiores †, qui erunt tempore euenientis conditionis.Io.Andr.ad Specul. *in titulo de teſtamentis*,quem ſequuntur Paul. de Caſtr. Alexand. Iaſon, Ruin. Dec.Pariſius,Curt.iun. Alciat.Socin.iun. Alba.Euerard. & Tiraquell.relati per Menoch. *in conſ.*106. *num.*75. *& ſeq.* & Riminald. iun. *in conſil.* 564. *numer.*13.*&* 33.*& ſeq. volum.*5.cum hac declaratione, vt non omnes dicti agnati qui reperiuntur tempore euenientis conditionis in eodem gradu ſimul admittantur, ſed ordine, quem expreſſi in præcedenti declaratione, vt videlicet priùs nati priùs admittantur,nam ſi erant nati tempore teſtamenti,iſti priùs admittendi ſunt,ſi tempore conditionis verificatæ ſuperexiſtant. Curt.iun. *in conſil.*57. *num.* 12. *& ſeq.* Tiraquell.*de retract.conſanguin.§.*1.*gloſſ.*9.*num.*99. Menoch. *in conſil.*413.*n.*14. Neque obſtat,quòd fideicommiſſum conditionale † purificatū æquiparatū fideicommiſſo purè relicto, ita vt nulla videatur conſtitui poſſe differentia inter ipſa, quia purificatum habetur pro puro quò ad effectum ſucceſſionis,non autem vt retrotrahatur tanquam à principio,eſſe: purum in præiudicium illorum qui ex vocatione teſtatoris tempore euenientis conditionis admitti debent. 10. 11.

Quartò declaratur,nam ſi teſtator fecit fideicommiſſum conditionale ad fauorem agnationis ſuæ,in caſu quo filij hæredes inſtituti deceſſiſſent ſine liberis,

liberis, tunc ſi filij decedunt cum filiis, fideicom-
12. miſſum † ad fauorem agnationis expirat. *l. ex fa-*
13. *cto.§.ſi quis autem.ff.ad Trebellian.* Oldrad. † *in conſ.*
21.quod eſt receptum ab omnibus.Io. Andr.ad Spe-
cul. *in tit.de teſtamentis.§ in primis. quæſt.final.* Iaſ. *in*
*in l.ſi quis, numer.*5. *&* 10. *& ſeq. C.de inſtit.& ſubſtit.*
vbi latè examinat. Socin. *in l. cùm auus, in* 3. *notab.*
*numer.*65. *ff.de condit.& demonſtr.* Paul.de Caſtr.*in d.*
l.ex facto.§.pen. & *ibi* Ripa, dicens conditionem eſſe
defectam, etiamſi momento temporis ſuperuixerit,
ſecundùm Bald. *in cap.*1.*§.cùm eſſet*, Epiſcopum,vel
Abb.ſequitur Ruin. *in conſ.*153.*numer.*5.*volum.*2. &
Riminald.ſen. *in conſ.*29. *numer.* 8. Item ſecundùm
conſilium Oldradi 21. in diuerſis cauſis reſponde-
runt Dec.*in conſil.*287.*in* 1.*dub.& conſ.*291.*numer.*4.
*& ſeq.& conſil.*296.*numer.*5.*& conſil.*377.*in* 1.*dub.&*
*conſil.*465. *numer.* 15. Alexand. *in conſ.* 31. *volum.* 3.
Pariſ. *in conſ.* 12. *numer.*29. *& conſil.* 14. *numer.*10.
*volum.*2. Ruin. *in conſil.*122.*numer.*4.*volum.*2. Abb.
in conſil. 40. *volum.*1. Fulgoſ. *in conſ.*46. Iaſ. *in conſil.*
66.*col.*4. *volum.*3.Gozadin. *in conſil.*4.*numer.*13.Gra-
tus *in reſponſo* 68. *numer.* 4. *volum.* 1. plurimos ad
hoc cumulant Gabriel *in tit. de fideicommiſſis,concluſ.*
7. Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb.ſuſceperit liberos.*
*numer.*153. Theſaur. *deciſ.* 96. *numer.*32. *verſ. quibus*
verbis. Crauett. *in conſil.*98. *numer.*4. Socin. iun. *in*
*conſ.*4. *per totum, volum.*3. qui loquitur inſtitutis ma-
ſculis,& ſtante prohibitione alienationis, cum aliis
per Couar. *in cap.Raynaldus. numer.* 3. *de teſtamentis.*
Item quòd d. conſilium Oldradi 21. communiter
obſeruetur, atteſtatur Crauett. *in d. conſil.*98.*numer.*
4.*& conſ.*208. *in princip.* Pariſ. *in conſ.* 31. *col.* 1. *&* 2.
*volum.*2. *& conſ.*4. *col.*1. *volum.* 3. Bero. *in conſ.* 45.
numer. 12. *volum.* 2. vbi quòd etiam per ingreſſum
monaſterij conditio deficiat, & ſubſtitutio euane-
ſcat. Idem dicit Ioan. Boic. *in tractatu de nuptiis, li-*
bro 5. *numer.* 6. quia grauatus non dicitur deceſſiſſe
ſine filiis, cùm monaſterium habeatur loco filij. §.
*ſed & hoc præſenti.in auth.de ſanctiſſimis Epiſcopis.*Dec.
*in cap. in præſentia, numer.*55. *de probationib.* Item
quòd d. conſilium Oldradi ſit veriſſimum, & ob-
ſeruandum, diffuſè probat Peregrin. *de fideicommiſſ.*
*artic.*29.*per totum*, vbi *numer.* 37. concludit, quòd
ipſe non diſcederet ab hac opinione, per *d. l. ex*
facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellian. & per alias
leges, quas allegat, quæ huic ſententiæ expreſsè
fauent.

Difficultas ſtat in hac declaratione, quoniam Pe-
14. regrinus ab ea poſtea receſſit *in conſil.*139. † *volum.*
5. vbi dicit ſe maturo iudicio, & conſilio in hanc
deuenire ſententiam, quòd conditio, ſi ſine filiis, la-
tiùs accipienda eſt, nec reſtringenda ad tempus
mortis filiorum, quia ſi teſtator aduertiſſet quòd fi-
lij ex primo poſſent mori, nullis relictis filiis, equi-
dem tali caſu relicturus fuiſſet ſequentibus, & poſt
multos allegatos, dicit iudicia Curiarum in hanc
partem inclinaſſe, allegando Guidonem Pap. *deciſ.*
531. Capyc. *deciſ.*108. Alciat. *in conſil.*604. *numer.*4.
& conſil. 778. *numer.* 3. quòd ita in ſtatu Mediolani
iudicatum fuit,& apud Germanos. Craſſ. *in §. fidei-*
commiſſum quæſt. 33.& in Senatu Pedemontano The-
ſaur. *deciſ.*96.*numer.*34.*& deciſ.*270.*numer.*29.& Pa-
duæ ita etiam fuiſſe iudicatum per Torniellum
eius præceptorem, quas allegationes latiùs ſcri-
pſerat idem Peregrin. *in tract. de fideicommiſſ. artic.*
29. *numer.*36. atque concludit, conſilium Oldradi
non eſſe recipiendum, quando teſtator poſt condi-
tionem, ſi deceſſerit ſine filiis, ſubſtituit legitimos
maſculos proximiores de hæredibus in hæredes in
infinitum, quia voluit conſeruare ſuam familiam,&
agnationem, atque prohibuit bona alienari propter
eandem cauſam.

Sed hæc opinio Peregrini *in d.conſ.*139. nullate-
nus recipienda eſt, tum quia repugnat receptiſſimæ
ſententiæ grauiſſimorum Doctorum, tum etiam,
quia in falſis, erroneis,& vagabundis allegationibus
fundata eſt, quæ punctum non percutiunt. Primum
probatur, nam Surdus *in conſil.* 448. *numer.* 12. *verſ.*
*nec obſtat, volum.*3. probat veriorem opinionem eſſe,
quòd doctrina Oldradi habet locum, etiam ſi teſta-
tor habuerit reſpectum ad agnationem †, atque 15.
agnatos ſubſtituiſſet. Item diſpoſuiſſet, quòd bona
in familia ſua in infinitum conſeruaretur, nam na-
ſcentibus filiis in conditione poſitis, fideicommiſ-
ſum extinguitur, & ad hoc allegat Alexand. Iaſ.
Ruin. Dec. Socin.iun. Roland. Crauett. Cephal.
Burſat. Gabriel.& Menoch. qui omnes priùs ad hoc
probandum fuerunt allegati per Oddum *in conſ.*67.
*numer.*30.*& in conſil.*66. *numer.*106.*& plurim. ſeq.*&
ibi quòd tenentes contrariam opinionem tria con-
fundunt contra iuris regulas, quam rationem etiam
refert,& ſequitur Surd. *ibi numer.* 13. Eandem con-
cluſionem ſequuta eſt Rota Romana *in deciſ.* 486.
part. 1. in vltimò impreſſis, vbi allegat eoſdem, at-
que alios Doctores, etiam moderniores, & *ibi num.*
6. quòd etiam per conſeruationem agnationis de-
notatam à teſtatore, etiam † ſi poſtea feciſſet plu- 16.
res gradus ſubſtitutionum, non eſt recedendum à
conſilio Oldradi,& *in d. numer.*6. *propè finem*, quòd
etiam ſi teſtator iuſſerit bona ſua perpetuò, & in
infinitum conſeruari in ſua agnatione, & familia.
Item quòd bona ſua integrè conſeruentur in infi-
nitum inter ſuos deſcendentes, aut inter proximio-
res maſculos de domo ſua, aut inter propinquiores
de parentela,& ſic ſemper de gradu in gradum, ni-
hilominus ſemper intrare d. conſiliũ Oldradi 21.&
nouiſſimè D.Scipio Rouitus Conſiliarius Neapolis
*in conſil.*34. ſatis accuratè oſtendit iſtam opinionem
eſſe veriorem, pro qua vltra allegatos ab Oddo,& à
Surdo,& à Rota *in locis præfatis*, etiam alios moder-
niores allegat, & oſtendit eſſe veriorem. Imò ipſe
idem Peregrinus *in tract.de fideicommiſſ. art.*29. *num.*
37.*& ſeq.& numer.*77. ſequitur hanc opinionem, vbi
dicit, *numer.*38. quòd limitatio quæ datur ad doctri-
nam Oldradi, vt non procedat, quando teſtator ad
plures gradus ſubſtitutionum diuertit, fauore fami-
liæ,& agnationis, eſt ex capite, & hominum conſi-
deratione, non autem legis authoritate fulcita, &
ideo à iuris regula,& determinatione recedere non
licet,& *ibi numer.*39 quòd teſtator cenſetur habuiſ-
ſe rationem agnationis in caſibus à teſtatore expreſ-
ſis, videlicet, quando filij inſtituti deceſſerint ſine
filiis,& ad hoc comprobandum allegat omnes præ-
fatos Doctores ab Oddo, à Surdo, & à Rota alle-
gatis. Item Peregrin. *in d.artic.*29. *numer.*37. dicit
ſe venire in hanc opinionem pro viribus ingenij
ſui, ſæpe ſæpiùs perpenſo negotio, & tamen *in d.*
conſil. 139. † dicit, ſe maturo iudicio, & conſilio 17.
deſcendere in opinionem, quòd conditio, ſi ſine fi-
liis, non eſt reſtringenda ad tempus mortis filio-
rum, quia quando vocauit proximiores de familia
ſua de hæredibus in hæredes in infinitum, & ita
voluit conſeruare familiam ſuam, non habet locum
conſilium Oldradi 21. Et propter tantam varieta-
tem in ſcribendo, dicendum eſt, quòd aut ipſe non
habuit memoriam eorum quæ ſcripſerat *in d. artic.*
29.*numer.*38. *& ſeq.* aut Raimundum ſequi voluit,
qui viuens librum de Alchimia ſcripſit, quem voca-
uit, *Porta tecum*, poſtea in ſuo teſtamento declara-
uit, nihil veritatis illum librum continere, deinde
ſuper

ſuperuiuens alterum librum de eadem materia
compoſuit,atque declarauit librum, *Porta ſecum*,
eſſe veriorem: nec eſt faciendum fundamentum in
deciſionibus tribunalium allegatis *in d. conſil.* 139.
quoniam ad propoſitum non loquuntur, nam *deciſ.*
531. Guidonis Papæ non loquitur,quando filij ſunt
poſiti in conditione,prout nos tractamus,ſed quan-
do tam in primo, quàm in ſecundo, quàm in tertio
gradu ſubſtitutionis, filij, & eorum parentes erant
expreſsè vocati,atque re, & verbis coniuncti, inter
quos non cadebat ordo ſucceſſiuus ratione ordina-
tæ charitatis,quia erant extranei; quamobrem iſta
allegatio non percutit punctum, multò minus Ca-
pyc. *in d. deciſ.* 108. qui loquitur de prohibitione
alienationis, & hanc deciſionem allegauit Craſſ. *in
d. quæſt.* 33. ad probandum,quòd conditio, ſi ſine fi-
liis,non expirat,natis nepotibus; quòd ſi Capycius
ibi diceret, neque percutit materiam de qua tracta-
mus. Denique Craſſ. *in d. quæſt.* 33. & Alciatus
ab eo allegatus, & Theſaur. *in d. deciſ. 96. &* 270.
omnes loquuntur de conſilio Oldradi non reci-
piendo ex coniecturis,ſed an coniectura agnationis
conſeruandæ in caſu quo primus inſtitutus deceſſe-
rit cum filiis, ſit ſufficiens ad recedendum ab Ol-
drado, nihil ſcribunt; ergo allegatio non percutit
18. caſum. Nec ipſa ratio agnationis conſeruandæ †
ſufficiens coniectura ad hoc dici poteſt, quoniam
ad caſum reſtringi debet,quo primi inſtituti ſine li-
beris deceſſiſſent, vt ex Oddo, Surdo, Rouito ſu-
periùs allegatis, & ex eorum ampliſſimis allega-
tionibus,& rationibus probatum eſt, & clariùs per
Rotam *in d. deciſ.* 486. *parte* 1. in vltimis,vbi reſpon-
detur omnibus aliis deciſionibus in eadem Rota
factis,in quibus concluſum fuerat, ex coniecturis à
conſilio Oldradi recedi poſſe.

19. Quintò declaratur, nam ratio conſeruandæ †
agnationis attenditur ſolùm in perſonis expreſsè
ſpecificatis,neque extenditur vltrà. Bald. *in l. ſed &
milites. ff. de excuſat. tut.* Alexand. *in conſil. 9. circa finem
volum.* 3. Dec. *in l. 1. numer. 3. in fin. C. de ſucceſſ. edict. &
in conſil. 228. num.* 9. Rub. *in conſil.* 120. *num.* 9. Molin.
de primogen. lib. 3. tit. 5. numer. 20. vbi allegat Immol.
Socin. iun. Gozadin. Pariſ. Brun. & Gratum,& alios.
Menoch. *in conſil. 243. numer. 52 & in conſil. 274. num.
26. volum.* 3. Ruin. *in conſil. 43. numer. 4. volum.* 3. Idem
in fideicommiſſo. Riminald. iun. *in conſil. 205. num.
22. volum.* 2. Item ratio agnationis intelligitur
20. eueniente caſu à teſtatore conſiderato †, & non
aliter, vt probat Alexand. *in conſil.* 139. *numer.* 3.
volum. 6. & ita intelligitur ſolùm in caſu, quo al-
ter ex filiis decederet ſine filiis, vt probat Socin. *in
conſil. 61. numer. 10. verſ. nec obſtat etiam quarta, &
verſ. præterea quando. volum.* 3. quia tunc ſolùm vo-
luit conſeruari bona in agnatione, quando filij in-
ſtituti decederent ſine filiis; ſed an teſtator idem
voluerit, extantibus filiis, hoc non conſtat, nec de-
bemus diuinare, vt ſcripſi *in voto* 222. *numer.* 28.
quibus ſcriptis addo,idem dixiſſe Socinum *in conſil.
116. numer. 4. verſ. quæ omnino non obſtant*, vt etiam
ſcripſi ſuprà *in part. 2. quæſt. 4. artic. 9. numer. 11. &
ſeq.* Item quòd propter fauorem † agnationis non
21. ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones,& fideicommiſſa
vltra diſpoſitionem teſtatoris. Socin. iun. *in conſil.
155. numer. 10. verſ. nec quidquam. volum.* 2 & alij re-
lati per Mantic. *de coniectur. lib. 6. titulo 15. numer.* 6.
Ideo Iaſon *in l. 1. C. de ſucceſſor. edicto*, dicit, quòd ſta-
tutum loquens de excluſione matris per patruum
22. propter fauorem agnationis †, non eſt extenden-
dum ad patruum magnum,& ſic ad fratrem aui, vt
per Bald. *ibid. & in l. iubemus. §. illud etiam, numer. 3. in
fin. C. ad Trebellian. & in l. quod verò. numer. 3. ff. de le-
gib.* & dicit Bald. *in d. l. ſed & milites. ff. de excuſ. tutor.*
quòd nunquam à iure communi quis excluditur per
ſtatutum,niſi à perſonis ab eodem ſtatuto ſpecifica-
tis,quia ratio agnationis non extenditur de perſo-
nis expreſſis ad alias;ex quo infert, quòd ſi patruus
excludit matrem, non tamen excludit amitam.
Item ſi excludit matrem, non excludit ſororem.
Bald. *in l. illam, in princip. C. de collation.* & ſi excludit
amitam,non excludit materteram. Bald. *in l. quod ve-
rò, verſ. item pone. ff. de legib.* Item ſi fratres patrueles
excludunt matrem, non tamen excludunt amitam.
Bald. *in l. ſi quis. C. ad Tertullian.* & multa huius ge-
neris ſimilia congerunt, Dec. *in conſil.* 569. & Lana-
rius *in conſil. 60. num. 64. & plur. ſeq.* In quibus omni-
bus militat eadem ratio agnationis conſeruandæ,&
tamen dicta ratio ſemper reſtringenda eſt ad perſo-
nas ſpecificè expreſſas.

Secundum caput huius articuli continet, quan-
do teſtator tacitè voluit bona conſeruari in agna-
tione †. Bald. *in l. quoties, numer. 8. C. de fideicommiſſ.* 23.
dicit quòd ſi ex qualitate rei, teſtator præſumitur
voluiſſe illam conſeruari in agnatione, fideicom-
miſſum cenſetur inductum, quam doctrinam ſe-
quuntur Socin. *in conſil. 168. col. pen. volum.* 2. Pariſ. *in
conſil. 30. num. 29. vol* 2. Rubeus *in conſil. 28. numer.* 6.
Crauett. *in conſil.* 130. *num* 9. Roland. *in conſil. 23. n.
24. volum.* 4. Surd. *in conſil. 96. numer. 16. volum. 1. & in
conſil. 241. numer. 23. vol.* 2. ex quibus probatur fidei-
commiſſum † ratione agnationis conſeruandæ non 24.
ſolùm induci,quando d. ratio expreſſa eſt à teſtato-
re,ſed etiam ſi ex coniecturis dicta ratio colligi poſ-
ſit, cuius capitis plura exempla per diuerſos caſus
tractanda ſunt.

Primus caſus eſt, ſi teſtator maſculos filios hæ-
redes inſtituerit, & filias feminas dotari mandaue-
rit,tunc fideicommiſſum † eſſe inductum,firma- 25.
runt Crot. *in l. filiusfamilias. §. diui. numer. 162. verſ.
ſextò quæritur. de legat.* 1. & *ibi* Ferdinand. Loaz
numer. 198. Ruin. *in conſil.* 110. *numer. 15. & ſeq. vol.*
2. Curt. iun. *in conſil. 43. in fin.* Crauett. *in conſil.* 130.
col. final. Menoch. *in conſil.* 197. *numer. 26. volum.* 2.
Pariſ. *in conſil.* 57. *numer. 10. volum. 2. & in conſil.* 50.
numer. 19. & conſil. 53. num. 26. volum. 3. Et perinde eſt
ac ſi teſtator expreſsè dixiſſet ſe velle feminas ex-
cludi,& maſculos admitti, vt bona conſeruentur in
agnatione, vt dixerunt Corn. *in conſil. 59. colum.* 2.
volum. 2. Ruin. *in conſil. 127. in fin. volum.* 1. & Pariſ.
in d. conſil. 59. numer 9. volum. 3. Item vbicunque te-
ſtator maſculos † vocat, & eos feminis præfert, 26.
ſemper cenſetur habuiſſe animum propagandi
agnationem, vt dixerunt Ioan. Andr. ad Specul. *in
rubrica de teſtament. in fine*, vbi allegat Riccard. Ma-
lubr. & Cyn. Item Salyc. *in l. 1. C. de adult.* & ita re-
ſponderunt ferè omnes Doctores Italiæ, vt dixit
Matheſilan. *in ſingulari* 130. Alexand. *in l. venia.
numer. 6. C. de in ius vocando.* Crauett. qui alios refert
in conſil. 113. numer. 2. & 9. Cephal. *in conſil. 251. num.*
49. Item plurimos alios ad hoc allegant Porius *in
conſil. 137. numer.* 4. Surd. *in conſil. 443. num.* 16. Man-
tic. *de coniecturis. lib. 6. tit. 15. numer.* 2. Petra *de fi-
deicommiſſ. quæſt. 9. numer. 176. verſ. contrariam partem.*
Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. du-
bitat. 10. ſolutione 1. numer. 1. fol.* 287. Item Surd.
*in conſil. 96. numer. 30. volum. 1. & conſil. 241. num. 11.
& ſeq. & 13. volum.* 2. dicit hoc multò magis proce-
dere, quando teſtator fecit plures ſubſtitutionum
gradus,ſemper † vocando maſculos. Ruſtic *in conſil.* 27.
1. *numer.* 21. poſito poſt tractatum de liberis in con-
ditione poſitis. Oddus *in conſil. 39. n. 13. verſ. ſecunda
verò*,

verò,& n.62.Molin.in lib.3.de primogen.Hiſpaniæ cap. 5.num.50.Craſſ.in §.fideicommiſſum quæſt.16.in fin. Intrigliol.de ſubſtitutionib.centuria 3.quæſt.58.num.21. & quæſt.79.num.11.Peregrin.de fideicommiſſ.artic.25. num.26.& 47.

Declaratur iſte caſus,vt procedat, quando teſtator non in vna ſola ſubſtitutione vocauit maſculos, ſed quando in pluribus gradibus ſubſtitutionum vocauit maſculos, ſemper feminis excluſis, tunc enim reſultat coniectura vrgentior, vt teſtator voluerit agnationem ſuam † conſeruare.Gabriel in conſil.97.num.7.& 24.& ſeq.vol.1.& in conſil.88.num. 8.vol.2.Cephal.in conſil.46.num.27.& 48.vol.1. & in conſil.600.numer.37.vol.4. Menoch.in conſil.95. num. 55.verſ.præterea.volum.1.Decian.in conſil.1.num.185. & ſeq.volum.1. Burſat. in conſil.300.numer.63. vol.3. Oddus in conſil.65.numer.30. Socin.iun. in conſ. 168. numer.95.volum.2. Peregrin. in d.artic.25. numer.27. verſ. quocirca. & in conſil. 70. numer.23. verſ.ſecundo quia.volum.2.vbi poſt alios meliùs declarat.Mantic. in d. lib.6. titulo 15.numer.5.& ſeq. Quocirca ſi teſtator mandauerit dotari filias feminas, & poſtea per plures gradus ſubſtituit ſemper maſculos, & vltimo loco vocauit naturales legitimatos maſculos,cenſetur agnationi † ſuæ voluiſſe proſpicere, & in ea fideicommiſſum inducere, quoniam agnatio non minus conſeruatur per maſculos legitimatos,quàm per legitimos.Alexand. in conſil.2.num.12. vol. 1. & alij ad hoc relati per Tiraquell. in l. ſi vnquam,in ver.ſuſceperit liberos,numer.83. C.de reuocand. donation.

28. (margin, beside "luerit agnationem ſuam † conſeruare")
29. (margin, beside "los,cenſetur agnationi †")

Secundò declaratur,vt caſus non procedat quando aliquo caſu vocauit † , tunc enim ceſſat coniectura agnationis conſeruandæ. Baldus in conſil. 473.volum.5. Alexand.in conſil.115.numer.10.volum. 2.Socin.in l.cùm auus.numer.82.verſ.ſecundus caſus.ff. de condit.& demonſtrat.Menoch.in conſil.557.numer. 16. & conſil.585.numer.12. volum.6. & in præſumpt. 69.numer.10.lib.4. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap.5.numer.50.Mantic. lib.6.tit.15.numer.9. Petra de fideicommiſſ.quæſt.9. numer.195. alij plures ad hoc allegantur per Surd.in d.conſil.443.numer.13.volum.3. & per Rotam in deciſ.486.numer.4.parte 1.in vltimò impreſſis,& in 267.numer.6.& deciſ.538.numer.3. in eiſdem. Quamobrem ſi teſtator primo loco inſtituit filiam †, & illi ſubſtituerit agnatos maſculos, atque plures maſculorum ſubſtitutorum gradus fecerit,non ideo ex ſubſtitutionibus maſculorum arguimus voluiſſe agnationem ſuam conſeruare, ita reſpondet Hondedeus in conſil.56.num.12. & plur.ſeq. volum.2. quoniam femina inſtituta non poteſt conſeruare agnationem patris,quia eſt finis agnationis. l.pronuntiatio.§.final. ff.de verb.ſignificat. §. cæterùm,& §. media. Inſtit. de legitim. agnat.ſucceſſ. Et propterea vocatio feminarum in aliquo caſu facit ceſſare præſumptionem agnationis conſeruandæ, vt firmarunt præcitati Doctores.Et licèt agnationis ratio † poſſit dici habita reſpectu ſubſtitutorum maſculorum,tamen iſta præſumptio ceſſat ex vocatione feminarum quam aliquando feciſſet, cùm regulariter vna præſumptio tollat alteram. l. diuus,& ibi gloſſ. in ver. æſtimari. ff. de reſtit.in integr. Item quia vocatio feminarum in aliquo caſu eſt præſumptio in ſpecie, quæ tollit præſumptionem in genere.Rimin. iun. in conſil. 38. numer. 29. volum. 1. Item quia ex eodem fonte teſtamenti non eſt ſumenda duplex præſumptio †. Puteus deciſ. 314. parte 3. præſertim quando dictæ duæ præſumptiones eſſent contrariæ. Item multò magis dicendum eſt non eſſe habitam rationem agnationis conſeruandæ, quando nullo modo de maſculis facta eſt mentio,vt dixit Rota in deciſ.282 numer.5.parte 2. in vltimò impreſſis.

30. (margin, beside "do aliquo caſu vocauit †")
31. (margin, beside "filiam †")
32. (margin, beside "runt præcitati Doctores.Et licèt agnationis ratio †")
33. (margin, beside "plex præſumptio †")

Secundus caſus eſt,quando teſtator dixit ſe velle ſtirpem ſuam manutenere,& propagare, hæc enim verba nihil aliud ſignificant † , quàm velle agnationem ſuam conſeruare. Bald.in l.peto. § fratre,in 2. not.de legatis 2. Pariſ. in conſil.47.n.54. vol.3. Cephal. in conſ.581.n.17.vol.4.Mantic.lib.8.tit.18 n.65.quos, & alios multos ad hoc probandum refert Surd. in d.conſil.443.n.18.vol.3.quæ coniectura conſeruandæ agnationis facit vt fideicommiſſum † cenſeatur repetitum ab inſtitutis ad ſubſtitutos, & eorum filios. Socin.ſen.in conſ.250.col.5.verſ.præterea.vol.2.Gratus in conſil.5.n.15.vol.2.Curt.iun.in conſ.121.numer.15. Crauett.in conſil.98.col.2.& in conſ.306 col.pen. Marzar. in conſil.4.num.11.& conſil.6.num.11. Decian. in conſ.88.numer.60.vol.2.quos ſequitur Menoch.in lib. 4.præſumpt.69.num.9.

34. (margin, beside "verba nihil aliud ſignificant †")
35. (margin, beside "agnationis facit vt fideicommiſſum †")

Tertius caſus eſt,vbi teſtator inſtituit maioratum in domo ſua,tunc cenſetur voluiſſe cõſeruare agnationem †,quia principalis ratio inſtituendi maioratus eſt, vt bona vnita, & indiuiſa conſeruentur in ipſa agnatione.Socin.iun.in conſ.47.num.6. volum.3. Pariſ.in conſ.72.num.81.vol.4.Tiraquell. de primogen. quæſt.71.num.2.Couar.in lib.1.variar.reſolut. cap.15. propè finem,& lib.3.cap.5.num.5. verſ.tertiò eadem opinio, & ibi quòd ideo feminæ non ſuccedunt ad maioratum.Cephal. in conſ.251. numer.48.& conſ. 252. numer.18. vol. 3. & quòd ratio conſeruandi bona in agnatione eſt potens ad inducendum perpetuum fideicommiſſum.Socin.in conſ.12.n.18.vol.3. Dec. in conſil.23.num.4.& ſcripſi in principio huius articuli, & latiùs per Surd. in conſ.443. num. 18.verſ.his verò ſic præmiſſis,vol.3.

36. (margin, beside "tionem †")

Quartus caſus eſt, quando teſtator carens conſanguineis,inſtituit extraneos ſub onere aſſumendi cognominis teſtatoris, tunc enim dicitur habuiſſe rationem † agnationis conſeruandæ.Socin.in l.quibus diebus.§.Thermilius,verſ.& prædicta.ff. de condit. & monſtr.Ripa in l.centurio.num.164. ff.de vulgari,& pupill.Dec.in conſ.273.col.2.Pariſ.in conſ.15.n.77.& ſeq. vol.2.Riminald.iun.in conſ.21.n.27.& 49. & ſeq. vol. 1.Theſaur.deciſ.188.n.11.& deciſ.270. num.10. Rota deciſ.6.propè finem part.1.in Nouiſſimis,& deciſ. 319.n. 4. part. 1. in vltimò impreſſ. vbi alij Doctores allegantur.

37. (margin, beside "rationem † agnationis conſeruandæ")

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando ſubſtitutis pluribus extraneis ſucceſſiuè†,& eorum filiis, dictum onus aſſumendi cognominis fuiſſet impoſitum patribus, quia tunc ſi pater in vita non aſſumpſiſſet cognomen, quia caſus ſucceſſiuus, & purificati fideicommiſſi non eueniſſet in eius vita, hoc caſu eiuſdem filij ſucceſſiuè vocati non poſſunt ſucceſſionem prætendere. Rota deciſ.453.part 2.in vltimò impreſſ.vbi feminæ agnatæ, & earum lineæ vocatæ † fuerunt poſt obitum vltimi maſculi cum onere aſſumẽdi cognominis,& cùm tempore purificati fideicommiſſi illæ non extarent,quia præmortuæ fuerant, neque aſſumpſerant cognomen, ideo dixit Rota ceſſare vocationem illarum, & deſcendentium ex eis,atque dictam deſcendentiã non eſſe admittendam. Item quia potentia † ſuccedendi ad dictum fideicommiſſum eſt fundata in patre,qui debet aſſumere cognomẽ,& ſi nõ eſt verificata in ipſo, nõ poteſt tranſmitti ad eius filios,quia vbi in patre nõ eſt verificata illa qualitas,quæ illum admittebat ad ſucceſſionẽ,non poſſunt filij ſucceſſiuè vocati ad illã admitti,quia linea †,quæ nõ incepit,nullius cõſiderationis eſt.Bald.in conſil.232.col.1.verſ.quia linea, vol.2.

38. (margin, beside "ſubſtitutis pluribus extraneis ſucceſſiuè†")
39. (margin, beside "vocatæ † fuerunt")
40. (margin, beside "Item quia potentia †")
41. (margin, beside "illã admitti,quia linea †")

*volum.*2.vbi quòd linea & quantitas habens princi-
pium,& extremitatem.Menoch.*in conſil.*957.*num.*8.
*& ſeq.vol.*10.& pater eſt principium,& cauſa lineæ.
Menoch.*in conſil.*883.*numer.*8 *vol.*9.Quamobrem,ſi
pater antequam veniſſet caſus ſucceſſionis mortuus
eſt, & conditionem adimplere non potuit, deeſt
42. primum extremum ipſius lineæ †;ergo non poſſunt
filij,tanquam de linea patris admitti,quæ nunquam
incepit. *l.non poteſt videri. ff.de regul.iur.l.Titio vſuſ-
fructus.ff.de condit.& demonſtrat.*vbi hoc notant Bar-
tol.& cæteri *l.ſi extraneus,in princip.ff.de condict. cauſ.
data.l. Seia,verſ.quæ nondum initium. ff. de donat. cauſ.
mort.* Riminald.iun. *in conſil.*45.*num.*48.*vſque ad* 54.
*vol.*1. Item text. *d.l.ſi extraneus*, dicit,quòd ſtipula-
tio dotis reddendæ ſoluto matrimonio, non habet
locum,niſi nuptiis ſequutis,quia quod non incepit,
43. finire non poteſt. Item ſubſtitutio † locum habere
non poteſt,ſi in perſona illius non habuit effectum,
à quo incipere debebat,quia præmortuus eſt, & cō-
ditionem adimplere non potuit. Pariſ. *in conſil.* 74.
*col.*2.*& ſeq.vol.*3. Ruin. *in conſil.*4. *col.*1.*vol.*3. Rimi-
nald.*in conſil.*117.*vol.*2. Alciat.*in conſil.*44.*numer.*29.
44. *& ſeq. lib.*9. vbi quòd ſubſtitutio referri debet † ad
eam lineam,quæ inchoata erat,non autem ad eam,
quæ caducata; ſed patre non valente conditionem
adimplere, eius linea caducata eſt, ita vt eius filij
admittendi non ſunt.

Et per iſtam rationem ceſſant allegata in contra-
rium per Rotam *in deciſ.* 209. *num.*1.*part.*2. *in No-*
45. *uiſſim.*vbi quòd filius † eius admittendus fuit,quam-
uis eius pater primò vocatus ante conditionem fi
deicommiſſi deceſſiſſet, ibi enim vocatio facta fue-
rat tam de minori natu, quàm de filiis, & qualitas
vocationis puræ,quæ erat in patre,ètiam erat in fi-
liis, ideo præmortuo patre, eius filius ſuperſtes ad-
miſſus fuit; ſicut dicimus quòd propter qualitatem
exiſtentem in filio,& nepote, quemadmodum filius
46. excludit filiam † vigore ſtatuti,ita, & nepos. Bald.
Alex.& alij *in l.venia.C.de in ius voc.*Ruin.*in conſ.*141.
*n.*3.*vol.*2.*& in conſ.*58.*n.*5.*vol.*5.Sed in hoc caſu,ego
præſuppono conditionem cognominis eſſe appoſi-
tam in vocatione patris,quæ non poteſt dici conti-
nuata in eius filios,quoniam caducata fuerat, idcir-
co filij vocati non cenſentur. Sicut dicimus,quòd ſi
47. qualitas filiorum non ineſt in nepote †, tunc non
venit appellatione filij,reſpectu dicti ſtatuti exclu-
ſiui feminarum.Bartol. *in l.liberorum col.*4. *ff.de verb.
ſignificat.*Ancharan.*in c.*1.*de Baptiſm.*Bald.*in l.Gallus.
§.inſtituens.col.fin.ff.de liber. & poſthum.* Alex.*in conſil.*
4.*col.*2.*vol.*4.Corn.*in conſil.*234.*col.final.vol.*4.Marſi-
lius *in ſingular.*303.Zaſius *in conſil.*7.*vol.*1.

Item per dictam rationem ceſſant quæ allegantur
per Molin.*in lib.* 3.*de primogen.cap.*7.*num.*4.vbi quòd
48. filius † per patris repræſentationem admittatur ad
maioratum,quando pater habuerit ſaltem cū poten-
tia ius primogenituræ,quoniam maioratus purè fa-
ctus erat in linea, & filius ex perſona propria voca-
tus erat, per demonſtrationem ex linea patris: ſed
in hoc caſu ego præſuppono,lineam patris ſub con-
ditione incipere debuiſſe, atque conditionem per
49. eius mortem caducatam fuiſſe; idcirco potentia †
ſuccedendi, quæ erat in patre, tranſmitti non po-
tuit,quia potentia ſuccedendi tranſmittitur ad fi-
lios,quando qualitas inceperit à capite lineæ,ita de-
clarat Tiraquell.*de primogen.quæſt.*40.*numer.*55. Sed
quando linea non incepit,& qualitas primogenitu-
ræ non adeſt,nihil conſiderari poteſt,quòd ad filios
50. tranſmittatur. Item quia d. potentia † ſuccedendi
eſt prorſus inanis,vt dicit Specul. *in titulo de execu-
tione ſententiæ.§.ſequitur.verſ. quòd ſi filiusfamilias.*
Bartol. *in auth.ſi qua mulier.col.final.verſ.quæro quan-
do filij. C.de ſacroſanct. Eccleſ.& in l. ſciendum,circa fi-
nem principij.ff.qui ſatiſdare cogantur,& in l.qui Romæ.
col.*1. *verſ.certè dixi*, & *ibi* Immol.*ff. de verb. obligat.*
Bald.*in l.illud quæſt.*3.*C.de ſacroſ. Eccleſ. & in l.quam-
quam,in fin. C.ad leg.falcid. & in §. ſi quis miles col.* 3.
verſ.ſed pone quòd in inſtrumento Imperator Lotharius,
vbi ait iſtā eſſe potentiam ſuccedendi, quæ eſt non
ens, & ideo in filios non poteſt tranſmitti illa po-
tentia ſuccedendi, quæ erat in patre ſub conditio-
ne,quæ in eius vita non fuit adimpleta,& non entis
nullæ ſunt qualitates.

Item quòd conditio † aſſumendi cognominis im- 51.
portet conditionem,non autem modum, fuit deci-
ſum,vt *in D.N.tom.*5.*tit.Conditio,c.Titius.*Idem ſi te-
ſtator mandauerit, vt cùm primùm caſus euenerit,
aſſumat cognomen, quoniam verba reſpicientia fu-
turum euentum†,importat conditionem.*l.reſpicien-* 52.
dum,& l.ſeq.ff.ſi cert.pet. & alia allegata per Corn.*in
conſ.*187. *n.*7. *vol.* 2. Idem ſi dixerit,alioquin † eum 53.
contrafacientem priuat.Nam dictio *alioquin*,eſt ad-
uerſatiua conditionalis,& interpretanda eſt,ideſt,ſi
non fuerint facta prædicta,vt probat Bartol.*in l.*1.*n.*
11.*ff.de condit. & demonſtr.* vbi quòd dictio *alioquin*,
non ſolùm facit diſpoſitionem conditionalem, ſed
etiam continet conditionē præcedenti diſpoſitioni
contrariam,& hanc doctrinam Bartoli ſequuti ſunt
multi relati per Cacheran.*in deciſ.* 145. *n.*5. ex qui-
bus apparet eſſe communiter receptam.

Articvlvs V.

Quæ perſonæ comprehendantur in fidei-commiſſo familiæ relicto.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum familiæ relictum, quas perſonas comprehendat.*
2. *Familiæ appellatione regulariter veniunt deſcendentes.*
3. *Agnatio eſt idem quod familia.*
4. *Familia,progenies,proles,& ſtirps ſunt ſynonyma.*
5. *Generationis appellatio quos comprehendat.*
6. *Familiæ appellatione veniunt tranſuerſales, quando teſtator non habuit conſiderationem perſonarum.*
7. *Domus appellatio continet etiam tranſuerſales, etiam reſpectu ſtatuti.*
8. *Familiæ appellatio reſtringitur ad vocatos per dictionem* videlicet.
9. *Dictio* videlicet,*eſt reſtrictiua præcedentium.*
10. *.. aliquando ſtat declaratiuè.*
11. *Naturales filij veniunt appellatione familiæ in fideicommiſſo.*
12. *.. faciunt deficere conditionem,ſi abſque filiis deceſſerit.*
13. *Filij ſpurij nobilium in quibus locis ſunt nobiles.*
14. *Filij naturales,& ſpurij dicuntur de domo.*
15. *.. legitimi ex illegitimis admittuntur ad feuda.*
16. *Filium non debere eſſe melioris conditionis quàm mater,quomodo intelligatur.*
17. *Feminæ continentur in fideicommiſſo familiæ relicto.*
18. *.. idem ſi relictum ſit generi, vel proximioribus.*
19. *.. ſecus ſi habita eſt ratio agnationis conſeruandæ.*

20. .. non

20. . . *non conſeruat familiam, ſed eſt illius finis.*
21. . . *ſemper ponenda eſt in cognatorum numero.*
22. . . *non continentur appellatione familiæ, & agnationis, ſtante ſtatuto excluſiuo.*
23. . . *idem ſi teſtator prohibuit alienationem, vt in familia bona conſeruentur.*
24. L. voluntas. C. de fideicommiſſ. *quot modis limitetur.*
25. *Familiæ duplicata appellatio perſeueratiam requirit.*
26. *Femina nupta eſt de mariti familia, & exit de propria.*
27. *Fideicommiſſum familiæ relictum comprehendit extraneos ſub conditione vocatos aſſumendi cognominis.*
28. *Onus aſſumendi cognominis ſemper cenſetur in vim conditionis impoſitum, quod debet impleri ante aditionem.*
29. *Fideicommiſſum familiæ relictum, id eſt, pro deſcendentibus, eſt perpetuum, & durat in perpetuum.*
30. *Succeſſio deſcendentiũ nullis gradibus terminatur.*
31. *Succeſſio deſcendentium in feudis, regnis, & maioratibus, eſt in infinitum.*
32. *Fideicommiſſum factum agnationi non extenditur vltra decimum gradum.*
33. . . *ſecus ſi teſtator voluerit vlterius progredi.*
34. *Fideicommiſſa agnatis facta regulantur ſecundùm ſucceſſiones ab inteſtato.*
35. . . *& in quibus caſibus dicatur perpetuum.*
36. . . *quando dicatur reale.*
37. *Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis an extendatur vltra quartum gradum.*
38. §. Nos igitur. auth. de reſtit. fideicommiſſi, *declaratur.*
39. *Fideicommiſſum familiæ relictum intelligitur ſecundùm ordinem graduum, vt primò proximiores admittantur.*
40. *Hæres grauatus reſtituere familiæ, non poteſt remotiorem eligere.*
41. *Fideicommiſſum conditionale non eſt reſtringendum ad natos tempore teſtamenti.*
42. *Tempus euenientis conditionis attenditur in diſpoſitionibus conditionalibus.*
43. *Menochij doctrina* in conſil. 97. num. 75. *non eſt recipienda.*

1. CVM de fideicommiſſo † familiæ relicto agimus, illius nomine ſoli deſcẽdentes continentur *l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. l. peto. §. fratre. de legat. 2. l. ſi chorus, in princ. de legat. 3.* Nam regulariter familiæ † appellatio, intelligitur ſolùm de de-
2. ſcendentibus. *l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. ſignificat.* & *ibi* Rebuff. *in ver natura declarat.* Nam hoc nomen *familiæ* habet reſpectum ad patremfamilias, & ad filiumfamilias tantùm, & cùm à filiofamilias, qui per naturam eſt ſub poteſtate patris, dependeãt nepotes, & pronepotes, ac deinceps in infinitum, qui acceſſionis iure ad filiumfamilias dicuntur de familia eius, qui eſt paterfamilias, propterea diſpoſitum eſt, vt familiæ appellatio ad deſcendentes tãtùm ſignificationem producat. Decian. *in conſ. 86. num. 27. vol. 3.* & alij per Menoch. *in conſ. 706. num. 7. vol. 8.* & huc pertinet, quod dixit Rota *in deciſ. 195. n. 10 part. 1.* in vltimò impreſſis, quòd quando teſtator voca-
3. uit agnationem ſuã, † intellexit de familia ſua, cuius appellatione veniunt illi ſoli, qui per rectam lineam à teſtatore deſcendunt, non autem tranſuerſales, Ruin. *in conſ. 154. n. 10. vol. 2.* Menoch. *in conſ.*
4. 233. *num. 15. vol. 3.* Præterea nomen familiæ, † prout

Doct. Marta ſumma ſucceſſ. pars leg. 4.

ſumitur pro deſcendentibus, habet multa ſynonyma, ſolos deſcendentes ſignificantia. Nam progenies ſignificat deſcendentes, eſt enim hoc nomen ſynonymum cum verbis *proles*, & *ſtirps*. Curt. iun. *in conſil. 5. n. 40.* Boër. *in deciſ. 356. in princip.* & nomen *proles*, intelligitur de deſcendentibus, *l. humanitatis, in verſ. nec alia proles deſcendentium ſit,* & *ibi* Lancellot. Dec. & cæteri *C. de impub. & aliis ſubſtit. c. inhibitio. §. ſi quis verò, verſ. pari modo proles legitima cenſeatur ſi ambo parentes, &c. de clandeſtina deſponſatione.* Item nomen *ſtirps* etiam intelligitur de deſcendentibus, Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſtam.* Simon de Pret. *in conſ. 110. num. 12. vol. 1. & de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 11. fol. 292. num. 63.* Progenies igitur ad deſcendentes reſpectum habet, quia frater meus non eſt de progenie meus, ſed & ego & frater meus ſumus de progenie patris noſtri. Bald. *in authent. ſed & ſi quis, num. 4. C. de ſecund. nupt.* Et hoc eſt verum etiam in materia ſtatutaria, *l. final.* & *ibi* Bald. *num. 2. C. de emancipat. liber.* Bald. *in l. final. num. 3. C. de dotis promiſſ.* Franch. *in c. ſi pater, num. 110. verſ. quartò qui veniant, de teſtam. lib. 6.* Simon de Pret. *in d. ſolut. 11. num. 60. & in d. conſil. 110. num. 14.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. num. 13.* Curt. iun. *in d. conſil. 5. num. 40.* Boër. *in d. deciſ. 356.* Item appella-
tione † generationis veniunt ſoli deſcendentes, 5.
Butr. *in cap. nouit. de iudiciis*, Capra inter conſilia Cornei *conſil. 51. num. 4. vol. 3.* Corn. *in conſil. 233. num. 3. vol. 4.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 300. & conſil. 316. vol. 2.* & alij ad hoc relati per Menoch. *in conſil. 1043. num. 17. vol. 11.* licèt aliquando generationis nomen ſumatur pro gradu deſcendentium, nam filius eſt in primo gradu, nepos in ſecũdo, pronepos in tertio. §. 1. & *ibi* gloſſ. *in ver. cuiuslibet gradus, authent. de hæred. ab inteſt.* & *ibi* gloſſ. etiã in verbo, *ſiue ex femineo genere deſcendens.* Item nomen liberorum comprehendit deſcendentes, *l. cognoſcere. §. liberorum. l. liberorum. ff. de verb. ſignificat. l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius voc. §. 1. authent. de hæredib. ab inteſt. venientib.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 25. num. 8.*

Declaratur iſta regula, nam quando teſtator
habuit conſiderationem familiæ, † & non perſo- 6.
narum, tunc non ſolùm veniunt deſcendentes, ſed etiam tranſuerſales, Gabriel *in conſil. 132. numer. 59. vol. 1.* Menoch. *in conſ. 424. num. 12. vol. 5.* Sicut ſi teſtator vocaſſet agnatos, quod nomen pertinet tàm ad collaterales, quàm ad deſcendentes. Mantic. *de coniectur. lib. 8. tit. 12. n. 12. verſ. ſed in propoſito,* etiamſi teſtator vocaſſet ſuos agnatos, vt *ibi* per Mantic. qui reprobat Ruinum aliter ſentientem.

Idem ſi teſtator vocauerit domum, † nam veniũt 7.
non ſolùm deſcendentes, ſed etiam tranſuerſales, Gratus *in conſ. 67. num. 10. vol. 2.* Corn. *in conſ. 216. n. 4. & 6. vol. 4. & in conſ. 113. verſ. nec videtur, vol. 4.* Menoch. *in conſ. 1017. num. 14. & ſeq. vol. 11.* Ita enim interpretandum eſt ſtatutum vocans proximiores natos in domo ad excluſionem feminarum, vt comprehendantur etiam tranſuerſales, aliàs ſequeretur quòd nati in domo admitterentur ad ſucceſſionem, & non nati in domo non admitterentur, & ita ſi filij filiorum, & ſic nepotes, vel pronepotes ex fratre nati eſſent in domo, ſuccederent, excluſis proximioribus non natis in domo, & abſurdum eſt dicere, quòd remotiores proximioribus præferantur. *l. ſi viua matre. C. de bonis maternis. l. cùm ita. ff. de condit. & demonſtr.* Dec. *in conſ. 443. num. 18.* Crauet. *in conſil. 62. num. 7. & ſeq.* Ruin. *in conſil. 168. num. 19. & ſeq. vol. 3.* Socin. iun. *in conſil. 129. num. 36. verſ. quarto. vol. 3.* Item eſſet contra mentem

ſtatuti, quæ fuit maſculos proximiores feminis præferre, & bona in agnatione conſeruare, ad tradita per Brunum *de ſtatuto excluſiuo feminarum art.* 3. *num.* 11. *& ſeq.*

Secundò declaratur, nam quando teſtator vocauit familiam,& addidit, videlicet Alphonſum, Iulium, & Camillum, tunc familia reſtringitur ad
8. ſolos vocatos, † & non extenditur ad eorum deſcendentes, Bartolus *in d.l. cùm ita.* §. *in fidecommiſſo, num.* 1. & *ibi* Paul. de Caſtr. *in fin.* Alciat. *num.*2. Cuman. *numer.* 2. quos ſequitur Menoch. *in conſil.*
9. 706. *num.* 9. *volum.* 8. quia dictio † *videlicet*, eſt reſtrictiua præcedentium, *l. cùm quidam.* §. 1. *ff. de vſu. c. ſtatutum.* §. 2. *de hæretic. lib.* 6. Bartol. *in l.* 1. *ff. ad leg. falcid. & in l.* 2. *ff. ad leg. Aquil.* Dec. *in conſil.* 423. *num.* 15. per text. *l. in venditione, in princip. ff. communia prædiorum, & l. final. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* gloſſ. *in clem. cauſam, in ver. videlicet. de elect.* Socin. iun. *in conſil.* 26. *numer.* 9. *volum.* 4. Cephal. *in conſil.* 300. *numero* 13. *volum.* 3. Burſat. *in conſil.* 13. *num.* 32. *volum.* 1. Pariſ. *in conſil.* 53. *num.* 2. *volum.* 3. Decian. *conſil.* 56. *num.* 6. *volum.* 3. Riminald. iun. *in conſil.* 808. *num.* 65. & modus reſtrictus hoc modo per verbum *videlicet*, eſt omnino ſeruandus, Riminald. *ibid. num.* 66. & de hoc etiam ſcribit Maranta *in tertia parte ſui ſpeculi. num.* 105. & Socin. *in conſil.* 41. *num.* 36. *vol.* 4. Et licèt aliqui ex præcitatis Doctoribus aliquando
10. dicant, dictam dictionem ſtare † declaratiuè, tamen ſi benè aduertantur dicti Doctores, loquuntur quando id quod declaratur, non eſt amplius & latius eo quod declarat, tunc enim declaratio facit demonſtrationem; ſed quando id quod prætendirur declarari eſt amplius,& latius, tunc dictio *videlicet* omnino reſtringit, & ſecundùm limitationem eſt intelligendum, quia verba generalia ſemper reſtringenda ſunt ad ſpecificata. *l. ſi de certa. C. de tranſact.* & *ibi* Bartol. & cæteri Addentes ad Bartol. *in l. ſanctio. ff. de pœnis.* Bartol. *in l. emptor.* §. *Lucius, num.* 3. *ff. de pactis, & in l. Aurelius.* §. *Seio. ff. de liberat. legata.* Bald. *in l. pacta. num.* 9. *C. de collat.* Iaſ. *in l. qui Romæ.* §. *duo fratres. num.* 7. *ff. de verb. oblig.* ergo vocando familiam in genere, & ſpecificando perſonas, dicitur reſtrinxiſſe genus familiæ ad perſonas ſpecificatas.

Sed vt iſte articulus pleniùs declaretur, deſcendamus ad particularia, & primus caſus ſit, filij na-
11. turales † veniũt appellatione familiæ, in fideicommiſſo ipſi relicto,ad excluſionem alterius,quoniam appellatione filiorum in cõditione poſitorum continentur ipſi naturales ad excluſionem ſubſtituti,vt latiſſimè ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 2. *art.* 3. *num.* 6. *& pluribus ſeq.* per *l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus. ff. ad Trebellian.* & *in dicta parte* 1. *quæſt.* 16. *art.* 3. ſcripſi, quòd
12. filij naturales † faciunt deficere cõditionem, ſi abſque filiis deceſſerit, etiamſi pia cauſa eſſet ſubſtituta. Item quia filij naturales ſunt de familia, ſicut ſunt filij legitimi,& naturales,& ad hoc eſt text. qui cauillari non poteſt, *in cap. Dominus, diſtinctione quinquageſima ſexta*, vbi quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus nõ ſolùm ex alienigenis,ſed etiam ex adulterinis commixtionibus naſci voluit. & in verſ. *ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti*, Cephal. *in conſ.* 591. *per totum, vol.* 4. probat,quòd filij naturales ſunt de linea ad effectum ſuccedendi. Item comprobatur ex communi vſu loquendi multorum regnorum,&
13. in conſuetudinem redacto. Nam in tota Francia † ſpurij nobilium ſunt nobiles. Tiraquell. *de nobilitate cap.* 15. *num.* 25. Idem in Regnis Hiſpaniæ. Couar. *in epitom. de ſponſal. part.* 2. *cap.* 8. §. 4. *numero* 4. Item in Sabaudia filij ſpurij nobilium ſunt nobiles, Rainer. *in tractatu de nobilitate, in quinta parte principali. quæſt.* 2. Item quòd naturales, † & ſpurij 14.
dicantur de domo, & familia, ſicut legitimè nati, in Florentia, Bartol. *in l. final. numer.* 1. *C. de verb. ſignificat.* & *ibi* Bald. & Corn. Ita etiam Peruſij, Angel. *in conſil.* 30. *num.* 6. Item Brixiæ, vt per Pedroc. *in conſil.* 10. *num.* 10. *& ſequent.* cum aliis ſimilibus, quæ allegari poſſent, & omitto. Item hæc concluſio multò magis procedit in filiis legitimis & naturalibus deſcendẽtibus ex filiis illegitimis, quoniã in feudis vbi ſit † ſtrictior interpretatio,quia ex diſ- 15.
poſitione iuris non pertinent ad extraneos, & tamen natus capax ex perſona non capaci admittitur ad ſucceſſionem feudi. *cap.* 1. *de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis*, vbi cum præſuppoſito, quòd femina non ſit capax feudi, diſponitur, quòd deſcendẽs ex femina admittitur ad ſucceſſionem contra feminam proximiorem, & ratio aſſignatur ibi ab Andrea *num.* 1. *propè finem*, per hæc verba, quia tam patruus, quã nepos, ſunt de deſcendẽtibus eius, qui primò feudum acquiſiuit. hoc etiam dicit Bald. *in authent. ceſſante. col. final. verſ. dicas. C. de legitim. hæredib.* quòd inueſtitura illa vocabat quoſcumque maſculos ſiue natos ex maſculis,ſiue ex feminis, & ita conſiderauit deſcendentes primi acquiſitoris, etiamſi ex incapaci orti eſſent. Et per hæc reſpondetur ad *l. ſi viua matre.* §. *nam licet. C. de bonis matern.* vbi quòd filius † non debet eſſe melioris conditio- 16.
nis, quàm mater, dico quòd eſt verum quando conſideratur vt deſcendens ab illa radice infecta, id eſt, reſpectu eius quod mater non poterat acquirere; ſed in hoc caſu probatum eſt filios naturales poſſe acquirere,& venire appellatione familiæ,ad excluſione ſubſtituti, etiamſi Eccleſia eſſet ſubſtituta; ergo multò magis filij legitimi, & naturales nati ex filiis naturalibus tantùm, ſunt de familia appellandi.

Secundus caſus eſt, feminæ † continentur in fi- 17.
deicommiſſo familiæ relicto, prout eſt caſus *in l. final. C. de verb. ſignificat. & in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. & authent. de reſtitut. fideicommiſſi.* Item quia fideicommiſſum factum familiæ intelligitur de deſcendentibus, vt probaui; ſed deſcendentium appellatione veniunt feminæ, *l. final. C. de ſuis, & legitim.* & alia quæ allegaui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 9. Item ad hoc *l. pronuntiatio.* §. *familiæ. ff. de verb. ſignificat.* & neptis ex filio dicitur agnata. *l.* 2. *ff. de ſuis, & legitim. l. lege duodecim tabularum. C. de legitim. hæredib.* §. *item vetuſtas. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & hanc concluſionem, probant Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *numero* 5. *& ſequent.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *ſ lut.* 11. *numer.* 66. *fol.* 293. Peregrin. *in fideicommiſſ. art.* 22. *num.* 26. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſtion.* 43. Menoch. *in lib.* 4 *præſumpt.* 88. *numer.* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1236. *numero* 42. qui cæteros referunt. Idem ſi fideicommiſſum relictum ſit gene-
ri, † quod eſt ſynonymum cum deſcendentibus. 18.
Corn. *in conſil.* 233. *num.* 3. *volum.* 4. poſt Anton. de Butr. *in cap. nouit. in* 4. *notab. de iudiciis*, & Menoch. *in conſ.* 1113. *num.* 2. *volum.* 12. Idem ſi relictum ſit proximioribus, nam eſt nomen commune, etiã feminas comprehendens,& ita in terminis ſtatuti vocantis proximiores, reſpondit Corn. *in conſ.* 222. *volum.* 3. & in terminis vocationis factæ à teſtatore, Decian. *in conſ.* 98. *numer.* 5. *volum.* 3. & alij per Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 84. *num.* 33. Idem ſi relictum fuerit proximioribus de cippo, quoniã cippus, ſicut familia, eſt nomen commune, conue-

niens

niens etiam feminis. Pariſ. *in conſ. 35. num. 5. vol. 3.*
Item quòd hoc caſu veniant feminæ, quando non
apparet fuiſſe habitam rationem conſeruandæ a-
gnationis, reſponderunt Paul. de Caſtro *in conſil.*
150. *num.* 4. *vol.* 2. Socin. *in conſil.* 2. *num.* 13. *vol.*
2. *& conſil.* 94. *num.* 10. *vol.* 1. Corn. *in conſil.* 229.
col. final. & conſil. ſeq. col. 2. *in fin. vol.* 3. quia de iure
comprehenduntur, & teſtator cum eo iure confor-
mem ſe reddidiſſe cenſetur. Et quando non eſt ha-
bita ratio agnationis, & proximior de cippo voca-
tus eſt, ille tantùm inuitari dicitur, qui tempore
primæ vocationis proximior reperitur, cæteris po-
ſterioribus deinceps excluſis, Cephal. *in conſil.*
353. *num.* 43. *& pluribus ſeq. vol.* 3. *& conſil.* 693. *n.* 20.
vol. 5. Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 11. qui
bene hanc concluſionem probant.

19. Declaratur iſte caſus, vt feminæ † non dicantur
vocatæ in fideicommiſſo familiæ relicto, quando
teſtator voluit bona conſeruari in agnatione, Man-
tic. *de coniectur. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 8. Simon de Pret.
in d. ſolutione 11. *num.* 67. *fol.* 293. Peregrin. *de fidei-
commiſſ. art.* 25. *num.* 47. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4.
præſumpt. 88. *n.* 5. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 43. qui
cæteros conſulentes referunt, quorum ad hoc in-
finitus eſt numerus, & ita fuit iudicatum, vt *in Di-
geſt. Nouiſſ. tom.* 5. *titulo Fideicommiſſum, cap. fami-
liæ, & in titulo Subſtitutio, cap. proximiore*; quoniam
20. femina † ex maſculo deſcendens non conſeruat
agnationem. Item nubendo alteri facit finem fa-
miliæ paternæ. Item quando eſt nupta, iam eſt fi-
nita ratio agnationis ſuæ. Item cùm ſit principium
cognationis, & in ea incipiat linea feminina, ideo
21. in cognatorum † nomen ponenda eſt, & ita has
concluſiones probaui ſupra *in parte tertia quæſt.* 2.
artic. 3. *num.* 9. *& plur. ſeq.*

Idem ſi teſtator non expreſſerit conſeruationem
22. agnationis, ſed extet ſtatutum excluſiuum † femi-
narum propter maſculos, nam tunc cenſetur ſe cō-
formem reddere cum diſpoſitione ſtatuti, ad Bar-
tol. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* & ita
cenſetur habuiſſe rationem conſeruandæ agnatio-
nis, tunc enim feminas non dici fideicommiſſo vo-
catas, firmarunt, Alexand. *in conſil.* 38. *num.* 7. *vol.*
6. Riminald. iun. *in conſil.* 499. *num.* 63. *vol* 5. & Me-
noch. *in conſil.* 1012. *num.* 26. *& ſeq. vol.* 11. qui alios
referunt, & extante d. ſtatuto feminas non conti-
neri, etiam ſub verbis generalibus teſtatoris, aptis
illas continere, Bartol. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi libe-
ri. num.* 5. *verſ. niſi in ciuitate, & verſ. item prædicta
vera. ff. de operis libert.* quam doctrinam ſequuta eſt
Rota *in deciſ.* 255. *num.* 3. *parte* 1. in vltimò impreſ-
23. ſis. Idem † ſi teſtator prohibuit alienari extra fa-
miliam, vt in familia conſeruentur, tunc enim ap-
pellatione familiæ non continentur feminæ, ita vt
ne filiæ quidem propriæ relinqui poſſit, Ruin. *in
conſil.* 150. *num.* 17. *verſ. ſecundò probatur. vol.* 2. *& in
conſil.* 168. *num.* 16. *&* 26. *vol.* 3. Pariſ. *in conſil.* 26.
num. 16. *vol.* 1. Surd. *in conſil.* 96. *num.* 32. *vol.* 1. &
alij ad hoc allegati per Menoch. *in conſil.* 121. *vol.*
1. *& in conſil.* 197. *numero* 55. *volum.* 2. *& in conſ.* 575.
24. *in fin. volum.* 6. Et licèt text. † *d. l. voluntas. C. de fi-
deicommiſſ.* velit contineri feminas, quando ſim-
pliciter prohibuit bona alienari extra familiam, ta-
men illa lex non procedit, quando teſtator repli-
cauit, vt in familia remaneant, duplicata enim vo-
25. catio familiæ † perſeuerantiam requirit, & tunc
ſecunda vocatio intelligitur de agnatione, ad diffe-
rentiam familiæ, Menoch. *in conſil.* 900. *numer.* 24.
& ſequent. vol. 9. Item quia d. l. *voluntas*, non pro-
cedit, quando femina iam nupta eſt, Mantica *in*

conſil. 117. *num.* 43. Socin. iun. *in conſil.* 181. *numer.*
40. *& ſequent. volum.* 2. & alij ad hoc allegati per
Borrel. *in controuerſ.* 94. *num.* 7. *& ſequent.* quando
enim femina nupta eſt, † illa excluditur, quaſi non 26.
ſit de familia teſtatoris. Bald. *in l. feminæ. C. de ſena-
tor. & in l. maximum vitium, num.* 21. *C. de liber. præ-
ter.* Curt. iun. *in conſil.* 36. *num.* 9. Pariſ. *in d. conſil.*
26. *num.* 16. *vol.* 2. & latiſſimè probat Honded. qui
alios refert, *in conſil.* 75. *num.* 9. *& ſeq. & numer.* 16.
& 28. *vol.* 1. & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. No-
uiſſ. tom.* 5. *tit. Subſtitutio. cap. proximiore.* Et quòd
quando teſtator ſiue expreſsè, ſiue tacitè voluit
conſeruari ſuam agnationem, nunquam femina, ſi-
ue nupta vocata cenſeatur, ſcripſi ſuprà *in parte*
3. *quæſtion.* 2. *artic.* 3. *num.* 12. & alij quando etiam
feminæ admittendæ ſint, puta ſi nullus maſculus
extaret, ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 13. *artic.* 9.
num. 32. Item an quando feminæ admitti non poſ-
ſunt, ſaltem admittendi ſint maſculi deſcendentes
ex eis, ſcripſi *in parte* 1. *quæſt.* 1. *art.* 3. vbi omnes al-
legaui.

Tertius caſus eſt. In fideicommiſſo † familiæ 27.
relicto continentur extranei vocati ſub conditio-
ne aſſumendi cognominis familiaris, de cuius con-
ditionis validitate, & effectu pleniſſimè ſcripſe-
runt Molina *in lib.* 2. *de Hiſpan. primogen. cap.* 14. *nu-
mer.* 10. & Theſaur. *in deciſ.* 270. & hoc grauа-
men † cenſetur à teſtatore impoſitum in vim con- 28.
ditionis, propterea eius implementum debet præ-
cedere actum aditionis, Guido Pap. *deciſ.* 251. Be-
nedict. *in cap. Raynutius, in ver. Raynutius de Clera,
num.* 45. Caſſan. *de gloria mundi parte* 1. *quæſt.* 46.
Pariſ. *in conſil.* 28. *& ſequent. volum.* 2. Theſaur. *d. de-
ciſ.* 270. *num.* 2. Rimin. iun. *in conſil.* 42. *numer.* 128.
& ſequent. volum. 1. Molin. *in d. cap.* 14. *num.* 11. quos
ſequitur Morot. *in conſil.* 68. *numer.* 2. *& ſequent.* &
multò magis quando teſtator contrafacientem pri-
uauit, vt ſcripſi *in præcedenti articulo*, tunc enim
ex ipſa priuatione arguitur teſtatorem voluiſſe con-
ditionem prædictam ante actum aditionis eſſe ad-
implendam, vt etiam probat *ibi* Morotius.

Declaratur iſte articulus, vt fideicommiſſum † 29.
familiæ relictum, ſumendo familiam in ſua pro-
pria ſignificatione pro deſcendentibus, vt ſcripſi
in principio huius articuli, ſit perpetuum, & tranſ-
feratur ad deſcendentes in infinitum, Natta *in
conſil.* 531. *numer.* 24. Grat. *in conſil.* 132. *num.* 11.
vol. 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 30. *num.* 19. quia
deſcendentium ſucceſſio nullis † gradibus termi- 30.
natur, & vſque in infinitum progreditur, §. 1. *au-
thent. de hæred. ab inteſtato venientib. l. final. C. de ſuis,
& legitim. l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradib. af-
finit. l. liberorum. ff. de verb. ſignificat.* & deſcenden-
tium appellatione omnes in infinitum venire, pro-
bat Menoch. *in conſil.* 333. *num.* 11. *volum.* 4. *& in
conſil.* 393. *numer.* 13. *volum.* 4. *& conſil.* 895. *numer.*
5. *& ſequent. volum.* 9. *& conſ.* 930. *num.* 4. *& plur. ſeq.
vol.* 10. & in feudis ſucceſſio † deſcendentium in in- 31.
finitum progreditur, *c.* 1. *de natura ſucceſſ. feud. cap.*
1. *de feudo marchiæ. cap.* 1. *§. & quia vidimus. de his
qui feud. dar. poſſ.* Idem in ſucceſſione regnorum, &
maioratuum, Couar. *in lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 5. *nu-
mer.* 4. *verſ. quintò hinc examinari.* Sed ſumendo fa-
miliam † pro agnatione, vt cōprehendat tranſuer- 32.
ſales, tunc fideicommiſſum non comprehendit
eos qui ſunt vltra decimum gradum. §. *ſi verò neque
fratres. authent. de hæred. ab inteſt. venient. §. final. In-
ſtitut. de ſucceſſ. cognat.* & not. *in l. final. C. vnde co-
gnati*, vbi omnes ſcribunt, & ita reſponderunt,
Baldus *in conſil.* 333. *volum.* 3. Ancharan. *in conſil.* 94.

vol. 2.

vol. 2. Dec. in conſil. 321. num. 2. & alij relati per Pe-
regrin. in d. art. 30. n. 3. quam opinionem etiam ſe-
quitur ibid. num. 19. licèt poſtea in deciſ. 5. num. 3. te-
33. neat contrarium, quando ex intentione teſtatoris †
poſſet conſtare, vltra decimum gradum fideicom-
miſſum inter dictos agnatos extendendum eſſe. Nā
cùm teſtator poſſit poſt decimum ſuorum agnato-
rum gradum, extraneos ſubſtituere, eodem modo
poterit vltra decimum gradum vocare, ita arguunt
Curt. iun. in conſil. 88. num. 2. Socin. iun. in conſil. 140.
versùs finem. vol. 3. Cephal. in conſ. 137. num. 38. & ſeq.
vol. 2. & in conſil. 386. num. 10. Vbi autem non con-
34. ſtat fideicommiſſum † agnatis factum, regulatur
ſecundùm inteſtatorum ſucceſſiones, quæ in deci-
mo gradu terminātur. d. §. ſi verò neque fratres. auth.
de hæred. ab inteſt. venient. & d. §. final. Inſtit. de ſucceſſ.
cognat. Sed de voluntate conſtare dicitur, quando
reſpectu familiæ & agnationis teſtator perpetuum
fideicommiſſum eſſe iuſſit, tunc enim vſque ad vl-
35. timum agnationis, & familiæ † gradum progredi-
tur. Alex. in conſil. 56. n. 2. vol. 4. Socin in conſ. 43. vol.
3. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui, in 1. lectura, num. 113. &
in 2. lectura, num. 155. de legat. 1. Cephal. in conſil.
131. num. 29. & 31. volum. 1. Idem ſi teſtator fidei-
36. commiſſum reale † inter ſuos agnatos, & familiam
fecerit, nimirum prohibendo bona alienari, vt
perpetuo tempore ſint in ſua familia, vt probant
Menoch. in lib. 4. præſumpt. 68. num. 26. & Peregrin.
de fideicommiſſ. art. 10. num. 54. & artic. 32. num. 70.
Surd. in conſil. 67. num. 23. vol. 1. Nam fideicommiſ-
ſum reale tranſit in infinitum inter agnatos. Ripa
in d. §. diui, num. 108. Menoch. in conſil. 444. numer.
146. vol. 5. Becciusin conſil. 24. num. 24. Petra de fi-
deicommiſſ. quæſt. 2. num. 123. Rota deciſ. 193. num.
2. parte prima, in vltimò impreſſis, vbi cæteri refe-
runtur.

37. Et licèt multi teneant fideicommiſſum † fami-
liæ relictum propter prohibitionem alienationis
ad illius fauorem, non excedere quartum gradum,
vt quia teſtator voluit in familia permanere, de qui-
bus per Mantic. in lib. 6. tit. 2. per text. in §. nos igi-
tur. in authent. de reſtitutione fideicommiſſi, niſi teſta-
tor iubeat bona ſua perpetuo tempore in ſua agna-
tione conſeruari, & ita limitant d. §. nos igitur,
Bartol. & Angel. ibi, & ſcribit Couar. in d. lib. 3. var.
reſolut. cap. 5. num. 4. & alij velint prohibitionem
excedere quartum gradum ſi ex aliis verbis & con-
iecturis colligi poſſit, Emilius Ferret. in d. l. filius-
familias. §. diui, num. 116. & ſeq. de legat. 1. Socin.
iun. in conſil. 14. num. 10. vol. 3. Menoch. in conſil.
38. 220. num. 2. vol. 3. Tamen ego intelligo d. §. nos † igi-
tur, vt prohibitio alienationis extinguatur in quar-
to gradu, iſtis concurrentibus, videlicet ſi fideicom-
miſſum factum fuerit pro parte, cum prohibitione
non alienandi ſolùm liberis primi gradus, non au-
tem vlterioribus; item ſi ipſi alienauerint, & aliorū
fratrum alienationibus conſenſerint; item ſi pro
parte factum fuerit, non ſolùm liberis primi gra-
dus, ſed etiam hæredibus eorum, vt bona perpetuò
maneant in familia, & hæc pars fuerit portio fidei-
commiſſi pro ſuis filiis relicti; denique ſi quatuor
generationes præceſſerint, & vltimus hæredum per
interuenientem aliquem in medio impuberum hæ-
reditatem capiat, his concurrentibus finitur fidei-
commiſſum in quarto gradu, quæ verè interueniunt
in d. authent. de reſtitutione fideicommiſſi, à qua iſta
quæſtio originem habuit, ex quo intelligere licet,
quòd ibi Iuſtin. non eſt loquutus generaliter per
modum regulæ, & generalis legis ſanciendæ, ſed tā-
tùm illum caſum, dictis concurrentibus decidendo,
quod colligitur ibi in verſ. Non tantùm præſentis cauſæ
deciſio eſt, item verſ. vltimus hæredum, item verſ. de
omnibus poſthac futuris, ad eum modum prohibitio-
nis, ponderando dicta verba, ad eum modum; ergo
ille textus eſt deciſio particularis caſus, non autem
generalis ad omnia fideicommiſſa pertinens.

Declaratur ſecundò, vt fideicommiſſum factum
familiæ intelligatur factum ſecundùm ordinē gra-
duum, † vt proximiores priùs ſuccedant. l. cùm ita. §. 39.
in fideicommiſſo. de legat. 2. l. final. C. de verb. ſignificat.
Ideo grauatus reſtituere familiæ, debet dare pro-
ximiori, gloſſ. in l. vnum ex familia. §. 1. ver. vni. de
legat. 2. quæ eſt communiter recepta † ibi per Do- 40.
ctor. Cuman. in l. peto. §. fratre. de legat. 2. Iaſ. in l.
2. num. 211. C. de iure emphyt. Paul. de Caſtr. in l. fi-
liusfamilias. §. cùm pater, in fin. de legat. 1. Ruin. in con-
ſil. 127. col. pen. verſ. ſi enim dictam cauſam. vol. 2. Ti-
raquell. de retract. conſanguin. §. 11. gloſſ. 6. num. 15.
Pariſ. in conſil. 30. num. 52. & conſil. 49. num. 19. vol.
2. & conſil. 72. num. 90. vol. 4. Socin. iun. in conſil.
126. num. 46. vol. 1. qui omnes vno ore affirmant,
quòd ſi fideicommiſſum eſt relictum familiæ, pro-
ximiores ſecundùm gradus admitti debent, atque
remotiores admitti non poſſe in præiudicium pro-
ximiorum. Sed difficultas eſt, quando diſpoſitio
eſt collata in tempus futurum, & incertum, tunc
enim fideicommiſſum † non eſt reſtringendum ad 41.
natos tempore teſtamenti, iuxta l. ſi cognatis. ff. de
reb. dub. ſed extenditur ad exiſtentes tempore eue-
nientis conditionis, quoniam in diſpoſitionibus
conditionalibus attenditur tempus euenientis con-
ditionis, † l. eum qui poſt. ff. de condition. & demonſtrat, 42.
l. pen. ff. de legat. præſtand. l. cùm pater. §. hæredita-
tem. l. non oportet. de legatis 2. l. pater filium. §. filiam.
de legat. 3. Item ſatis eſt, eoſdem de tempore puri-
ficatæ conditionis conceptos eſſe, videlicet, quan-
do dies fideicommiſſi cedit, ita firmarunt pluri-
mi Doctor. relati à Mantica de coniectur. lib. 8. tit. 12.
num. 22. verſ. ſed tamen aduerte; item plurimi relati
per Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. num.
97. & 99. Item plurimi relati per Roland. in conſil.
38. num. 35. & plur. ſeq. vol. 4. & per Cephal. in con-
ſil. 262. num. 14. & ſeq. volum. 3. quorum quotas
ſuper eodem puncto allegauit Peregrin. de fideicom-
miſſ. art. 22. num. 69. quidquid poſtea ſcripſerit † 43.
Menoch. in conſil. 97. num. 75. vol. 1. Quia ab eodem
relati, eius dictum non probant, & iſta opinio,
quòd in fideicommiſſo conditionali non admittan-
tur nati tempore euenientis conditionis, eſt com-
muniter reprobata, vt atteſtatur Socin. iun. in con-
ſil. 172. num. 28. in fin. volum. 1. Gabriel in conſ. 130.
num. 8. volum. 1. Dec. in rubric. de ſucceſſorio edicto.
Quamuis in fideicommiſſo conditionali ſit conſti-
tuenda differentia, inter natos tempore mortis
teſtatoris, & poſtea natos, quoniam nati, & cogni-
ti à teſtatore præferendi ſunt, tanquam ab eo ma-
gis dilecti, vt probat Curt. iun. in conſil. 58. propè
finem, cuius conſilium extollit Peregrin. in d. art. 22.
num. 69.

ARTICVLVS VI.

An filius ingrediatur locum patris in fideicommiſſo.

HVnc articulum pleniſſimè tractaui ſuprà in
parte prima, quæſt. vigeſima prima, in articulo pri-
mo, ibi videndus eſt.

ARTICVLVS VII.

An & quando per clauſulam codicillarem inducatur fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum poteſt fieri in codicillis, & in epiſtola miſſiua.*
2. *..inducitur per clauſulam codicillarem.*
3. *Clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis operatur vt ſubſtitutio vulgaris, & reciproca tranſeant in fideicommiſſariam.*
4. *Subſtitutio directa tacita per clauſulam codicillarem obliquatur.*
5. *..ſecus ſi expreſſa fuerit vulgaris, vel reciproca.*
6. *Subſtitutio directa tranſit in fideicommiſſariam, propter clauſulam codicillarem, etiamſi facta fuerit ordine ſucceſſiuo.*
7. *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento nullo ob filij præteritionem operatur fideicommiſſum.*
8. *Filius præteritus aliquando cenſetur rogatus reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto in primo teſtamento.*
9. *Clauſula codicillaris operatur quando teſtamentum eſt nullum ob defectum ſollemnitatum, & ob præteritionem, vel malam exhæredationem.*
10. *Clauſula codicillaris per verba futuri temporis an operetur fideicommiſſum, poſthumo ignoranter præterito.*
11. *..& ex lucubrationibus Menoch.* in conſil. 499. *apparet negatiuam partem eſſe magis communem, & veriorem.*
12. *Doctores qui non ſint allegandi ad faciendam communem.*
13. *Clauſ. codicill. per verba futuri temporis operatur fideicommiſſum in poſthumo ignoranter præterito, quando extraneus eſt inſtitutus.*
14. *..non operatur quando extraneus eſt hæres factus.*
15. L. ſi mater. ff. de inoffic. teſtam. *quomodo obſeruetur.*
16. *Clauſ. codicill. nihil operatur, etiamſi teſtator diu ſuperuixit, & potuit mutare teſtamentum, & non mutauit.*
17. *Teſtator ſi diu ſuperuixit, & non mutauit teſtamentum ruptum, præſumitur voluiſſe decedere inteſtatus.*
18. *Clauſula codicillaris effectus tolli poteſt per declarationem teſtatoris probandam per teſtes.*
19. *..fuit inuenta ad conſeruandam voluntatem teſtatoris.*
20. *..nihil operatur ſtante defectu voluntatis.*
21. *..inducit præſumptionem fideicommiſſi.*
22. *..ſemper cenſetur ineſſe pro conſeruanda voluntate inter liberos.*
23. *Clauſ. codicillaris tacita, & expreſſa eadem eſt virtus.*

Fideicommiſſum poſſe fieri in codicillis, dubitari nõ oportet. §. *final. Inſtit. de codill. l. hæreditatem. C. de codicill.* etiam adeundo hæreditatem, vt valeat in vim fideicommiſſi, per *l. Scæuola,* & *ibi* Doct. *ff. ad Trebell.* & tunc petitur fideicommiſſum actione ex teſtamento, cùm ad inſtar teſtamenti codicilli inuenti fuerint, gloſſ. *in d. §. final. in ver. relinquitur.* Rouit. *in conſil. 41. numero 5.*
1. Idem in epiſtola † fideicõmiſſum relinqui poteſt. *l.* *Doct. Marta ſummæ ſucceſſ. pars leg. 4.*
& in epiſtola. C. de fideicommiſſ. quæ epiſtola fideicõmiſſaria appellatur, *l. cùm hæredes. C. qui teſtam. fac. poſſ.* dummodo quinque teſtes ſaltem interueniant in ipſius ſcriptura. gloſſ. *in l. miles, in ver. epiſtolam. ff. de legat. 2. & in d. l. & in epiſtola,* per regulam *l. final. §. final. C. de codicill.* quæ loquitur generaliter in qualibet vltima voluntate, ſaltem quinque teſtium numerum adhibendum eſſe, quo caſu epiſtolam non differre à codicillis ad effectum fideicommiſſi conſtituendi, probant Mantic. *de coniectur. lib. 1. titulo 11.* & Lanar. *in conſil. 28. numero 2.* Sed an fidei-
commiſſum † inducatur per clauſulam codicilla- 2.
rem, aliquos caſus conſideremus, qui in practica occurrere ſolent.

Primus caſus eſt, quando † clauſula codicillaris, 3.
eſt concepta per verba futuri temporis, tunc operatur vt ſubſtitutio vulgaris, & reciproca tranſeant in naturam fideicommiſſi: ſed ſi per verba præſentis temporis, nihil operatur. Rubeus Alexandrin. *in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 13. ff. de liber. & poſthum.* Ripa *in l. centurio, num. 85. ff. de vulgari. & in l. Lucius, num. 45. ff. eod.* Socin. iun. *in conſil. 166. in fin. vol. 2.* Cagnol. *in l. precibus, numero 298. C. de impuber. ſubſtit.* Mantic. *de coniectur. lib. 5. titulo 2. numero 12. & in lib. 7. titulo 4. numero 9. verſ. ſed Ripa,* Gabriel *in conſil. 113. numero 7. volum. 1.*

Secundus caſus, ſubſtitutio † generalis, & in- 4.
certa, quam Doctores interpretantur directam in dubio, propter clauſulam codicillarem obliquatur, Curt. iun. *in conſil. 48. num. 6. verſ. nec obſtat ſi quiſpiam.* Crauet. *in conſil. 22. num. 8.* Secus ſi fuerit
expreſſa † ſubſtitutio vulgaris, vel reciproca, tunc 5.
enim dicta clauſula nihil operatur, Corn. *in l. ſi frater, in fin. C. de fideicommiſſ.*

Tertius caſus eſt, ſubſtitutio directa tranſit † in 6.
fideicommiſſariam propter clauſulam codicillarem, etiam ſi ſubſtitutio facta fuerit ordine ſucceſſiuo per vulgarem, nam propter dictam clauſulam obliquatur, vt valet in vim fideicommiſſi, Socin. *in l. Gallus. §. quidam rectè, in fin. ff. de liber. & poſthum. & in conſil. 12. num. 16. vol. 3.* Curt. iun. *in conſil. 48. num. 6.* Crauet. *in conſil. 22. num. 8.*

Quartus caſus eſt, clauſula † codicillaris appoſita 7.
in ſecundo teſtamento nullo, ob filij præteritionem, operatur fideicommiſſum. *l. quærebatur. ff. de teſtam. milit. l. 2. C. de codicill. l. 2. §. final. ff. de iure codicill. l. Scæuola. ff. ad Trebell. §. final. Inſtit. de codicill.* id eſt, vt fi-
lius præteritus † cenſeatur rogatus reſtituere hære- 8.
dibus ſcriptis in primo teſtamento. Bart. *in l. 1. num. 9. ff. de iure codicill. & in authent. ex cauſa, numer. 24. verſ. & hoc tenent. C. de liber. præterit.* & hanc eſſe communem opinionem, poſt quamplurimos relatos, probant Gabriel *in tit. de clauſulis. concluſ. 7. num. 1.* Vitalis *in tract. de clauſulis, in ver. clauſula codicillaris. num. 2.* Turret. *in tract. de clauſula codicillari, quæſt. 53. numer. 6.* & de hoc caſu ſcripſi plurima ſuprà *in hac parte, quæſt. 5. art. 4. num. 33. & plurimis ſequent.*

Declaratur, vt d. clauſula operetur non ſolùm quando teſtamentum eſt nullum ex defectu ſollem-
nitatis, † ſed etiam quando teſtamentum eſt nullum 9.
ob præteritionem, vel malam filij exhæredationem, Doct. communiter *in d. auth. ex cauſa. C. de liber. præterit.* Bart. *in l. 1. quæſt. 5. ff. de iure codicil.* Alex. *in d. auth. ex cauſa, num. 13. & in conſil. 26. n. 5 vol. 1.* Angel. Aretin. *in conſil. 82. num. 19. verſ. ſed tamen iſtis non obſtantibus.* vbi atteſtatur de communi, *& in conſil. 86. num. 16. & ſeq.* Dec. *in conſil. 242. n. 2.* & *ibi* Addentes, *& in conſil. 369. num. 2.* Iaſ. *in d. authent. ex cauſa*

 num. 22.

numer. 22. Socin. iun. in conſil. 146. num. 33. vol. 2. Clarus in §. teſtamentum. quæſt. 46. Gabriel in titulo de clauſulis. concluſ. 7. num. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. num. 2. & ita fuit pluries in Rota iudicatum, quas deciſiones cumulaui in tract. de clauſulis, cap. 11. num. 20. parte 3. in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Teſtamentum, cap. ſemper clauſula, & in tit. Codicillus. cap. clauſula codicillaris.

10. Quintus caſus eſt, clauſula † codicillaris concepta per verba futuri temporis operatur fideicommiſſum in poſthumo ignoranter præterito; Roland. in conſil. 7. num. 25. verſ. ſecundò iſta ſententia, vol. 4. vbi ad hoc probandum conſarcinauit quaſi innumerabiles Doctores, etiam atteſtantes de communi, & de magis communi, & poſt Rolandum, Turret. in tract. de clauſula codicill. quæſt. 63. plurimos alios modernos addit. Item Clarus, in §. teſtamentum. quæſt. 46. dicit, quòd hodie numerando omnes Doctores, etiam nouiſſimos, iſta opinio proculdubio eſt magis communis.

11. Verùm Menoch. in conſil. 499. † vol. 5. vbi acetrimè defendit opinionem negatiuam, videlicet, quòd clauſula codicillaris concepta per verba futuri temporis, nihil operetur, poſthumo ignoranter præterito, & ibi valde lucubrauit in allegationibus Rolandi., atque ſingulariter oſtendit Doctores ab eo allegatos, vel non affirmare, quod Rolandus credidit, vel in caſu contrario loquutos fuiſſe, videlicet Bartolus, Beluiſius, Angelus, Crauetta, Curtius, Ruinus, Tiraquellus, Capella Tholoſana, Decius, Iaſon, Iacobinus, vterque Socinus, Alciatus, Cephalus, Ripa, Gratus, Berttandus, Purpuratus, quibus Doctoribus demptis ab opinione, quam defendunt Rolandus, & Clarus, reſtat, quòd illa opinio nullo modo poteſt dici communis. Item cæteri Doctores moderniores, qui conſarcinantur à Turreto, & ab aliis modernioribus, neque poſſunt confirmare iſtam aſſertam communem, quia omnes allegant nunc relatos Doctores per Rolandum allegatos; quamobrem ipſi non poſſunt concurrere ad faciendam communem, tum quia Do-
12. ctor † intelligitur ſecundùm legem, quam allegat. Bartol. in l. non ſolùm. §. liberationis. ff. de liberat. legata. Tum quia infecta primitiua, inficitur deriuatiua. l. final. ff. de ſtatuliber. Bald. in l. final. C. de verb. ſignificat. & iſtis Doctoribus demptis, apparet iſtam eſſe veriorem concluſionem, quam defendit Menoch. in d. conſil. 499. & Ceuall. in ſuis communibus, quæſt. 180. in fine, dicit eſſe veriorem, atque magis communem, & ab ea in iudicando nō eſſe recedendum, & hanc opinionem eſſe veriorem, & ſecundùm eam fuiſſe pluries iudicatum, probaui in tract. de clauſulis, part. 3. clauſula 11. num. 25. vbi quamplurimas deciſiones allegaui, & ibi poſui omnes limitationes, & declarationes, ſecundùm quas fuit iudicatum.

13. Sextus caſus eſt, clauſula codicillaris † per verba futuri temporis, in poſthumo ignoranter præterito, non operatur fideicommiſſum, quando hæres extraneus eſt inſtitutus, Theſaur. in deciſ. 141. num. 15. vbi probat hanc opinionem eſſe æquiorem, & humaniorem, quia contra rationem naturalem eſſet, extraneum ſuis deſcendentibus præferre. Idem fuit deciſum in Rota Romana, vt per Put. deciſ. 234. parte 2. vbi quòd Domini inclinabant pro opinione Bartoli in l. 1. quæſtion. 6. ff. de iure codicill. Sed quia erat inſtitutus alter filius teſtatoris, vota fuerunt diuiſa, & tandem in fine dicit, ſecus eſſe, vbi extraneus fuiſſet inſtitutus, Andr. Gaill obſeruatione 114. numerò 9. part. 2. vbi quòd opinio Bartol. in d. l. 1. numero 10. ff. de iure codicill. eſt verior, & ab ea in iudicando non eſt recedendum, maximè, extraneo hærede ſcripto, niſi de expreſſa voluntate teſtatori appareat, & hanc eſſe communem opinionem, probat Molinæus in Additionibus ad Alexandr. in conſil. 26. volum. 1. & in Additionib. ad conſil. 30. dicit opinionem Bartoli eſſe veritatem, quæ non debet extendi ad ea, quæ veriſimiliter teſtator non ſtatuiſſet, prout non eſt veriſimile, quòd extraneum voluiſſet ſuis deſcendentibus præferre, & hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, atteſtatur Theſaur. in d. deciſ. 141. num. 15. in fine, verſ. poſita ergo.

Item quòd iſta opinio ſit verior in puncto iuris, quando extraneus eſt hæres inſtitutus, probatur per leges expreſſas, l. ſi mater, in fine. C. de inoffic. teſtament. vbi ſi extraneus eſt hæres inſtitutus, poſthumus agit querelam inofficioſi teſtamenti, quo caſu clauſula codicillaris nihil operatur, † 14.
tanquam ſi teſtamentum ab extraneo factum eſſet, l. Titia. ff. de inoffic. teſtament. l. nec fideicommiſſa. de legat. 3. Bero. in conſil. 92. numero 6. volum. 2. poſt alios, quos refert, & quòd ita obſeruetur d. l. ſi mater, † inſtituto hærede extraneo, probat ibi Bar- 15.
tol. in princip. verſ. ſed ſi extranei eſſent hæredes inſtituti, Bald. in princip. verſ. ſed ſi extranei, Paulus de Caſtr. num. 7. verſ. quid enim ſi mater, Salyc. numer. 3. verſ. quæro quòd ſi filij. Iaſ. numero 1. verſ. ſed ſi extraneus eſſet hæres inſtitutus, per querelam rumperet teſtamentum in totum; & hanc differentiam de filio, vel extraneo inſtituto declarat Paul. de Caſtro in l. ſi vt certo, num. 3. C. de teſtament. militari, & ſequuntur Aretin. in l. Titius. ff. de liber. & poſthum. & Burſat. in conſil. 89. num. 50. verſ. quia reſpondetur. volum. 1.

Declaratur caſus, vt procedat, etiam ſi teſtator diu ſuperuixit, & potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, tunc enim d. clauſula codicilla-
ris nihil operatur, † gloſſ. in l. 1. ver. literis. C. de co- 16.
dicill. & ibi Angel. numero 3. dicit ita fuiſſe iudicatum per Collegium Peruſinum, Bartol. in conſil. 235. numero 2. verſ. non obſtat quidem, parte 1. & poſt multos relatos iſtam eſſe communem concluſionem, probat Menoch. in d. conſil. 499. numer. 19. & ſequent. volum. 5. & in d. præſumpt. 32. numer. 9. verſ. altera opinio eſt, lib. 4. Item Mantic. de coniectur. lib. 12. titulo primo, numero 18. vbi refert multos atteſtantes ita fuiſſe iudicatum Mediolani, Simon de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. ſolutione 11. numero 8. fol. 104. Burſat. in conſil. 15. num. 18. & ſequent. volum. 1. Bolognet. in authent. ex cauſa, numero 79. verſ. limitatur tamen. C. de liber. præterit. Turret. in tractatu de clauſula codicillari. quæſtion. 63. numero 27. vbi refert multos alios atteſtantes de magis communi ſententia. Item quando teſtator diu ſuperuixit, ſi potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, quòd præſumatur voluiſ-
ſe decedere omninò inteſtatus, † probat Menoch. 17.
eſſe veriorem opinionem in d. præſumpt. 32. numero 12. lib. 4. & in conſil. 499. numero 18. vol. 5. vbi reſpondet contrariis. Item Put. in d. deciſion. 234. numero 8. part. 2. dicit non eſſe habendam conſiderationem iſtius mortui, quando teſtator morte repentina, & ex improuiſo deceſſit. Item ad euadendam difficultatem etiam per teſtes conſtare poterit, quòd teſtator ſuperuiuens declarauit ſe velle
poſthumos † natos ſua bona cōſequi debere, Decian. 18.
conſil. 37. num. 33. & ſeq. vol. 1. Burſat. in conſil. 15. n. 21. Honded. conſil. 74. n. 57. vol. 1. Menoch. d. conſil 499. num. 17. verſ. quanto. vol. 5. quæ probatio per teſtes, tollerer

tolleret omninò effectum clauſulæ codicillaris, Tur-
ret. *in d. tractatu de clauſula codicillari. quæſt. 66.* quo-
19. niã dicta clauſula codicillaris fuit inuenta † ad con-
ſeruandam voluntatem teſtatoris, Bald. *in l. final.*
colum. 4. verſ. nunc aliqua. C. de codicill. Dec. *in conſil.*
287. *num. 3. & ſeq.* Sed vbi probatur per teſtes de-
claratio teſtatoris, quòd volebat dictos poſthumos
habere bona ſua, deficit voluntas, & clauſula codi-
20. cillaris † nihil operatur ſtante defectu voluntatis,
Menoch. *in conſil. 326. num. 39. & ſeq. volum. 4. &*
in conſil. 532. num. 20. in fin. vol. 6. Socin. *in conſil.*
76. in fin. volum. 3. Sicut in caſu contrario ſi teſta-
tor declarauerit ſe velle hæredem ſcriptum fore hæ-
redem, nam tunc ex fideicommiſſo conſequetur,
Burſat. *in conſil. 88. volum. 1.* Menoch. *de præſumpt.*
32. num. 17. lib. 4. Pancirol. *in conſil. 95. num. 33.*

Sunt & alij plures caſus, in quibus dubitatur, an
per clauſulam codicillarem fideicommmiſſum in-
ductum cenſeatur, de quibus, & de eorum limita-
tionibus, & declarationibus ſcripſi *in d. tractatu de*
clauſulis, parte 3. clauſula vndecima, per totum, & de
multis aliis ſcripſit etiam Menoch. *in d. præſumpt.*
32. lib. 4. Hoc tantùm addo, quòd vbi clauſula co-
21. dicillaris in teſtamento appoſita eſt, magna † præ-
ſumptio inducitur teſtatorem per fideicommiſſum
ſubſtituere voluiſſe, Menoch. *in præſumpt. 66. num.*
11. lib. 4. Mantic. *de coniectur. lib. 5. titulo 1. num. 10.*
verſ. & quidem, Maſcard. *de probationibus concluſ.*
1346. num. 17. Simon de Pret. *de interpretat. vltim.*
volunt. lib. 2. ſolutione 7. fol. 278. qui alios referunt. Et
pro conſeruanda voluntate inter liberos, ſemper
22. dicta clauſula † ineſſe cenſetur, gloſſ. *in l. cohæredi.*
§. cum filiæ. in verſ. voluit. ff. de vulgari. Vaſquius *de*
ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 18. num. 82. verſ. Item multum.
Mantic. *de coniectur. lib. 1. titulo 9. numer. 5. & lib.*
6. titulo 2. numer. 33. Menoch. *in d. præſumpt. 32.*
numer. 16. lib. 4. Simon de Pret. *de interpretation.*
vltim. volunt. lib. 2. ſolut. 10. numer. 38. fol. 100. &
23. eadem eſt virtus dictæ clauſulæ † codicillaris taci-
tæ, ſicut ſi expreſſa eſſet. Purpurat. *in conſil. 407.* ergo,
niſi euidentiſſimè appareat contrarium, ſemper
præſumendum eſt, teſtatorem per fideicommiſ-
ſum diſponere voluiſſe, quando aliter illius volun-
tas conſeruari non poſſet.

ARTICVLVS VIII.

An, & quando per prohibitionem alienationis inducatur fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum an inducatur per prohibitionem alienationis.*
2. *Fideicõmiſſum inducitur ſolùm in caſum alienationis, quando prohibitio facta eſt nuda, & poſtea addita cauſa, quia volo in familia permanere.*
3. *. . ſecus ſi prohibitio eſſet veſtita, vt prohibeo alienari extra familiam, & poſtea addita cauſa, tunc inducitur in caſum mortis.*
4. L. peto. §. fratre. de legat. 2. *declaratur.*
5. *. . & qui perperam allegant illam legem.*
6. *Socinus reprobatur propter contrarietatem opinionis ſuæ.*
7. *Verbum* peto, *importat fideicommiſſum, ſicut verbum* volo.
8. *Fideicommiſſo facto pro familia, gradatim, & ſucceſſiuo ordine, illi admittuntur.*
9. *Fideicommiſſo facto in caſum mortis, non poteſt diſponi in aliquem remotiorem de familia.*
10. L. fideicommiſſa. §. hæc verba. de legat. 3. *declaratur.*
11. *Diſpoſitio an amplietur propter rationem adiectam.*
12. *Prohibitio alienationis nuda, vt familia remaneant bona, inducit fideicommiſſum in caſum contrauentionis.*
13. *Verba,* quia volo in familia permanere, *& verba,* vt in familia remaneant, *inter ſe nihil differunt.*
14. *. . & quando limitetur.*
15. *Prohibitio alienationis nuda, eſt incerta, & nulla.*
16. *Fideicommiſſum quando reſultat in caſu alienationis, non impeditur ſucceſſio ab inteſtato, &* num. 20.
17. *. . etiam in extraneum, ſi ille ſucceſſurus eſſet.*
18. *Succeſſurus ab inteſtato, admittitur etiam ex teſtamento.*
19. *Oddus reiicitur, tanquam ſibi contrarius.*
21. *Succeſſio ab inteſtato non impeditur, prohibita alienatione bonorum perpetuò, quia vult deuenire ad ſucceſſores.*
22. *Prohibita alienatione extra familiam, non impeditur ſuccedere ab inteſtato, etiam is, qui non eſt de familia.*
23. *. . etiam quòd in prohibitione eſſent appoſita verba vniuerſalia negatiua.*
24. *Fideicommiſſum in caſum contrauentionis finitur, eo ipſo quòd propter contrauentionem grauati peruenerunt ad primum fideicommiſſarium.*
25. *Prohibitio de non alienando non afficit eum, qui non fuit vocatus, ſed ſucceſſit ab inteſtato.*
26. *Fideicommiſſarius in caſu alienationis, ſtatim alienationem factam poteſt reuocare.*
27. *Prohibitio alienationis quando eſt expreſsè facta, tunc non eſt facienda diſtinctio an ab ignorante, vel à ſciente facta fuerit.*
28. *Alienatio facta contra expreſſam diſpoſitionem teſtatoris, eſt ipſo iure nulla.*
29. *Fideicommiſſarius in caſum alienationis, & mortis, quandoque ſuccumbit in reuocatione alienationis ob diuerſum modum petendi, & probandi.*
30. *Fideicommiſſarius in caſum alienationis in omnibus præferendus eſt, excluſo fideicommiſſario in caſum mortis.*
31. *Subſtitutio in caſum mortis eſt intelligenda in caſu quo grauatus non eſſet priuatus propter contrauentionem alienationis.*
32. *Filij contrauenientis cenſentur priuati ſicut eius pater.*
33. *Peregrini opinio reprobata à Menochio.*
34. *Fideicommiſſum in caſum mortis, vocatis aliis, quàm eis quorum fauore facta eſt prohibitio, adhuc dicitur in caſum alienationis.*
35. *Prohibitio alienationis extra familiam, & in caſum contrauentionis vocatis aliis de familia, dicitur ſolum in caſum contrauentionis.*
36. *Prohibitio alienationis extra familiam, vel extra deſcendentes, nulla adiecta ratione, dicitur fideicommiſſum contrauentionis.*
37. *Prohibitio venditionis, & alienationis, inducit fideicommiſſum in caſum venditionis inter viuos.*
38. *Prohibita venditione, cenſetur prohibita omnis alienatio.*
39. *Alienationis verbum comprehendit omnem diſtractionem, etiam quæ fit in vltima voluntate.*
40. *. . niſi reſtringatur per verbum vendere, & tunc ſolùm inter viuos.*

41\. *. . etiam ſi dictum ſit, non poſſit vendere, nec alienare aliquo modo.*

42\. *Alienationis verbum in teſtamento etiam aliquando intelligitur de ea quæ fit per venditionem.*

43\. *Prohibitio alienationis facta in contractu, etiam ſine cauſa eſt valida, & non importat fideicommiſſum in caſum mortis.*

44\. *. . in bonis antiquis etiam ſine cauſæ expreſſione eſt valida.*

45\. *. . idem ſi bona ſunt expreſsè per legem alienari prohibita, & prohibitio legis concurrat cum prohibitione hominis.*

46\. *Dominij tranſlatio quando impeditur per prohibitionem alienationis, & num. 53.*

47\. *Bona præſumuntur feudalia, barone poſſidente.*

48\. *Feudum conſtituitur, deſtinatione domini.*

49\. *Palatium intra fines præſumitur feudale.*

50\. *Vaſallus de allodio poteſt facere feudum.*

51\. *Feudorum naturam habent omnia deſtinata pro feudis.*

52\. *Clauſula,* Ad conſilium ſapientis, *poteſt addi hypotheca, & iuramentum.*

54\. *Fideicommiſſum in caſum mortis inducitur, quando teſtator dixit verba denotantia perpetuitatem.*

55\. *. . idem ſi teſtator prohibuit alienationem cum cauſa limitata ad ſuos filios, & deſcendentes, vt bona inter eos conſeruentur.*

56\. *Prohibitio alienationis, vt inter deſcendentes conſeruentur, inducit fideicommiſſum in caſum mortis, ſi verba denotantia perpetuitatem appoſita ſint.*

57\. *. . vel dictum fuerit, de deſcendentibus, in deſcendentes, vel de hæredibus in hæredes.*

58\. *Prohibitio alienationis, vt conſeruentur inter deſcendentes, eadem eſt, ſicut ſi dictum ſit, vt conſeruentur in familia.*

59\. *Fideicommiſſum in caſum mortis inducitur, quando prohibitio alienationis eſt realis.*

60\. *Prohibitio alienationis quando dicatur realis.*

61\. *Fideicommiſſum in caſum mortis inducitur ex prohibitione diuiſionis inter filios in perpetuum.*

62\. *Prohibitio alienationis quando dicatur acceſſoria fideicommiſſi præcedentis, & ab eo reſtringenda eſt.*

63\. *. . facta poſt pupillarem ſubſtitutionem ab ea regulanda eſt, etiamſi verba eſſent apta comprehendere fideicommiſſum in caſum mortis.*

64\. *. . facta in penitus ſeparata parte teſtamenti, non regulatur à fideicommiſſo præcedenti, ſed nouum fideicommiſſum inducit.*

65\. *Prohibitio alienationis refertur etiam ad fideicommiſſum immediatè ſequens.*

66\. *. . & interpretanda eſt, vt non eneruet vires fideicommiſſi.*

67\. *. . facta ad tempus, finito tempore non ſunt eneruata vires fideicommiſſi præcedentis.*

68\. *. . ſed contraria opinio eſt verior.*

69\. *Licentia alienandi tacita, quæ colligitur ex prohibitione alienandi ad tempus expreſſa, præiudicat fideicommiſſo præcedenti.*

70\. *Fideicommiſſum tollitur per conceſſionem alienandi factam in diuiſionibus fratrum.*

71\. *Prohibitio alienationis verbis ampliſſimis facta, non ſtat conſecutiuè ad fideicommiſſum præcedens, ſed nouum fideicommiſſum inducit.*

72\. *. . idem ſi prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum reale.*

73\. *Grauamen reale afficit omnes perſonas, & quoſcumque poſſeſſores.*

74\. *Fideicommiſſum in caſum mortis eſt inductum, quando prohibitio alienandi facta eſt, & tam inter viuos, quàm in vltima voluntate reſpectu hæredis extranei.*

75\. *. . idem ſi eſſet prohibita ſucceſſio ab inteſtato.*

76\. *. . idem ſi eſſet prohibita detractio Trebellianicæ, falcidiæ, & legitimæ.*

ISTE articulus eſt adeò pleniſſimè † à Doctoribus ſcriptitatus, vt cum magna difficultate poſſit aliquis reperiri, qui in ſingulis caſibus pro vtraque parte non reſponderit. Ego verò pro ipſius exaratione, in duo capita partior. In primo tractabo de omnibus caſibus, in quibus per prohibitionem alienationis fideicommiſſum ſimplex, id eſt, in caſum alienationis, factum eſſe dicitur: in ſecundo de omnibus caſibus, in quibus per eandem prohibitionem fideicommiſſum duplex, id eſt, etiam in caſum mortis. 1.

In primo igitur capite, primus caſus collocatur, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum ſimpliciter, nulla cauſæ appoſitione facta, & poſtea addit rationem, quia vult bona familia permanere, quæ cauſa dicitur appoſita pro validitate prohibitionis, aliàs prohibitio nuda non valeret, & tunc iſta diſpoſitio inducit fideicommiſſum ſolum in caſum alienationis, † ità firmarunt Alexand. *in l. qui* 2.
Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligat. Ripa *in l. filiusfamil. §. diui, numer. 23. de legat. 1.* & *ibi* Alciat. *numer. 41. & numer. 53. verſ. ego.* Et ita reſponderunt iſti conſulentes, quos allego in puncto, (omiſſis plurimis aliis à modernioribus conſarcinatis, qui in caſibus valdè diuerſis reſponderunt,) Dec. *in conſil. 377. numer. 6. & in conſil. 422. numer. 6.* Ruin. *in conſil. 128. numer. 12. volum. 1. & conſil. 89. num. 14. & plurim. ſeq. volum. 2. & conſil. 147. numer. 1. eodem vol. 2.* Curtius iun. *in conſil. 22. numer. 20. & conſil. 161. numer. 11. & conſil. 145. numer. 8. & ſeq.* Curt. ſen. *in conſil. 40. numer. 18.* Pariſ. *in conſil. 75. numer. 32. & ſeq. volum. 2. & conſil. 30. numer. 22. volum. 3.* Socin. iun. *in conſil. 170. numer. 48. verſ. non eſt ſic.* Veggius *in conſil. vltimo, numer. 323. verſ. deuenio nunc ad ſeptimam ſubſtitutionem*, vbi pleniſſimè per plurimas columnas probat hanc concluſionem eſſe veriorem, Cephal. *in conſil. 134. num. 39. volum. 2. & conſil. 275. num. 6. volum. 2.* Riminald. iun. *in conſil. 147. colum. 1. & ſeq. volum. 2. & conſil. 279. numer. 35. volum. 3. & conſil. 482. numer. 28. & ſeq. & conſil. 528. numer. 7. & ſeq. volum. 5. & conſ. 531. eodem volum. 5.* vbi relatis plurimis aliis, qui loquuntur in puncto huius caſus, probat hanc concluſionem eſſe veriorem, & magis communem. Item Mantica *de coniectur. lib. 6. titulo 14. num. 24. & ſeq.* vbi relatis plurimis aliis oſtendit hanc eſſe veriorem, & magis communem, & nouiſſimè Oddus *in tract. de prohibitione alienationis, & fideicommiſſ. quæſt. vndecima. artic. ſeptimo num. 196.* vbi relatis plurimis modernioribus, quos omnes videre volui, & loquuntur in puncto, oſtendit, & atteſtatur hanc eſſe magis communem concluſionem, omnes concludentes, quòd vbi prohibitio alienationis ſimpliciter facta eſt, ſine cauſæ adiectione, vt quia dictum fuerit, prohibeo bona mea alienari, & poſtea addita fuerit cauſa, quia volo in familia permanere, dicta cauſa confirmat dictam prohibitionem nudam, quæ de per ſe erat inualida, & operatur effectum vt dicatur inductum fideicommiſſum

ſum ſolum in caſum alienationis. Sed ſi prohibi-
3. tio † eſſet veſtita à cauſa, quia dictum fuiſſet, prohibeo bona mea alienari extra familiam, & poſtea replicata cauſa, quia volo in familia permanere, tunc eſſet inductum fideicommiſſum perpetuum, de quo caſu tractabo inferiùs, & pro nunc illum allego ſolùm ad declarationẽ præſentis caſus, & ſecundùm iſtum caſum propoſitum fuit deciſum in Senatu Pedemontano, vt eſt *in Digeſtis Nouiſſ. tomo quinto, titulo Fideicommiſſum, cap. neque hærede.* Et licèt Oddus *in d. artic. ſeptimo, num.* 205. dicat ſibi placere opinionem contrariam, tamen *in ſuo conſilio* 65. *num.* 20. poſt alios quamplurimos Doctores relatos ad comprobandam iſtam concluſionem, omnes atteſtantes de magis communi, dicit temerarium eſſe ab iſta concluſione diſcedere.

Et comprobatur iſta concluſio per leges expreſſas, nam *in l. peto.* † §. *fratre. de legat.* 2. teſtator inſti-
4. tuto fratre hærede, ab eo petiit, ne domus alienetur, ſed vt in familia relinqueretur, & Iuriſconſultus reſpondet, quòd ſi hæres non paruerit voluntati teſtatoris, ſed domum alienauerit, vel extero hærede inſtituto, deceſſerit, omnes qui in familia fuerint, fideicommiſſum petẽt; ergo neutro illorum interueniente, videlicet, neque alienante, neque extraneo inſtituente, illi de familia fideicommiſſum petere non poſſunt; ergo non eſt fideicommiſſum perpetuum, ſed ſolùm in caſum contrauentionis, qui
5. text. malè allegatur à Menoch. *in conſil.* 197. † *numer.* 29. *verſ. cæterùm. volum.* 2. dum voluit I.C. dixiſſe, prohibeo alienari extra familiam, vt in ea conſeruetur. Hæc verba, extra familiam, ſcripta non fuerunt, & faciunt diuerſum caſum, vt dixi. Et licèt Socin. ſen. *in d. l. qui Romæ.* §. *cohæredes in* 3. *caſu. ff. de verb. obligat.* dicat, illa verba textus, vt in familia relinqueretur, eſſe enuntiatiua, & ideo non diſponere, niſi coniungantur cum prohibitione alienationis; ſed ſecus eſſe, quando dictum fuerit, quia volo, quòd in familia relinquatur, pro vt nos præſupponimus in iſto caſu; tamen idem Socin. *in*
6. *conſil.* 227. † *artic.* 3. *volum.* 2. variauit in opinione, atque dixit ſe mirari quòd aliqui intellexerint per per illum text. induci perpetuum fideicommiſſum, & ad ponderationem de verbis enuntiatiuis reſpondet Riminald. iun. *in d. conſil.* 279. *numer.* 53. *& ſeq. volum.* 3. quia cùm verba ſecundæ orationis, vt in familia relinqueretur, ſint imperfecta, quia carent verbo principali, petiit, illud ſuppleri debet ex prima oratione, vbi poſitum fuit, & ita non ſunt verba enuntiatiua, ſed diſpoſitiua, tantum importat, peto, vt in familia relinquatur, quantum, quia volo, vt in familia relinquatur, quia
7. verbum *peto*, † etiam importat fideicommiſſum, ſicut verbum *volo. l. peto de legat.* 2. §. *final. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* Item quia iſte hæres poterat alienare in remotiores de familia, vt *ibi* aduertit Paul. de Caſtr. & Cuman. Honded. *in conſil.* 78. *numer.* 34. *volum.* 2. Gabriel *in conſil.* 132. *quæſt.* 9. *num.* 70. *volum.* 1. Decian. *in conſil.* 31. *num.* 107. *volum.* 1. qui firmant quòd dicto hærede alienante in aliquem de familia non contrauenitur diſpoſitioni teſtatoris, argumentum neceſſarium, quòd
8 fideicommiſſum † non eſt inductum in caſum mortis, quia ita gradatim illi de familia ſuccederent, vt not. *in l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. & ſcripſi latiùs in præcedenti articulo. Item ad hoc textus *l. filiusfamilias.* §. *cùm pater. de legat.* 1. vbi teſtator prohibuit filium hæredem ne alienaret, vt in familia relinqueret, & *ibi* diſponitur, quòd facta alienatione in aliquem, qui non ſit de familia, fideicommiſſum inductum eſt; ergo non eſt inductum fideicommiſſum perpetuum, & in caſum mortis, quia ita non poſſet in quemlibet de familia, etiam remotiorem, † alienare, ſed quilibet proximior de 9.
familia poſſet ſuccedere. Item text. *l. pater filium.* §. *filium. de legat.* 3. vbi filia inſtituta, teſtator prohibuit ædificium de nomine ſuo exire, ſed ad vernas pertinere, & tamen apparet non eſſe factum fideicommiſſum perpetuum, propter rationem adiectam, quòd ad vernas pertineret. Idem probat text. *l. pater filium. ff. ad legem Falcid.*

Neque obſtat text. *l. fideicommiſſa.* † §. *hæc verba.* 10.
de legat. 3. per quem text. mouetur Oddus ad tenendam contrariam opinionem *in d. artic.* 7. *num.* 205. & Menoch. *in d. conſil.* 197. *numer.* 9. *verſ. primo.* Quia ibi eſt ſpecialis fauor liberorum, vt verba enuntiatiua inducant fideicommiſſum, vt *ibidem* aduertunt Dynus, & Albericus, quo fauore ceſſante, idem textus dicit potius conſilium, quàm neceſſitatem importare. Minus obſtat altera ratio Oddi, quòd inconueniens eſt, vt diſpoſitio ſequens valida, ſcilicet, quia volo bona in familia conſeruari, reſtringatur per præcedentem inualidam, ſcilicet per prohibitionem nudam ſine cauſa, quia eſt totum contrarium, nimirum, vt diſpoſitio inualida confirmetur, vt fiat valida per ſuperuenientem cauſam, vt dicit Veggius *in d. conſil. final. numer.* 331. *& ſeq.* Minus obſtant allegata per Petram *de fideicommiſſ. quæſt.* 5. *num.* 43. *& ſeq.* vbi quòd propter cauſam † finalem adiectam ampliatur 11.
diſpoſitio, ita vt reſultet fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum, quia hoc eſt verum quando prohibitio eſt valida; ſed quando eſt inualida, tunc ſatis eſt, vt ratio generalis operetur effectum validitatis prohibitionis, nec illam extendat, atque illam declaret ad fauorem omnium de familia in ſolo caſu contrauentionis, non autem in caſu mortis, vt probat Dec. *in d. conſil.* 577. *numer.* 6. & Veggius *in d. conſil. finali in d. ſeptima dubitatione. numer.* 367. *&* 370.

Declaratur iſte caſus, nam ſi facta eſt prohibitio
alienationis † ſimpliciter, & nuda, & poſtea addi- 12.
ta ſunt verba, vt in familia remaneant bona, iſta verba enuntiatiua prolata ſunt per modum cauſæ, & de per ſe nihil important. Bartol. *in l. pater filium.* §. *fundum*, per illum text. *de legat.* 3. & ſolùm dicuntur adiecta ad confirmandam dictam prohibitionem. Item ad demonſtrandum perſonas, quorum contemplatione facta eſt prohibitio, & ita fideicommiſſum factum dicitur ſolùm in caſum contrauentionis, Roman. *in conſil.* 457. *numer.* 1. Ripa *in l. filiusfamilias.* §. *diui. numer.* 110. *in fine. de legat.* 1. Socin. *in conſil.* 43. *numer.* 5. *& ſeq. volum.* 3. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 5. *numer.* 46. Veggius *in d. conſil. finali numer.* 371. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 5. *numer.* 6. Surd. *in conſil.* 315. *numer.* 36. Nec eſt facienda differentia, an teſtator dixerit, quia volo in
familia † permanere, vel dixerit, vt in familia con- 13.
ſeruentur, pro vt magnum fundamentum ſuper hac differentia facit Oddus *in tractatu de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *artic.* 7. *numer.* 181. *& ſeq.* hæc enim differentia eſt potius verbalis, quàm realis, vtrumque dictum importat rationem ſiue per dictionem *quia*, ſiue per dictionem *vt*, vt latè probat Curt. iunior *in conſil.* 218. & Surd. *in conſil.* 350. *numer.* 6. *vol.* 3. poſt Ruin. Menoch. & alios, quos allegat. Minus eſt conſtituenda dicta differentia, ex eo *quia*, quando teſtator dixit, quia volo bona mea in familia conſeruati, hæc verba ſunt diſpoſitiua, & de per ſe ſola

ſola apta ſunt ad inducendum fideicommiſſum; ſed quando dixit, vt bona in familia conſeruentur, enuntiatiuè loquutus eſt, quæ verba enunciatiua, niſi conſtet de morte, non inducunt fideicommiſſum, quia iſta differentia poſſet procedere,
14. quando non præcederet prohibitio † alienationis ſimpliciter, & nuda facta, ſed quando præcedit dicta prohibitio, dicta verba ſequentia ſiue per modum diſpoſitionis, ſiue per modum enuntiationis, quia deſeruiunt pro ratione prohibitionis præcedentis inualidæ, inducunt ſemper fideicommiſſum in caſum alienationis, vt probat plenè, & doctè Gabriel *in conſil.* 132. *quæſtione* 9. *numer.* 67. *vol.* 1. qui alios refert; cùm enim prohibitio ſimpliciter ſit, & nulla exprimitur perſona, aut cauſa ob quam
15. teſtator prohibuerit, remanet diſpoſitio incerta, † & nulla. *l. Paulus. ff. de rebus dubiis*, & in caſu contrauentionis non ſupereſt aliquis cui poſſit acquiri, & cui hæres contraueniendo obligetur; idcirco quæcumque verba addantur, ſiue per dictionem *quia*, ſiue per dictionem *vt*, in familia remaneant, vel conſeruentur, ſemper denotatur perſona certa de familia, per certitudinem legis, *cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. cum vulgaribus, vt proximior de familia; alienata contra prohibitionem alienare poſſit.

Secundò declaratur, nam in caſibus, in quibus
16. reſultat fideicommiſſum in caſu alienationis,† tunc non impeditur ſucceſſio ab inteſtato, Bart. *in l. peto.* §. *fratre, verſ. aut prohibitio facta eſt. de legat* 2. vbi dicit, quòd ſi limitatæ ſunt perſonæ, quibus alienari poteſt, & illis exceptis prohibitio eſt generalis, tunc etiam in extraneum poteſt transferri ſuc-
17. ceſſio ab inteſtato, ſi ille ab inteſtato † ſucceſſurus ſit. Idem dicit *in l. cùm pater.* §. *cùm inter*, per illum textum *ff. de legat.* 2. & vtrobique præſupponit caſum, in quo alienatio erat prohibita extra familiam, Alexand. *in conſil.* 55. *num.* 6. *volum.* 3. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando prohibita alienatione extra familiam inſtituitur hæres extraneus, qui erat ſucceſſurus ab inteſtato, Iaſ. *in d. l. filiusfamilias.* §. *diui. de legat.* 1. *in prima lectura. numer.* 101. *& ſeq.* vbi dicit eſſe communem opi-
18. nionem, quòd ſucceſſurus ab inteſtato † admittatur etiam ex teſtamento, & *ibi* Ripa *numer.* 96. dicit non eſſe dubitandum quando eſt inſtituta filia, per text. *l. voluntas. C. de fideicommiſſ.* Idem quando eſt inſtituta filia ab ipſo prohibito alienare. Couar. *in cap. Raynaldus, numer.* 8. *verſ. nec hanc limitationem.* & pro hac concluſione allegantur quaſi infiniti Doctores à Gabriele *in ſuis communibus, titulo de fideicommiſſis; concluſione* 10. *numer.* 1. *& numer.* 27.
19. & à Beccio *in conſil.* 26. *numer.* 2. Oddus *in conſil.* † 46. *numer.* 30. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando eſt facta prohibitio alienationis extra familiam, vt filiæ remaneant, (ſed poſtea idem Oddus nouiſſimè *in tractatu de fideicommiſſ. quæſtion.* 18. *articul.* 5. vbi, quòd vbicunque ex prohibitione alienationis reſultat fideicommiſſum in caſum mortis, tunc ſucceſſio ab inteſtato cenſetur prohibita, ideo non videtur recipienda eius doctrina *in d. conſil.* 46. *numer.* 30.) Item continuando allegationes ſcribentium, quando fideicommiſſum in caſum alienationis reſultat ex prohibitione alienationis, quòd
20. non cenſeatur † prohibita ſucceſſio ab inteſtato, Curt. ſen. *in conſil.* 46. *colum.* 11. *verſ. ad tertium*, vbi in primo caſu, quando ſimpliciter eſt prohibitum, ne extra familiam alienetur, non dicitur prohibita ab inteſtato ſucceſſio, ſecus ſi ſit prohibita alienatio extra familiam, vt in familia permaneant bona, quam doctrinam ſequitur Menoch. *in conſil.* 277. *numer.* 52. *& ſeq. volum.* 3. *& in conſil.* 1140. *numer.* 12. *volum.* 12. Hondedeus *in conſil.* 13. *numer.* 25. *volum.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 14. *numer.* 26. Marcambrunus *in conſil.* 85. *numer.* 165. & 181. & 212. Veggius *in conſil.* 65. *numer.* 10. *& in d. conſil. finali numer.* 327. & 338. & 355. & *ſeq.* & 379. & 408. & 471. & *ſeq.* Riminald. iun. *in conſil.* 528. *numer.* 18. *& plur. ſeq. volum.* 6. qui omnes alios allegant, quos nouiſſimè repetiit Oddus *in tract. de ſubſtitut. quæſtion.* 18. *articulo* 1. omnes atteſtantes de magis communi, & ita fuit ſæpiùs indicatum. Marzarius *in epitom. de fideicommiſſ. quæſt.* 42. atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Rota Florentina. Item ita fuiſſe concluſum in Collegio Papienſe, atteſtatur Curtius ſen. *in conſil.* 45. *colum.* 11. *verſ. ad tertium*, vbi loquitur in caſu fortiori, quando teſtator prohibuit alienationem bonorum perpetuò, † 21.
quia vult ea deuenire ad ſucceſſores. Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *num.* 274. *verſ. ſed hæc declaratio, & numer.* 291. *& ſeq.* & fuit indicatum in Senatu Mantuano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 3. *titulo Alienatio. cap. alienatione.* Item hæc concluſio reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato procedit, etiamſi alienatio extra certum genus perſonarum prohibita ſit, puta extra familiam, † quòd ille, qui ab inteſtato 22.
ſuccedit, non ſit de familia teſtatoris, aut de illis perſonis, quarum fauore fuit prohibita alienatio, etiam quòd dictæ prohibitioni fuerit adiecta cauſa vt bona conſeruentur in familia, vel in deſcendentes. Iaſ. *in conſil.* 31. *colum.* 3. *verſ. ſecundò pro iſta parte, volum.* 3. *& in conſil.* 96. *numer.* 2. *volum.* 4. Tiraquell. *de retract. conſanguineo.* §. 26. *gloſſ.* 1. *numer.* 4. *& ſeq.* Gama *deciſ.* 206. *numer.* 22. *& in Digeſt. Nouiſſim. tomo quinto, titulo Succeſſio, cap. In ſucceſſione maioratus.* Item hæc concluſio locum habet, etiam quòd in prohibitione alienationis appoſita ſint verba vniuerſalia † negatiua, nullo mo- 23.
do, aut ſimilia, quo etiam caſu non cenſetur prohibita ſucceſſio ab inteſtato, vel ex teſtamento, vt ſcribit Alexand. *in conſil.* 155. *colum.* 1. *volum.* 2. Iaſ. *in d. conſil.* 96. *numer.* 2. *volum.* 4. Surd. *in conſil.* 77. *numer.* 21. *& ſeq. volum.* 1. Bardellon. *in conſil.* 66. *numer.* 10. Marcambrun. *in d. conſil.* 85. *numer.* 213. qui alios refert. Item iſta concluſio non habet difficultatem, quando filij ipſius prohibiri alienare ſunt ex deſcendẽtibus ipſius teſtatoris prohibentis, iſti enim non ſunt prohibiti ſuccedere ab inteſtato, etiam quòd non ſint de familia, & agnatione teſtatoris, aut de illis perſonis, quorũ fauore ipſa prohibitio facta eſt, prout eſt caſus, ſecũdùm vnum intellectum, *in d. l. cùm pater.* § *cùm inter*, & *ibi* Petrus, & Baldus. *ff. de legat.* 2. Salyc. *in l. ea lege, numer.* 13. *in fin. & ſeq. C. de condict. ob cauſ.* Alexand. *in conſil.* 59. *colum.* 2. *verſ. & non obſtat. volum.* 3. Corn. *in conſil.* 230. *colum. penultim. volum.* 3. Socin. *in conſil.* 43. *colum.* 8. *volum.* 3. Dec. *in conſil.* 481. *in fin.* Marcambrun *in d. conſil.* 85. *num.* 180. *& plur. ſeq.*

Tertiò declaratur, nam fideicõmiſſum in † caſum 24.
contrauentionis, prohibitionis, alienationis, finitur eo ipſo, quòd bona peruenerunt ad eum, qui ſucceſſit ab inteſtato, quoniam iſte non fuit prohibitus, nec honoratus; ergo prohiberi non potuit, per regul. *l. ab eo. C. de fideicom.* Ruin. *in conſ.* 89. *num.* 130. *volum.* 2. Et licèt habuerit bona, tamen non habuit ex cauſa alienationis, quia eorum pater nunquam contrauenerit, ſed habuit ſuccedendo ab inteſtato, & ſic à caſu, & fortuna, ideo grauamen † de non alie- 25.
nando non tenet quoad iſtum non vocatum, per *l. ſed & ſi ſit.* §. *final. de legat.* 3. & ita fideicommiſſum

ſum euanuit, Veggius *in d. conſ. finali num.* 354. *& nu-*
mer. 365. & eſt text. *l. cum pater.* §. *quindecim. ff. de*
legat. 3. nam res ſemel facta alienabilis, perpetuò
remanet alienabilis. Bald. *in conſil.* 498. *in fin. vol.* 1.
& conſil. 85. *volum.* 5. Iaſ. *in l. voluntas, numer.* 9. *in*
quarta limitatione. C. de fideicommiſſ. Pariſ. *in conſ.* 109.
numer. 18. *volum.* 3. Crot. *in d.* §. *diui, numer.* 41. *&*
ſeq. de legat. 1. Tiraquell. *de vtroque retractu. part.* 1.
§. 32. *gloſſ.* 1. *numer.* 5.

Quartò declaratur, nam quando fideicommiſ-
ſum reſultat ex prohibitione alienationis ob ſolam
contrauentionem, tunc ſtatim illi, ad quotum fa-
26. uorem † prohibitio facta eſt, poſſunt alienationem
factam reuocare. Curt. iun. *in conſil.* 264. *numer.* 20.
l. peto. §. *fratre. de legatis* 2. *l. cùm pater.* §. *libertis. ff.*
eod. titul. Bartol. Paul. de Caſtr. Cuman. & alij, *in d.*
l. peto. §. *prædium.* Et ſtante expreſſa prohibitione alie-
nationis, nulla diſtinctio facienda eſt, vtrùm alie-
27. natio ab ignorante, † vel à ſciente facta fuerit,
iuxta *l. final.* §. *final. de legat.* 2. ſed indiſtinctè bona
ipſa vendicari poſſunt, quia propter alienationis
prohibitionem expreſſam, dominium non eſt tranſ-
latum, Alexand. *in l. Marcellus.* §. *res quæ. num.* 5. *ff.*
ad Trebellian. Socin. *in conſil.* 49. *numer.* 15. *volum.* 1.
Ripa *in l. filiusfamilias.* §. *diui, numer.* 46. *ff. de legat.*
1. Roland. *in conſil.* 81. *num.* 17. *volum.* 2. vbi alios
refert, Gabriel *in conſil.* 118. *numer.* 3. *volum.* 1. Item
28. quia alienatio facta contra expreſſam † teſtatoris
voluntatem, eſt ipſo iure nulla, gloſſ. & Doct. *in*
d. l. cùm pater. §. *libertis. de legat.* 2. *& in d.* §. *diui.*
Decius *in conſil.* 93. *numer.* 1. Ruin. *in conſil.* 112.
num. 2. *volum.* 2. Beccius *in conſil.* 97. *numer.* 6. Ce-
phal. *in conſil.* 272. *numer.* 54. *volum.* 2. Tiraquell.
de retractu conſanguin. §. 26. *gloſſ.* 2. *num.* 6. Vbi au-
tem ex prohibitione alienationis reſultat fideicom-
29. miſſum † in caſum conſeruationis tantùm, ſi actor
reuocaret alienata, tanquam fideicommiſſarius in
caſu mortis, tunc ſuccumbit, etiamſi probaret ſuc-
cumbentia in caſu alienationis, Decian. *in conſil.* 9.
numer. 40. *& ſeq. volum.* 1. & ſi duo fideicommiſſa
facta fuerint, primùm in caſu alienationis, deinde
ſecundum in caſu mortis, & euenerit caſus contra-
30. uentionis, tunc fideicommiſſarius † in caſum alie-
nationis in omnibus præferendus eſt, excluſo eo,
qui in caſum mortis vocatus eſt, ita reſpondit Paul.
de Caſtr. *in conſil.* 77. *numer.* 2. *in fin. volum.* 1. Nam
31. ſubſtitutio in caſu mortis, † debet intelligi in ca-
ſu, quo filij non eſſent priuati propter contrauen-
tionem patris: ſicut dicimus, quòd commiſſa priori
ſtipulatione, ſecunda ſtipulatio in totum euaneſcit,
l. quærebatur. verſ. ecce enim. ff. indicatum ſolui. Item
quòd priuato patre ob contrauentionem multo ma-
32. gis cenſeantur priuati eius filij, † probant Socin.
iun. *in conſil.* 129. *numer.* 11. *volum.* 3. Menoch. *in*
conſil. 954. *numer.* 31. *volum.* 10. Alba. *in conſil.* 57.
numer. 18. Et licèt contrariam opinionem defendat
Peregrin. *in conſil.* 48. *per totum, volum.* 2. *& de fidei-*
33. *commiſſ. artic.* 14. *numer.* 48. Tamen Peregrini opi-
nionem improbauit Menoch. *in conſil.* 954. *per to-*
tum, vbi reſpondet omnibus rationibus Peregrini,
& Ruini, & aliorum, qui defendunt poſt mortem
contrauenientis in alienatione prohibita admitten-
dum eſſe ſubſtitutum in caſu mortis, & optimè pro-
bat Menoch. *ibi*, quòd admiſſo ſemel ſubſtituto in
caſu contrauentionis, non eſt vlteriùs locus ſubſti-
tuto in caſu mortis.

Secundus caſus eſt, quando fecit alterum fidei-
34. commiſſum in caſum mortis, † vocando alios,
quàm eos, quorum fauore fecerat prohibitionem,
nam hoc erit tantùm in caſum alienationis, vt pro-
bat eſſe communem Zanch. *in l. heredes mei,* §. *cùm*
ita. parte 6. *num.* 218. Gabriel *in conſil.* 132. *quæſtio-*
ne nona, numer. 63. *&* 68. *volum.* 1. Ruin. *in conſil.*
163. *numer.* 9. *volum.* 2.

Tertius caſus eſt, quando teſtator prohibet alie-
nationem † extra familiam, & in caſum alienatio- 35.
nis priuat alienantem hæredem, & bona applicat
non alienantibus, addendo rationem, quia volo di-
cta bona in familia remanere, tunc reſultare fidei-
commiſſum ſolùm in caſum alienationis, firmarunt
Socin. iun. *in conſil.* 112. *numer.* 5. *volum.* 1. *& in*
conſil. 30. *numer.* 10. *verſ. & quòd iſto caſu. volum.* 4.
Roland. *in conſil.* 34. *numer.* 64. *volum.* 4. Decian.
in conſil. 9. *numer.* 21. *volum.* 2. Peregrin. *in conſil.* 33.
numer. 30. *volum.* 3. omnes vnica ratione mouentur,
quia alienatio habet rationem ſolùm ad caſum alie-
nationis, cui immediatè adiecta eſt, ideo non exten-
denda eſt ad caſum mortis.

Quartus caſus eſt, quando teſtator prohibuit
alienationem † extra familiam, vel extra deſcen- 36.
dentes, non adiecta ratione, nec cauſa vt bona in-
ter eos conſeruentur, tunc erit factum fideicom-
miſſum ſolùm in caſum alienationis. Bartol. *in l. qui*
Romæ. §. *cohæredes, verſ. item dicit Dynus. ff. de verb.*
ſignificat. & *ibi* Socin. ſen. *in colum.* 5. *verſ. ſecundus*
caſus eſt, & in conſil. 43. *colum.* 3. *verſ. vnde omiſſis*
multis, & in conſil. 57. *colum.* 2. *verſ. confirmantur*
præmiſſa. volum. 2. vbi atteſtatur eſſe comunem opi-
nionem, Socin. iun. *in conſil.* 112. *colum.* 1. *volum.* 1.
Menoch. *in conſil.* 327. *numer.* 96. & alij plures ad
hoc relati per Oddum *in conſil.* 65. *numer.* 28. &
per Craſſum *in* §. *fideicommiſſum. quæſt.* 5. *numer.* 3.
omnes atteſtantes de communi, Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. articul. 14. *numer.* 18. Surd. *deciſ.* 238. *nu-*
mer. 16.

Quintus caſus eſt, quando teſtator prohibuit
vendere, & alienare bona, vt in familia conſer-
uentur, † tunc cenſetur ſolùm factum fideicommiſ- 37.
ſum in caſum venditionis inter viuos, pro vt eſt ca-
ſus *in l. pater.* §. *fundum. de legat.* 3. vbi hæres pro-
hibitus bona vendere, donare, vel pignori dare,
adiecta ratione, vel illa vnquam exeant de nomi-
ne, & familia teſtatoris, poterit nihilominus de
illis diſponere in vltima voluntate, etiam relin-
quendo extraneo, & prohibita venditione cenſe-
tur † prohibita omnis alienatio, gloſſ. & Doct. *in l.* 38.
2. *C. de vſucap. pro empt.* Bartol. & cæteri *in d. l. fi-*
liusfamilias. §. *diui. de legat.* 1. Natta *in conſil.* 528.
numer. 4. Fabian. de Monte *in tractatu de emptione,*
& venditione. quæſt. 2. Et licèt prohibuiſſet vende-
re, & alienare, & alienationis † verbum tanquam 39.
magis generale ſit aptum etiam comprehendere
eam diſtractionis ſpeciem, quæ fit in vltima volun-
tate, Rebuff. *in l. alienationis verbum. verſ. decimo ter-*
tio. ff. de verb. ſignificat. Bardellon. *in conſil.* 66. *num.* 8.
Surd. *in deciſ.* 124. *numer.* 1. tamen adhuc cenſetur
tantùm prohibita alienatio inter viuos, cùm ver-
bum *alienatio*, reſtringatur per verbum *venditio*, † 40.
quod denotat tantùm alienationem inter viuos, So-
cin. *in conſil.* 13. *numer.* 8. *verſ. præterea dicit, vol.* 3.
Ruin. *in conſil.* 7. *numer.* 10. *verſ. nec obſtat. volum.* 2.
& in conſil. 116. *numer.* 16. *& ſeq. eodem volum.* 2.
Socin. iun. *in conſil.* 97. *numer.* 58. *& ſeq. volum.* 2.
Cephal. *in conſil.* 13. *numer.* 17. *& conſil.* 153. *numer.*
6. *& conſil.* 394. *numer.* 39. *& conſil.* 487. *num.* 52. *&*
459. *numer.* 113. Burſat. *in conſil.* 157. *numer.* 32. *vo-*
lum. 2. *& conſil.* 243. *num.* 11. *& ſeq. volum.* 3. Rimi-
nald. iun. *in conſil.* 394. *numer.* 72. *& multis ſeq. vo-*
lum. 4. *& conſil.* 528. *numer.* 28. *& ſeq. volum.* 5. Pe-
tra *in tractatu de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *numer.* 3. *&* 8.

Celſus

Celſus Vgo *in conſil.* 20. *numer.* 42. Surd. *in conſil.* 77. *numer.* 23. *& ſeq. & in deciſ.* 24. *numer.* 9. *&* 20. *verſ. tertio.* Cacheran. *in deciſ.* 50. *numer.* 9. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 14. *numer.* 4. Imò etiam ſi dixiſſet, non poſſit vendere, vel alienare aliquo mo-
41. do, † licèt talia verba videantur magis generalia, tamen reſtringuntur ad alienationem inter viuos, Surd. *in d. conſil.* 77. *numer.* 23. *& plur. ſeq.* Bardellon. *in d. conſil.* 66. *numer.* 10. Item verbum aliena-
42. tionis † appoſitum in teſtamento reſpectu hæredis inſtituti, intelligendum eſt de alienatione quæ fieret per venditionem, aut alium contractum inter viuos tranſlatiuum dominij, tanto magis ſi teſtator diſcretiuè loquutus fuiſſet, vt quia hæredem inſtitutum prohibuit vendere, & alienare, & poſtea ſubſtitutum prohibuiſſet alienare, quia voluit facere iſtam differentiam inter magis dilectum & minus dilectum, vt hæres magis dilectus non eſſet prohibitus alienare in vltima voluntate, ſed tantùm inter viuos; ſubſtitutus verò eſſet prohitus alienare tam in vltima voluntate, quàm inter viuos. Pariſ. *in conſil.* 97. *num.* 92. *vol.* 1.

43. Sextus caſus eſt, prohibitio † alienationis facta in contractu, etiam ſine cauſa, eſt valida, & non poteſt importare fideicommiſſum in caſum mortis, ſed ſolùm in caſum alienationis, vt in caſu, ſuper quo conſului nudoſtertius, vbi duos fratres conuenerunt de non alienandis bonis immobilibus intus caſtrum exiſtentibus, nam in contractibus, etiam ſine cauſa valet facta prohibitio. Bart. *in d. l. peto.* §. *fratre. colum. final. in fin. de legat.* 2. per text. *l. ea lege. C. de condict. ob cauſ. & l. ſi ita quis.* §. *ea lege. ff. de verb. obligat.* & poſt gloſſ. Alexand. & alios relatos, probat Berous *in conſil.* 84. *numer.* 8. *volum.* 2. Oddus *de prohibit. alienat. & fideicommiſſi. quæſt.* 2.
44. *numer.* 13. Item non eſt neceſſaria † cauſæ expreſſio, quando alienatio eſt prohibita de bonis antiquis, tunc dicitur facta fauore rei, non autem fauore ipſius hæredis, gloſſa & Cyn. *in l. quoties, in* 1. *C. de fideicommiſſ.* Paul. de Caſtr. *in l. voluntas. C. eodem titulo.* Iaſ. *in d. l. filiusfamilias.* §. *diui, circa princip. de legat.* 1. Socin. iun. *in conſil.* 140. *numer.* 8. *volum.* 3. Roland. *in conſil.* 23. *numer.* 24. *volum.* 3. Decian. Curt. iun. Eugen. Burſat. Gabriel, & alij relati per Oddum *in d. tractatu de prohibition. alien. quæſt.* 11. *numer.* 104. Berous *in d. conſil.* 84. *num.* 10. *volum.* 2. Decian. *in conſil.* 31. *numer.* 61. *& ſeq. vol.* 1.
45. Item non eſt neceſſaria † cauſæ expreſſio, quando prohibitio eſt facta ſuper bonis expreſsè per legem alienari prohibitis, quia tunc ex ipſa prohibitione legali impeditur dominij tranſlatio, multò magis ſi concurrat etiam prohibitio hominis, gloſſ. *in cap. verum. de condition. appoſitis*, vbi quòd ſi bona donantur Eccleſiæ cum pacto quòd non poſſint alie-
46. nari, tunc impeditur dominij tranſlatio, † quia vltra prohibitionem legalem, concurrit conuentionalis, quæ gloſſ. *ibi* per Ioan. Andr. Abb. & alios eſt communiter recepta, & probat Berous *in conſil.* 22. *numer.* 31. *& ſeq. volum.* 2. Idem ſi facta eſſet prohibitio de non alienando fundo dotali, vel bonis minorum, Bartol. *in d. l. ea lege. numer.* 3. *C. de condict. ob cauſ.* Bald. *ibi numer.* 5. *verſ. ad idem*, Fulgoſ. *numer.* 4. *verſ. ſed aliquando*, Salyc. *numer.* 3. *in* 7. *oppoſitione*, *& numer.* 10. Idem ſi conuentum eſſet de non alienandis bonis feudalibus. Alciat. *in d.* §. *diui. numer.* 39. Loaz *ibid. num.* 169. quia bona feudalia ſunt prohibita alienari, *l. imperialem. de prohibita alien. per Federic.* Idem ſi prohibitio contineat de non alienandis bonis immobilibus intus caſtrum, & extra illud exiſtentibus, quia bona im-
mobilia † in caſtro, Barone poſſidente, præſumun- 47.
tur feudalia, Andr. *in cap.* 1. *in additionib. de controuerſ. inter maſculum, & femin. de beneficio, in verſ. Item ſemper inſpicitur, an ſit in poſſeſſione.* Item quia deſtinatione domini conſtituitur feudum, † Andr. 48.
in titul. qualiter vaſallus iurare debeat fidelitatem, & iſta ſunt de natura feudi, quia tenentur de demanio domini, Andr. *in titul. qui feud. dare poſſ. in princip.* Item palatium intra † fines præſumitur feu- 49.
dale, ex deſtinatione continentis, & poſſidentis, Pariſ. de Put. *in tractatu de reintegratione feud. cap.* 195. *numer.* 2. *fol.* 107. *& numer.* 3. *verſ. cum à principio deſtinauerit illa bona vti partes feudi.* Item quia vaſallus de allodio † poteſt facere feudum. Andr. 50.
in cap. 1. *numer.* 11. *de controuerſ. feud. apud pares terminand.* Item quia vaſallus poteſt hoc facere, etiam ſi bona eſſent in diuerſis locis, & diuerſis territoriis, quia deſtinatione domini conſtituuntur feudalia, Pariſ. de Put. *in tract. de finib. feud. cap.* 34. cuius rubrica eſt, *cui debeat ſolui adohamentum, num.* 4. *fol.* 174. Omnia igitur deſtinata † pro feudis habent 51.
naturam feudalem, ita vt comprehendantur ſub prohibitione *d. l. imperialem. de prohibita feud. alien. per Federic.* ergo d. conuentio de non alienandis bonis immobilibus intra fines feudi, habet aſſiſtentiam iuris communis pro cauſa, ita vt prohibitio non poſſit dici nuda, & inualida, ſed habeat ſuum effectum impediendi tranſlationem dominij in nouum poſſeſſorem. Multò magis ſi in dicta conuentione de non alienando fuiſſet appoſita clauſula extendendi ad conſilium ſapientis, quæ clauſula † 51.
operatur effectum, vt ſapiens poſſit addere hypothecam. Item iuramentum, quoniam ſunt de natura contractus, & ſolita apponi in omnibus. *l. ex ea parte. ff. de verb. obligat.* Bartol. *in l. illa inſtitutio, numer.* 6. *& ſeq. ff. de hæred. inſtit.* & ſcripſi *in tractatu de clauſulis parte* 4 *clauſula* 30. Sed conuentio de † 53.
non alienando cum hypotheca bonorum in caſu contrauentionis, impedit dominij tranſlationem in alterum, vt tenent communiter ſcribentes *in d.* §. *diui.* Bartol. *numer.* 14. *verſ. eſt & alius caſus.* Ripa *numer.* 87. *verſ. ſecundò fallit*, Socin. iun. *num.* 179. *& ſeq. verſ. nec enim*, Alciat. *numer.* 36. *verſ. quòd ſi pactum*, Iaſ. *in repetitione numer.* 121. & alij plures ad hoc relati per Odd. *in d. tractatu de prohibitione alienat. & fideicommiſſ. quæſtion.* 12. *num.* 246. Item propter iuramentum impeditur dominij tranſlatio. Menoch. *in conſil.* 63. *numer.* 20. *volum.* 1. qui atteſtatur de magis communi, & alij per Odd. *in d. quæſt.* 12. *num.* 211. ergo iuramentum, & hypotheca producent eundem effectum, quem produxiſſet prohibitio alienationis cum cauſa, videlicet, vt dominium per alienationem tranſlatum non dicatur, ſed ſemper poſſit ab eo, ad cuius fauorem alienatio inducta eſt, auocari.

In ſecundo capite, primus caſus eſt, quoties teſtator exprimendo rationem prohibitionis, appoſuit verba denotantia perpetuitatem, ſemper inducitur fideicommiſſum in caſum mortis: † vt ſi 54.
dixerit, prohibeo alienationem, quia volo bona mea in perpetuum, vel in æternum conſeruari in mea familia, quo caſu, niſi fideicommiſſum de vno in alium iuxta proximitatem tranſiret, pro vt ſcripſi in præcedenti articulo, de fideicommiſſo familiæ relicto, voluntas teſtatoris non ſortiretur effectum, & hanc concluſionem, relatis omnibus conſulentibus, latè defendunt, Craſſus *in* §. *fideicommiſſum, quæſtion.* 5. *num.* 8. Gabriel *in titulo de fideicommiſſ. concluſione* 9. *numer.* 12. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 15. *numer.* 11. *& plur. ſeq.* Menoch. *in conſ.* 197. *num.*

numer. 11. volum. 2. Mantica de coniectur. lib. 6. titulo 14. & lib. 8 titul. 2. num. 18. Intrigliol. de ſubſtitutionib. centur. 3. quæſt. 72. num. 41. Molin. in lib. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 5. num. 16. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 10. num. 10. & 12. & 16. & 22. fol. 283. & ſeq. & ita ſemper fuit in tribunalibus iudicatum, vt in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titulo Fideicommiſſum, cap. non eſt prohibitio, & cap. ſeq. & cap cùm bona, & plures alios ad hoc allegat Rota in deciſ. 193. n. 6. parte 1. in vltimò impreſſis, & in deciſ. 181. parte 2. in eiſdem.

55. Secundus caſus eſt, quando teſtator † prohibuit alienationem in cauſa limitata ad ſuos filios deſcendentes, vt bona inter ipſos conſeruentur, tunc eſſe inductum ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, etiam in caſum mortis, ſcripſit Menoch. in d. conſil. 197. n. 20. & 23. vol. 2. Et hanc etiam probant Veggius in d. conſil. vlt. num. 41. verſ. ſecundus caſus, & verſ. tertius caſus, & Berretta in conſil. 142. num. 28. & licèt contrariam ſententiam teneat Cephal. in conſil. 17. num. 22. vol. 1. & Alba. in conſil. 7. num. 8. Tamen idem Cephalus parum ſibi conſtans contrarium ſcripſit in conſil. 153. num. 53. vol. 2. & idem Alba. ſibi contrarius, aliter ſcripſit in conſil. 93. num. 2. Contra quos Menoch. in conſil. 348. num 37. & ſeq. volum. 4. reſpondet omnibus eorum rationibus, & hanc concluſionem optimè defendit.

Tertius caſus eſt, quando teſtator prohibuit alie-
56. nationem, † vt bona conſeruentur inter deſcendentes, ita demum inductum eſt fideicommiſſum in caſum mortis, ſi cum vocatione illorum, alia verba appoſita ſint perpetuitatem denotãtia, vt ſcripſi in art. 2. huius quæſtionis, caſu ſecundo. vt ſi dictum fuerit inter deſcendentes natos, & naſcituros, vel ſi dictum fuerit inter deſcendentes in perpetuum, Rota deciſ. 681. parte 2. in vltimò impreſſ. Vel ſi dictum fuerit, vt in familia permaneant, & poſt ipſos omnes, vocati ſint alij affines, Menoch. in conſ. 1032. n. 6. & ſeq. vol. 11. & ita declarat Caualcan. in deciſ. 18. n. 60. parte tertia, vbi multos allegat, ita demum ex deſcendentium vocatione inductum eſſe fideicommiſſum in caſum mortis, quando verba perpetuitatem denotantia adiecta fuerint, fauor enim deſcendentium ſolus, non operatur fideicommiſſum in caſum mortis, niſi dictum
57. fuerit †, de deſcẽdentibus in deſcẽdẽtes; ſicut ſi dixerit, quia volebat tranſire de hæredibus in hæredes, tunc enim inducitur fideicommiſſum in caſum mortis, Cephal. in conſil. 134. num. 31. vol. 1. Pariſ. in conſil. 55. col. 2. vol. 1. Alciat. in conſil. 22. n. 4. vbi atteſtatur ſenatũ Mediolanenſem ita iudicaſſe, Menoch. in conſil. 1069. n. 2. vol. 11. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 14. num. 13. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 5. num. 7. & 44. verſ. ſic, & vbi, Craſſ in §. fideicommiſſum. quæſt. 5. num. 7. Viuius deciſ. 186. n. 8. ergo idem ſi dictum fuerit, de deſcendentibus in deſcendẽtes: ſed ſi dictum fuerit ſimpliciter, vt bona conſeruentur inter deſcenden-
58. tes †, idem eſt ac ſi dictum fuiſſet ſimpliciter, vt bona conſeruentur in familia, quo caſu eſſe inductum fideicommiſſum ſolùm in caſum alienationis, probaui in primo caſu primi capitis huius articuli, quia familiæ appellatio nihil differt ab appellatione deſcendentium, vt probaui in articulo de fideicommiſſo familiæ relicto, ſuprà in hac eadem quæſtione: & Doctores, qui conſarcinãtur à moderniſſimis, non percutiunt punctum perpetuitatis, qui parum accuratè ſcribentes, potius confuſionem, quàm vtilitatem, de iure reſpondentibus attulerunt, & eorum allegationibus, tanquam veridicis fidendum nullo modo eſt.

59. Quartus caſus, quando prohibitio alienationis † eſt realis, tunc inductum eſt fideicommiſſum etiam in caſum mortis, quia tale fideicommiſſum afficit omnes perſonas, & quoſcumque poſſeſſores, Pariſ. in conſil. 18. num. 50. & conſil. 90. n. 43. vol. 2. & alij plures relati per Surd. in conſil. 315. num. 20. vol. 2. & per Beccium in conſil. 24. n. 28. vol. 1. & per Decian. in conſ. 54. num. 26. vol. 1. & Cardinal. Alban. in conſil. 83. num. 2. & conſil. 97. n. 2. quos ſequuta eſt Rota in deciſ. 164. part. 1. & deciſ. 231. n. 3. part. 2. in vltimò impreſſis. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 5. n. 129. Ancharan. iunior in quæſt. 72. num. 14. Et dicitur prohibitio alienationis realiter facta, quando eſt concepta diſpoſitiuè in
rem, † vt, volo ne bona mea alienentur, ſed in fa- 60.
milia ſemper exiſtant, vel de gradu in gradum ad proximiores perueniant, Bartol. in l. peto. §. fratre, numer. 4. de legat. 2. & in l. Titia. §. Seia, in fin. ff. eodem titul. Paul. de Caſtr. in conſil. 77. colum. penult. verſ. contrarium dico, volum. 1. Et quibus aliis modis prohibitio dicatur realis, declarat Simon de Pret. lib. 3. ſolutione 10. numer. 25 fol. 285. Item ſi filiis, eorúmque hæredibus, & ſucceſſoribus inſtitutis, in perpetuum prohibita eſt alienatio, quia teſtator volebat bona ad dictos hæredes, & poſteros in perpetuum peruenire, hæc prohibitio realiter facta dicitur, & fideicommiſſum in caſum mortis inducit, vt pluries fuit iudicatum, de quo in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. titulo Fideicommiſſum. cap. cum filiis.

Quintus caſus eſt, quando teſtator inſtitutis filiis, & ſubſtitutis eorum deſcendentibus in infinitum, prohibuit inter eos diuiſionem in perpetuum, quia
voluit dicta eius bona inter dictos filios, † & deſcen- 61.
dentes perpetuò remanere communia, ex huiuſmodi prohibitione diuiſionis inductum eſſe fideicommiſſum, etiam in caſum mortis, firmarunt Decius in conſ. 613. n. 7. & licèt poſtea num. 11. verſ. ſed tamen, reſpõdeat, tamen in reſponſione præſupponit deſcendentes non fuiſſe vocatos, cuius contrarium nos præſupponimus in hoc caſu. Idem Riminald. in conſ. 603. num. 17. vol. 6. Gozadin. in conſil. 52. col. 2. & alij relati per Petram de fideicommiſſ. quæſt. 5. num. 142. & plures alij per Simon. de Pret. lib. 3. ſolutione 10. num. 10. fol. 283. & ſeq.

Declaratur iſte caſus, vt prohibitio alienationis † 62.
immediatè appoſita poſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam præcedentem, dicatur illi acceſſoria, & reguletur à fideicommiſſo præcedenti. Dec. in conſ. 636. Socin. in conſil. 53. num. 9. vol. 3. Gozadin. in conſil. 30. num. 16. verſ. non obſtat. Cepoll. in conſ. 17. num. 24. Menoch. in conſil. 327. num. 7. & conſ. 347. num. 11. vol. 4. & conſil. 642. vol. 6. Gabriel in conſ. 132. quæſt. 3. num. 21. vol. 1. & conſil. 138. num. 26. & ſeq. volum. 2. & ita fuit pluries iudicatum, vt in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titulo Fideicommiſſum. cap. cùm teſtator, & cap. ſeq. Idcirco quando prohibitio eſt de per ſe apta ad inducendum fideicommiſſum, etiam in caſum mortis, vt ſcripſi ſuperiùs, hoc eſt intelligendum vbi agitur de interpretanda ipſa ſola prohibitione, non autem vbi præceſſit aliud fideicommiſſum, à quo prohibitio dependeat, hoc enim caſu prohibitio recipit interpretationem à fideicommiſſo præcedenti, & ab eo reſtringenda eſt ad caſus in ipſo fideicommiſſo comprehenſos, Alexand. in conſil. 59. vol. 3. Dec. in conſil. 639. Cephal. in conſil. 17. num. 24. vol. 1. Alciat. in l. pater filium. § fundum, in fine. de legat. 3. & ita dixit Rota in deciſ. 19. num. 5. parte 1. in vltimò impreſſis, quæ eſt repetita in deciſ. 473. parte 4. in Nouiſſimis, quòd ſi prohibitio facta ſit inſtitutis, & ſubſtitutis, ſemper intelligenda eſt, retento eodem themate inſtitutorum, ſubſtitutorum, referendo ſingula ſingulis, ad conſeruationem ipſorum,

ad gloſſ. *in l ſi negotium. C. de negot. geſtis.* & alia per Cephal. *in d.conſ.*17. Quamobrem ſi appoſita eſt poſt
63. pupillarem ſubſtitutionem, † licèt ipſa prohibitionis verba eſſent apta comprehendere fideicommiſſum, etiam in caſum mortis, tamen, quia immediatè poſt pupillarem facta eſt, ab ea regulanda eſt, & ad aliud fideicommiſſum nouum inducendum apta non eſt, pro vt latè ſcribit ſuper hoc caſu Mareſcot. *in lib.*2. *variarum reſolut.cap.*103. vbi probat ita ſæpiùs fuiſſe deciſum, per deciſiones, quas allegat manuſcriptas, more Romano. Contrariũ eſt dicendum,
64. vbi ipſa prohibitio † alienationis facta eſſet in penitus ſeparata parte teſtamenti, nam eo caſu non eſſet reſtringenda à ſubſtitutione præcedenti, ſed nouum fideicommiſſum induceret, vt probant præcitatæ deciſiones. Idem eſt dicendum, vbi præceſſit fi-
65. deicommiſſum, & ſtatim facta eſt prohibitio † alienationis apta ad inducendum fideicommiſſum perpetuum, & poſt ipſam prohibitionem factum eſſet alterum fideicommiſſum, nam etiam hæc prohibitio referenda eſt ad fideicommiſſum ſequens, ita vt ita demum ſit locus huic ſecundo fideicommiſſo, ſi facta fuerit contra dictam prohibitionem, Bartol. per illum text *in l.pater.§.filiam.de legat.*3.& poſt alios relatos probat hanc eſſe communem opinionem Berous *in conſ.*89.*n.*2.*vol.*2. & ita fuit deciſum, vt per Seraphin. *in deciſ.*1373.*n.*3.*verſ.tamen iſto caſu.* Semper tamen prohibitio interpretanda eſt, vt non
66. eneruet † vires fideicommiſſi ſiue præcedentis, ſiue ſubſequentis.

Secundò declaratur, nam quando prohibitio alienandi ſequens immediatè poſt fideicommiſſum, eſt
67. facta † ad tempus, tunc finito tempore non ſunt eneruatæ vires fideicommiſſi præcedentis, & tacitæ prohibitionis reſultantis ex ipſo fideicõmiſſo, quoniam prohibitio expreſſa vſque ad viginti quinque annos cenſetur facta, cauſa prouidendi imbecillitati ætatis, & ſic fauore prohibitorum. *l.*2.*C.de vſucapion.* Sed prohibitio tacita cẽſetur facta fauore fideicommiſſariorum; ſed per expreſſam, neque ante, neque poſt 25. annos cenſetur renocata tacita, ita arguit Mareſcot. *in lib.*1.*variarum reſolut.c.*4.*n.*5.& pro hac opinione allegantur Paul.de Caſtr. *in conſ.*263. *n.*3. *vol.*2. Dec. *in conſ.*386.*n.*4. Pariſ. *in conſil.*131.*n.*36.*vol.*2. Ruin. *in conſil.*117.*n.*27.*vol.*2.*& conſil.*121.*n.*9.*vol.*3. Socin.iun. *in conſil.*130.*vol.*1.*&* 188. *in fin. vol.*2. Gabriel *in conſil.*132.*numer.*6.*vol.*1. Cacheran. *deciſ.*85. *num.*13. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*40. *num.*65.*& in conſil.*40.*vol.*2. Seraphin *in deciſ.*1244.*num.*6.

68. Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem, † quia iſtæ duæ prohibitiones non poſſunt dici factæ ad diuerſum finem, ſed omnes ad fauorem fideicommiſſariorum, ſiquidem ipſis minoribus lex prouidit, ne alienare poſſint. *l.lex quæ tutores.C.de adminiſtr. tutor.* Idcirco ipſa tacita prohibitio reſultãs ex fideicommiſſo, fuit moderata vſque ad 25. annos, & ita in puncto reſpondet Ruin. *in conſil.*132. *num.*6.*verſ.quæ reſponſio. vol.* 2. & ſequitur Menoch. *in conſ.*151.*num.* 37.*volum.*2. & Ruinus qui reſpondit in eodem caſu Decij *in d.conſ.*386. reſoluit omnia fundamenta Decij quæ ſunt pro contraria parte, & hanc concluſionem poſt multas alias rationes Menoch. probat eſſe veriorem *in d.conſil.*151. vbi *num.* 45.*verſ. ſeptimo & vltimo*, refert eandem ſequutos eſſe Iaſ. Ruin. *in plurib.conſiliis.* Pariſ. Crot. & Alciat. eandem probat eſſe veriſſimam Decianus *in conſil.* 42. *à num.*4. *ad finem*
69. *volum.*4. vbi *num.*6. quòd licentia alienandi † tacita, quæ colligitur ex expreſſa prohibitione ad tempus, præiudicat fideicomiſſo præcedenti, ita vt eius vires moderentur, & multos allegat. Item ſicut conceſſio alienandi † in diuiſionibus fratrum tollit fideicom- 70.
miſſum. *l.quoties ab omnibus.C.de fideicommiſſ. l.nihil.§. omnibus.de legat.*1. Bartol. *in l.qui Romæ.§.duo fratres,in* 8.*quæſt.ff. de verb. obligat.* & *ibi* communiter ſequuntur, multò magis eundem effectum operari debet voluntas teſtatoris, quæ pro lege ſeruanda eſt.

Tertiò declaratur, nam quando prohibitio alienationis continet ſuam cauſam, & conditionem †, 71.
particularẽ, & verba ipſius prohibitionis ſunt valdè prægnantia, tunc non venit conſecutiuè ad ſubſtitutiones præcedentes, ſed ſtat de per ſe, & inducit nouum fideicommiſſum. Ruin. *in conſil.*89.*numer.*18.*& num.*22.*vol.*2. Rota *deciſ.*45. *verſ. An autem dicta prohibitio, vſque ad fin. parte* 1.*in Nouiſſ.* Vt ſi dictum fuerit, volo quòd mea bona non exeant familiam, ſed ſemper, perpetuò & in infinitum conſeruentur in familia. Item ſi in caſu contrauentionis induxit priuationem ad fauorem ſequentium in gradu de familia. Item ſi prohibuit ne poſſit fieri alienatio in remotiorem de familia. Item ſi declarauit, quòd dicta prohibitio alienationis ſit fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum in familia, ordine ſucceſſiuo, & gradatim in ſtirpes, & non in capita. Item ſi declarauit animum ſuum, quòd bona vnita non exeant familiam, ſed conſeruentur in ea. Item ſi verbis ampliſſimis prohibuit quòd non detrahantur dotes. Item ſi dicta verba ampliſſima continerent diuerſos caſus, qui non comprehendebantur in fideicommiſſo præcedenti, tunc dicta prohibitio nouum fideicommiſſum induxiſſe dicitur, & ita ſemper fuit iudicatum, Rota *deciſ.* 568. *parte* 1. *in Nouiſſim. & deciſ.* 494. *in nouiter Nouiſſim.* vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titulo Fideicommiſſum.cap. cùm bona, & cap. Aut ſubſtitutio*, vbi recenſentur aliæ deciſiones, & per Seraphin. *in d. deciſ.* 1373. *num.* 3. *& ſeq.* Idem ſi prohibitio alienationis † induxiſſet fi- 72.
deicommiſſum reale, vt quia dixiſſet quòd dicta eius bona non exeant familiam. Item quòd bona vnita non exeant familiam, quæ non ſint in perſonas, ſed in rem directa, & ita faciant fideicommiſſum reale, Bartol. *in l. peto.§.fratre,num.*2.*verſ. dic ergo.de legat.* 2. Paul. de Caſtr. *in l.voluntas, in fin.* vbi Iaſ. *num.*10.*C.de fideicommiſſ.* Alex. *in l.*1. *num.*8.*ff.de offic.eius*, & *ibi* Crot. *numer.*43.& Ripa *numer.*66. nam
grauamen † reale afficit omnes perſonas, & quoſcunque poſſeſſores, Pariſ. *conſil.*18.*num.*50.*& conſ.*90. *num.*43.*vol.*2. & alij ad hoc relati per Surd. *in conſil.* 315.*num.*20.& per Beccium *in conſil.* 97. *numer.*2. & tunc prohibitio alienationis ita ampla, & continens prohibitionem realem, non adhæret immediatò fideicommiſſo præcedenti, ſed illud ampliat, & in cæteris nouum fideicommiſſum inducit. 73.

Sextus caſus eſt, quando quis eſt prohibitus verbis ampliſſimis alienare tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, † reſpectu hæredis extranei, ita 74.
vt illum inſtituere non poſſit, tunc enim inductum eſt fideicommiſſum etiam in caſum mortis. Decian. *in conſil.* 31. *numer.* 155. *volum.* 1. Cephal. *in conſil.* 153. *num.* 17. quem ſequutus eſt Menoch. *in conſil.* 357. *num.* 2. *volum.* 4. & ita fuit deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titulo Fideicommiſſum*, *cap. ſi prohibitio.* Idem † ſi eſſet prohibita ſucceſſio ab in- 75.
teſtato. Menoch. *in conſil.* 197. *num.* 28. *volum.* 2.
Idem † ſi poſt prohibitionem cum cauſa, prohi- 76.
buiſſet etiam detractionem Trebellianicæ, falcidiæ, & legitimæ, Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 5. *numer.* 146. & Riminald.iun. *in conſil.*544. *num.*390. *& ſeq.vol.*5. qui alios referunt.

ARTICVLVS IX.

An fideicommiſſum in contractibus fieri poſſit.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum poſſe fieri in contractibus probatur eſſe communem opinionem contra Menoch. in conſil.* 1028. *num.* 13.
2. *Subſtitutionem cõpendioſam poſſe fieri in contractibus.*
3. *Donatio cauſa mortis eſt verè contractus.*
4. *Fideicommiſſum ſi eſt factum in contractibus, an differat ab eo, quod eſt factum in vltima voluntate.*
5. *Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo facto in contractu.*
6. *Fideicommiſſo facto in contractu, agitur actione ex fideicommiſſo.*
7. *Legitima detrahitur de ſideicommiſſo facto in contractibus.*
8. *Succeſſio an, & quando poſſit dari pacto, & conuentione.*
9. *Pactum de re certa quando dicatur.*
10. *Fideicommiſſum factum in contractu inter viuos, debetur in vim pacti.*
11. *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu matrimonij.*
12. *Pacta qualibet matrimonio adiecta ſequuntur illius naturam.*
13. *Pactum in contractu matrimonij ſuper ſucceſſione Regni aliquando non valet.*
14. *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu dotis, vt ſuccedat primogenitus.*
15. *... & remanet validum in eo, quod excedit legitimam.*
16. *Fideicommiſſum poteſt fieri in contractu diuiſionis inter fratres.*
17. *.. tacitè inducitur ſuper bonis emptis ex pretio bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum.*
18. *.. quando emptor ita declarauerit.*
19. *Fideicommiſſum conuentionale ſtrictius interpretandum, quàm ſi in vltima voluntate factum fuerit.*
20. *Fideicommiſſa facta in contractibus ſumunt naturam vltimæ voluntatis.*
21. *Donatio inter viuos in teſtamento facta, retinet naturam contractus.*
22. *Donatarius primus dicitur acceptare donationem etiam pro ſubſtitutus in eadem donatione.*
23. *Donatio reſpectu ſecundi donatarij poteſt reuocari de conſenſu primi.*
24. *Donatarij ſecundi acceptatio retrotrahitur ad tempus antequam fuiſſet reuocata donatio.*
25. *Donatarius ſecundus ſubſtitutus primo quam actionem exerceat contra tertium poſſeſſorem.*
26. *Actio perſonalis in rem ſcipta datur contra tertium poſſeſſorem.*
27. *.. oritur ex peruentione rei ad alterum.*
28. *.. & datur tanquam contra poſſeſſorem, non autem ſucceſſorem.*
29. *Actio* ex l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, *eſt in rem ſcripta.*

PARTEM negantem diffuſè defendit Menoch. *in conſil.* 1028. *num.* 13. *vol.* 11. Sed contraria opinio eſt magis communis, & magis vera, & in omnibus tribunalibus obſeruata, quòd in con-
1. tractibus fideicommiſſum † fieri poſſit, pro vt eſt caſus *in l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, in verſ. quod donatum eſt, alij reſtituatur.* Hæc enim verba ſunt penitus obliqua, & fideicommiſſaria, Bartol. & cæteri omnes *in l. centurio. ff. de vulgari*; ergo verum eſt dicere, quòd in contractu inter viuos fideicommiſſum fieri poteſt, & hanc opinionem firmatunt Oldrad. *in conſil.* 139. Alexand. *in conſil.* 83. *vol.* 2. Dec. *in conſil.* 63. *num.* 4. *& in conſil.* 613. *col.* 2. Socin. iũn. *in conſil.* 185. *num.* 6. *& conſil.* 118. *num.* 8. *vol.* 2. *& in conſ.* 141. *num.* 11. *vol.* 3. Honded. *in conſ.* 42. *n.* 1. *& in conſil.* 44. *vol.* 2. Crauett. *in conſil.* 19. *num.* 9. *& in conſil.* 130. *circa finem.* Gabriel *in conſil.* 16. *num.* 16. *vol.* 1. Oddus *in conſil.* 39. *num.* 13. *& in conſil.* 44. *num.* 38. Roland. *in conſil.* 34. *num.* 67. *volum.* 4. Burſat. *in conſil.* 229. *num.* 37. *volum.* 3. Beto. *in conſil.* 84. *num.* 6. *& ſeq. volum.* 2. Decian. *in conſil.* 31. *num.* 61. *volum.* 1. *& in conſil.* 55. *num.* 1. *vol.* 3. Surd. *in conſil.* 90. *num.* 1. *vol.* 1. Simon de Pret. *in conſil.* 54. *n.* 72. Cephal. *in conſil.* 511. *n.* 11. *vol.* 4. Natta *in conſ.* 532. *n.* 26. Marzarius *in epit. de fideicommiſſ. quæſt.* 2. Intrigliol. *in tract. de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 89. qui alios refert. Et hæc opinio ſemper fuit obſeruata in tribunalibus tanquam magis communis, Magon. *deciſ. Florent.* 71. *num.* 6. Surdus *deciſ.* 144. *num.* 6. qui plurimos refert, Milanenſ. *deciſ.* 8. *n.* 395. Rota *deciſ.* 464. *in nouiter Nouiſſim. & deciſ.* 21. *numer.* 2. *part.* 1. in vltimò impreſſis, Seraphin. *deciſ.* 828. *numer.* 2. & ita iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titulo Subſtitutio, cap. in contractibus.* Imò ipſe idem Menoch. ſequitur hanc opinionem *in conſil.* 325. *numer.* 3. *& ſeq. volum.* 4. vbi dicit ſubſtitutionem † poſſe fieri in contractibus, & parum 2.
infrà dicit, illam eſſe compendioſam, quæ fideicommiſſi vim habere poteſt. Item ipſe idem Peregr. allegatus à Menoch. *in d. conſil.* 1028. *num.* 13. *in tract. de fideicommiſſ. art.* 1. *num.* 15. *& art.* 51. *num.* 2. diſtinguendo, ſequitur opinionem contrariam.

Nec eſt recipienda reſponſio Menochij, plurimos ex allegatis Doctoribus loqui in donatione cauſa mortis, quia etiamſi donatio cauſa mortis habeat † 3.
aliquem effectum vltimæ voluntatis, tamen eſſentialiter, & verè dicitur cõtractus, quoniam à voluntate duorum dependet. *l.* 1. *&* 2. *C. de donat. cauſ. mort.* §. 1. *Inſt. de donat.* Doct. *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. & in illa fideicommiſſum fieri poteſt. *l.* 1. *C. de donat. cauſ. mort. l. ab eo. C. de fideicommiſſ. l. vnic.* §. *ſin autem. C. de caduc. tollend. l. cùm pater.* §. *eorum. de legat.* 2. *l.* 3. *in princip. de legat.* 3. Item licèt poſſit conſtitui aliqua differentia inter fideicommiſſum factum in contractibus, † & in vltima voluntate, quia de facto in contractibus non detrahitur Trebellianica. *l. mulier.* §. *fin.* 4.
ff. ad Trebell. Surd. *in d. conſil.* 90. *num.* 1. *vol.* 1. Tamen in hoc certè conueniunt, vt ex vtroque fideicommiſſo reſtitutio fieri debeat, *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo,* & probat Berous *in conſil.* 84. *num.* 7. *verſ. effectualiter verò, vol.* 2. nam ita ex pacto agi poteſt, vt fiat reſtitutio, ſicut ex teſtamẽto, & ex eo quòd Trebellianica † detrahi non poteſt, fideicommiſſum im- 5.
proprium dicendum eſt, vt vocat Peregr. *in d. art.* 51. *num.* 2. & Beto. *in d. conſil.* 84. *d. verſ. effectualiter.* Sed cùm ad reſtituendum bona vigore fideicommiſſi, agi poſſit ex pacto, nulla ratio reddi poteſt cur fideicommiſſum appellari non debeat, etiamſi in contractu factum fuerit.

Item quòd pro fideicommiſſo facto † in contra- 6.
ctibus oriatur actio ex fideicommiſſo, probant, Dec. *in d. conſil.* 41. *num.* 17. *vol.* 1. & alij ad hoc nouiſſimè allegati per Gratian. *in diſcept. forenſ. cap.* 237. quia iſta fideicommiſſa in nullo differunt, niſi quòd de factis in contractibus non detrahitur Trebellianica. Surd. *d. deciſ.* 144. *num.* 12. Item quòd etiam de fideicõmiſſo † facto in contractibus detrahatur legitima, 7.
probat Peregr. *in d. art.* 51. *num.* 2 ?. Decian. *in conſil.* 1.

Doct. Marta ſumma ſucceſſ. pars leg. 4.

n.52.vol.4. Rota deciſ.488. n.8.verſ. quintò facit, parte 1. in Nouiſſim. Gratian. qui alios refert, in d. cap. 237.num.24.

Nec eſt recipienda ratio Menochij in d.conſ.1028.
8 num.3.& 8.& 15.vbi quòd pacto, & conuentione † ſucceſſio dari non poteſt, quoniam hæc concluſio non eſt vera, quando factum eſt pactum de rebus particularibus, & ita eſt receptiſſima opinio ſemper in foro obſeruata, vt de communi atteſtatur Peregr. in d. articul. 51. numer. 29. & ſeq. & Craſſ. in §. ſucceſſio. quæſt. 9. num. 10. & ſeq. Andr. Gaill obſeruat. 126. numer. 2. & ſeq. part. 2. Guidopap. deciſ. 267. Cacheran. deciſ. 100. numer. 26. Theſaur. deciſ. 225. numer. 11. Magon. deciſ. Florentin. 102. Cæſar Barz. deciſ. Bononienſ. 14. Et dicitur pactum de re certa,
9. quando † eſt relatiuum ad certa bona per paciſcentes expreſſa, Albetic. in l. final. colum. 3. in fin. C. de pact. Et de hac materia ſcribam latiùs infrà in quæſtione, de pacto ſuccedendi. Item quòd valeat pactum reciprocum de ſuccedendo, quando eſt conforme diſpoſitioni ſtatutariæ, Oldrad. in d. conſil. 139. Ioan. Andr. Speculat. in titul. de inſtrum. editione. §. porrò. colum. final. verſ. fuit etiam alia quæſtio, & alij ad hoc allegati per Decian. in conſil. 73. volum. 3. & ſi eſſet de hæreditate alterius, valet, eo conſentiente, pro vt eſt caſus l. final. C. de pact. Et proptetea quando fideicommiſſum eſt ap-
10. poſitum in donatione † inter viuos, deberi dicitur in vim pacti, vt dicit gloſſ. in l. ſi mulier, in princip. in verſ. ſi mortis cauſa, & ibi Bartol. & Doct. ff. de legat. 3. Franciſc. Marc. deciſ. 331. numer. 12. part. 1.

Alter caſus ad hunc articulum pertinens, eſſe po-
11. teſt de fideicommiſſo † facto in contractu matrimonij, quod poſſe fieri, dicit Bald. in c. filij nati. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter fil. & agnat. & ſequitur Decian. in conſil. 31. num. 66. & ſeq. vol. ... Sicut enim matrimonium eſt res fauorabilis. cap. final. & ibi omnes Doct.
12. de condit. appoſit. ita & quælibet pacta matrimonio † adiecta fauorabilia dici debent, quia eius naturam ſequuntur. l. ſi tibi rem. ff. de præſcript. verb. l. 1. C. de pact. Ideo poteſt fieri pactum in contractu matrimonij, vt bona perueniant de primogenito in primogenitum, vt probant multi relati per Pariſ. in conſil. 72. volum. 4. Alciat. in l. pactum, cum ibi not. & in l. licet. C. de pact. l. pactum. C. de collat. l. pactum. l. hæreditas. C. de pact. conuent. Bartol. in conſil. 212. Angel. in conſil. 66. Alexand. in conſil. 83. colum. pen. volum. 2. Hoc tamen non procedit, ſtante ſtatuto, vel conſuetudine regni in contrarium, & ideo Gloſſator conſuetudinum Pariſienſium in lib. 1. §. 8. gl. 3. num. 8. dicit, quòd non valuit pactum in
13. contractu matrimonij, † apud Trecas, vrbem Campaniæ Celticę inter Carolum ſextum Frãcorum Regem, & Henricum quintum Angliç Regem de anno 1420. per quem tractatum Cathetina dicti Caroli filia nuptui dabatur dicto Henrico, cũ pacto, quòd Henricus, vel eo mortuo eius filius ſuccederet in regno Franciæ, & illud obtineret poſt mortẽ dicti Caroli, nulla mentione facta de Carolo ſeptimo primogenito Regis Francorum, cui iure ſanguinis, & legis regni, ipſum regnum debitum, & affectum erat, pro vt illo mortuo Carolo ſexto patre ſuo, eripuit de manibus Anglorum, & regnauit, & Carolo octauo eius filio reliquit.

Tertius caſus eſt, ſi pater in vita in contractu matrimonij dat dotẽ filiæ, poteſt ſuper illa dote, & in eo
14. contractu † fideicommiſſum facere, vt ad illã ſolus primogenitus ſuccedat, tum quia in contractu fideicommitti poteſt, vt probaui, tum quia dos non ſuccedit loco legitimæ, per l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. Niſi quando pater in teſtamento nullam le-
gitimam illi reliquerit; & hoc caſu fideicõmiſſum † 15.
remanet validum in eo quod excedit legitimam, vt firmarunt Bartol. in l. final. §. filia. de legat. 2. l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell. ... conſ. vlt. volunt. 37. n. 4. vol. 1. Viuius deciſ. 238. num. 2. Cepoll. conſ. ciuil. 54. volum. 2.

Quartus caſus eſt, fideicommiſſum poteſt fieri † 16.
in contractu diuiſionis inter fratres, vt ſi alter ſine liberis decederet, ſuccedat alter, ita poſt alios relatos probat Crauett. in conſ. 130. num. 10. verſ. ſeptimò poſito, quem ſequitur Menoch. in conſil. 944. numer. 37. vol. 10.

Quintus caſus eſt, fideicommiſſum † tacitè indu- 17.
citur ſuper illis bonis nouiter emptis ex pretio bonorum fideicõmiſſo ſuppoſitorum, quę aliis alienata fuerint, l. imperator. §. final. & l. ſeq. de legat. 2. Immol. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell. & hãc concluſionem firmarunt Crauet. in conſ. 295. n. 4. & conſ. 609. in princip. Iaſ. in conſ. 231. vol. 2. Pariſ. in conſ. 15. n. 45. vol. 3. ſequitur Menoch. in conſ. 70. n. 8. vol. 1. Hunc autem caſum declara, vt procedat, quando ipſe em-
ptor ita declarauerit, † vt bona nouiter empta ſuc- 18.
cedant loco bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, vt latè ſcribit Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. gloſſ. vnic. num. 18. & ſeq.

Declaratur iſte articulus, vt in fideicommiſſo
conuentionali † ſtrictior fiat interpretatio, quàm in 19.
vltimis voluntatibus, in quibus aliquando fit extenſio de caſu ad caſum, vt ſcribam inferiùs in artic. ... ſed in conuentionali nunquam eſt facienda extenſio, Petra de fideicommiſſ. quæſtion. 4. numer. 8. Roland. in conſil. 59. num. 21. in fin. vol. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 575. num. 27.

Secundò declaratur, vt fideicommiſſa † facta in 20.
contractibus ſumant naturam vltimæ voluntatis, Bald. in conſ. 349. col. 2. verſ. item propter illa verba. vol. 2. Paul. de Caſtr. in conſ. 347. col. 1. & 2. & in conſil. 384. in princip. eod. volum. 2. & notant omnes in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obligat. Peregrin. in conſil. 65. numer. 16. volum. 1. l. vt hæredibus. de legat. 2. Sicut econ-
tra donatio inter † viuos facta in teſtamento retinet 21.
naturam contractus, neque regulatur ſecundùm naturam vltimæ voluntatis. Oldrad. in conſil. 114. n. 2. ideo non poteſt reuocari. Bartol. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. numer. 3. de legat. 3. Bald. in l. final. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi auia, num. 3. C. de iure delib. Alex. & Iaſ. in l. nemo poteſt. de legat. 1. & ibi Ripa numer. 35. Dec. in conſil. 292. col. 2. verſ. verum ſupradictis, quos ſequitur Decian. in conſil. 1. numer. 52. volum 4. & ibi arguit, quòd ſicut donatio facta in teſtamento non poteſt reuocari, ita econtrario, fideicommiſſum factum in contractu poteſt reuocari, quia contrariorum eadem eſt diſciplina.

Tertiò declaratur, nam quando ſubſtitutio facta eſt in donatione, vt poſt mortem primi perueniat ad ſecundum, ex regula d. l. quoties. C. de donat. quæ ſub
modo, cùm primus acceptat donationem, † dicitur 22.
etiam illam acceptaſſe pro aliis vocatis. Marc. Salon. de pace in conſil. 26. numer. 23. & plur. ſeq. & ſic per acceptationem primi eſt acquiſitum ius ſucceſſiuè vocatis, Dec. in conſil. 468. num. 28. & conſ. 498. num. 19. Ruin. in conſil. 7. n. 29. vol. 1. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. ... cap. ... numer. 73. verſ. contrarium, & numer. 75. verſ. in ſecundo caſu. Molin. Ieſuita in tract. de contractib. diſputatione 265. numer. 8. verſ. in pri-
mis quando. Ideo non poteſt reuocari, † niſi de con- 23.
ſenſu primi donatarij, qui acceptauit donationem, vt dicit Bartol. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. obligat. & ſequitur ibi Cuman. & Immol. colum. 2. & Socin. numer. 6. qui atteſtatur eſſe communem. Iaſ.

num.

numer. 4 Roman. *in l. ſed ſi hac.* §. *proſtituta. ff. de in ius vocand.* Salyc. *in l. quoties. C. de reuocand. donat.* Alexand. *in l. adoptiuum.* §. *patronum. ff. de in ius vocando.* Iaſ. *in l.* 2. *numer.* 66. *C. de iure emphyt.* Socin. *in conſil.* 115. *numer.* 12. *volum.* 4. Crauett. *in conſil.* 19. *num.* 13. Clarus *in* §. *donatio. quæſtion.* 13. *numer.* 5. *verſ. ſed quid ſi nullus.* Gabriel *in titulo de donation. concluſ.* 5. *numer.* 1. qui plurimos referunt. Et licèt Alciat. *in d.* §. *Flauius Hermes*, *numer.* 33. *verſ. fortius ego ſentio*, dicat, donanti non licere reuocare donationem in præiudicium donatarij, & quòd
24. eueniente caſu, d. ſecundus donatarius † poterit acceptare donationem, & acceptatio retrotrahitur ad tempus antequam facta fuerit reuocatio, ad *l. ſi ego*, & *ibi* Angel. *numer.* 3. *ff. de negot. geſt.* Tamen opinio Bartoli, & communis eſt intelligenda, quando pœnitentia, ſiue reuocatio interuenit ante tempus, in quod eſt collata diſpoſitio in fauorem tertij, & durauit vſque ad illud tempus; ſed quando pœnitentia interuenit, & non durauit vſque ad tempus prædictum, in quod diſpoſitio, & donatio erat collata in fauorem tertij, tunc ſecus eſt, vt probat Fabius de Anna *in conſilio* 32. & tunc procedit opinio Alciati.

Quando autem reuocatio facta non fuerit, tunc
25. ſecundo donatario † competet vtilis rei vendicatio, vt dicit Speculator *in titul. de locato.* §. *nunc aliqua. verſ. ſeptuageſimò quæritur*, & *ibi* Ioan. Andr. & Dec. *in conſil.* 238. *numer.* 8. Crauett. *in conſil.* 19. *numer.* 8. Raudenſ. *in conſil.* 28. *numer.* 23. *volum.* 1. qui alios refert. Ego verò fui in contraria ſententia, quòd d. ſecundo donatario non competat aliquo modo actio realis contra tertium poſſeſſo-
26. rem, ſed poſſit contra illum agere † per actionem perſonalem in rem ſcriptam, quæ datur contra tertium. *l.* 3. §. *eſt autem. ff. ad exhibendum.* Bart. *in l. ſi tertius.* §. *ſi quis priùs. ff. de aqua plun. arcend.* & *ibi* gloſſ. *in verſ. aqua pluuia*, Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubrica* 10. §. 11. *numer.* 3. Doct. *in l.* 3. *ff. de eo quod met. cauſ.* gloſſ. & Doct. *in l.* 3. *C. eodem titul.* & hanc opinionem ſequitur Rota *deciſ.* 464.
27. *parte* 1. *in Nouiſſimis.* Quia actio perſonalis † in rem ſcripta, oritur ex peruentione rei ad alterum, vt declarat Bolognett. *in rubric. ff. ſi cert. pet. numer.* 26. Vnde ſi res tua, in qua ego habebam ius, peruenit ad Petrum, mihi datur actio perſonalis contra Petrum, quia hæc non eſt eadem actio perſonalis in ſpecie, quæ competebat mihi contra te, ſed dicitur actio in genere, quæ ſufficit contra Petrum, non tanquam ſucceſſorem tuum, ſed tan-
28. quam † poſſeſſorem rei, ſuper qua ego habebam ius. vt declarat Bartol. *in d. l. ſi tertius.* §. *ſi prius. verſ. non quia ſucceſſor, ſed quia poſſeſſor. ff. de aqua*
29. *pluu. arcend.* Et quòd actio † ex d. *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo*, dicatur in rem ſcripta reſpectu tertij poſſeſſoris, probat eadem *l. quoties.* Nam dicit, quòd antiquitus dabatur perſecutio, quæ eſt actio in rem, poſtea ſpecialiter eſt inductum, vt ei quæratur actio ſine ceſſione, & quòd donatarius poſſit agere ſicut poterat donans; ſed ex hac noua diſpoſitione non fuit immutata illa perſecutio contra tertium, & ſecundùm hanc opinionem pluries in diuerſis tribunalibus fuiſſe iudicatum, probo in voto 49. inter deciſiones Piſanas, eſt in *Digeſt. Nouiſſim. tomo primo, titulo Actio. cap. ſed vbi actio.*

***

ARTICVLVS X.

An & quando bona ſuppoſita fideicommiſſo alienari poſſunt.

SVMMARIA.

1. *Alienationem bonorum fideicommiſſi aliquando poſſe fieri, qui ſcripſerunt.*
2. . . *ex cauſa dotis fieri poteſt.*
3. . . *ex cauſa dotis eſt fauorabilis, & congruit menti teſtatoris.*
4. . . *ex cauſa dotis poſſe fieri, etiam pro dotandis deſcendentibus conceptis, & natis poſt fideicommiſſum.*
5. *Baldi lectura antiqua* in Auth. res quæ, *non reperitur.*
6. Auth. res quæ. C. commun. de legat. *dat remedium ſubſidiarium.*
7. *Oddi opinio reiicitur, quòd remedium* auth. res quæ, *ſit ordinarium.*
8. *Mulier agens ad dotes vigore* auth. res quæ, *quid probare debeat.*
9. *Legis qualitas probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in lege.*
10. *Mulier agens contra bona fideicommiſſi pro dotibus, debet probare non adeſſe alia bona.*
11. *Alienatio facta ex cauſa dotis non debet reuocari, etiamſi poſtea alia bona acquiſiuiſſet.*
12. Auth. res quæ, *non habet locum in tranſuerſalibus, niſi quando frater tenetur dotare ſorores.*
13. *Portio accreſcens poſſidetur eodem iure, ſicut poſſidebatur à primo.*
14. *Frater tenetur dotare ſororem pauperem.*
15. . . *& aliquando tenetur dare dotes etiam in ſecunda vice.*
16. *Mater diues tenetur dotare filiam pauperem.*
17. *Dotes qui tenetur dare, etiam virum inuenire debet.*
18. *Alienatio bonorum fideicommiſſi fraterni non permittitur, quando mater eſt diues, & dotes dare poteſt.*
19. *Fratris appellatione venit ſoror in qualibet diſpoſitione.*
20. *Alienatio permittitur vſque ad dodrantem, quando grauatus eſt de reſtituendo quidquid ſupereſt.*
21. . . *& an poſſit quartam etiam alienare pro dotandis extraneis.*
22. Auth. contrà cùm rogatus, *reſpectu quartæ diſtrahendæ non habet locum pro dotibus dandis extraneis perſonis.*
23. *Pia cauſa non dicitur liberatio carceratorum, etiam ſi non ſint pro maleficio.*
24. *Opinio communis eſt, pro qua ſtat Accurſius cum duobus aliis.*
25. *Donatio propter nuptias fit à ſolo marito, vel ab aſcendentibus, non autem ab extraneis.*
26. Auth. res quæ, *non habet locum in dotatione facienda per extraneos.*
27. *Pater non poteſt bona ſua ſupponere fideicommiſſo in præiudicium dotis debitæ filiæ ſuæ.*
28. Auth. res quæ, *habet locum pro dotanda filia naturali, item legitimata.*
29. *Legitimati per reſcriptum ſunt in omnibus æquiparati legitimè natis.*
30. *Dotis augmentum habet idem priuilegium, quod habet ipſa dos.*
31. *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro ſupplenda dote congrua.*
32. *Alienatio fideicommiſſi facta pro aſſignandis dotibus in*

in exceſſu, poteſt retractari vſque ad congruitatem dotis.

33. *Bona materna poſſunt alienari pro reſtituenda dote filiæ, quando patris bona non ſufficiunt.*
34. *Mater tenetur dotare filiam in ſubſidium.*
35. *. . tenetur alere filium in ſubſidium.*
36. *. . tenetur dotare filiam, dote alimentorum.*
37. *Legitima aliquando debet ſolui in vita patris, ob publicam vtilitatem.*
38. *Mater præſumitur voluiſſe permittere alienationem bonorum ſuorum pro dote filiorum.*
39. Auth. res quæ, *eſt fundata in ratione publicæ vtilitatis.*
40. *. . procedit etiam in dotis reſtitutione.*
41. *. . procedit, etiam in caſibus, in quibus fideiuſſores pro dotibus dari debent.*
42. *. . dummodo bona data in dotem ſint difficilis recuperationis.*
43. *Actio ſubſidiaria non poteſt intentari, niſi in ſubſidium.*
44. *Mulier agens contra bona fideicommiſſi, tenetur cedere iura ſua qualia habet fideicommiſſario.*
45. *. . & quando non poſſet cedere, neque poſſet obtinere.*
46. Auth. res quæ, *habet locum in alienatione quæ fit pro appenditiis, & apparatu dotis.*
47. *. . & in conſtitutione, ſiue reſtitutione donationis propter nuptias.*
48. *Dotis priuilegia ſunt communicata contradoti.*
49. Auth. res quæ, *non habet locum in arrhis, quæ dantur in regno Portugalliæ.*
50. *Fideicommiſſi bona in dotem data, vel pro dote alienata, cenſentur in perpetuum alienata.*
51. *. . poſſunt alienari etiam pro intereſſe dotis.*
52. *Intereſſe debentur ex natura contractus bonæ fidei propter moram.*
53. *Obligatio bonorum reſpicit futurum euentum, quando non fuit adimpletum.*
54. *Dos aliquando habetur pro exacta propter moram, & culpam mariti, in eius damnum, quam tenetur reſtituere.*
55. *Bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro dote, etiam ſi expreſſè teſtator illud prohibuerit.*
56. *Teſtator non poteſt prohibere diſpoſitionem Auth.* res quæ.
57. Auth. res quæ, *non habet locum in contractu inter viuos.*
58. *Prohibitio alienationis non poteſt conſiderari ex cauſa onerosa.*
59. *. . quando inter viuos impediat dominij translationem.*
60. *Dotes non poſſunt dari de re in alterius dominium translata.*
61. *Prohibitio alienationis facta in contractu, quando non differat ab ea quæ fit in vltima voluntate.*
62. *Dos an poſſit dari per grauatum, qui conſumpſit ſuam legitimam, & Trebellianicam.*
63. *Heres grauatus poteſt renuntiare fauori ſuo, & ſuorum heredum.*
64. *Teſtator magis præſumitur diligere eum cui plura bona reliquit.*
65. *Heres grauata quæ ſuas quartas conſumpſit, non poteſt dotes ſibi conſtituere ſuper aliis bonis fideicommiſſi.*
66. *Dotis reſtituendæ tempus inſpiciendum eſt, non conſumptionis quartarum.*
67. Auth. res quæ, *competit quando aliquid ſupereſt de legitima, etiam ſi non ſumpſit.*
68. *Alienari prohibita poſſunt diſtrahi pro detrahenda Trebellianica.*
69. *Heres grauatus ſub conditione, interim alienare poteſt.*
70. *Fideicommiſſarius non recuperat alienata pro Trebellianica.*
71. *Heres grauatus alienat pro Trebellianica, ſi aliquos fructus non percepiſſet.*
72. *. . & Peregrini opinio contraria improbatur.*
73. *Trebellianica detrahitur de tempore reſtitutionis, ſed imputatio in eam fit per retrotractionem de tempore alienationis.*
74. *Emptio facta lege permittente, propter culpam heredis non retractatur.*
75. *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro detractione legitimæ, & Trebellianicæ.*
76. *Fideicommiſſarius probare debet alienationem fuiſſe factam vltra legitimam.*
77. *Legitima detrahenda eſt ex bonis fideicommiſſi, ſi alia bona non extent.*
78. *. . potentior eſt legatis ad pias cauſas.*
79. *. . etiam ex legatis aliquando debetur.*
80. *Alienata imputantur in legitimam pro quantitate pretij recepti, non autem pro valore de tempore reſtitutionis.*
81. *Creditores filij non poſſunt ex illius perſona detractiones facere.*
82. *Lucra à lege declarata non dicuntur repudiari in fraudem creditorum.*
83. *Heres rogatus de reſtituendo quod ſupereſt, poteſt alienare vſque ad dodrantem.*
84. *. . & de dodrante ad ſui libitum diſponere poteſt.*
85. *. . nec facienda eſt diſtinctio an dolo, vel fraude alienauerit.*
86. *. . poterit alienare in vita, & in morte.*
87. *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro ære alieno teſtatoris.*
88. *. . ſed debet probari æs alienum extitiſſe vt alienatio teneat.*
89. *Alienatio quando eſt perfecta, fideicommiſſarius non poteſt reuocare oblato pretio.*
90. *. . reuocabit partem excedentem æs alienum.*
91. *Alienatio bonorum fideicommiſſi, quando poſſit fieri pro neceſſitatibus ipſius grauati.*
92. L. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. *loquitur de fideicommiſſo in caſum mortis.*

QVOD ab aliis diffusè ſcriptum fuit,† iterum pertractari non eſſe inutile exiſtimauit Bartol. *in l. non ſolum. §. morte. numer. 9. ff. de noui operis nuntiat.* vbi materiam proteſtationis exordiens, quam priùs alios ſcripſiſſe recitat, ſe de omnibus mentionem facere velle, proteſtatur, vt quod ſuum eſt cognoſcatur; & cùm ſuper hoc articulo plurimas quæſtiones nouiſſimè ſcripſerit Oddus *in tractat. de fideicommiſſ. ex prohibition. alienation.* ne liber meus ſine pertractatione materiæ ad vltimas voluntates pertinentis valdè neceſſariæ, imperfectus compareat, proſequendo meam ſcribendi methodum, diuerſos caſus exordior, vt quod meum eſt cognoſcatur, & in quibus aliorum ſcripta recipienda non ſint, pateat. 1.

Primus igitur caſus eſt, ex cauſa dotis licitum† eſt alienare bona fideicommiſſo ſuppoſita. §. *quamobrem, Authent. de reſtitut. & ea quæ parit. Auth. res quæ. C. commun. de legat. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellian.* Et hoc pro regula conſtitutum eſſe, probant Socin. *in regula 12. pia regula.* Viuius *in ſuis communib. titul. ad Trebellian. numer. 57.* & ſecundùm hanc regulam ſemper iudicatum eſt, 2.

eſt, vt in Digeſt. Nouiſſim. tom. 3. tit. Alienatio, cap. quia propter, & tom. 5. tit. Fideicommiſſum. cap. quia alia, & plurib. capit. ſequentib. quam permiſſionem
3. alienandi † pro dotibus Doctores concluſerunt eſſe fauorabilem, cùm lex præſumat hoc congruere voto aſcendentis fideicommiſſum facientis, & ita fuit iudicatum, vt in d. tom. 5. titulo Fideicommiſſum, cap. & pro apparatibus, & in tom. 3. titulo Dos. cap. quando nulla. Item quòd dos conſtitui dicatur ſuper bonis fideicommiſſi ex voto teſtatoris, probat text. d. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellian. in verſ. & patris voto congruebat, & poſt alios relatos Petra de fideicommiſſ. quæſt. 81. num. 338. Menoch. in lib. 4. præſumpt. 189. num. 5. & in d. tom. 3. titulo Dos. cap. vbi copulatiuè.

Secundus caſus eſt, etiamſi fideicommiſſum præcedat, ipſius bona poſſunt alienari pro dandis do-
4. tibus deſcendentibus, qui poſt † fideicommiſſum concepti, & nati fuerint. Nam quòd habeat locum in deſcendentibus, eſt communis opinio, Bart. in d. auth. res quæ, num. 4. Iaſ. num. 12. & poſt alios relatos, probat eſſe communem Couar. in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 10. verſ. propter illud. Quòd autem habeat locum in deſcendentibus conceptis, & natis poſt mortem teſtatoris, Curt. iun. in d. auth. res quæ. num. 13. verſ. retenta tamen, & alij ad hoc allegati per Petram de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 400. & plur. ſeq. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 42. numer. 47. vbi atteſtatur hanc opinionem ſæpiùs fuiſſe in practica obſeruatam, Simon de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. ſolut. 12. num. 29. & ſeq. fol. 438. Menoch. in lib. 4. præſumpt. 189. numer. 18. qui reſpondet contrariis, quæ contra hanc concluſionem opponuntur. Et contra Alciatum, in conſil. 640. tenentem contrarium, & contra deciſionem Rotæ Florentinæ, quæ ſequuta fuit opinionem Alciati, vt dicit Marzar. in epitom. de fideicommiſſ. quæſt. 48. in fine, fuit pluries iudicatum in diuerſis tribunalibus, vt in Rota Romana, Digeſt. Nouiſſ. tom. quinto, titulo Fideicommiſſum, cap. quia alia, & in Senatu Pedemontano, vt in tom. 3. titulo Dos, cap. ex bonis. & licèt Bald. in d. auth. res quæ, in lectura antiqua allegetur pro contraria parte, & Corn. ibi num. 4. dicit eſſe opinionem communem, tamen dicta lectu-
5. ra Baldi † non reperitur, & Corn. ibi dicit potiùs contrarium, dum ponderat rationem d. auth. res quæ, eſſe generalem. Item quia eſt fauorabilis, vt dixi, & tenet idem Bald. in conſil. 327. num. 3. vol. 4. poſt Cyn. in d. Auth. res quæ, in princip. & Curt. ſen. in conſil. 27. num. 14. ideo extendenda ad omnes deſcendentes, etiamſi concepti, & nati fuerint poſt mortem teſtatoris. Cæteri, qui à modernioribus allegantur pro hac opinione contraria, non loquuntur in puncto; ideo non eſt diſcedendum ab opinione verè communi, & diu vſu recepta in foro, vt etiam deſcendentes poſtea natos comprehendat.

Declaratur iſte caſus, vt diſpoſitio d. authent. res
6. quæ, † dicatur ſubſidiarium, vt ita demum bona fideicommiſſo ſubiecta pro dotibus alienari poſſint, ſi non extent alia bona, ex quibus dotes conſtitui, vel reſtitui poſſint, ita poſt multos relatos, probat Petra de fideicommiſſ. art. 8. num. 459. vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem, Couar. in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 10. verſ. ſecundo. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 42. num. 66. & ſeq. Menoch. in lib. 4 præſumpt. 189. num. 8. Roland. in tractatu de lucro dotis. quæſt. 58. & ita ſemper fuit iudicatum, vt in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. titulo Fideicommiſſum, cap. ex bonis, & titulo Contradictor. cap. poſſidere, & tom. 1. tit. Creditores, cap. creditores quibus, & tom. 1. Dos, cap. diſpoſitio. Et quia omnes præfati Doctores, & deciſiones, atque alij ab eiſdem allegati, affirmant remedium d. Authent. res quæ, eſſe ſubſidiarium;
idcirco non eſt recipienda opinio Oddi, † in d. 7.
tract. de fideicommiſſ. ex prohibit. alienat. quæſtion. 37. articul. 4. vbi, quòd potiùs debet dici ordinarium, eo quia ordinarium dicitur, quod iure actionis ordinariæ competit, quoniam etſi deſcendentes habeant actionem ordinariam, vt dotes habeant, tamen, vt dotes habeant ex fideicommiſſo, eſt ſubſidiaria, & concernit potiùs executionem actionis. Item quia actio ordinaria poteſt omni tempore intentari, ſed mulier agens vt ſibi conſtituatur dos ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, non po-
teſt omni tempore agere, † quoniam ipſa probare 8.
debet qualitatem legis in qua ſe fundat, videlicet non adeſſe alia bona, ex quibus dotes habere poſſit, quoniam regula prohibitiua eſt in contrarium, vt bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſ-
ſint; ergo qui ſe fundat † contra regulam, legis qua- 9.
litatem probare debet; ita arguit Natta in conſil. 238. num. 6. verſ. & ſi dicatur, qua non probata, obtinere non poteſt, ex regula generali. Cyn. in l. 2. C. de probat. Ioan. Andr. ad Speculat. in tit. de accuſation. in rubric. gloſſ. in l. eum actum. C. de negot. geſt. Bartol. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. de adulter. & in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. edita in repetitio-
ne. C. de edendo. Et in his terminis, quòd onus † 10.
probandi incumbat mulieri, firmarunt Pariſ. in conſil. 119. num. 5. vol. 1. Corn. in conſil. 3. numer. 3. vol. 3. Crauet. in conſil. 77. num. 4. Bellon. in conſil. 83. num. 7. Marzar. in epitom. de fideicommiſſ. num. 74. verſ. ſed quid, & ita fuit iudicatum, vt in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. titulo Fideicommiſſum, cap. neque emptor. & ideo habens dotes maternas, ex quibus dotes habere poſſit, non poteſt obtinere, vt ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis illas habeat, Rota deciſ. 737. parte 1. in Nouiſſimis. d. cap. ex bonis.

Item declaratur, nam ſi ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, in ſubſidium dotes habuit, quia grauatus alia non habebat, vnde illas dare potuiſſet, ſi poſtea alia bona libera acquiſiuit, dicta alienatio
facta ex cauſa dotis dandæ debet reuocari, † ita 11.
probat Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 42. num. 70. & ſequitur Oddus de fideicommiſſ. ex prohibit. alienat. quæſt. 39. artic. 4. Contrariam opinionem ego exiſtimo eſſe veriorem, Paul. de Caſtr. in d. auth. res quæ. num. 5. in fine, dicit: Et ſic nota, quòd detrahitur de bonis reſtitutioni ſubiectis, ex illa cauſa, perpetuò detrahitur ad diminutionem fideicommiſſi, ita vt ad fideicommiſſarium non reuertatur. Idem Peregrin. in d. artic. 42. num. 23. & ſeq. vbi atteſtatur, ita fuiſſe per binas ſententias conformes iudicatum, & ideo Peregrini opinio, tanquam ſibi contrarij recipienda non eſt, & quòd ſi grauatus poſtea efficiatur diues, non teneatur reficere fideicommiſſum, probat Burſat. in conſil. 179. numer. 15. vol. 2. vbi relatis plurimis Doctoribus, atteſtatur hanc eſſe communem concluſionem.

Tertius caſus eſt, licèt diſpoſitio d. auth. res quæ,
non habeat † locum inter tranſuerſales; vt eſt com- 12.
munis opinio, de qua per Couar. in lib. 3. reſolut. c. 6. num. 10. verſ. ad primum, Villalob. in commun. opinion. ver. Alienata, num. 89. cum aliis relatis per Petram de fideicommiſſ. quæſt. 8. n. 412. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 42. num. 49. Viuius in commun. opinion. concluſ. 666. Craſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt. 57. num. 5. Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. Fideicommiſſum. cap. neque emptor. Tamen quando frater tenetur dotare ſororem vigore ſtatuti excluſiui feminarũ à ſucceſſione

fratris, tunc bona ſuppoſita fideicommiſſo ab al-
tero fratre, poſſunt ab altero fratre grauato aliena-
ri pro dandis dotibus dictæ ſorori excluſæ, vt poſt
Socin.ſen. *in conſil.* 57. *num.* 5. *vol.* 4. probat Menoch.
in lib. 4. *præſumpt.* 189. *num.* 42. Nam cùm frater te-
netur vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, poterit cō-
ueniri petitione hæreditatis, cùm ipſe frater por-
tionem ſororis poſſideat pro hærede. Nam portio
13. accreſcens † alicui, poſſidetur per eum, eodem iu-
re, ſicut per eum poſſideri poterat, ex cuius perſo-
na ſibi accreuit, vt notatur *in l.* 1. *C. quando non pe-
tent. partes*, & ſcripſi *in l. re coniuncti. de legat.* 3. in le-
ctura Paduana; ergo tenetur petitione hæreditatis.
l. regulariter. ff. de petit. hæredit. & ita veniunt om-
nia, quæ in petitione hæreditatis continentur. Idem
eſt circumſcripto ſtatuto, quando ſoror eſt pau-
14. per, † nam cùm frater factus eſt diues, illi dotes
dare debet, Bartol. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. ſolut. matrim.
& in l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de adminiſtrat. tut.* per
illum textum. *& l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb.
& in l. non omnium. C. de adminiſtr. tut. & in l.* 1. *§.* 1.
ff. de tutel. & ration. diſtrahend. & hanc opinionem
communiter ſequuntur omnes *in d. l.* 1. *ff. ſolut. ma-
trimon.* Socin. iun. *num.* 199. Papa *num.* 83. Iaſ. *num.*
29. Crot. *num.* 42. Bolognet. *num.* 128. Bartol. *in* 1.
*conſtit. Digeſtorum col. final. circa princip. & in l. ali-
ment. C. de negot. geſt.* Immol. *in l. quamuis. ff. ſolut.
matr.* gloſſ. Bartol. & cæteri *in d. l. non omnium. C. de
adminiſtr. tutor.* Bald. *in l. final. C. de dot. promiſſ. & in
l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & in auth. niſi roga-
ti. C. ad Trebellian.* & ita pluries fuit deciſum, vt *in
Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *titul. Dos. cap. ex bonis, & tom.*
5. *titulo Legatum. cap. dos legari.* Item quia Docto-
res ſuper illo articulo, An ſoluto matrimonio per
mortem viri, ſi eius hæredes ſunt pauperes, & non
poſſunt dotes reſtituere, iterum fratres dotes da-
15. re teneantur, † communiter diſtinguunt, aut frater
tenetur ex diſpoſitione hominis, & iterum dotes
dare non tenetur: aut ex diſpoſitione iuris, & ite-
rum dare debet, Alexand. *in l. ſi cùm dotes. §.* 1. *col.*
3. *ff. ſolut. matrim.* Afflict. *in conſtitutione Regni, inci-
piente Fratribus, num.* 3. Vincent. de Franch. *in ad-
ditionib. ad conſuetudinem Neapolis, quæ incipit, Si mo-
riatur, in verbo, & quid ſi ſemel.* Item in caſu, quo
16. ſoror eſſet pauper, & haberet fratrem diuitem, † &
matrem diuitem, quia vterque tenetur ad dotandū,
onus eorum erit pro dimidia, vt dicit Socin. *in l.* 1.
n. 200. *ff. ſolut. matrim.* Sed in hoc caſu ego indiſtin-
ctè teneo pertinere ad ſolam matrem, quia iudiciū
matris in maritando filiam præfertur iudicio fra-
tris, quoniam debitum dotandi dependet à proxi-
mitate ſanguinis, ſed mater eſt proximior. Item qui
tenetur dotare, etiam tenetur maritare. *l. cùm mul-
17. ta. C. de donat. ante nupt.* & ſic debet laborare † in
inueniendo viro; ſed frater non poteſt maritare, ni-
ſi cum conſenſu matris, & conſanguineorum, ad
hoc vt ceſſet omnis præſumptio doli, & culpæ, ad
ſcripta per Bald. *in l. Polla, in* 3. *oppoſitione. C. de his
quib. vt indign.* & probat Afflict. *in conſtitutione regni,
incip. Fratribus, num.* 4. ergo totum onus eſt matris.
18. Et hoc caſu bona fideicommiſſi non poſſent † alie-
nari per fratrem pro dotanda ſorore paupere, ha-
bente etiam matrem diuitem: ſecus eſt, quando te-
neretur vigore ſtatuti, nam hoc caſu etiam ſi frater
grauatus haberet bona propria, ex quibus poſſet
dotes dare ſorori, adhuc poteſt alienare de bonis fi-
deicommiſſo ſubiectis ab altero fratre, vt de omni-
bus dictis bonis dotes aſſignet, quoniam, vt dicit
Menoch. *in d. præſumpt.* 189. *num.* 42. non præſumi-
tur alter frater defunctus, omnia bona ſua fideicō-
miſſo ſupponere voluiſſe, atque ſororem à dotibus
debitis excludere. Item quæ de fratribus dicta ſunt,
etiam in ſororibus diuitibus locum habent, nam
appellatione † fratris continetur ſoror. *l. tres fra- 19.
tres. ff. de pactis.* Paul. de Caſtr. & Alexand. *in l. hu-
manitatis. C. de impuber. ſubſtit.* etiamſi nomen fra-
tris proferatur ab homine, continetur ſoror, Angel.
in d. l. tres fratres. Alex. *in conſil.* 85. *num.* 7. *vol.* 4. Dec.
in l. 2. *num.* 117. *ff. de regul. iur.* Afflict. *in d. conſtitutio-
ne, Fratribus. num.* 3.

Quartus caſus eſt, vbi quis rogatus eſt reſtituere
quidquid ſupererit de hæreditate, tunc regulariter
vſque ad dodrantem † alienare poteſt. *Auth. contra* 20.
cùm rogatus. C. ad Trebellian. & *ibi* omnes Doct. Item
gloſſ. & Doct. *in l. Imperator, in* ſ*n. de legat.* 2. & alij,
quos allegat Burſat. *in conſil.* 48. *num.* 5. *& ſeq. vol.*
1. & de hoc ſcribam inferiùs *in hoc artic.* & quartam
ſolam debet reſeruare fideicommiſſario. Item etiam
illam quartam poterit † alienare pro dandis doti- 21.
bus, etiam extraneis perſonis. hanc concluſionem
firmarunt Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 188. *num.* 21.
& Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo* 41. *num.* 53. al-
legantes Paul. de Caſtr. *in d. auth. contrà cùm roga-
tus. in fine*, & Corn. *in conſil.* 242. *num.* 10. *& ſeq. vol.*
4. & Cephal. *in conſil.* 177. *per totum, vol.* 2. vbi mul-
tis rationibus hanc comprobat.

Contrariā opinionem ego exiſtimo veriorem, vt
extraneus grauatus de reſtituendo quidquid ſuper-
erit, non poſſit quartam, quam ſolam debet reſti-
tuere, alienare pro dandis dotibus aliis feminis ex-
traneis, ſed hoc tantùm permiſſum dicitur, pro do-
tandis ſuis deſcendentibus. Pro qua opinione fir-
manda ego allego Paulum de Caſtro, malè ab aliis
allegatum pro contraria parte, qui *in d. auth.* † *con-* 22.
trà cùm rogatus, in fine, dicit hæc verba. Sed in ſecun-
do caſu, iſta quarta quæ venit reſtituenda, poterit
alienari etiam per extraneum vel extraneam pro
dote, vel pro donatione propter nuptias. Ex qui-
bus verbis apparet Caſtrenſem non dicere pro do-
tanda extranea perſona, aliud eſt enim extraneum
inſtitutum poſſe hoc facere, aliud eſt poſſe hoc fa-
cere pro dotanda extranea, nos diſputamus de hoc
ſecundo, quod caſtrenſis ne cogitauit quidem; er-
go ceſſante eius authoritate diminuitur fides Cor-
nei *in d. conſil.* 292. *vol.* 4. & Menochij, ac Peregrini,
per doctrinam Bartoli *in l. non ſolùm. §. Aurelius. de
liberat. legata.* Item diminuitur fides Cornei *in d. con-
ſil.* 242. qui pro ſupradicta opinione, allegat Bald.
& Salyc. & Fulgoſ. *in d. auth. contrà cùm rogatus*; ſed
Baldus eſt ſibi contrarius, quia *in d. authent. contrà
cùm rogatus, num.* 5. non loquitur de dotandis, ſed de
redimendis captiuis extraneis, miſeratione dignis,
ſecus eſſe in carceratis pro maleficio, & tamen *in l.
ſed et ſi ideo. ff. ſolut. matrim.* dicit quòd liberatio car-
ceratorum, † ſiue ſint pro maleficio, ſiue non, dici 23.
non poteſt pia cauſa, & Immol. *in l. quamuis, num.*
1. *in fin. ff. ſolut. matrim.* intelligit hoc dubium ſo-
lùm, vt ſubueniat perſonis coniunctis, vt redimat
eas ab hoſtibus, & in hanc opinionem concurrunt
Petrus de Bellapertic. Cyn. Dynus, & Angelus *in
d. authent. contrà cùm rogatus*, & hanc etiam tenet
gloſſa *in §. nobis ergo. in ver. dare. in authent. de reſti-
tutionibus*, vbi dicitur in textu quartam minui poſſe
pro dote danda, & gloſſa ſupplet, ſcilicet pro filia,
quando inſtitutus, & grauatus eſt extraneus; ergo
hæc eſt communis † ſententia, pro qua ſtat gloſſa 24.
Accurſij, cum duobus Doctoribus antiquis, vt late
probat Anton. Maria Coratia *in lib.* 3. *de commun.
opinione titulo* 3. *num.* 2. qui plurimos ad hoc refert.
Item hæc concluſio probatur ex ipſo textu Auth.

contrà

*contrà cùm rogatus. in verſ. ex cauſa dotis, ſeu propter
nuptias donationis, vel captiuorum redemptionis.* Nam
25. donationem † propter nuptias faciunt vel maritus,
vel ipſius aſcendentes; quæ verò ab extraneo fit, nõ
propter nuptias, ſed ſimplex donatio appellatur,
inſinuatione indigẽs, vt optimè probat Martin. Mõ-
ter. *in deciſ. decima Aragoniæ*, alios referens; ergo
ſicut donatio propter nuptias fit à ſolo marito, vel
eius aſcendentibus, ita & dotis datio, quia vna pars
alternatiuæ interpretatur alteram, *l.1.* & *ibi* Bartol.
Socin. & alij. *ff. de reb. dub.* Riminald. iun. *in conſil.*
758. *num.* 41. *& ſeq. vol.* 7. Item comprobatur ex
altera communi, quæ vult diſpoſitionem Authen-
26. ticæ † *res quæ*, non habere locum in dotatione fa-
cienda per extraneos, Bartol. *ibi num.* 4. Salyc. *in quæ-
ſtion.* 2. quòd non habet locum in extraneis inſtitu-
tis de reſtituendo grauatis, quia cùm in liberis lo-
quatur, in cæteris alienatio prohibetur. Item quia
ſpecialia non ſunt multiplicanda, Iaſ. *ibid num.* 33.
Corn. *num.* 2. Paul. de Caſtr. *num.* 4. Curt. iun. *num.*
18. & quòd hæc eſt communis concluſio, Roland.
in conſil. 27. *num.* 6. *vol.* 4. Et Paul. de Caſtr. *in conſil.*
80. *col.* 2. *vol.* 1. dicit eſſe rationem, quia d. Authent.
conſiderat rationem, qua eius pater tenetur obliga-
re bona ſua pro reſtitutione dotis. *l. ſi cùm dotem.* §.
transgrediamur. ff. ſolut. matrim. cui obligationi non
poteſt pater derogare ſubiiciendo bona fideicom-
27. miſſo, † quia inhæret bonis, & tranſit in quoſcum-
que, quæ ratio habet locum *in d. authent. contrà cùm
rogatus*; ergo verior eſt opinio, vt non habeat lo-
cum in dotatione extranearum perſonarum, ſed
tantùm in coniunctis perſonis hæredis extranei in-
ſtituti, quas ille dotare tenebatur, vel pro dotibus
reſtituendis bona obligare. Neque obſtant allegata
per Cephal. *in d. conſil.* 177. quia *d. Auth. contrà cùm
rogatus*, generaliter loquitur reſpectu hæredis inſti-
tuendi, id eſt, ſicut filius, ita etiam extraneus hæres
factus, & de reſtituendo grauatus poteſt etiã quar-
tam alienare, ſed reſpectu perſonæ, cui dos danda
eſt, verſatur iſta generalitas, quia de illis tantùm lo-
quitur, quibus donatio propter nuptias fieri poteſt,
quæ non fit ab extraneo, vt dixi, & in hunc ſen-
ſum loquuntur Paul. de Caſtr. Petrus, & alij à Ce-
phalo allegati.

28. Quintus caſus eſt, Auth. *res † quæ*, habet locum
pro dotanda filia naturali, iuxta modum alimen-
torum. Iaſ. *ibi num.* 33. *in* 7. *limitatione*. Peregrin. *de
fideicommiſſ. art.* 42. *num.* 38. Boër. *deciſ.* 127. Roland.
in conſil. 74. *num.* 41. *vol.* 1. & alij ad hoc allegati
per Odd. *de fideicommiſſ. ex prohibit. alienat. quæſt.* 40.
art. 5. ergo multò fortiùs habet locũ in legitimatis,
29. vt reſpondit Rouit. *in conſil.* 63. qui legitimati † per
reſcriptũ ſunt in omnibus æquiparati legitimè na-
tis, *Authent. quib. modis nati efficiantur ſui*, & latiùs
ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 18. *art.* 1.

Declaratur iſte articulus reſpectu alienationis
pro dotibus dandis deſcendentibus, vt habeat lo-
cum, etiam in augmento dotis, quia de eo idem
30. iudicatur, † quod de ipſa dote. *l. inter ſocerum.* §.
cùm inter. & *ibi* Alberic. *ff. de pactis dotalib. l. etiam.
C de iure dot. l.* 1. *& l. ſi conſtãte*, & *ibi* Bald. *C. de donat.
ante nupt. Auth. ſed iam neceſſe. C. eod. tit.* §. *illud. Auth.
de æqualit. dot.* Ruin. *in conſil.* 53. *num.* 27. *vol.* 2. Iaſ.
*in rubric. ff. ſolut. matrim. col. fin. in princip. & in l. Ti-
tia.* §. *idem reſpondit, in* 1. *num.* 5. *&* 8. *ff. de verb. obli-
gat.* Rub. *in conſil.* 25. *num.* 7. *& plur. ſeq.* Ripa *in l.* 1.
num. 28. *ff. ſolut. matrim.* Gabriel *in conſil.* 10. *num.* 6.
vol. 1. Item argumentum dotis eſt eadem dos, non
autem noua dos. Bald. per illum text. *l. ſi proprieta-
tis. ff. de iure dot.* Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 18.
num. 21. *& ſeq.* vbi refert multa ſimilia. Item quan-
do filia eſt nupta cum minus ſufficienti dote, poteſt
fieri donatio pro ea ſupplenda † ex bonis fideicom- 31.
miſſo ſuppoſitis, Rota *deciſ.* 642. *propè finem part.* 1.
in Nouiſſim. & quando dicatur dos congrua, ſcri-
bunt Menoch. *in conſil.* 247. *num.* 3. *& num.* 43. *& ſeq.
vol.* 3. *& de arbitrar. iudic. caſu* 149. *num.* 34. *& lib.*
4. *præſumpt.* 189. *num.* 10. & de hoc ſcripſi *in parte*
1. *quæſt.* 14. *artic.* 3. *caſu ſecundo*, & declarauit etiam
Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *tit. Dos. cap. cum
legitima.* Item ſi alienatio facta eſſet pro aſſignan-
dis † dotibus in exceſſu, illa retractanda eſt pro 32.
concurrenti quantitate, quatenus arbitrabitur iu-
ſta, *l. ſiue generalis. ff. de iure dot.* Bald. nouell. *in tra-
ctatu de dote. parte* 6. *priuileg.* 41. *num.* 1. Roland. *in
conſil.* 85. *in fine, vol.* 3. conferunt ad hoc ſcripta per
Cacheran. *in deciſ.* 171. *num.* 18. *& ſeq.*

Secundò declaratur, vt bona etiam † materna 33.
fideicommiſſo ſuppoſita poſſint alienari, pro con-
ſtituenda dote filiæ, quando patris bona non ſu-
perſunt, Bartol. *in d. auth. res quæ, num.* 3. *verſ. puto
tamen, quòd ſi pater eſſet inops.* Bald. *num.* 12. Salyc. *n.*
4. *verſ. iſta ergo*, & alij ad hoc allegati per Menoch.
in lib. 4. *præſumpt.* 189. *num.* 28. *& ſeq.* & per Odd.
de fideicomm. ex prohibit. alienat. quæſt. 39. *art.* 4. *num.*
24. & ratio eſt, quia mater † tenetur dotare filiam 34.
in ſubſidium, quando pater eius non habet, vt com-
muniter omnes Doct. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Ripa
num. 77. Socin. iun. *num.* 197. Crot. *num.* 40. Bolo-
gnet. *num.* 123. Bald. *in l. neque mater. C. de iure dot.*
Cuman. *in l. filiam.* §. *final. ff. ad Trebellian.* Campeg.
de dote. parte 1. *quæſt.* 22. Roger. *de dote.* §. 2 *num.* 2.
omnes mouentur per *d. l. neque mater. C. de iure dot.
in verſ. Niſi ex magna, & probabili cauſa*, quæ verba
in ſubſidium interpretantur, hoc argumento, quia
ſi pater eſt inops, & filius aliunde non habeat, ma-
ter † tenetur alere filium, & ita in ſubſidium *l. ſi quis* 35.
à liberis. §. *vtrum, verſ. ergo mater ff. de liberis agnoſc.
l. pen. ff. eod. tit. Authent. ſi pater. C. de diuortio facto*,
Campeg. *d. quæſt.* 22. Bartol. Bald. & cæteri *in l. ali-
menta. C. de negot. geſt.* gloſſ. *in l. ſi quis à liberis.* §. *ſi
mater. ver. neceſſariò ff. de liber. agnoſc.* Couar. *de ſpon-
ſalib. parte* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 13. *in fine.* & eſſe com-
munem concluſionem atteſtatur Cephal. *in conſil.* 5.
num. 63. & ita eſt caſus deciſus, vt per Boër. *d. deciſ.*
129. *num.* 3. ergo eodem modo tenetur dotare. Con-
ſequentia probatur per *d. l. neque mater*, vbi dicitur,
quòd mater non tenetur dotare filiam, niſi ex cau-
ſa probabili: ſed probabilis cauſa eſt, ſi mater eſt
diues, & filia pauper, & eius pater bonis careat,
Cyn. & Bald. *in d. l. neque mater.* Bartol. *in d. auth.
res quæ. num.* 4. Alexand. *in conſil.* 144. *num.* 13. *vol.*
7. Iaſ. *in* §. *fuerat, num.* 115. *Inſtit. de actionib.* Et li-
cèt Angel. *in d. auth. res quæ, & in l. fin. C. de dot. pro-
miſſ.* & multi alij reſpondeant huic argumẽto, quòd
non procedat ab alimentis ad dotem; tamen reſpõ-
deri poteſt, quòd mater tenetur dotare filiam do- 36.
te alimentorũ, † & cum natura eorum, & licèt plus
grauaretur dando dotem, quàm alimenta, quia an-
ticiparet ſolutionem eorum; tamen hoc introductũ
eſt, ratione publicæ vtilitatis: ſicut pater tenetur fi-
lio naturali, & in filia legitima, ſoluere legitimam
pro dote in vita ſua; ita dicendum eſt in matre, quæ
cùm teneatur relinquere legitimam filiæ, cogitur
ob publicam † vtilitatem, in ſua vita illam aſſigna- 37.
re, pro dote filiæ pauperis, & nubilis ætatis. Non
enim dotatio, & alimentorum præſtatio venit ra-
tione patriæ poteſtatis, ſed ratione ſanguinis; ergo
qua ratione ſanguinis tenetur præſtare alimenta in
ſubſidium, eadem ratione tenetur dare dotem in

ſubſi

ſubſidium. Item quia diſpoſitio *d. Authent. res quæ,* permittens alienationem bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum pro dorandis deſcendentibus, fundatur in diuerſis cauſis, quæ omnes militant tam in fideicommiſſo paterno, quàm materno. Altera enim ratio eſt, quæ colligitur ex præſumpta voluntate fideicommittentis, quæ ratio militat etiam in ma-
38. tre,† præſumitur enim voluiſſe permittere bonorũ ſuorum alienationem pro reſtitutione dotis, ad hoc vt eius filius cum dote recepta nubere potuiſſet. Itẽ præſumitur voluiſſe, vt filia pauper de bonis ſubiectis ſuo fideicommiſſo alienare poſſet, vt cum dote nubere poſſet, quæ ratio præſumptæ voluntatis fideicommittentis, colligitur de iure antiquo, ex *l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell.* de qua per Couar. *in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 10. verſ. præterea ratio prædicta.* Altera autem ratio colligitur ex iure nouiſſimo, *in Auth. de reſtitut. & eâ quæ parit. in verſ. quamobrem, & verſ. ſancimus,* vbi fuit datum
39. priuilegium hoc doti, ratione † publicæ vtilitatis, & tunc vera ratio non ſtat in præſumpta voluntate, ſed in neceſſitate ex diſpoſitione, priuilegium fauore publico inducente, quæ ratio militat tam in bonis paternis, quàm maternis, & fauor publicus eſt anteponendus quibuſcumque priuatorum præiudiciis, ex cauſa fideicommiſſi, & ſecundùm hanc concluſionem fuiſſe iudicatum tam in Rota Florẽtina, quàm in Rota Romana, atreſtatur Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap. 331.* qui multa ſcripſit ad illam probandam, tanquam veram.

Tertiò declaratur, vt diſpoſitio *d. Auth. quæ res,*
40. procedat etiam in dotis reſtitutionem, † etiam ſi recepta fuerit poſt factum fideicommiſſum, tunc enim licitum erit mulieri, pro recuperandis ſuis dotibus retinere, vel petere bona fideicommiſſo ſuppoſita, vel agere aduersùs tertios poſſeſſores ad libitum, in quos bona dotalia malè alienata fuerint, gloſſ. *in d. Auth. res quæ,* & alij plurimi ad hoc relati per Eugen. *in conſil. 54. in primo dubio,* per Bald. Nouell. *de dote parte 6. priuileg. 13.* per Couar. *in lib. 3. var. reſolut. cap. 6. num. 10. verſ. quartò contrarium,* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 383.* Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 190. col. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 42. num. 81. verſ. contrariam,* & nouiſſimè Oddus *de fideicommiſſ. ex prohibit. alienat. quæſt. 44. artic. 2.* omnes alios allegantes, & atteſtantes de communi, & ita fuit iudicatum, vt *in Dig. Nouiſſ. tom. 5. tit. Dos. cap. quando nulla.*

Declaratur hæc concluſio, vt procedat etiam in caſibus, in quibus de iure communi fideicommiſ-
41. ſores pro † dotibus reſtituendis dari debẽt, de quibus per Alexand. *in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolut. matrim.* Vel vigore ſtatuti, prout extat Florentiæ, de quo per Paul. de Caſtr. *in conſil. 15. num. 2. & in conſil. 80. in fin. vol. 1.* Bald. Nouell. *in tract. de dote parte 6. priuileg. 21.* quia fideiuſſio præſtita dicitur in augmentum iurium ipſius mulieris, & quando competunt plura remedia, vnum non impedit vſum alterius, *l. non eſt nouum. ff. de act. empti. l. 1. §. quid ergo, verſ. vel finge. ff. de ventre inſpic.* & quòd hoc caſu mulier non teneatur agere contra fideiuſſores, ſed poſſit retinere, vel diſtrahere bona fideicommiſſi, pro ſuis dotibus, probat Menoch. *in d. præſumpt. 190. num. 29. lib. 4. & in conſ. 318. num. 36. vol. 4.* qui alios refert.

Ego autem intelligo hunc caſum, & hanc declarationem, dummodo bona data in dotem an-
42. te fideicommiſſum, ſint difficilis † recuperationis, vel fideiuſſores dati in caſibus, in quibus pro dotibus dati poſſunt, non ſunt ſoluendo, quoniam, vt probaui in prima declaratione primi caſus, hæc actio conceſſa à *d. Authent. res quæ,* eſt ſubſidiaria, & non competit, niſi facta probatione qualitatis, quòd non adſint alia bona. Nec oportet confundere terminos, & de ſubſidiaria facere ordinariam; & allegata † in contrarium procedunt 43.
in actionibus ordinariis, quarum plures ſi mulier habeat, eſt in eius electione quam velit intentare, ſecus in ſubſidiaria, vt probaui, & ita ego iudicarem, quidquid alij ſcribant, quoniam in ſubſidium tantùm competit, ſed quando difficilis eſſet recuperatio, & mulier in exigendo à fideiuſſoribus multis litibus vexaretur, hoc caſu ceſſis iuribus ad fauorem fideicommiſſarij † contra fide- 44.
iuſſores, vel contra alia bona, ad agendum admitterem, quia creditor tenetur cedere iura talia, qualia habet, ex regula *l. in creditore,* & *ibi* gloſſ. & Doctor. *ff. de euict.* vbi creditor tenetur cedere ſolam actionem pignoratitiam quæ cedenti eſt inutilis, & ideo tenetur cedere qualia iura habet, *l. mulier. ff. qui pot. in pignor. hab.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titulo Ceſſio, cap. ſecundus,* & quando non poſſet cedere, ſibi obſtaret † exceptio cedendarum, & non poſſet 45.
obtinere, Neguſant. *de pignor. parte 5. membro 3. verſ. ſed dubitatur quid ſi creditori,* & ita iudicatum, vt *Digeſt. Nouiſſ. tom. 1. tit. Debitor. cap. quid ſi creditor, & tomo quinto, titulo Tutor. cap. cedendarum.*

Quartò declaratur, vt diſpoſitio *d. authent. res quæ,* habeat etiam locum in alienatione quæ fieret pro appenditiis,† & pro apparatu matrimo- 46.
nij, quia d. apparatus dicitur eſſe de appenditiis dotis, Alexand. *in conſil. 27. col. penult. volum. 5.* Curt. iun. *in conſil. 129. in fin.* Pariſ. *in conſil. 95. num. 12. vol. 2.* Roland. *in tract. de lucro dotis, quæſt. 50.* & quòd pro dicto apparatu poſſint bona ſubiecta fideicommiſſo alienari, firmarunt Salyc. *in d. auth. res quæ, num. 5.* & Bero. *in conſil. 116. numer. 35. & in conſil. 134. numer. 10. volum. 2.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titulo Fideicommiſſum, cap. & pro apparatibus.* Item poſſunt alienari pro conſtitutione, † ſiue reſtitutione donatio- 47.
nis propter nuptias, quæ Contrados ſolet appellari, & Neapoli *Antefatum* vocamus, *§. moriente. §. rurſus. §. ſancimus. Authent. de reſtitut. & ea quæ parit,* & *ibi* gloſſ. magna *in §. quamobrem,* & de communi, Socin. *conſil. 23. numer. 4. volum. 3.* & hoc habet locum non ſolùm in augmento proueniente ex pacto, ſed etiam in taxato per ſtatutum. Bald. *in Authent. res quæ, num. 13.* Curt. iun. *conſil. 46.* & alij per Crauet. *in conſil. 186. num. 4.* quoniam priuilegia dotis ſunt communicata contradoti, † ſi- 48.
ue quartæ, vel antefato. *l. final. authen. ſed iam neceſſe, & l. cùm multæ. C. de donat. ante nupt.* pro quo caſu Afflict. *in deciſ. 154.* multa allegat, eandem probat Rouirus *in conſil. 55.* & de dicta communicatione priuilegiorum ſunt caſus deciſi *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titulo Fideiuſſio, cap. dos, & donatio, & titulo Dos, cap. matrimonio;* ſecus eſſe in arrhis,† 49.
quæ mulieribus nubentibus promittuntur in regno Portugalliæ, vt *ibi* fuit iudicatum. *Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titulo Donatio propter nuptias. cap. iure.* Item habet locum in lucro dotis, vt poſt Bald. Alexand. & alios relatos probat Crauet. *in d. conſil. 186. numer. 15.* videlicet, quando bona fideicommiſſo ſubiecta, in dotem data fuere, & extet ſtatutum, vt maritus, mortua vxore, lucretur certam partem dotis. Nec eſt facienda diſtinctio, quam conſiderauit Decian. *in conſil. 12. numer. 15. volum. 2.* quòd mari

maritus detrahet totum lucrum de bonis liberis ſi
extiterint; ſed ſi non extarent bona libera, hære-
des mulieris tenebuntur de euictione, in qua etiam
cauſa pro alia parte reſpondit Cephal. *in conſil.* 365.
volum. 3. & Peregrin. *in conſil.* 82. *vol.* 5. Ceſſat
50. enim hæc diſputatio, cùm bona fideicommiſſo †
ſuppoſita in dotem data fuere, vt reſpondit Rota
in deciſione 209. *parte* 1. in vltimò impreſſis, nam
cùm fuerint in dotem data, perpetuò in maritum
alienatio facta cenſetur, Socin. *in conſil.* 23. *numer.*
58. *volum.* 3. ergo mortua muliere, non debent
bona reuerti ad fideicommiſſarios, ſed maritus lu-
crari debet quantitatem à ſtatuto taxatam.

Quintò declaratur, vt bona fideicommiſſi alie-
nari poſſint non ſolùm pro dote conſtituenda, ſed
51. etiam pro intereſſe † dotis non ſolutæ, per regu-
lam. *l. Lucius. ff. qui pot. in pignore habeantur*, vbi
quòd reſpectu vſurarum attenditur tempus contra-
ctus, ideóque creditor anterior in ſorte, etiam eſt
in vſuris, & hanc opinionem ſequitur Peregrin. de
fideicommiſſ. articul. 42. *num.* 96. Quæ comprobatur.
nam de natura contractus bonæ fidei eſt, vt inter-
52. eſſe † debeatur ex mora. *l. mora.* §. *in bonæ fidei.*
ff. de vſur. l. in bonæ fidei. C. eod. titulo. l. Lucius. ff. de-
poſiti. gloſſ. & cæteri *in* §. *actionum. Inſtiut. de actio-*
nib. & natura contractus eſt qualitas innata à prin-
cipio generationis ipſius, Bald. *in prælud. feud. quæ-*
ſtion. 4. Dec. *in l. cùm quid, numer.* 41. *ff. ſi cert. pet.*
& obligatio bonorum pro obſeruantia contractus
comprehendit intereſſe. Cyn. *in l. pignoribus. C. de v-*
ſur. Bald. *in l. per retentionem, in princip. C. eod. titul.*
Socin. *in conſil.* 41. *numer.* 19. *verſ. quibus præmiſſis.*
volum. 4. Et obligatio bonorum reſpicit futurum
53. euentum, † quando non fuit adimpletum illud
quod in contractu promiſſum fuit. Ripa *in l.* 1. *col.*
1. *ff. de pignorib.* Ideo diſpoſitio permittens alie-
nationem pro dote, cenſetur etiam permittere pro
vſuris, & intereſſe dotis non ſolutæ, de quo inter-
eſſe dotis non oportebat *in d. authent. quæ res*, fieri
mentionem, quia erat annexum naturæ ipſius con-
tractus dotis, vt probaui, ideo diſpoſitum in dote
cenſetur etiam diſpoſitum in annexo naturæ ip-
ſius, nam omnia cenſentur expreſſa, quæ ius in-
telligit: ſed hæc declaratio non procederet, vbi-
cumque maritus fuiſſet in culpa exigendi dotes,
54. tunc enim in eius damnum habentur pro exactis, †
& ſicut non poteſt obtinere alienationem bono-
rum fideicommiſſi pro dote, ita neque poterit pro
vſuris dotis. Pone enim quòd mulier pro exactio-
ne dotis conſtitutæ dediſſet nomen debitoris in
ſolutum, tunc ſi maritus non fecerit ſuas diligen-
tias pro illius exactione, & interim debitor fa-
ctus ſit non ſoluendo, neque pro dotibus, neque
pro ipſarum intereſſe alienationem fideicommiſſi
fieri obtinere poterit. Item quia maritus acci-
piendo illud creditum loco pecuniæ, tanti dicitur
illud æſtimaſſe. *l. pretij. C. de reſcind. vendit.* & peri-
culum eius crediti ad maritum pertinet, ita quòd
ſiue illud exigat, ſiue non exigat, cùm venit tem-
pus reſtituendi, in pecunia numerata reſtituere de-
bet, neque poteſt illud nomen cedendo liberari,
Alexand. *in conſil.* 36. *vol.* 2. Paul. de Caſtro *in l. ſi ſo-*
cer. §. *Lucius. ff. ſolut. matrim. l. pen.* §. *ſi vir*, & *ibi* Bart.
Caſtrenſ. & alij. *ff. eod. tit.* & alia ad hoc allegata per
Franch. *in deciſ.* 108. & per Phanucium *in tract. de do-*
te. §. *reſtituenda*, *num.* 43.

Sextò declaratur, vt in omnibus caſibus prædi-
ctis, alienatio bonorum fideicommiſſi fieri poſſit,
etiam ſi teſtator expreſsè prohibuerit d. aliena-
55. tionem fieri poſſe, † etiam ex cauſa dotis, pro
qua opinione referunt plurimos Doctores, Menoch.
in d. præſumpt. 189. *numer.* 116. *verſ. contrarium. lib.*
4. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 42. *num.* 6. *& ſeq.*
vbi quòd circa alienationem prædictam, nulla dif-
ferentia facienda eſt, an poſt fideicommiſſum te-
ſtator expreſsè prohibuerit alienationem etiam
ex cauſa dotis; Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *nu-*
mer. 435. *verſ. contrarium tamen.* Phanuc. *de lucro do-*
tis, gloſſ. 6. *numer.* 77. Bald. nouell. *de dote parte* 6.
priuileg. 13. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſtion.* 48. *verſ.*
contrarium tamen. Item ad probandum hanc eſſe
verè communem concluſionem, Rouitus *in con-*
ſil. 54. *numer.* 10. *verſ. circa primum*, cumulat 35.
Doctores, atque oſtendit Doctores, qui allegan-
tur pro parte contraria, minimè loqui in puncto,
ſed cum diuerſitate caſuum. Et ſecundùm hanc
opinionem fuit iudicatum in diuerſis tribunali-
bus, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *titul. Dos. cap. quan-*
do nulla, & tom. 5. *titulo Legitima. cap. nec prohiberi*;
quoniam dicta prohibitio eſſet contra bonos mo-
res, ideo nulla, & inualida; remanerent enim ne-
ptes ex filio grauato indotatæ, & per conſequens
non nuberent. Item † quia, vt dixi ſuperiùs, diſpo- 56.
ſitio *d. authent. res quæ*, procedit ratione publicæ
vtilitatis, & attento iure nouiſſimo non procedit
ex veriſimili mente diſponentis, ſed propter pu-
blicam vtilitatem, cui priuilegio teſtatores dero-
gare non poſſunt. *l. nemo poteſt. de legat.* 1. & dicto
fauori publico non poteſt renuntiari, etiam cum
iuramento, vt in his terminis probat Ioſeph. Ludo-
uic. *in deciſ. Lucenſi* 28. *num.* 81. Item quia hoc pri-
uilegium dotis eſt in corpore iuris clauſum, ideo
per quæcumque verba prolata à teſtatore non intel-
ligitur illi derogatum. *l. decurio,* & *ibi* gloſſ. *C. de ſi-*
lentiariis, lib. 12. gloſſ. *in auth. qua in prouincia. C. vbi de*
crimin. agi oport.

Septimò declaratur, vt diſpoſitio *d. authent. res*
quæ, non habeat locum in contractu inter viuos, † 57.
in quo ſi prohibitio alienationis bonorum facta ſit
pro dotibus conſtituendis, alienari non poſſit. gloſſ.
& Bald. *in l. nulla. C. de iure dot.* & alij Doctores ad
hoc allegati per Menoch. *in d. præſumpt.* 189. *num.*
186. *lib.* 4. per Petram *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.*
439. *& ſeq.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 42. *num.* 58.
& nouiſſimè per Oddum *de fideicommiſſ. ex prohibit.*
alienat. quæſt. 45. *artic.* 4. *num.* 62. qui probant eſ-
ſe communem opinionem, & hanc opinionem Ro-
ta Romana amplexa eſt, *in deciſion.* 449. *parte* 1. *in*
nouiſſimis, & Seraphin. *deciſion.* 447.

Neque poteſt conſiderari prohibitio alienatio-
nis † ex cauſa oneroſa, quoniã pretium fundi ven- 58.
diti non poteſt habere reſpectum ad prohibitionẽ
alienationis ſuperadditum, & dum eſt tranſlatum
dominium in emptorem, iſta quæſtio eſt fruſtrato-
ria, quia de re alterius dotis conſtitui non poſſunt.
Nec recipienda eſt limitatio, de qua per Odd. *in d.*
artic. 4. *numer.* 70. quando alienatio † eſt vallata tot 59.
clauſulis, per quas impeditur dominij tranſlatio,
quam etiam firmarunt Socin. iun. *in conſil.* 119. *num.*
9. *volum.* 2. & Crauet. *in conſil.* 19. *in fine*, & alij per
eos relati, quia ſi vendo tibi fundum ea lege, ne
poſſis alienare, reſeruando mihi ius hypothecæ,
pro obſeruãtia contractus, licèt hoc ius hypothecæ
ſit in bonis meis, & in hæredes tranſeat, tamen ni-
hil commune habet cum dotibus aſſignandis, quæ
de rebus in alium tranſlatis dari non poſſunt.
Idem ſi conſideremus occaſionem per titulum lu-
cratiuum, vt quia ſub eadem lege inter viuos irre-
uocabiliter donauero, nam de re in alterius domi-
nium tranſlata, † dotes dari non poſſunt. Item 60.
pactum

pactum reſeruationis iuris, quod eſt in hæredita-
te, non poteſt omni tempore exerceri, ſed tan-
tùm cùm caſus euenerit; ergo interim prohibitio
alienationis in contractu appoſita ſuper re in alte-
rum tranſlata remanet valida, & à mulieribus rum-
pi non poteſt, quia ſuper re alterius dotes præten-
de re non poſſunt. Hæc concluſio non procedit,
vbi aliqui ſimpliciter conueniſſent de non alienan-
dis eorum bonis, ſeipſo inuicem, & ſuos hære-
des prohibentes, vt in familia permaneant, hoc
61. enim caſu diuerſa ratio aſſignari † non poteſt à
fideicommiſſo in vltima voluntate facto: & ſicut
teſtator non poteſt, vt probaui, ita nec contra-
hentes, quia priuilegio dotis inducto ob publicum
fauorem derogare non poſſunt. *l. pacta quæ contra. C. de pact. l. contraiuris. ff. eod. titulo.*

Octauò declaratur, quando grauatus conſum-
pſiſſet ſuam legitimam, & Trebellianicam, & tunc
aut loquimur de dote conſtituenda, & eo caſu
62. cætera bona † alienari prohibita, non poſſunt pro
dotis filiarum grauati conſtitutione alienari, ita
firmarunt *in d. auth. res quæ*, Paul. de Caſtr. *numer.*
11. Iaſ. *col. final. verſ. quartodecimò limita.* Socin.
ſen. *in l. Marcellus. §. res quæ, numer. 3. ff. ad Tre-
bellianum,* & alij per Odd. *in d. tract. de fideicommiſſ.
quæſtion. 46. artic. quinto, numer.* 39. vbi probat eſ-
ſe communem. Et licèt Menoch. *in conſil. 33. num.*
38 *verſ. non obſtat ſecundum. volum.* 1. contradicat,
atque dotem ex reſiduo conſtituendam eſſe firmet,
quia non eſt credendum teſtatorem fideicommit-
tentem, ex facto filij grauati neptem ſuam ſpolia-
tam remanere voluiſſe, tamen reſponderi poteſt,
63. quòd filius grauatus † poteſt renuntiare fauori
ſuo, & ſuorum hæredum. Item quia d. nepti, etiam
natæ nihil tenebatur relinquere, non eius pater
viuebat, cui legitima, & Trebellianica relicta fuit.
64. Item quia teſtator † magis præſumitur diligere
eum, cui plura bona reliquit. Menoch. *in conſil.*
344. *numer. 41. volum.* 1. & vna præſumptio tollit
alteram. *l. diuus. ff. de in integr. reſtitut.* Idem eſt
65. quando eadem mulier eſſet grauata, † & ſuam le-
gitimam conſumpſiſſet, tunc enim de bonis fidei-
commiſſo ſubiectis dotes ſibi conſtituere non poſ-
ſet, Bald. *in authent. contrà cùm rogatus, numer. 7. C.
ad Trebellian.* Paul. de Caſtr. *in d. authent. res quæ,
numer.* 11. & alij plurimi ad hoc allegati per Pere-
grin. *de fideicommiſſ. artic. 42. numer.* 72. Aut loqui-
mur de dote reſtituenda, & tunc non attenditur
tempus conſumptionis, ſed tempus reſtitutionis
66. inſpiciendum eſt, † Dec. *in conſil. 376. in fin.* Iaſ. *in
conſil. 157. in 3. dubio. volum.* 2. vbi atteſtatur eſſe
communem opinionem, & neminem contradicere,
Gozadin. *in conſil. 97. numer.* 9. Crauet. *in conſ.* 291.
in 2. dub. Beccius *in conſil. 54. numer.* 2. & ita fuit
concluſum in Rota. Seraphin. *deciſion.* 678. Et licèt
67. priuilegium *d. authent. res † quæ*, competere dica-
tur, quando aliquid ſupereſt de legitima, ita vt non
ſit in totum conſumpta, vt clariùs legitur ex § *quã-
obrem, in Authent. de reſtitut.* vnde *d. authent. res quæ,*
deſumpta eſt; tamen verba illius textus non reſtrin-
gunt diſpoſitionem, ſed videntur ad id quod fre-
quentiùs accidit adaptari, & ratio expreſſa, ne
mulieres ignorantia fideicommiſſi fraudentur, mi-
litat in vtroque caſu, ſiue aliquid ſupereſt, ſiue ni-
hil ſuperſit de legitima: hoc enim caſu nihil po-
teſt mulieri imputari, cur eius maritus ſuam legiti-
mam, & Trebellianicam dilapidauerit, vt poſt plu-
rimos relatos probat Menoch. *in d. conſil. 33. numer.*
38. *verſ. ſecundus caſus, vol.* 1.

Sextus caſus eſt, bona alienari prohibita per fi-
deicommiſſum, poſſunt alienari pro † detrahenda 68.
Trebellianica, prout eſt caſus *in l. Marcellus. §.
res quæ. ff. ad Trebellian.* vbi quòd alienata per hæ-
redem vniuerſaliter de reſtituendo grauatum, in
Trebellianicam imputantur; ergo præſupponit
text. alienationem factam eſſe validam, quoniam
hæres grauatus † ſub conditione, interim eſt do- 69.
minus, & alienare poteſt, vt declarat Bologuet.
in l. in quartam, num. 257. per d. §. *res quæ*, & at-
teſtatur de communi opinione. Et licèt euenien-
te conditione dicta venditio reſolui poſſit, & fi-
deicommiſſarius alienata vendicare, *l. final. §. ſed
quia. C. communia de legat.* tamen aduerſùs d. ven-
dicationem *d. §. res quæ*, introduxit exceptionem
imputationis in Trebellianicam, † quæ eo tem- 70.
pore detrahenda eſt; ergo dum eo tempore lex
permittit opponi, quia de eo tempore alienatio-
nem validam facit. *d. §. res quæ*, præſupponit pro
quantitate imputationis alienationem validam re-
manere, Immol. *in d. §. res quæ. num. 10. verſ. in eadem
gloſſa, ibi, prima placet.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat dummodo
alienatio prædicta facta fuerit, antequam hæ-
res grauatus † fructus aliquos exegiſſet, qui poſ- 71.
ſent in Trebellianicam imputari, per *l. in fideicom-
miſſariam, ff. ad Trebelleian.* & hanc opinionem te-
nuit Crotus *in l. filiusfamilias. §. diui, numero* 20.
de legat. 1. cuius opinio fuit canonizata in Rota
Romana, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. quinto, titulo
Trebellianica, cap. ſi ante.* Nec eſt recipienda opi-
nio Peregrini † *in tract. de fideicommiſſ. articul.* 39. 72.
numero 5. qui tenuit contra Crotum, *& in conſil.*
49. *volum.* 2. vbi replicauit contra d. Rotæ deci-
ſionem, prout etiam contra Peregrin. in hoc arti-
culo ſcripſit Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.* 265.
Quia omnes replicationes illius fuerunt in ea-
dem Rotæ deciſione reſolutæ, quarum præcipuam
exiſtimabat, quia Trebellianica non detrahitur † 73.
niſi tempore reſtitutionis, gloſſ. *in l. Papinianus.
§. meminiſſe. in ver. falcidiæ. ff. de inoffic. teſtament.*
gloſſ. *in cap. Raynaldus. de teſtament.* Bartol. *in l. quã-
quam. C. ad leg. falcid.* Reſpondetur enim aliud eſſe
detrahere quartam Trebellianicæ, & aliquid in
eam imputare, & hoc faciendum eſt tempore re-
ſtitutionis fideicommiſſi; aliud verò eligere rem
in Trebellianicam, & illam alienare, & hoc ſe-
cundum poteſt fieri omni tempore, quia *d. §. res
quæ*, generaliter hanc facultatem hæredi grauato
concedit, ad hoc vt impediatur reſolutio aliena-
tionis, quando purificata conditione fideicom-
miſſarius vendicare vellet, tunc enim impediri
poteſt per exceptionem *d. §. res quæ,* & facta d. im-
putatione, dicta alienatio firma remanebit. Item
altera Peregrini ratio, quòd ſæpe contingeret fi-
deicommiſſarium fraudari ſuo fideicommiſſo, ſi
hæres qui percepit fructus, & non poſſet poſtea
fideicommiſſum reintegrare, quia effectus eſſet
non ſoluendo, etiam in Rota fuit reſoluta, quòd
hic caſus contingens non debet poſtea emptori
facere præiudicium, qui lege permittente *d. §. res
quæ*, emit, & cùm de eo tempore validè emerit, † 74.
ex ſuperueniente culpa hæredis reſcindenda non
eſt, vt probat Crotus *in d. numer.* 20. & Surd. *in
conſil. 576. numer. 40. volum.* 4. vbi quòd deductio
Trebellianicæ iſto caſu ſit ad commodum empto-
ris. Fruſtrà igitur Peregrinus replicauit ſuper
eiſdem, cùm in ipſa deciſione reſolutæ fuiſ-
ſent.

Septimus caſus eſt, bona fideicommiſſi † poſſunt 75.
alienari pro detractione legitimæ, & Trebellianicæ,

quæ

quæ filiis grauatis debentur, & in quibus filius
grauari non poteſt, ſecundùm communem opinio-
nem, de qua per Doctores *in cap. Raynutius*, *&*
cap. Raynaldus. de teſtament. Couarru. *in d. cap. Ray-*
nutius. §. 1 1. *numer.* 5. Alexand. *in conſil.* 43. *col.* 2.
vol. 2. Bartol. Bald. Angel. & cæteri *in l. Papinia-*
nus. §. *meminiſſe. ff. de inoffic. teſtament.* Roland. qui
quamplurimos refert, *in conſil.* 9. *vol.* 4. *& in conſil.*
25. *numer.* 4. *vol.* 1. Cucchus *in tract. de legitima.* §.
ex ſubſtantia. numer. 48. *& multis ſeqq.* Craſſ. *in* §.
Trebellianica, quæſt. 4. Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.*
11. *numer.* 6. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 3. *num.*
51. *& artic.* 39. *num.* 2. *& ſeq.* Odd. *de fideicommiſſ.*
ex prohibit. alienat. quæſt. 34. *artic.* 1. qui cæteros
referunt, omnes concludentes, pro legitima, &
Trebellianica, alienationem factam à filio grauato
ſuſtineri, & in dubio præſumi pro eadem cauſa
alienationem factam fuiſſe, Hondedeus *in conſil.*
72. *numer.* 6. *vol.* 1. vbi etiam probat, ad fidei-
76. commiſſarium † pertinere onus probandi aliena-
tionem fuiſſe factam vltra legitimam & Trebellia-
nicam, atque atteſtatur ita in Rota fuiſſe iudica-
tum, & hanc eſſe communem concluſionem pro-
bat Oddus *in d. quæſt.* 34. *artic.* 8.

Declaratur iſte caſus ſecundùm communes con-
cluſiones, & reſolutiones, vt in tantum ex bonis
77. fideicommiſſo libertis legitima † detrahenda ſit,
ſi alia bona non extent, ex quibus detrahi poſſit, &
eo caſu alia bona extare, fideicommiſſarius pro-
bare debet, & ita iudicatum *Dig Nouiſſ. tom.* 5. *tit.*
Legitima. cap. ex bonis. Idem ſi teſtator expreſsè
alienationem prohibuerit, & filius adeundo ſe im-
miſcuerit, & ita teſtamentum approbauerit, quia
ſi aliunde legitimam habere non poſſit ex bonis
paternis, adhuc alienationem facere non prohibe-
tur, & ita ſecundùm communes concluſiones iu-
dicatum, vt *in d. tit. Legitima. cap. vbi alienationis.*
78. Item legitima † potentior eſt legatis, etiam ſi ad
pias cauſas fuerint, quia veluti æs alienum detra-
henda eſt, & ita iudicatum, *d. tit. Legitima. cap. &*
legata, & legatario alia bona extare, affirmanti
onus probandi incumbit, & ita iudicatum. *d. tit*
Legitima. cap. ſi alia bona. Idem ſi legata de bonis
melioribus, & pretioſioribus facta eſſent, quoniam,
ne filius in legitima decipiatur, etiam ex dictis le-
79. gatis † conſequi illam poteſt, Corn. *in conſil.* 180.
in 4. *dubio*, *vol.* 4. Cranett. *in conſil.* 19. *numer.* 14.
Couar. *in d. cap Raynaldus.* §. 2. *numer.* 5. *verſ. modò*
hæc legata, de teſtamentis, & alij relati per Surdum
in deciſ. 316. *numer.* 3. *& ſeq.* Cucchus *in tract. de*
legitima, in tit. vtrùm contra legata, num. 29. Craſſ.
in §. *legitima quæſt.* 18. *numer.* 5. & in hoc caſu non
ab vno tantùm, ſed ab omnibus legatariis legiti-
mam conſequi debet, Gabriel *in tit. de legitima. con-*
cluſione 6. *in fin.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim.*
volunt. lib. 3. *ſolut.* 6. *num.* 14. *fol.* 365. & in his ca-
ſibus alienatio facta per filium pro ſuis detractioni-
80. bus erit interpretanda † pro quantitate pretij re-
cepti, non autem pro quantitate valoris de tem-
pore reſtitutionis. Petra *in tract. de fideicommiſſ.*
quæſt. 15. *num.* 149. *verſ. & in hoc*, Simon de Pret.
in d. ſolut. 3. *numer.* 14. *fol.* 365. Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. artic. 39. *numer.* 6. Niſi alienario dolosè, &
cum fraude facta eſſet, tunc enim fideicommiſſa-
rio reuocare permiſſum eſt, vt probant relati Doct.
per Surd. *in d. deciſ.* 316. *num.* 19. *& ſeq.* Petra *de*
fideicommiſſ. quæſt. 15. *num.* 90. *verſ. ſi tamen.*

Secundò declaratur, nam ſi filius dictam bo-
norum alienationem pro ſuis detractionibus non
feciſſet; creditores illius, creditores filij non poſ-
ſent ex illius perſona alienare, † & detractiones 81.
facere, quoniam legitima eſt lucrum filio debitum
ex authoritate legis, gloſſ. Bartol. & cæteri *in l.* 3.
C. de iur. & fact. ignor. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.*
3. *num.* 51. & ſunt debita filio eo volente, & acce-
ptante, vt poſt alios Peregrin. *in d. artic.* 3. *num.* 129.
& nouiſſimè Mangilius *in tractatu de imputationibus*
quæſt. 4. *num.* 19. *& plur. ſeq.* vbi quòd lucra † à lege 82.
delata poſſunt repudiari, nec dicitur in fraudem
creditorum fieri. Bart. *in l. qua autem*, per illum text.
ff. quæ in faudem credit. & alij relati per Mangil. *ibid.*
num. 21. *& ſeq. & numer.* 24. reſpondet Menoch.
in conſil. 77. qui volebat contrarium, illius opinio-
nem procedere in creditis, quæ incommutabiliter
ſunt acquiſita, cuiuſmodi non ſunt credita legalia,
& per vltimam voluntatem acquiſibilia, quia iſta
procedunt ex voluntate, & atteſtatione, quæ non
continentur in generali bonorum obligatione,
& ideo repudiatio non fit in fraudem credito-
rum.

Octauus caſus eſt, quando hæres † eſt grauatus 83.
reſtituere quod ſupereſt, tunc poteſt alienare vſque
ad dodrantem, *Auth. contrà cùm rogatus. C. ad Tre-*
bellian. & *ibi* omnes Doctores. Item gloſſ. & Doct.
in l. Imperator, *in fin. de legat.* 2. & alij plurimi ad
hoc relati per Gabriel. *in titulo ad Trebellian, concluſ.*
13. per Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 188. *num.* 11. *verſ.*
de primo, & in conſil. 1091. *col.* 1. *vol.* 11. Mantic. *de*
coniectur. lib. 10. *tit.* 4. *in fin.* Craſſ. *in* §. *fideicom-*
miſſum, *quæſt.* 54. *in fine.* Peregrin. *de fideicommiſſ.*
articul. 40. *num.* 41. *& ſeq.* Simon de Pret. *de inter-*
pret. vltim. volunt. lib. 3. *ſolut.* 1. *numer.* 2. *fol.* 344.
& hæc concluſio intelligitur vt liberè, † & ad 84.
ſui libitum vſque ad dodrantem alienare poſſit,
prout eſt caſus *in* §. *nobis ergo*, *in Auth. de reſtitutio-*
nib. in verſ. Aliis omnibus in eius poſitis poteſtate, &
licentiam habere eum ſicut voluerit vti, quemad-
modum perfectis dominis competit; ergo d. alie-
natio vſque ad dodrantem nullis habenis reſtrin-
genda eſt, tanto magis, quia *in d. auth. contrà cùm*
rogatus, concedit facultatem alienandi etiam trien-
tem ex iuſta cauſa; ergo ipſum dodrantem pote-
rit alienare ad libitum tamquam verus dominus,
etiam ſine iuſta cauſa. Ideo nullo modo eſt facien-
da diſtinctio † an dolo, vel fraude alienauerit, vt 85.
conſiderant Ruin. & alij allegati per Burſat. *in d.*
conſil. 48. *numer.* 4. *vol.* 1. quia data eſt illi poteſtas
alienandi, quæ veris dominis conceſſa fuit, ſed
verus dominus re ſua abuti poteſt, *l. ſed ſi lege.* §.
conſuluit. ff. de petit. hæredit. Nec facienda eſt diſtin-
ctio, an poſſit † ſolùm alienare in vita, & non in 86.
morte, quoniam poteſtas dominorum non eſt ita
coarctata. *l. in re mandata. C. de mandato*, vbi quòd
poteſt vnuſquiſque ad ſui libitum diſponere; ergo
tam in vita, quàm in morte. Item quòd ita graua-
tus poſſit hæredem inſtituere, firmarunt Bald. *in*
d. auth. contrà cùm rogatus, *num.* 10. *C. ad Trebellian.*
Socin. *in conſil.* 123. *numer.* 3. *vol.* 3. *& in conſil.* 31.
num. 12. *vol.* 4. Ruin. *in conſil.* 76. *num.* 10. *in fin. &*
ſeq. & conſil. 115. *num.* 3. *&* 12. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.*
25. *num.* 17. *&* 25. *& ſeq. vol.* 2. Ancharan. *in quæſt.*
familiar. 12. *numer.* 4. *& ſeq. lib.* 1. Crotus *in conſil.*
340. *num.* 16. qui atteſtatur eſſe communem opi-
nionem, Iaſ. *in conſil.* 130. *numer.* 4. *vol* 4. Surd. *in*
conſil. 10. *num.* 18. *vol.* 1. *& in conſil.* 352. *numer.* 27.
vol. 3.

Nonus caſus eſt, bona fideicommiſſo ſuppoſita, &
prohibita alienari poſſunt alienari † pro ſoluen- 87.
do ære alieno teſtatoris. *l. peto.* §. *prædium. de le-*
gat. 2. *l. pater filium. de legat.* 3. *l. alienationes. ff.*

famil. herciſc. & communiter omnes Doct. *in l. filius-*
familias. §. *diui. de legat.* 1. & hanc concluſionem, vti
veriſſimam exornant Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8.
numer. 315. *& quæſt.* 15. *numer.* 2. *& ſeq.* Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 40. *num.* 18. *& num.* 22. Mantic.
de coniectur. lib. 9. *tit.* 8. *num.* 11. Craſſ. *in* §. *fideicommiſ-*
ſum. quæſt. 58. & nouiſſimè Oddus *de fideicommiſſ.*
ex prohibit. alienat. quæſt. 33. *artic.* 1. quia de fidei-
commiſſis ante omnia detrahitur æs alienum. *l. in*
imponenda. C. ad leg. falcid. & alienatio ſemper eſt per-
miſſa in cauſam vetuſtiorem. *d. l. alienationis*, & non
debet eſſe in poteſtate debitoris fraudare ſuos cre-
ditores per fideicommiſſum, Aretin. *in conſil.* 19.
dubio 2. Natta *in conſil.* 145. *num.* 22. Menoch. *in*
conſil. 245. *num.* 22. *vol.* 3.

Declaratur iſte caſus, nam vt dicta alienatio te-
88. neat, debet † probari æs alienum extitiſſe, Ga-
briel *in conſil.* 118. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 1. Menoch. *in*
conſil. 207. *num.* 1. *& plur. ſeq. vol.* 2. Peregrin. *d. artic.*
40. *num.* 22. & alij ad hoc allegati per Cacheran *in*
deciſ. 172. *num.* 7. *& ſeq.* ille igitur probabit, qui alie-
nationem ſuſtinere vult, quo probato fideicom-
89. miſſarius † ne oblato quidem pretio, reuocare po-
teſt. Paul. de Caſtr. *in auth. res quæ, num.* 5. & *ibi* Iaſ. *in*
ampliatione 16. *C. commun. de legat.* Marzar. *in epitom.*
de fideicommiſſ. quæſt. 48. & Peregrin. *in d. artic.* 40.
num. 27. *& artic.* 42. *num.* 24. *& ibid. num.* 25. vbi quòd
90. ſi alienatio facta † excedit ſummam æris alieni, re-
uocatur ſolùm in parte excedente, non autē in to-
tum, Gabriel *in d. conſil.* 118. *num.* 5. *vol.* 1. & ita iu-
dicatum, vt *D. N. tomo* 1. *tit. Datio in ſolutum, cap. ex*
cauſa, & nouiſſimè hanc materiam ſcripſit copioſus
Doctor Marius Giurba *in deciſione* 31. qui more ſuo
nullum ſcriptorem vſque ad ſua tempora omiſit al-
legare.

Decimus caſus, hæres grauatus poteſt alienare
91. pro ſuis neceſſitatibus vrgentibus † durante vita
ſua tantùm, ita firmarunt Bald. *in d. auth. res*
quæ, num. 2. & alij ad hoc relati per Petram *de fidei-*
commiſſ. quæſt. 8. *num.* 319. *verſ. tertiò declaratur.* Pere-
grin. *artic.* 40. *num.* 21. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*
quæſt. 58. *num.* 1. *in fin.* Couar. *in lib.* 2. *var. reſolut. cap.*
16. *num.* 9. *verſ. tertio, in fine*, & Doct. *in l. filiusfamilias.*
§. *diui. de legat.* 1. vbi Ruin. *num.* 37. *&* 57. atteſtatur
eſſe communem opinionem. Omnes mouentur per
text. *l. peto.* §. *prædium. de legat.* 2. vbi eſt caſus de hoc,
& eam declarat Oddus *de fideicommiſſ. ex prohibit.*
alienat. quæſt. 32. per plures articulos. Sed hæc opi-
nio poteſt procedere quando fideicommiſſum eſt in
92. caſum mortis, & ita procedit text. *d.* §. *prædium*; † ſe-
cus ſi fideicommiſſum eſt in caſum alienationis
tantùm, quia tunc ſtatim ſequuta contrauentione,
fideicommiſſarius reuocare poterit, vt ſcripſi ſupe-
riùs *in* 8. *articulo huius quæſtionis.* Nec eſt recipienda
diſtinctiō Oddi *in d. quæſt.* 32. *artic.* 1. *num.* 9. vbi
quòd poteſt fieri alienatio ad fructus bonorum fi-
deicommiſſi faciendos creditorum, durante vita
grauati, quoniam aliud eſt aſſignare fructus retento
dominio, & non dicitur alienatio, quia exiguntur
nomine hæredis, ſoluendi eius creditoribus: aliud
eſt transferre dominium per alienatio-
nem, & ita contrauenitur præcepto
teſtatoris, & eſt locus reuo-
cationi, vt ſcripſi *in*
d. artic. 8.

ARTICVLVS XI.

Quæ veniant in reſtitutione fidei-commiſſi.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſario ſunt reſtituenda omnia, quæ iure hæreditatis capiuntur.*
2. . . *non ſunt reſtituenda, quæ aliunde habita ſunt, quàm de ſubſtantia teſtatoris.*
3. . . *non veniunt quæ occaſione hæreditatis conſecutus eſt hæres, ſi non eſt hæreditarium.*
4. *In reſtitutione fideicommiſſi non venit datum hæredi cauſa conditionis implendæ.*
5. *Hæres grauatus tenetur reſtituere fideicommiſſario quod acquiſiuit per vulgarem ſubſtitutionem.*
6. *Legitima detrahenda eſt, etiam de ſubſtitutione vulgari accreſcente filio grauato de reſtituendo hæreditatem.*
7. *Legitima portio accreſcens an veniat in reſtitutionem fideicommiſſi, & num* 9.
8. *Legitima portio filij exhæredati, accreſcit hæredi, non autem aliis filiis.*
10. L. cùm patronus. de legat. 2. *habet locum etiam in legitima filij.*
11. *Fideicommiſſario eſt reſtituendum quidquid acquiritur per ſubſtitutionem pupillarem.*
12. *Hæreditatis naturam ſequitur quidquid ei accedit.*
13. *Fideicommiſſario quando ſint reſtituenda bona etiam pupillaria.*
14. *Subſtitutus pupillaris à patre grauari poteſt per fideicommiſſum reſtituere.*
15. *Falcidia vna ex duabus hæreditatibus quando detrahenda ſit.*
16. *Fedeicommiſſario reſtituenda eſt portio cohæredis reciprocè ſubſtituti.*
17. *Hæreditatis appellatio indefinita, an æquipolleat vniuerſali.*
18. *Indefinita æquipollet vniuerſali contingenter.*
19. . . *continet totum, quando apparet de mente teſtatoris.*
20. L. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2. *declaratur.*
21. *Fundi legatum non valet, niſi fuerit certis finibus deſignatus.*
22. . . *eſt vniuerſale, quia multa continet.*
23. *Hæreditatis appellatio cur non poſſit dici indefinita.*
24. L. ſi Titius. de legat. 3. *declaratur.*
25. *Fideicommiſſario ſunt reſtituendæ portiones receptæ ex reciproco fideicommiſſo.*
26. . . *ſecus ſi hæres eſt grauatus de reſtituendo purè.*
27 *Ripæ opinio malè allegata à Menochio declaratur.*
28. *Legitimam, & Trebellianicam quando detrahat mater ex pupillari reciproca inter filios impuberes facta.*
29. *Legata caducata veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.*
30. . . *remanent penes hæredem cum onere reſtituendi fideicommiſſario.*
31. *Legata ſemper dicuntur pars hæreditatis per quæcumque verba inſtitutio facta ſit.*
32. *Prælegata an, & quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſi.*

33. . . *ſolùm*

33. ..*ſolum pro portione hæreditaria veniunt in reſtitionem.*
34. *Legatum præceptionis quomodo differat à prælegatis.*
35. *Prælegata pro portione propria dicuntur haberi titulo hæreditario.*
36. ..*ſiue ante, ſiue poſt fideicommiſſum facta ſint, ſolum pro portione hæreditaria reſtituenda ſunt fideicommiſſario.*
37. *Legari à ſeipſo nullo tempore poſſe, contra opinionem Peregrini declaratur.*
38. *Peregrini opinio reprobatur ex mala legum inductione.*
39. *Fideicommiſſum duplex inducitur, cùm quis rogatur, accepta pecunia, rem reſtituere.*
40. *Hæres fideicommiſſo grauatus poteſt ſuum creditum deducere.*
41. *Hypotheca extincta, aliquando reuiuiſcit.*
42. *Prælegata ſiue ante, ſiue poſt fideicommiſſum facta eſſe reſtituenda qui probent communem non eſſe veram.*
43. *Ordinis diſtinctionem non eſſe attendendam in vltimis voluntatibus.*
44. *Legata quæ poſt teſtamentum in codicillis facta ſunt, veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.*
45. *Legata eſſe reſtituenda, quando teſtator commiſit totam hæreditatem ſuam reſtituendam eſſe.*
46. *Legatum alteri relictum non venit in reſtitutionem.*
47. *Fideicommiſſum poteſt fieri ſuper bonis donatis, & legatis.*
48. *Prælegata non veniunt appellatione hæreditatis.*
49. ..*veniunt pro portione hæreditaria.*
50. L. eum qui ædes. ff. de vſucap. *quando procedat.*
51. *Prælegatum dari non poteſt, quod à ſolo cohærede capiatur.*
52. *Prælegatum dotis non venire in reſtitutionem fideicommiſſi.*
53. L. à filia. ff. ad Trebellian. *declaratur.*
54. L. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebellian. *declaratur.*
55. *Prælegatum dotis quando pro portione hæreditaria veniat in reſtitutionem fideicommiſſi.*
56. *Bona diuiſa à patre inter filios veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.*
57. *Diuiſio bonorum patris inter filios eſt actus vltimæ voluntatis.*
58. *Diuiſa bona à patre ſuccedunt loco hæreditariæ portionis.*
59. *Diuiſio aliquando tranſit in naturam donationis inter viuos.*
60. *Clauſula* ad habendum, *transfertur dominium.*
61. ..*idem ſi fuerint conſignati fructus in vita.*
62. ..*idem ſi fuerit facta traditio, reſeruatum ius teſtandi, & appoſitum iuramentum.*
63. *Diuiſio bonorum patris inter filios, ad vſumfructum, ſalua proprietate, non transfert dominiũ.*
64. *Pactum de non alienando rem propriam, eſt nullius momenti.*
65. ..*nec impedit dominij tranſlationem.*
66. ..*& facit præſumi donationem cauſa mortis.*
67. *Bona data filijs præſumuntur data in peculium.*
68. *Fructus qui augent hæreditatem, veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, tam puri, quàm conditionalis.*

Doct. Martæ ſu[illegible]a ſucceſſ. leg. part 4.

69. *Peregrini opinio de fructibus fideicommiſſi conditionalis reprobatur.*
70. *Legatum patris bonorum non transfert dominium ipſo iure.*
71. ..*Fideicommiſſarius, mortuo teſtatore, petit ab hærede fieri inuentarium.*
72. *Fructus pendentes dicuntur patrimonium teſtatoris, & augent hæreditatem.*
73. ..*in hæreditate reperti tempore mortis teſtatoris, ſunt reſtituendi fideicommiſſario, & num. 80.*
74. ..*percepti ante aditam hæreditatem ſunt reſtituendi.*
75. *Bartoli opinio in l. centurio, de fructibus hæreditatis militis teſtatoris non eſt recipienda.*
76. *Fructus non durare vltra triennium.*
77. *Pecunia ſuccedit loco fructuum, quæ imputanda in quartat.*
78. L. iubemus. C. ad Trebellian. *in quibus non procedat.*
79. *Cephali opinio de fructibus repertis in hæreditate non probatur per leges ab eo allegatas.*
81. *Fructus inuenti tempore mortis teſtatoris ſunt reſtituendi ſubſtituto militari.*
82. L. centurio. ff. de vulgari, *reſpectu fructuum declaratur, & num. 84.*
83. *Fructus maturi habentur pro collectis.*
85. *Fructus percepti poſt cedentem diem fideicommiſſi, quando ſint reſtituendi.*
86. *Fideicommiſſarius ſi eſt in mora petendi, hæres remanet dominus.*
87. ..*ſecus ſi ignorauit fideicommiſſum.*
88. ..*idem ſi fideicommiſſarius eſt priuilegiatus.*
89. ..*idem in omnibus caſibus, in quibus reſtitutio fit ipſo iure.*
90. ..*idem in omnibus caſibus, in quibus fructus recipiunt diuiſionem pro rata temporis.*
91. *Fructibus diſſipatis, hæres quando teneatur ſoluere æſtimationem.*
92. *Hæres tenetur de omni culpa etiam leuiſſima.*
93. ..*quando poſſit retinere de bonis fideicommiſſi, ſi ex fructibus ſoluerit æs alienum.*
94. *Pater quando cogitur iure actionis, & quando iudicis officio ad dotandam filiam.*
95. *Fructus ſoluti quando non ſint compenſandi cum credito.*
96. *Pater non poteſt grauare filium, vt de fructibus ſuæ legitimæ ſoluat dotem filiæ.*
97. *Legitima non poteſt grauari in fructibus.*
98. *Permutata bona veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.*
99. *Fideicommiſſario reſtituenda ſunt bona redempta ex pecuniis hæreditariis.*
100. *Redempta vigore pacti, dicuntur eſſe penes hæredem ex cauſa prima.*
101. *Fideicommiſſario ſunt cedendæ actiones, & iura acquiſita per hæredem ex cauſa hæreditaria.*
102. *Feudum hæreditarium qui teneant venire in reſtitutionem fideicommiſſi.*
103. ..*contrarium eſſe verius.*
104. *Vaſallus per ſuam vltimam voluntatem non poteſt mutare ordinem ſucceſſorium.*
105. *Feuda non traduntur ex teſtamento, ſed ab inteſtato.*
106. ..*non ſunt in commercio noſtro.*
107. *Conſenſus domini requiritur in ceſſione iuris hypothecæ ſuper feudalibus, quando fit non poſſidenti.*
108. *Feudatarius prohibetur transferre dominium in alterum ratione contractus.*
109. *Feudum accedente domini voluntate poteſt in*

vita, & in morte in alium transferri.
110. *Feudatario ſi eſt data poteſtas ſubſtituẽdi, non poteſt plures gradus ſubſtitutionum facere.*
111. *Clauſula pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſionibus quibuſcumque, poteſt transferri feudum etiam in extraneos.*
112. *Emphyteuſis Eccleſiæ non venit in reſtitutionem fideicommiſſi.*
113. *..niſi ſit conceſſa pro ſucceſſoribus quibuſcumque.*

IN hoc articulo regulam generalem
conſtituo, ex qua omnes caſus co-
rum quæ veniunt in reſtitutionem fi-
deicommiſſi reſolui poſſunt, nimi-
1. rum: Omnia, quæ † iure hæredita-
rio capiuntur, iam ipſo fideicommiſſo reſtituenda
ſunt. *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulgari. l. 3. §. vxor.*
& *ibi* Bartol. *ff. de dote prælegata. l. ſequens quæſtio. de
legat. 2. l. debitor. §. final.* & *ibi* Alexand. *in 2. notab.
ff. ad Trebellian. & in conſil. 91. numer. 9. & ſequent.
volum. 3.* Dec. *in conſil. 81. in fin.* Natta *in conſil. 55.
num. 6. & ſequent.* & alij plures ad hoc allegati per
Beccium *in conſil. 24. numer. 6. & ſequent.* & Surd.
in conſil. 253. numer. 10. Quamobrem Doctores fir-
2. mant, quòd bona aliunde habita, † quàm ex ſub-
ſtantia, & iudicio teſtatoris, non veniunt in re-
ſtitutionem fideicommiſſi, quos allegant. Menoch.
in lib. 4. præſumpt. 193. Simon de Pret. *de inter-
pretat. vltim. volunt. lib. 2. ſolut. 1. fol.* 296. Mantic.
de coniectur. lib. 7. tit. 8. numer. 1. Craſſ. *in §. fideicommiſ-
ſum, quæſt. 47. numer.* 1.
3. Imò non venit, † quod occaſione hæredita-
tis conſecutus fuit hæres, ſi non eſt hæredita-
rium. *l. qui hæredi. §. cùm hæreditas. ff. de condit. &
demonſtrat.* Crauet. *in conſil. 245. numer. 4. ver. imò
amplius,* Surd. *in deciſion. 271. numer.* 8. Idcirco da-
4 tum hæredi cauſa conditionis † implendæ non
venit in reſtitutionem fideicommiſſi. *l. qui hæredi.
§. hæreditas. ff. de condit. & demonſtrat.* Bartolus *in
l. Marcellus. §. quidam liberis. numer. 5. ff. ad Trebell.*
& alij allegati per Peregr. *de fideicommiſſ. art. 6. num.
39.* & Mantic. *de coniectur. lib. 7. tit. 8. numer.* 18. Me-
noch. *præſumpt. 196. num. 2. & ſeq. lib.* 4. Ex hac re-
gula, omnes caſus, qui in controuerſiam veniunt,
decidi ſolent.

Primus caſus eſt, hæres grauatus, quidquid ac-
5. quirit ex vulgari † ſubſtitutione, quia cohæres
repudiauit, tenetur reſtituere fideicommiſſario,
quoniam hoc acquiſitum ex vulgari dicitur eſſe ex
hæreditate teſtatoris grauantis. Bartol. *in d. l. Mar-
cellus. §. quidam liberis, numer. 8. ff. ad Trebellian.* &
alij ad hoc allegati per Mantic. *de coniectur. lib. 7. tit.
6. num. 6.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 8. num.* 1. vbi at-
teſtatur eſſe communem opinionem, Simõ de Pret.
de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 1. num. 3. fol. 345.
Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſt. 48. num.* 1. vbi pariter
probat communem.

Declaratur iſte caſus, vt quando grauatus eſſet
de filiis, cui debetur legitima, tunc enim, etiam
de ſubſtitutione vulgari accreſcente, & reſtituen-
6. da ſuam legitimam † detrahere debet, prout et-
iam Trebellianicam, Peregrin. *in d. artic. 8. num.* 6.
Imò *ſub num.* 5. tenet, quòd portio legitimæ accre-
7. ſcens dicto filio grauato non veniet † in reſtitu-
tionem fideicommiſſi, allegat Alexand. *in l. planè.
§. ſi duobus. col. pen. de legat. 1.* & *ibi* Iaſ. *num.* 22. Sed
iſti Doctores non probant dictum Peregrini, quia
loquuntur in alio caſu, videlicet an portio filij ex-
8. hæredati accreſcat alteri filio, † quæ opinio eſt re-
probata, quoniã accreſcit hæredi, vt diffuſè ſcripſi *in
voto* 69. inter deciſiones Piſanas, & ita fuit iudica-
tum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Legitima, cap. non
ſtatim.* Quamobrem reiecta opinione Peregrini, te-
nendum eſt, quòd portio legitimæ † accreſcens ve- 9.
niat in reſtitutionem fideicommiſſi, quoniam ac-
creſcit hæredi, & venit iure hæreditario, Bald. *in l.
cùm patronus, de legat.* 2. per illum text. dicit, quòd &
ſi onus legitimæ non valeat, quoad eum, cui legiti-
ma relicta fuit, tamen valet quoad alterum cui le-
gitima per repudiationem accreuit. Item quòd text.
d. l. cùm patronus, † habeat locum etiam in legiti- 10.
ma filio debita, probat Surd. *in conſil. 458. num. 27.
volum.* 4. vbi allegat Bald. Angel. Alexand. Roderic.
Sociu. Iaſonem, Coſtam, Cucchum, Vaſquium,
Peraltam, & alios; eandem probat Surd. per eoſ-
dem Doctores *in conſil. 541. numer. 28. volum.* 4.

Secundus caſus eſt, ſi inſtituo filium impube-
rem, & ei pupillariter ſubſtituo Fullanum, quem
poſtea grauo de reſtituendo hæreditatem Caio,
tunc Fullanus quĩdquid percepit ex hæreditate
per ſubſtitutionem pupillarem, fideicommiſſario † 11.
reſtituere debet, *l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff.
ad Trebellian. l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. final.* &
ibi Bartol. & cæteri. *ff. de legat.* 1. & alij per Menoch.
lib. 4. præſumpt. 74. num. 2. & per Peregrin. *in d. ar-
tic. 8. numer.* 33. Et ratio eſt, quia portio, quam quis
conſequitur vigore ſubſtitutionis, ſequitur natu-
ram † hæreditatis, & vniuerſalis fideicommiſſi ex 12.
mente teſtatoris, qui voluit totam hæreditatem in
qua fideicommiſſum impoſuit, ad vltimum hæredẽ
peruenire. Neque iſte caſus eſt reſoluendus ex diſ-
poſitis ſuper prælegatis, nam prælegatum eſt portio
ſeparata ab hæreditate, ideo in aliquo caſu dubita-
tur, an venient in reſtitutionem fideicommiſſi; ideo
peruenta ex ſubſtitutione magis veniunt in reſtitu-
tionem, quàm prælegata, vt dicit Alex. *in d. l. Mar-
cellus. §. quidam liberis, num. 4. ff. ad Trebellian.* Et licèt
ſint æquiparata in caſu prohibitionis. *l. ſi Titius. de
legat.* 3. Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 5. num.* 131. tamen
fideicommiſſum ſequitur hæreditatem, vt probat
Berous *in conſil. 79. num. 29. volum.* 2. ideo ſemper
venit in reſtitutionem, ex qua differentia colligitur
non eſſe veram opinionem volentium hunc caſum
poſſe decidi ex natura prælegatorum.

Declaratur iſte caſus variis modis per Me-
noch. *in lib. 4. præſumpt.* 74. Item declaratur, nam
quando impubes habet ſua bona propria, & fa-
ctus eſt hæres patris, tunc ſi pater ei primò ſub-
ſtituit pupillariter, deinde grauauit, atque hæres
ſponte adiuit hæreditatem, etiam bona pupillaria † 13.
veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. *d. l. apud
Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellian.* Nam
quoad bona pupillaria pater habet pleniſſimam, &
liberam poteſtatem. Et licèt pater non poſſit graua-
re filium impuberem, tamen ſubſtitutus † pupil- 14
laris à patre grauari poteſt, & ita reſpondet Bald.
in conſil. 97. volum. 4. cuius opinionem eſſe commu-
niter receptam probat Maynard. *in deciſ. 57. parte* 5.
ex duabus hæreditatibus vigore aditionis à ſubſti-
tuto factæ, vna tantùm hæreditas per confuſiò-
nem facta eſt. *l. ſi fundum. §. fin. & l. ſeq. de legat.*
1. Ideo ex vtraque vna tantùm falcidia † detra- 15.
henda eſt. Ruin. *in conſil. 21. numer. 12. in conſil.
116. numero 12. volum.* 3. & hanc concluſionem fir-
marunt omnes, *in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff.
ad Trebellian.* Bartol. *numer.* 2. Alexand. *col. ante-
penult.* & alij ad hoc relati per Mantic. *de coniectur. lib. 7. titul. 6. numer. 4. & ſeq.* Menoch. *in d.
præſumpt. 74. n. 7. lib.* 4. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 8.
num.

numer. 37. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum. quæſt.* 48. *num.* 2. Simon de Pret. *lib.* 3 *in d. ſolut.* 1. *numer.* 3. *fol.* 345. omnes atteſtantes eſſe communem opinionem, atque alios conſulentes referentes.

Tertius caſus eſt, quando factum eſt reciprocum fideicommiſſum, iuxta ea, quæ ſcripſi *in artic.* 3. *huius quæſtionis*, atque rogatus eſt vltimus de reſtituendo
16. hæreditatē alteri, tunc portio cohæredis † venit in reſtitutionem fideicommiſſi. Bartol. *in l. Scæuola, n.* 5. *ff. ad Trebellian.* Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita. n.* 45. *& ſeq.* Torniell. *n.* 47. *ff. ad Trebellian.* & alij ad hoc allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 8. *n.* 13. *& ſeq.* Menoch. *in præſumpt.* 193. *num.* 15. *lib.* 4. vbi probat eſſe communem opinionem, quam ſequuta eſt Rota Florentin. vt per Magon. *deciſ. Florent.* 15. *n.* 10. Neque obſtat conſideratio aliquorum, quòd hæreditatis appellatio eſt indefinita locutio, quæ non
17. æquipollet vniuerſali †, prout eſſe communem opinionem probat Couar. *in lib.* 1. *var. reſolut. c.* 14. *n.* 9.
18. *verſ. vndecimo.* Et ratio eſt, quia indefinita † æquipollet vniuerſali contingenter, non autem neceſſariò, vt dicit Bald. *in l.* 2. *col.* 1. *verſ. item ſi ſtatutum. C. de iure deliber. & in l. final.* § *in computatione. num.* 17. *C. de iure deliber.* Sed nos verſamur de probanda ſubſtitutione fideicommiſſaria in tota hæreditate, quæ non poteſt probari per indefinitam, quia probatio debet eſſe concludens. *l. non hoc. C. vnde legitimi. cap. in præſentia. de probat.* & ita firmat Ripa *in d. l. hæredes mei. §. cum ita, numer.* 17. *& ſeq. ff. ad Trebellian.* Quia hæc non procedunt vbicumque ex aliquibus apparere poteſt de teſtatoris mente, quia tunc inde-
19. finita † totum continebit. *l. ſi quis cùm totum. ff. de except. rei iudic.* Bartol. *in l. legatis. de legat.* 2. cum aliis per Dec. *in l id quod noſtrum. ff. de regul. iuris.* Sic *in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat.* 2. inſtituit hæredes in fundo, & rogauit vltimum decedentem de reſtituendo fundum alteri, & ibi communiter Doctor. intelligunt illum textum, quia teſtator nihil aliud in hæreditate habebat, præter fundum, qui propterea æquipollebat toti hæreditati; & in lectura Patauina interpretando *d. §. cùm ita*, aduertebam
20. ſuper intellectu *d. §. Seia libertis* †, quòd legatum
21. fundi † non aliter valet, niſi fuerit demonſtratum, & certis finibus deſignatum. *l. cùm poſt. §. gener. ff. de iure dot. l. ſi domus, in princip. de legat.* 1. alioquin ſi legatur fundus ſimpliciter, legatum eſt inutile, quia poteſt intelligi de vna ſpanna terræ, vt probat Cuman. *in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de legat.* 1. Continentia igitur, & cōprehenſio confinium verſatur circa vniuerſale, quia vniuerſale eſt, quod continet multa; ideo quidquid continetur in fundo, venit
22. in legato ipſius, nam in fundo † contineri poſſunt, olmetum, caſtanetum, domus, molendinum, & alia; quidquid igitur inibi continetur, comprehenditur, vt probat Ruin. meliùs aliis *in conſil.* 115. *numer.* 15. *volum.* 5. Appellatio ergo fundi non indefinita, ſed vniuerſalis eſt: quoniam continet vniuerſitatem facti, ſicut populus, & ſicut feudum, vt ſcripſi *in rubric. ff. ſolut. matrim.* in lectura Piſana; ergo multò minus appellatio hæreditatis, in-
23. definita † dicenda eſt, quoniam continet vniuerſitatem iuris. *l. hæreditas. ff. de petit. hæredit.* ergo tantum eſt dicere, reſtituat hæreditatem, quantum, reſtituat totam hæreditatem, nam dum portionem præmorientis applicauit ad ſuperſtitem, & iſto præmoriente hæreditas perueniret ad ſubſtitutum, clarè voluit, totam hæreditatem peruenire ad ſubſtitutum. Ripa *in d. §. cùm ita, n.* 46. poſt Fulgoſ. quem allegat. Propterea non eſt recipienda opinio Alex. *in l. Marcellus. §. quidam liberis, in fin.* & ibi Socin. *num.*
12. vbi quòd portiones receptæ ex reciproco fideicommiſſo non ſunt reſtituendæ per grauatum de reſtituendo hæreditatem, nam appellatione hæreditatis non veniunt fideicōmiſſorum portiones, quos ſequitur Cephal. *in conſ.* 59. *num.* 25. *&* 29. *vol.* 2. & omnes mouentur per text. *l. ſi Titius* †. *de legat.* 3. 24.
quia ille text. non loquitur in puncto de quo agimus, videlicet, quando ſubſtitutio reciproca præceſſit, & vltimò moriens ſit grauatus de reſtituendo hæreditatem, quia tunc intelligitur de tota hæreditate, & ita venit etiam portio præmorientis reciprocè ſubſtituti; ſed *in d. l. ſi Titius*, non erant reciprocè ſubſtituti d. Titius, & Caius, propterea lex malè applicatur ad iſtum caſum, & pro hac opinione eſt allegandus Peregrin. *in conſil.* 55. *n.* 13. *vol.* 4. qui malè ab aliis allegatur pro opinione reiecta, nam *in d. num.* 13. *verſ. quòd autem portiones* †, loquitur 25.
de fideicommiſſo reciproco, poſtea *in verſ. nec his obſtat*, dicit text. *d. l ſi Titius*, loqui vbi fideicommiſſum conſtituitur in hæreditate, ſiue portione hæreditaria, tunc enim non venit portio, quam cohæres habuit à ſuo cohærede.

Item iſta opinio, quam Peregrin. ſequitur, eſt communiter reprobata, nam etiam citra fideicommiſſum reciprocum, vbi teſtator primò ſubſtituit cohæredem, & poſtea d. cohæredem ſubſtitutum grauat de reſtituendo hæreditatem, tunc d. cohæres grauatus debet reſtituere portionem hæreditatis ſibi obuentæ vigore fideicommiſſi, & hanc tenet Bartol. *in l. Marcellus. §. quidam liberis, in verſ. quæro an id quod peruenit ad aliquem ex ſubſtitutione compendioſa. ff. ad Trebellian.* vbi quòd quando ſucceditur ex ſubſtitutione compendioſa, quæ valet in vim fideicommiſſi poſt aditam hæreditatem, tunc illud quod grauatus habuit ex ſubſtitutione compendioſa, venit in reſtitutionem fideicommiſſi, & hanc opinionem eſſe communiter receptam, atteſtantur Decius *in conſil.* 81. *numer.* 2. & Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 293. *numer.* 7. & Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *titulo* 6. *numer.* 16. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 1. *numer.* 3. *fol.* 345. qui alios conſulentes referunt. Et pro hac opinione ſunt text. *l. Marcellus. §. quidam liberis, & l. Scæuola. ff. ad Trebellian.* vbi in grauato reſtituere, venit etiam portio cohæredis.

Declaratur iſte caſus, ſecundùm Menoch. *in d. præſumpt.* 193. *numer.* 17. *lib.* 4. vt quando vltimus moriens eſt grauatus de reſtituendo purè, tunc non teneatur reſtituere † portionem, quam à cohærede 26.
vigore ſubſtitutionis accepit, & pro hoc dicto Menoch. allegat Ripam *in d. §. cùm ita. n.* 49. Padill. *in l. cum virum, numer.* 36. *C. de fideicommiſſ.* & Intrigliolus eoſdem tranſcripſit, *in tract. de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 74. *numer.* 174. Sed nullus ex præfatis Doctoribus benè allegat Ripam †, iſte enim non 27.
loquitur de vltimo grauato moriente, ita enim fideicommiſſum purum conſtitui non poſſet, ſed conditionale, *l. pater Seuerinam. §.* 1. *l. hæres meus, in princip. ff. de condit. & demonſtr.* Nō dixit hoc Ripa, vir alioqui doctiſſimus, ſed iſta ſunt eius verba: Retēta igitur communi, intellige eam procedere, niſi cohæres eſſet grauatus de reſtituendo purè, tunc enim non cenſetur grauatus de reſtituendo portionem ſibi obuentam à cohærede ex fideicommiſſo conditionali. Exemplum eſt, ſi inſtitui Titium in ſemiſſe, & ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtitui Semproniū, deinde eundem Sempronium inſtitui in altero ſemiſſe, & eum rogaui de reſtituendo Caio, & hoc caſu Sempronius eſt rogatus purè, & dictam portionem cohæredis ſibi ex fideicōmiſſo cōditionali obuentā, vel

vel obueniēdam,non tenetur reſtituere. Rationem aſſignat,quia in fideicommiſſo puro,dies fideicommiſſi cedit à die mortis teſtatoris. *l. vnic.§.cùm igitur.C.de caduc.tollend.* & ideo non continetur portio cohæredis obuenienda in euentum conditionis,& hæc concluſio eſt vera, etiamſi ante verbalem, vel realem reſtitutionem fideicommiſſi puri, ceſſerit dies fideicommiſſi conditionalis,argumento *l.Paulo Callimacho.§.1.de legat.3.*

Secundò declaratur, nam ſi poſt inſtitutos tres filios impuberes,eóſque adinuicem ſubſtitutos vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum,& vltimo eorum morienti ſubſtituto agnato, ſi alter in ætate pupillari mortuus fuerit, cui alij duo fratres pupillariter ſucceſſerint,deinde moriatur alter, ſuperſtite matre,& altero fratre, tunc præſuppoſita reſtitutione facienda de portione obuenta ex pupillari ſubſtitutione, vt dixi, mater ex perſona
28. vtriuſque debet detrahere † legitimam,& Trebellianicam, hanc opinionem firmauit Bald. *in conſil.41. volum. 2.* & plurimi relati per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.8.numer.41.& ſeq.* & plures alij ſuperadditi, & relati per Theſaur. *in diſceptat. forenſ. quæſt.70. numer.16.lib.3.* & nouiſſimè probat Mangilius *in tract. de imputationibus, & detractionibus. quæſt.124. numer. 9.& ſeq.* de qua re ſcribam etiam infrà *in articulo 17.huius quæſt.*

29. Quartus caſus eſt, legata † caducata veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, quoniam dicta legata, ante delibationem erant in hæreditate. *l.ſi ita quis hæres.ff.de hæred.inſtit.* vbi inſtitutus in omnibus bonis, excepto fundo, etiam illum fundum capit iure hæreditario,& ideo ſemper legata ſunt in inſtitutione incluſa, & de manu hæredis capienda ſunt.Bartol.*in l.ſi certarum ff.de milit. teſtam.* & alia ad hoc relata per Zanch. *in l.hæredes mei. §. cùm ita, part.5.numer.19. verſ. tertiam prorſus.* Simon de Pret. *de interpret.vltim.volunt.lib.3 ſolut.1.numer.3.fol.179.* Surd. *in conſil.265. numer. 28. volum.2.* Sed,vt dixi *in princip.huius articuli*, quidquid iure hæreditario ad hæredem peruenit,tenetur reſtituere fideicom-
30. miſſario,legata † enim caducata remanent penes hæredem cum onere reſtituendi fideicommiſſario. *l.vnic. §. pro ſecundo. C.de caduc. tollend. l.in ciuitatibus. §. Lucius. de legat. 1. l.ſi ſeparatim ff.de condit.& demonſtrat.* Corn. *in conſil. 15. in fin. volum. 1.* vbi quòd legata caducata veniunt in reſtitutionem, non tanquam legata, ſed tanquam percepta hæreditario iure,*& in conſil.105.col.1.verſ.his non obſtantibus,eod. volum. 1.* vbi quòd veniunt tanquam pars hæreditatis,licèt onus reſtitutionis impoſitum fuerit hæreditati. Ruin. *in conſil.130.numer.10. verſ.vel tertiò & melius. volum.3.* Socin.iun. *in conſil.27.num. 13. volum. 3.* Crauett. *in conſil. 363. numer. 8.* poſt Bartol. *in l. quandiu, in 3. in fin. ff. de acquir. hæredit.* prout ita intelligit illius doctrinam Crauett. *ibi,* Aleiat. *in conſil.60. numer. 5. lib. 9. & conſil. ſequenti numer.1.* & ita fuit iudicatum in Senatu Mantuano, vt *Digeſt.Nouiſſim. tom.5.titulo Legatum,cap.vbi vxor.* Nec eſt facienda differentia in aliqua forma inſtitutionis, quia etiamſi dixerit, inſtituo hæredem in
31. omnibus aliis, exceptis legatis,ſemper legata † dicuntur pars hæreditatis,& illius acceſſoria, vt probaui ſuprà *in quæſt... artic...* & habet locum text. *d.l.ſi ita quis hæres ff.de hæred.inſtit.* & ſemper continentur ea,quæ alius legatarius non capit. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 9. numer.6.* quando enim à diſpoſitione excepit legatum, teſtator credidit, quòd legatarius eſſet habiturus. Nec eſt veriſimile,quòd voluerit grauare hæredem de reſtituenda tota hæreditate vniuerſaliter, & quòd legata caducata remanerent penes hæredem, & reſtituenda non eſſent,vt conſiderat Surd. *in d.deciſ.269. num.18. verſ. quintò dicitur.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat in illis caſibus,in quibus legatum ideo fit caducum, quia non poteſt tranſmitti ad hæredes,ſecus eſt, ſi tranſmitti poſſet,de quibus ſcripſi *in 18. quæſtione huius partis, artic. 8.*

Quintus caſus eſt. Prælegata † ſecundùm communem doctrinam, ſi facta ſint ante fideicommiſſum, in illius reſtitutione continentur; ſi verò poſt fideicommiſſum,in reſtitutionem non veniunt, ita dixit gloſſa *in l.Marcellus. §.quidam liberis. ff. ad Trebellian.* quam *ibi* ſequuntur Bartol.& communiter omnes,Ripa *in l.hæredes mei.§.cùm ita. numer.36. ff.eod.titulo,*& *ibi* Zanchus *in part.5. numer.12.& 21. & ſeq.* & alij ad hoc relati per Mantic. *de coniectur. lib.7.titulo 7.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.7. numer. 34.& numer. 63.* vbi atteſtatur vtramque eſſe communiter receptam. Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt.47.numer.4.* Menoch. *lib. 4.præſumpt.194 num. 2.& 28.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.3. ſolut. 1. numer.4. fol.345.* Item primam partem dicunt probari per *d. l.Marcellus.§.quidam liberis,& l.in fideicommiſſariam. §. final. & l ſi Titius à contrario ſenſu.ff.ad Trebellian.* Item ſecundam partem,quando ſunt facta poſt fideicommiſſum,dicunt communiter probari per *l. Titia. ff. ad legem falcid.* Anton. Gomeſ. *in variar. reſolut. tom.1. cap.5. numer. 18.* & *ibi* Addentes,*ſub numer.14.*& Peregrin. *in d.artic.7. numer.67.* qui ita conciliat *d. l. in fideicommiſſariam,* cum *d.l.Titia.* Deinde ex communi doctrina, vtraque communis concluſio limitatur in plurimis caſibus,de quibus per Doctores allegatos,qui cæteros referunt, ita per minutiſſimas reſtringentes dictas communes, ſiue erroris obiiciendi cauſa, ſiue potiùs ignoratione ſcribendi,vt dicit Cicero *in 2. libro de oratore,*ſiue potiùs noſtris temporibus, pro magnis voluminibus conficiendis, vt ipſæ communes concluſiones, quaſi ad nihilum redigantur, atque inutiles,& fruſtratoriæ videantur. 32.

Ego verò dico, prælegata † ipſa pro portione tantùm hæreditaria in fideicommiſſi reſtitutionem venire, & pro declaratione, præſuppono magnam differentiam eſſe inter legatum præceptionis, & prælegatum, nam primum imputatur in Trebellianicam;ſed prælegata non imputantur, niſi pro portione hæreditaria,portionem verò,quam à cohærede capit,non imputabit, prout eſt caſus *in l.in quartam.ff.ad legem falcid. verſ.pro ea verò quam accepit à cohærede,extra quartam id eſt,quod à cohærede accipitur.* 33.
Sed legatum præceptionis † in Trebellianicam imputatur,vt *d.l.in quartam, verſ.ſiue præcipere, ſiue deducere,ſiue retinere.* Et ratio differentiæ eſt, quia dicta præcepta dicuntur haberi titulo particulari. *l. Lucius.§ pluribus.ff.ad Trebell.l.eum. §. pro parte.ff.de his quib. vt indign. §.ſi quis vna. Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit.* Sed prælegata † pro portione propria dicuntur haberi titulo hæreditario, quoniam à ſeipſo legari non poteſt. *l.legatum eſt delibatio. §.1.l.plane.§. ſi duobus. l.quidam totum. de legat.1. l.à Titio. §. 1. de legat.2.* Idcirco prælegata pro portione quæ habetur à cohærede, non veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, quia alio iure, quàm hæreditario habentur, vt probat Oldrad. *in conſil.107. numer. 6. in fin.* vbi quòd prælegata reſtituenda ſunt ſolùm pro portione, quæ hæreditario iure retinetur, pro qua legatum tanquam à ſeipſo factum, non ſuſtinetur. 34. 35.

Et

Et retentis his terminis ſupradicta communis apparet non eſſe vera, quia etiamſi poſtea fideicom-
36. miſſum † factum fuerit, cùm iure hæreditario portio propria habeatur, intrat regula firmata in principio huius articuli: Omnia, quæ iure hæreditario capiuntur, in fideicommiſſi reſtitutionem veniunt.

Ex quibus infertur, non eſſe recipiendam opinionem Peregrini *in d. artic. 7. numer.* 20. quem ſequutus eſt Hondedeus *in conſil.63. numer.24. volum.*
37. 2. illam regulam, quòd à ſeipſo † legari non poteſt, eſſe intelligendam, quando ſimpliciter legatur, ſecus quando hæres grauatus eſt reſtituere, tunc enim in caſum reſtitutionis, deducit prælegatum tamquam præceptiones, hæc enim doctrina non eſt
38. bona. Primò Peregr. † non aduertit dictam differentiam inter præceptiones, & prælegata, deinde ſuum dictum probat per textus *l. acceptis. ff. ad legem falcid. & l. deducta. § numis. ff. ad Trebell. & l. in fideicommiſſi. §. cùm Pollidonius. ff. de vſuris.* Quæ leges non faciunt ad propoſitum, loquuntur enim de acceptis ab aliis, cauſa conditionis implendæ, & quod per ablatiuos abſolutos datur ab adimplete, dicitur dari per fideicommiſſum. *l. ſi fideicommiſſa. §. cùm eſſet. de legat.* 3. vbi Vlpianus dicit. Et ſanè, cùm quis rogatus eſt, accepta certa quantitate, portionem re-
39. ſtituere, duplex † eſt fideicommiſſum, vnum, vt poſſit petere quantitatem, paratus portionem cedere, aliud, vt etſi non petat, tamen cogatur fideicommiſſario reſtituere, ideo legatum præceptionis, & retentionis à ſeipſo non poteſt probari per leges à Peregrino allegatas, aliud enim eſt à ſeipſo retinere, aliud ab altero accipere. Neque habet locum altera Peregr. ratio quòd ſi hæres ſit creditor defuncti, & per aditionem hæreditatis confundat iura ſua. *l. Stichus. §. aditio. ff. de ſolution. l. debitori. C. de pact.* cùm fuerit fideicommiſſo vniuerſali grauatus, illa
40. ſua credita † deducere poteſt. Paul. de Caſtr. *in l. debitor. ff. ad Trebell. & in l. ita tamen. §. ex Trebelliano, & ibi* Alexand. *ff. eod. tit.* Quoniam hypotheca †
41. extincta reuiuiſcit. *l. ex ſextante. §. Latinus Largus. ff. de except. rei iudic.* pro qua reuiuiſcentia videndus eſt Franch. *in deciſ* 453. & Ludouic. Morot. *in tractatu de ſecundo creditore offerente, numer.* 33. *& plur. ſeq.* qui tractatus imprimitur poſt ſua conſilia, ſed reuiuiſci non dicitur, niſi quod aliquando fuit in eſſe deductum, & poſtea extinctum eſt: ſed legatum à ſeipſo ſemper fuit inualidum à ſui origine; ideo termini non ſunt applicabiles.

Secundò infertur, non eſſe veram ſupradictam communem doctrinam, ſuper diſtinctione ordinis, an prælegata facta ſint ante, vel poſt fideicommiſſum †. Hæc doctrina non eſt recipienda, vt do-
42. ctè probat Socin. iun. *in conſil.* 107 *numer.* 36. *& plur. ſeq. volum.* 3. *& conſil.* 90. *numer.* 7. *& ſeq. volum.* 4. vbi
43. eadem repetit, hæc enim diſtinctio ordinis † in materia vltimarum voluntatum iure non probatur, vt probat Socin. *ibi numer.* 36. Imò etiam in aliis materiis Iuriſconſulti, & Imperatores, ordinem ſcripturæ non adeò exactè perpendere, ſed ex iure ſumere ſoleant id quod agi videatur, *l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de damno infect. l. moribus. § final. ff. de vulgar. l. nec enim. ff. de ſolutionib.* Item quia in coniunctionibus nullus ordo obſeruandus eſt. *l. quidam. ff. de pecul. legato.* Item quia in fideicommiſſi reſtitutio-
44. nem veniunt etiam illa legata †, quæ poſt teſtamentum in codicillis facta fuerunt. *l. cùm pater. de legat.* 2. Item quia clauſula, quas ego pecunias legaui, quibus dies appoſitus non eſt, annua bima trina die dato, ſcripta à teſtante in aliqua parte teſtamenti, non ſolùm ad præcedentia legata, ſed etiam ad futura, & vniuerſa, quæ teſtamento ſcripta ſunt, extenditur. *l. talis ſcriptura. §. final. de legat.* 1. Item quòd leges pro vtraque parte diſtinctionis à Doctoribus allegatæ, non probent, quia non ſe fundant in dicta ratione ordinis, ſed in aliis rationibus, probat Socin. iun. *in d. conſil.* 107. *volum.* 3. *& in d. conſil.* 90. *volum.* 4. & pro hac reiectione diſtinctionis allegat Salyc. Cuman. & Corn. & eius opinio redditur certior ex alio fundamento, quia prælegata pro portione hæreditaria ſemper reſtituenda ſunt, ſiue antè, ſiue poſtea facta fuerint.

Tertiò infertur, non eſſe veram alteram communem concluſionem, quæ firmat, quòd ſi teſtator commiſit totam ſuam hæreditatem reſtituendam eſſe †, ſtante ſigno vniuerſali, veniunt etiam lega- 45.
ta poſt fideicommiſſum facta. Dec. *in conſil.* 69. *num.* 5. *verſ. ad prædictorum, & in conſil.* 254. *colum.* 1. *&* 2. *verſ. primo ergo*, & alij longa ſerie ad hoc allegati per Surd. *in d. deciſ.* 269. *numer.* 8. *verſ. Vbi fortius dicit.* Quia, vt probatum eſt, prælegata tantùm veniunt pro portione hæreditaria, pro ea verò, quæ à cohærede capitur, nullo modo veniunt, legatum enim † 46.
alteri relictum, non venit in reſtitutionem. *l. vxorem. § fideicommiſſo. de legat.* 3. *l. alimenta. § baſilica. ff. de aliment. & cibar. legat. l. quoties in* 2. *reſponſo. C. famil. herciſc.* Cephal. *in conſil.* 231. *numer.* 5. *volum.* 2. Sicut donata non veniunt in reſtitutionem. Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 197. *numer.* 7. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 6. *numer.* 1. *& ſeq.* etiamſi donatio per mortem confirmaretur. *l. ſequens quæſtio. ff. de legat.* 2. vbi Bartol. hoc notat, *& in l. Marcellus. §. quidam liberis. numer.* 4. *ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 8. *numer.* 24. *& ſeq.* Peregr. *in d. artic.* 6. *numer.* 1.
Niſi teſtator expreſsè, etiam ſuper bonis donatis †, 47.
& legatis, conſtituiſſet fideicommiſſum, vt *in d. l. ſequens quæſtio, & ibi* Bartol. & cæteri, & alij ad hoc allegati per Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 196. *numer.* 8. Peregr. *in d. artic.* 6. *numer.* 1. Mantic. *in lib.* 7. *tit.* 8. *numer.* 24.

Quartò infertur non eſſe veram illam opinionem, quæ vult, quando teſtator grauauit hæredem reſtituere hæreditatem ſuam, tunc non venire prælegata, quia prælegata † non veniunt appellatione 48.
ne hæreditatis, vt firmarunt Zanch. *in d. l. hæredes mei. § cùm ita. parte* 5. *numer.* 132. Mantic. *lib.* 7. *tit.* 7. *numer.* 2. Menoch. *in præſumpt.* 194. *numer.* 37. *lib.* 4. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 1. *numer.* 4. *fol.* 345. & alij ab ipſis allegati. Hæc opinio ſtare non poteſt, quoniam appellatione hæreditatis veniunt prælegata † quæ pro portione hæredita- 49.
ria poſſidentur, licèt non veniant pro portionibus cohæredum, & ita etiam declarat Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 7. *numer.* 53. per text. *d. l. in fideicommiſſariam. §. fin. & d. l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebell. & d. l ſi Titius. de legat.* 3. vbi appellatione hæreditatis non continentur legata & fideicommiſſa, ſed tantùm portio hæreditaria prælegatorum, & ita etiam declarat Zanch. *in d. parte* 5. *numer.* 160. & Mantic. *in d. tit.* 7. *numer.* 10. & Menoch. *in d. præſumpt.* 194. *numer.* 44. & alij ab eiſdem allegati, & ratio Ruini in contrarium adducta *in conſil.* 65. *col.* 5. *volum.* 2. quòd tunc vna res cenſeretur diuerſo iure, contra *l. eum qui ædes.* † *ff. de vſucap.* non pro- 50.
cedit quando eſt diuerſa ratio, vt plenè ſcribit Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 18. *numer.* 13. & quòd in hoc caſu adſit diuerſa ratio, probat Picus *in repetitione d. l. in quartam, numer...* quia portio à ſeipſo ſemper remanſit hæreditaria, ſed portio à

cohærede habita ſemper fuit legatum, ideo nunquam fuerunt coniuncta in facto eſſe ad faciendum vnum compoſitum, quod diuerſo iure cenſeri non poſſit, prout procedit *d. l. eum qui ædes.* Nec poteſt
51. dari vnum prælegatum † quod totum capiatur à cohærede, vt ſcripſit Peregrin. *in d. artic. 7. numer.* 59. quia tunc non eſſet prælegatum, ſed eſſet legatum de re cohæredis, & ita propriè loquuntur Zanchus, & Ripa à Peregrino allegati. Zanchus *in d. parte 5. numer.* 164. quando prælegatum non eſſet de bonis hæreditariis, ſed de bonis cohæredis, iuxta *l. vnum ex familia. §. ſi rem. de legat. 2.* hoc eſt legatum, de re alterius, quia nihil capitur iure hæreditario. Ripa *in d. l. in fideicommiſſariam. §. ſi legatum, numer. 5. ff. ad Trebellian.* dicit, ex quo infertur, quòd ſi fuiſſet prælegata cohæredi grauato res alterius cohæredis, non caderet in fideicommiſſum hæreditatis pro aliqua parte, allegat Corn. & alios; non ergo eſt iuſta allegatio Peregrini, & in eius ſcriptis oportet aperire oculos, & benè conſiderare.

Quimò infertur, non eſſe veram opinionem eo-
52. rum, qui firmarunt prælegatum dotis † factum filiæ inſtitutæ, & grauatæ de reſtituendo, non venire in reſtitutionem fideicommiſſi, quam firmarunt Menoch. *in præſumpt. 194. n. 9. lib. 4.* & Zanch. *in d. §. cùm ita. part. 5. n. 45.* allegantes Bartol. & Bald. & plurimos alios, atque addentes rationem, quia dos ſuccedit loco legitimæ. *l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam.* ſuper qua nullum poteſt onus imponi. *l. quoniam in prioribus. C de inoffic. teſtam.* & propterea prælegatum dotis non venire in reſtitutionem, per text. *l. à filia, & l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebelleian.* Hæc doctrina
53. ſtare non poteſt. Primò, quia *d. l. à filia* †, non loquitur de prælegato dotis, ſed de dote data in vita, vel promiſſa, & expreſsè decidit in reſtitutionem
54. non venire. Item *d. l. Lucius. § maritus* †, loquitur de prælegato dotis, id eſt, de commodo repræſentationis, nam maritus illius debitor erat, & poſt mortem illius hæredes non poterant conueniri, niſi poſt annum. *l. vnic. §. exactio. C. de dot. promiſſ.* maritus autem prælegauit dotem, id eſt, commodum repræſentationis illius anni, vt ſtatim exigi poſſet, & deciditur quòd illud prælegatum non venit in reſtitutionem. Ratio dubitandi erat, quia prælegata pro portione hæreditaria reſtituenda ſunt. Ratio deciſionis eſt, quia de commodo repræſentationis, licèt poſſit detrahi falcidia, tamen lex præſumit voluntatem teſtatoris abeſſe, niſi expreſsè doceatur, quòd etiam illud commodum repræſentationis eſſet reſtituendum, quod erat per imputationem, habito reſpectu ad tẽpus, prout in falcidia. Itaque leges non probant hãc concluſionem, neque Doctores allegati probant, nã Bartol. *in d. l. à filia*, loquitur quando filia eſt inſtituta, & grauata, tunc non debet reſtituere dotes. Idem dicit Bald. *in l. cum virum, n. 10. C. de fideicommiſſ.* & cæteri Doctores allegati per Menoch. & Zanch. omnes allegat Bart. & Bald. *in dictis locis*, & non poteſt plus virtutis eſſe in deriuatiua, quàm in primiti-
55. ua. Præterea etiam prælegatum † dotis pro portione hæreditaria poteſt venire in reſtitutionem fideicommiſſi, & licèt ſuper dote, relatiuè ad fideicommiſſum non poſſit onus imponi, tamen in eo, quod excedit legitimam, onus, & grauamen tenet. *l. fin. §. filia,* & *ibi* Doctor, *de legat. 2.* Roman. *in conſil 134. n. 3.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Fideicommiſſum, cap. pater dotem,* & ſi dos ex ſtipulatione patris poteſt reuerti ad eius hæredes, tunc ſuper ea onus, & grauamen imponi poteſt, in eo quòd excedit legitimam, vt probat Mantica *in d. lib. 7. tit. 8. numer. 32.* & idem Menoch. *in d. præſumpt. 194. numer. 13.* Cùm igitur dos poſſit grauari vltra legitimam; ergo prælegatum dotis pro portione hæreditaria vltra legitimam eſt reſtituenda.

Sextus caſus eſt, bona diuiſa † à patre inter filios 56.
venium in reſtitutionem fideicommiſſi, quoniam, vt ſcripſi *in voto 247.* inter deciſiones Piſanas, illa diuiſio eſt actus vltimæ voluntatis. *l. ſi filia. §. ſi pater. ff. famil. hercisc.* Alexand. *in conſil. 161. num. 3. in fin. vol. 2.* qui dicit de hoc eſſe caſum *in l. quid ergo. de legat. 1.* Dec. *in conſil. 254. col. 2. verſ. & vlterius iſta concluſio*, vbi eandem concluſionem probat per *d. l. quid ergo.* Patiſ. *in conſil. 34. numer. 13. volum. 2.* Oldrad. *in conſil. 231. colum. 1. verſ. & circa hoc videtur dicendum.* Corn. *in conſil. 228. numer. 5. & ſeq. volum. 4. & conſil. 275. numer. 8. & ſeq. eod. volum.* Iaſ. *in conſ. 104. numer. 2. verſ. quarto pro confirmatione. volum. 4.* vbi diffusè hoc probat. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 2. numer. 6. & 9. fol. 204.* Ex quibus relatis apparet, eſſe communem
concluſionem, quòd dicta diuiſio † ſit actus vl- 57.
timæ voluntatis, ideo non perdidit pater illorum bonorum dominium. Item dicta vltima voluntas potuit ad libitum reuocari. Item quia dicta bona ſunt conferenda, quemadmodum conferuntur aliæ res hæreditariæ. Bartol. *in l. ſi donatione, in fine. C. collationib.* & *ibi* Iaſ. *col. 1. in princip. verſ. propter has difficultates.* Bald. *in auth. quod ſine. C. de teſtament.* Cephal. *in conſil. 495. numer. 10. volum. 4.* & alij ad hoc allegati per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 82. numer. 1.* Quamobrem cùm huiuſmodi bona ſuccedant loco hæreditariæ portio-
nis †, Bartol. & cæteri *in l. filio pater. de legat. 1.* Peregrin. *artic. 6. numer. 43. & artic. 7. numer. 61. & 68.* idcirco veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. 58.

Declaratur iſta concluſio, vt non procedat, quan-
do dicta diuiſio † tranſiret in naturam donatio- 59.
nis, & transferretur dominium bonorum eiſdem filiis, tunc enim non poſſunt venire in reſtitutionem fideicommiſſi, quia non peruenerunt ad filios iure hæreditario, priùs enim domini bonorum facti erant. Socin. iun. *in conſil. 72. num. 67. vol. 1.* Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 196. num. 12.* Item dicitur tranſire in naturam donationis, quando pater diuidens tranſtulit dominium. Hoſtienſ. *in ſumma titulo de donat. cauſa mort. numer. 7. verſ. quis ſit effectus.*
Item dicitur tranſtuliſſe † dominium, quando ap- 60.
poſuit clauſulam *ad habendum*, &c. Bald. *in conſil. 372. numer. 3. verſ. videamus, volum. 2.* & de hoc ſcripſi *in tractatu de clauſulis part. 1. in clauſula, ad habendum*, &c. Item ſi vſus fuit verbis *dedit, & conceſſit.* Menoch. *in lib. 3. præſumpt. 30. numer. 39. & ſeq.* Item
ſi fecit actum de præſenti conſignando † eiſdem 61.
fructus bonorum diuiſorum pro victu, & alimentis, quo caſu dicitur donatio, & actus inter viuos, & multò magis ſi promiſerit eam diuiſionem, & aſſignationem non reuocare ex cauſa ingratitudinis, vt fuit iudicatum in Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 3. titulo Donatio. cap. diſpoſitio.* Item
ſi fuerit † ſubſecuta traditio, & reſeruatum ius 62.
teſtandi, atque iuramentum appoſitum fuerit, tunc enim tranſit in naturam alienationis, quæ etiam inter patrem & filium valida eſt. Iaſ. *in l. frater à fratre. numer. 40. ff. de condict. indebiti*, & alij relati per Gratian. *in d. cap. 82. numer. 7.* Quando igitur filij acquiſiuerunt dominium per d. diuiſionem, atque rerum aſſignatarum domini facti ſunt, tunc non veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.

commiſſi. *l. ſequens quæſtio. de legat.* 2. Peregrin. *d. artic. 6. in princip.*

Secundò declaratur, nam ſi pater diuidens, illa
63. bona aſſignauit filiis tãtùm ad vſumfructum,† ſalua proprietate pro ipſo patre donec vixerit, tunc enim dominium tranſtuliſſe non dicitur, & ſtandum eſt regulæ eorum quæ iure hæreditario capiuntur. quã concluſionem ego probaui *in voto* 247. *num.*4. etiãſi pater in diuiſione, & aſſignatione promiſiſſet de non alienandis dictis bonis diuiſis, neque inter viuos, neque in vltima voluntate, quoniam ſi diuiſio & aſſignatio facta eſt ad vſumfructum tãtùm, ſalua
64. proprietate pro patre, illud pactũ † de non alienãdo rem propriam eſt nullius momenti. *l. nemo paciſcendo, & l. pen. ff. de pact.* & *ibi* Paul. de Caſtr. declarat, quòd cùm per vnum actum ſibi reſeruauerit dominium, non poteſt poſtea à ſe abdicare potentiam diſponẽdi, vt probat Riminald. ſen. *in conſil.* 318. *numer.* 25. *& ſeq. vol.* 2. & alij ad hoc allegati per Rotam *in deciſ.* 262. *numer.* 1. *parte* 1. *Nouiſſim.* Item quia pactum de non alienando rem propriam non impedit dominij
65. tranſlationem.† Bald. *in l. dolus, §. final. ff. de iureiur. & in cap. veniens, num.*4. *de iureiur.* Aretin. *in l. ſi ita quis. §. ea lege, numer.* 10. *verſ. ex his infertur. ff. de verb. obligat.* Natta *in conſil.* 416. *numer.* 9. Purpurat. *in conſil.* 478. *numer.* 28. *volum* 2. & ita fuit iudicatum, vt *Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *tit. Alienatio, cap. Alienationis.* Item hanc eſſe receptiſſimam ſententiam probat Petra *de fideicõmiſſ. quæſt.* 4 *per totam.* Item pactum de non alienando, vel de non reuocando, quando non poteſt ſtare cum donatione inter viuos, tunc
66. facit præſumi † eſſe donationem cauſa mortis, per illam regulam, quia nemo præſumitur feciſſe actũ, per quem impugnari poſſit eius diſpoſitio, vulgata *l. quoties,* & ſic hoc pactum ſequetur naturam donationis cauſa mortis, & poterit reuocari, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 75. *in* 2. *dub. vol.* 2. Itaque diuiſio donationis naturam tunc habere non poteſt. Item in dubio interpretatio facienda eſt, vt bona diuiſa po-
67. tiùs præſumantur data † eſſe in peculium. Menoch. *in d. præſumpt.* 30. *numer.* 26. *lib.* 4. qui cæteros refert.

Septimus caſus eſt, fructus omnes veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, qui augent hæredita-
68. tem, † vt ſunt fructus pendentes tempore mortis, quia ſunt pars rei, *l. fructus pendentes. ff. de rei vendic.* & probat Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 37. & iſti fructus augent hæreditatem. *l. in falcidia placuit. ff. ad leg. falcid.* Ideo iſti fructus cum tota ipſa re, reſtituendi ſunt, gloſſ. *in l. in fideicommiſſi. in ver. non lucrum ff. de vſuris,* id eſt, reſtituitur ipſa res fructibus plena.

Et hæc opinio eſt vera tam in fideicommiſſo
69. puro, quàm conditionali, nam Peregrin. † qui tenuit contrariam partem in fideicõmiſſo conditionali, *in artic.* 49. *numer.* 16. *verſ. fortè diſtingui poſſet,* illam non probat, nam Bald. Alex. & Iaſ. ab eo allegati ſuper *l. ſi quis bonorum. de legat.* 1. loquuntur de legatario partis bonorum ſecundùm terminos illius legis, atque diſtinguunt de fructibus ſeminatis ab hærede, vel à teſtatore, ita vt hæres ſuos faciat; à teſtatore verò ſeminatos non faciat, ſed hæreditatem augeant. Ratio deciſionis in legatario
70. partis bonorum eſt, † quia illius legati dominium non transfertur, niſi petatur, & aſſignetur, vt *ibi* declarant omnes, præſertim Alexand. *in fine,* ideo ante petitionem, & aſſignationem, hæres & dominus, ſi ſeminauit, colligere debet, nec ſunt pro rata portionis legatæ aſſignandi: ſed ſi à teſtatore ſeminati fuerint, omnes firmant totius rei partes eſſe. Quamobrem materia illius legis non probat mentem Peregrini, ſed potiùs probat contrarium: ſed nos loquimur in fideicommiſſario ſub conditione, qui, ſtatim ac teſtator mortuus eſt, petit ab hærede, † vt conficiat inuentarium. *l.* 71.
cùm tale. §. Titius, & *ibi* notant omnes. *ff. de condit. & demonſtrat.* Gabriel *in conſil.* 99. *vol.* 2. & quia fructus pendentes tempore mortis, rei pars ſunt. *d. l. fructus pendentes,* atque hæreditatem augent; ideo æſtimati in inuentario ponendi ſunt, vt poſtea conditione purificata reſtituantur, & quòd dicti fructus pendentes † dicantur patrimonium defun- 72.
cti, atque augeant hæreditatem, ſiue ante, ſiue poſt aditionem hæreditatis acceſſerint. *l.* 2. *§. fructibus. C. de petit. hæredit. l. item veniunt. §. fructus. ff. eod. tit.* Alexand. *in l. centurio, numer.* 39. *& ſequent. de vulgari, & pupill. & in conſil.* 49. *numer.* 8. *volum.* 3. & ita iudicatum, *Digeſt. Nouiſſim. tom.* 4. *tit. Fructus. cap. hæres conditionali, in fine, & cap. ſi fructus, in princip.*

Quòd autem fructus † in hæreditate inuenti 73.
tempore mortis teſtatoris ſint fideicommiſſario reſtituendi, generaliter loquendo, probant Alexand. *in d. l. centurio, num.* 40. *in fine.* Angel. *ibi num.* 2. vbi quòd non debet cenſeri vt fructus, ſed vt reliquum patrimonium, Immol. *numer.* 6. *verſ. fateor tamen.* Paul. de Caſtr. *num.* 6, qui dicit, quòd ſi ſunt conſumpti, debet reſtitui pretium. Aretin. *colum.* 2. *verſ. vnde ego non intelligo.* vbi quòd huiuſmodi fructus ſunt pars hæreditatis, & coniuncti cum patrimonio ipſius defuncti, Iaſ. *n.* 16. Ripa *n.* 11. *&* 36. & hanc tenuit Accurſ. *in l. quod his verbis, in gloſſ.* 1. *de legat.* 3. & Alexand. *in conſil.* 155. *numer.* 3. *volum.* 7. vbi quòd omnes concordant cum hac ſententia, & multis congeſtis eam probat Gabriel *in conſil.* 121. *numer.* 58. *volum.* 1. & pro hac opinione eſt text. *l. ita tamen. §.* 1. *ff. ad Trebellian.* vbi generaliter dicitur, quòd fructus percepti ante aditam † hæredi- 74.
tatem veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. *d. l. veniunt. §. item ſolum. ff. de petit. hæredit.* vbi fructus percepti per teſtatorem augent hæreditatem, & dicuntur res hæreditariæ, *l. ſi marito, in fine. ff. ſolut. matrim.* Addunt rationem, quia iſti fructus imputantur in legitimam, quia ſunt de patris ſubſtantia, Bald. *in l. ſcimus, in princip. C. de inoffic. teſtam.* Salyc. *in l. iubemus. C. ad Trebell.* Alexand. *in d. l centurio, numero* 41. & pro hoc eſt text. *d. l. ſcimus. §. repletionem,* vbi quòd legitima debetur de ſubſtantia paterna, ſed fructus percepti ab ipſo patre dicuntur de eius ſubſtantia. Idem quando cum fructibus maturis ipſe teſtator deceſſiſſet, vt dicit Alciat. *in d. l. centurio, numer.* 46. quia fructus maturi, habentur pro collectis. *l. diuortio. §. interdum,* & *ibi* Bartol. *ff. ſolut. matrimon.* & cùm ſint in dominio teſtatoris, vtique de eius ſubſtantia dicendi ſunt.

Nec eſt recipienda opinio Bartoli † *in d. l. cen-* 75.
turio, num. 8. vbi quòd fructus inuenti in hæreditate, non debent reſtitui ſubſtituto per fideicommiſſum, ſed ſolùm debent reſtitui ſubſtituto militari, qui iure directo ſuccedit. Nam illa ratio, quòd fructus † non durant vltra triennium, ſecundùm 76.
gloſſam communiter approbatam *in l.* 1. *C. ſi aduerſus vſucapionem,* non probat, quoniam ſi non extarent, ſubrogaretur pecunia loco illorum. *l. ſi rem, & pretium. ff. de petit. hæredit.* ideo æſtimatio illorum † 77.
computabitur in legitimam, & Trebellianicam, & quatenus excedunt, debent reſtitui. Galiaula *in d. l. cẽturio, num.* 54. Item *l. iubemus.* † *C. ad Trebell.* etiam 78.
allegata per Bartol. loquitur in liberis primi gradus, ideo

ideo non habet locum in nepotibus ex filio, & aliis
perſonis, & ita fuit deciſum, Digeſt. Nouiſſim. tom.
4. titulo Fructus. cap. ſine filiis. & eſt ſpeciale etiam
in patre prohibente, vt ibid. dicitur; ergo in aliis lo-
cum non habet. Ripa in l. in fideicommiſſariam, num.
79. 25. ff. ad Trebell. Neque leges allegatæ per Cephal. †
in d. l. centurio, num. 313. probant opinionem Barto-
li, quia d. l. in fideicommiſſariam, & l. baliſta. ff. ad
Trebell. & l. nec intereſt. ff. de fideicommiſſ. hæredit. pe-
tit. non loquuntur de fructibus repertis in hæredi-
tate tempore mortis, de quibus nos agimus, ſed de
fructibus medio tempore perceptis, qui non reſti-
tuuntur, quoniam grauatus, pendente conditione
eſt dominus. l. domos, & ibi Doct. de legat. 1. & fru-
ctus pertinent ad dominum, l. fructus. ff. de rei vendic.
l. 1. & 2. C. de pignorat. act. c. 1. & cap. 2. & cap.
conqueſtus. de vſuris. ergo opinio Bartoli non po-
teſt ſuſtineri, tantò magis, quia ibid. Angel. num. 2.
tenet, quòd litera Bartoli in illo loco eſt corrupta,
quia non hoc ſcripſerat.
80. Et ex his cõcludo, quòd fructus † reperti in hæ-
reditate tẽpore mortis, ſunt reſtituendi fideicom-
miſſario vniuerſali, & hanc concluſionem etiam
probarunt Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 10. num. 5.
Menoch. de arbitrar. caſu 258. num. 7. Peregr. de fi-
deicommiſſ. art. 49. num. 2. Simon de Pret. de inter-
pret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 1. num. 2. fol. 247. Craſſ.
in §. fideicommiſſum. quæſt. 49. num. 3.
Declaratur iſte caſus, nam fructus inuenti in
hæreditate tempore mortis hæredis ſunt reſtituen-
81. di ſubſtituto † militari, per l. centurio. ff. de vulgari,
& pupill. qui textus intelligendus eſt de fructibus
inuentis in hæreditate tempore mortis filij, prout
eſt communis intellectus, de quo atteſtatur Ripa ibi
num. 38. quem tenuerunt Dyn. Bartol. Immol. Aret.
& Socin. & reliqui repetentes. Item Bald. Angel. Sa-
lyc. & Cutt. in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit. Sed iſte
82. intellectus † communiter reprobatur, vt atteſtatur
Bolognett. in d. l. centurio, num. 74. quia tales fructus
nati viuente pupillo, effecti ſunt proprij, ideo tranſ-
mittit ad hæredes ſuos, ſicut hæres grauatus reti-
net omnes fructus vſque ad diem fideicommiſſi ce-
dentis. d. l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebell. Menoch.
de arbitrar. caſu 256. num. 8. Peregrin. de fideicommiſſ.
artic. 6. num. 39. & artic. 49. num. 20. Mantic. lib. 7.
titulo 10. num. 7. Simon de Pret. de interpret. vltim.
volunt. lib. 3. ſolut. 1. num. 6. fol. 347. Ioan. Copus
in tractatu de fructib. titulo 2. cap. 1. num. 4. & alij
conſulentes ab eiſdem allegati. Quamobrem ſicut
d. pupillus militaris tranſmittit alia bona ſua ad
ſuccedentes ſibi ab inteſtato, ita & iſtos fructus,
qui ſunt ſui proprij. Ioan. de Immol. intelligit d. l.
centurio, de fructibus inuentis in hæreditate inſtitu-
ti, id eſt, qui erant nati antequam moreretur inſti-
tutus, ſed non erant conſumpti, & ita verificantur
verba d. legis, in hæreditate inuenti, & hunc intel-
lectum tenet Bart. in l. in teſtamento, in fin. C. de milit.
teſtam. & ſequuntur Socin. iun. & omnes repeten-
tes ibid. & Bald. Salyc. & cæteri in d. l. precibus, &
probatur, quia d. l. centurio, dicit, patris dumtaxat
bona capiet, cum fructibus repertis in hæredita-
te: ſed fructus hæreditatis teſtatoris, dicuntur bo-
na teſtatoris; ergo verba cum fructibus intelligen-
da ſunt de hæreditate inſtituti. Sed iſte intellectus
eſt reſtringendus, vt non procedat in omnibus fru-
ctibus, qui reperiuntur tempore mortis, ſed de illis
dumtaxat, qui non erant facti de patrimonio ipſius
83. pupilli, nam cùm regula ſit, fructus † maturi habẽ-
tur pro collectis, l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. matrim.
ideo ſi reperti fuerint fructus maturi in hæreditate
pupilli, videbantur ſpectare ad eius hæredem, ſicut
alia bona pertinent de iure communi, tamen quia
priuilegium militis eſt, vt hæredes inſtituere poſſit
ad certum tempus. l. miles ita. & l. quærebatur. ff. de
milit. teſtam. ſtatim quòd hæres inſtitutus mortuus
eſt, illa bona effecta ſunt vacantia, & appellatur hæ-
reditas iacens, ſicut erat poſt mortem teſtatoris, &
ante aditam hæreditatem, & ideo iſti fructus, qui
non erant recollecti, augent hæreditatem teſtato-
ris, & ſpectant ad ſubſtitutum. Quamobrem tex-
tus † eſt intelligendus cum fructibus repertis in hæ- 84.
reditate, id eſt, cum fructibus natis, vel qui recol-
ligi potuerunt à die mortis inſtituti vſque ad diem,
qua ipſe capiet hæreditatem, & ita vtraque opinio
eſt ſuſtẽtabilis, ſcilicet, quòd loquatur de fructibus
hæreditatis teſtatoris, vel de fructibus hæreditatis
inſtituti, nam vna eſt hæreditas delata inſtituto,
per totum tempus vitæ ſuæ, quæ poſt eius mortem
deſinit eſſe hæreditas ſua ex militis priuilegio, &
defertur ad ſubſtitutum.
Secundò declaratur, nam quando fructus ſunt
percepti, † poſt cedentem diem fideicommiſſi, ve- 85.
rificata conditione, & grauatus fuerit in mora re-
ſtituendi, tunc dicti fructus reſtituendi ſunt, Ripa
in d. l. centurio, num. 30. Doct. in d. l. in fideicommiſſa-
ria, vbi Ripa num. 5. & alij ad hoc allegati per Me-
noch. in d. caſu 256. num. 25. & ſeq. vbi atteſtatur de
communi, & Peregr. de fideicommiſſ. art. 49. num. 79.
Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 49. num. 4. qui pa-
riter dicit communem, ſed ceſſante mora hæredis,
quia fideicommiſſarius † non petiit ſibi fieri reſti- 86.
tutionem, tunc hæres grauatus adhuc remanet do-
minus, & fructus perceptos non tenetur reſtituere.
l. mulier. §. ſi hæres. l. poſtulante. §. 1. & d. l. in fideicõmiſ-
ſariam. ff. ad Trebell. Sed hæc opinio non procedit,
quando fideicõmiſſarius ignorauit fideicõmiſſum, 87.
vt quia erat antiquum, tunc enim data ignorantia,
perinde eſt, ac ſi hæres interpellatus fuiſſet, Caſtrẽſ.
in d. §. ſi hæres, & ibi cõmmuniter omnes, & alij plu-
res ad hoc allegati per Surd. in deciſ. 25. num. 11. &
ſeq. Idem ſi fideicommiſſarius non petiiſſet, propter
abſentiam, vt probat Menoch. in d. caſu 256. n. 26.
Idem ſi fideicommiſſarius † eſſet priuilegiatus, puta 88.
pupillus, vel furioſus, vt probat Surd. in d. deciſ. 25.
num. 13. Mantic. lib. 7. tit. 10. num 8. & 27. Peregrin.
in d. art. 49. num. 87. Idem in omnibus caſibus, † in 89.
quibus reſtitutio fit ipſo iure, tunc enim etiam ceſ-
ſante mora hæredis, fructus poſt cedentem fidei-
commiſſi diem reſtituendi ſunt, Menoch. d. caſu
256. num. 26. Craſſ. in d. quæſt. 49. num. 5. Surd. in d.
deciſ. 25. num. 19. & hoc intelligas cum declaratio-
ne Ripæ in d. l. in fideicommiſſariam, num. 14. ff. ad
Trebellian. Item in omnibus † caſibus, in quibus 90.
fructus recipiunt diuiſionem pro rata temporis, de
quibus in Digeſt. Nouiſſim. tom. 4. tit. Fructus. cap. cùm
fructus, & cap. ſeq. ſemper inter fideicommiſſarium,
& grauatum ſunt diuidendi, quando fructus tem-
pore purificati fideicommiſſi pendent; vt poſt alios
Peregrin. in d. art. 49. num 102.
Tertiò declaratur, nam in caſibus, in quibus fru-
ctus debentur, etiamſi fideicommiſſarius ſit in mora
petendi fideicommiſſum, ſi hæres illos fructus diſſi-
pauerit, † tenetur illorum æſtimationem ſoluere, 91.
Ripa in d. l. centurio, poſt n. 40. verſ. nota tamen Nam re-
gulare eſt, vt hæres teneatur de omni culpa, † etiam 92.
leuiſſima, quando vtitur rebus hæreditariis alteri
reſtituendis, & conſideratur culpa quando ipſe non
diſtraxit fructus, vel alias res hæreditarias, quæ ſer-
uando ſeruari non poſſunt. Ripa in d. l. centurio, num.
40. Socin. iun. num. 169. verſ. vel ſecundo, Galiaul.
num.

*n.*216. & latiùs probat Ludouic. Morot. *in conſil.* 31.
*num.*24. *& plur. ſeq.*
Quartò declaratur, nam in caſibus, in quibus hæ-
res lucratur dictos fructus, ſi ex illis ſoluerit æs alie-
93. num † teſtatoris, poteſt in reſtitutione fideicom-
miſſi retinere tot bona illius, ad *l. deducta. §. qui poſt.*
ff. ad Trebelleian. Ruin. *in conſil.* 135. *num.* 10. *vol.* 3. Sed
hoc intelligitur, quando illud æs alienum erat ve-
rum debitum teſtatoris ex promiſſione ſua præce-
94. denti, ſecus ſi fuiſſet quaſi debitum, † vti eſt dos
promiſſa ab hærede poſt mortem illius, quoniam ad
illam pater, non præcedente expreſſa ſua obligatio-
ne, cogi nō poterat iure actionis, ſed ſolo iudicis of-
ficio. *l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar.* quando etiam eſt
verum debitum, tunc ſolutum non compenſatur ex
95. fructibus. † *l. à filio. ff. ad Trebellian.* Bartol. *in d. §.*
cùm proponeretur, qui reſpondet ad *l. ſi debitor. ff. ad*
legem falcid. Alex. *num.* 13. *& ſeq.* Menoch. *in conſil.*
183. *n.* 50. *vol.* 2. & ita fuit iudicatum, vt *in D. N.*
tom. 5. *tit. Hæreditas. cap. æs alienum*, & nouiſſimè Ma-
reſcot. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 25. vbi quòd quando
eſt quaſi debitum, compenſatur in fructibus, &
procedit text. *d. §. cùm proponeretur.* Addo caſum,
quòd pater, qui promiſit dotem filiæ ſuæ, & non
ſoluit, & ita eius filius hæres iure actionis cogi po-
96. terat ad illam ſoluendam, † grauare non poteſt fi-
lium, vt de fructibus ſuæ legitimæ illam ſoluat,
quoniam faceret fraudem legi prohibenti ſuper le-
gitima poſſe onus imponi. *l. quoniam in prioribus. C. de*
inoffic. teſtam. quoniam grauamen in fructibus habet
97. reſpectum ad grauamen † in legitima, quia tenden-
tia ad finem ſapiunt naturam finis. *l. oratio. ff. de*
ſponſalib. l. ſi ad reſoluendam. C. de prædiis minorum. cap.
conſtitutus. de conceſſ. præbend. & quod vna via fieri
non poteſt, non eſt per aliam viam permittendum.
cap. cùm quid vna via. de regul. iur. lib. 6. Item actus
in fraudem legis non valet, Ruin. *in conſil.* 125. *n.* 2.
volum. 1.
Octauus caſus, omnia acquiſita hæreditati ex
ipſis rebus hæreditariis in hæreditate relictis, ve-
niunt in fideicommiſſi reſtitutionem, vt ſunt res ab
98. hęrede permutatæ. † *l. Imperator, & leg. ſeq. de legat.* 2.
& *ibi* Bartol. & cæteri, atque alij ad hoc allegati per
Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 44. *num.* 30. Mantic. *de*
coniectur. lib. 7. *tit.* 8. *num.* 23. Simon de Pret. *de inter-*
pret. vltim. volunt. lib. 3. *ſolut.* 2. *num.* 4. *fol.* 345. & ita
pluries iudicatum, vt *in D. N. tom.* 5. *titulo Fideicom-*
miſſum. cap. in vniuerſalibus. Item ſi bona hæredita-
ria pignorata redempta ſint ab hærede de pecu-
99. niis † hæreditariis, veniunt in reſtitutionem fidei-
commiſſi. *l. Lucius. §. Titio ex aſſe. ff. ad Trebellian.* &
alij per Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 21. & per
Simon. de Pret. *in loco præcitato, num.* 10. *fol.* 346. Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. artic.* 10. *num.* 2. Nam pactum
redimendi erat in hæreditate teſtatoris, & omnia
bona ex pacto defuncti redempta veniunt in reſti-
tutione fideicommiſſi, quia cùm recuperata ſunt,
100. dicuntur † eſſe penes hæredem ex cauſa prima.
Bartol. *in l. in diem. ff. de aqua pluuia arcend.* Item quòd
hæc concluſio procedat, etiam ſi elapſum fuerit
tempus redimēdi, fuit deciſum in Rota, vt *in D. N.*
tom. 5. *titulo Fideicommiſſum. cap. omnia*, eſt *deciſio* 180.
parte 1. in vltimò impreſſis, vbi plurimi Doctores
allegantur, ad probandum concluſionem eſſe ve-
ram, etiam ſi ex propriis pecuniis hæredis redempta
fuerint. Contrarium eſt dicendum, vbi res fuit alie-
nata per hæredem ex cauſa neceſſaria, & poſtea ab
eodem hærede ex propriis pecuniis reacquiſita fue-
rit, quia tunc alienatio fuit valida in perpetuum,
vt ſcripſi *in articul. præcedenti*, neque poteſt dici re-
dempta, etiam ſi ex propriis pecuniis ipſius hære-
dis, quia ius redimendi fuit ex pacto præcedenti,
nec ex aliquo iure, & ex propriis pecuniis acqui-
ritur, nec eſt reſtitutioni obnoxia. Menoch. *in lib.* 4.
præſumpt. 197. *in fin.* Mantic. *lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 19.
Peregrin. *articul.* 6. *numer.* 39. qui alios referunt.
Item ad hunc caſum pertinent omnes actiones, &
iura † acquiſita per hæredem, dummodo ex cauſa 101.
hæreditaria acquiſita fuerint, ſi quidem fideiuſſio-
nes datæ hæredi, vel pignora cedunt ad benefi-
cium fideicommiſſarij. *l. ſi hæres pecuniam, & l. cùm*
hæreditas. ff. ad Trebell. vbi Paul. de Caſtr. declarat,
Peregrin. *articul.* 10. *num.* 13. Item ſi hæres aliquid
per præſcriptionem acquiſiuit, etiam fideicom-
miſſario reſtituendum eſt, Peregrin. *ibid. num.* 11.
& ſeq. Neguſant. *de pignor. part.* 2. *principali, numer.*
54. Et quòd in fideicommiſſi reſtitutionem ve-
niant ea quæ hæredi accreuerant, fuit deciſum,
Dig. Nouiſſ. tom. 5. *titulo Fideicommiſſum. cap. ſupple-*
mentum.
Nonus caſus eſt, feudum hæreditarium, † & 102.
emphyteuſis hæreditaria veniunt in reſtitutionem
fideicommiſſi, vt probat Menoch. *in lib.* 4. *præ-*
ſumpt. 197. *numer.* 5. *& plur. ſeq.* allegat Bald. *in l.*
cùm virum, num. 21. *C. de fideicommiſſ.* Iaſ. *in præludiis*
feud. num. 49. Alexand. *in l. ſi patroni. num.* 15. *ff. ad*
Trebellian. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §.* 1.
gloſſ. 7. *numer.* 27. qui etiam alios refert.
Sed ego arbitror conſtituendam † eſſe regulam 103.
negatiuam, videlicet, quòd feudum etiam hæredi-
tarium non veniat in reſtitutionem fideicommiſſi,
prout eſt caſus *in cap.* 1. *in princip. de ſucceſſ. feudi.*
in verſ. nulla diſpoſitione defuncti in feudo valente.
cap. 1. *§. donare. qualiter olim feud. alien. pot.* Martin.
Lauden. *in cap.* 1. *in princip. col.* 1. *de his qui feud.*
dar. poſſ. Bald. *in d. cap.* 1. *in princip. de ſucceſſ. feudi.*
vbi ait, quòd vaſallus † per ſuam vltimam volun- 104.
tatem non poteſt mutare ordinem ſucceſſorium,
quia in feudis vltima voluntas vaſalli non valet:
nec poteſt valere quod nullum eſt. Idem Bald.
in d. §. donare, numer. 3. *circa finem, verſ. nam nulla,*
vbi quòd nulla ordinatio teſtamēti valet in feudis,
niſi domino conſentiente. Hoſt. *in cap. final. col.* 2.
verſ. ſed noſtra. de reb. Eccleſ. non alien. Petr. Mozzius
in tract. de feudis, rubrica de diuiſione feudi, num. 69.
verſ. & primus effectus. Clar. *in §. feudum. quæſt.* 40. vbi
atteſtatur hanc eſſe communem regulam, & eam
declarant Ruin. *in conſil.* 7. *num.* 1. *vol.* 2. Loffred.
in conſil. 40. *num.* 47. Burſat. *in conſil.* 131. *num.* 42.
vol. 2. vbi quòd feuda non traduntur ex teſtamen- 105.
to, ſed ab inteſtato, ſecundùm communem opi-
nionem, Pancirol. *conſil.* 41. *numer.* 20. Pariſ. *in*
conſil. 23. *num.* 39. *vol.* 1. Bero. *in conſil.* 68. *num.* 29.
vol. 1. Roland. *in conſil.* 1. *num.* 3. *vol.* 4. Franciſc. de
Amic. *in titulo de his qui feud. dar. poſſ. §. hoc ergo ca-*
put. fol. 129. vbi quòd cùm ſint cōtraria cauſa teſtati,
& cauſa inteſtati, idcirco remedium *legis final. C. de*
edicto diui Adr. tol. non habet locum in feudis,
quando extraneus eſt inſtitutus in feudo hæredita-
rio, quoniam is qui fuit in inueſtitura compre-
henſus, ab inteſtato ſuccedit. Item quia feuda † 106.
non ſunt in commercio noſtro, §. *commercium*, & *ibi*
Andr. *de prohibit. feud. alien. per Lothar.* vbi quòd
aliàs daretur occaſio fraudandi dominum, qui in
initio ſuæ conceſſionis cogitauit de certo genere
perſonarum, & ideo feudum non poteſt in alium
transferri ratione rei, & ratione perſonæ, quæ
debet eſſe nota domino. Hinc eſt, quòd in ceſſio-
ne † iuris hypothecæ ſuper feudalibus, quæ fit 107.
poſſidenti, non requiritur conſenſus domini. Afflict.
deciſ.

deciſ. 232. Bartholom. de Cap. *in conſtitut. regni, incip. conſtitutionem diuæ memoriæ.* Capyc. *in l. imperialem fol.* 36. Loffred. *in cap.* 1. §. *ſacramenta. verſ. & per prædicta, de prohibita feudi alienat. per Lotharium.* Capyc. *in deciſ.* 156. Camerar. *in d. l. imperialem fol.* 15. *litera O.* quia non mutatur perſona ſeruiens, vt ſi mulier recipiendo pecuniam pro paragio, & pro dotario, facit inſtrumentum liberationis, & ceſſionis iurium ſuper feudalibus, non requiritur conſenſus domini, quia ipſa non ſer-
108. uiebat, ſed feudatarius † qui poſſidet, & non mutatur perſona ſeruiens. Item feudatarius prohibetur in alium transferre ratione contractus feudalis, qui remouet omnem poteſtatem alienandi, & transferendi ex lege conuentionis, & ita plura impediunt dominium in alium transferri, & text. *l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* intelligitur de his quæ ſunt in pleno dominio teſtantium, aliàs per indirectum fraudarentur leges, & conuentiones, contra *l. nemo poteſt. de legat.* 1. Quamobrem fideicommiſſum non poteſt fieri ſuper feudo hæreditario, quia illi qui ſunt vocati tamquam hæredes, non veniunt ex diſpoſitione hominis, ſed ex lege inueſtituræ, qui debent eſſe hæredes vltimi morientis, ſed potiùs dicuntur illi ſuccedere ab inteſtato.

Præterea Bald. *in d. l. cùm virum*, & cæteri à Menoch. allegati loquuntur in limitatione regulæ,
109. videlicet quando dominus ab initio † conceſſit feudum in aliam perſonam tranſmitti, quia accedente domini voluntate, & in vita, & in morte, etiam in extraneum transferri poteſt. *l. imperialem. de prohibita feud. alienat. per Federic. cap.* 1. §. *final. de alienat. feudi*, & ſi poteſtas eſt limitata, vltra il-
110. lam exercita non tenet: vt ſi eſt data † poteſtas ſubſtituendi, non poteſt ſubſtitutionum plures gradus facere, vt probat Loffred. *in conſil.* 7. Item Bald. & præfati Doctores à Menoch. allegati loquuntur quando ab initio confeſſionis, data eſt alienandi poteſtas, in quoſcumque, quia dictum fuerit, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque. Ideo Alex. *in d. l. ſi patroni, num.* 15. *ff. ad Trebell.* dicit, quòd illa dictio *quibuſcumque* debet operari augmentum. Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1
111. *gloſſ.* 7 *num.* 21. vbi quòd per dictam † clauſulam poteſt tranſire etiam ad hæredes extraneos. Item ad legatarios, & fideicommiſſarios, qui impropriè ſunt hæredes, propter generalitatem dictæ dictionis *quibuſcumque*, quæ etiam ad caſus improprios trahitur: ſicuti cùm dicimus de quibuſcumque contractibus, intelligitur etiam de abuſiuis. Alexand. *in l. etiam, in princip. col. fin. verſ. in ea gloſſa num.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Bald. *in d. cap.* 1. §. *donare, num.* 4. *qualiter feud. alien. pot.* Iaſ. *in l. cum filiafamil. numer.* 89. *de legat.* 1. *& in l. quocumque, num.* 3. *ff. de verb. obligat. & in l.* 2. *numer.* 198. *C. de iure emphyt. & in conſil.* 9. inter conſilia Alberti Ruini *numer.* 7. Afflict. *in conſtit. regni incip. Comes, & Baro, numer.* 98. *& in deciſ.* 386. *numer.* 5. & *ibi* Addentes plurimos referunt, Curt. iun. *in tract. de feudis. parte* 3. *quæſt. pen. verſ. tamen ſecunda*, vbi dicit hanc eſſe communem concluſionem, & *ibi* Addentes dicunt, quòd propterea poteſt tranſire etiam ad Eccleſiam, Roland. *in conſil.* 96. *numer.* 35. *& ſeq. vol.* 1. Socin. iun. *in conſil.* 163. *numer.* 28. *vol.* 2. vbi hanc eſſe, ait, communem concluſionem, Thom. de Marin. *in titulo, de feudo omnino hæreditario, numer.* 5. & 8. Canetius *in Extrauaganti, volentes.* §. *ſed occurrit, numer.* 6. vbi quòd propter clauſulam *quibuſcumque*, poteſt fieri diſpoſitio etiam in incapaces, puta naturales, & baſtardos, Villalob. *in tract. commun. concluſ. in litera F. numer.* 22. vbi quòd ideo poteſt tranſire ad feminas, & teſtatur eſſe communem concluſionem. Emanuel Suarez *in tract. commun. concluſ. litera F. concluſ.* 34. vbi teſtatur eſſe communem, & ampliat, vt etiam poſſit tranſire ad deſcendentes ex feminis, Laurent. Circou. *in tract. communi. concluſ. centuria* 2. *litera F. concluſ.* 49. *numer.* 22. Clar. *in* §. *feudum. quæſt.* 9. *verſ. hoc præmiſſo*, vbi teſtatur eſſe magis communem opinionem, & in practica obſeruandam. Capyc. *in inueſtitura, in verb. Feudorum clauſula, col.* 2. *verſ. & ſuis.* Burſat. *in conſil.* 138. *num.* 27. *& ſeq. vol.* 2. Plurimos alios congerit ad hoc probandum, Intrigliol. *de feud. centur.* 1. *quæſt.* 50. *à numer.* 127. & ego etiam in tractatu de clauſulis *parte* 2. *clauſula* 45. quæ incipit, *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, vbi allegaui etiam tenentes, dictam clauſulam eſſe reſtringendam ad perſonas habiles, & poſtea cum diſtinctionibus ad concordiam reduxi, & pro noſtro propoſito probando, conſtat limitationem regulæ eſſe probatam, ita vt citra dictam clauſulam regula negatiua conſtituenda ſit in feudis.

Idem de emphyteuſi † Eccleſiæ dicendum eſt, vt 112.
in fideicommiſſi reſtitutionem nullo modo veniat. Bartol. & cæteri *in d. l. ſi patroni. ff. ad Trebell.* & alij Doctores relati per Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 9. *num.* 5. vbi plures refert atteſtantes de communi opinione, Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 2. *numer.* 6. *& ſeq. fol.* 351. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.* 281. & ita iudicatum in Senatu Mantuano, vt *D. N. tom.* 3. *titulo Emphyteuſis, cap. & ſi pater.* Niſi emphyteuſis eſſet conceſſa
pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus † quibuſ- 113.
cumque, quia tunc in reſtitutione fideicommiſſi comprehenderetur, Mantic. *in D. N. in d. tit.* 9 *n.* 6. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum quæſt.* 5. *num.* 5. & ita iudicauimus in collegio Piſano, vt *in D. N. tom.* 3. *tit. Emphyteuſis. cap. ſi conceſſio.*

ARTICVLVS XII.

An, & quando fideicommiſſum extendatur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis quod reſoluitur in caſum mortis, extenditur de perſona ad perſonas.*
2. *..idem ſi inductum eſt onus reale in rebus hæreditariis.*
3. *Maioratus natura eſt, vt tranſeat de perſona in perſonas.*
4. *Fideicommiſſum quando extendatur de filiis in nepotes.*
5. *Conditio ſi ſine filiis, quando cenſetur repetita in nepotes, contrarium num.* 7.
6. *Extenſio ſubſtitutionis permittitur, vbi in caſu contrario minus dilectus præferendus eſſet.*
8. *Subſtitutio ſi abſque filiis, euaneſcit, ſtatim filiis ſuſceptis.*
9. *.. & vbi, & quoties ita fuerit iudicatum.*
10. *Oldradi* conſilium 21. *eſſe vbilibet communiter receptum.*
11. *Extenſio fideicommiſſi ad alterum caſum, nullatenus eſt facienda, & hoc procedit de regula.*

12. *Fidei*

12. *Fideicommiſſum iniunctum, non extenditur ad nepotes.*
13. *Subſtitutio facta duobus proximioribus de parentela, vel de domo, extenditur ad alias perſonas.*
14. *Subſtitutio facta ſub nomine appellatiuo, in dubio facta eſt non fauore perſonarum, ſed agnationis.*
15. *Fideicommiſſum extenditur de perſona ad perſonam, propter rationem generalem, quæ ampliat.*
16. *Extenſio fit de perſona ad perſonas, propter rationem generalem.*
17. *..contrariam opinionem, probatur eſſe veriorem.*
18. *Prohibitio de non alienãdo inter viuos comprehendit aliquando caſum mortis.*
19. *Extenſiones de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonas, quando differat.*
20. *Extenſio ad perſonas non fit ex veriſimili mente teſtatoris.*
21. *Fideicommiſſa non ſunt extendenda ad perſonas.*
22. *..etiam ex identitate rationis.*
23. *Fideicommiſſum reciprocum inter deſcendentes non extenditur ad perſonas.*
24. *Ratio generalis reſtringitur ſecundùm naturam actus.*
25. *Agnationis conſeruandæ ratio non extenditur vltra perſonas expreſſas.*
26. *Agnationis fauore non ſunt multiplandæ ſubſtitutiones.*
27. *Verba ſemper præſumuntur relatiuè ad perſonas expreſſas tantùm dicta.*
28. *Fideicommiſſum extenditur ad perſonas, quando teſtator reliquerit rem inſignem.*
29. *..Menochij opinio in hoc caſu reprobatur.*
30. *..& Doctores à Menochio allegati non probant eius opinionem.*
31. *Fideicommiſſum facilius probatur inductum, quàm extenſum.*
32. *..in feudalibus fieri non poteſt.*
33. *..ex prohibitione alienationis facilius extenditur ad perſonas.*
34. *..factum ſub nomine collectiuo facilius extenditur.*
35. *Argumentum de tempore ad perſonas eſſe validũ.*
36. *Fideicommiſſum pro agnatis ex linea maſculina non comprehendit fœminam ex maſculis.*
37. *Peregrinus* in conſil.50.vol.3. *reprobatur.*
38. *Fideicommiſſum factum perpetuò in familia extenditur ad perſonas.*
39. *..an extendatur vltra decimum gradum.*
40. *Fideicommiſſum agnatitium non finitur per centum annos.*
41. *Fideicommiſſum non extenditur ad bona quæ teſtator erat grauatus aliis reſtituere.*
42. *Teſtator etiam de bonis hæredis diſpenſare poteſt.*
43. *Fideicommiſſum in dubio cenſetur factum de re pertinente ad hæredem.*
44. *..& hæc opinio Menochij reprobatur.*
45. *Paria ſunt in vltimis voluntatibus res non eſſe teſtatoris, & poſt eius mortem deſinere eſſe ſuas.*
46. *Teſtator in dubio cenſetur diſponere de iure, quod habet.*
47. *..& in dubio non videtur teſtatus de rebus alienis.*
48. *Inſtitutio generalis non comprehendit bona, quæ teſtator poſt mortem tenetur alteri reſtituere.*
49. *Fideicommiſſarius dicitur ſuccedere in bonis teſtatoris fideicommittentis.*
50. *Teſtator non præſumitur diſpoſuiſſe de bonis, quæ ad ipſum non pertinebant poſt eius mortem.*
51. *Inſtitutio ſciẽter facta in aliena hæreditate nõ valet. Doct. Marta ſumma ſucceſſ. leg. pars 4.*
52. *Menoch. reprobatur ex falſis allegationibus.*
53. *Extenſio eſt facienda de vniuerſa hæreditate ad rem certam aliquando.*
54. *Fideicommiſſum aliquando extenditur de tempore in tempus.*
55. *..ſed reſtrictum ad certum tempus non extenditur.*
56. *..aliquando extenditur de caſu ad caſum.*
57. *..quod facilius fit in ſubſtitutionibus directis.*
58. *Subſtitutio extenditur, non obſtantibus verbis, vbi conſtat de mente.*
59. *Extenſio cur facilius fit in directis, quàm fideicommiſſariis ſubſtitutionibus.*
60. *Fideicommiſſum ſub conditione voluntaria non extenditur de caſu ad caſum.*
61. *Conditione in voluntaria non conſideratur effectus, ſed nudum factum.*
62. *Conditio voluntaria adimpletur per æquipollens, quando illi lex repugnat.*
63. *Extenſio fideicommiſſi eſt facienda, quando conſtat mente.*
64. *Conditio quando habet reſpectum ad grauamen, extenditur ad caſum ſimilem.*
65. *Fideicommiſſum ſub conditione neceſſaria, extenditur ad alterum caſum.*
66. *Conditiones neceſſariæ quæ dicantur.*
67. *Actus ſub conditione neceſſaria factus, dicitur purus.*
68. *Legata ſub conditione neceſſaria tranſmittuntur pendente conditione.*
69. *Fideicommiſſum conditionale terminatum ad certum tempus non extenditur ad caſum alterius temporis.*
70. *Clauſula,* Tunc, & eo caſu, *denotat extremitatem temporis.*
71. *..& ad aliud tempus referri non poteſt.*
72. *Fideicommiſſum ſub conditione neceſſaria extenditur ad caſum, etiamſi teſtator dixiſſet, tunc & eo caſu.*
73. *..dummodo mens teſtatoris non repugnet.*
74. *..vel niſi teſtator dixiſſet, tũc, & eo caſu, & nõ aliter.*

QVATVOR càpita ad iſtum articulũ pertinent, videlicet an fiat extenſio fideicõmiſſi de perſona ad perſonam; item de re ad rem; item de tempore in tempus; item de caſu ad caſum.

Circa primum caput, aliquot caſus annotãdi ſunt. Primus eſt, quando hæreditas eſt grauata, vt quia facta eſt prohibitio alienandi extra familiam, vt ſẽper, & in perpetuum conſeruentur bona in familia, tunc fideicommiſſum inductum eſt etiam in caſum mortis, vt ſcripſi ſuprà *in art. 8. huius quæſtionis*, & tunc extenditur † de perſona ad perſonas, *l. final. C. de ſuis, & legit.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicomm.* Soc. 1.
in conſ. 49. col. 1. vol. 1. & in conſ. 12. col. 5. & conſil. 43. n. 4. & ſeq. & conſ. 84. num. 4 vol. 3. & conſ. 51. num. 4. & conſ. 57. col. 2. vol. 4. Decius *in conſ. 38 col. 2.* Curt. iun. *in conſ. 12. num. 15.* Crauet. *in conſ. 98. col. 2. & in conſ. 306. col. pen. & in conſ. 8 / 8. n 9.* Pariſ. *in conſ. 37. n. 24.* & alij plures ad hoc relati per Surd. *in conſ. 344. n. 11. vol. 3.* Nam propter dictionẽ *ſemper*, vel *in perpetuũ*, non poteſt reſtringi ad ſolos inſtitutos, ita enim deſtrueretur intẽtio teſtatoris grauantis non ſolũ inſtitutos, ſed etiã ipſã hæreditatẽ, & inducere onus † 2.
reale in rebus hæreditariis, quo caſu cùm fideicommiſſum inductum ſit inter omnes, extenſio fit de inſtitutis ad alias perſonas, quoniam ita bona conſeruantur de vna perſona in alteram, & hæc concluſio procedit etiam ſine dictis dictionibus *ſemper*, vel *in perpetuum*, vt quia teſtator

Ll in

3. inſtituit maioratum, † cuius natura eſt vt tranſeat de perſona in perſonas, & ita extenditur de deſcendentibus in deſcendentes, vt probat Surd. *in conſil.* 241. *vol.* 2.

Secundus caſus eſt, quando teſtator inſtituit filios, eóſque adinuicem ſubſtituit, & ſi ſine filiis deceſſerint, ſubſtituit agnatos proximiores vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, tunc fideicom-
4. miſſum † extenditur de filiis in nepotes, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, & ſi dicti filij filiorum meorum deceſſerint ſine filiis, ſubſtituo agnatos proximiores, ita reſpondit Riminald. iun. *in conſil.* 456. *vol.* 4. vbi *num.* 17. *& ſeq.* hac præcipua ratione mouetur, nam ſi voluit hæreditatem ſuam peruenire ad agnatos, nec poſſet effectum ſortiri dicta voluntas vbi inſtituti deceſſiſſent cum filiis; ergo ſequitur dictam
5. conditionem, ſi deceſſerit ſine filiis, † cenſeri repetitam in perſonis dictorum nepotum ex filiis inſtitutis, & idem argumentum facit idem Riminald. *in conſil.* 21. *num.* 36. *vol.* 1. Item allegat Decian. *in conſil.* 89. *num.* 20. *vol.* 3. vbi quòd ſi teſtator grauauit filios, reciprocè eos ſubſtituendo, multò magis cenſetur grauaſſe nepotes minus dilectos, & ſi vocauit agnatos remotiores in vltima ſubſtitutione, multò magis cenſetur vocaſſe nepotes magis dilectos in præcedenti ſubſtitutione. Item iſta opinio confir-
6. mari poteſt, quia extenſio ſubſtitutionis † permiſſa eſt, vbi in caſu contrario ſequeretur quòd minus dilectus præferretur magis dilecto, vt argumentatur Ruin. *in conſil.* 168. *num.* 20. *vol.* 3. *in verſ. Idem è contra.* & ſequitur Socin. iun. *in conſil.* 129. *num.* 36. *verſ. quartò reſpondetur. vol.* 3.

7. Contrariam opinionem † ego ſemper exiſtimaui eſſe veriorem, nam iſta opinio tria confundit, videlicet, quòd filij poſiti in conditione ſint vocati, item quòd ita fingantur vocati, vt poſſint grauati, item quòd non ſolùm poſſunt grauari, ſed quòd expreſsè in eodem fideicommiſſo grauati fuerint, quæ concluſiones omnes ſunt contra certas iuris regulas, vt in puncto probant Oddus *in conſil.* 67. *num.* 94. & Hondedeus *in conſil.* 60. *num.* 49. *volum.* 1. quos ſequutus ſum ſuprà *in parte* 2. *quæſtion.* 4. *articul.* 9. *numer.* 10. & *ibid. numer.* 8. *& ſequent.* pro-
8. baui, quòd cùm filij primo loco inſtituti †, deceſſerint cum filiis, defecit ſtatim prima ſubſtitutio, ſi dicti filij deceſſiſſent ſine filiis, iuxta conſilium Oldradi 21. ab omnibus receptum, & ita omnes cæ-
9. teræ ſubſtitutiones defeciſſe dicuntur, & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *titulo Subſtitutus. cap. in ſecundo*, per text. *l. ſi mater, in princip. & l. qui habebat. ff. de vulgari & pupill.* & hanc concluſionem ſequutus eſt ſupremus Senatus Luſitaniæ, vt per Anton. Gom. *in deciſ.* 350. vbi *num.* 9. plurimos allegat, & Alciat. *in conſil.* 351. *verſ. tertius caſus, & conſil.* 777. *propè finem*, & Alban. *in conſil.* 1. Item quòd Senatus Mediolanenſis hanc etiam amplexus eſt, atteſtantur Zanchus *in annotationibus ad conſilium Decij* 218. vbi quòd conſilium Ruin. 143. *volum.* 1. fuit à dicto ſupremo Senatu reprobatum, & ego etiam *in voto* 222. inter deciſiones Piſanas ſingulariter reſpondeo omnibus rationibus Ruini *in d. conſil.* 143. atque oſtendo illius opinionem ſuſtineri non poſſe. Item ſcribo quòd conſilium Oldra-
10. di † ſit communiter receptum, etiam quando agnati fuerunt vltimo loco ſubſtituti. Ratio enim conſeruandæ agnationis intelligenda eſt, eueniente caſu à teſtatore conſiderato, & non aliter, vt dicit Alexand. *in conſil.* 139. *num.* 3. *volum.* 6. & ita in caſu quo filij primo loco inſtituti deceſſerint ſine filiis, Socin. *in conſil.* 62. *numer.* 10. *verſ. nec obſtat etiam quarta, & verſ. præterea quando, volum.* 3. Sed an teſtator idem voluerit, quando filij inſtituti primo loco deceſſerint cum filiis, hoc nõ expreſſit, nos diuinare non debemus, vt ſcripſi *in d. voto* 222. *numer.* 28. & *in d. artic.* 9. *numer.* 11. magis declaraui. Item in dubio non eſt recedendum à regula ab omnibus recepta, & confirmata, quæ dicit, exten-
ſionem † fideicommiſſi, non eſſe faciendam de per- 11.
ſona ad perſonam. Aretin. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantùm. colum.* 4. *verſ. ſecundò adde. ff. de lib. & poſthum.* & *ibi* Iaſ. *colum.* 5. Torniell. *in d. l. Gallus.* §. *quidam rectè. num.* 76. *in fin.* Ruin. *in conſil.* 127. *num.* 9. *vol.* 2. Dec. *in conſil.* 211. *num.* 5. *& conſil.* 377. *num.* 3. Iaſ. *in conſil.* 220. *colum.* 4. *verſ. in primis vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 475. *num.* 8. *& conſil.* 484. *num.* 11. *vol.* 5. *& in conſil.* 532. *num.* 4. *volum.* 6. *& in conſil.* 706. *numer.* 2. *volum.* 8. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 73. *num.* 1. qui cæteros refert. Rimin. iun. *in conſil.* 80. *num.* 15. *vol.* 1. Cioſus *in conſil.* 46. *num.* 14. *vol.* 1. Cacheran. *in conſil.* 35. *num.* 14. qui probant regulam eſſe veriſſimam, & cæteros moderniores allegant. Denique contra Riminald. *in conſil.* 456. *volum.* 4. reſpondit Menoch. *in conſil.* 152. *in ſecunda dubitatione. volum.* 2. *à numer.* 25. *infrà*, vbi quòd fideicommiſ-
ſum † à teſtatore iniunctum filiis, nunquam exten- 12.
ditur ad nepotes ex illis in conditione poſitis, & in eodem facto reſpondet *in conſil.* 253. *vol.* 3. cui ſubſcripſit Decian. *in conſil.* 9. *vol.* 3.

Tertius caſus eſt, ſubſtitutio † facta duobus pro- 13.
ximioribus de parentela, vel de domo, vel de familia, extenditur etiam ad alios ſequentes poſt primos, vt reſpondit Anchatan. *in conſil.* 27. quem ſequuti fuere Roman. *in conſil.* 438. *numero* 14. Socin. *in l. Gallus.* §. *quidam rectè. numer.* 9. *ff. de liber. & poſthum. & in* §. *inſtituens. colum. final.* & ibi Iaſ. *numer.* 23. Idem Socin. ſen. *in conſil.* 250. *volum.* 5. *verſ. præterea poſt filios. volum.* 2. *& in conſil.* 12. *numer.* 8. *volum.* 3. Ruin. *in conſil.* 34. *numer.* 15. *& in conſil.* 40. *colum.* 3. *& conſil.* 215. *numer.* 9. *vol.* 1. *& in conſil.* 164. *num.* 4. *& in conſil.* 167. *numer.* 7. *volum.* 3. Dec. *in conſil.* 516. *numer.* 16. Alba. *in conſil.* 51. *numer.* 14. Natta *in conſil.* 531. *numer.* 27. *volum.* 7. & omnes mouentur, quia cùm teſtator illo ſubſtituerit nomi-
ne † appellatiuo, non autem proprio, in dubio vi- 14.
detur ſubſtituiſſe non reſpectu perſonæ, ſed agnationis, ideo illis extinctis facienda eſt extenſio ad alios proximiores ſequentes in gradu, & hanc eandem concluſionem ſequuti ſunt, Felin. *in rubric. de maior. & obed. col. final. verſ. benefacit vltra ipſum*, & Tiraquell. *de iure primogen. quæſtion.* 3. *num.* 10. Menoch. *in conſil.* 120. *num.* 25. *vol.* 2. *& in conſil.* 328. *n.* 86. *vol.* 4. Crot. *in conſ.* 58. *n.* 28. Roland. *in conſil.* 70. *num.* 31. *vol.* 3. Cacheran. *in conſil.* 22. *num.* 33.

Quartus caſus eſt, ſubſtitutio † fideicommiſſa- 15.
ria extenditur de perſona ad perſonam, propter rationem generalem, quæ ampliat diſpoſitionem ad limites rationis. *l. cùm pater.* §. *dulciſſimis. de legat.* 2. Bartol. *in l. regula.* §. *ſi quis. ff. de iur. & fact. ignorant. & in l. pater filium.* §. *fundum. de legat.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 21. qui alios refert, atteſtantes de communi, Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 76. *verſ. idémque maximè in fideicommiſſ. numer.* 2. &
quòd extenſio † fiat de perſona ad perſonas propter 16.
vim dictæ generalis rationis, latiſſimè probat Petra *de fideicommiſſis, quæſt.* 5. *num.* 43. *&* 63. *& ſeq. &* 66. *& ſeq. &* 82. *& ſeq. &* 89. *&* 92. *& ſequent.* qui omnes refert. Item referuntur omnes Doctores pro hac reſolutione à Rota *in deciſ.* 193. *numer.* 7. *& ſeq. & deciſ.* 300. *numer.* 17. *parte* 1. in vltimò impreſſis.

Ego

Ego verò contrariam opinionem exiſtimo eſſe
veriorem, vt nunquam propter rationem genera-
17. lem † fiat extenſio fideicommiſſi de perſona ad
perſonas, quoniam omnes præcitati Doctores lo-
quuntur de extenſione facienda de caſu ad caſum,
non autem de perſona ad perſonas. Bartol. *in d.l.pa-
ter filium.§.fundum. de legat.3.* dicit quòd prohibi-
18. tio † de non alienando inter viuos comprehendit
etiam caſum mortis, ſi verba, per modum cauſæ fi-
nalis generalia, apta ſunt comprehendere omne tē-
pus. Item quòd allegationes prædictorum proce-
19. dant in extenſionem † caſuum, non autem perſo-
narum, reſpondit Rota *in d. deciſ.300.numer.24.verſ.
vltra quòd procedunt illorum dicta.parte* 1. in vltimò
impreſſis. Aretin. *in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.col.3.
verſ.ſecundò adde.ff. de liber.& poſthum.*dicit, quòd li-
cèt diſpoſitio teſtatoris porrigatur de vno caſu ad
alium ex veriſimili mente diſponentis, tamen ſecus
eſt, vbi fieret extenſio de perſona ad perſonas, quia
20. talis extenſio non eſt facienda ex tacita, † & ve-
riſimili mente teſtatoris, per *l. ſi quis ita. §. penult.
ff. de teſtament. tutela,* & gloſſ. *in l.Titius, in princip.ff.
de liber. & poſthum.*& quòd opinio Aretini ſit com-
muniter approbata, atteſtantur Menoch. *in conſil.
97.numer.92.* & Narta *in conſil. 470. numer.6.* & alij
relati per Petram *de fideicommiſſ. quæſt. 5. numer. 56.*
quoniam fideicommiſſa ſunt odioſa, ideo non ex-
21. tendenda † de perſona ad perſonas, & hanc la-
tiſſimè probat Bolognet. *in conſil. 15. numer. 33. &
plur.ſequent.* per text. *in §.nos verò, in Authent. de re-
ſtit. fideicommiſſ.*vbi quòd prohibitio facta filiis, non
extenditur ad nepotes. Item quòd dicta extenſio
non fiat de perſonis ad perſonas, etiam ex identi-
22. tate rationis, † ſcribit Ruin.*in conſil.127. num. 9.
volum. 2.*& Beretta *in conſil.63.* alios allegat, & con-
cludenter probat in fideicommiſſis non eſſe facien-
dam extenſionem perſonarum. Menoch.*in d. conſil.
97.numer. 94.* & hanc probat eſſe concluſionem
Petræ, etiamſi eſſet ſubſtitura pia cauſa, *in d. quæ-
ſtion. 5.numer. 64.& ſequent.* & hæc concluſio pro-
cedit multò fortiùs ſi verſaremur in fideicommiſ-
23. ſo † reciproco tacitè inducendo inter deſcenden-
tes, vt probat Bolognet. *in d.conſil.15.num.55.*Item
quia ipſa ratio generalis ſemper eſt reſtringenda
ad perſonas ſpecificatas, & expreſſas, quia intel-
24. ligitur † ſecundùm naturam actus, ſuper quo
interponitur *l. iubemus.C. ad Velleian. l.ſi ſtipulatus.
ff. de vſuris. l.ſi vno, in princip.* & *ibi* Bartol. *ff. loca-
ti.* Idem Bartol. *in l. qui Romæ. §.duo fratres, numer.
10. ff. de verb. obligat.* Item ratio generalis tan-
tùm ad ſpecificata refertur. *l. ſi de certa. C. de tranſ-
act.* & *ibi* communiter ſcribentes. Item ratio agna-
25. tionis † conſeruādæ non extenditur vltra perſonas
à teſtatore nominatas. Bald. *in l. ſed ſi milites. ff. de
excuſat. tut.* de quo ſcripſi ſuprà *in parte 1.quæſt. 1.
articul. 5. numer. 3.* quibus addo Lanar.*in conſil.60.
numer.64.*qui hoc probat in quamplurimis caſibus,
& Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.39.* vbi quòd di-
cta ratio generalis eſt reſtringenda ſolùm ad caſus
à teſtatore prouiſos, & Mantic. *de coniectur. lib.6.tit.
26. 15. numer. 6.* vbi quòd agnationis fauore † non
ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones, quoniam ſem-
per verba generalia dicta poſt caſus expreſſos, ad
eos tantùm reſtringenda ſunt, Bartol. *in l. emptor.§.
Lucius, numer. 3.ff. de pact. & in l. Aurelius. §. Seio.ff.
de liberat. legata,* & de hac re ſcripſi latiùs *in tracta-
tu de clauſulis. parte 4. clauſula* 1. Sed quando ver-
ba generalia ſūt relatiua ad certas perſonas expreſ-
ſas, quarum ratione reſtringenda ſunt, tunc non eſt
facienda extēſio ad alias perſonas, vt Doct.cōmuni-
ter *in l.filiusfamilias.§. diui. de legat.1.* & alij ad hoc
allegati per Petram *in d. quæſt.5. num.26.* & ſemper
præſumenda ſunt relatiuè dicta, † quia ad eas per- 27.
ſonas priùs ſpecificatas reſtringenda & referenda
ſunt. Item quod dicitur, dictam rationem genera-
lem inducere fideicommiſſum reale, hoc eſt intelli-
gendum inter perſonas ſpecificè à teſtatore expreſ-
ſas, non extendendo ad alias non expreſſas, vt fuit
deciſum in Rota pluries, de quo *in d.deciſ.300.num.
28.parte 1.*in vltimò impreſſis, & ex his clara appa-
ret concluſio, quòd extenſio non eſt facienda de
perſonis ad perſonas, propter rationem generalem
ſuperadditam, quæ poſſet comprehēdere alias per-
ſonas, quoniam ſemper dicta ratio ad expreſſas re-
ſtringenda eſt, & multò fortiùs ſi teſtator addidiſ-
ſet clauſulam, *Tunc, & eo caſu*, per quam omnem ex-
tenſionem prohibuiſſe dicitur, vt latiſſimè ſcripſi *in
tractatu de clauſulis. parte 3. clauſula* 88. vbi omnes
allegaui.

Quintus caſus eſt, fideicommiſſum extenditur † 28.
de perſona ad perſonas, quando teſtator reliquerit
rem inſignem, puta caſtrum, iuriſdictionem, & ſi-
milia, quæ non ſolent tranſire ad hæredes extra-
neos, ita firmauit Menoch.*in lib.4.præſumpt.69.num.* 29.
*18. in conſil. 117.num.19.& ſeq.vol.2.& in conſ.1152.
num. 9. & in conſil. 1195.num.20.vol. 12.* allegando
Bartol.*in l. filiusfamilias. §.diui, num.3.& ſeq.de legat.
1.*& *ibi* Iaſ. *in 1. lect. num.26.*Paul.de Caſtr. *in conſil.
344.num.2.verſ. Cynus firmat iſtam quæſtionem. vol.2.*
Rip. *in d.§.diui, num.4.* qui dat exemplum de turri,
Capyc. *in deciſ.108.num.4.* Puteum *in deciſ.448.num.
1.part.2.*

Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem,
per ea, quæ ſcripſi in præcedenti caſu, quia vbi etiā
eſſet factum fideicommiſſum reale, non eſt permiſ-
ſa extenſio de perſona ad perſonas, ſed illud eſt re-
ferendum ad perſonas expreſſas; ergo multo minus,
vbi non eſt factum fideicōmiſſum reale, ex qualitate
ipſius rei extēſio deprehēdi poteſt. Præterea Doct.à
Menochio † allegati nō probant eius dictum, nam 30.
Bart.*in d.§.diui,* loquitur de prohibitione alienatio-
nis ſine cauſa, quæ ex qualitate rei prohibitæ rema-
net valida, & ita etiā loquuntur Iaſ.& Ripa allegati,
de quo ego etiam ſcripſi ſuprà *in art. 8.huius quæſtio-
nis*; ſed hic nos loquimur de extendendo fideicom-
miſſum de perſonis ad perſonas, quod eſt difficilius,
quoniam faciliùs interpretamur eſſe inductum, † 31.
quàm eſſe extendendum. Præterea Caſtrenſ. *in d.cō-
ſil.344.* loquitur contra communes iuris regulas, nā
conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, defecta, extin-
guitur omne aliud fideicommiſſum ſubſequēs, iuxta
conſ.21. Oldradi, etiam factum fauore agnationis, &
bonorum antiquorum, vt ſæpiùs probaui in præce-
dentibus articulis. Item loquitur cōtra caſum legis,
nam in feudalibus fideicōmiſſum † fieri non poteſt. 32.
*c.1.de ſucceſſione feudi, in verſ.nulla diſpoſitione defuncti
in feudo valente,*& ſubſtitutus non eſt admittendus,
quādo filij inſtituti ſunt de vocatis in inueſtitura, vt
latiùs ſcripſi ſuprà in artic. præcedenti, in vltimo
caſu. Item Puteus *in deciſ.448.part.2.*loquitur, quā-
do facta eſt prohibitio alienationis hæredibus, &
deſcendentibus in perpetuum, vocato proximio-
re ex deſcendentibus per lineam maſculinam, quo
caſu ex diſpoſitione teſtatoris fit tranſitus de per-
ſona ad perſonam: ſed hic caſus non poteſt ap-
plicari ad fideicommiſſum rei inſignis teſtato-
ris. Item Capyc. *in deciſion.108. num.3.& ſeq.*loqui-
tur de prohibitione † alienationis, quæ faciliùs ex- 33.
tenditur ad perſonas, propter contrauentionem
alienantis: ſed nos loquimur de fideicommiſſo in

caſum mortis, quod non poteſt extendi ex qualita-
te rei, ſi teſtator expreſsè non diſpoſuit; quamobrem
Menochij totius ab ipſo repetita opinio iure non
probatur.

Sextus caſus eſt, cùm teſtator grauauit agnatos
reſtituere proximioribus ex linea maſculina, tunc
fit extenſio de perſonis ad perſonas, quia ſub nomi-
34. ne † collectiuo plures perſonæ continẽtur, Crauet.
in conſil. 98. *num.* 7. *&* 9. quem ſequitur Menoch. *in*
conſil. 117. *num.* 14. *volum.* 2. & conferunt ad hoc ſcri-
pta in tertio caſu huius articuli. Item quia valet ar-
35. gumentum † de tempore ad perſonas, *l. qui plures. ff.*
de vulgari, & pupill. Bartol. *in l. centurio, num.* 27. *verſ.*
pro alia opinione. ff. eod. tit. ſed ſubſtitutio facta cum
dictione *quandocumque*, quæ eſt generalis, omne
tempus comprehendit, vt communiter per ſcri-
bentes *in l. precibus. C. de impub. ſubſtitut.* & probat
Capra *in ſuis regulis, titulo Subſtitutio, in quinta ſpe-
cie, numer.* 109. ergo idem quando ſubſtitutio eſt
facta per nomina collectiua plurium perſonarũ, non
habendo reſpectum ad certas perſonas, & ita arguit
Cacheran. *in conſil.* 22. *num.* 29.

36. Declaratur iſte caſus, nam agnati † grauati de
reſtituendo proximioribus ex linea maſculina, non
poſſunt reſtituere feminæ deſcendenti ex maſculo,
quoniam femina non comprehenditur appellatio-
ne lineæ maſculinæ, Socin. iun. *in conſil.* 69. *numer.*
30 *volum.* 3. Berous *in quæſtion. famil.* 51. per totam,
& alij ad hoc allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ.*
artic. 26. *numer.* 23. *& ſequent.* & nouiſſimè per Ro-
uitum *in conſil.* 16. *numer.* 4. *& plur. ſeq. & in conſil.*
37. 17. *col.* 1. Aduertit Peregrinum, † *in conſil.* 50. *vol.* 3.
ſcripſiſſe contrarium, ſed primam opinionem eſſe
attendendam.

Septimus caſus eſt, quando fideicommiſſum fa-
38. ctum eſt familiæ † in perpetuum, tunc extenditur à
perſona primi hæredis inſtituti, vſque ad vltimam
perſonam agnationis, & familiæ, Angel. *in §. nos igi-
tur, in Authent. de reſtitutione fideicommiſſi,* Alexand.
in conſil. 56. *numer.* 2. *volum.* 4. Decius *in conſil.* 516.
numer. 16. Iaſ. *in l. filius familias. §. diui, in prima le-
ctura, num.* 113. *& in* 2. *lect. numer.* 155. *de legat.* 1.
& alij per Menoch. *in conſil.* 1111. *num.* 3. *volum.* 12. &
per Surd. *in conſil.* 241. *num.* 50. *vol.* 2. Et licèt multi
39. velint fideicommiſſum familiæ † relictum non ex-
tendi vltra decimum gradũ, quia intelligitur prout
de iure defertur ſucceſſio ab inteſtato, quæ non de-
fertur agnatis vltra decimum gradum, *§. final. Inſtit.
de ſucceſſ. cognat.* & not. *in l. final. C. vnde cognati. §. ſi ve-
rò neque fratres. Auth. de hæred. ab inteſt. venientib.* Ta-
men hæc concluſio non habet locum, quando teſta-
tor vocauit familiam in perpetuum, vt probant Ri-
pa *in d. §. diui, num.* 112. & Couar. *in l.* 3. *variarum re-
ſolut. cap.* 5. *num.* 4. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 14. Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. artic.* 30. *numer.* 4. & tunc ne-
que habet locum illa opinio, quòd fideicommiſ-
40. ſum † agnatitium finitur per centum annos, quia
ex intentione teſtatoris progreſſum eſt in perpe-
tuum, vt latiùs per Peregrin. *in conſil.* 44. *vol.* 4. &
tunc extenditur à perſona primi inſtituti, vſque ad
vltimum ſuperſtitem de illa familia in perpe-
tuum.

Circa ſecundum caput, An fideicommiſſum ſu-
per vna re, extendatur ad alteram, plures caſus con-
ſiderari poſſunt.

Primus eſt, ſi teſtator erat ipſe rogatus reſtituere
41. fideicommiſſum filio, cuius bona ipſe poſſidebat, †
mixta cum ſuis, & dictum filium hæredem fecit in
omnibus bonis ſuis, atque rogauit illa alteri reſti-
tuere, tunc fit extenſio de bonis teſtatoris ad bona
fideicommiſſi antiqui, atque omnia ſub dicto nouo
fideicommiſſo continentur, quoniam certi iuris eſt
teſtatorẽ † etiam de bonis hæredis diſponere poſſe. 42.
l. vnum ex familia. §. ſi rem. de legat. 2. ſed ex huiuſmo-
di verbis colligitur coniectura potens, vt voluerit,
etiam de fideicommiſſo ad ſuum hæredem pertinẽ-
te † diſponere, vt reſponderunt Alba. *in conſil.* 73. *n.* 43.
5. *verſ. nam in primis,* Decian. *in conſil.* 57. *numer.* 16.
& 21. *volum.* 1. quos ſequutus eſt Menoch. *in lib.* 4.
præſumpt. 197. *num.* 19. Idem ſi grauauit hæredem
reſtituere omnia bona, in quibus eum inſtituit, Me-
noch. *ibid. num.* 17. † allegat Bellonum *in conſil.* 9. *n.* 44.
14. *verſ. præterea dici poteſt.*

Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem,
quoniam in vltimis voluntatibus paria ſunt, quòd
res non ſint teſtatoris, & quòd poſt eius mortem de-
ſinant eſſe † ſua, vt probat Iaſ. *in l. cum alienam. col.* 1. 45.
in 2. *limitatione. C. de legat.* ergo fideicommiſſum de
rebus ſuis non poteſt extendi ad res, quæ poſt eius
mortem deſinunt eſſe ſuæ, & hac eadem ratione
non extenditur ad bona feudalia, & emphyteotica,
quæ poſt eius mortem deſinunt eſſe ſua, Alexand. *in
l. ſi conſtante, num.* 26. *ff. ſolut. matrim.* Neguſant. *de pi-
gnor. in ſecundo membro ſecundæ partis. num.* 53. Item
quia teſtator † in dubio cenſetur diſponere de iure 46.
quod habet in bonis. *l. ſerui electione. §. final. de legat.*
1. *l. vxor patrui. C. de legat.* Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C.
qui teſtam. fac. poſſ.* & *ibi* Caſtrenſ. & Iaſ. *num.* 4. Dec.
in conſil. 454. *num.* 11. *& in conſil.* 653. *num.* 4. Couar.
in lib. practic. quæſt. cap. 2. Durand. *de arte teſtandi tit.*
6. *caut.* 1. *in princip.* & probat etiam Surd. *in conſil.*
116. *num.* 14. *& ſequent. volum.* 1. & in dubio † non 47.
videtur teſtari de rebus alienis, gloſſ. *in l. conficiun-
tur. §. ſi poſt factum, ver. teſtatur, in fine. ff. de iure co-
dicil. & in l.* 1. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* Propterea non eſt
facienda extenſio ad ea bona, de quibus in dubio
non præſumitur diſpoſuiſſe. Item quia in generali
inſtitutione † non veniunt ea bona, quæ ipſe teſta- 48.
tor poſt mortem ſuam tenebatur alteri reſtituere,
Bartol. *in l. codicillis. §. inſtituto, de legat.* 2. Dec. *in
conſil.* 378. *n.* 1. Pariſ. *in conſil.* 7. *num.* 8. *vol.* 1. Cephal.
in conſil. 3. *num.* 93. *volum.* 1. Petra *de fideicommiſſ.
quæſtion.* 8. *numer.* 276. Zanch. *in §. cùm ita. parte*
10. *numer.* 32. Alexand. *in conſil.* 91. *numer.* 13. *&
ſequent. volum.* 1. Cephal. *in conſil.* 516. per totum,
præcipuè *num.* 11. *&* 35. *vol.* 4. vbi loquitur de bo-
nis reſtitutioni ſubiectis per ipſum teſtatorem poſ-
ſeſſis. Et ratio eſt, quia, vt dixi, paria ſunt teſtatorẽ
debere reſtituere, & ipſum non poſſidere, quando
habenda eſt relatio ad tempus, quo ipſe poſſidere
non poterat, quia erant reſtitutioni ſubiecta, &
propterea vocatus per fideicommiſſum ad illa bo-
na, ſuccedit teſtatori fideicommittenti, † *l. cohæredi.* 49.
*§. cùm filia. ff. de vulgari, & pupillari, in verſ. nec fi-
deicommiſſo propriæ facultates filij tenebantur,* per quam
legem ita reſpondit Alexand. *in conſil.* 67. *colum.
penultim. volum.* 5. Item quòd dicta bona tempo-
re mortis grauati ſint aliena, non autem ipſius
grauati morientis, dicit text. *l. final. §. ſed quia
noſtra. C. communia de legatis.* ergo teſtator non
præſumitur diſpoſuiſſe de bonis quæ ad ipſum non
pertinebant, † præſertim contra præſumptionem 50.
iuris, quo diſponitur, vt quantò minus præſu-
matur hæredem grauare voluiſſe, *d. l. vnum ex fa-
milia. §. ſi rem. de legat.* 2. propterea non eſt fa-
cienda extenſio de bonis propriis ad bona hæredis,
quæ non ſunt propria, niſi ipſe teſtator expreſſis
verbis diſpoſuerit, Cephal. *in d. conſil.* 516. *volum.*
5. & dicit Bald. *in l. final. numer.* 17. *in* 18. *oppoſitio-
ne. C. de hæred. inſtit.* quòd inſtitutio † ſcienter facta in 51.
aliena

aliena hæreditate non valet, Iaſ. *in d. l. non alienam, numer.* 3. *in* 3. *limitatione. C. de legatis.* ergo in dubio non præſumitur teſtator velle diſponere de eo, quod licito modo facere non poterat, argum. *cap. à nobis, in* 1. *de ſent. excommunicat. & l. cùm vnus. §. is qui poſſidere. ff. de bonis authorit. iudic. poſſidendis.* Item Alba. *in d. conſil.* 73. à Menoch. allega-
52. tus, † cum dubitatione ſcripſit illam opinionem, poſtea *in conſil.* 443. *à num.* 19. *ad finem*, reſpondit contrariam opinionem, quam defendimus eſſe veriorem. Et ratio Deciani *in d. conſil.* 57. *num.* 16. & 21. *vol.* 1. quam ſequitur Menoch. non concludit, quoniam propriè meum eſt, quod vendicari poteſt. *l. quintus. §. argento. ff. de auro, & arg. legato.* Sed mortuo teſtatore fideicommiſſarius vendicat. *d. l. fin. §. ſed quia noſtra. C. communia de legatis.* ergo non poterant dici bona teſtatoris, cuius dominium reperitur extinctum tempore ſuæ diſpoſitionis. Ideo opinio Menochij nullo modo tenenda eſt.

Secundus caſus eſt, quando teſtator inſtituit filiam in re certa, & maſculum in vniuerſa hæreditate, & eiſdem impuberibus decedentibus in ætate pupillari ſubſtituit Iulium, tunc verificata in am-
53. bobus pupillari ſubſtitutione, extenſio † facienda eſt de vniuerſa hæreditate ad rem certam, in qua erat inſtituta filia, & Iulius ſubſtitutus admittendus eſt ad ſucceſſionem dictæ filiæ ex pupillari ſubſtitutione, ex perſona filij inſtituti, tranſmiſſa ad eum ſpe pupillaris ſubſtitutionis, iuncto quodam iure accreſcendi, ſaltem ſi dictus filius ſe immiſcuerit hæreditati paternæ, per text. *l. qui patri. ff. de acquir. hæreditate*, per quem text. ita reſpondit Corneus *in toto conſil.* 279. *vol.* 3.

Circa tertium caput, fideicommiſſum aliquan-
54. do † extenditur de tempore ad tempus, vt ſcripſi in ſexto caſu primi capitis huius articuli, nimirum quando verba ſunt apta comprehendere vtrumque tempus, Ruin. *in conſil.* 63. *num.* 12. *col.* 2. Pariſ. *in conſil.* 9. *num.* 50. *vol.* 2. ſecus ſi ſubſtitutio eſſet reſtricta ad certum tempus, tunc enim extra illud non exten-
55. ditur. † *l. ſi pater filium, l. ſi ita quis. ff. de vulgari & pupillari*, Bart. *in l. ſi mater. §.* 1. *in fin. ff. eod.* vbi quòd ſubſtitutio facta, ſi deceſſerit viuo teſtatore, non habet locum ſi ſuperuixit, & multa ad hoc allegat Ruin. *in conſil.* 170. *vol.* 2.

Circa quartum caput, quando fideicommiſſum extendatur de caſu ad caſum, plures caſus conſiderandi ſunt.

56. Primus eſt, vbicumque verba à teſtatore dicta, † ſunt apta comprehendere alterum caſum præter à teſtatore expreſſum, & concurrit eadem ratio in vtroque, propter quam poſſimus arguere teſtatoris mentem fuiſſe talem, tunc facienda eſt extenſio de caſu ad caſum, & ita firmarunt Bald. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum*, & *ibi* Angel. *col.* 2. *verſ. fallit. ff. de liber. & poſthum.* Alexand. *in l. mulier.* per illum text. *in princip. ff. ad Trebellian. & in conſil.* 100. *vol.* 4. *& in l.* 3. *C. de inſtit.* & *ibi* Paul. de Caſtr. *& in l. ſi quis hæres ita. ff. de hæred. inſtit.* & hanc concluſionem, cæteros referendo, probat Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 73. *num.* 4. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 21. Clarus *in §. teſtamentum. quæſt.* 76. *verſ. idémque maximè*, Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſt.* 4. *num.* 9. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 5. *num.* 43. *& plur. ſeq.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 2. *ſolut.* 3. *num.* 163. *& ſeq. vol.* 151. & cauſa extenſionis deducitur ex ipſa præſumpta teſtatoris voluntate, *l. Titius. §. Lucius*, & *ibi* Bartol. & alij *ff. de liber. & poſthum.* & alij ad hoc allegati per Surd. *in deciſ.* 228. *num.* 7. *& ſeq.* quæ præſumpta volũtas facilius colligi poteſt de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonam. *d. l. mulier, in princ. ff. ad Trebellian.* & ideo facilius admittitur extenſio de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonam, vt poſt alios relatos probat Pariſ. *in conſil.* 20. *num.* 34. *& ſeq. & num.* 38. *& ſeq. vol.* 3.

Declaratur iſte caſus, vt multò faciliùs admittatur † extenſio de caſu ad caſum in ſubſtitutioni- 57.
bus directis. *l. iam hoc iure. ff. de vulgari. d. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthum.* vbi quòd ſubſtitutio facta de filio naſcituro locum habet etiam in eo, qui tempore teſtamenti iam erat natus, & *l. final. C. de poſthum. hæred. inſtit.* ſubſtitutio facta de poſthumo naſcituro poſt mortem, verificatur in eo, qui natus eſt viuo teſtatore. Item ſubſtitutio vulgaris inter alios includit caſum, quando inſtitutus decedit viuo teſtatore, & ita quando non potuit eſſe hæres. *l.* 3. & *ibi* communiter omnes ſcribentes. *C. de hæred. inſtit.* Bartol. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de vulgari, & in l. centurio, num.* 32. vbi quòd verificatur ſiue decedat teſtatore viuo, ſiue mortuo. Et quòd extendatur de caſu ad caſum, latiſſimè probat Surd. qui omnes refert in quibuſlibet caſibus *in deciſ.* 37. *num.* 10. & per plures columnas, *& in deciſ.* 228. *num.* 5. *& plur. ſeq. & in conſil.* 236. *num.* 23. *& ſeq. vol.* 2. Item vbi poteſt conſtare de mente, † tunc facienda eſt exten- 58.
ſio, non obſtantibus quibuſcumque verbis, Gozadin. *in conſil.* 64. *in fin.* Pariſ. *in conſil.* 60. *num.* 90. *vol.* 2. Mantic. *de coniectur. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 10. & latiùs per Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 5. *num.* 21. *fol.* 235. Ratio autem quare in ſubſtitutionibus directis † facilius fit extenſio, quàm in fi- 59.
deicommiſſariis, eſt, quia in directis concurrit fauor vltimæ voluntatis, quæ per ſubſtitutionem directã ſuſtineri poteſt, *l.* 3. *C. de liber. & poſthum.* vt dicunt Doctor. *in d. §. & quid ſi tantùm*, & Iaſ. *in l.* 1. *num.* 24. *de vulgari & pupill.* Sed in fideicommiſſis non ita facilè facienda eſt extẽſio ex præſumpta mẽte, quia agitur de odio hæredis inſtituti, in quo teſtamentum ipſum ſuſtinetur, & licèt in vtroque caſu fauor teſtamenti ſit attendendus, vbi concurrit voluntas teſtatoris. *l. vel necare. ff. quemadmodum teſtam. aperiantur*, & declarat Dec. *in l. ſicut certi, num.* 11. *C. de milit. teſtam.* & ſequitur Surd. *in d. deciſ.* 228. *num.* 14. tamen propter odium hæredis in fideicommiſſis non ita facilè præſumimus teſtantis voluntatem concurrere ad extenſionem faciendam de caſu ad caſum, ſicut in vulgari propter ſuſtinendum ipſum teſtamentum.

Secundus caſus eſt, vbi fideicommiſſum eſt factũ ſub conditione voluntaria, tunc non fit extenſio † 60.
de caſu ad caſum, Bart. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, col.* 2. & *ibi* Galiaul. *num.* 27. *ff. de liber. & poſthum.* Socin. *in l.* 1. *num.* 14. *in* 8. *limitat. verſ. ſed ad iſtas rationes. ff. de vulgari, & pupill.* vbi probat, quòd in cõditione voluntaria non attenditur ratio motiua teſtatoris, ſed merum factum, quod debet adimpleri in forma ſpecifica, & *in conſil.* 259. *colum.* 3. *verſ. aliquando, & ſecundo, volum.* 2. vbi quòd in conditio-
ne † voluntaria non conſideratur effectus, ſed nudum factum adimplendum in forma ſpecifica, & *in conſil.* 77. *num.* 8. *volum.* 3. Alexand. *in conſil.* 1. *num.* 11. *verſ. & poſito, volum.* 1. Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in prima lectura, num.* 42. *verſ. iſta deciſio*, vbi quòd iſta conditio, ſi efficiatur presbyter, eſt merè voluntaria, quæ debet adimpleri in forma ſpecifica, nec poteſt extendi de caſu ad caſum, & ſequitur Ruin. *ibid. in prima lectura, num.* 58. quos, & alios ſequitur Menoch. *in conſil.* 243. *num.* 24. *& plur. ſeq. volum.* 3. Gabriel *in conſil.* 111. *num.* 10. *volum.* 1. & hanc etiam tenet Decius *in l. ſi mater. num.* 2. *verſ.* 61.

venio ad ſecundam concluſionem de conditione volun-
taria. C. de inſtitut. & ſubſtit. & in conſil. 89. *numer.*
3. *& in conſil.* 290. *num.* 2. Simon de Pret. *de inter-*
pret. vltim. volunt. lib. 2. *ſolut.* 3. *num.* 155. *fol.* 150. *&*
in lib. 3. *ſolut.* 5. *numer.* 18. *fol.* 234. Roland. *in conſil.*
56. *numer.* 22. *volum.* 2. vbi probat eſſe communem
concluſionem.

Declaratur iſte caſus, nam ſi conditio volunta-
62. ria † lege repugnante non poteſt adimpleri in for-
ma ſpecifica, tunc ſi adimpleatur per æquipollens,
fideicōmiſſum extenditur de caſu ad caſum, non ex-
preſſum, Ruin. *in d. §. & quid ſi tantùm, num.* 30. qui
allegat Cuman. Immol. & alios, & probatur per *l. in*
conditionibus. §. ſi patronus. ff. de condit. & demonſtr. vbi
hæres in conditione voluntaria probatur in bono-
rum poſſeſſore, qui eſt hæres impropriè, *l.* 2. *ff. de*
bonor. poſſeſſ. quoniam patronus non ſuccedit de iu-
re ciuili, ſed ſolùm prætorio, idcirco de hærede ex-
tenditur ad bonorum poſſeſſorem, & hanc opinionē
probat Coſta *in d. §. & quid ſi tantùm; num.* 37. *& ſeq.*
& latiùs per Galganet. *in tract. de cōdit. & demonſtrat.*
part. 2. *cap.* 1. *quæſt.* 103. *num.* 9. Et ratio eſt, quia
teſtator cenſetur ſe cōformem reddere cum diſpo-
ſitione iuris, & quando conſtat de mente teſtatoris
63. quòd fieret extenſio, † tunc etiam in conditione
voluntaria fit extenſio. Dec. *in conſil.* 427. *numer.* 2.
Socin. iun. *in conſi.* 106. *num.* 23. *vol.* 1. Curt. iun. *in*
conſil. 83. *num.* 5. Pariſ. *in conſil.* 2. *vol.* 3.

Secundò declaratur, nam fideicommiſſum factū
ſub conditione voluntaria extenditur ad caſum ſi-
milem, quando ipſa conditio habet reſpectum ad
64. grauamen, † vt probat Ruin. *in d. §. & quid ſi tantùm,*
in prima lectura, num. 34. *&* 60. *verſ. aut adimpleri po-*
teſt, per text. *l. qui hæredi. §. cum hæreditas. ff. ad Trebell.*
ſed hoc intelligitur, niſi d. caſus eueniret contra vo-
luntatem teſtatoris, Iaſ. *in d. §. & quid ſi tantùm, num.*
13. *&* 27. & *ibi* Ruin. per text. *l. ſub diuerſis. §. final.*
& l. cùm ita. ff. de condit. & demonſtrat.

65. Tertius caſus eſt, fideicommiſſum factum ſub †
conditione neceſſaria ad actum, vel ad effectum ip-
ſius actus, extenditur de caſu ad caſum, vt probant
Bartol. Bald. & cæteri, *in d. §. & quid ſi tantùm*, per
illum text. *l. mulier, in princip. ff. ad Trebellian. l. ſi*
mater. C. de inſtit. & ſubſtit. & quòd in caſu *d. l. ſi ma-*
ter, I.C. loquatur de conditione neceſſaria ad actū,
probat Decius *ibi num.* 2. *in princip.* quia ibi teſtatrix
potius conſiderauit effectum cōditionis, quàm eius
formam, & latiùs per Galganet. *in d. part.* 2. *cap.* 1.
quæſt. 103. *num.* 6. *& plurib. ſeq.*

Declaratur iſte caſus, nam conditiones neceſſa-
66. riæ † ſunt quæ inſunt actui, vel ex natura ipſius, vel
quia aliter actus ſine ipſis explicari non poſſit, vt
in vulgari, ſi hæres non erit; item in pupillari, ſi
deceſſerit in ætate pupillari; item in legato ſub
conditione dato, nam ſub contraria conditione
videtur ademptum, *l. legatum. l. legata. ff. de adi-*
mend. legat. & ſi conditio inſit ex neceſſitate, ſem-
67. per actus † dicendus eſt purus nomine, licèt con-
ditionalis effectu, Bald. *in l.* 1. *ff. de condit. & de-*
monſtrat. Ruin. *in rubric. ff. de vulgar. & pupill. &*
in l. 1. *colum.* 2. *ff. eod. titul.* Alexand. *in l. qui libe-*
ris. col. 2. *ff. eod.* Idcirco legata ſub conditione ne-
68. ceſſaria † tranſmittuntur ad hæredes, quamuis
ante conditionis aduentum non ſit orta actio, vt
probat Galganet. *in d. tract. de condit. & demonſtrat.*
parte 1. *cap.* 102. *numer.* 2. & ſcripſi ſuperiùs in quæ-
ſtione de legatis, *artic. de legatorum tranſmiſſione.*

Secundò declaratur, nam fideicommiſſum
conditionale, terminatum ad conditionem certi
69. temporis, † non extenditur ad caſum alterius tem-
poris, Azo *in ſumma. C. d. de condition. inſertis. num.*
7. Bartol. *in l. ſi in diem*, & *ibi* Socin. *numer.* 6. *ff.*
de condit. & demonſtrat. & alij ad hoc relati per Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. artic.* 15. *numer.* 8. & per Man-
tic. *de coniectur. lib.* 20. *titulo* 6. *numer.* 26. Vt ſi te-
ſtator dixerit: Tunc, † & eo caſu. Nam hæc clauſu- 70.
la adiecta diſpoſitioni conditionali denotat ex-
tremitatem temporis, ita vt prius conditio debeat
exiſtere, quàm diſpoſitio aliquid efficiat. Ancharan.
in conſil. 354. *num.* 3. & latiùs *in conſil.* 356. *numer.* 5.
Roland. *in conſil.* 56. *num.* 18. *& ſeq. volum.* 3. Decius
in conſil. 63. & *ibi* Addentes alios referunt, Bartol.
in conſil. 16. *numer.* 4. *part.* 2. Item quòd deſignet
extremitatem temporis, eſt text. *l.* 1. *§. final. ff. de*
condit. & demonſtrat. Socin. *in l. in ſubſtitutione, in*
fin. ff. de vulgari, & pupill. Ruin. *in conſil.* 200. *numer.*
9. *volum.* 2. & exponitur, id eſt, in illo tempore,
gloſſ. *in l. Gallus, in princip. in ver. tunc*, & *ibi* Angel.
ff. de liber. & poſthum. Roland. *in conſil.* 56. *num.* 19.
& ſeq. volum. 3. Riminald. iun. *in conſil.* 247. *num.* 26.
& ſeq. vol. 3. & ad aliud tēpus † referri non poteſt, 71.
vt probant præfati Doctores, & Riminald. *in con-*
ſil. 97. *num.* 7. *& ſeq. vol.* 1. Sed hoc intelligitur, vt
denotet extremitatem temporis ad effectum iuris,
non autem ad effectum facti: vt ſi teſtator inſti-
tuit hæredem extraneum, tunc ſi naſceretur ſola fi-
lia ex ventre prægnante ſuæ vxoris, cùm primum
ſciri poteſt, quòd ſola filia nata fuerit, etiamſi na-
ta non eſſet, dictio *tunc* importat extremitatem
temporis, ita vt hæreditas poſſit adiri ex vehemen-
ti opinione, antequam verè ſciatur, an ſit delata.
Ancharan. *in conſil.* 354. *num.* 5. *& ſeq.*

Tertiò declaratur, nam quando fideicommiſ-
ſum conditionale eſt factum ſub conditione neceſ-
ſaria, † quæ ex natura rei poſſit extendi ad caſum 72.
ſimilem, ex quo reſultaret idem effectus grauami-
nis, tunc etiamſi teſtator appoſuiſſet clauſulam de-
notantem extremitatem temporis vnius caſus ex-
preſſi, nihilominus non excluditur alter caſus ad
quem poſſit extendi, & ita fuit deciſum in Rota,
vt *in Dig. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Subſtitutio, cap. An ver-*
ba. Sed hoc intelligitur, dummodo mens teſtato-
ris non repugnet, † *l. Gallus, in princip. & §. & quid* 73.
ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. per quē text. ita con-
cludit Gozadin. *in conſil.* 64. *in fin.* & Galiaul. *in d.*
§. & quid ſi tantùm, num. 14. vbi reprobat Alciatum,
& Decium aliter ſentientes, & alios ad hoc refe-
runt Caſſador. *deciſ.* 1. *de teſtamentis*, Marzar. *in con-*
ſil. 7. *num.* 21. Simon de Pret. *de interpret. vltim. vo-*
lunt. lib. 3. *ſolut.* 6. *num.* 49. *fol.* 251. & Roland. *in*
conſil. 70. *numer.* 50. *& ſeq. volum.* 3. Item intelli-
tur, non procedere, † quando teſtator dixiſſet, 74.
tunc, & eo caſu, & non aliter, nec alio modo, vel di-
xiſſet, *tunc, & in caſu prædicto tantùm*, Caſſador. *d.*
deciſion. 1. *de teſtam.* & alij quos allego *in tractat. de*
clauſulis parte 3. *clauſula* 88. *num.* 8. *& ſeq.*

ARTICVLVS XIII.

An fideicommiſſum conditionale tranſmittatur.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, vbi prohibitio alienationis eſt facta ad fauorem fideicommiſſarij.*
2. *... contrarium eſſe verius probatur contra Menoch.*

3. *Pro*

3. *Prohibitio alienationis facta filiis, non extenditur ad nepotes.*
4. *Argumentum de extenſione ad tranſmiſſionem, non valet.*
5. *Prohibitio alienationis reſtringitur ad terminos fideicommiſſi præcedentis.*
6. *Tranſmiſſio quare non præſupponat vocationem expreſſam.*
7. *Allegationibus modernorum non eſſe fidendum, niſi videantur in fonte.*
8. *Succeſſio cum qualitate primogenituræ non tranſmittitur.*
9. *Qualitas perſonalis requiſita tempore mortis non tranſmittitur.*
10. *Maioratus ius non eſt tranſmiſſibile.*
11. *Tranſmiſſio fit contra iuris regulas.*
12. *Tranſmiſſio ceſſat, quando conditio implenda eſt defecta in perſona ſtipulatoris.*
13. *Tranſmiſſioni non eſt locus, quando vocatur filius ſuperſtes.*
14. *Peregrin.* in conſil.1.vol.2. *reprobatur.*
15. *Ius, & potentia ſuccedendi vigore primogenituræ an tranſmittatur ad filios.*
16. *Ius filiationis an ſit diſtinctum à iure ſucceſſionis.*
17. *Potentia ſuccedendi cum excluſione aliorum tranſmittitur, quando illa qualitas inceperit in capite lineæ.*
18. *Linea, quæ non incepit, non eſt in conſideratione.*
19. *.. nec poteſt quis dici de linea primogeniti, quæ non incepit.*
20. *.. De linea primogeniti, quando fit tranſitus ad lineam ſecundogeniti.*
21. *Subſtitutio non dicitur verificata, ſi illius linea non incepit.*
22. *.. refertur ad lineam inchoatam, non autem ad caducatam.*
23. *Deſcendentes ex primogenito quandoque non ſuccedunt ad primogenituram.*
24. *Neptis ex maſculo non excludit amitam, ſi pater hæreditatem aui non adierit.*
25. *Bartol.* in l.is poteſt, num.8. ff. de acq. hæredit. *communiter reprobatur, & num.* 28.
26. *Spes ſuccedendi non eſt in conſideratione.*
27. *Spes, & potentia ſuccedendi quando non tranſmittitur ad filium primogeniti.*
29. *Ius ſuccedendi in tranſuerſalibus non eſt ſeparatum à iure agnationis, & cognationis.*
30. *Filij caro eſt eadem cum carne patris.*
31. *Ius ſucceſſionis in filiis dependet à iure ſanguinis.*
32. *Filij non poſſunt renuntiare iuri ſanguinis.*
33. *Nepos, mortuo filio, non ſuccedit in ius filiationis.*
34. *.. ſuccedit auo, ex propria perſona.*
35. *.. non ſuccedit ex perſona patris tranſmiſſiuè.*
36. *Ius accreſcendi habet locum inter verbis coniunctos.*
37. *Subſtitutio fideicommiſſaria vnitatum iure accreſcendi, tranſmittitur, & num.* 39.
38. *Ius accreſcendi tranſmittitur.*
40. *Fideicommiſſum conditionale vnitum cum iure accreſcendi reſpectu filiorum tranſmittitur.*
41. *Ius accreſcendi in quibus caſibus locum non habeat.*
42. *Filij in conditione poſiti, quando veniant iure propria vocationis, & quando iure tranſmiſſionis.*
43. *Fideicommiſſum conditionale vnitum cum iure accreſcendi non tranſmittitur in omnibus caſibus, & numer.* 46.
44. *Ius accreſcendi non poteſt eſſe vnitum cum fideicommiſſo facto extraneo.*
45. L. qui patri. ff. de acquir. hæred. *non habet locum in fideicommiſſo facto extraneo.*
47. *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad fiſcum.*
48. *Bona futura non veniunt in publicatione bonorum.*
49. *Fideicōmiſſum pro natu maiore non tranſmittitur.*
50. *Ætas maior non eſt tranſmiſſibilis.*
51. *Maioratus requirit ætatem maiorem de tempore ſucceſſionis.*
52. *Qualitas aliquando eſt de ſubſtantia actus.*
53. *Clauſula temporis de ſui natura eſt limitatiua, & reſtrictiua.*
54. *Conditio temporis incerti prius debet exiſtere.*
55. *Subſtitutio vulgaris expreſſa non continet pupillarem tacitam, quando eſt appoſita clauſula denotans extremitatem temporis.*
56. *Nepos non venit appellatione filij natu maioris.*
57. *Filiorum appellatione non veniunt nepotes.*
58. *Nepos ex primogenito non excludit patruum, quādo vocatus eſt filius. natu maior.*
59. *Patruus quando excludat nepotem ex primogenito.*
60. *Fideicommiſſum conditionale factum filiis quando tranſmittatur ad nepotes.*
61. *Nepotes quando veniunt appellatione filiorum, dicuntur ſuccedere ex propria vocatione, non autem iure tranſmiſſionis.*
62. *Succedentes ex propria vocatione poſſunt alienata reuocare, ſecus ſi ſuccedant iure tranſmiſſionis.*
63. *Succedentes per clauſulam in ſtirpes, veniunt ex propria vocatione, non autem iure tranſmiſſionis.*
64. *Clauſula* in ſtirpes, *non excludit gradus repræſentationem.*
65. *Primogenitus familiæ vocatus non venit iure tranſmiſſionis.*
66. *Hæres hæredis vocatus non venit iure tranſmiſſionis.*
67. *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad eos, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, contra Menoch.*
68. *Menoch.* in conſil. 95. vol. 1. *reprobatur.*
69. *Succedentes ex propria vocatione, non veniunt iure tranſmiſſionis.*
70. *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios poſitos in conditione.*
71. L. hæredes mei. §. vita. ff. ad Trebell. *declaratur.*
72. *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur in præiudicium deſcendentium.*
73. L. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſis, *non habet locum in extraneis.*
74. *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitates in extraneis.*
75. *Subſtitutio ſub conditione ſi deceſſerint ſine filiis, quando dicatur facta vltimo morienti.*
76. *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur, quando hæres eſt fiduciarius.*
77. *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur in contractibus.*
78. *Contractus omnes tranſeunt ad hæredes.*
79. *Stipulatio pro ſe, & filiis, cenſetur facta pro hæredibus.*
80. *Ex contractu quolibet oritur ius, quod tranſit ad hæredes.*

81. *Stipulatio rei non tranſmiſſibilis, non tranſit ad heredes.*

82. *Fideicommiſſum factum in contractu donationis iuxta terminos l. quoties, non trãſmittitur ad heredes.*

83. *Donatarius ſecundus venit iure proprio, non autem iure tranſmiſſionis.*

84. *Priuilegium actionis perſonalis pro dote non tranſmittitur ad hæredes.*

85. *Conditionis voluntariæ implendæ ius non tranſmittitur ad hæredes.*

86. *Ius implendi conditionem poteſtatiuam in contractibus ad hæredes non tranſit.*

DE tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis ſcripſi ſuprà *in parte prima, quæſtione* 24. *articulo* 5. Deinde de tranſmiſſione legatorum ſcripſi *in hac parte quarta, quæſt.* 18. *articulo* 8. Nunc ex regulis, & communibus concluſionibus exaratis in dicto articulo 5. alij caſus elucubrandi ſunt, quorum

1. Primus eſt, vbi facto fideicommiſſo, † prohibita
eſt alienatio ad fauorem fideicommiſſarij, tunc eſſe
locum tranſmiſſioni, ſcripſerunt Menoch. *in conſil.*
95. *numer.* 110. *vol.* 1. allegat Ruin. *in conſil.* 130.
numer. 4. *volum.* 2. Item Iacob. Gallus *in conſil.* 45.
numer. 10. allegat gloſſ. *in l. cùm pater. §. libertis.*
de legat. 2. Crot. *in conſil.* 48. *numer.* 22. *volum.* 1.
Rimin. iun. *in conſil.* 20. *numer.* 22. *&* 38. *& in conſil.* 23. *numer.* 224. *volum.* 1. Item alij moderniores,
qui allegant Dec. *in conſil.* 574. Ruin. *in conſil.* 156.
colum. final. volum. 2. *& conſil.* 250. *colum.* 3. *vol.* 3.
Menoch. *in conſil.* 124. *numer.* 115. *volum.* 2. *& conſil.* 211. *numer.* 107. *& conſil.* 335. *numer.* 30. *in fin.*
volum. 3. *& conſil.* 661. *num.* 19. *& ſeq. volum.* 7. *&*
conſil. 900. *numer.* 15. *volum.* 9. Mantic. *lib.* 11. *titul.*
20. *num.* 26.

2. Sed Doctores iſti conſarcinati † ad probandum
ſupradictum caſum, nullatenus probant, & in diuerſum
ſenſum loquuntur. Primò Ruin. *in conſ.* 130.
à Menoch. allegatus dicit totum contrarium, nimi-
3. rum, quòd ſi prohibitio eſt † facta filiis, non exten-
ditur ad nepotes. Deinde allegati per Gallum, neque
probant, Gloſſa *in d. §. libertis*, ne verbum qui-
dem dicit de tranſmiſſione, ſed reſpectu filiorum
dicit, quòd alter ex eis non alienans, poterit alie-
natum reuocare, Riminald. in allegatis conſiliis à
Gallo, ne verbum quidem dicit de tranſmiſſione,
ſed tantùm quòd prohibitio alienationis addita fi-
deicommiſſo immediatè præcedenti illud extendit;
4. ſed argumentum de † extenſione ad tranſmiſſionem
nullo modo valet, quia is ad quem extenditur, non
venit ex tranſmiſſione, ſed ex vocatione propria, &
ita arguere eſt ignorare terminos. Sed nec opinio
Riminaldi eſt vera, quoniam prohibitio alienatio-
5. nis † facta immediatè poſt fideicommiſſum reſtrin-
gitur ad terminos eiuſdem fideicommiſſi, & hanc
eſſe communem, & veriorem opinionem probat
Menoch. qui cæteros refert *in conſil.* 376. *numer.* 49.
volum. 4. *& in conſil.* 642. *numer.* 4. *& ſeq. volum.* 7.
& ita fuit ſemper iudicatum, Seraphin. *in deciſ.* 1373.
numer. 3. & aliæ deciſiones, vt *in Digeſt. Nouiſſim.*
tomo 5. *titulo Fideicommiſſum, cap. ſi prohibitio, & cap.*
cùm teſtator. Item allegati per moderniores fuerunt
priùs allegati à Menoch. *in d. conſil.* 124. *numer.* 115.
volum. 2. qui loquuntur in caſu valdè differenti,
nam ipſe Menoch. *ibi* loquitur, cùm teſtator voca-
uit filios, & filias, & eorum deſcendentes de gra-
du in gradum vſque in infinitum, quibus prohibuit
alienationem, quo caſu dicit ipſe eſſe locum tranſ-
miſſioni, quæ re vera non eſt tranſmiſſio, † ſed vo- 6.
catio, quia quilibet in gradu proximior venit ex
propria perſona vocatus, non autem ex iure tranſ-
miſſo. Decius *in d. conſil.* 574. nihil dicit de hoc,
imò, vt aduertunt *ibi* Pariſienſes *in additionibus*, De-
cius conſuluit contra caſum legis, & Ruin. & alij
allegati loquuntur in terminis vocationis, non au-
tem tranſmiſſionis, ex quibus apparet, deciſionem
ſupradicti caſus non eſſe amplectendam.

Et ex his noſtris collige vnum notabile, quòd
non eſt fidendum allegationibus † modernorum, 7.
niſi videantur in fonte præcipuè illorum, qui cum
tot ampliationibus, ſubampliationibus, & iſtarum
reſtrictionibus, & limitationibus putant per mi-
nutiſſimas partes materiam diſcutiendam eſſe, &
poſtea Doctores, quos allegant, non percutiunt
punctum, ſed in diuerſis terminis loquuntur, con-
tra quos Cicero *in* 2. *lib. de oratore*, exclamat, ſæ-
pe Iuriſconſultos ignoratione docendi, quod poſi-
tum eſt in vna cognitione, in infinitas partes di-
uidere.

Secundus caſus eſt, ſucceſſio cum † qualitate pri- 8.
mogenituræ, quæ eſt propria maioratuum, tranſ-
mitti non poteſt ad hæredes ſuos, ab illo, qui dicta
qualitate carebat, Ruin. *in conſil.* 39. *num.* 6. *volum.* 3.
Zanch. *in §. cùm ita. parte* 4. *numer.* 110. *verſ. pro vt*
etiam. Dec. *in conſil.* 443. *colum. final. verſ. quia illud,*
& numer. 12. vbi, quòd tranſmiſſio iuris perſona-
lis fieri non poteſt. Idem ſi requireretur qualitas
maioris ætatis tempore mortis vltimi poſſeſſoris,
nam iſta qualitas † perſonalis, tranſmitti non po- 9.
teſt, *l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de legat.* 2. vbi om-
nes Doct. firmant non fieri tranſmiſſionem iuris no-
minationis, Pariſ. *in conſil.* 37. *numer.* 79. *volum.* 2.
Socin. iun. *in conſil.* 14. *numer.* 18. *verſ. quinto, & in*
fine. volum. 4. Ruin. *in conſil.* 152. *numer.* 3. *verſ. &*
ſicuti volum. 3. Menoch. *in conſil.* 200. *numer.* 96. *&*
99. *&* 105. *volum.* 2. Item quia ius maioratus † non 10.
eſt tranſmiſſibile, Molin. Ieſuita *diſputatione* 646.
numer. 15. *in fine.* Item iura perſonalia non tranſ-
mittuntur, Surd. *in conſil.* 403. *numer.* 41. *& ſeq. vo-*
lum. 3. Item quia tranſmiſſio † fit contra iuris regu- 11.
las, vt probat Bald. *in conſil.* 132. *col.* 1. *verſ. ſuper-*
eſt videre. volum. 2. Socin. iun. *in conſil.* 14. *volum.* 4.
Crauett. *in conſil.* 62. *numer.* 6. *verſ. ſed iſta tranſmiſ-*
ſio. Rubeus *in conſil.* 8. *numer.* 5. Crot. *in l.* 1. *numer.*
37. *de legat.* 1. ideo non eſt permittenda, quando
duo ſpecialia concurrerent, contra *l.* 1. *C. de dotis*
promiſſ. & l. ius ſingulare. ff. de legib. Berous *in conſil.*
107. *numer.* 9. *volum.* 2. Ruin. *in conſil.* 140. *numer.*
14. *volum.* 2. Et pluralitas ſpecialium probatur, quia
fingeremus, quòd ius primogenituræ, quod nun-
quam fuit, nec habuit effectum, aliquando fuiſſet.
Item quia qualitas maioris ætatis erat implenda in
perſona vltimi, quæ defecit; ſed quando conditio † 12.
implenda, eſt defecta in perſona ſtipulatoris, ceſſat
tranſmiſſio, etiam in cõtractibus, & diſpoſitionibus
inter viuos. *§. ex conditionali. Inſt. de verb. oblig. & ibi* Io.
Fab. *n.* 5. Item quando vocatur filius ſuperſtes, † non 13.
eſt locus tranſmiſſioni, Bald. *in l. quidam elogio, nu-*
mer. 23. *C. de iure deliber. & in conſil.* 272. *volum.* 2.
Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita, numer.* 59. *ff. ad*
Trebellianian. Cuman. *in conſil.* 13. Socin. *in conſil.* 77.
vol. 1. Ruin. *in conſil.* 136. *numer.* 37. *volum.* 3. Pa-
riſ. *in conſil.* 37. *volum.* 2. Socin. iun. qui atteſtatur
eſſe communem opinionem *in conſil.* 14. *numer.* 7.
volum. 4. *& in conſil.* 30. *numer.* 6. *volum.* 4. Gabriel
in ſuis communibus, titulo de hæredib. inſtit. concluſ. 2.
num. 32. Riminald. iun. *inter conſilia vltim. volunt.* 167.

in

in fin. volum. 1. Gabriel *in conſil.* 121. *numer.* 36. *volum.* 1. & relati per Menoch. *in conſil.* 200. *num.* 92. *& ſeq. volum.* 2. *& in conſil.* 417. *num.* 2. *volum.* 5. Item in caſu vocationis ſuperſtitis non habet locum tranſmiſſio ad filios, etiamſi eſſent poſiti in conditione, quia propter vocationem ſuperſtitis cenſentur excluſi à patruo, Socin iun. *in conſil.* 30. *numer.* 4. *volum.* 4. Natta *in conſil.* 55. *colum.* 3.

14. Contrariam partem defendit Peregrin. *in conſ.* 1. † præſertim *in* 4. *ratione volum.* 2. vbi quòd licèt primogenitura, quæ eſt ius perſonale, non tranſmittatur ad filium primogeniti, ſicuti nec filiatio, Bartol. *in l. is poteſt, numer.* 8. *ff. de acquir. hæredit.* Tamen
15. ius, & potentia ſuccedendi † ex vi primogenituræ tranſmittitur in filios, & deſcendentes, ſicut dicitur de iure ſuccedendi ex vi filiationis, vt *ibi* declarat Bartol. vbi quòd à filio conſideratur duplex ius,
16. alterum filiationis, † quod eſt merè perſonale, & extinguitur per mortem filij, alterum ſucceſſionis, quod à filiatione deſcendit, & hoc ius conſiſtit in eo, quia ſi eſt in poteſtate, eſt ius ſuitatis, propter quod ſibi debetur legitima. Item debet inſtitui, vel exhæredari, quæ iura, mortuo filio, viuo patre, tranſeunt in nepotes, vt *in tota leg. Gallus, & l.* 1. *§. ſuos. ff. de ſuis, & legitim.* Item ſi eſt emancipatus, adhuc ſibi debetur legitima. Item præteritus, vel emancipatus rumpit teſtamentum. Bartol. *in authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.* quæ iura, vt dixi, tranſeunt in nepotes. Alexand. *in conſil.* 142. *& conſ.* 162. *vol.* 2. Ex quibus Bartol. *in d. l. is poteſt*, infert ad ius primogenituræ, & clariùs Paul. de Caſtr. vt ſcilicet potentia, & ius ſuccedendi ex primogenitura proueniens, quod acquiſiuerat in vita, mortuo primogenito, tranſmittatur ad filios, & hanc doctrinam, dicit, à contrariis defendere Aretinum, & Iaſonem *in d. l. is poteſt, numer.* 25. Socin. *in d. conſil.* 252. *numer.* 15. Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 40. *num.* 91.

Sed iſtis non obſtantibus, non eſt recedendum à doctrina, quam ſcripſi, & ad ſcripta per Peregrin. *in d. conſil.* 1. *volum.* 2. reſpondeo, quòd potentia
17. ſuccedendi † cum excluſione aliorum, qui excludebantur à capite lineæ, tranſmittitur ad filios, quando illa qualitas incepiſſet in capite lineæ, ita declarat Tiraquell. *in d. quæſt.* 40. *numer.* 55. ſed quando linea non incepit. Item, vbi qualitas primogenituræ non adeſt, nihil conſiderari poteſt, quod in deſcendente tranſmittatur, quia in ſucceſſione linearum,
18. nullius conſiderationis eſt linea, † quæ nunquam incepit. Bald. *in conſil.* 232. *colum.* 1. *verſ. quia linea. volum.* 2. vbi quòd linea eſt quantitas habens principium, & extremitatem, & pater non eſt de linea, ſed principium lineæ. Menoch. *in conſil.* 883. *num.* 8. *volum.* 9. Quare ſi filius non eſt natus, aut natus, mortuus antequam veniret caſus ſucceſſionis, ceſſat principium lineæ, & deeſt primum extremum ipſius; ergo non poteſt quis dici de linea pri-
19. mogeniti, † quæ nunquam inceperit. *l. non poteſt videri. ff. de regul. iuris. l. Titio vſusfructus. ff. de condit. & demonſtrat.* vbi hoc notant Bartol. & cæteri. *l. ſi extraneus, in princip. ff. de condict. cauſa data. l. Seia, verſ. quæ nondum initium. ff. de donat. cauſ. mort.* Alciat. *in conſil.* 494. *numer.* 5. *&* 8. Rimin. iun. *in conſil.* 95. *numer.* 48. *vſque ad* 54. *volum.* 1. & Doctores, qui affirmant in primogeniis eſſe attendendam lineam rectam, loquuntur in caſu, quo ſucceſſio peruenit ad caput illius lineæ, & tunc dicunt non eſſe tranſi-
20. tum faciendum ad lineam ſecundogeniti, † niſi euacuata linea primogeniti, & ita loquitur Tiraquell. *de primogen. quæſtion.* 10. *numer.* 21. *verſ. nam quamdiu*, vbi citat Andr. & Petr. de Bellapertic. & etiam dicunt relati per Couar. *in lib. practic. quæſt. cap.* 38. *numer.* 6. *verſ. vt enim qui primogenium conſtituunt.* Item text. *d. l. ſi extraneus, ff. de condict. cauſ. data*, dicit, quòd ſtipulatio dotis reddendæ ſoluto matrimonio, non verificatur, niſi nuptiis ſequutis, quia quod non incipit, finire non poteſt, per quæ iura Doct. in terminis ſubſtitutionis in caſu deficientis,
vel finitæ lineæ, firmarunt, quòd ſubſtitutio † veri- 21.
ficata nõ ſit, nec locum habeat, ſi linea illius non incepit habere effectum, quia ſcilicet filios à quibus incohare debebat, non ſuſcepit, vel præmortui ſunt. Pariſ. *in conſil.* 74. *colum.* 2. *&* 3. *volum.* 3. Ruin. *in conſ.* 4. *colum.* 1. *volum.* 3. Alciat. *in conſ.* 46. *lib.* 4. optimè Riminal. iun. *in conſil.* 117. *volum.* 2. & Alciat. *in conſ.* 44. *numer.* 29. *& ſeq. lib.* 9. dicit, quòd ſi ſubſtitutio facta eſſet, ſi nullus deſcendens ex linea maſculina
reperiatur, verba iſta debẽt referri ad eam lineam, † 22.
quæ iam inchoata erat, non autem ad eam, quæ caducata, quia caducata tranſmitti non poteſt. Præ-
terea non eſt idem iudicandum de deſcendentibus † 23.
ex primogenito, quod iudicaretur de ipſo primogenito, quando in deſcendentibus non eſt qualitas requiſita, *l. final. C. de natur. liber. l.* 1. *C. de priuileg. dot. l. penult. §. ſi puella. ff. de ritu nuptiarum*, Bartol. *in l. liberorum, numer.* 13. *ff. de verb. ſignificat.* Bald. *in d. l. in ſuis, in fine. ff. de ſuis, & legitim.* Sicut dicimus, quòd
neptis † ex maſculo deſcendens non excludit ami- 24.
tam, ſi pater hæreditatem aui non adierit, vt poſt alios antiquiores Cyn. *in l.* 1. *C. de adulter.* & *ibi* Iacob. de Arena. Alberic. & Angel. *in lect. Paduana*, Bald. *in l. Gallus. §. inſtituens, in fin. ff. de liber. & poſthum.* Socin. iun. *in conſil.* 168. *numer.* 4. *volum.* 2. Natta *de ſtatuto excluſiuo feminarum. quæſt.* 3. *principali. numer.* 55. Albert. Brun. *in eodem tractat. articul.* 12. *quæſt.* 9. *numer.* 5. qui probat eſſe communem concluſionem, quare ius, & potentia ſuccedendi vigore primogenituræ non poteſt tranſmitti in filium primogeniti, qui nunquam incepit, & qualitas maioratus non adeſt.

Secundò reſpondetur, quòd dicta doctrina Bar-
toli † *in d. l. is poteſt, numer.* 8. *ff. de acquir. hæredit.* non 25.
eſt vera, quia ſpes ſuccedendi in filio non eſt legitima, neque conſiderabilis. *l. poſt emancipationem, verſ. id enim*, vbi Bartol. notat. *ff. de liberat. legata. l. final. verſ. acerbiſſima ſpe.* & *ibi* Bartol. *in* 1. *oppoſit. & in vltima quæſt. C. de pact. l.* 1. *§. impuberi. ff. de collatione bono-
rum.* vbi ſpes præmatura † vocatur. *l. final. ff. de liber.* 26.
agnoſc. l. lex Cornelia, verſ. qui nulla bona in ciuitate reliquit. ff. de vulgar. & pupill. per quam legem notant *ibi* Bald. Angel. Alexand. Immol. Aret. & Iaſ. quòd filius viuente patre, nulla bona habere dicitur. Item quòd huiuſmodi ſpes ſuccedendi ſit prorſus inanis, firmauit Specul. *in titulo de execut. ſentent. §. ſequitur. verſ. quid ſi filiusfamilias*, Bartol. *in Authent. ſi qua mulier, colum. final. verſ. quæro quando filij. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. ſciendum, circa finem principij. ff. qui ſatiſdare cog. & in l. qui Romæ, colum.* 1. *verſ. certè dixi*, & *ibi* Immol. *ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. illud. quæſt.* 3. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. quamquam, in fin. C. ad legem falcid. & in §. ſi quis miles. colum.* 3. *verſ. ſed pone quod in inſtrumento Imperator Lotharius*, vbi ait quandam potentiam eſſe, quæ non eſt ens, ſicuti eſt, poſſe ſuccedere alicui, & probat Iaſ. *in d. l. is poteſt, num.* 15. *ff. de acquir. hæredit.* qui reſpondet ad text. *l. neque ei. §. præterea. ff. de adopt.* quòd intelligatur de actu voluntatis ſperantis, non autem de ſpe iuridica, & à
iure probata. Quare in filium primogeniti † non 27.
poterit tranſmitti illa ſpes, & potentia ſuccedendi, quæ à iure probata non eſt, & à Doctoribus communiter reiicitur, & in ipſo primogenito adhuc

non

non erat fundata, quia adhuc non ſucceſſerat.

Tertiò reſpondetur, doctrinam Bartol. à Pere-
28. grino allegatam, non eſſe † veram, probari ex his, quæ ipſemet Bartol. ſcripſit *in d. l. is poteſt, num. 6.* vbi diſputando ad partes concludit, quòd in tranſuerſalibus ius ſuccedendi non eſt ſeparatum à iure
29. agnationis, † & cognationis, ſicut ius ſuccedendi liberto quod habet patronus non eſt quid diuerſum à iure patronatus. *l. final. ff. de liber. agnoſcend.* & hanc doctrinam omnes ſequuntur; ergo idem debet eſſe in iure ſuccedendi liberorum, vt non ſit quid diuerſum à iure filiationis, quia filius ideo habebat ius ſuccedendi, quia eſt proximus agnatus patri. *l. final. & Authent. in ſucceſſione. C. de ſuis, &*
30. *legitim.* nam caro filij † cenſetur eadem cum carne patris. *l. cùm ſcimus. §. illud quoque, in fin. C. de agric. & cenſit. lib. 11. §. ei verò qui, Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. final. C. de impuber. ſubſtit.* & propter identitatem carnis inductum eſt illud commune votum parentum, de quo *in l. ſcripte, in fin. ff. vnde liberi*; er-
31. go à iure ſanguinis † dependet hoc ius ſucceſſionis, & donec durat, non poteſt dici, quòd ſit quid ſeparatum. Item quia aliàs ſequeretur, quòd filius poſſet tali iuri, tanquam ſeparato à iure filiationis
32. renuntiare, & tamen non poteſt, ſicut cæteri † agnati non poſſunt. *l. pactum dotali, & l. final. C. de pact.* & probatur *in l. ſi quando. §. illud. C. de inoffic. teſtam.* Item non poteſt eſſe alia ratio in vtroque, niſi quòd iura ſanguinis, & iura agnationis renuntiari non poſſunt. *l. ius agnationis. ff. de pactis. l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur.* Nec eſt vera doctrina, quòd mor-
33. tuo filio, nepos † ſuccedit in illud ius filiationis, ſiue ius ſuccedendi; quia tunc ſequeretur, quòd ipſe nepos ex perſona patris veniret ad ſucceſſionem aui,
34. quod eſt falſum, quia venit ex perſona propria, † licèt ſubintret gradum patris ex iuris diſpoſitione, Bartol. *in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit. & in l. 1. §. ſint nepos. ff. de collatione dotis*, Socin. *in conſil. 252. colum. 4. volum. 2.* Item ſi veniret ex perſona
35. patris † tranſmiſſiuè, tunc ſufficeret inſtituere filium in teſtamento, nec requireretur inſtitutio nepotis, quod eſt contra *l. Gallus.* ergo ſuccedit vt nepos, & non vt filius, & ita iùs ſuccedendi non eſt quid ſeparatum à iure filiationis, & liberorum.

Tertius caſus eſt, quando inſtituti ſunt filij, & deſcendentes, & reciprocè ſunt ſubſtituti, ſi abſque liberis deceſſerint, & vltimo loco vocatus eſt extraneus, inter ipſos inſtitutos adeſt ius accreſcen-
36. di, † quia verbis coniuncti fuere. *l. re coniuncti. de legatis 3. l. vnic. §. his ita, verſ. hoc ita tam variè. C. de caduc. tollend. l. planè, in princip. de legat. 1.* Immol. *in l. quod Sabinus, numer. 3. ff. de hæred. inſtit.* & tunc
37. ſubſtitutio fideicommiſſaria † eſt vnita cum iure accreſcendi; quamobrem qui prior decedit, poteſt portionem ſuam grauatam tranſmittere, quia po-
38. teſt dictum ius accreſcendi † tranſmittere. *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legitim. l. qui ex duabus, in princip. ff. de acquir. hæredit.* & huiuſmodi tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis operatur coniunctio cum iure accreſcendi, & ita loquitur Socin. *in l. hæredes mei. §. cuncta. numer. 12. verſ. cogita etiam. ff. ad Trebell.* & alij plurimi ad hoc relati per Mantic. *de coniectur. lib. 11. titulo 20. numer. 15.* & per Simon. de Pret. *lib. 3. ſolut. 4. numer. 34. verſ. Socin. in d. §. cùm ita. fol. 214.* & Viuius *in deciſ. 398. numer. 21.* probat, quòd licèt hæc ſola coniectura vnionis cum iure accreſcendi regulariter non ſit
39 ſufficiens ad tranſmiſſionem fideicommiſſi, † tamen quando concurrit alia coniectura, vt quia eſt facta vltimo loco extraneis, item filij ſunt poſiti in conditione, tunc eſt coniectura ſufficiens pro tranſmiſſione, & Rota *in deciſ. 502. in nouiter Nouiſſim.* quæ eſt deciſio Manticæ 319. quòd fideicommiſſum conditionale † vnitum cum iure accreſcendi 40.
reſpectu filiorum inſtitutorum & ſuorum filiorum in conditione poſitorum, tranſmittitur, quando teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ, quia voluit, vt tota illius hæreditas recedat, & deuoluatur ad cippum domus ipſius, tunc enim nulla eſt habenda ratio, quòd poſt ius acquiſitum non habeat locum ius † accreſcendi. *l. 1. §. interdum. ff.* 41.
de vſufruct. accreſcend. & quòd inter diuerſas ſucceſſionum ſpecies non admittatur, *l. ſed cum patrono. ff. de bonor. poſſeſſ.* quia teſtator cenſetur voluiſſe, vt ius accreſcendi habeat locum etiam poſt ius acquiſitum, quia voluit totam hæreditatem ad ipſius hæredes peruenire debere. Idem Mantic. *in d. titul. 20. numer. 16.* probat, quòd licèt adſit difficultas, an filij poſiti in conditione ſint vocati, tunc enim venirent ex iure propriæ vocationis, † non autem 42.
tranſmiſſionis, tamen vbi adeſt iſta difficultas, dicuntur venire ex iure tranſmiſſionis, & tunc coniecturæ vnitæ facient fideicommiſſum conditionale tranſmitti, Rota *deciſ. 380. num. 6. & ſeq. part. 2.* in vltimò impreſſis.

Ex quo infertur non eſſe veram opinionem eorum, qui affirmant generaliter, fideicommiſſum † 43.
conditionale vnitũ cum iure accreſcendi tranſmitti poſſe in omnibus caſibus. Primò, quoniam plurimi Doctores allegati à conſarcinatoribus ampliationum, & limitationum, loquuntur in terminis caſus à nobis propoſiti, non autem generaliter, & de fideicõmiſſo facto extraneo, quia tunc ius accreſcendi non poteſt amplius † eſſe vnitum, quoniam per 44.
aditionem extinctum eſt, neque apparet de contraria voluntate teſtatoris. Item quia cæteri mouentur per regulam *l. qui patri. † ff. de acquirend. hæ-* 45.
redit. quæ lex loquitur de ſubſtitutione pupillari, quæ non poteſt extendi ad fideicommiſſariam, propter rationes, quas ſcripſi ſuprà *in d. part. 1. quæſt. 24. articul. 5. in tertio caſu.* Item quia non eſt verum quòd pro fideicommiſſo coniuncto cum iure † ac- 46.
creſcendi extendendo ſtet communis opinio, pro vt dicti moderniores ad hoc allegant Viuium *in commun. opinion. concluſ. 843. numer. 17. & concluſ. 844. numer. 10.* Quia idem Viuius *in d. deciſ. 398. numer. 20.* vbi probat illam tunc temporis fuiſſe communem, & ipſe idem Viuius reſpondet omnibus rationibus, quæ pro ipſa aſſerta communi ſcriptæ fuerunt per Oddum, & per Cephalum, & Alciat. *in d. conſil. 117. numer. 15. lib. 9.* reſpondet pluribus conſiliis Pariſij, Iaſonis, Curtij, & aliorum, qui ſolent allegari pro dicta aſſerta communi, quam omnino probat eſſe falſam, nec eſſe multifaciendas nouitates modernorum, quas inuexerunt conſiliis ſuis, ad inducendas tenebras oculis iudicum, & ipſe idem Mantica, qui allegatur à modernioribus pro dicta aſſerta communi, non bene allegatur, quoniam *in d. lib. 11. titulo 20. numer. 13. verſ. ſed contrariam opinionem*, probat hanc eſſe veriorem & certiorẽ ſententiam, & dicentes contrarium, oſtendunt non intelligere terminos iuris. Cur autem huiuſmodi doctrinas reſpondentes contrariis, prædicti moderniores non allegauerint, argumentum colligi poteſt, quòd ſuas ampliationes, & limitationes non perfectè elucubrauerint.

Declaratur, vt in caſibus, in quibus fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes, † 47.
neque tranſmittatur ad fiſcum, qui habetur loco

hæredis

hæredis extranei, *l. tutoris. C. ad leg. Iul. de vi public.* notat Bartol. *in l. iura libertorum. ff. de iure patronat.* & ita probat Roman. *in conſil.* 247. Natta *in conſil.* 472. *numer.* 10. Angel. *in tract. de maleſic. in verſ. & nota, quòd facta dicta publicatione.* Et ratio eſt, quia
48. in publicatione bonorum non veniunt † bona futura, Bald. *in l. 1. colum. penultim. verſ. & ex prædictis apparet. C. de hæred. inſtit.* Abb. *in cap. ad liberandam, in fine. de Iudæis.* Alexand. *in conſil.* 75 *numer.* 12. *volum.* 1. Nellus *in tractatu de bannitis, in prima parte ſecundi temporis, quæſtion.* 18. Roman. *in ſingulari* 168. vbi diſtinguit de bonis acquirendis ex contractu, & iſta veniant in generali bonorum publicatione, & de bonis acquirendis ex fideicommiſſo conditionali, & iſta non veniant, & *ibi* Addentes alios referunt.

49. Quartus caſus eſt, quando per fideicommiſſum † vocatus eſt is, qui eſt natu maior de tempore ſucceſſionis, tunc non fit tranſmiſſio in filium, quia
50. maior ætas, † quæ requiritur in patre, non eſt tranſmiſſibilis, Alex. *conſil.* 4. Dec. *in conſil.* 443. *numer.* 23. quos ſequitur Cacher. *in conſil.* 73. *numer.* 10. ætas requiritur tempore, quo ſucceſſio defertur, vt probat Menoch. *in conſil.* 442. *numer.* 38. *volum.* 5. qui alios refert. Idem cùm in ſucceſſione maioratus
51. debet attendi maior ætas de tempore mortis † vltimi poſſeſſoris; ideo hoc tempus eſt præciſum ad ſubſtantiam actus. Bald. *in conſil.* 282. *verſ. non obſtat. volum.* 4. Et qualitas maioris ætatis eſt fundamentum intentionis eius, qui dicit ſe maiorem in hoc
52. tempore; ergo eſt de ſubſtantia actus †. Socin. *in conſil.* 246. *verſ. ſecunda ratio, & verſ. ſeq. volum.* 2. Et hic caſus probatur per diuerſa facta, in quibus reſponderunt, Ancharan. *in conſil.* 385. *& conſil.* 388. *numer.* 8. *& ſeq.* Roland. *in conſil.* 32. *numer.* 8. *& ſeq. volum.* 2. & Alexand. *in conſil.* 166. *numer.* 4. *& ſeq. volum.* 2. Nam cùm vocetur filius natu maior de
53. tempore ſucceſſionis, iſta clauſula temporis † de ſui natura eſt reſtrictiua, & taxatiua, ita vt excludat prorſus omnes alios caſus non expreſſos. Ancharan. *in conſil.* 357. Bald. *in conſil.* 57. *volum.* 2. Dec. *in conſil.* 63. *& conſ.* 305. *& conſ.* 332. *& conſil.* 516. Socin. iun. *in conſil. finali colum.* 2. *in fin. volum.* 2. *& conſil.* 159. *colum.* 3. *volum.* 2. Cephal. *in conſil.* 269. *numer.* 29. Marzar. *de fideicommiſſ. part.* 2. *quæſt.* 14. Roman. *in conſil.* 131. *& conſil.* 138. *verſ. tunc, & eo caſu*, Rub. *in conſil.* 11. *numer.* 3. Crauett. *in conſil.* 98. *num.* 5. Menoch. *in conſil.* 152. *num.* 41. *volum.* 2. latè Rimin. iun. *in conſil.* 80. *numer.* 18. *& conſil.* 110. *num.* 33. *volum.* 1. Berous *in conſil.* 99. *num.* 9. *volum.* 2. Item quia tem-
54. pus † incertũ habetur pro conditione. *l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell.* ſed conditio prius debet exiſtere, quàm diſpoſitio poſſit habere effectum. Ancharan. *in conſil.* 354. *numer.* 3. *& in conſil.* 356. *numer.* 5. latè Roland. *in conſil.* 36. *numer.* 18. *& ſeq. volum.* 3. Dec. *in conſil.* 63. & ad hoc eſt text. *l.* 1. §. *fin. ff. de condit. & demonſtr.* & notat Socin. *in l. in ſubſtitutione, in fin. ff. de vulg. & pupill.* Ruin. *in conſil.* 200. *numer.* 9. *volum.* 2. & exponitur in illo tempore, & ad aliud tempus referri non poteſt, niſi ad tempus, quo filius maior ætate ſuperuiuat, vt ſuccedere poſſit.

Item ad hunc caſum pertinet, quòd licèt vulga-
55. ris ſuſtitutio † expreſſa contineat tacitam pupillarem, *l. iam hoc iure. ff. de vulgari.* tamen quando eſt appoſita aliqua clauſula denotans extremitatem temporis, tunc pupillaris non continetur in vulgari, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, vulgariter tantùm, Dec. qui multa ad hoc allegat *in conſil.* 314. *colum.* 2. *verſ. ſecunda ratio, & in conſil.* 331. ſed vbi vocatus eſt filius maior natu de tempore ſucceſſionis, clauſula denotat extremitatem temporis; ergo ſtricta filij vocatio non tranſmittitur ad alias perſonas. Item comprobatur, quia quando vocatus eſt filius natu ma-
ior, † tunc nepos non venit appellatione filij, quia 56.
iſta qualitas, natu maior, non competit nepoti, Bartol. *in l. liberorum, numer.* 13. *ff. de verb. ſignificat.* Bald. *in conſil.* 302. *numer.* 4. Crauett. *in conſil.* 98. *numer.* 9. Socin. *in l. Gallus.* §. *inſtituens, in fin. ff. de liber. & poſthum.* qualitas enim, quæ non conuenit nepoti, impedit illum venire appellatione filiorum. Bartol. *in l. final. C. de natural. liber. & in d. l. liberorum*, Bald. *in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* Item ſi eſt vocatus filius natu maior, tunc nepos, qui eſt minor natu, admitti non poteſt. Bald. *in l.* 3. *C. de ſuis, & legit.* Alexand. *in conſil.* 4. *numer.* 10. *volum.* 4. & alij relati per Surd. *in d. conſ.* 403. *numer.* 35. *volum.* 3. quibus addo Alex. *in conſil.* 109. *numer.* 4. *& ſeq. volum.* 7. Socin. *in conſil.* 76. *volum.* 3. Ruin. *in conſil.* 181. *numer.* 2. *& ſeq. vol.* 2. *& conſil.* 179. *numer.* 7. *eodem volum.* 2. *& in conſil.* 136. *numer.* 8. *volum.* 3. Riminald. *in conſil.* 27. *num.* 1. *vol.* 1. Et hæc concluſio comprobatur, ex illa regula, quæ
eſt negatiuè firmanda, quòd filiorum † appellatione 57.
non contineantur nepotes, de qua ſcripſi ſuprà *in parte prima quæſt.* 2. *articul.* 5. Item quando vocatus
eſt filius natu maior, tunc nepos † ex primogenito 58.
non excludit patruum, ſed patruus eſt illi præferendus, & hanc concluſionem firmarunt, Riccard. Malombre, Cyn. Bald. Salyc. Alberic. de Roſat. & Paul. de Caſtr. *in l. ſi viua matre. C. de bonis matern.* Bartol. *in authent poſt fratres. C. de legitim. hæred.* Bald. *in l. tutela.* §. *ſi duo. ff. de legit. tutor. & in l. vt ab inteſtato. C. de ſuis, & legitim. & in l. cum antiquioribus. colum. pen. verſ. nonò hæc probantur. C. de iure deliber. & in l.* 2. *C. de iure emphyt.* Iaſ. *in l.* 2. *numer.* 12. *verſ. ſecundò quærit Bald. C. de iure emphyt.* Alciat. *in l. proximus. ff. de verb. ſignificat.* Andr. *in cap.* 1. *numer.* 10. *verſ. quærit gloſſa, & verſ. hæc eſſent vera. de natura ſucceſſionis feudi*, & *ibi* Afflict. *num.* 119. *in fin. in cap.* 1. §. *is verò*, & *ibi* Præpoſit. *in fin. de gradibus ſuccedentium in feudo.* Idem Andr. *in conſtitut. regni, incip. Comitibus*, Lucas de Penn. *in l.* 1. *colum.* 9. *C. de priuileg. eorum, qui in ſacro palat. milit. & in l. final. col.* 5. *C. de tyronib. lib.* 12. *& in l. nepotes. col.* 1. *C. de his qui numero liberor. lib.* 10. Iaſ. *in l. is poteſt. col.* 5. *& ſeq. ff. de acquir. hæred.* Cuman. *in l. cum ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. Fulgoſ. *in d. l. vt ab inteſtato. C. de ſuis, & legitim.* Franch. *in cap. grandi. de ſupplend. neglígent. prælat. lib.* 6. & *ibi* Corſet. *col.* 21. *& ſeq.* Anton. de Prato *in l. in quartam. quæſtion.* 6. *ff. ad leg. falcid.* Item ſecundùm hanc concluſionem in pluribus ca-
ſibus reſponderunt pro patruo, † quando vocatus 59.
fuit filius natu maior. Bald. *in conſ.* 275. *colum.* 2. *num.* 6. *verſ. quæſtio talis ſupra poſita volum.* 1. Ancharan. *in conſil.* 82. *colum pen. & ſeq.* Alexand. *in conſ.* 4. *colum.* 3. *& ſeq. volum.* 4. vbi hanc opinionem eſſe magis communem, & verioribus fundamentis innixam, ſcripſit. Zaſius etiam communem ſcripſit *in conſ.* 8. *numer.* 12. *volum.* 1. Dec. *in conſ.* 443. *colum. pen.* vbi ait, hanc ſententiam crebriori interpretum calculo receptam eſſe, Ruin. *in conſil.* 192. *numer.* 18. *volum.* 2. Berous *in conſil.* 71 *num.* 17. *volum.* 1. Socin. *in d. conſ.* 76. *volum.* 3. *& conſil.* 88. *numer* 1. *verſ. ex quibus, volum.* 3. Alba. *in conſ* 60. *numer.* 12. Surd. *in d. conſil.* 403. *volum.* 3. *& in conſil.* 455. *numer.* 5. *& conſil.* 468. *volum.* 4. *& in tractatu de alimentis, titulo vltimo quæſt.* 36. *numer.* 6. Peregrin. *in conſil.* 39. *vol.* 1. *& in conſil.* 23. *num.* 22. *vol.* 2. Decian. *in conſil.* 23. *num.* 4. *vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 441. *numer.* 2. *volum.* 5. Barbatia *in conſ.* 27. *colum.* 22. *verſ. præterea fuit. volum.* 2. Corn. *in conſ.* 199. *verſ. neque obſtat quod mater. volum.* 2. Rimin. iun. *in conſil.* 454. *numer.* 51. *volum.* 5. Hæc eadem

conclu

concluſio in diuerſis tractatibus firmata fuit, Martin. Laudenſ. *in tract. de primogenit. colum.* 10. Franciſc. Porcellin. *in tract. de duobus fratribus parte* 3. *quæſt.* 54. Anton. de Roſell. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in verſ. legitimatis*, Curt. iun. *de feud. parte* 2. *colum. pen. verſ. ſecundò moueor.* Milus *in ſuo repertorio in ver. filius primogenitus*, Guald. *de arte teſtandi cautela* 8. *titulo de liberis instituendis*, Coſta *de ſucceſſ. regni Portugalliæ parte* 3. *numer.* 32. Raudenſ. *in tract. de analogis, cap.* 5. *numer.* 275. *& cap.* 27. *numer.* 54. *& in appendic. parte* 1. *numer.* 168. Valaſch. *de iure emphyt. quæſt.* 50. *num.* 16. Ceuall. *in ſuis communibus, quæſt.* 762. *num.* 114. Omnes prædicti Iuriſconſulti, qui patruum nepoti præferendum eſſe ſcripſerunt, maioritatem ætatis conſiderarunt, & plurimi ex eis ſcripſerunt, quando dicta qualitas maioris ætatis in ipſa diſpoſitione appoſita fuit, Tiraquell. *de primogen. quæſtion.* 40. *numer.* 6. potiſſima pars eorum, qui patruum nepoti prætulerunt, maiori ætati ipſius patrui innititur, tantò magis ſi in ipſa diſpoſitione requiſita fuerit, & hæc concluſio in pluribus tribunalibus recepta fuit, Peguer. *deciſ.* 113 *in fine, & deciſ.* 114. & Gama *in deciſ.* 307. Vinius *deciſ.* 502. *num.* 14. Milanenſ. *deciſ.* 9. *numer.* 58. *lib.* 1. qui plurimos referunt, & confert deciſio, quando diſpoſitio reperitur facta de eo, qui eſt ætate minor, vt per Rotam *deciſ.* 209. *parte* 2. *in Nouiſſimis.*

Quintus caſus eſt. In omnibus caſibus, in quibus filiorum appellatione veniunt nepotes, de quibus ſcripſi *in parte* 1. *quæſt.* 2. *articul.* 5. *numer.* 42. *vſque ad*
60. *finem*, tunc fideicommiſſum † factum filiis tranſmittitur ad nepotes, Socin. *in l. hæredes mei.* §. *cum ita. numer.* 11. *ff. ad Trebellian.* vbi quòd ſi teſtator inſtituit filios fratris, quibus ſubſtituit alios filios, & iſtis ſubſtituit extraneum, tunc ſi vltimus filiorum fratris decederet ſine filiis, filij præmortuorum ſuccederent vigore fideicommiſſi ad eos tranſmiſſi, quia cùm teſtator ſubſtituiſſet alios filios, coniectura eſt ſufficiens quòd appellatione filiorum veniant nepotes, & ita ad eos tranſmittatur, & hanc probant Menoch. *in conſil.* 487. *numer.* 10. *volum.* 5. qui plurimos refert, Deciàn. *in conſil.* 88. *numer.* 56. *& ſeq. volum.* 2. vbi quòd ſi diſpoſitio teſtatoris proſpiciat tempus futurum, vel agatur de commodo nepotum, vel ſit habita ratio conſeruandæ agnationis, & familiæ, vel abſurdum eſſet, quòd hæreditas ad eos perueniret, ad quos teſtator non voluiſſet peruenturam eſſe, his & ſimilibus caſibus nepotes continentur appellatione filiorum, & fideicommiſſum iſtis relictum, tranſmittitur in nepotes, & *ibi* Decian. multos allegat. Idem ſi teſtator appoſuit clauſulam in ſtirpes, & non in capita, propter quam clauſulam eſſe locum tranſmiſſioni fideicommiſſi probat Decian. *in d. conſil.* 88. *numer.* 71. *volum.* 2. poſt Socinos, & Pariſium, quos allegat, Socin. *in d.* §. *cum ita. numer.* 57. *in fine, & in conſil.* 104. *colum.* 2. *& ſeq. volum.* 2. Menoch. *in conſil.* 127. *numer.* 114. qui alios refert.

61. Contrariam opinionem ego exiſtimo † eſſe veriorem, vt ſupradicti non aliter dicantur venire iure propriæ vocationis, inter quos magna eſt differentia, nam illi qui admittuntur iure tranſmiſſionis, dicuntur admitti ex tacita voluntate teſtatoris, & ſic iure alieno, vt dicit Bald. *in l. pater. quæſtion.* 4. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* ſed illi qui admittuntur tanquam vocati, veniunt iure proprio, non autem alieno, quia dicuntur ſubſtituti, Dec. *in conſil.* 515. *col.* 1. *verſ. & iſta concluſio.* Ruin. *in conſil.* 178. *numer.* 5. *volum.* 2. *& conſil.* 156. *numer.* 4. *eodem volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 141. *poſt princip. volum.* 2. quos refert, & ſequitur Cephal. *in conſil.* 16. *numer.* 41. *volum.* 1. Sed in caſibus, in quibus nepotes veniunt appellatione filiorum, illi dicuntur venire ex expreſſa vocatione teſtatoris, & ita declarat Mantic. *de coniectur. lib.* 8. *titulo* 8. *& lib.* 11. *titulo* 20. *numer.* 17. *verſ. ſed hæc*
coniectura. Effectus eſt, quia qui ex propria † vocatione ſuccedunt, poſſunt alienata reuocare, per regulam *l. final. C. commun. de legat.* ſed qui ſuccedunt iure tranſmiſſo, & capiunt ex perſona tranſmittentis, illi non poſſunt alienata reuocare, per regulam *l. cùm à matre. C. de rei vendic.* quoniam tranſmittentis hæredes eſſe oportet. Item quando teſtator vocat deſcendentes à pluribus in ſtirpes, † 62.
& non in capita, tunc illi ſuccedunt iure propriæ vocationis, non autem tranſmiſſionis, quoniam omnium ſtirpes vocatæ cenſentur & ſimul concurrunt, & qui ex vna ſtirpe eſt proximior grauato defuncto, alias ſtirpes non excludit, Socin. *in conſil.* 69. *colum.* 3. *& in d. conſil.* 104. *volum.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 116. *numer.* 1. *& in conſil.* 20. *volum.* 3. Pariſ. *in conſil.* 36. *numer.* 5. *& conſil.* 38. *num.* 9. *volum.* 2. & alij plurimi, quos ad hoc refero *in tractatu de clauſulis parte* 3. *clauſula* 43. & propterea ibi probo quòd iſta clauſula non excludit † gradus repræſentationem 64.
inter patruum, & nepotem, quia nepos quoad effectum ſuccedendi alteri patruo, eſt eiuſdem gradus cum patruo, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 454. *in fin. volum.* 2. ſed tranſmiſſio non poteſt fieri ad diuerſas ſtirpes; ergo iſti veniunt ex iure vocationis, non autem tranſmiſſionis.

Et retentis iſtis terminis infertur non eſſe veram opinionem eorum qui firmant, quòd quando teſtator vocauit primogenitũ familiæ, ſemper fiet tranſmiſſio † fideicommiſſi, allegantes ad hoc Decium 65.
in conſil. 397. *numer.* 6. qui loquitur, quando teſtator diſpoſitiuè vocauit filios inſtituti ad excluſionem ſubſtituti. Sed hæc opinio Decij ſtare non poteſt, quia, vt probaui, dicti filij vocati veniunt iure proprio, non autem iure tranſmiſſionis. Ita & primogenitus vocatus veniet iure proprio; item hæres hæredis † vocatus; veniunt omnes proprio iure, & ter- 66.
mini tranſmiſſionis in huiuſmodi caſibus applicari non poſſunt, prout decipitur etiam Menoch. *in conſ.* 333. *numer.* 40. *volum.* 4.

Secundò infertur non eſſe veram opinionem Menochij *in conſil.* 487. *num.* 5. *volum.* 5. fideicommiſſum conditionale tranſmitti ad eos, qui ab inteſtato † 67.
ſucceſſuri eſſent teſtatori, hac ratione motus, quia cenſetur ſe cõformem reddere cum diſpoſitione iuris communis, quia Zanchus allegatus à Menoch. *in* §. *cum ita parte* 4. *numer.* 385. dicit totum contrarium, videlicet, teſtatorem cenſeri ſe conformem reddere cum diſpoſitione iuris in his, quæ diſpoſuit, non autem in omiſſis, aliàs ſequeretur, quòd ſemper in ſubſtitutionibus comprehenderentur omnes eiuſdem gradus, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent. Nec eſt veriſimile, vt is qui poteſt ſuccedere iure proprio, velit ſuccedere iure tranſmiſſo, niſi conſtaret de contraria voluntate teſtatoris, vt dixit Rota *in deciſ.* 59. *numer.* 5. *parte* 2. in vltimò impreſſis.

Tertiò infertur non eſſe veram opinionem illam, quòd quando teſtator vocauit ſubſtitutum, & eius filios, vel nepotes, vel hæredes, tunc ad eos fit tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis, quam firmarunt
Menoch. *in conſil.* 95. † *numer.* 107. *volum.* 1. *& in conſ.* 68.
333. *numer.* 40. *volum.* 4. *& in conſil.* 793. *numer.* 19. *volum.* 8. *& in conſil.* 1283. *numer.* 26. *volum.* 13. & alij ab eo allegati, & ab Hondedeo *in conſil.* 70. *numer.* 37. *volum.* 1. & à Craſſo *in* §. *fideicommiſſum.* *quæſt.*

quæſt.68.num.2. Quoniam de tranſmiſſione agi non
69. poteſt reſpectu eorum, qui ex propria vocatione † ſuccedere poſſunt, vt probaui. Et ſi diceretur quòd fideicommiſſum conditionale tranſmittitur quoad purificationem conditionis in alterum ſucceſſiuè vocatum, iſti termini non conueniunt caſui, de quo agimus, quia tunc veniunt ex vocatione propria, non autem ex perſona tranſmittentis, & nos loquimur quando fit tranſmiſſio ex coniectura voluntatis teſtatoris, non autem ex vocatione expreſſa teſtatoris, ita vt illi ad quos fit tranſmiſſio, ſuccedant ex perſona tranſmittentis, non autem ex propria.

Sextus caſus eſt, quando filij hæredis inſtituti fuerunt poſiti in conditione, tunc moriente eorum patre inſtituto pendente cōditione, ad eos fiet tranſ-
70. miſſio † fideicommiſſi conditionalis, ita firmarunt Bald. *in l. ſi pater, quæſt.* 4. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & alij plurimi relati per Menoch. *in conſil.* 793. *numer.* 22. *volum.* 8. *& in conſil.* 325. *num.* 58. *volum.* 4. Gabriel *in conſil.* 121. *numer.* 33. *volum.* 1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt.* 68. *numer.* 7. Alexand. Trentacinquius *in tract. de ſubſtit. parte* 4. *cap.* 14. *num.* 21. Viuius *in concluſ.* 844. *num.* 7. Simon. de Pret. *de interpret. vltim. vol. lib.* 3. *ſolut.* 4. *num.* 34. *fol.* 214. qui alios referunt, atque probant eſſe receptiſſimam ſententiam, quam etiam approbauit Rota *in deciſ.* 380. *num.* 4. *part.* 2. in vltimò impreſſ. dum dixit, quòd licèt hæc ſola coniectura habeat multos contradictores, tamen negari non poteſt, quin concurrendo cum aliis coniecturis operetur effectum tranſmiſſionis, Ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 102. *num.* 12.

71. Neque huic concluſioni obſtat textus *l. hæredes* † *mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* vbi gloſſ. final. probat non fieri tranſmiſſionem in filios in conditione poſitos, quia ita Claudia ſubſtituta fuiſſet ab illis excluſa, & ita Bartol. *in* 2. *oppoſit.* dicit quòd ius fideicommiſſi conditionalis non tranſmittitur ad filios in conditione poſitos, & eandem firmat gloſſ. communiter recepta *in l. vnic. in verſ. derelictis. C. de his qui ante apert. tabul.* & hāc etiam probat Menoch. *in conſil. vltimo numer.* 113. *volum.* 2. Quia reſpondetur ſecundùm Socin. *in d. §. cùm ita. numer.* 13. *verſ. & ad iſtum textum,* quòd ibi ſubſtitutus erat ex liberis, & ita ex deſcendentibus ipſius teſtatoris, in cuius præiudicium non acquiritur teſtatorem voluiſſe fidei-
72. commiſſum † tranſmitti; ſecus eſt, quando non ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, nam in iſtis ceſſat coniectura *l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſis*, quæ intelligitur ſolùm de deſcendentibus teſtatoris, vt ſcribit Mantic. *de coniectur. lib.* 10. *titulo* 8. *numer.* 25. & hanc opinionem amplexa eſt Rota Romana, vt per eundem Mantic. *in deciſ.* 120. *numer.* 6. *& ſeq.* vbi recenſentur aliæ deciſiones, quòd liberi poſiti in conditione faciliùs intelliguntur ſubſtituti quando ſunt de deſcendentibus teſtatoris. Item loquitur de fideicommiſſo reciproco inter duos filios inſtitutos, ſi alter eorum deceſſerit ſine liberis, quo caſu liberi vnius ſunt poſiti in conditione ad excludendum alterum filium à portione patris ſui, non autem à portione patrui, & ideo non eſt mirum, ſi portio patrui ad eos non tranſmittatur, quia non ſunt poſiti in conditione contemplatione huius portionis, pro-
73. pterea in hac portione ceſſat hæc coniectura † deſumpta ex *d. l. acutiſſimi,* Mantic. *in deciſ.* 120. *n.* 9. Item reſpondetur ſecundùm Rotam *in deciſ.* 804. *part.* 1. in Nouiſſimis, declarando doctrinam communem *d. §. cùm ita,* quòd aut verificatur conditio in primo moriente ſine filiis, & tunc aut adeſt ſubſtitutio reciproca expreſſa, & ſubſtitutus non ſucedit. Aut non adeſt ſubſtitutio expreſſa, & tunc ſi hæredes inſtituti ſunt de liberis, quo caſu, quia adeſt perſona veriſimiliter magis dilecta, ſubſtitutus excluditur, & procedit text. *l. penultimæ. C. de impub. ſubſtit.* ſi verò ſunt extranei, intrat regula, quòd pluralitas † 74.
non reſoluitur in ſingularitates, & rigor verborum requirit implementum conditionis in vtroque, propterea non tranſmittitur, niſi ex præſumpta mente teſtatoris aliud appareat, & procedit text. *l. falſa demonſtratio. §. final. ff. de condit. & demonſt. & l.* 2. *ff. de condit. inſtit. l. Lucius. §. Caio, & l. pen. ff. de iniuſt. teſtam.* Si verò conditio deficiat in primo, quia deceſſit cum filiis, ſed purificatur in ſecundo, qui deceſſit ſine filiis, & tunc ſubſtitutus filiis, ſi vterque deceſſit ſine filiis, debet ſuccedere ipſi vltimo morienti ſine filiis, in quo purificatur conditio, vt probat Mantic. *in lib.* 11. *titulo* 5. *numer.* 9. Et rationem dat ibi Rota, quia, quando teſtator duos inſtituit, eóſque adinuicem ſubſtituit, & ſi ambo deceſſerint ſine filiis, ſubſtituit Claudiam, hæc ſubſtitutio † de Claudia dicitur facta vltimo morienti, 75.
qui primo morienti eſt ſubſtitutus cohæres; vult ergo teſtator, quòd ſi vltimus decedat ſine filiis, inſtitutus habeat totam hæreditatem; ergo præſumitur voluiſſe etiam, quòd habeat partem ſi deficit conditio in vltimo moriente, & ceſſat reciproca, & hunc intellectum probat Alexand. *in d. l. pen. num.* 9. *C. de impuber. ſubſtitut. & in d. §. cùm ita,* Ruin. *num.* 122. Torniell. *numer.* 10. & Bolognett. *num.* 58. *& ſeq.*

Septimus caſus eſt, quando conditio fideicommiſſi eſt appoſita fauore fideicommiſſarij, vt quia hæres fiduciarius grauatus eſt de reſtituendo cùm erit fideicommiſſarius legitimæ ætatis, tunc enim licèt præmortuus fuerit, † tranſmittit ius fideicom- 76.
miſſi conditionalis ad ſuos hæredes, prout eſt caſus *in l. Seius Saturninus. ff. ad Trebellian. & l. in fideicommiſſi. §. cùm Pollidonius. ff. de vſuris*, vbi Bald. & Angel. ita declarant, idem Bald. *in l. poſt mortem, n.* 7. *C. de fideicommiſſ.* Crauett. *in l. cum filiofamilias. part.* 2. *num.* 350. *de legat.* 1. & alij ad hoc allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 3. *num.* 19. qui declarat hunc caſum per multa requiſita.

Octauus caſus eſt, fideicommiſſum conditionale factum in contractu inter viuos, pendente condi-
tione † tranſmittitur ad hæredes, *§. ex conditionali.* 77.
Inſtit. de verb. obligat. §. *cùm quis ſub aliqua. Inſtitut. de inutil. ſtipulat. l. is cui*, & ibi gloſſ. *ff. de act. & obligat.* & ita firmarunt Aretin. *in d. §. ex conditionali*, Benedict. *in cap. Raynutius, verſ. vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 5. *numer.* 62. Surd. *in conſil.* 517. *numer.* 3. *volum.* 4. *& in deciſ.* 144. *numer.* 24. Zanch. *in d. §. cùm ita. parte* 4. *numer.* 17. *& ſeq.* Et ratio eſt, quia natura contractus, & ſtipulationis eſt, vt tranſeat † ad hæredes, ſiue de illis mentio 78.
facta fuerit, ſiue prætermiſſa, *l. veteris, in princip. C. de contrah. & committ. ſtipulat.* & ibi Bald. illam deciſionem extollit, Iaſ. *in l. ſi ſic ſtipulatus. num.* 13. *ff. de verb. obligat.* Item quia omnis contractus tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè, *l. viam veritatis. C. de locat. l.* 2. & ibi gloſſ. *ff. de pact. inter empt. & vend.* Bald. *in l.* 1. *C. de conſtit. pec.* & hanc concluſionem ex multis probant Iaſ. *in d. l. ſi ſic ſtipulatus, numer.* 9. *& ſeq. & numer.* 14. & Surd. *in conſil.* 133. *num.* 15. *volum.* 1. & latiùs *in deciſ.* 322. *num.* 38. *& plur. ſeq.* & per totam illam deciſionem probat, quòd ſtipulatio fa-
cta † pro ſe, & filiis, cenſetur facta tanquam pro hæ- 79.
redibus, ſed ex quolibet contractu † oritur ius. Spec. 80.
in titul. de locato. § nunc aliqua, numer. 96. *in fin.* Tiraquell. *de retract. §.* 1. *gloſſ.* 7. *numer.* 20. *& ſeq.* etiam ſi

ſit ius in ſpe. Dec. *in conſil.* 107. *numer.*1. *in fin.*ergo hoc ius conditionale,quod eſt ſub ſpe,eſt ad hæredes tranſitorium,ad quos tranſmitti poteſt. Ex quo ſequitur, quòd ſi res ex ſui natura non eſt tranſmiſ-
81. ſibilis ad hæredes,† non cenſetur pro illis ſtipulatio facta,Angel.*in l.ſi ita ff.de verb.obligat.* vt ſunt ſeruitutes perſonales quæ regulariter non tranſmittuntur,*§.finitur.Inſtit.de vſufruct.*Item actiones perſonales.*l.*1.*§.ſi hæres.ff.ad Trebellian.l.fin.C.de hæredit.actionib. l.* 1. *C. de hæred. inſtit. l. cùm autem. de legat.* 2. *l. æris alieni. C. de donat. l. fin.* §. *fin. ff. de contrahend. empt.* & ita ſequitur non eſſe veram opinionem, quam firmat Zanch. *in d.* §. *cum ita parte* 4. *numer.*
82. 18. quòd fideicommiſſum † factum in contractu donationis, iuxta terminos *l.quoties. C. de donat.quæ ſub modo*, tranſmittitur ad hæredes, quoniam ex *d. l.quoties*, oritur ſola actio perſonalis, vt diffusè ſcripſi *in voto* 49. inter deciſiones Piſanas, & *ibi* allegaui omnes alias deciſiones, eſt *in D. N. tom.* 1. *tit. Actio.c.ſed vbi actio*,quæ non tranſmittitur ad hæredes. Item quia ſi ego dono tibi, & poſt mortem
83. tuam Titio, hic ſecundus donatarius † venit iure proprio, non autem iure tranſmiſſionis, & vnaquæque perſona donataria capit à donante, & quia *d. l. quoties*, eſt exorbitans à iure, ideo non poteſt producere actionem realem, ſed tantùm perſonalem, quæ non tranſmittitur. Item priuilegium
84. actionis † perſonalis pro dote non tranſmittitur ad hæredes,vt probat Ruin.*in l.*1.*num.*43. *ff. ſolut.matr.* & *ibi* Caſtrenſ.& Aretin.quos ſequitur Ripa *num.*49. quia cauſa propter quam d. priuilegium conceſſum eſt, extinguitur cum perſona, ideo tranſmitti non poteſt,pro qua concluſione vide quæ ſcripſi *in d.l.*1. *quæſt.*3.*art.*1.*num.*26.

Octauus caſus eſt,quando fideicommiſſum eſt relictum ſub conditione voluntaria,& is qui ſub dicta conditione honoratus eſt, prædeceſſerit,non tranſ-
85. mittit ius implendi † conditionem ad hæredes,quia illius morte expirat,Bartol.*in l.cui fundus,num.*5.*ff.de condit.& demonſtr.*Bald.*in d.l.ſi plures, numer.*23. *C. de condit. inſert.* Paul. de Caſtr. *in l.ſi decem cùm petiero*, & *ibi* Iaſ. *numer.* 12.*ff. de verb. obligat.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.*16. *numer.*125. quoniam regulariter ius implendi conditiones ad hæredes non tranſmittitur,*l.vnic.§.ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollend. l. prætor.* & *ibi* notat Bartol. *ff. de collat.bonor. l. ſi cui legetur.* §. *hoc autem. de legat.* 1. Idem eſt in
86. contractibus, † in quibus ius implendi conditionem poteſtatiuam, ad hæredes non tranſmittitur, *l. qui Romæ.* §. *Augerius. ff. de verb. obligat.* Bartol. Caſtrenſ. & Iaſ. *in d. l. ſi decem cùm petiero*, & alij ad hoc allegati per Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1.*gloſſ.* 6. *numer.* 15. dè qua re ſcribam latiùs inferiùs, vbi tractabo quæſtiones & articulos de conditionibus.

ARTICVLVS XIV.

An & quando fideicommiſſo renuntiatum cenſeatur.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſo quando cenſeatur renuntiatum.*
2. ..*per diuiſionem non cenſetur renuntiatum.*
3. ..*& opinio eſt vera etiam in fideicommiſſo puro.*
4. L.Titius. ff. quib.mod.pign.vel hypothec. ſolu. *declaratur.*
5. *Requiſita duo, quando requiruntur, non ſufficit alterum.*
6. *Fideicommiſſa etiam pura non remittuntur per diuiſionem,& num.*8.
7. *Legatarius emens rem purè ſibi legatam, ſibi non præiudicat.*
9. *Renuntiatio eſt donatio.*
10. ..*& requirit inſinuationem.*
11. *Vſusfructus pertinens ad patrem, ſi remittatur filio,cenſetur donatio,quæ non valet,niſi poſt mortem patris.*
12. *Fideicommiſſo puro non cenſetur renuntiatum per tranſactionem.*
13. *Fideicommiſſum purum, & purificatum procedunt à pari.*
14. *Menochij opinio de renuntiatione fideicommiſſi puri reprobatur.*
15. *Prælegatorum,& fideicommiſſorum differentia.*
16. *Prælegatis cenſetur renuntiatum per diuiſionem.*
17. *Diuiſio prælegatorum habet naturam permutationis.*
18. *Fideicommiſſarius non obſtante diuiſione poteſt petere pretium.*
19. L.ſi fundum per fideicommiſſum, de legat.1. *declaratur.*
20. *Fideicommiſſo non eſſe renuntiatum, in dubio iudicandum eſt.*
21. ..*an cenſeatur renuntiatum per clauſulam ad habendum,&c.*
22. *Clauſula ad habendum debet eſſe ſcripta per extenſum,vt habeat maiores vires.*
23. *Clauſulæ ceteratæ ſunt extendendæ ad arbitrium iudicis.*
24. *Fideicommiſſo cenſetur renuntiatum per clauſulam ad habendum,& alienandum.*
25. *Clauſula* ad alienandum,*poteſt explicari per æquipollens.*
26. *Fideicommiſſo cenſetur renuntiatum per clauſulam ad alienandum, quando alienatio ſequuta fuerit.*
27. ..*non ſolùm ſi titulo particulari, ſed etiam per hæredis inſtitutionem.*
28. ..*& an idem ſit in ſucceſſione ab inteſtato.*
29. *Alienatio fideicommiſſi quando valet, non præiudicat vocatis præter filios & deſcendentes.*
30. *Fideicommiſſo quando cenſetur renuntiatum, an etiam ſit renuntiatum pretio.*
31. *Fideicommiſſo non cenſetur renuntiatum, per promiſſionem de non contraueniendo diuiſioni.*
32. *Promiſſio de non contraueniendo reſpicit actum diuiſionis,non autem fideicommiſſi.*
33. *Clauſula promittens habere ratum, nihil addit contractui.*
34. *Verba generalia ſequuntur naturam actus ſpecificè expreſſi.*
35. *Clauſula promittens habere ratum, non confirmat contractum per errorem factum.*
36. *Clauſula generalis non extendit tranſactionem de re certa.*
37. *Quietatio generaliſſimis verbis facta, non comprehendit fideicommiſſum.*
38. ..*reprobata gloſſa, quæ contrarium tenet, & numer.*40.
39. L.ſi certa, C. de tranſact. *receptus eſt in omni contractu.*
41. *Promiſſio de non contraueniendo reſtringenda eſt ad ſpecificata.*
42. *Verba generalia reſtringuntur ad ſuam cauſam.*
43. *Quietatio, & liberatio reſtringenda eſt ad ſuam cauſam.*

44. *Renun*

44. *Renuntiatio generalis ad ſuam cauſam reſtringenda eſt.*
45. *Promiſſio de non conueniendo in actu inter viuos, non trahitur ad teſtamentum.*
46. *Fideicommiſſum non tollitur per clauſulā generalem.*
47. *Promiſſio de non contraueniendo ſemper cenſetur appoſita in executiuis.*
48. *Clauſulæ omnes quando cenſeantur in executiuis appoſitæ.*
49. *Iuramentum non auget conſenſum.*
50. *Iuramentum quando habet vim ſpecialis expreſſionis, & num. 53.*
51. *Renuntians ſucceſſioni ſui patris cum iuramento, cenſetur etiam legitimæ renuntiaſſe.*
52. *Iuramentum non extendit actum ad incogitata.*
54. *Promiſſio habendi ratum, & firmum, ſemper eſt vnita cum promiſſione de non contraueniendo, & habent eundem effectum.*
55. *Diuiſio in partes cum ampliſſimis clauſulis an importet renuntiationem fideicommiſſi.*
56. *Clauſulæ acceſſoriæ renuntiationis, illam non augent.*
57. *Ioan. Andr. circa renuntiationem fideicommiſſi per clauſulas ampliſſimas eſt communiter reprobatus.*
58. *Fideicommiſſo non dicitur renuntiatum per clauſulam ceſſionis iurium.*
59. *Clauſula,* Ponentes ſe in locum proprium, *intelligitur in iure de præſenti.*
60. *. . nec importat facultatem transferendi dominium.*
61. *Fideicommiſſo non cenſetur renuntiatum per clauſulam, pleno iure.*
62. *. . nec ſi portiones diuiſæ liberè fuiſſent aſſignatæ.*
63. *. . nec ſi partes fuiſſent aſſignatæ æſtimatæ.*
64. *Nec ſi fuerit renuntiatum omni iuri, & legum auxilio.*
65. *Regula,* vbi non proſunt ſingula, multa iuuant' *quomodo intelligitur.*
66. *Fideicommiſſo ſi eſt expreſſè renuntiatum, & poſtea eſt appoſita clauſula præſeruatiua ipſius, quid iuris.*
67. *Proteſtatio contraria facto, nihil releuat.*
68. *Reſeruatio nihil operatur, vbi non eſt reſeruabile.*
69. *Fideicommiſſi renuntiatio, & reſeruatio quomodo ad concordiam reduci poſſunt.*
70. *Verba diſpoſitionis contraria ſunt reducenda ad concordiam.*
71. *Fideicommiſſi reſeruatio non poteſt habere effectum, ſequuta alienatione ex vi facultatis conceſſæ.*
72. *Alienatio permiſſa poteſt fieri etiam titulo vniuerſali.*
73. *Reſeruatio legalis ſucceſſionis importat eundem effectum, quem reſeruatio fideicommiſſi.*
74. *Fideicommiſſo paterno in dubio renuntiatum dicitur, quando expreſſè eſt reſeruatum fideicommiſſum auitum.*
75. *Fideicommiſſo renuntiatum non dicitur, ſi partes diuidentes promiſerint ſibi adinuicem de euictione.*
76. *Euictionis promiſſio quando non intelligitur de illa quæ venit ex natura rei.*
77. *Diuiſione facta, & acceptatis partibus, non debent conferri allodialia & libera cum bonis feudalibus, vel fideicommiſſo ſuppoſitis.*
78. *Secus ſi inter fratres ſequeretur magna inæqualitas.*
79. *Secus ſi diuidentes ſcienter acceptauerint partes inæquales.*
80. *Diuidentes acceptantes partes, videntur earum valorem æſtimaſſe.*
81. *. . etiam ſi diuidentes ignoraſſent bona eſſe obnoxia.*
82. *. . multo magis ſi fuit habita ratio valoris bonorum.*
83. *Euictio non præſtatur, vbi partes diuidentes acceptarunt portiones electas cum ſuis grauaminibus.*
84. *Subrogatio bonorum non fit quando non eſt locus euictioni inter diuidentes bona fideicommiſſi.*
85. *Subrogatum quando non aſſumat naturam, & qualitatem eius, cui ſubrogatur.*
86. *Subrogatio bonorum, vt fiat, expreſſè debet actum eſſe.*
87. *Feudum non permutatur cum altera re, ſine conſenſu domini.*
88. *Reſtitutio in integrum non competit aduerſus iudicium ſortis.*
89. *. . etiam ſi interueniret læſio vltra dimidiam.*
90. *Fideicommiſſo non cenſetur renuntiatum per tranſactionem, niſi cum ſpecifica ſcientia teſtamenti.*
91. *. . ſecus ſi per aliquas coniecturas poſſit deprehendi.*
92. *Fideicommiſſo cenſetur renuntiatum per tranſactionem, quando verba non poſſunt importare alium effectum.*
93. *. . & qui dicit contrarium probare debet.*
94. *Legati verba comprehendunt caſum, ſi alterum caſum comprehendere non poſſunt.*
95. *Verba renuntiationis nulla debent eſſe ſine effectu.*
96. *. . etiamſi trahantur ad extraneam ſignificationem.*
97. *Verba generalia cum iuramento comprehendunt caſum, quando aliter verificari non poſſunt.*
98. *Iuramentum habet vim ſpecialis expreſſionis, quando eſt cogitatum in genere.*
99. *Renuntiatio quando eſt realiter facta, tunc non eſt opus videre verba teſtamenti.*
100. *Renuntians realiter, dicitur ſe eximere de medio, & habetur pro mortua.*
101. *Renunciatio quando dicatur realis.*
102. *Soror renuncians patri, aliquando non ſuccedit fratri, in bonis paternis.*
103. *Renuntians cenſetur prius adiuiſſe, & poſtea vti deuoluenda ceſſiſſe.*
104. *Teſtamenti verba videnda non ſunt, ſi ad bona per conuentionem ſuccedere non poteſt.*
105. *Renuntiatio conuentionalis poteſt fieri etiam iuri de futuro.*
106. *Pactum cum renuntiatione futuri, quando producet effectum de præſenti.*
107. *Renuntiatio valet, etiam non inſpectis verbis teſtamenti, quando renuntians veriſimiliter notitiam habere potuit.*
108. *Filia præſumitur habere notitiam qualitatis bonorum patris.*
109. *. . item ſocij communiter habitantes.*
110. *Teſtamenti verborum notitia præſumitur, quando eſt nuncupatiuum.*
111. *Renunciari non poſſe l. de his. ff. de tranſact. qu' teneant.*
112. *. . Oddus in hoc reprobatur, ex falſis allegationibus.*
113. *. . & an poſſit renuntiari cum iuramento.*
114. *. . Oddus in hoc reprobatur ex falſis allegationibus.*

115. *Renuntiari poſſe* l. de his. ff. de tranſact. *cum iuramento, eſſe veriorem opinionem.*
116. *Fideicommiſſo*, & l. de his, *poſſe renuntiari per verba generalia, cum iuramento.*

SVPER hoc articulo, qui tam in ſcholis, quàm in foro frequentiſſimus eſt,
1. copioſè ſcripſerunt † omnes *in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. obligation.* atque plurimi alij Doctores practici, Menoch. *in lib. 3 præſumpt.* 153. Craſſus *in §. fideicommiſſum. quæſtion.* 63. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 52. & nouiſſimè Oddus tam *in repetitione d. §. duo fratres*, quàm *in tractat. de fideicommiſſo*, eidem repetitioni annexo, qui cæteros allegant: ſed quia plures eorum concluſiones, vel recipiendæ non ſunt, vel aliquatenus declarandæ, ego vltimus, illos caſus, quos in cauſarum patrociniis coram doctiſſimis iudicibus, aduerſantibus peritiſſimis Aduocatis, patrocinium præſtando, obtinui, atque doctrinam magis neceſſariam tantùm, quam in plurimis gymnaſiis Italiæ profeſſus ſum, exarabo.

Primus igitur caſus ſit, an per diuiſionem cen-
2. ſeatur fideicommiſſo † renuntiatum, in quo regula negatiua conſtituenda eſt, *l. cùm pater. § hæreditatem. de legat.* 2. & *ibi* Bartol. Bald. Immol. & Paul. de Caſtr. Bartol. *in d. l. qui Roma. §. duo fratres, quæſtion.* 1. & *ibi* communiter omnes Doct. Ripa *num.* 38. atteſtatur de communi. Bald. *in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſactionib. & in conſil.* 403. *colum. pen. volum.* 1. *& in conſil.* 304. *& conſil.* 440. *volum.* 4. Cuman. *in conſil.* 133. *colum. fin.* Roman. *in conſil.* 403. *colum.* 1. Alexand. *in conſil.* 8. *colum. fin. vol.* 5. *& in conſil.* 21. *in fin. vol.* 6. Dec. *in conſil.* 86. *numer.* 4. *verſ. ſed tamen.* Bertrand. *in conſil* 437. *numer.* 4. *lib.* 7. qui aſſerit eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum, etiamſi ſuper diuiſione iuratum eſſet, Cephal. *in conſil.* 371. *numer.* 14. *volum.* 3. vbi plurimos refert, Beccius *in conſil.* 24. *numer.* 15. qui alios refert, Gratus *in conſil.* 60. *colum.* 1. *volum.* 1. & hanc regulam ego exornaui in prælectionibus Papienſibus ſuper prima quæſt. Bartol, ad *d. §. duo fratres*, & ſecundùm hanc regulam ſemper fuit iudicatum, Boër. *in deciſ.* 147. vbi *numer.* 10. plurimos Doctores congerit. Franciſc. Marc. *deciſ.* 245. *part.* 1. Andreas Gaill *obſeruat.* 139. *part.* 2. Rota *deciſ.* 493. in nouiter Nouiſſim. Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Lucenſi* 19. Magon. *in deciſ. Florentina* 92. & alias deciſiones compilaui *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Fideicommiſſum, & tom.* 3. *titulo Diuiſio.*

3. Declaratur iſte caſus, vt locum habeat, † etiam in fideicommiſſo puro, & hanc opinionem tenet Bartol. *in d. §. duo fratres, in* 4. *oppoſitione*, vbi arguit per *l. Titius. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolu.* atque reſpondet quòd ibi ius pignoris erat de præſenti, & fideicommiſſum, de quo *in d. §. duo fratres*, erat de futuro, item quòd iura dependentia ex teſtamento non ita facilè remittuntur, *l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ignor.* Ex quibus dictis Bart. colliguntur geminata requiſita
4. pro reſponſione ad *d. l. Titius*, † videlicet, quòd ius erat de præſenti, & quòd iſtud ius non dependebat ex teſtamento, & cùm duo exiſtant requiſita, & rationes ad remittendum ius ſuum,
5. non ſufficit † altera, *l. cùm hi. §. prætor. ff. de tranſact. l. liberorum. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. adoptiuus. §. ſeruiles. ff. de ritu nuptiar. l. ſi non lex. ff. de hæredib. inſtitut. l. ſi ventri. §. in bonis ff. de priuileg. credit. l. ſeruus ſi hæredi, in princip. ff. de ſtatuliber. l. ſi quis ad exhibendum. ff. de exception. rei iudic. §. ſi verò altera, in Authentic. de nuptiis. § affinitatis. Inſtit. eodem titul.* Item quia ad infirmandam diſpoſitionem ſufficit vera ratio. *l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de noui oper. nuntiat. l.* 1. *§. ſi plura. ff. ad Turpillian. l. cùm notiſſimi. §. final. C. de præſcript. triginta annorum.* ergo ex intentione Bartoli, ea, quæ dependent ex teſtamento, licèt ſint pura, non ita de facili remittuntur. Item quòd hæc ſit opinio Bartoli, quòd fideicommiſſa † etiam pura non 6.
remittantur per diuiſionem, probatur. Nam *in d. §. duo fratres, in* 12. *quæſtion.* concludit contra Dynum, quòd ſi legatarius † emat ab hærede rem 7.
purè ſibi relictam, quòd propterea ſibi non præiudicat, quin ex teſtamento agere poſſit, & ibi remittit ſe ad ea, quæ dixit in d. quarta oppoſitione, prout etiam aduertit Ripa *in d. §. duo fratres, num.* 40. vbi probat hanc eſſe opinionem Bart. quòd per ſimplicem diuiſionem non cenſeatur renuntiatum fideicommiſſo puto debito de præſenti ex ipſo teſtamento, cui non ita facile cenſetur renuntiatum, & hanc etiam ſequitur Ripa *ibi*, quoniam diuiſio non videtur facta animo recedendi à communione, per *l. ſi non ſortem. §. ſi certum. ff. de condict. indebiti* Item quòd fideicommiſſo † puro non 8.
cenſeatur renuntiatum per ſimplicem diuiſionem, firmarunt ibi Socin. iunior *numer.* 56. Bolognett. *numer.* 105. *verſ. tamen omnes Doctores*, & hanc opinionem tenuit Rota Romana *in deciſ.* 1005. *parte* 3. *in Nouiſſim.* vbi *ſub numer.* 1. dicit hæc verba, in primis conſiderabatur, quòd regulariter renuntiationes non porriguntur ad fideicommiſſum nudum, & purificatum, ſicut eſt, quando hæres eſt rogatus, mortuo patre incontinenti debet reſtituere partem hæreditatis, quæ verba à nobis allegantur, ad oſtendendum, quòd falsò moderniſſimi allegant iſtam deciſionem pro altera parte, & hanc opinionem Bart. ſequutus eſt Ruin. *in conſ.* 139. *col.* 1. *& ſeq. volum.* 2. licèt ipſe contrarium reſpondeat, ſuper illo caſu, quòd habebat diuerſitatem facti. Et hanc eandem ego ſequor, quia † renuntiatio eſt do- 9.
natio. gl. & Bald. *in l. ſi inter. ver. donationis. C. de ſolution.* Angel. *in l. pacta quæ contrà. C. de pact.* per text. *l. in ædibus. ff. de donat.* Quamobrem in tali renuntiatione † requiritur inſinuatio. gloſſ. *in l. ſi* 10.
quis obligatione. ff. de regul. iur. Bartol. *in l. Modeſtinus. ff. de ſolut.* Alexand. *in l. ſi mulier. ff. de condict. cauſ. dat. & in l. creditori. C. de pact.* vbi atteſtatur eſſe communem. Idem eſt quando pater remittit filio vſumfructum, † cenſetur donare, quæ dona- 11.
tio non valet, niſi morte confirmetur, Boër. *deciſ.* 196. per text. *l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor.* ſed donatio non præſumitur, vbi alia coniectura capi poteſt, *l. cùm de indebito. ff. de probation. l. eleganter. §. qui reprobas. ff. de pignor. action. l. ſi cùm aurum. ff. de ſolution. cap. ſuper hac, de renuntiatione.* Et hanc rationem conſiderat Bartol. *in d. §. duo fratres, in* 6. *quæſt.* & Alex. *in conſil. penultim. & conſil.* 37. *num.* 4. *volum.* 4. Ruin. *in conſil.* 92. *n.* 23. *vol.* 3. Et ad hanc opinionem pertinet, quòd diuiſio eſt quædam tranſactio, vt probatur *in d. §. duo fratres*; ſed per tranſactionem non cenſetur renuntiatum fideicommiſſo † puro, niſi vi- 12.
ſis, & inſpectis verbis teſtamenti, vt dicam inferiùs; ergo per ſimplicem diuiſionem non poteſt cenſeri renuntiatum fideicommiſſo puro, nec purificato, † 13.
quæ duo fideicommiſſa ipſa procedunt, per illam regulam, quòd paria ſunt eſſe purum, & purificatum, *l. ſi pupillus, in fin. ff. de condit. inſtit. l. ſed & ſi de ſua. §. fin.*

fin. ff. de acquirend. hered. l. fin. §. ſi Titius, & *ibi* Angel. & Doct. *ff. de vulgari, & pupill.*

14. Sed quia contra iſtam opinionem Menoch. † *in d. præſumpt.* 115. *numer.* 3. allegauit multos Doct. in contrarium, & moderniores, eoſdemmet Doctores, aliis ſuperadditis repetierunt, ex iſtorum allegatione confuſa, niſi res apertior fiat, iſta opinio turbida reddi videtur. In primis igitur allegant Paul. de Caſtr. *in d. §. duo fratres.* vbi *numer.* 6. *verſ. ſed ſi fideicommiſſum eſſet purum*, & *ibi* dat exemplum, vt ſi tibi prælegatus eſſet fundus, & mihi prælegatus eſſet alter fundus, ita vt alter alteri deberet reſtituere, tunc ſuccedente diuiſione, cenſetur renuntiaſſe dicto fideicommiſſo, & pro hac doctrina idem Menoch. allegat alios Doctores, qui certè non loquuntur in hoc caſu, ſi perlegatur, & Paul. Leonius *in repetit. d. §. duo fratres*, *numer* 219. ſequitur doctrinam Ca-
15. ſtrenſis. Sed hic caſus prælegatorum † non pertinet ad fideicommiſſum purum, de quo agimus, & ratio diuerſitatis eſt, quia prælegata veniunt in iudicium familiæ herciſcundæ. *l. ſi qua fideicommiſſorum. C. famil. erciſcund. l. ſi ita legatum. l. inter cohæredes ff. eod.* & dictum iudicium diuiſionis ipſo iure directo fieri poteſt. *l.* 1. *ff. eodem titul.* Quamobrem ſuccedente diuiſione, cenſentur renuntiaſſe petitioni
16. prælegatorum, † quæ per ſuam naturam veniebant in dictum iudicium familiæ herciſcundæ, ſed fideicommiſſum non venit in hoc iudicium familiæ herciſcundæ, imò neque peti poteſt ante reſtitutionem realem, vel ſaltem verbalem ab hærede grauato, *l. reſtituta. l. facta. ff. ad Trebellian.* Immol. Alexand. & alij *in l. cohærede. §. cùm filia. ff. de vulgar. & pupill.* & ita ſæpiùs in diuerſis caſibus iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titul. Fideicommiſſarius. cap. Niſi hæreditas*, & in pluribus aliis capitulis; ideo per diuiſionem, quæ non includit ius fideicommiſſi per naturam, non poteſt cenſeri illi re-
17. nuntiatum. Item quia diuiſio † prælegatorum habet naturam permutationis inter ipſos diuidentes, vt alter portionem ſuam dicatur cum altero permutare, ſed ſi fideicommiſſarius nihil accepit pro iure ſui fideicommiſſi, ideo nihil cum eo poteſt dici per-
18. mutatum, & ſaltem non impeditur † poſtea petere pretium bonorum ſub fideicommiſſo contentorum, prout eſt caſus *in l. ſi fundum per fideicommiſſum. de legat.* 1. & alij per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 52. *numer.* 47. qui loquitur eueniente caſu fideicom-
19. miſſi conditionalis, ſed *d. l. ſi fundum* † *per fideicommiſſum*, loquitur de alienatione fideicommiſſi puri. Item ad hoc caſus *in l. fin. §. fin. C. communia de legat.* vbi non videtur renuntiatum iuri agendi ſaltem quoad pretium, pro cuius intellectu Alexand. *in conſil.* 100. *n.* 9. *verſ. vel ſecundò reſpondeo, vol.* 7. conſiderat quòd res non adhuc erat effecta irreuocabiliter ipſius legatarij, & ideo non impediebatur agere ad pretium, quod eſt idem in fideicommiſſario. Item Crauett. *in conſ.* 237. qui reſpondit, ne pretium quidem deberi, ſcribit in diuerſo caſu, nam ibi fratres priùs alienauerunt commune prædium pro communibus neceſſitatibus, & exegerunt pretium quod in communione expenſum fuit, poſtea fecerunt diuiſionem cum ampliſſimis clauſulis, vt loquitur in fine conſilij, & ſuper hoc facto, per multas rationes, alterum fratrem ad pretij reſtitutionem non teneri dicit, qui caſus ſatis diuerſus apparet ab eo, de quo tractamus ſuper fideicommiſſo puro, pro cuius iure ſi nihil habuit in permutatione, & vnuſquiſque ius ſuum durare credit. *l. ſi debitor. §.* 1. *ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. ſoluatur.* & de iure poteſt conſequi pretium. *d. l. ſi fundum per fideicommiſſum*, ego non video cur hæc opinio amplectenda non ſit. Denique cæteri Doct. quos allegant Menoch. & modern. in valdè diſſimilibus caſibus loquuntur, nam proponitur caſus de ſimplici renuntiatione fideicommiſſi puri, vel purificati; ergo Doctores, qui loquuntur de renuntiatione facta cum ampliſſimis clauſulis, non pertinent ad hunc caſum, nec illi qui loquuntur interpoſito iuramento percutiunt ſtrictè articulum, prout iuſtos ſcriptores facere decet.

Secundò declaratur, vt iſta regula negatiua ſemper recipienda ſit, nam in dubio ſemper iudicandum eſt, fideicommiſſo † non eſſe renuntiatum, 20.
l. à ſubſtituto, in princip. de legat. 1. & ita probant Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 52. *numer.* 24. *in fin.* Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 14. *numer.* 136. Simon de Prer. *de interpretation. vltim. voluntat. lib.* 3. *ſolut.* 5. *numer.* 19. *fol.* 373. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 17. *numer.* 14. qui alios referunt, quia ſi fideicommiſſo non poteſt expreſsè renuntiari. *l.* 1. *§. quod ait. ff. quorum legat. l. is qui hæres. ff. de aquirend. hæredit. l. ſi quando. §. illud. C. de inoffic. teſtament. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione*, & *ibi* gloſſ. & Bartol. *de legat.* 2. ergo nec tacitè, ita vt in dubio cenſeatur illi renuntiatum, & hanc ſententiam firmant Bartol. *in d. §. duo fratres. quæſtion.* 6. & alij allegati per Decian. *in conſil.* 52. *numer.* 23. *volum.* 1. & Rimiald. iun. *in conſil.* 204. *numer.* 32. *volum.* 2. & Surd. *in conſil.* 67. *numer.* 44. *volum.* 1. & de hoc copioſiùs ſcripſi in prælectionibus Papienſibus ſuper *d. §. duo fratres*, ſuper prima quæſt. Bart. in 5. ratione.

Sed quia vſus forenſis ſæpiſſimè verſari ſolet circa aliquas clauſulas, per quas Doctores dubitant an ſit fideicommiſſo renuntiatum, ego in hoc ſecundo capite præſentis articuli, de ſingulis clauſulis, quæ per manus tranſiuerunt, per caſus diſtinctos diſputabo.

Primus quorum eſt, per clauſulam † *ad habendum*, & quidquid placuerit faciendum, data 21.
ſcientia fideicommiſſi, cenſetur illi renuntiatum, Bartol. *in d. §. duo fratres, quæſtion.* 3. quem ibi ſequuntur communiter omnes Doctores, vt per Crotum *numer.* 133. *& ſeq. ff. de verb. obligat.* plurimos allegaui ad hunc caſum probandum *in tract. de clauſulis, parte* 1. *clauſul.* 5. *numer.* 12. Addo Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *num.* 63. *lib.* 3. *& in conſil.* 87. *num.* 18. *vol.* 1. *& conſil.* 157. *in fin. volum.* 2. *& conſil.* 323. *numer.* 30. *vol.* 4. vbi plurimos allegat, & dicit eſſe veriorem Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *num.* 41. Simon de Pret. *in lib.* 3. *de interpret. vltim. volunt. ſolut. vltim. numer.* 6. *fol.* 372. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 14. *num.* 7. & ita ſemper fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Fideicommiſſum. cap. per diuiſionem, & tomo* 3. *titul. Alienatio, cap. ſi diuiſio. & eodem tomo, in tit. diuiſio, cap. cum hæc verba.*

Declaratur iſte caſus, vt habeat locum quando ipſa clauſula fuerit ſcripta per extenſiuum, † videlicet, ad habendum, tenendum, poſſidendum, & 22.
quidquid placuerit faciendum; ſecus ſi fuerit dictum, ad habendum, &c. quia dicta clauſula *cæterata*, quoad effectum remiſsionis fideicommiſsi nó poteſt operari. Nam Bartol. & cæteri *in d. §. duo fratres*, loquuntur, quando dicta facultas per extenſum legitur, Grat. *in conſil.* 17. *num.* 49. & alij allegati per Gabriel. *in tit. de fideicommiſſ. concluſ.* 1. *numer.* 30. *& ſequent.* & hanc opinionem ſequuta eſt Rota *in deciſion.* 624. *numero* 4. *part.* 2. *in vltimis.* Addo etiam rationem, quia clauſulæ † cæteratæ ſunt 23.
extendendæ ad arbitrium iudicis, vt probo *in tract. de clauſulis parte* 4. *clauſul.* 12. & *ibi* quòd ita

ita fuit ſæpiùs indicatum,ſed arbitrium iudicis non
poteſt penetrare qualis fuerit intentio diuidentium,
& hanc facultatem tribuentium,ideo quòd ad hunc
effectum,dicta clauſula expreſſa eſſe debet,non cæ-
terata.

Secundò declaratur,vt iſte caſus procedat ita de-
24. mum ſi cum dicta clauſula *ad habendum,* † expreſsè
data fuerit facultas alienandi, & ita loquitur Bar-
tol. *in d. §. duo fratres, quæſtion.* 8. *numer.* 21. & *ibi*
Angel. *in quæſtion.* 5. Immol. & Crot. *numer.* 133.
Ripa *numer.* 48. Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſt.*63.
*numer.*6.Menoch.*in d.præſumpt.*115 *numer.*48. Petra
*de fideicommiſſ. quæſtion.*14.*numer.*71.*in fin.* Peregrin.
de fideicommiſſ. articul. 52. *numer.* 38. *& ſeq.* Simon.
de Pret. *de interpret. vltim. voluntat. lib.* 3. *ſolution.
final. numer.* 7. *fol.* 372. & ita fuit iudicatum, vt *in
Digeſt. Nouiſſim. tomo* 3. *titul. Diuiſio.cap. per ſimpli-
cem, & in eodem tomo titul. Alienatio, cap. ſi verò.*
Idem ſi dicta clauſula fuerit expreſsè appoſita in in
ueſtitura,& ita indicatum, *Digeſt. Nouiſſim.tom.*4.*tit.
Inueſtitura, cap. clauſula, ad habendum.* quoniam, vt
dicunt præfati Doctores, in dictis deciſionibus
allegati, incomparabilia ſunt, quòd fideicommiſ
ſum fuerit reſeruatum, & facultas alienandi con-
ceſſa ſit, Cephal. *in conſil.* 253. *numer.* 8. *volum.* 3.
Honded. *in conſil.* 23. *numer.* 18. *& ſeq. volum.* 1. &
alij ad hoc allegati per Magon. *in deciſ. Florentin.*
92. *numer.* 4. Idem eſt ſi non fuerit expreſſa dicta
25. facultas ad alienandum, † ſed altera æquipollens,
vt quia ſit dictum, & quidquid placuerit facien-
dum, Socin. iun. *in conſil.* 116. *numer.* 54. *volum*
1. Natta *in conſil* 507. *numer.* 37. Menoch. *in conſil.*
1. *numer.* 128. *volum.* 1. & ita iudicatum in Rota,vt
in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. *titul. Alienatio. cap. ſi di-
uiſio.*

Tertiò declaratur,vt ita demum cenſeatur renun-
tiatum fideicommiſſo per ſupradictam clauſulam,
26. ſi ipſa alienatio † ſequuta fuerit, aliàs non ope
raretur renuntiationem fideicommiſſi in bonis, in
quibus diſtractio ſequuta non fuerit, Bartol. *in
d. §. duo fratres. quæſtion.* 8. *numer.* 21. *verſ. ſi verò
alienatio*, Ripa *numer.* 84. *in fin. verſ. limita primò*,
& de communi Bolognett. *numer.* 165. *& numer.*
168. & alij, quos referunt Simon de Pret. *in d lib.*
3. *ſolut. final. verſ. ſi verò alienatio*, & Gabriel *de fi-
deicommiſſ. concluſ.* 1. *numer.* 33. Menoch. *in d. præ
ſumpt.* 115. *numer.* 48. Peregrin. *de fideicommiſſ. in
d. articul* 52. *numer.* 44. vbi probat iſtam eſſe
communem concluſionem, *& in conſil.* 92. *num.*10.
volum. 1. *& conſil.* 19. *numer.*23. *& conſil.* 49.*numer.*
10.*volum.* 1. vbi probat ita fuiſſe iudicatum, & ra-
tiones ac allegationes habetis in Rota *deciſ.* 492. in
nouiter Nouiſſimis.

Quartò declaratur, vt quoad effectum renun-
tiationis fideicommiſſi non ſolùm dicatur facta
27. alienatio, quando eſt facta titulo † particulari,
ſed etiam ſi titulo vniuerſali, & per hæredis inſti-
tutionem facta eſſet, Alexand. *in conſil.* 189. *nu-
mer.* 20. *in fin. & ſeq. volum.* 2. Gabriel *in conſil.* 125.
numer. 15. *& conſil.* 91. *volum.* 1. vbi probat eſſe
communem concluſionem, Decian. *in conſil.* 78.
numer. 19. *volum.* 3. Pariſ. *in conſil.* 46. *numer.* 27. *&
ſeq. volum.* 2. Curt. iun. *in auth. res quæ, numer.* 24. *C.
commun. de legat.* Menoch. *in conſil.* 87. *num.*60.*vol.* 1.
vbi probat eſſe communem, & veriorem ſenten-
tiam, *& in conſil.* 323.*num.*33. *volum.*4. vbi tenet idem
28. in ſucceſſione † ab inteſtato, quando verba ſunt
prægnantia, & atteſtatur eſſe magis communem
opinionem, & quòd opinio ſit vera, & communis,
circa hæredis inſtitutionem, probant pleniſſimè,
Craſſ. *in d. §. fideicommiſſum. quæſtion.* 63. Peregrin.
de fideicommiſſ. d. articul. 52. *num.*46. *& ſeq.* & alij, quos
referunt Barz. *in deciſ.*96 *num.*27. *& ſeq.* & Andr. Gaill
obſeruat. 139. *num.* 11. *part.* 2.

Quintò declaratur, vt dicta alienatio remaneat
firma ſolùm reſpectu ipſorum diuidentium, & de-
ſcendentium ab eis, ſecus quoad alios †, qui non 29.
eſſent illorum hæredes, quibus per dictam diuiſio-
nem, & alienandi difficultatem nullum præiudi-
cium factum cenſetur, Ruin. *in conſil.* 138. *numer.*
10. *volum.* 2. Alciat. *in conſil.* 561. *in fin. & in conſil.*
577. *numer.* 2. *& ſeq.* Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *num.*
59. Peregrin. *in d. artic.* 52. *numer.* 73. & ſcripſi de hoc
in d. clauſula 5. *part.* 1. & ſcribam etiam infrà *in artic.*
16. *huius quæſtionis.*

Sextò declaratur, nam licèt per dictam clauſu-
lam ſit renuntiatum fideicommiſſo, † non tamen 30.
cenſetur renuntiatum pretio, ita, vt adueniente caſu
fideicommiſſi, pretium peti poſſit, *d. l. ſi fundum per
fideicommiſſum. de legat.* 1. & *ibi* Bartol. Angel. Paul.
de Caſtr. Iaſ. & cæteri, *& in d. §. duo fratres*, Bar-
tol. *quæſtion.* 8. Ripa *numer.* 84. Socin. iun. *num.*
127. qui atteſtatur eſſe communem opinionem, &
alij ad hoc allegati per Petram *de fideicommiſſ. quæſt.*
14. *numer.* 68. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *nu-
mer.* 47. *& articul.* 40. *numer.* 83. & per Caualcan.
in d. deciſ. 36. *numer.* 13. *& ſeq. part.* 1. quorum
allegationes repetierunt moderni in hoc caſu: ſed
an loquantur in puncto, ego non lucubraui, quia
habeo hanc opinionem pro veriſſima, quam multis
annis antea comprobaui, *in d. clauſula* 5. *parte* 1.
& nunc addo ſecundùm iſtam opinionem fuiſſe iu-
dicatum in Rota, & per Creſcent. *deciſ.* 6. *ſub tit.
de donationibus*, & quomodo per leuem coniectu-
ram cenſeatur etiam renuntiatum pretio, ſcripſi *in
d clauſula* 5. *num.* 22.

Secundus caſus eſt, ſi diuidentes promiſerunt non
contrauenire, † per d. clauſulam non cenſentur 31.
renuntiaſſe fideicommiſſo, etiam ſi illud eſſet reci-
procum, Bartol. *in d. §. duo fratres, in* 2. *quæſtion.* &
ibi Bald. *in princip.* Alberic. *numer.* 6. Alexand. *nu-
mer.* 32. *verſ inueni poſtea*, & hanc eſſe magis com-
munem opinionem atteſtatur Socin. iun. *ibid n.*50.
& 53. *&* 87. *verſ. ex qua concluſione*, vbi refert ſe ita
reſpondiſſe, vt *in conſil.* 120. *volum.* 1. Item quòd
hæc opinio ſit vera, etiamſi promiſſum fuerit non
contrauenire vllo vnquam tempore, aliqua ratio-
ne, vel cauſa, Ripa *ibid. numer.* 44. Bolognet. *nu-
mer.* 108. *&* 110. Pro qua opinione referunt pluri-
mos Doct. Beccius *in conſil.* 111. *numer.*7. & Decian.
in conſil. 3. *num.* 112. *& conſil.* 52. *num.* 3. *in fin. volum.* 1.
Surd. *in conſil.* 67. *numer.* 41. *volum.* 1. Menoch. *in
conſil.* 87. *numer.* 1. *volum.* 1. *& in d. præſump.* 115.
numer. 22. Peregrin. *in d. artic.* 52. *num.* 19. *& num.* 26.
Petra *in d. quæſt.* 14. *num.* 17. qui omnes relatis pluri-
mis aliis Doctoribus, quos ſuperuacaneum eſſet
tranſcribere, conteſtantur eſſe communem opinio-
nem, & ita fuit deciſum in pluribus tribunalibus, ſi-
ue hæredes diuidentes ſciuerint, ſiue ignorauerint
fideicommiſſum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 3. *tit. Di-
uiſio, cap per ſimplicem.*

Et hæc opinio non ſolùm eſt cõmunior, ſed etiam
iuſtior, quoniam promiſſio † de non contrauenien- 32.
do diuiſioni de proprietate ſermonis, non poteſt
comprehẽdere fideicommiſſum, quoniam illa ſolùm
reſpicit actum diuiſionis, & ſeparationis bonorum;
ergo illum non comprehendit, argum. *l. damni infecti
quidam, in princip. & §. cum parietem. ff. de damn. infect.*
vbi enim non conueniunt verba, neque cõuenit diſ-
poſitio. Neque diuidentes poſſunt ex intentione
cogi

cogitaſſe de fideicommiſſo, quoniam clauſula pro-
33. mittens † habere ratum, nihil addit contractui ſu-
per quo interponitur. Quamobrem, ſi eſt appoſi-
ta in mandato generali, non importat mandatum
ſpeciale cum libero reſpectu illius caſus, vbi man-
datum requiritur, Bartol. *in l. 1. num. 6. ff. de offic.*
procurat. Cæſar. & *ibi* Alberic. Bald. *in l. ſi procurator,*
num. 4. verſ. ſed communiter. C. de mandat. & alij, quos
refero *in tract. de clauſulis, parte 1. clauſul.* 98. Item
dicit Bartol. *in d. l. 1. num. 9. de offic. procurat. Cæſar.*
quòd ſi pater diuidit bona inter ſuos hæredes, qui-
bus commendat ſuos ſeruos, propterea nihil addit
34. dictæ diuiſioni, quia verba generalia † ſequuntur
naturam actus ſpecifici priùs expreſſi. Item quia ſi
in contractu eſt error, tunc clauſula promittens ha-
35. bere ratum, non confirmat † contractum, Paul.
de Caſtr. *in conſil. 225. num. 3. verſ. ex his patet, vol. 2.*
ergo ſemper ſequitur naturam actus ſuper quo in-
terponitur. Item d. clauſula non contraueniendi
poteſt habere effectum ſuum reſpectu portionum
in diuiſione diſtributarum, quia ſi altera fuiſſet
maior, quod plus eſt, donatum cenſetur, vt ſcribo
in d. tract. de clauſulis part. 1. clauſul. 99. ergo non
poteſt referri ad fideicommiſſum. Item quia ſi tranſ-
36. actio eſt facta de certa re, clauſula generalis ſuper-
addita illam non extendit ad alias, *l. ſi de certa. C. de*
tranſact. l. iubemus. C. ad Velleian. l. final. §. item quæ-
rit. ff. de condict. indebiti, & l. 2 ff. de iudiciis, vbi per
alios caſus comprobatur. Et per dictas leges Doct.
37. communiter concludunt, quòd quietatio † gene-
raliſſimis verbis facta, non poteſt comprehendere
fideicommiſſum, Bald. *in conſil. 115. vol. 3. & in conſil.*
54. vol. 4. Alex. *in conſil. 11. per totum, vol. 2.* Natta *in*
conſil. 102. & in conſil. 113. & in conſil. 546. num. 7. &
ſeq. qui refert alios, Aretin. *in §. item per acceptilatio*
nem, num. 4. Inſtit. quib. modis tollitur obligatio, vbi
probat idem eſſe in acceptilatione. Nec eſt vera o-
38. pinio gloſſæ *in d. l. ſi de certa,* † quòd illa lex reſtrin-
gatur ad tranſactionem, quia illa gloſſa eſt commu-
niter reprobata, vt per Iaſ. *ibi num. 5.* & de commu-
ni Curr. iun. *in conſil. 101. num. 2.* Calcan. *in conſil.*
19. Bellon. *in conſil. 6. num. 14.* & communiter ille
39. textus † recipitur in omni contractu. Item Bartol.
hîc arguit de tranſactione ad diuiſionem, nam in
tranſactione non veniunt niſi ea, de quibus eſt lis.
Ita in diuiſione non veniunt, niſi communia. *l. 1. &*
2. ff. famil. hercíſc. ſed ius fideicommiſſi non erat cō
mune, ſed cuiuſlibet proprium; ergo venire non
poteſt, & ex his reprobatur opinio Bolognetti, qui
ſequitur gloſſ. *in d. l. ſi de certa,* & contra eorum o-
40. pinionem † ſunt iura expreſſa. *l. ſi ex pluribus. ff. de*
ſolut. vbi deliberatio facta de omni pecunia rece
pta poſt fideiuſſorem, reſtringitur ad cauſam ſuper
qua fideiuſſio facta eſt. Item *l. emptor. §. Lucius. ff. de*
pact. vbi debitor confitendo ſe tantum debere ex
cauſa menſæ cum clauſula generali, non liberatur
ab eo, quod debet ex alia cauſa; ergo hæc promiſ
41. ſio † de non contraueniendo ad ſpecificata tantùm
reſtringenda eſt, *l. quæſitum. §. 1. de legat. 1.* Bartol.
in l. quæſitum. §. ſi fundum. col. 1. & pen. ff. de fundo in
42. *ſtruct.* Item quia dictum generale reſtringitur †
ad ſuam cauſam. *l. cùm pater. §. dulciſſimis. de legatis*
2. l. cùm tale. §. falſam. ff. de condit. & demonſtrat. ſed
cauſa huius promiſſionis de non contraueniendo
fuit ipſa diuiſio; ergo ad eam reſtringenda eſt. Et
licèt Bolognet. reſpondeat, quòd promiſſio de non
contraueniendo referenda ſit ad ipſas res diuiſas,
tamen hoc iure non probatur, ſed cùm poſſit verifi-
cari reſpectu portionum inæqualium, idcirco ad
ipſum modum diuiſionis reſtringenda eſt. Angel.
in l. obligatione generali. col. 2. verſ. quintò nota. ff. de
pignoribus, dicit, ſi creditor duplici cauſa ſolutionē
recepiſſe fateatur pro vno debito, & illum liberat
generaliter pro omni eo, & toto, quod prætendere
poſſet, liberatio ad alterum creditum † non exten- 43.
ditur, ſed ad ſuam cauſam reſtringenda eſt, per *d. l.*
emptor. §. Lucius, & multa alia iura, & reſpondet
contrariis. Natta *in d. conſil. 546.* dicit generalem li-
berationem locationis factam conductori non ſo-
lùm ratione liberationis, ſed etiam ratione mutui,
reſtringendā eſſe ad penſionem tantùm, neque ad
mutuum extendendā, licèt verba vniuerſalia de om-
nibus, & quibuſcumque, appoſita eſſent, quia cauſa
regulat actum. *l. iubemus. C. ad Velleian.* Socin. *in con-*
ſil. 24. num. 11. vol. 1. vbi loquitur de renuntiatione † 44.
generali, & probat ad ſuam cauſam reſtringendam
eſſe. Idem in liberatione generali. Pariſ. *in conſil. 89.*
num. 45. vol. 1. Idem in ſtatuto, Bald. *in l. 3. §. ex hoc*
edicto. ff. nautæ, caupon. ſtabular. Et quòd liberatio
generalis eſt reſtringenda ad proſequuta tantùm,
fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 3. tit. Quie-*
tatio. cap.. Item Bartol. allegat gloſſ. *in l. tres fra-*
tres. ff. de pactis, vbi, quòd actus factus non trahitur
ad ea, quæ dependent ex teſtamento, præſertim quia
iſtius ſcientia non præſumitur, niſi lectis, & inſpe-
ctis verbis teſtamenti. Item cùm actus diuiſionis ſit
inter viuos, ideo promiſſio de non conueniendo † 45.
in diuiſione appoſita non poteſt trahi ad teſtamen-
tum, neque ad dependentia ab eo. Item Bartol. *in d.*
§. duo fratres, num. 19. probat, quòd quotieſcumque
verba poſſunt alium effectum operari, nunquā ſunt
trahenda ad caſum remiſſionis, & renuntiationis.
Ripa *num. 78.* & alij allegati per Menoch. *in d præ-*
ſumpt. 115. num. 37. ſed iſta verba, promiſerunt non
contrauenire, poſſunt trahi ad modum diuiſionis
reſpectu maioris, vel minoris portionis; ergo nō de-
bent extendi ad dependenda ex teſtamento, poſſunt
enim ſimul ſtare, quòd quilibet habeat portionem
ſuam, quouſque extet conditio fideicommiſſi, qua
conditione extante, portio vnius deferatur ad alte-
ram. Neque ſequitur ex neceſſitate, quòd ſingulæ
portiones perpetuo tempore penes ſingulos ſtare
debeant, ideo Peregrin. *in conſil. 93. num. 1. volum. 1.*
probat, quòd vt clauſulæ in renuntiationibus appo-
ſitæ fideicommiſſi renuntiationem importēt, neceſ-
ſe eſt, aut vt verba id importent, aut vt ex eis in ne-
ceſſariam conſequentiam intelligi debeant, vt etiam
per Bart. *in d. §. duo fratres, in quæſt. 4. & ſequentibus;*
ſed hæc promiſſio de non contraueniendo neque in
ſpecie, neque in neceſſariam conſequentiam illius
renuntiationem importat; ergo ad fideicommiſſum
non extendenda. Item pro hac opinione text. *l. Pau-*
lo Callimacho. §. 1. de legat. 3. vbi poſt filiam ſubſtitutā
in quadam portione filij ſi deceſſerit ſine filiis, &
poſt quædam prælegata, teſtator in codicillis, alia
bona d. filiæ legauit, eáque contenta eſſe iuſſit, pro
omni hæreditate, quæ in teſtamento reliquerat, &
cùm filij bona ad fiſcum perueniſſent, contra filiam
ſubſtitutam obſtabat clauſula generalis à teſtatore
demandata, vt pro omni, & toto, &c. cōtenta rema-
neret, & tamen I.C. ibi decidit dictam clauſulam
auferre ea tantùm, quæ in vita fratris habitura erat,
non autem ea, quæ poſt mortem; ergo clauſula ge-
neralis † non tollit fideicommiſſum. Neque ſtat 46.
niſi in fideicommiſſo reciproco, vt conſiderat Iaſ.
in d. §. duo fratres, num. 30. & 48. ſed vis eſt in clau-
ſula generali appoſita poſt ſpecificam diſpoſitio-
nem. Minus obſtat conſideratio Bolognetti *ibidem*
numer. 108. verſ. ſeptimo, de fauore filiæ, qui eſt ad eui-
tandum votum captandæ mortis, & fauor filiæ

 conſi

conſideratur, quia in dubio contra fiſcum. *l. non dubium. ff. de iure fiſci.* Denique dicta promiſſio de non contraueniendo † ſemper in executiuis ap-
47. poſita cenſetur, videlicet poſt factam diuiſionem. Dec. *in l. final. numer.* 14. *C. de pact.* & poſt alios declaraui *in tract. de clauſulis parte* 4. *cap* 20. ſed clauſula in executiuis appoſita non alterat diſpoſitionẽ præcedentem. *Clem.* 1. *de prebend.* Couar. *in rubric. de teſtamentis part.* 2. *numer.* 13. Verall. *deciſion.* 83.
48. *numer.* 3. *part.* 1. Item omnes clauſulæ † in executiuis appoſitæ cenſentur, quando poſt clauſulam promiſſionis generalis obſeruantiæ poſitæ fuere. Dec. *in d. l. final. numer.* 21. *C. de pact. & in l. non omnis, numer.* 11. *ff. ſi cert. pet. & in conſil.* 305. *numer.* 2. & multa de hoc ſcripſi *in d. cap.* 20. *parte* 4. *de clauſulis*, præſertim quia in hoc caſu cenſetur appoſita ad augendam diuiſionem, ideo ipſam conſeruat, atque declarat Cephal. *in conſil.* 40. *num.* 14. *vol.* 1. Quanobrem promiſſio de non contraueniendo, reſtricta ad diuiſionem non poteſt importare renuntiationem fideicommiſſi, imò etiamſi non eſſet ad illam reſtricta, renuntiationem non importaret, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 188. *col.* 1. *volum.* 2. Gozadin. *in conſil.* 36. *num.* 11. *verſ.* 3. *& ſi dictum*, Ruin. *in conſil.* 139. *num.* 10. *vol.* 2.

Declaratur iſte caſus, vt procedat etiamſi iuramentum per diuidentes appoſitum eſſet, Ripa *in d.* §. *duo fratres, num.* 38. Crot. *num.* 90. & alij ad hoc allegati per Craſſum *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 63. *num.* 3. & Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *num.* 11. & Peregrin. *in d. artic.* 52. *num* 49. *verſ. vt autem*, & per Gabriel. *de fideicommiſſ. concluſ.* 1. *num.* 2. *verſ. ſecundo*, vbi probat eſſe magis communem opinionem.
49. Et ratio eſt, quia † iuramentum non auget conſenſum, nec auget obligationem, *l. fin. C. de non num. pec.* & quia ſequitur naturam obligationis præcedentis, ideo non poteſt plus eſſe in acceſſorio, quàm ſit in principali obligatione, gloſſ. *in* §. *fideiuſſores, Inſtit. de fideiuſſor.* & licèt iuramentum habeat † vim
50. ſpecialis expreſſionis, Bald. *in l.* 1. *C. commodati*, & alij plurimi ad hoc allegati à Seraphin. *de priuileg. iuram. cap.* 70. per totum, tamen hoc eſt verum, quando ſpecialis expreſſio poteſt contineri ſub generica appellatione. Nam ſi quis renuntiat hære-
51. ditati, & ſucceſſioni ſui † patris, cum iuramento, cenſetur etiam renuntiaſſe legitimæ, quæ debetur iure ſucceſſionis, & eſt ſpecies illius, vt probat Seraphin. *in d. priuileg.* 70. *num.* 17. & ideo qui abſtinet ſe ab hæreditate, dicitur etiam ſe abſtinere à legitima. Bart. *in l. gerit. ff. de acquir. hæredit.* Abbas *in conſil.* 3. *part.* 2. Bolognet. *in conſil.* 50. *verſ. & habet iſte Chriſtophorus*, ſed qui promiſit non contrafacere contra diuiſionem, non dixit aliqua verba generica ad fideicommiſſum, vt probaui in ipſius caſus
52. explicatione; ergo iuramentum † non debet extendere renuntiationem ad id, quod non eſt cogitatum in genere, quia actus gentium non operatur vltra eorum intentionem. *l. non omnis. ff. ſi cert. petatur.* Neque plus debet eſſe in iuramento, quàm in renuntiatione contineatur, Gozadin. *in conſil.* 76. *numer.* 16. *& conſil.* 161. *num.* 18. Quam-
53. obrem vim ſpecialis † expreſſionis habebit, quando in genere cogitatum eſt; ſed diuiſio non eſt genus ad fideicommiſſum, & ſi promiſſio non contrafaciendi eſt reſtricta ad diuiſionem, eiúſque partes, vt probaui, iuramentum non poteſt habere vim ſpecialis expreſſionis, inducendo ſpeciem contra ſpeciem.

Secundò declaratur iſte caſus, vt habeat locum, etiamſi contrahentes poſt promiſsionem de non contraueniendo ſuperaddiderint promiſsionem habendi partes ita diuiſas † ratas, & fir- 54.
mas, atque perpetuò attendere, & obſeruare, quia hæc clauſula ſuperaddita ſemper eſt vnita cum ipſa promiſsione de non contraueniendo, & ita eſt communis obſeruantia, & ita probat Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 14. *numer.* 21. atque ſemper habet eundem effectum cum promiſsione de non contraueniendo. Ex quo infero, parum accuratè à modernioribus ſcribi, quòd iſta clauſula ſuperaddita, de per ſe ſola conſiderata importat renunciationem fideicommiſsi. Imò Doctores, quos allegat, ſemper conſiderant iſtas duas tanquam vnitas, non autem ſeparatas, Ruin. *in conſil.* 119. *colum. final. numer.* 21. *volum.* 2. Cephal. *in conſil.* 253. *numer.* 11. Menoch. *in conſil.* 87. *numer.* 33. & alij ab eo allegati ad hoc, Petra *in d. quæſtion.* 14. *numer.* 21. Caualcan. *in deciſion.* 36. *ante numer.* 21. *part.* 1. & Boër. *in d. deciſ.* 147. allegatus pro opinione, quam nos ſuſtinemus, ne verbum quidem dicit de ſola iſta clauſula habendi ratum. Quamobrem cùm ipſa promiſsio non contraueniendi non importet renuntiationem fideicommiſsi, multò minus importabit hunc effectum dicta clauſula ſuperaddita, ex qua ſemper idem effectus ſequi dicitur.

Tertius caſus eſt, vbi fratres diuidentes, † ha- 55.
bentes ſcientiam fideicommiſsi partiti ſunt hæreditatem cum ampliſsimis clauſulis, promittentes ſtare diuiſioni, nec de rebus diuiſis in perpetuum alter ab altero aliquid petere aliqua ratione, iure, vel cauſa, quæ dici, vel excogitari poſsit de iure, vel de facto, cedentes ſibi adinuicem omnia iura, & conſtituentes procuratores in rem propriam, facientes ſibi finem, & quietantiam generalem, cum pacto de vlteriùs non petendo, & de non contraueniendo, & promiſsiones prædictas fecerint pro ſe, & ſuis hæredibus, tunc per huiuſmodi clauſulas in diuiſione appoſitas cenſeri derogatum fideicommiſſo, firmauit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. titulo de teſtamentis.* §. *in primis. verſ. ſed quid ſi fideicommiſſarius, num.* 27. & hanc ſequuti ſunt Pariſ. *in conſil.* 71. *numer.* 3. *volum.* 3. qui dicit eſſe opinionem communiter approbatam, & alij ad hoc relati per Gabriel. *de fideicommiſſ. concluſ.* 1. *numer.* 1. & eam acerrimè defendit Berous *in conſil.* 130. *volum.* 2. *& in conſil.* 131. *eod. volum.* reſpondet omnibus motiuis, quæ ſibi facta fuere contra dictam opinionem, & ſecundùm hanc opinionem Ioan. Andreæ fuit iudicatum, vt per Mohedan. *deciſion.* 24. *de renuntiatione.*

Ego verò in tantum ſequor huiuſmodi concluſionem, in quantum prædicti diuidentes appoſuerint etiam clauſulam, ad habendum, tenendum & alienandum, vel quidquid placuerit faciendum, per quam data ſcientia fideicommiſsi, cenſeri illi derogatum, ſcripſi eſſe veriorem opinionem in primo caſu huius ſecundi capitis, & propter hanc clauſulam incluſam Rota ita iudicauit, vt *in d. deciſion.* 24. Mohedani, cæterùm circumſcripta hac clauſula, per quaſcumque alias, non cenſeri derogatum, verior eſt opinio, quoniam d. clauſulæ † 56.
ſunt acceſſoriæ renuntiationis; & non poſſunt illam augere, Cephal. *in conſil.* 94. *numer.* 32. *& ſequent.* Item non ſunt de natura contractus deciſionis, quia non vniformiter & eodem modo apponi ſolent, vt probat Beccius *in conſil.* 111. *num.* 25.
Vbi contra opinionem Ioan. † Andr. per duas co- 57.
lumnas cumulat Doctores, omnes affirmantes illius opinionem

opinionem communiter reprobari, quod ego credo verum, citra d. clauſulam ad habendum, tenendum, & alienandum, vt dixi. Item ſi conſideremus ſingulas clauſulas de per ſe, illæ non important renuntiationem fideicommiſſi; ergo multò minus importabunt ſi vnitim exprimantur, vt infrà probabo conſequentiam. Antecedens pro-
58. batur, quia per clauſulam † ceſſionis iurium, non reſultat dicta renuntiatio, quia cenſetur facta ad alium effectum, Bartol. *in d. §. duo fratres, quæſtion. 5. & 6.* Item quia intelligitur de præſenti, non autem de futuro, etiamſi ad omnia iura in genere referatur, Ripa *in d. §. duo fratres. numero 46. verſ. quartò ampliatur, & numer. ſequent.* Bolognet. *numer.* 110. *in quinta ampliatione*, de qua remiſſione non poteſt dici cogitatum, ſi non eſt facta mentio iurium de futuro, Bartol. *in d. §. duo fratres, num.* 10. *in fin. verb. aduerte*, & pro hac parte ſunt allegandæ deciſio Rotæ 624. *numer. 2. part. 2. in vltimis*, & Viuius *deciſion.* 185. *numer.* 12. quæ allegantur in modernioribus pro contraria parte. Et hæc opinio etiam procedit, ſi partes dixerint,
59. ponentes ſe in locum proprium, † quia eſt reſtringenda ad iura de præſenti, & opinio, quam tenet Menoch. *in conſil.* 87. *numer.* 29. *volum.* 1. *& in d. præſumpt.* 115. *numer.* 67. *lib.* 3. quòd hæc clau-
60. ſula importet facultatem † transferendi dominium, de iure non probatur, quia etiam hæres rogatus de reſtituendo, interim eſt dominus, & poſt mortem teſtatoris ponendus eſt in locum proprium, quem teſtator in illis bonis habebat. *l. fin. C. de edict. diui Adr. tollendo.* & tamen non poteſt res hæreditarias reſtituendas alienare. *l. final. C. communia de legatis.*

61. Idem ſi dixerint, pleno † iure habeant, per quam clauſulam non cenſeri renuntiatum fideicommiſſo, dixerunt Crot. *in d. §. duo fratres. numer.* 75. qui hanc defendit, & reſpondet contrariis Bolognet. *ibid. numer.* 106. Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *numer.* 72. omnes mouentur per text. *in l. generaliter. §. fin. ff. qui, & à quib.* Idem ſi portiones diuiſio-
62. nis † liberæ fuiſſent aſſignatæ, quia non intelliguntur liberæ ab merè fideicommiſſi futuri. Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ.* 1. *numer.* 15. Idem ſi
63. partes diuiſionis fuerint † æſtimatæ, quia æſtimatio habet reſpectum ad æqualitatem diuiſionis, non autem ad renuntiationem fideicommiſſi, Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 14. *num.* 73. *& ſeq.* Idem ſi renun-
64. tiauerint expreſsè † omni iuri, & legum auxilio, quia dicta renuntiatio habet reſpectum ad actum diuiſionis, & ad partes obuentas, non autem ad fideicommiſſum, quod incipit competere à futuro euentu, Ruin. *in conſil.* 137. *numer.* 16. *volum.* 2. Riminald. iun. *in conſil.* 204. *numer.* 86. *volum.* 2. ex quibus apparet clarè, quòd per clauſulas generales, quantumuis prægnantes, non cenſetur renuntiatum fideicommiſſo. Imò etiam ſi dictæ clauſulæ vnitim expreſſæ eſſent, hunc effectum parere non poſſunt, Ripa *in d. §. duos fratres, numer.* 46. Roland. *in conſil.* 51. *numer.* 16. *volum.* 4. & illa re-
65. gula, † vbi non proſunt ſingula, multa iuuant, de qua not. *in c. cùm cauſam. de probat. & in l. 2. ff. de excuſat. tut.* habet locum quando aliquid ex multis parit effectum, ſed imperfectum, & poſtea coadiuuatur ab aliis, ſecus eſt, vbi nulla clauſula ex multis poteſt producere effectum, quia quantumcumque fuerit generalis, & prægnantiſſima, non percutit ius fideicommiſſi futuri, Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſtion.* 63. *numer.* 6. *verſ. contrariam*, vbi etiam quòd propterea opinio Ioan. Andr. eſt magis communiter reprobata, alia multa de huiuſmodi clauſulis ſcribit Peregrin. *in conſil.* 93. *volum.* 1.

Quartus caſus eſt, quando eſt expreſsè renuntiatum fideicommiſſo futuro, data certa illius ſcientia, ſed eſt poſtea appoſita clauſula præſerua-
tiua fideicommiſſi, † tunc quia hæc clauſula eſt 66.
contraria ſubſtantiæ diuiſionis continentis dictam renuntiationem, idcirco, vel eſt dicendum dictam reſeruationem, veluti proteſtationem con-
trariam facto † eſſe reiiciendam, quia nihil rele- 67.
uat, *l. ſi quis extraneus, in princip. ff. de acquir. hæredit.* Dec. *in conſil.* 460. *numer.* 3. Socin. *in l. ſi ex toto. §. ſi ita ſcriptum. de legat.* 1. Socin. iun. *in conſil.* 107. *nu-
mer.* 36. *volum.* 1. quia reſeruatio † nihil poteſt ope- 68.
rari, vbi non inuenit operabile, vt in hocmet puncto diuiſionis reſpondit Beccius *in conſil.* 34. *numer.* 24. vbi multa ad hoc allegat. Vel renuntiatio, &
reformatio, † tanquam contraria, ad aliquam 69.
concordiam reducenda ſunt, vt plenè ſcribit Crauett. *in conſil.* 70. *numer.* 5. quia ſemper diſpoſitio debet interpretari ne contraria videatur. *c. inter dilectos, §. cæterum. de fide inſtrum.* Idem in contractibus, Bartol. *in l. fin. ff. de condict. indebiti.* Dec. *in conſil.* 685. *numer.* 9. qui multa allegat, idem in puncto diuiſionis. Menoch. *in conſil.* 356. *numer.* 11. *volum.* 4. Cephal. *in conſil.* 253. *numer.* 16. *& ſequent.
volum.* 5. Item quòd verba diſpoſitionis † contra- 70.
ria ſint reducenda ad concordiam per diſtinctiones, & diuiſiones, probat Alexand. *in conſil.* 48. *numer.* 6. *verſ. Imò potius, volum.* 3. & ibi Addentes *in ver. fugienda*, cæteros referunt. Item quòd dicta concordia debeat fieri etiam per ſubauditos intellectus, probat Crauet. *in d. conſil.* 70. *numer.* 8. & ego credo ita poſſe ad concordiam reduci, nam ſi data facultate alienandi, poſtea ſequuta fuerit alienatio, & tunc dicta reſeruatio fideicommiſſi
nihil operatur, † quia ſumit effectum poſtquam 71.
primum pactum habuit effectum, ideo non poteſt vlteriùs operari, quia nihil inuenit operabile, Beccius *in d. conſil.* 34. *numer.* 24. Aut alienatio non fuit ſubſequuta, & tunc d. reſeruatio poteſt habere effectum. Menoch. *in d. conſil.* 356. *numer.* 10. & ad hunc effectum dicitur ſequuta alie-
natio, † non ſolùm quando facta eſt titulo ſingula- 72.
ri, ſed etiam ſi titulo vniuerſali, vt per hæredis inſtitutionem. Alexand. *in conſil.* 189. *numer.* 10. *in fin. & ſequent. volum.* 2. Pariſ. *in conſil.* 46. *numer.* 27. *& ſequent. volum.* 2. *& in conſil.* 71. *numer.* 22. *& ſequent. volum.* 3. Crauet. *in conſil.* 638. *num.* 15. Gratus *in conſil.* 60. *numer.* 9. *volum.* 1. Barz. *deciſion.* 96. *num.* 27. *& ſequent.* Et quamuis reſeruatio legalis ſucceſ-
ſionis † importaret eundem effectum, quem impor- 73.
tat reſeruatio fideicommiſſi, vt probat Theſaur. *in quæſtion. forenſi* 44. *part.* 2. tamen idem dicendum eſt, quia ſi eſt contraria renuntiationi fideicommiſſi, vel nullius eſt effectus, vel ad concordiam reducenda eſt.

Declaratur iſte caſus, nam ſi facta renuntiatione fideicommiſſi, puta ſuper bonis paternis, & partes ſibi reſeruaſſent expreſsè iura fideicommiſſi auiti, tunc reſeruatio non eſt contraria renuntiationi, & producit plenum effectum ſuum. Imò ſi expreſsè non eſſet renuntiatum fideicommiſſo
paterno, † & partes diuidentes reſeruarunt ſi- 74.
bi fideicommiſſum auitum, neceſſariò viſæ ſunt declaraſſe ſe renuntiaſſe fideicommiſſo paterno, vt probant Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ.* 1. *num.* 40. & Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *num.* 74. *volum.* 3. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolutio*

lutione 5. *num.* 9. *fol.* 373. qui alios referunt.

Quintus caſus eſt, vbi fratres diuidentes promiſerint ſibi adinuicem de euictione, † & ſuſci-
75. pere quamcumque litem, tunc fideicommiſſo renunciaſſe non dicuntur. Bartol. *in d.* §. *duo fratres. numer.* 10. *verſ. quartò dicit malè*, & *ibi* Crot. *numer.* 77. *& ſequent.* Rip. *numer.* 74. & hanc concluſionem probant Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *numer.* 69. qui atteſtatur eſſe communem. Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *numer.* 12. *& ſequent.* Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 14. *numer.* 35. *& ſequent.* qui cæteros referunt, & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 3. *titul. Euictio. cap. vbi etiam*, quia ta-
76. lis promiſſio † non intelligitur de illa euictione, quæ prouenit ex natura rei, gloſſ. & Doctor. omnes *in l. ſi familiæ. C. famil. herciſ.* Peregr. *in d. artic.* 52. *numer.* 67. Tiraquel. *de retract. lignag* §. 1. *gloſſ.* 9. *numer.* 34. & alij ad hoc allegati per Rotam *in deciſion.* 211. *numer.* 1. *& ſeq. part.* 2. *in Nouiſſimis*, & ſemper intelligitur ſecundùm naturam actus ſuper quo interponitur, & ad quem actum reſtringenda eſt. *l. ſi legati ſerui. ff. de legat.* 1. & alij ad hoc allegati per Roland. *in conſil.* 51. *numero* 19. *volum.* 4. ergo ſecundùm naturam fideicommiſſi, ita vt non alteretur reſtitutio in illius perſonam, cui facienda eſt.

Ex quo infertur, quòd ſi data ſcientia fideicommiſsi, diuidentium alter accipiat bona fideicommiſſo ſuppoſita, vel feudalia, quæ ſubiaceat caducitati, non poterit poſtea ſe dicere velle allodialia, & libera, propterea ſi ille decedat, relicta ſola filia femina, quæ in feudum ſuccedere non poteſt, alter ex diuidentibus, cui obuenerunt allo-
77. dialia, non tenetur illi allodialia conferre. † Mazol. *in conſil.* 34. *numer.* 31. *& ſequent.* vbi quòd diuidendo dicitur partem ſuam pro alia parte recepta alienare, & recipiens iure ſuo poſſidere dicitur, nimirum iuſto diuiſionis titulo, & hanc opinionem ſequuntur Petr. Sanz *in tractatu de diuiſione bonorum cap.* 8. *numer.* 5. *verſ. & idem procedit.* Peregrin. *in d. artic.* 52. *num.* 60. Becc. *in conſil.* 24. *per totum*, Simon. de Pret. *in conſil.* 137. *num.* 95. vbi quòd procedit etiamſi euictio in genere promiſſa eſſet, Laurent. de Pinu *in conſil.* 73. *num.* 13. *& plur. ſequent.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
78. inter fratres ſequeretur magna inæqualitas, † tunc enim ſi bona obnoxia peruenerint ad vnum, & allodialia libera ad alterum, ad ſeruandam æqualitatem inter fratres datur actio de euictione, & hanc opinionem tenuit Guido de Suzaria, quem refert Bald. *in l. ſi familiæ. numer.* 3. *verſ. iſta gloſſ. C. famil. herciſc.* Alexand. *in d.* §. *duo fratres. numer.* 34. *verſ. Baldus tamen, & verſ. multum tamen mihi placet*, Ripa *numer.* 90. *verſ. primò, quia ratio*, Alciat. *numer.* 36. *verſ. vnde conſequens eſt.* Menoch. *in d. præſumpt.* 115. *numer.* 20. *lib.* 3. *& in conſil.* 87. *numer.* 83. *verſ. re tamen diligentiſſimè*, Decian. *in conſil.* 2. *numer.* 86. *volum.* 2. Burſat. *in conſil.* 173. *numer.* 19. *volum.* 2. Sed hæc opinio Guidonis de Suzaria,
79. & ſequacium non procedit, vbi diuidentes † ſcienter acceptauerint portiones ex diuiſione ſibi contingentes, & hanc eſſe veriorem, & magis communem concluſionem probant Beccius *in d. conſil.* 24. per totum, præſertim *numer.* 22. *verſ. non obſtat doctrina Guidonis.* & Peregrin. *in d. artic.* 52. *numer.* 65. *&* 68. *& ſequent.* Roland. *in conſil.* 51. *volum.* 4. Felician. *in tract. de ſocietate, cap.* 40. *num.* 33. Surd. *in conſil.* 311. *num.* 27. *volum.* 3. quoniam ſibi imputandum eſt, qui ſcienter dicta bona obnoxia acceptauit, & ita acceptando, † tanti vi- 80.
detur eorum valorem æſtimaſſe, facta computatione cum eorum periculo, & pro hac opinione eſt text. *l. ſi fratres. C. communia vtriuſque iudic. & l. ſi fundum ſciens. C. de euict. & l. ſi ſeruus. ff. de euict.* & Bartol. *in d. l. ſi familiæ. C. fam. herciſ.* dicit ita tenere Riccard. de Malumbre; & hanc opinionem ſequuntur *ibi* Baldus *numer.* 5. *ad finem*, Paul. de Caſtr. *numer.* 4. Salyc. *col. final. verſ. quæro in gloſſa*, Alberic. *numer.* 1. vbi ex mente Odofredi, Cyni, & aliorum, dicit hanc opinionem eſſe veram, etiam ſi ille cui talia † bona obuenerunt, igno- 81.
raſſet eſſe obnoxia, quia non agitur de euictione, niſi propter defectum authoris, à quo poſſeſſor cauſam habet, euinceretur, & gloſſam *in d. l. ſi familiæ*, ſequuntur *ibi* omnes Doctores, Theſaur. *in quæſtion. forenſ.* 23. *numer.* 1. *verſ. quam gloſſam. lib.* 2. Petrus Sanz *in tract. de diuiſ. bonorum lib.* 1. *cap.* 8. *numero* 5. Merlin. *deciſ. Lucenſ.* 40. *num.* 20. qui alios refert, quæ multò magis procedit, ſi in d. diuiſione fuiſſet habita ratio † ſubiectio- 82.
nis, & periculi, nam propterea multò minus fuerunt æſtimata, & pro actus valididitate, & ita præſumendum eſt, & Ludouic. Sacca *in conſil.* 126. *volum.* 2 dicit, præſumendum eſſe, peritos diuidentes, & facientes partes, æſtimaſſe naturam, & qualitatem bonorum. Item opinio Guidonis de Suzaria non procedit, quando fratres diuidentes expreſsè † acceptarunt portiones electas cum 83.
ſuis grauaminibus, tunc enim non præſtatur euictio. *l. ſi plus, in fin. ff. de euict. l. qui libertatis, in princip. ff. eod. titul.* quia vnuſquiſque periculum in ſe ſuſcepiſſe dicitur, quo caſu acceptatio dicitur facta reſpectu illius iuris, quod in re ineſt, ſed quando fit venditio iuris, quod quis habet in re, venditor de euictione non tenetur, Paul. de Caſtro *in l. ſi ſic legatum.* §. *ſi mihi, num.* 6. *de legat.* 1. Natta *in conſil.* 38. *per totum*, Menoch. *in conſil.* 178. *num.* 23. *volum.* 2.

Secundò declaratur, nam cùm non ſit locus euictioni, vt probatum eſt; ergo bona libera, & allodialia bonis obnoxiis, vel alteri ſuppoſitis non ſubrogantur, † *l. cùm in fundo.* §. *& ſi fundus. ff. de* 84.
iure dotium, vbi ſi fundus communis datus ſit in dotem, & ſocius agat cum marito communi diuidundo, qui fundus adiudicatus ſit ſocio, in dote erit quantitas, quam ſocius damnatus fuerat dare marito, & *ibi* text. dicit, ita tamen, vt non vice corporis habeatur, nec diuortio ſequuto, præſenti die debeatur, prout ſtatim fundus deberetur, ex quo text. probatur, quòd ſubrogatum † non aſ- 85.
ſumit naturam, & omnes qualitates in cuius locum ſubrogatur, quando ſunt diuerſæ naturæ, Bartol. *in l. pater, num.* 13. *verſ. non obſtat, quòd ius agendi. ff. de inoffic. teſtam.* Surd. *in conſil.* 31. *numer.* 42. *& conſil.* 138. *numer.* 21. *vol.* 1. *& conſ.* 269. *num.* 30. *volum.* 2. Natta *in conſil.* 638. *numer.* 41. Crauet. *in conſil.* 982. *numer.* 21. *&* 23. *verſ. tertiò argumentum eſt.* Pariſ. *in conſil.* 49. *numer.* 78. *volum.* 3. Menoch. *de arbitrar. quæſtion.* 54. *numer.* 30. *& ſequent. & in conſil.* 235 *numer.* 27. *& numer.* 69. *volum.* 2. Decian. *in conſil.* 19. *numer.* 35. *volum.* 3. Cephal. *in conſil.* 635. *num.* 101. Giurba *deciſ.* 83. *numer.* 14. *verſ. quia id verum.* Gratian. *deciſ.* 157. *numer.* 12. Socin. *in regula* 383. *in ver. ſubrogatum.*

Item quia, vt fiat ſubrogatio † de bonis feuda- 86.
libus in allodialia, vel eis contrario, hoc expreſsè debet actum eſſe, aliter nullo modo fit. Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. *quæſtion.* 21. *num.* 1. *&* 3. & ſequitur Maſtrill. *in deciſ.* 200. *numer.* 39. *& plur. ſequent.*

Loffred.

Loffred. in conſil. 11. numer. 14. verſ. ex his apparet,
Cephal. in d. conſil. 615. numer. 111. verſ. & qui poni-
tur, volum. 5. Turret. in conſil. 69. num. 4. & ſequent.
volum. 3.

87. Item quia feudum † non poteſt commutari nec
in totum, nec in partem cum altera re ſine conſen-
ſu domini, Schrader. de feud. parte 8. cap. 1. numer.
49. & contrarium ſuccederet, ſi hic nouus ordo
ſuccedendi induceretur, vt dicit Honded. in con-
ſil. 70. numer. 27. volum. 2. Beccius in conſil. 101.
numero 59. vbi quòd ſi feudum datum pro vtroque
ſexu permutetur cum altero pro maſculis tantùm,
non ſequitur ſubrogatio. Maſtrill. d. deciſion. 200.
num. 5.

Tertiò declaratur, vt multò magis procedat
ſupradicta concluſio, ſi partes diuiſæ fuiſſent à ter-
tio æſtimatæ, & poſtea per ſortem obuenerint ip-
ſis fratribus, quia aduersùs iudicium ſortis nulla
88. actio † competit, neque competit reſtitutio in in-
tegrum, Bald. in l. ait prætor. §. final ff. de minor. quia
reſtitutio in integrum datur læſo de iure commu-
ni, ſed læſio procedens per ſortem dicitur proueni-
re caſu fortuito, aduersùs quem non datur reſti-
tutio. l. verum. §. ſciendum. ff. de minor. Et hanc do-
ctrinam communiter receptam ſequuti ſunt Nat-
ta in conſil. 631. numer. 23. verſ. ſecus ſi contingat ei
per ſortem. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 1. numer. 6. verſ.
magis enim obſtat. C. de reſcind. vendit. Anton. Go-
meſ. in lib. var. reſolut. tomo 2. cap. 14. numer. 4. in fin.
verſ. ſecus ſi contingat per ſortem, Tiraquell. de iure
primogenit. quæſtion. 17. numer. 96. Marant. in ſuo
ſpeculo iudiciorum, part. 6. §. & quandoque appellatur,
numer. 258. Odd. de reſtit. in integr. quæſtion. 66. art.
4. num. 27. verſ. limitatur ſecundo, vbi allegat etiam
Alban. in rubric. ff. de minorib. Peregrin. in conſil. 93.
89. num. 21. & 25. volum. 1. etiamſi fuiſſet læſus † vl-
tra dimidiam iuſti pretij, vt probat eſſe commu-
nem opinionem Chaldas de reſtit. in integr. in ver.
Vel aduerſarij dolo, num. 13.

Expedito capite clauſularum diuiſionis, quæ
frequentiùs apponi conſueuerunt, ſequitur tertium
caput huius articuli, &

Primus caſus eſt, per tranſactionem nunquam
90. cenſetur renuntiatum fideicommiſſo, † niſi fue-
rit dictum, Viſis, & inſpectis verbis teſtamenti,
prout eſt caſus in l. de his. ff. de tranſactionibus. l.
non eſt ferendus. ff. eod. tit. l. 1. §. 1. ff. quemadmod. te-
ſtament. aper. Bartol. in d. §. duo fratres. quæſtion. 4.
qui communiter approbatur, vt ibi dicit Paul. de
Caſtr. numer. 16. Roman. in conſil. 413. Fulgoſ. qui
pariter atteſtatur de communi, in conſil. 41. num. 5.
Decian. in conſil. 52. numer. 14. & ſequent. volum. 1. &
ita fuit iudicatùm, vt in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titul.
Fideicommiſſum, cap. nec per tranſactionem, quoniam
requiritur ſcientia ſpecifica teſtamenti & fideicom-
miſſi, quæ non præſumitur per verba generalia in
tranſactione appoſita. Roman. in conſil. 403. num.
17. verſ. ſecundò, quia. Corn. in conſil. 153. num. 4. vol.
4. Pariſ. in conſil. 12. num. 83 vol. 2. & alij ad hoc
allegati per Menoch. in conſil. 1214. num. 4. & plur.
ſeq. vol. 13.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi per
91. aliquas † coniecturas deprehendi poſſit, etiam
de fideicommiſſo intellexiſſe, tunc enim, etiam
ſi non ſit dictum, viſis & inſpectis verbis teſtamen-
ti, fideicommiſſo renuntiatum cenſetur, Bartol. in
d. §. duo fratres, num. 19. verſ. aut nulla, Alexand. num.
54. Ripa num. 64. Iaſ. num. 94. Decian. in conſil. 91. n.
27. vol. 5. qui allegat Socin. iun. in conſil. 116. numer.
41. vol. 1. & plures alios refert Peregrin. de fideicom-
miſſ. d. art. 52. numer. 22. vbi propè finem atteſtatur
hanc eſſe communem ſententiam; plurimos alios
allegat ad hoc Menoch. in conſil. 289. volum. 3. & ita
fuit reſolutum in pluribus tribunalibus, Cache-
ran. in deciſ. 112. num. 20. Barz. deciſ. 96. numer. 1.
Caualcan. deciſ. 36. num. 24. verſ. quin reſpondetur,
part. 1. qui multos referunt, & aliæ etiam deciſio-
nes, in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. tit. Fideicommiſſum,
cap. per diuiſionem, & cap. ſequent. Addo exemplum
cuiuſdam renuntiationis de Bozzulis, ſuper qua
reſpondi annis præteritis, & fuit iudicatum in Se-
natu Mediolani, vbi verba renuntiationis remanēr
ſine effectu, niſi trahantur ad renuntiationem, tunc
fideicommiſſo † renuntiatum cenſetur, etiamſi 92.
prætermiſſa fuerint illa verba, Viſis, & inſpectis
verbis teſtamenti, & hanc concluſionem firmauit
Bartol. in d. §. duo fratres. numer. 19. in fine. verſ. aut
nulla alia cauſa apparebat, niſi iſtud ius fideicommiſ-
ſi, & tunc remiſſum cenſetur, quam doctrinam ſe-
quuti ſunt Iaſ. ibi num. 109. Cror. num. 127. Ripa
num. 75. & alij repetentes communiter, Alexand.
in conſil. 102. num. 6. vol. 6. vbi quòd ſi verba alium
effectum habere non poſſent, fideicommiſſi renun-
tiationem importabunt, argum. l. fundus, qui loca-
tus eſt. ff. de fundo inſtruct. & l. ſi quando. de legat. 1. &
ita reſponderunt Dec. Ruin. Socin. Pariſ. Socin.
iun. Roland. & alij plurimi relati ad hoc proban-
dum per Menoch. in conſil. 87. numer. 20. volum. 1. &
in lib. 3. præſumpt. 115. numer. 34. & per Peregrin. in
d. artic. 52. numer. 31. Quamobrem ſi mulier poſt
renuntiationem ampliſſimis verbis factam, in bo-
nis paternis, & maternis, item auunculi, addide-
rit hæc verba, & omnem, & quamcumque por-
tionem, quæ prædictæ mulieri in futurum quomo-
dolibet competere poſſet, & poterit, & aliorum
quorumcumque ex quocumque latere tam aſcen-
dentium, quàm tranſuerſalium quorumcumque, &
tam ex cauſa teſtati, quàm inteſtati, & aliter
quomodocumque, & qualitercumque, quæ verba
reſpectu ſucceſſionis aſcendentium non poſſunt
verificari, niſi de fideicommiſſo aui; ergo de eo
neceſſariò intelligenda ſunt, ita argumentatus eſt
Bartol. in d. §. duo fratres, in d. numer. 19. in fin. per
text. l. 2. ff. de liber. & poſthum. vbi quòd nomina-
tim dicendum eſt expreſſum hoc ius fideicommiſ-
ſi aui, cùm nullum aliud fideicommiſſum aſcenden-
tium appareat. Item quia pluralitas non præſumi- 93.
tur, ideo qui ſupradicta verba aliter interpretari
vellet, probare debet, negantis enim intentio fun-
data eſt, gloſſ. in l. cum de lege. ff. de probat. & ita
poſt Ruinum argumentatur in hac facti ſpecie Pe-
regrin. in d. artic. 52. num. 32. verſ. qui aliam affuiſſe
cauſam. Item ad comprobandum hoc confert re-
gula l. pediculis. §. cùm quæreretur. ff. de auro, & arg.
legat. Vbi ſi teſtator † legauit ornamentum mu- 94.
liebre cum auro, comprehenduntur ea, quæ teſta-
tor habebat venalia, quia dictus teſtator nihil
aliud habebat, ad quod dicta verba legati referri
potuiſſent; ergo cùm iſta renuntiatio facta in bo-
nis aſcendentium nō aliter poſſent verificari quam
in fideicommiſſo aui, de eo cogitaſſe, dicendum
eſt, quia verba renuntiationis † non debent eſſe 95.
ſine effectu operandi. d. l. ſi quando, & ibi Bartol.
& alij, de legat. 1. l. generaliter. §. 1. ff. de vſufructu lega-
to. cap. ſi Papa. de priuileg. lib. 6. Item quælibet eius
ſyllaba non debet eſſe ſine effectu operandi, gloſſ.
3. in c. ſi Romanorum. diſtinct. 19. gloſſ. in l. 1. ff. de eo
quod met. cauſ. Baldus in rubric. C. de contrah. empt.
quæſtion. 9. Alexand. in conſ. 26. numer. 5. volum. 2.
etiam trahendo † verba ad extraneam ſignifica- 96.
tionem,

tionem, vt aliquid operentur. Baldus *in l. Titia. §.*
1. de legat. 2. Crauet. *in conſil. 20 numer. 9. & in con-*
ſil. 194. numer. 5. & ſequent. Quando igitur verba
renuntiationis aliter verificari non poſſunt, quàm
ſuper illo caſu, tunc de eo cogitatum dicitur,
vt latè probat Caualcan. *in deciſ. 36. numer. 10. part.*
1. qui plurimos allegat, etiam recentis terminis *d.*
l. de his. ff. de tranſact.

97. Item quando verba † generalia aliter verifi-
cari non poſſunt, & adeſt iuramentum, tunc in
ſpecie dicitur fideicommiſſo renuntiatum, quia
quando verba oſtendunt eſſe cogitatum in gene-
98. re, † tunc habent vim ſpecialis conſenſus, &
ſpecialis expreſſionis, Bald. *in l. 1. colum. 4. C. com-*
modati, Roman. *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obli-*
gat. Gozadin. *in conſil. 69. numer. 19.* & alij ad hoc
allegati per Seraphin. *in tract. de priuileg. iuramenti*
cap. 26.

99. Secundò declaratur, quòd quando † renuntia-
tio facta in bonis aſcendentium eſt realis, tunc
non eſt opus videre verba teſtamenti, & fidei-
commiſſi, quoniam illa videri debent, ad effe-
ctum ne remaneat defraudata in dictis bonis, ſed
vbi renuntiatio eſt realis, ſtatim ipſa renuntians
100. ſe eximit de medio, † & habetur ac ſi fuiſſet
mortua reſpectu dictorum bonorum, prout eſt ca-
ſus *in cap. 1. de eo, qui finem fecit agnatis*, & ita de-
clarat Paul. de Caſt. *in l. planè. §. ſi duobus, de legat.*
1. Capyc. *deciſion. 158.* Sicut dicimus in emancipa-
tis de iure duodecim tabularum, & in adoptiuis.
§. ita demum. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. de-
fer. Item filia quæ renuntiauit, ita eximitur, ac
ſi is, cuius bonis renuntiauit, teſtatus deceſſiſſet,
& alterum inſtituiſſet, Bartolus, & Alexand. *in*
l. ſtipulatio hoc modo concepta, vbi Crot. *numer.*
26. ff. de verb. obligat. dicit eſſe communem opi-
nionem, Gabriel *in tit. de iure dot. concluſion. 1. nu-*
mer. 4. Menoch. *in conſil. 6. numer. 18. volum. 1.* Vaſ-
quius *de ſucceſſ. lib. 2. §. 18. requiſito 25. numer. 113.*

101. Et dicitur renuntiatio realis, † quando mulier,
dote recepta, renuntiat ſucceſſioni aſcendentium
per verba ampliſſima, etiam per Aquilianam ſti-
pulationem, tunc enim ita actum eſſe dicitur, vt
ſuper dictis bonis non poſſit amplius ſuccedere. *l.*
1. §. quibus. ff. de ſucceſſ. edict.

102. Item probatur, quia ſi dicta bona † renuntiata
peruenirent ad fratrem, qui moreretur, ipſa ſo-
ror renuntians non poteſt vlteriùs ſuccedere, quia
renuntiatio fuit realis, Franch. *deciſion. 375. numer.*
2. Afflict. *deciſion. 161.* vbi, quòd ſoror, quæ ita
renuntiauit, excluditur ab ea, quæ non renun-
ciauit, & exornat Pariſ. *in conſil. 69. num. 59. & ſe-*
quent. volum. 3. & tunc non poteſt opponi, quòd
non fuerunt viſa verba teſtamenti.

Item quia mulier renuntians hæreditatibus a-
103. ſcendentium, † cenſetur priùs illas adiuiſſe, ſi-
bi deuoluendas, & poſtea ceſſiſſe, ita reſpondet
Ruin. *in conſil. 170. num. 8. & ſequent. volum. 1.* poſt
Paulum de Caſtro *in conſil. 135. volum. 1.* & hanc
concluſionem ſequuta eſt Rota *in deciſion. 67. par-*
te 3. lib. 1. in Nouiſſimis, & Put. *deciſion. 519. part.*
2. & ita renuntiando per conuentionem realiter,
dicitur renuntiaſſe dictis ſucceſſionibus, quādo eō
tingeret ad ipſam renuntiantem deuolui; quare a-
gendum non eſt, an id fecerit, viſis, & inſpectis ver-
104. bis teſtamenti, quia realiter renuntiauit, quando
contingeret dicta bona ad renuntiantem deuolui,
& fruſtrà teſtamenti verba videnda erant, ſi ad dicta
bona per conuentionem ſuccedere non poterat.
Nec eſt dubitandum an per talem renuntiationem
conuentionalem, † iuri etiam de futuro renun-
tiatum fuerit, quoniam partem affirmantem am- 105.
plexi fuerunt communiter Doctor. *in l. 1. C. de pa-*
ctis, Dec. *in conſil. 181. num. 7. & ſequent.* Pariſ. *in*
d. conſil. 69. numer. 65. & ſequent. volum. 3. Corn.
in conſil. 51. colum. fin. volum. 1. & latiùs *in conſil.*
144. colum. 4. verſ. & licèt fortè. volum. 3. Nam qui
paciſcitur renuntiando, † non ſolùm agit, vt à
ſe abdicet, quod de præſenti habet, ſed etiam a- 106.
git, vt eius perſona aſtringatur de præſenti, ad non
petendum in futurum, quod nequaquam petere
promiſit, & ideo talis obligatio in eius perſona
fundari poteſt, & ſuſtineri, vt notant omnes *in d. l.*
1. C. de pact. & declarat Cagnol. *in l. quod quis. ff. de*
regul. iur. Corn. *in conſil. 31. num. 3. in fin. vol. 2.* Man-
dell. *conſil. 11. num. 17.*

Tertiò declaratur, nam quando renuntians † 107.
veriſimiliter potuit habere notitiam teſtamenti, &
fideicommiſſi, tunc renuntiatio valet, etiam non
inſpectis verbis teſtamenti. Barzius *deciſ. 96. num.*
14. Caualcan. *d. deciſ. 36. numer. 27. part. 1.* & la-
tiùs per Cacheran. *in deciſ. 112. numer. 20.* qui alios
referunt. Rota *deciſ. 1005. verſ. tamen fuit dictum*
quòd poſſet conſtare, vel veriſimiliter præſumi. part. 3.
lib. 3. in Nouiſſim. Sed filia † quæ moratur cum pa-
tre, præſumitur ſcire quæ ſint bona libera patris, 108.
& quæ fideicommiſſo ſubiecta. Ruin. *in conſil. 50.*
numer. 17. volum. 1. Idem in vxore ſumendo argu-
mentum à cohabitatione. Bald. *in conſil. 392. col. 2.*
volum. 1. & in conſil. 296. volum. 2. Abb. *in conſil.*
19. colum. 2. part. 2. Crauet. *in conſil. 123. numer. 1.*
Idem in ſociis † communiter habitantibus. Cra-
uett. *in conſil. 26. num. 3. & in d. conſil. 123. in prin-* 109.
cip. & ad hanc concluſionem confert regula, quòd
ſcientia præſumitur in conſanguineo, vel dome-
ſtico commenſali. *l. octaui. ff. vnde cognati. l. de tu-*
tela. C. de in integr. reſtit. l. ſi vicinis. C. de nuptiis. cap.
quanto. de præſumpt. l. conſenſu. §. ſuper plagis C. de re-
pudiis. Item confert alia regula ſcientiæ præſumen-
dæ circa fideicommiſſum, † quando teſtamentum 110.
fuit nuncupatiuum, quia Notarij publicare ſolent
omnia in eo contenta, Alex. *in d. §. duo fratres. quæſt.*
3. Paul. de Caſtr. *in conſil. 94. volum. 2.* Pariſ. *in conſil.*
91. num. 48. & conſil. 72. num. 27. vol. 2. Item quòd
coniectura ſcientiæ præſumendæ ex coniunctione
ſanguinis ſufficiat in propoſito ad excludendam
expreſſionem *d. l. de his*, poſt Cephal. Peregrin. &
alios relatos, probat Barzius *in d. deciſion. 96. nu-*
mer. 13.

Sed quia Sfortia Oddus *in tractatu de fideicommiſ-*
ſis, in tom. 3. quæſt. 3. art. 4. tenet *d. l. de his*, renuntiari
non poſſe, & *in art. 5.* quòd ne cum iuramento qui- 111.
dem renuntiari poſſit, cuius ſcripta etiam in præle-
ctionibus Papienſibus reiecimus, & dictas reiectio-
nes velnti ad hunc articulum pertinentes, etiam
hîc addere iuſſimus.

In *d. art. 4.* pro ſua opinione allegat Bartol. Bald.
Angel. Iacobin. Felin. Corn. Bero. Pariſ. Ruin. & Al-
beric. quorum multi atteſtantur de communi. Sed
ſi veritatem allegatorū implecti volumus, appare-
bit, † iſtorum aliquos ſibi contradicere, aliquos 112.
verò totum contrarium aſtruere, Bald. *in l. de his*,
poſt relatam opinionem Iacob. Butr. contra gloſſ.
quem ſequutus eſt Bartol. dicit hæc verba: Tu dic,
quòd gloſſa dicit verum, niſi ſit in dolo hæres oc-
cultando, quia tunc demum ſtat ratio prohibitio-
nis; ſed vbi adeſt ſcientia teſtamenti in genere, non
poteſt dici apparere de dolo. Angel. *in d. l. de his.* li-
cèt dicat, renuntiari non poſſe, tamen *in d. § duo fra-*
tres, numer. 9. tenet contrarium, & quòd etiam per
verba

veiba generalia renuntiatum dicatur. Item quòd ſufficiat ſcientia in genere, quia non eſt de ſolemnitate formali in tempore renuntiationis. Corn. *in conſil.* 135. *vol.* 1. dicit non poſſe renuntiari, ſed *in conſil.* 6. *vol.* 1. probat totum contrarium. Pariſ. *in conſil.* 95. *numer.* 24. *vol.* 3. dicit totum contrarium eius, quod Oddus allegat, & pleniùs *in conſil.* 71. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 156. *num.* 7. *vol.* 3. etiam dicit contrarium, videlicet, *d. l. de his*, cum iuramento renunciari poſſe. Menoch. *in conſil.* 439. *numer.* 33. *vol.* 5. loquitur in tranſactione, ſed in aliis contractibus illam legem locum non habere, probat *in conſil.* 323. *numer.* 57. *vol.* 4. qui plurimos allegat, & hanc etiam tenet Oddus *in d. quæſt.* 4. *artic.* 10. Bero. *in conſil.* 177. *numer.* 7. *vol.* 1. loquitur in tranſactione; ſed *in conſil.* 130. *numer.* 35. *vol.* 2. dicit, quòd per clauſulas generales, & iuramentum cenſeatur renuntiatum fideicommiſſo. Alberic. *in d. l. de his*, *numer.* 3. *verſ. item quærit gloſſa*, dicit idem, quod Bald. vt ſuprà, ex quibus apparet opinionem Oddi non probari, & erubeſcimus ſine lege loqui.

Item probat Odd. *in d. quæſt.* 4. *articul.* 5. *d. l. de*
113. *his*, non poſſe, etiam cum iuramento † renuntiari, allegando Bartol. Federic. Corn. Natt. Pariſ. Ruin. Cacheran. Siluan. Roland. Pretum, Beccium, Menoch. Durand. & Tiraquell.

114. Sed nec iſti Doctores † probant eius opinionem, quia Bartol. *in d. l. de his*, *numer.* 7. loquitur in tranſactione alimentorum, & licèt poſſit probari, quòd diuerſa ſit ratio in renuntiatione *d. l. de his*, tamen idem Bartol. tenet contrarium *in l. ſi quis pro eo*, *in vltim. quæſt. ff. de fideiuſſor.* vbi quòd tranſactio ſuper alimentis firmatur iuramento, Corn. *in conſil.* 340. *col. pen. verſ. idem ſi interuenit*, *vol.* 1. parum infrà dicit, licèt, vbi interuenit iuramentum, hoc non firmem, & *in conſil.* 6. *vol.* 1. dicit contrarium. Natta *in conſil.* 362. nihil dicit, pro vt allegatur, nec Pariſ. *in conſil.* 13. *numer.* 88. *vol.* 1. ſed *in conſil.* 11. *numer.* 31. *& conſil.* 12. *numer.* 88. *& conſil.* 95. *numer.* 26. *vol.* 2. dicit iuramentum non firmare renuntiationem, quia non extenditur ad incogitata. Ruin. *in conſil.* 95. *numer.* 12. *& ſeq. vol.* 3. nihil dicit; ſed *in conſil.* 156. *numer.* 7. *vol.* 3. dicit contrarium, quòd renuntians generaliter cum iuramento, etiam *d. l. de his*, renunciaſſe cenſetur, Cacheran *in d. deciſ.* 112. tangit dictum Oddi, ſed *ibi numer.* 25. expreſſiùs firmat cum iuramento poſſe renuntiari, & Doctor præſumitur eſſe illius opinionis, quam vltimo loco refert, Alexandr. *in conſil.* 144. *numer.* 2. *vol.* 2. Marſil. *ſingular.* 31. Dec. *in l. ſi idem. ff. de regul. iur.* Item Roland. *in conſil.* 13. *numer.* 27. *vol.* 1. loquitur in tranſactione, prout etiam Menoch. *in conſil.* 439. *numer.* 33. ſed idem Menoch. *in conſil.* 323. *numer.* 57. probat contrarium eſſe verius in cæteris contractibus.

Item Riminald. ab Oddo allegatus ſequitur Pariſ. nec diſpungit articulum. Durand. *de arte teſtandi tit.* 11. *cautel.* 18. *numer.* 3. dicit totum contrarium, & quòd *d. l. de his*, poſſit cum iuramento renuntiari, licèt in fine addat, certius eſſe explicare verba, viſis & cognitis, &c. ex quibus apparet Doctores ab Oddo allegatos, eius dictum non probare.

Et quòd opinio contraria ſit verior, videlicet
115. *d. l. de his*, poſſe cum iuramento † renuntiari, firmarunt Alexand. *in conſil.* 11. *numer.* 14. & *ibi* Addentes *in verb. iuramento vol.* 1. Idem Alexand. *in d. §. duo fratres*, *in quæſt.* 5. & Ripa *numer.* 71. Alciat. *numer.* 25. Crot. *numer.* 110. *& in conſil.* 84. *numer.* 9. Abb. *in cap. cùm contingat*, *numer.* 30. & *ibi* Ioan. de Immol. *numer.* 96. *de iureiurando.* Benedict. *in cap. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis*, *in* 2. *de teſtament.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam*, *in præfation. numer.* 140. Dec. *in conſil.* 345. *numer.* 4. Socin. iun. *in conſil.* 116. *vol.* 1. Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 26. *tit.* 2. *numer.* 31. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 29. *numer.* 20. Gutierez *in tract. de iuramento confirmatorio*, *part.* 3. *capit.* 2. *numer.* 20. Padilla *in l. ſub prætextu*, *in* 1. *numer.* 10. *C. de tranſact.* & hanc eſſe magis communem opinionem probat Ceuall. *quæſt.* 706. *& ſeq. numer.* 6. quos omnes referunt Cacheran. *in d. deciſ.* 112. *num.* 25. & Gratian. *in diſcept. forenſ. cap.* 568. *num.* 40.

Item quòd fideicommiſſo, † & *d. l. de his*, 116.
cenſeatur renuntiatum per verba generaliſſima cum iuramento, probatur ex pluribus reſolutionibus factis in Rota, vt *in deciſ.* 664. *numer.* 4. *& ſeq. part.* 1. *in Nouiſſim. & deciſ.* 665. *numer.* 9. *ibid.* in vltimò impreſſis, *part.* 1. Seraphin *deciſ.* 422. *in fin. & deciſ.* 746. In quibus cùm dubitaretur, an ſit renuntiatum vni legi, vel ſtatuto in contrarium facienti, fuit reſolutum, quòd ſi verba renuntiationis in genere poterunt illum caſum comprehendere, cenſeatur cum iuramento renuntiatum, & latiùs per modernos Ferrarienſes *in tractatu de clauſulis*, *clauſul.* 40. *gloſſa* 6. *per totam.* Quoniam tantum valet renuntiatio generalis, quæ ad omnia referri poſſit. *l. pluribus. de acceptilat. l. emptor. §. Lucius*, & *ibi* gloſſ. *ff. de pact.* quantum ſpecialis. Alexand. *in conſil.* 42. *vol.* 1. *& conſil.* 11. *vol.* 2. Iaſ. *in l. ſi de certa*, *numer.* 8. *ff. de tranſact.* quos allegat Rota *in d. deciſ.* 664. *numer.* 4. vbi concludit, quòd ſi cum generali renuntiatione additum ſit iuramentum, dicatur ſpecialiter renuntiatum.

ARTICVLVS XV.

An, & quando fideicommiſſum expiret.

SVMMARIA.

1. *Succeſſio ex teſtamento, in dubio regulatur ſecundùm ſucceſſionem ab inteſtato.*
2. *Fideicommiſſum familiæ relictum extinguitur in decimo gradu, & num.* 5.
3. *Succeſſio ab inteſtato non progreditur vltra decimum gradum.*
4. *Cognati, etiam vſque ad decimum gradum ſuccedunt.*
6. *Fideicommiſſum extenditur vltra decimum gradum, etiam in infinitum ex voluntate teſtatoris.*
7. *Prohibitio alienationis quando durat in perpetuum.*
8. *Maioratus, & regna deferuntur vltra decimum gradum.*
9. *Regna deuoluuntur etiam in milleſimo gradu.*
10. *Regna deferuntur iure hæreditario contra Manticam, & alios moderniſſimos Mantuanos, numer.* 12.
11. *Teſtator potius cenſetur ſe conformem reddere* cum

cum iure municipali obſeruato.

13. *Doctor Marta ſe defendit à contradictione, ſibi oppoſita à moderniſſimis Mantuanis.*

14. *Regna quæ deferuntur iure ſanguinis, dicuntur etiam deferri iure hæreditario.*

15. *Regnorum ſucceſſio regulanda eſt de iure feudorum.*

16. *Filius in feudo ex pacto, & prouidentia antiqua, omnino debet eſſe hæres patris.*

17. *Agnati in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo debent eſſe hæredes ſanguinis.*

18. *Filius Regis non poteſt retinere regnum, repudiata hæreditate patris.*

19. *Fideicommiſſum finitur, quando teſtator illud reuocauit in codicillo, etiam inter liberos.*

20. *Fideicommiſſum inter liberos cenſetur reuocatum per conceſſionem alienationis inter eos.*

21. *Fideicommiſſum cenſetur limitatum in caſu quo alienatio facta fuerit de parte prohibiti.*

22. *Legatum factum liberè, reſtringitur à conditione ſuperaddita, ſi deceſſerit ſine liberis.*

23. *Dictio* niſi, *appoſita à teſtatore poſt prohibitionem negatiuam, dicitur expreſſa illius diſpoſitio.*

24. *...etiam ſi dicta ſit à ſtatuto.*

25. *Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis, niſi poſt viginti quinque annos, limitari dicitur ex expreſſa conceſſione poſt 25. annos.*

26. *Decius* in conſil. 386. *& Ruin.* in conſil. 132. vol. 2. *& Decian.* in conſil. 78. vol. 3. *reducuntur ad con rdiam.*

27. *Prohibitione alienationis ſimpliciter facta, vſque ad certum tempus non cenſetur receſſum à fideicommiſſo præcedenti, quod eſt perpetuum.*

28. *..ſecus ſi teſtator negatiuè prohibuit, cum dictione, niſi poſt 25. annos.*

29. *Fideicommiſſum extinguitur, ſi hæres grauatus præmoritur.*

30. *..idem ſi hæres non adierit, ſed expreſsè repudiauerit.*

31. *Fideicommiſſum extinctum, debetur à venientibus ab inteſtato, quando eſt appoſita clauſula codicillaris.*

32. *.. dummodo venientes ab inteſtato hæreditatem agnouerint.*

33. *.. Peregrini opinio contraria in hoc, reiicitur.*

34. *Fideicommiſſum à venientibus ab inteſtato, etiam teſtatoris iudicio reſtitui dicitur.*

35. *Fideicommiſſum extinguitur, quando fideicommiſſarius moritur ante hæredem.*

36. *.. idem ſi à legatario relictum fuerit.*

37. *.. idem ſi fideicommiſſarius factus fuerit incapax bonorum, vt quia Monachus, vel bannitus, vel deportatus.*

38. *Hæres grauatus penes quem remanet fideicommiſſum, tenetur ad onera.*

39. *..ſecus ſi eſſent impoſita ipſimet fideicommiſſario, vel legatario.*

40. *Coniunctus, & ſubſtitutus quoad materiam repetitionis onerum ſunt æquiparati.*

41. *Peregrin.* in articul. 15. numer. 26. *reprobatur.*

42. *Ruin.* in conſil. 99. *defenditur ab impugnationibus Peregrini.*

43. *Fideicommiſſarij præmorientis hæres, cogit grauatum ad adeundam hæreditatem, vt ſibi reſtituat.*

44. *.. quod eſt verum in fideicommiſſo puro, vel in diem certam.*

45. *Fideicommiſſario primo præmortuo, hæres tenetur reſtituere ſecundo.*

46. *Fideicommiſſarius ſecundus cenſetur vocatus ſi primus præmortuus fuerit.*

47. *.. idem ſi ſecundus præmortuus ſit, nam debet reſtitui tertio.*

48. *Peregrini opinio reprobatur circa intellectum* l. ſi Titius, & l. cohæredi, in princip. ff. de vulgari, *quæ intelliguntur etiam in fideicommiſſaria.*

49. *Subſtitutus ſubſtituti ſuccedit hæredi, & ſatis eſt, quòd portio ſubſtituti fuiſſet acquiſita per hæredem.*

50. *Hæres grauatus nihil debet reſtituere, quando ſubſtitutio habetur pro non ſcripta.*

51. *Fideicommiſſum extinguitur, ſi conditio deficit, ſub qua relictum eſt.*

52. *Conditione non adimpleta, ceſſat omnis diſpoſitio.*

53. *Conditionem fuiſſe adimpletam, quis probare debet.*

54. *Legatarius ſub conditione non meretur nomen legatarij ante conditionis implementum.*

55. *Conditio vbi eſt ſucceſſiua, non ſufficit fuiſſe adimpletam momento temporis.*

56. *Diſpoſitio habetur pro non facta, ceſſante conditione.*

57. *Conditio vbi deficit reſpectu primi ſubſtituti, non eſt locus ſecundo.*

58. *Conditio aſſumendi cognominis appoſita ipſi vltimo genito extraneo, ſi deficit, non poteſt adimpleri per eius filios, & deficit fideicommiſſum.*

59. *Conditio vbi deficit per mortem vocati, non ſunt admittendi eius filij.*

60. *...ſecus ſi conditio fuiſſet impoſita patri, & filiis.*

61. *Conditio debet adimpleri ante aditionem, vt tranſmittatur ad filios.*

62. *Succedendi potentia non verificata in patre, non tranſmittitur ad filios.*

63. *Linea, quæ non incepit, nullius conſiderationis eſt.*

64. *Subſtitutio deficit, ſi non habuit principium in perſona illius, à quo debebat incipere.*

65. *.. debet referri ad eam lineam, quæ incohata erat.*

66. *..ſecus ſi vocatio eſt facta de patre, & filiis.*

67. *Nepos excludit amitam vigore ſtatuti, propter eandem qualitatem.*

68. *Nepos venit appellatione filij, quando habet eandem qualitatem.*

69. *Filius quando per patris repræſentationem admittatur ad maioratum.*

70. *Potentia ſuccedendi tranſmittitur ad filios, quando qualitas inceperit à capite lineæ.*

71. *Potentia ſuccedendi eſt prorſus inanis.*

72. *Conditio importatur per grauamen, & onus.*

73. *.. importatur per verba ſignificantia futurum euentum.*

74. *Dictio* alioquin *eſt aduerſatiua conditionalis.*

75. *Conditio, ſi ſine filiis expirat, ſi decedit cum filio, licèt moriatur.*

76. *.. & fideicommiſſum extinguitur, etiam ſi cum vno filio decedat.*

77. *Conditio etiam per momentum temporis dicitur defeciſſe.*

78. *Conditio, ſi ſine filiis, deficit, etiam per infantem extractum de vtero matris mortuæ.*

79. *Subſti*

79. *Subſtitutus ſub conditione, ſi ſine filiis, excluditur per ſolam exiſtentiam vnius filij, & grauatus poterit diſponere.*
80. *Conditio, ſi ſine filiis, & hæredibus, non deficit, niſi illi ſint hæredes.*
81. *..& qualitas hæreditaria cenſetur adiecta gratia filiorum.*
82. *Fideicommiſſum ſi ſine filiis, extinguitur ſi inſtitutus mortuus eſt cum filiis, ſed ante mortem teſtatoris.*
83. *Conditio, ſi ſine filiis, attenditur ad omnes vocatos, quando teſtator fecit fideicommiſſum perpetuum.*
84. *Conditio, ſi ſine filiis, cenſetur repetita propter tractum ſucceſſiuum temporis.*
85. *. non cenſetur repetita propter rationem agnationis conſeruandæ.*
86. *. nec ſi teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum.*
87. *..& quo caſu cenſetur repetita.*
88. *Fideicommiſſum imperſonale habet locum in proximioribus.*
89. *..quando ſemel habuit effectum extinguitur.*
90. *Fideicommiſſum alternatiuum extinguitur ſi reſtitutum ſit alteri.*
91. *Fideicommiſſum extinguitur ſi res reſtituenda, incendio, aut alio caſu perierit.*
62. *.. extinguitur ſi nullam affert vtilitatem.*
93. *.. cenſetur extinctum per obſeruantiam immediatè ſubſequentem.*
94. *.. extinguitur per præſcriptionem triginta annorum.*
95. *Præſcriptio currit contra fideicommiſſarium, etiam non facta ſibi reſtitutione.*
96. *Hæres grauatus ante declarationem fideicommiſſarij non eſt in mala fide.*
97. *Fideicommiſſarius reſtituendus contra præſcriptionem.*
98. *Præſcriptio contra fideicommiſſarium non nocet ſucceſſoribus in fideicommiſſo.*
99. *Fideicommiſſum extinguitur quando Princeps in totum illud euertit.*

1. QVIA ſucceſſio ex teſtamento † in dubio regulatur ſecundùm ſucceſſionem ab inteſtato. *l. conſtituuntur. ff. de iure codicill.* quoniam teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione iuris communis. *l. hæredes mei. §. cùm ita,* & ibi Bartol. & Ripa, qui atteſtatur de communi. *ff. ad Trebellian.* Idcirco fideicommiſſum † familiæ relictum extinguitur in decimo gradu, quoniam ſucceſſio ab inteſtato non progreditur vltra decimũ † gradum; & licèt inter cognatos vſque ad ſeptimum gradum duntaxat erat permiſſum. *§. final. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. l. 1. §. hæc verba. ff. vnde cognati,* tamen hodie omnis differentia agnationis, & cognationis ſublata eſt, *§. nullam. Auth. de hæred. ab inteſt. venientib.* propterea vnanimiter concluditur, quòd cognati † etiam vſque ad decimum gradum ſuccedant, gloſſ. *in auth. ex ſucceſſione, in ver. ſola naturali cauſa, verſ. vſque ad quem gradum admittitur cognatus, C. de ſuis, & legitim.* gloſſ. final. *in l. certũ. C. vnde legitim. & in l. vacantia. C. de bonis vacantib. lib. 10. & in l. octaui gradus. ff. vnde cognati.* gloſſ. final. *in d. §. final. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. in verſ. Nos omnes, vſque ad decimum gradum vocamus, & in §. hactenus, verb. longè. Inſtit. de gradib. cognat. & in §. ſi verò neque fratres, in princip. in verb. cognatos, in verſ. ſed trahe omnes ad decimum, Doct. Marta ſumma ſucceſſ. leg. pars 4.* cùm debeas ſucceſſiones dilatare, *in Auth. de hæred. ab inteſt. venientib.* Bartol. *in d. l. certum, numer. 2.* Bald. *numer. 17.* Alexand. *numer. 3.* Iaſ. *numer. 3. verſ. quintò principaliter. C. vnde legitim.* Bald. & Angel. *in d. l. vacantia. C. de bon. vacantib. lib. 10.* Bald. & Alberic. *in l. iuris conſultus. §. parentes. ff. de gradib. affinit. & in d. l. octaui gradus. ff. vnde cognati,* & quòd propterea fideicommiſſum † familiæ relictum finiatur in decimo gradu, firmarunt, Mantic. *de coniectur. lib. 8. titul. 12. numer. 46. prope finem. verſ. ſed debet intelligi vſque ad decimum gradum,* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 2. numer. 17. verſ. At benè aduertatur, fol. 334.* Couar. *in lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. numer. 3.* & alij ad hoc allegati per Cephal. *in conſil. 386. numer. 25. vol. 4.* & per Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſt. 19. numer. 3.* & per Marzar. *in epit. de fideicommiſſ. part. 2. quæſt. 14. in princip.* & per Ioſeph. de Ruſtic. *in l. cùm auus, lib. 6. cap. 11. num. 21. ff. de condition. & demonſtrat.* 5.

Declaratur iſte articulus, vt non procedat, quando ex verbis teſtamenti apparere poteſt, † teſtatorem intellexiſſe fideicommiſſum durare in perpetuum, & in infinitum, quoniam tunc perpetuo tempore durat, vt allegant, Craſſ. & alij ſupradicti *in locis citatis*; & in fideicommiſſo inducto † ex prohibitione alienationis, quòd duret in perpetuum, quando ex verbis teſtatoris id deprehendi poſſit, ſcribit Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 8. numer. 35. & numer. 504. & ſeq.* & Durand. *de arte teſtandi. titul. 8. cautela 2.* & Peregrin. *in conſil. 23. vol. 4.* Ego etiam ſuper hac declaratione diffuſiùs ſcripſi ſuprà *in parte 3. quæſt. 2. artic. 2.* vbi tractaui de vero intellectu *§. nos igitur, Auth. de reſtit. fideicommiſſi.* 6. 7.

Secundò declaratur, † vt non procedat in illis dignitatibus, quæ ex conſuetudine regnorum, & ſtatuum deferuntur vltra decimum gradum, vt in maioratibus Hiſpaniæ, de quo per Couar. *in d. lib. 3. var. reſolut. capit. 5. numer. 4. verſ. quinto.* Item in regnis, & ſtatibus, qui deuoluuntur vſque ad vltimum de ſanguine, etiam ſi eſſent † in milleſimo gradu, Bald. *in l. 1. numer. 6. verſ. & idem de regno. de feudo Marchiæ,* Dec. *in conſil. 85. numer. 3.* Guglielm. de Monteferrat. *de ſucceſſ. regum Franciæ. part. 1. numer. 39.* Lancellot. Corrad. *in templo iudic. lib. 1. cap. 2. §. 2. quæſt. 2. numer. 1.* Raudenſ. *in conſil. 1. num. 1. & ſeq. vol. 1.* Lanar. *in conſil. 1. num. 6.* Palacz *de maioratu, parte 4. quæſt. 1. num. 215.* 8. 9.

Nec eſt ſequenda opinio Manticæ *in d. lib. 8. tit. 12. numer. 46. verſ. ſed hæc ſententia,* vbi quòd hæc declaratio procedit in his, quæ iure feudi deferuntur, ſecus in his quæ iure hæreditario, ſicut iure hæreditario defertur fideicommiſſum, & ideo fideicommiſſum non debet in dubio extendi vltra decimum gradum, quia etiam regna † deferri iure hæreditario, probaui ſuprà *in parte 3. quæſt. 1. articul. 2. numer. 59.* vbi oſtendo hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, & ſecundùm eam fuiſſe pluries iudicatum, ſed non ideo deferri debent intra decimum gradum, quoniam ſupradictæ rationes huius reſtrictionis ceſſant. Nam teſtator † potiùs cenſetur ſe conformem reddere diſpoſitioni iuris municipalis & iuris obſeruati, vt eſt communis opinio, de qua per Ripam *in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, num..* & ita potiùs cum iure regni, & conſuetudinibus, quibus regna deferuntur, ſed deferuntur regna, & ſtatus vltra de- 10. 11.

cimum gradum, vt probaui, in ipſa declaratione; ergo, &c. Item quia ſi teſtator poteſt iubere, vt deferantur in infinitum; ergo & conſuetudo, & lex poteſt hoc facere, præſertim in regnis,& ſtatibus. Quamobrem, etiamſi regna deferantur iure hæreditario, poſſunt vltra decimum gradum, etiam ad milleſimum extendi.

Nec eſt recipienda nouiſſima opinio Senato-
12. ris † Mantuani, qui reſpondens ſuper ſucceſſione Ducatus Lotharingiæ, ſuper qua ego etiam eodem tempore reſpondi Mantuæ, conatur defendere regna iure ſanguinis, & ex conſuetudine regnorum deferri, pro quo plurimos alle-
13. gat, etiam allegat me, † *in tract. de iuriſdictione, parte* 1. *cap.* 28. *numero* 22. ergo infert, non debentur iure hæreditario. quam vltimam opinionem ego latiùs defendebam in ſumma ſucceſſionis *parte* 3. *quæſtion.* 1. *articulo* 2. Quoniam ſi ſcripta mea perlegiſſet, potuiſſet cognoſcere vtramque opinionem ſtare poſſe, videlicet, quòd iure ſangui-
14. nis † deferantur, & quòd ſucceſſio ſit hæreditaria. Nam iſte Senator admittit ſucceſſionem regno-
15. rum regulandam eſſe ſecundùm ius feudorum, † quam concluſionem ego latiſſimè probo in dicto articulo ſecundo *numero* 50. *& plur. ſequent.* ſed de iure feudorum filius non poteſt feudum ex pa-
16. cto, & prouidentia antiquum † retinere, & hæreditatem patris repudiare, quoniam hæres patris omnino debet eſſe, ſi feudum conſequi vult, prout eſt textus expreſſus *in cap.* 1. *an agnatus, vel filius poſſit feudum retinere, repudiata hæreditate*, & ego diffusè ſcribo *in d. articul.* 2. *numero* 48. *& ſequent.*
17. Agnati verò † licèt non ſint hæredes hæreditaris, tamen ſunt hæredes ſanguinis, nam ad eos, qui ſunt deſcendentes ex ſanguine primi Regis, vel acquirentis feuda, vel regna deferuntur. *c.* 1. *de natura ſucceſſ. feud. cap.* 1. *§. Corradus. de his qui feud. dar. poſſ.* ex quibus apparent duæ ſpecies hæredum, videlicet hæreditatis, & ſanguinis, & filius, ad quem regulariter regna deuolnuntur, non po-
18. teſt illud retinere, repudiata patris † hæreditate, quoniam ſimul vtrumque vel retinere, vel repudiare debet, & ita eſt deterioris conditionis, quàm agnatus, qui eſt hæres ſanguinis. Nam etſi filius habeat feudum antiquum vt filius, & non vt hæres, tamen tenetur præcisè eſſe hæres in tota hæreditate patris, ne ipſe pater iniuria afficiatur, ſi ſine hærede decedat, vt dicunt omnes feudiſtæ *in d. cap.* 1. *an agnatus*, Camerar. & cæteri, & Franch. *in d. deciſion.* 1. Sed agnatus ſuccedit iure ſanguinis, & tanquam hæres ſanguinis non tenetur eſſe hæres in hæreditate, & hanc differentiam hæredum probat Franciſc. de Ponte *in conſil.* 34. & latiùs per Franch. *in d. deciſion.* 1. Si igitur filius primogenitus, ad quem regna regulariter pertinent, regnum optat, patris vltimi defuncti hæres eſſe debet, & agnatus non exiſtentibus deſcendentibus, hæres ſanguinis eſſe debet; ergo regna ipſa hæreditaria dicenda ſunt, ita vt ad plura onera teneatur filius primogenitus, qui immediatus hæres illius, hæres in tota hæreditate exiſtit. Ad alias rationes illius Senatoris, ex meis ſcriptis *in d. art.* 2. apparent ſolutiones, vbi reſpondeo omnibus allegatis per Peregrinum, & per collegium Patauinum, ex quibus iſte nouiſſimus reaſſumpſit rationes ſuas.

Secundus caſus eſt, fideicommiſſum finitur quando teſtator in codicillo cum quinque teſti-
19. bus † reuocauit fideicommiſſum factum in teſtamento ſollemni inter liberos, quia dicta reuocatio fideicommiſſi, quo eius liberi grauati fuerunt, vtilior, & fauorabilior eſt eiſdem. Idcirco fideicommiſſum extinctum, & finitum dicitur, ita intelligendo *Authent. hoc inter liberos. C. de teſtamentis*, reſpondet Socin. iun. *in conſil.* 127. *volum.* 1. vbi pleniſſimè reſoluit contraria, & probat eſſe communem opinionem, de quo caſu ego ſcripſi ſuperiùs in hac eadem parte, *quæſtion.* 4. *articulo* 6.

Tertius caſus eſt, quando teſtator poſt fidei-
commiſſum † factum inter filios inſtitutos, cóſ- 20.
que reciprocè ſubſtitutos quandocumque ſine liberis deceſſerint, & poſt prohibitionem alienationis immediatè factam, conceſſit facultatem alienandi inter eoſdem filios inſtitutos, tunc ſequuta alienatione inter eos, fideicommiſſum exſpirat, ita vt is qui emerit, ad ſui libitum diſponere poſſit, & ita firmat Bald. *in conſil.* 85. *volum.* 5. per text. *l. pater. §. quindecim. de legat.* 3. & alij ad hoc congeſti per Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolutione* 5. *volum.* 1. *fol.* 372. quoniam dicta prohibitio cenſetur perſonalis, & limitata reſpectu partis prohibiti. Caſtrenſ. *in l. voluntas, in fin. C. de fideicommiſſ.*

Item cenſetur ipſum fideicommiſſum † limi- 21.
tatum, ſcilicet in caſu quo alienatio facta fuerit de parte prohibiti in alterum ex grauatis, alioqui oporteret fateri teſtatorem immediatè ſuam voluntatem correxiſſe, contra text. *l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtrat.* Socin. *in conſil.* 123. *numero* 3. *volum.* 3. *& in conſil.* 31. *num.* 13. *volum.* 4. Ruin. *in conſil.* 112. *numero* 9. *& conſil.* 132. *numer.* 5. *in fin. volum.* 2. Iaſ. *in conſil.* 132. *in fin. volum.* 2. Pariſ. *in conſil.* 25. *numer.* 25. *volum.* 2. Hieronym. Gabriel *in conſil.* 99. *numer.* 10. *volum.* 2. qui omnes in hac facti ſpecie ita arguunt, & Menoch. *in conſil.* 1130. *volum.* 12. reſpondet ſuper limitatione alterius fi-
deicommiſſi, vbi quòd ſi teſtator legauit † aliquam 22.
rem liberè, cum expreſſa facultate diſponendi, & ſtatim addidit, & ſi dictus legatarius deceſſerit ſine liberis, res legata reuertatur ad eius hæredes, hoc caſu cenſetur dictum fideicommiſſum limitatum, videlicet, vt illi locus eſſet, in quo caſu legatarius de re legata non diſpoſuiſſet, aliter ſeipſum teſtator incontinenti correxiſſet, quòd præſumendum non eſt, quia contra text. *d. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtrat.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi teſtator prohibitionem negatiuam alienandi expreſſam limitauit per dictionem *niſi*, vt quia dixit, non valeant alienare, niſi inter ſeipſos, tunc enim
quando poſt negatiuam † addita eſt dictio *niſi*, 23.
teſtator cenſetur affirmatiuè concedere, & expreſsè ita diſponere, vt probat Decius *in conſil.* 531. *numer.* 1. *& in l. actione, in vltimo not.* vbi concordantes
allegat. *C. tranſact.* Vbi quòd ſi ſtatutum † prohibeat 24.
quaſcumque renuntiationes mulierum, & pacta de non petendo, niſi duobus conſanguineis adhibitis, quòd illa dictio *niſi*, præcedente prohibitione negatiua affirmat, & ex diſpoſitione ſtatuti dicitur cōceſſa facultas dictis mulieribus contrahendi adhibitis conſanguineis, & multa alia ſimilia ad comprobandā hanc concluſionem in ſpecie fideicōmiſſi limitati, allegat Decian. *in conſil.* 78. *n.* 12. *& pluribus ſeq. vol.* 3. Quamobrē ſi teſtator filiis minoribus in-
ſtitutis iuſſit, vt non poſſint alienare, † niſi poſt 25. 25.
annos completos, tunc fideicommiſſum limitatur ex conceſſione expreſſa teſtatoris, & poſt 25. annos poterunt

poterunt alienare, & ita reſpondet Ruin. *in d. conſil.* 112. *vol.* 2. *& in conſil.* 132. *eod. vol.* 2. defendit
26. opinionem ſuam contra Dec. *in conſil.* 386. † qui ſuper eodem facto impugnat Ruinum, & opinionem Ruini valde probat Decian. *in d. conſil.* 78. *vol.* 3. & iſtæ duæ opiniones poſſunt ad concordiam reduci, vt opinio Decij *in d. conſil.* 386. procedat,
27. quando alienatio ſimpliciter † prohibita fuit, nulla præcedente negatiua ante dictionem *Niſi*, tunc enim à fideicommiſſo receſſum non cenſetur, nec in toto, nec in parte, & hanc opinionem ego etiam ſequutus ſum *in voto* 175. & ita iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *titulo Fideicommiſſum, cap. tres filios.* Addo Menoch. *in conſil.* 1269. *vol.* 13. qui dicit ſe comprobaſſe hanc opinionem per decem & ſeptem Doctores, & reſpondet contrariis, ſed vbi teſtator negatiuè prohibuit, non valeant
28. alienare, † niſi poſt vigintiquinque annos, vel niſi ſuſceptis liberis, tunc fideicommiſſum præcedens limitaſſe dicitur, atque ad talem caſum illud reſtrinxiſſe, & procedit opinio Ruini, & Deciani, ac aliorum.

Quartus caſus eſt, cùm hæres grauatus præmo-
29 ritur, † tunc fideicommiſſum extinguitur. *l. ſi nemo. ff. de regul iur. l. ſi nemo. ff. de teſtament. tutel. l. ſi patroni. §. nec ad rem. ff. ad Trebellian. l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* Bartol. *in l. centurio, numer.* 32. *ff. de vulgari, & pupill.* Practica Papienſ. *in form. libell.* quo agitur ex ſubſtitutione, *in verſ. deceſſit adita per ipſum hæreditate*, Alexand. *in conſil.* 1. *col.* 6. *vol.* 1. Gabriel *in conſil.* 117. *numer.* 15. *vol.* 1. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 2. *col.* 1. *fol.* 369. *& in conſil.* 167. *numer.* 17.
30. quia hærede non adeunte, † non reſultat ille quaſi contractus per quem hæres obligatur fideicommiſſariis, *§. hæres. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract.* Idem in hærede repudiante, Surd. *conſil.* 274. *numer.* 5. *vol.* 2. Nam fideicommiſſarius non poteſt hæreditatem habere, niſi ſibi reſtituatur ab hærede ſcripto. *l. facta. l. reſtituta. ff. ad Trebellian.* ergo ſi repudiat, non datur reſtitutio, & euáneſcit fideicommiſſum vniuerſale, & cætera in teſtamento diſpoſita. *l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. §. ſed quia. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. & d. l. ſi nemo*, & Doctor. omnes *in d. §. ſi de teſtamento, & in d. l. eam quam.* Quo caſu, † ſi eſt appoſita clauſula
31. codicillaris, debetur à venientibus ab inteſtato, prout eſt receptiſſima ſententia, de qua per Turret. *in tract. de clauſula codicillar. quæſt.* 3. *& quæſtione* 32. vbi etiam quòd ſi per hæredis mortem præuenientem ante teſtatorem fideicommiſſum expirauerit, illud tamen, propter d. clauſulam in teſtamento expreſſam, à venientibus ab inteſtato
32. debitum eſt. Quod † eſt intelligendum, dummodo ab inteſtato venientes ipſam hæreditatem agnouerint, gloſſ. *in l. qui filio. §. ſeruo. ff. de hæred. inſtit.* vbi etiam Bartol. Item Doctor. *in d. l. eam quam. C. de fideicommiſſ.* Alexand. *in conſil.* 5. *num.* 5. *vol.* 2. Guido Pap. *deciſ.* 323. *numer.* 2. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 2. *numer.* 37. Nec eſt reci-
33. pienda opinio eiuſdem Peregrin. † *in d. tractat. articul.* 2. *numer.* 13. quòd præmoriente hærede, fideicommiſſum ne ab inteſtato quidem venientibus debitum eſt, etiamſi dicta clauſula codicillaris appoſita fuerit, ex eo quia non omnis ſuc-
34. ceſſor ad fideicommiſſum † reſtituendum eſt obligatus, ſed is tantùm, qui ex teſtatoris iudicio ad ſucceſſionem peruenit. Quia hæc ratio habet locum in caſu *l. ſed ſi ſic. §.* 1. *de legat.* 3. vbi fideicommiſſum præſtare non tenetur is qui ex legis beneficio, & caſu fortuito ſuccedit: ſed hæc ratio non militat, appoſita clauſula codicillari, propter quam ab inteſtato venientes vocati cenſentur ab ipſo teſtatore, vt per Turret. *in d. quæſt.* 3. ergo cùm veniant ex iudicio defuncti, fideicommiſſum reſtituere debent, dummodo & ipſi hæreditatem agnouerint, vt dixi.

Quintus caſus eſt, quando fideicommiſſarius, cui reſtitutio facienda erat, moritur ante hæredem, tunc fideicommiſſum † extinguitur, & 35.
bona reſtituenda remanent penes ipſum hæredem. *l. cùm filiofamilias, in fine. de legat.* 1. *l.* 1. *§. dies. l. hæres meus. §.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat. l. ſed ſi plures, in princip. ff. de vulgari, & pupillari.* gloſſ. *in l. vnic. C. de his qui ante apert. tabul. & in l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſſ.* Item *l. Iulianus. de legat.* 2. vbi fideicommiſſum relictum à legatario, † ſi præmoriatur fideiommiſſarius, remanet penes legatarium, non autem reuertitur ad 36.
hæredem, & ſecundùm iſtum caſum reſponderunt, Alexand. *in conſil.* 118. *vol.* 6. Curt. iun. *in conſil.* 69. Celſus Hugo *in conſil.* 20. *numer.* 16. Cephal. *in conſil.* 390. *numer.* 61. *vol.* 3. Pariſ. *in conſil.* 63. *numer.* 4. *vol.* 3. Bertrand. *in conſil.* 450. *numer.* 2. & hanc eſſe magis communem concluſionem latiſſimè probat Crauet. *in d. l. cùm filiumfamilias numer.* 35. *& ſeq.* & ibi Iaſ. *numer.* 20. *& ſeq. de legat.* 1. & alij quos ad hoc refert Simon de Pret. *in conſil.* 122. *numer.* 15. *& in tract. de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 3. *fol.* 370. vbi etiam *numer.* 3. quòd hæc concluſio procedit, etiam ſi fideicommiſſarius † fieret incapax bonorum, vt 37.
quia monachus religionis incapacis, vel bannitus, aut deportatus per l. intercidit legatum. *ff. de condit. & demonſtrat.* Farinac. *de delictis, quæſt.* 24. *num.* 36. Ceuall. *in ſuis communibus quæſt.* 63.

Declaratur iſte caſus, nam hæres, penes quem remanet fideicommiſſum per mortem fideicom- 38.
miſſarij præmorientis, debet ſoluere onera dicto fideicommiſſario impoſita, prout eſt caſus *in l. vnic. §. pro ſecundo. & §. his ita. C. de caduc. tollend. l. ſi ab eo. ff. de vſufruct. legat.* Bald. *in conſil.* 76. *vol.* 1. ſecus ſi onera eſſent impoſita ipſimet fideicommiſſario, vel legatario prædecedenti, tunc enim ab ipſo hærede † præſtanda non ſunt, vt declarat Ruin. *in* 39.
conſil. 99. *numer.* 16. *vol.* 2. per text. *l. Celſus. §. quod alicuius. de legat.* 2. *& l. ſi plures. de legat.* 3. & probat Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 16. *numer.* 26. quia hæres à quo relinquitur, item coniunctus, & ſubſtitutus † quoad materiam repetitionis onerum 40.
ſunt æquiparati. *d. l. vnic. §. in primo, & §. ſi pro ſecundo. C. de caduc. toll.* ſed à coniuncto vel ſubſtituto non cenſentur repetita, quando ipſi fideicommiſſario vel legatario impoſita fuere; ergo neque ab hærede, qui venit ad dictum fideicommiſſum ex legis diſpoſitione, & ideo ex tacita voluntate defuncti. Nec eſt recipienda doctrina Peregrini *in artic.* 15. † *num.* 26. *verſ. notabilis eſt iſta limitatio*, 41.
vbi quòd retenta dicta limitatione, doctrina Bartol. *in l. quamdiu, in vltima, in fine. ff. de acquir. hæredit.* nunquam, aut rarò locum habere poſſet, quia ſemper locum habere poſſet in caſu ſuo, videlicet, quando primus fideicommiſſarius eſt grauatus per fideicommiſſum reſtituere alteri, ſed quando duo ſimul requiſita concurrunt, videlicet, quòd primus fideicommiſſarius ſit nominatim grauatus; item quòd ſit grauatus per fideicommiſſum, tunc locum habet limitatio, de qua per Ruin. † *in d.* 42.
conſil. 99. per text. *d. l. Celſus. §. quod alicuius. de legat.* 2. *& l. ſi plures. de legat.* 3. & ita Rota

prædictam limitationem Ruini declarat *in deciſ. 332. num. 9. part. 2.* in vltimò impreſſis, vbi probat hanc eſſe communem doctrinam, de qua atteſtantur etiam Angel. & Alex. *in l. licet Imperator. de legat. 1.* & quòd ab ea in conſulendo & iudicando non eſt diſcedendum; & dum Peregrin. *in d. articul. 15. num. 26.* addit, & contra Ruinum ſenſit Bartol. *in l. Titia. ff. de annuis legat. & in l. ab eo. ff. de vſufruct. legat.* Aduertendum eſt Bartol. in caſibus illarum legum limitare ſuam doctrinam, atque firmare, quòd ſi legatum non adhuc incepit in perſona legatarij, eodem præmoriente apud hæredem manet, ſecus ſi incepiſſet, tunc enim ſecundùm naturam legatorum extinguitur: nihil igitur doctrinæ iſtæ percutiunt limitationem Ruini, quæ vt communis eſt, ita remanet inconcuſſa.

Secundò declaratur, vt fideicommiſſarius moria-
43. tur † ante hæredem, qui adiuerit hæreditatem, tunc enim penes dictum hæredem remanent, ſecus ſi hæres adhuc non adiuerit hæreditatem, tunc enim hæres fideicommiſſarij prædefuncti cogit hæredem ad adeundum, vt eſt text. *l. cogi. §. idem Metianus. ff. ad Trebellian.* ergo ſi illud cogere poteſt, fideicommiſſum ad illum tranſmiſſum eſt, non autem remanet penes hæredem, & hæc eſt doctrina Bartoli *in l. cum filiofamilias. num. 13. de legat. 1.* Sed Bald. *in l. ſi in perſonam, num. 2. C. de fideicommiſſ.* hanc declarationem † intelligit in fidei-
44. commiſſo puro, vel in diem certam, quia tunc cedit dies à morte teſtatoris, & hæc opinio eſt verior, vt illam probat Oddus *de ſubſtitutione compendioſa, parte 6. quæſtione 1. artic. 2.* qui alios allegat, & dum Bartol. allegat *d. § idem Metianus*, non ſe fundat in illo, quoniam dicit, probari videtur, ſed ille text. probat opinionem Baldi, *in verſ. ſiue alij in locum eorum ſucceſſerint*, nimirum reſtituit ſibi fideicommiſſum, cuius dies ceſſerat.

Sextus caſus eſt, quando facta fuere duo fideicommiſſa, & primus fideicommiſſarius præmor-
45. tuus † eſt, ante hæredem grauatum de illi reſtituendo, tunc primum fideicommiſſum extinctum eſt, ſed quia ſecundum remanet, ideo hæres grauatus tenetur reſtituere ſecundo, quia penes grauatum remanet cum onere, *d. l. vnic. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll.* Bartol. *in d. l. quamdiu, in 2. in fine. ff. de acquir. heredit.* & *ibi* communiter omnes ſequuntur, & de communi atteſtatur Decian. *in conſil. 81. vol. 2. & in conſil. 91. num. 10. & ſeq. vol. 5.* & ſecundùm iſtam opinionem fuiſſe iudicatum, atteſtatur Caccialup. *in ſubſcriptione ad conſiliũ Cornei 298. num. 2. in fin. vol. 3.* Idem dicit Alciat. *in conſil. 59. col. final. & in conſil. 103. col. final. lib. 9.* Rota *deciſ. 374. part. 1. in Nouiſſim. & deciſ. 332. part. 2.* in vltimò impreſſ.
46. quia ſecundò fideicommiſſarius † cenſetur vocatus ſi primo præmortuus fuerit, ideo venit ex perſona propria, & ſuccedit inſtituto. Menoch. *in conſil. 1088. num. 10 vol. 11. & in conſil. 1105. numer. 12. vol. 12.* & alij, quos refert Socin. iun. *in conſil. 101 num. 14 vol. 1.*

Declaratur iſte caſus, vt habeat locum, etiam ſi ſecundo fideicommiſſario datus fuiſſet tertio ſubſtitutus per fideicommiſſum, nam præmoriente ſe-
47. cundo, fideicommiſſo † in eius perſona expirato, hæres inſtitutus adhuc remanet obligatus onere reſtituendi tertio etiam portionem ſuam, nam ſubſtitutus ſubſtituti, eſt ſubſtitutus inſtituti. *l. ſi Titius. l. cohæredi, in princip. ff. de vulgari & pupill.* & hanc concluſionem probarunt Ruin. *in conſil. 94. num. 4. & 10. vol. 2.* Gabriel *in conſil. 115. vol. 1.* & probauit
48. Peregrin. † *de fideicommiſſ. artic. 28. nu. 25.* Et licèt *in artic. 18. num. 24.* teneat contrariam opinionem, nihilominus rationes ſuæ non ſatisfaciunt, quoniam illa opinio, quòd *d. l. ſi Titius. & d. l. cohæredi, in princip.* loquantur in vulgari ſubſtitutione, & in caſu, quo cohæredis portio de neceſſitate peruenire debet in ſubſtitutum vulgarem, non eſt recepta, ſed communiter eſt receptum, quòd ego teneat reſtituere tertio, etiam ſi ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, Bartol. *in d. l. quamdiu, in 3. in fine. ff. de acquir. heredit.* vbi Aretin. atteſtatur de communi, Corn. *in conſil. 35. num. 19. & ſeq. vol. 2. & in conſil. 148. num. 15. vol. 2.* vbi atteſtatur de communi, & poſt Dec. Socin. & Iaſon, atteſtantes de communi, probat Oddus *in conſil 56. num. 5.* licèt ipſe conſulat contrarium propter diuerſitatem facti, vt ipſe ſcribit *ibid. num. 28. verſ. ſecundò tamen.* & illa ratio Peregrini, quòd prælegata veniant in reſtitutionem fideicommiſſi, dummodò dies eorum ceſſerit ante caſum fideicommiſſi, eſt deſumpta ex eodem Ruino *in d. conſil. 94. num. 12. vol. 2.* ex qua non poteſt inferri; ergo in reſtitutione fideicommiſſi non poſſunt venire ea, quæ non erant adhuc acquiſita, tempore quo ceſſit dies fideicommiſſi, quia etiam huic rationi reſpondet Gabriel *in d. conſil. 115. vol. 1.* quòd iſte ſubſtitutus † ſubſtituti ſuccedit hæredi 49.
inſtituto, & ſatis eſt, quòd portio, quæ non fuit acquiſita tertio ſubſtituto, fuerit acquiſita hæredi inſtituto per conditionem. Quamobrem opinio Ruini remanet tuta, & cogitationes Peregrini, & moderniorum non ſunt recipiendæ.

Declaratur ſecundò, vt non procedat, quando ſubſtitutio habetur pro non ſcripta, † nimirum 50.
ſi ſubſtitutus nunquam fuerit in rerum natura, tunc enim primo gradu extincto, nulla remanet obligatio reſtituendi cæteris fideicommiſſariis, quoniam omnes cæteri gradus extincti ſunt. *l. vnic. §. in primo. C. de caduc. tollend.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 394. in fin. vol. 1.* Dec. *in conſil. 427. num. 5.* Menoch. *in conſ. 326. num. 35. vol. 4.* qui alios refert.

Septimus caſus eſt, fideicommiſſum finitur, † ſi 51.
conditio, ſub qua relictum eſt, defecerit, quoniam generale eſt, in quacumque diſpoſitione conditionali, vt deficiente conditione perinde habeatur, ac ſi facta non fuiſſet, *l. 1. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caduc. toll. l. generaliter. §. ſin autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Item conditionalis diſpoſitio † ceſ- 52.
ſat, conditione non adimpleta. *l. cedere diem. ff. de verb. ſignificat. l. hæc venditio, in princip. ff. de contrah. empt. l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & commodo rei vendit. l. qui heredi. §. Plautius*, & *ibi* Bartol. & latiùs per Socin. *ff. de condit. & demonſtrat.* Item paria ſunt aliquid non fieri, & ſub conditione fieri, quæ non ſit purificata. Ripa *in conſil. 81. num. 23.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 43. num. 9.* Cephal. *in conſil. 17. col. 1. vol. 1.* Surd. *in conſil. 381. num. 1. & ſeq.* Et antequam conditio impleatur, nihil ponitur in eſſe, Pariſ. *in conſil. 47. num. 11. vol. 1.* Ipſa enim impedit ne oriatur obligatio, nec detur actio. *c. final. de ſponſalib. lib. 6.* Propterea, is qui agit ex diſpoſitione conditionali, † probare debet quòd conditio ad- 53.
impleta fuerit, Bald. *in l. ſi quidem*, per illum textum, *in ver. extitiſſe. C. de except.* nam contractus conditionalis, pendente conditione, non meretur nomen contractus, Aretin. *in conſil. 11. num. 2.* Menoch. *in conſil. 38. numer. 16. vol. 1.* Item legatarius ſub conditione, † non meretur nomen legatarij pendente 54.
conditione, Menoch. qui ad hoc multa ſimilia allegat *in conſil. 767. col. 1. vol. 8.* & omnis diſpoſitio conditionalis in euentum contrariæ vel diuerſæ conditionis cenſetur adempta. *l. ſi legatum. ff. de redimendis*

dis legat. l. ſi poſt mortem. §. ſi purè. ff. de legat. 1. Item vbi
55. conditio † eſt ſucceſſiua, non ſufficit momento
fuiſſe adimpletam, niſi duret, Cyn. *in l. ſi quis hære-
dem*, quod alij ibi ſequuntur. *C. de inſtit. & ſubſtit.*
Bald. *in l. inter caſtellanum. ff. de arbitris*, Pariſ. *in
conſil.* 32. *numer.* 85. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 677. *numer.* 3.
56. *parte* 1. *in Nouiſſimis.* Item quælibet diſpoſitio,† de-
ficiente conditione, in illa oppoſita, habetur pro
non facta, quoniam ipſa conditio denotat cauſam
finalem. Peregrin. *in d. artic.* 43. *num.* 15. *& ſeq.* Item
etiam conditio mixta deficiens facto illam adim-
plere debentis inualidat diſpoſitionem. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 16. *num.* 138. *& ſeq.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi deficit conditio
57. quoad † primos ſubſtitutos, quia reſpectu ipſorum
non eſt aperta via ſuccedendi, idcirco neque eſt
locus ſubſequenti ſubſtitutioni. *l. ſi mater. §. 1. l. qui
habebat. ff. de vulgari, & pupill.* & ita reſponderunt
Ruin. *in conſil.* 153. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.* 87. *num.* 37.
vol. 2. Alexand. *in conſil.* 139. *verſ. & ſic ſi deficit. vol.* 6.
ſicuti non admittuntur ſequentes in gradu, niſi ex-
cluſis primis. Bartol. per illum text. *in l. quamdiu in-
ſtitutus, in princip. ff. de acquir. hæredit.* Ita ſublato
principio, etiam reliqua ab eo dependentia cor-
ruunt. *l. egi. ff. de except. rei iudicat.* cum recordanti
bus. Quamobrem ſi teſtator poſt inſtitutos filios,
& deſcendentes, ſecundo vel tertio loco ſubſti-
tuerit vltimogenitum Franciſci, cum conditione
58. aſſumendi † cognominis, & inſignia teſtatoris, at-
que filios, & deſcendentes illius, ſi dictus vltimo
genitus Franciſci præmortuus eſſet, antequam eue-
niſſet caſus dictæ ſecundæ, vel tertiæ ſubſtitutio-
nis, non poſſunt filij, & deſcendentes vltimoge-
niti ipſius Franciſci ſuccedere, nam cùm tempore
purificati fideicommiſſi, vltimogenitus Franciſci
59. non extaret, quia præmortuus † fuerat, nec adim-
pleuiſſet onus à teſtatore impoſitum, videlicet
conditionem aſſumendi cognominis, & inſignia
teſtatoris; ergo deficiente conditione, ceſſauit il-
lius vocatio, & per conſequens deficit vocatio fi-
liorum vltimò geniti Franciſci. Ita fuit deciſum in
Rota cum magna diſcuſſione, tempore quo ego
eram Aduocatus in vrbe, eſt *deciſio* 453. *parte* 2. in
vltimò impreſſis, vbi feminæ agnatæ, & earum li-
neæ vocatæ fuerant poſt obitum vltimi maſculi,
cum conditione aſſumendi cognominis, & cùm
tempore purificati fideicommiſſi non extarent, quia
præmortuæ erant, neque aſſumpſerunt cognomen
teſtatoris, ideo dixit Rota ceſſare vocationem illa-
rum, & deſcendentium ex eis, atque dictos illa-
rum deſcendentes non eſſe admittendos, vt ple-
niùs habetur in ipſa deciſione. Hoc autem intelli-
go, quando ipſum onus fuit impoſitum ipſi vltimo-
60. genito, non autem vltimogenito, † & eius filiis
ſimul, ſed ipſi vltimo genito cùm primum hæres
erit, ſe nominari faciat de cognomine teſtatoris, &
aſſumat inſignia armorum ſuorum; ergo caducata
conditione, ſub quo dictus vltimogenitus vocatus
fuit, illius filij non cenſentur vocati, quoniam cen-
ſentur vocati, cum conditione, ſi dictus eorum pa-
ter conditionem in vita adimpleuerit, vt habetur
61. *in d. deciſ.* 453. quoniam conditio † debebat adim-
pleri ante aditionem. Molin. *in lib.* 2. *de primogen. cap.*
14. *num.* 11. Theſaur. *in deciſ.* 170. *num.* 2. Morot. qui
refert alios *in conſil.* 68. *num.* 2. *& ſeq.* Item quia po-
62. tentia † ſuccedendi ad d. fideicommiſſum aderat
in ipſo vltimogenito, & ſi in ipſo non eſt verifica-
ta, non poteſt tranſmitti ad eius filios, quoniam
vbi in patre non eſt verificata illa qualitas, quæ il-
lum admittebat ad ſucceſſionem, non poſſunt filij
ſucceſſiuè vocati ad illam admitti, quia linea quæ
non incepit, † nullius conſiderationis eſt, Bald. *in* 63.
conſil. 232. *col.* 1. *verſ. quia linea, vol.* 2. vbi quòd linea
eſt quantitas habens principium & extremitatem.
Menoch. *in conſil.* 957. *num.* 8. *& ſeq. vol.* 10. & pater
eſt principium, & cauſa lineæ. Menoch. *conſil.* 883.
num. 8. *vol.* 9. Quamobrem ſi pater, antequam veni-
ret caſus ſucceſſionis, mortuus eſt, & conditionē
adimplere non potuit, deeſt primum extremum
ipſius lineæ; ergo non poſſunt filij, tamquam de
linea patris admitti, quæ numquam incepit, *l. non
poteſt videri. ff. de regul. iuris. l. Titio vſusfructus. ff. de
condit. & demonſtrat.* vbi hoc notant Bartol. & cæteri.
*l. ſi extraneus, in princip. ff. de condict. cauſ. data. l. Seia,
verſ. quæ nondum initium. ff. de donat. cauſa mort.*
Ruin. *in conſil.* 45. *num.* 48. *vſque ad* 54. *vol.* 1. Item
text. *d. l. ſi extraneus*, dicit, quòd ſtipulatio dotis
reddendæ ſoluto matrimonio, locum non habet,
niſi nuptiis ſequutis, quia quod non incepit, finire
non poteſt. Item ſubſtitutio † locum habere non 64.
poteſt, ſi in perſona illius non habuit effectum à
quo incipere debebat, quia præmortuus eſt, & con-
ditionem adimplere non potuit, Pariſ. *in conſil.* 74.
col. 2. *&* 3. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 4. *col.* 1. *vol.* 3. Rimi-
nald. *in conſil.* 117. *vol.* 2. Alciat. *in conſil.* 44. *num.* 29.
& ſeq. lib. 9. vbi quòd ſubſtitutio † referri debebat 65.
ad eam lineam, quæ incohata erat, non autem ad
eam, quæ caducata: ſed iſto vltimogenito præ-
mortuo, non valente conditionem adimplere, eius
linea caducata erat; ergo eius filij admittendi non
ſunt. Et per iſtam rationem ceſſant allegata in con-
trarium à Rota *deciſ.* 209. *num.* 1. *part.* 2. *in Nouiſſim.*
vbi quòd filius vltimi admittendus fuit, quamuis
eius pater primò vocatus ante conditionem fidei-
commiſſi deceſſiſſet, ibi enim vocatio facta fuerat
tam de minori natu, † quàm de filiis, & qualitas 66.
vocationis puræ, quæ erat in patre, etiam erat in
filiis; idcirco præmortuo patre filius ſuperſtes ad-
miſſus fuit. Sicut dicimus, quòd propter † qualita- 67.
tem exiſtentem in filio, & nepote, ſicut filius ex-
cludit ſororem vigore ſtatuti, ita & nepos. Bald.
Alex. & alij *in l. venia. C. de in ius voc.* Ruin. *in conſil.*
141. *num.* 3. *vol.* 2. *& in conſil.* 58 *num.* 5. *vol.* 5. Sed in
hoc caſu præſuppono, quòd onus, & conditio aſ-
ſumendi cognominis, & inſigniam fuit appoſita in
vocatione ipſius vltimogeniti, quæ non eſt conti-
nuata in filios ipſius, quia caducata; ergo vocati
non cenſentur, quia deficiente conditione, perinde
eſt, ac ſi vocati non fuiſſent. Sicut dicimus, quòd ſi
qualitas filiorum † non ineſt in nepote, tunc non 68.
venit appellatione filij, reſpectu dicti ſtatuti femi-
narum excluſiui. Bartol. *in l. liberorum, col.* 4. *ff. de
verb. ſignificat.* Anchar. *in cap.* 1. *de baptiſm.* Bald. *in
l. Gallus. §. inſtituens. col. final. ff. de liber. & poſthum.*
Alexand. *in conſil.* 4. *col.* 2. *vol.* 4. Corn. *in conſ.* 234.
col. final. vol. 4. Marſil. *ſingular.* 303. Zaſius *in conſil.* 7.
vol. 1. Item ceſſant quæ ſcribuntur à Molin. *de pri-
mogen. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. vbi quòd filius † per pa- 69.
tris repræſentationem admittatur ad maioratum,
quando pater ſaltem in potentia habuerit ius pri-
mogenituræ, quoniam maioratus purè factus fue-
rat in linea, & filius ex perſona propria vocatus
fuerat ex linea patris: ſed nos præſupponimus quòd
linea patris ſub onere, & conditione incipere de-
bebat, atqui conditio per illius mortem caducata
fuerat, propterea potentia ſuccedendi, quæ erat in
patre, tranſmitti non potuit, quia potentia † ſuc- 70.
cedendi tranſmittitur ad filios, quando qualitas
inceperit à capite lineæ, Tiraquell. *de primogen.
quæſt.* 40. *num.* 55. ſed quando linea non incepit, &

qualitas primogenituræ non adeſt, nihil conſiderari poteſt, quòd ad filios transmittatur. Item quia
71. d. potentia † ſuccedendi eſt prorſus inanis, vt dicit Specul. de executione ſentent. §. ſequitur, verſ. quid ſi filiusfamilias. Bartol. in auth. ſi qua mulier. col. final. verſ. quæro quando filij. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. ſciendum, circa finem princip. ff. qui ſatiſdar. cog. & in l. qui Romæ. col. 1. verſ. certè dixi, & ibi Immol. ff. de verb. obligat. Bald. in l. illud. quæſt. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. quamquam, in fin. C. ad legem falcid. & in §. ſi quis miles, col. 3. verſ. ſed pone quòd in inſtrumento Imperator Lotharius, vbi ait, iſtam eſſe potentiam ſuccedendi, quæ eſt non ens; quare in filios non poteſt tranſmitti illa potentia ſuccedendi, quæ erat in patre ſub conditione, & quæ in eius vita adimpleri non potuit, quia non entis nullæ ſunt qualitates.

Secundò declaratur, vt idem ſit, ſi conditio expreſſè dicta non fuerit, ſed inſtitutio, vel ſubſtitutio de vltimogenito facta fuerit ſub grauami-
72. ne, † & onere, hæc enim etiam ſine verbo conditionis, important conditionem. Dec. in conſil. 272 Pariſ. in conſil. 19. num. 28. vol. 1. & alij ad hoc allegati per Theſaur. in d. deciſ. 270 num. 2. & per Mantic. de coniectur. lib. 10. titul. 5. num. 13. Idem ſi
73. verba teſtatoris importabunt † futurum euentum, tunc enim ſemper conditionem ſignificant. l. reſpiciendum, & l. ſeq. ff. ſi cert. pet. & alia allegata per Corn. in conſil. 187. num. 7. vol. 2. Idem ſi teſtator dixerit: alioquin contrafacientem priuauit, nam
74. dictio alioquin, eſt aduerſatiua † conditionalis, & interpretanda eſt, ſi non fuerint facta prædicta, vt probat Bartol. in l. 1. num. 11. ff. de condit. & demonſtrat. vbi quòd ipſa dictio alioquin, non ſolùm facit diſpoſitionem conditionalem, ſed etiam continet conditionem præcedenti diſpoſitioni contrariam, & hanc doctrinam ſequuntur quamplurimi relati per Cacher. in deciſ. 145. num. 5. ex quibus apparet eſſe communiter receptam; ergo cùm non impletur grauamen conditionale à ſubſtituto, non poteſt tranſmitti in filios, nec eſt locus ſequenti.

75. Octauus caſus eſt, ſubſtitutio † facta hæredi inſtituto, ſi deceſſerit ſine filiis, eo ipſo expirat, ſi decedat cum vno filio, quamuis poſtea iſte moreretur, l. cum vxori. C. quando dies legat. ced. l. heredibus, in princip. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellian. in verſ. Nos igitur hoc dicemus, conceptos quidem ante deportationem efficere, vt conditio deficiat, & in d. l. ex facto. §. ſi quis, in verſ. aut igitur filius ſuperuixit patri, & extinxit conditionem fideicommiſſi. l. filiusfamilias. §. cùm quis. de legat. 1. in verſ. conditio defeciſſe videbitur, ſi ſuperuixerint liberi. l. filiusfamilias. §. cùm erit rogatus, de legat. 2. l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Trebell. in verſ. vno filio ſuperſtite, vel nepote ex filio, vel poſthumo relicto deceſſerit, non videtur extitiſſe conditio, & ideo deficit fideicommiſſi petitio, & l. 1. C. de condit. inſert. in verſ. conditionem aſcriptam fideicommiſſo defeciſſe, manifeſtum eſt. l. generaliter. §. final. C. de inſtit. & ſubſtit. Imò etiam ſi filius momento ſuperuixerit, deficit conditio. l. 1. C. de poſthum. hæred. inſtit. Item etiam ſi momento ſuperuixerit, & vocem non emiſerit. l. 3. C. eod. tit. ſufficit enim defectum conditionis tempore mortis extitiſſe. d. l. cùm vxori, ex quibus iuribus motus fuit Oldrad. in vulgariſſimo ſuo conſil. 21. quod eſſe magis communiter receptum ab omnibus, ſcripſi diffuſiſſimè in voto 222. vbi omnes allegaui, qui ante me ſcripſerunt eo tempore. Ad
76. extinctionem enim fideicommiſſi † ſatis eſt, quòd ille cum filiis, vel cum vno ſaltem filio decedat, quidquid poſtea de illis ſuccedat. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de teſtamentis. in vltima quæſt. quem refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebell. quia in conditionibus attendimus principium exiſtendæ illius, & non eſt poſtea iurandum quidquid de ea euenerit, vt dicit Bald. in l. precibus, in 3. oppoſit. C. de impuber. ſubſtit. & Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil. 61. num. 4. Item ſatis eſt, quòd conditio momento † temporis extiterit vt defeciſſe di- 77.
catur. l. ſi quis heredem. C. de inſtit. & ſubſtit. pro quo multa allegāt Tiraquell. in l. ſi vnquam. verſ. ſuſceperit liberos. numer. 151. C. de reuoc. donat. & Gabriel in titulo de fideicommiſſis. concluſ. 8. numer. 1. Item dicta conditio, ſi ſine filiis deceſſerit, verificari dicitur, etiamſi cum vno filio decedat, l. 1. C. de condit. inſertis. l. pater Seuerinam. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. ſignificat. & hanc tenent gloſſ. in d. l. 1. ver. defeciſſe. C. de condit. inſert. Bald. numer. 3. Bartol. in d. l. ex facto. §. 1. num. 5. ff. ad Trebell. & alij ad hoc allegati per Trentacinquium de ſubſt. lib. 4. cap. 7. num. 60. Rota deciſ. 486. column. 1. parte 1. in vltimò impreſſ. etiamſi natus momento temporis fuerit ſuperſtes patri, Bald. in auth. ſed & ſi quis. col. 2. C. de ſecund. nupt. Cepoll. in conſil. ciuil. 50. vbi reſpondet, infantem † extractum ex vtero matris mor- 78.
tuæ, & qui illico decedit, ita ſuccedere matri ſuæ, vt hæreditatem ad patrem tranſmittat, excluſis conſanguineis matris, & poſt alios relatos, ita probat Forſter. de ſucceſſionib. lib. 4. cap. 3. concluſ. 1. num. 9. Item de exiſtentia † filiorum, vel ſolius filij excludit ſub- 79.
ſtitutum, etiam ſi non ſint hæredes, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. d. l. filiusfamilias. §. ſi cùm quis. de legat. 1. d. l. ex facto. §. final. ff. ad Trebellian. & de communi atteſtatur Clarus in §. teſtamentum. quæſt. 77. verſ. pone ergo. Gabriel de fideicommiſſ. concluſ. 4. in princip. Zanch. in l. heredes mei. §. cùm ita, parte 7. numer. 2. Mantic. de coniectur. lib. 11. titulo 2. numer. 1. Qua ratione grauatus, per exiſtentiam dicti filij, poterit ad libitum diſponere, etiam inſtituendo hæredem extraneum, Clar. in d. quæſtion. 77. ver. pone ergo. Zanch. in d. parte 7. numer. 3. verſ. quarta vtilitas.

Declaratur iſta concluſio, vt non procedat, quando d. conditio, † ſi ſine filiis, vel ſi ſine liberis, eſt 80.
qualificata, cum qualitate hæreditaria, vt quia ſit dictum, ſi ſine liberis, & hæredibus deceſſerit, tunc enim ſola exiſtentia filiorum non ſufficit, ſed qualitas hæreditaria neceſſaria eſt, Bartol. & Alexand. in d. l. ex facto. §. fin. num. 8. ff. ad Trebellian. vbi putat opinionem Bartoli contra gloſſam eſſe veriorem, quam eſſe communiter receptam, atteſtatur Alciat. in conſ. 1. numer. 17. lib. 3. & eſſe magis communem dicit Socin. iun. in conſil. 14. numer. 1. volum. 2. Crauett. in conſil. 131. num. 7. Mantica de coniecturis lib. 11. titul. 1. numer. 9 verſ. illud etiam. Item quia iſta qualitas hæreditaria cenſetur adiecta † gratia filiorum, qui bo- 81.
na hæreditaria dicentur habere potius iudicio teſtatoris, quàm ex beneficio legis ab inteſtato, ſiue ex teſtamento patris grauati, quo caſu pater grauatus per exiſtentiam filiorum non poteſt diſponere, & ſi contrarium faceret, rei vendicatio competit, l. final. §. ſi autem ſub conditione. C. communia de legat. & ita probant Clarus, & Zanchus in allegatis locis, Cephal. in d. conſil. 517. numer. 11. volum. 4. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 3. numer. 4. verſ. ego verò. fol. 300. qui alios refert.

Secundò declaratur articulus, vt fideicommiſſum † extinguatur, etiamſi inſtitutus mortuus fue- 82.
rit cum filiis ante mortem ipſius teſtatoris, & ita reſpondit Oldrad. in conſil. 141. & hanc opinionem firmarunt Ioan. Andr. ad Specul. in titul. de teſtament. §. 1. in vltima additione, Socin. in l. cùm auus. colum. 8. verſ.

verſ. limita. ff. de condit. & demonſtrat. Dec. in conſil. 242. col. 2. & in conſil. 416. numer. 9. & alij plurimi ad hoc relati per Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 15. numer. 7. & in conſil. 132. vol. 5. De qua re latiùs tractabo inferiùs in quæſtionibus, & articulis de conditionibus, & demonſtrationibus.

Tertiò declaratur, vt iſte caſus non procedat, quotieſcumque ex coniecturis apparere poteſt, quòd teſtator voluerit inducere perpetuum fidei-
83. commiſſum, tunc enim conditio, † ſi ſine filiis, vel ſi ſine liberis, extendenda eſt ad omnes vocatos, & non deficit per exiſtentiam filiorum primò vocati, ita firmarunt, Gabriel de fideicommiſſ. concluſ. 7. numer. 4. & concluſ. 8. numer. 6. Hieronym. Gabriel in conſil. 123. numer. 10. & 27. vol. 1. Paul. de Caſtr. Corn. Socin. Curt. ſen. Curt. iun. Dec. Grat. Crot. Pariſ. & Portius, Immol. & alij relati per Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 29. numer. 30. & latiùs in conſil. 139. vol. 5. vbi refert in pluribus tribunalibus ita fuiſſe deciſum. Addo Seraphin. deciſ. 1373. & Rotam in deciſ. 486. parte prima, in vltimò impreſſis, & plures alios allegat Molina de primogenit. lib. 1. cap. 6. numer. 18. & ſeq. Theſaur. deciſ. 96. numer. 34. & d. deciſ. 270. num. 29. Sed vt dicta
84. conditio extincta non cenſeatur, ſed repetita † intelligatur, tractum ſucceſſiuum habere oportet, vt quia inſtituit filios, nepotes, hæredes, & ſucceſſores, tunc enim cenſetur repetita in deſcendentibus propter identitatem rationis, Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 20. gloſſa vnic. numer. 1. verſ. in qua re, & numer. 2. & 7. & 30. Theſaur. d. deciſ. 270. numer. 29. Ex quo infertur, quòd propter ſo-
85. lam rationem † agnationis conſeruandæ d. conditio non cenſetur repetita in cæteris ſubſtitutis, vt poſt Surd. in conſil. 448. vol. 3. & Odd. in conſil. 69. ego probo diffuſiùs in d. voto 222. & probat Rota in d. deciſ. 486. numer. 4. & ſeq. Nec eſt coniectura ſufficiens ad arguendum perpetuum fideicommiſ-
86. ſum, ex eo, quia teſtator proceſſerit † ad plures gradus ſubſtitutionum, quia proceſſus iſte intelligendus eſt, retento primo themate, videlicet, ſi primò inſtitutus deceſſerit ſine filiis, prout contra Ruin. in conſil. 143. vol. 2. ego ſcribo in d. voto 222. vbi reſpondeo omnibus rationibus illius, & hanc etiam tenet Rota in d. deciſ. 486. numer. 9. parte 1. in vltimò impreſſis. In hoc igitur ſolo
87. caſu repetitio dictæ conditionis intelligenda eſt, † quando teſtator in ipſo primo actu fideicommiſſi facti, verbis tractum ſucceſſiui temporis importantibus, vſus fuerit, vt dicit Rota in d. deciſ. 486. numer. 5. verſ. niſi teſtator vſus fuerit verbis importantibus tractum ſucceſſiuum, vel verbis futuri temporis, & ibi declarat, qualia ſint huiuſmodi verba, vt ſi teſtator, inſtituto filio, dixerit, & ſi deceſſerit ſine deſcendentibus maſculis, ſubſtituo fratrem, vel eius deſcendentes maſculos, excluſis ſemper feminis. Hæc enim verba denotant tractum temporis ſucceſſiuum in futurum ab vltimo ex deſcendentibus ad alios, & non procedit conſilium 21. Oldradi, vt probat nouiſſimè Menoch. in lib. 4. præſumpt. 69. numer. 11. verſ. exiſtimo conſideranda, & latiùs in conſil. 1216. vol. 13. vbi declarat plurimas coniecturas, quæ ad limitandum conſilium Oldradi adducuntur, non eſſe ſufficientes, neque rationem agnationis, neque prohibitionem alienationis, neque prohibitionem detractionis Trebellianicæ, neque alios eſſe ſufficientes vt ab Oldrado recedamus, vt ibi per eum, ex cuius allegationibus euidenter apparet repetitionem fideicommiſſi extincti per defectum conditionis, nullatenus faciendam eſſe.

Nonus caſus eſt, fideicommiſſum imperſonale, † quod ſemel habebit effectum, extinguitur. 88.
Vt ſi teſtator dixerit, omnia bona mea fideicommiſſo ſuppono, tunc ad fauorem proximiorum fideicommiſſum factum cenſetur. l. qui filium. ff. ad Trebellian. Vbi hæres prohibitus teſtari de bonis hæreditatis, cenſetur grauatus de illis reſtituendis per fideicommiſſum proximioribus. Item l. peto, in princip. ff. de legat. 2. vbi hæres iuſſus, vt pro ſua portione ſit contentus certis rebus, videtur rogatus reſtituere reſiduum cohæredi, ſi illum habeat, aut venientibus ab inteſtato, & ibi Bartol. & cæteri notant, quòd fideicommiſſum imperſonaliter à teſtatore ordinatum, cenſetur relictum venientibus ab inteſtato, & per iſta iura, & plurimos Doct. concordantes, quos allegant, ita reſponderunt Menoch. in conſil. 434. vol. 4. & in eadem cauſa Peregrin. in conſil. 45. vol. 5. Quamobrem, eo ipſo, quòd proximior † ad hoc fideicommiſſum ſucceſſit, ex- 89.
tinctum eſt, quoniam nulla verba fideicommiſſi ſucceſſiuè adſunt; proximiores igitur, qui ſucceſſerunt, non cenſentur grauati de reſtituendo alios, & ita reſponderunt Neuizan. Alciat. Natta, Crauet. Cephal. Riminald. iun. Eugenius, & Honded. quos refert, & ſequitur Peregrin. in d. conſil. 45. numer. 9. vol. 5. Et in dubio fideicommiſſum, quod ſemel habuit ſuum effectum, ad vlteriorem perſonam progredi non debet, Crauet. in conſil. 208. numer. 4. quia eſt onus tam reſpectu perſonarum grauatarum, quàm rerum, pro quarum libertate ſemper in dubio eſt iudicandum, niſi aliud expreſsè appareat.

Decimus caſus eſt, fideicommiſſum, quod reſtituendum eſt Titio, aut eius ſucceſſoribus, ſi fuerit reſtitutum Titio, extinguitur, quoniam alternatiua † poſita inter perſonas honoratas, inter quas 90.
conſideranda eſt affectio, tunc dicitur alternatiua ordinis, & vltima illius pars cenſetur appoſita in defectum prioris. l. ſi fundus ſub conditione. §. his verbis. de legat. 1. l. cùm pater. §. pen. de legat. 2. gloſſ. in c. in alternatiuis. de regul. iur. lib. 6. per quæ iura Cephal. in conſil. 433. vol. 3. reſpondit pro extinctione fideicommiſſi, & reſpondet contrariis.

Vndecimus caſus eſt, ſi res reſtituenda, † in- 91.
cendio, aut alio caſu perempta eſt, fideicommiſſum extinguitur. l. Titia textores. §. final., de legat. 1. l. quidam. §. ſi tibi. cod. tit. dummodo nulla culpa grauati interceſſerit, vt gloſſ. & communiter ſcribentes in d. §. final. Item dummodo res ipſa, ſiue ſpecies reſtituenda eſſet, vel ſimpliciter, vel certa quantitas reſpectu ſpeciei, puta mille, ſi demum non daret, & ita procedunt leges allegatæ: ſecùs ſi teneretur ad quantitatem ſimpliciter, nam tunc intrat text. l. incendium. C. ſi cert. pet. ſicut vſusfructus extinguitur, re perempta, ſuper qua debebatur. l. final. ff. de vſufruct. & Inſtit. eod. titulo, etiam ſi incendio ſublata fuerit, l. quoties. §. final. ff. eod. & vide Socin. iun. in conſil. 58. vol. 4.

Duodecimus caſus eſt, fideicommiſſum † ſta- 92.
tim extinguitur, ſi nullam affert vtilitatem, vt quia plures inſtituti ſunt purè grauati de reſtituendo adinuicem, tunc enim tantam partem alter dare tenetur, quantam accipere, idcirco tanquam nullam vtilitatem afferens, ſtatim in ipſius natiuitate, extinctum dicitur. l. ab omnibus. §. Titio. de legat. 1. & ibi Bartol. in fin. & in l. ſi quis ſeruum.

ſeruum,in fin.ff.de condit.& demonſtrat. & alia ad hoc allegata per Ruin. *in conſil.* 120. *numer.* 1. *vol.* 3. & *in conſil.* 131. *num.* 1. *eod. vol.* 3.

Tertiusdecimus caſus eſt. Fideicommiſſum cen-
93. ſetur extinctum per obſeruantiam † immediatè ſubſequutam, nam ſi verba illius erant dubia, & ſtatim poſt teſtantis mortem bona poſſeſſa fuerunt, vt libera, fideicommiſſum aut cenſetur extinctum, aut potiùs non cenſetur inductum, quoniã obſeruantia ſubſequuta declarat diſpoſitionis præcedentis ambiguitatem, *l. cùm dilectus. de conſuetudin. l. ſed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Macedon. l. ſi ſeruus plurium. §. final. de legat.* 1. Item per obſeruantiam facti interpretamur, qualis fuerit voluntas teſtatoris. Crauett. *in conſil.* 101. *num.* 3. vbi cùm eſſet dubium an teſtator voluerit legare ſub conditione, vel purè, ſi legatarius, ſtatim mortuo teſtatore, accepit legatum, ſciente hærede, dicitur ex ea obſeruantia interpretatum, quòd fuerit legatum purum, & multos alios ad hoc allegat Menoch. *in conſil.* 349. *numer.* 15. *vol.* 4. Nam ſcientia, & patientia, quæ faciunt obſeruantiam, inducunt declarationem voluntatis præcedentis. Roman. *in conſil.* 271. *num.* 4. Marcus Mantua *in conſil.* 5. *numer.* 26. & multa alia ſimilia ad hoc congerit Decian. *in conſil.* 24. *numer.* 12. & *plur. ſeq. vol.* 3. & Rota eiſdem locis vtitur ad probandum derogationem fideicommiſſi per obſeruantiam ſubſequutam, *in deciſ.* 169. *parte* 1. in vltimò impreſſis, licèt ſuper qualitate dictæ obſeruantiæ plurimum diſputet, & de hac materia ſcripſi ſuprà in hac parte, *quæſt.* 6. *artic.* 4.

Quartusdecimus caſus eſt. Fideicommiſſum
94. cenſetur extinctum reſpectu fideicommiſſarij, † qui per triginta annos fuerit negligens in illo petendo, ita firmarunt *in l. filiusfamilias. §. diui. de legat.* 1. Cror. *numer.* 140. Ripa *numer.* 113. Ferdinand. Loaz *numer.* 191. Alciat. *numer.* 48. & alij plures ad hoc probandum allegati à Menoch. *in conſil.* 904. *numer.* 54. *vol.* 10. & *in conſil.* 1035. *numer.* 6. *vol.* 11. Peregrin. *de fideicommiſſis artic.* 41. *numer.* 10. Gabriel *in tit. de præſcription. concluſ.* 13. *numer.* 9. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 14. *numer.* 159. & *ſeq.* Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 10. *numer.* 3. & *ſeq.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut. vltima, numer.* 26. *fol.* 374. Et licèt hæres grauatus ſit in mala fide, tamen fideicommiſſa acquiruntur præuia animi declaratione, videlicet, ſi legatarij, & fideicommiſſarij illa acceptauerint, gloſſ. & Socin. *in l.* 1. *§. ſed & quoties. ff. ad Trebellian.* Ripa *in l.* 1. *numer.* 50. *de legat.* 1. propterea mala fides eius qui ſcit ſe teneri reſtituere, non impedit præſcriptionem, Balbus *in tract. de præſcript. in quarta parte eiuſdem quintæ partis, numer.* 32. & alij quos ipſe refert, & Peregrin. *in d. artic.* 41. *num.* 10. Et ratio eſt, quia fideicommiſſarius poterat rogare hæredem grauatum, vt ſibi reſtitueret, & ita remouere impedimentum illius regulæ, quòd non volenti agere non currit præſcriptio, de qua *in l.* 1. *C. de annali except.* & *in Auth. niſi trecennali. C. de bonis maternis.* Ideo ſicut currit præſcriptio contra
95. illum, etiam non facta † ſibi reſtitutione verbali. Bartol. *in l.* 3. *§. vſuras. ff. de contr. indic. tut.* per text. *l. ſed & ſi per prætorem. §.* 1. *ff. ex quibus cauſ. maior.* Balbus *in tract. de præſcript. in prima parte ſexta partis principal. numer.* 23. ita etiam currit, quia animum ſuum non declarauit. Quamobrem hæres grauatus ante illius declarationem non poteſt dici in
96. mala fide, † & currit præſcriptio, quæ reſpectu negligentis extinguit fideicommiſſum, habet enim iuſtum titulum pro hærede, & ſcientia reſtitutionis ſuſpenditur ante fideicommiſſarij acceptationem, & declarationem, qua ſubſequuta, tunc hæres incipiet eſſe in mala fide, & non præſcriberet, Pariſ. *in conſil.* 66. *numer.* 97. & *plur. ſeq. vol.* 3. Sed fideicommiſſarius † ex capite iuſtæ ignorantiæ faciliùs reſtitui poteſt. Cuman. *in conſil.* 147. & alij 97.
per Peregrin. *in d. artic.* 41. *numer.* 12. Menoch. *in d. conſil.* 904. *numer.* 55. & *ſeq. vol.* 10. & vide, quæ addidi *in quæſt. ſeq. artic.* 5.

Declaratur iſte caſus, vt † non procedat contra 98.
ſucceſſores ſequentes in gradu, Ripa *in d. §. diui. numer.* 116. & alij ad hoc relati per Pariſ. *in conſil.* 23. *numer.* 203. *vol.* 1. & per Menoch. *in d. conſil.* 904. *numer.* 61. *vol.* 10. & *in d. conſil.* 1035. *in fin. vol.* 11. per illam regulam, quia non valenti agere non currit præſcriptio; ergo reſpectu iſtorum fideicommiſſum non eſſet extinctum.

Quintusdecimus caſus eſt, fideicommiſſum extinguitur, † quando Princeps in totum illud 99.
euertit, vt ſcribit Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *numer.* 53. Sed hanc materiam ego latiſſimè exaraui ſuprà *in hac parte quæſt.* 4. *artic.* 4. & *in Appendice illius articuli*, ibi vide.

ARTICVLVS XVI.

In fideicommiſſis linearibus linea quando accipiatur contentiuè, & quando effectiuè.

SVMMARIA.

1. *Linea à I. C. accipitur pro funiculo, etiam cognationum.*
2. *..eſt qualitas habens principium, & finem.*
3. *..incipit à filio, non autem à patre.*
4. *..continet plures gradus, ſed aliquando capitur pro gradu.*
5. *..Capi ſolet effectiuè, & contentiuè.*
6. *..capitur effectiuè, ſi teſtator voluit bona conſeruari in linea.*
7. *..in dubio ſemper intelligitur de deſcendentibus.*
8. *Linea inuitata comprehenduntur etiam nati tempore euenientis conditionis.*
9. *Deſcendentes ex illegitimis ſunt de linea legitimorum.*
10. *Spurij nobilium in quibus partibus Europæ ſint nobiles.*
11. *Naturales, & ſpurij ſunt de domo, & familia, ſicut legitimè nati.*
12. *Natus incapax ex perſona incapaci admittitur ad ſucceſſionem feudi.*
13. *Femina deſcendentes ex maſculis ſunt de linea, quia agnata.*
14. *Neptis ex maſculo comprehenditur ſub emphyteuſi pro deſcendentibus.*
15. *Deſcendentium appellatione veniunt deſcendentes ex feminis.*
16. *Femina de prima linea excludit maſculum de altera linea.*
17. *Deſcendens de linea grauati præfertur aliis.*
18. *Linea non dicitur defecta ſi ſupereſt femina, ex qua vocatus de linea naſci poſſit.*

19. *Affectu*

19. *Affectio maior teſtatoris præſumitur erga primo vocatos.*
20. *.. præſumitur erga neptem ex filio vocato.*
21. *Teſtator præſumitur dirigere voluntatem ſuam de gradu in gradum.*
22. *Linearum aliarum diſpoſitio ſtat in ſuſpenſo, donec ſit ſpes, vt quis de priori linea naſci poſſit.*
23. *De linea qui ſperatur facit partem ad excluſionem alterius.*
24. *Subſtitutus non admittitur, donec ſit ſpes, quòd inſtitutus liberos habere poſſit.*
25. L. ſi cognatis. ff. de reb. dub. *non procedit ſi teſtator intellexit de reſtitutis.*
26. *In fideicommiſſis linearibus non admittitur aliquis de linea poſteriori, donec exiſtat aliquis de linea priori.*
27. *Linea prima vltimus cenſetur grauatus reſtituere proximiori alterius lineæ.*
28. *Præcedentia inter concurrentes lineas ad electionis imperialis dignitatem, reſpectu deſcendentium ex Duce Saxoniæ, quomodo terminanda.*
29. *... & quomodo reſpondetur collegio Patauino, & Iacobo Gallo defendentibus opinionem contra D. Martam.*
30. *Nepos ex primogenito excludit patruum in ſucceſſione regalium.*
31. *Subſtitutio, quæ non incepit, finire non poteſt.*
32. *Linea quæ non incepit, an poſſit dici aliquando finita.*
33. *Linea ſi non incepit, an ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato.*
34. *Subſtitutio facta de his qui naſcentur, comprehendit eos non natos.*
35. *Subſtitutio, finita linea, eſt compendioſa.*
36. *Linea, quæ non incepit, poteſt dici deficere, ſecundùm communem opinionem.*
37. L. Titio vſusfructus. ff. de condit. & demonſtrat. *non debet allegari in materia ſubſtitutionis.*
38. *Lineæ rectæ alter renuntians fideicommiſſo non facit præiudicium alteri.*
39. *Emphyteuſis conceſſa pro linea ſua intelligitur de deſcendentibus.*
40. *.. Eccleſiæ in dubio cenſetur conceſſa ad tertiam generationem lineæ acquirentis.*
41. *Dictio* in perpetuum, *reſtringitur ad tertiam generationem, & intelligitur quo ad tempus, non quo ad qualitatem hæredum.*
42. *.. & non includit extraneos.*
43. *Dominus directus finita linea poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem.*
44. *Linea in primogenituris intelligitur de deſcendentibus.*
45. *Argumentum eſt validum de fideicommiſſis ad maioratum.*
46. *Linea materna ſemper capitur contentiuè, nunquam effectiuè.*
47. *... comprehendit auunculum, ſecundum Ruinum, contra Decium.*
48. *.. quomodo differat à bonis maternis.*
49. *Linea patris capitur contentiuè, quando diſpoſuit fauore agnationis.*
50. *Linea maſculina comprehendit tranſuerſales.*
51. *Linea in fideicommiſſis odioſis ſemper capitur effectiuè.*
52. *Familiæ appellatio intelligitur aliquando effectiuè, aliquando contentiuè, ſecundùm Peregrinum.*
53. *.. quæ opinio reprobatur, quia ſemper intelligitur de deſcendentibus.*
54. *Linea ſumitur contentiuè, quando ita eſt communis vſus loquendi.*
55. *.. idem in ſtatutis excluſiuis fœminarum.*
56. *Ratio agnationis conſeruandæ militat in linea effectiuè, & in linea contentiuè.*
57. *Linea contentiuè capienda eſt propter generalitatem additam lineæ.*
58. *.. item quando aliter intelligi non poteſt, quàm contentiuè.*

IN fideicommiſſis, linearum mentionem fieri reſpectu diuerſorum effectuum, ſæpe contingit; idcirco ſcribendi methodum obſeruantes, priùs à generalibus exordiamur. Linea † 1.
quidem pro funiculo accipi ſolet à Iuriſconſultis, qui cùm ex lino fiat, propterea linea appellari conſueuit, *l. fin. §. final. ff. de auro, & arg. legat. l. lineam margaritarum. ff. ad leg. falcid. l. ſi quis vxori. §. ſi linea. ff. de furtis. l. ſi ſeruus. §. ſi cùm maritus. ff. ad leg. Aquil.* In eadem ſignificatione funiculi intellexerunt Iuriſconſulti lineas cognationum. *l. ſtemmata cognationum. ff. de gradib. affinit.* vbi quòd cognationes in duas lineas ſeparantur, *& l. ſeq. l. ſi quis prioris. §. fin. C. de ſecund. nupt. in verſ. ex materna linea ad eos deuolutam. l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. in verſ. ex qualibet ſanguinis linea.* Item etiam de iure Canonico linea in huiuſmodi ſignificatione capi ſolet, *c. veniens. de ſponſalib. & c. final. eod. titulo*, & ideo Bald. *in conſil. 132. num. 1. vol. 2.* diffinit lineam, † quòd ſit quædam qualitas habens principium, & finem. 2.
Ioan. Andr. *in commentariis de arbore conſanguinitatis*, diffinit, linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens, Bald. *in conſil. 331. numer. 9. verſ. ad primum eſt dicendum. vol. 3.* Salyc. inter conſil. Anchar. 95. *numer. 9.* Dec. *in conſil. 365. col. 2. verſ. & vlterius*, Afflict. *in cap. 1. §. dummodo, in 3. not. de natura ſucceſſ. feudi*, & not. *in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. & in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de legat. 2.* & *ibi* latè ſuper hoc ſcribit Petrus Peralta *à numer. 15. ad finem*, latiùs Ioan. Botta *in conſil. 14. numer. 2. & ſeq.* Quamobrem linea non incipit à patre, † ſed à filio; ergo ſi pater duos habeat filios 3.
maſculum, & feminam, linea ſumit initium ab ipſis filiis, & linea quæ incipit à filio maſculo, dicitur maſculina, quæ à femina, dicitur feminina, Paul. de Caſtr. *in l. maritus. numer. 5. C. de procurat.* Ruin. *in conſil. 98. col. 2. verſ. ſed præmiſſis. vol. 1.* quòd vnuſquiſque filius facit lineam, Socin. iun. *in conſil. 69. num. 30. vol. 3.* Gabriel *in conſil. 90. num. 33. vol. 1.* Menoch. *in conſil. 105. num. 19. vol. 3.* Differunt igitur linea, & gradus, ſicut continens, & contentum. Nam in linea conſtituuntur † plures gradus. *l. iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus. ff. de gradib. cognat.* Dec. *in d. conſil. 365. col. 2. verſ. & alterius.* Sed hoc eſt verum ex proprietate verborum, ſecus eſt ſi communis adſit vſus loquendi, qui vulgariter gradum intelligat pro linea, vt contingit in facto ſuper quo reſpondet Bellon. *in conſil. 80. & ibi num. 2. & ſeq.* hoc declarat. Præterea linea reſpectu huius articuli, aliquando ſumitur effectiuè, † & eſt illa quæ à patre ſumit initium, & in qua ſoli deſcendentes à patre conſiderantur, vt poſt Bero. *in conſil. 77. n. 15. vol. 2.* declarat Simon de Pret. *lib. 3. ſolut. 1. 1. n. 43. fol. 291.* 4. 5.

aliquando

aliquando ſumitur contentiuè, & eſt illa, in qua pater continetur, & tunc iſta linea incipit ab auo patre patris, & quia in vtroque capite varij caſus à cõſulentibus in controuerſia ponuntur, ideo de ſingulis diſcutiendum eſt.

In primo igitur capite, quando linea accipitur effectiuè, primus caſus eſt, ſi teſtator prohibuit teſtari, niſi in illos de linea, ad hoc, vt bona conſeruentur
6. in lineam, † tunc intelligitur effectiuè, quia ſoli deſcendentes veniunt, Bald. *in conſil.* 331. *num.* 7. *& ſeq. vol.* 3. *& in conſil.* 336. *num.* 2. *in fin. verſ. ſecundò conſidero, eod. vol.* 3. Ancharan. *in conſil.* 95. *num.* 9. *& ſeq.* Socin. ſen. *in l. Gallus.* §. *nunc de lege, num.* 3. *ff. de liber. & poſthum. & in conſil.* 33. *num.* 9. *verſ. confirmantur prædicta, & num.* 10. *vol.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 97. *num.* 66. *vol.* 2. Ruin. *in conſil.* 98. *num.* 4. *vol.* 1. *& in conſil.* 49. *num.* 6. *& conſil.* 153. *num.* 10. *vol.* 2. *& in conſil.* 22. *n.* 5. *& ſeq. vol.* 3. Dec. *in conſil.* 379. *n.* 4. *& ſeq. & conſ.* 365. *col.* 3. Crauett. *in conſ.* 250. *num.* 5. *& in conſ.* 656. *n.* 5. & alij latiùs ad hoc allegati per Cephal. *num.* 313. *num.* 59. *& ſeq. vol.* 3. & per Menoch. *in conſ.* 982. *n.* 8. *vol.* 10. *& in conſil.* 1177. *num.* 9. *vol.* 12. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 11. & per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 22. *num.* 24. & per Simon. de Pret. *in d. ſolut.* 11.
7. *num.* 41. *fol.* 292. qui omnes affirmant † ſemper in dubio intelligendum eſſe de linea deſcendenti, & multò magis concluſio procederet, quando teſtator vocaſſet propriam ſui ipſius lineam, Gabriel *in conſil.* 132. *num.* 60. *vol.* 1. Menoch. *in d. præſumpt.* 88. *num.* 11. *& in conſil.* 349. *num.* 3. *vol.* 4. & latiùs de hoc caſu ſcripſi ſuprà *in parte* 2. *quæſt.* 1. *art.* 3.

Primò declaratur iſte caſus, nam quando inuitatur linea alicuius, non ſolùm comprehenduntur qui ſunt nati tempore factæ diſpoſitionis, ſed etiam qui
8. naſcuntur † poſtea, & reperientur tempore euenientis conditionis, quoniam linea eſt nomen habens tractum temporis in futurum, ideo comprehendit etiam natos, & conceptos poſt factam diſpoſitionem, vt diffusè ſcripſi ſuprà *in parte prima, quæſt. prima, art. ſexto, & in parte* 2. *quæſt.* 5. *art.* 1. quibus ſcriptis addo quæ ſcribit D. Hieronym. Papponus, qui fuit diſcipulus Iaſonis, & fuit meus concurrens in ſtudio vniuerſitatis Piſarum, *in conſil.* 96. *col.* 1. vbi multos alios Doctores ad hoc probandum allegat.

9. Secundò declaratur, vt deſcendentes † ex illegitimis dicantur de linea legitimorum, prout eſt text. *cap. Dominus. diſtinct.* 56. vbi quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ſolùm ex alienigenis, ſed etiam ex adulterinis commixtionibus naſci voluit, *& in verſ. ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti*, & hanc opinionem probant Cephal. *in conſil.* 591. quòd filij naturales ſunt de linea ad effectum ſuccedendi, Oldrad. *in conſ.* 153. Alex. *in l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus, num.* 56. *ff. ad Trebell.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 22. *num.* 80. *in fin.* Item comprobatur ex communi vſu loquendi, quaſi in omnibus partibus Europæ receptò, & in conſuetudinem redacto. Nam in tota
10. Francia ſpurij † nobilium ſunt nobiles, Tiraquell. *de nobilitate cap.* 15. *n.* 25. Idem in regno Hiſpaniæ, Couar. *in epitom. de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 4. *num.* 4. Item in Sabaudia ſpurij nobilium ſunt nobiles, Rayner. *in tract. de nobilitate in.* 5. *parte princip. quæſt.* 2.
11. Item quòd naturales, † & ſpurij dicantur ex domo, & familia ſicut legitimi nati in Florentia, Bartol. *in l. final. num.* 1. *C. de verb. ſignificat. & ibi* Bald. & Corn. ſic etiam Peruſij, Angel. *in conſ.* 30. *num.* 6. Idem eſt Brixiæ, vt per Pedrocham *in conſ.* 10. *num.* 10. *& ſeq.* cum aliis ſimilibus, quæ allegari poſſent; ergo tantò magis dicendi ſunt de linea, de deſcendentia, de familia, qui nati ſunt de legitimo matrimonio, licèt deſcendunt ex linea aſcendentium illegitima. Sic in
ſimili natus capax ex perſona † non capaci admitti- 12.
tur ad ſucceſſionem feudi, *cap.* 1. *de eo qui ſibi, & heredibus ſuis*, vbi cum præſuppoſito quòd fœmina non ſit capax feudi, diſponitur, quòd deſcendens ex femina admittitur ad illius ſucceſſionem contra feminam proximiorem, & ratio aſſignatur ibi ab Andrea *num.* 1. *prope finem*, per hæc verba, quia tam patruus, quàm nepos ſunt de deſcendentibus eius, qui primò acquiſiuit. Hoc etiam dixit Bald. *in auth. ceſſante. col. final. verſ. dicas. C. de legit. hæred.* quòd inueſtitura illa vocabat maſculos, & comprehendebat etiam maſculos ex feminis, & ita conſiderauit deſcendentes prioris acquiſitoris, etiam ſi ex femina orti eſſent, & per hæc reſpondetur ad *l. ſi viua matre.* §. *non licet. C. de bon. matern.* vbi quòd filius non debet eſſe melioris conditionis quàm mater. Dico hoc eſſe verum quando conſideratur vt deſcendens ex illa radice infecta, ſecus quando conſideratur vt deſcendens ab eo, de cuius linea agitur.

Tertiò declaratur, nam feminæ deſcendentes † ex 13.
maſculis dicuntur de linea, quia ſunt agnatæ. *l. lege duodecim tabularum. C. de legitim. hæredib. l.* 2. §. 1. *ff. de ſuis, & legitim.* §. *item vetuſtas. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* §. *cæterùm. Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ.* & poſt alios relatos probat Menoch. *in conſ.* 205. *n.* 1. *vol.* 3. Ideo Bald. *in l. Gallus.* §. *nunc de lege. ff. de liber. & poſthum.* dicit, quòd ſi quis habuerit emphyteuſim pro ſe, & deſcendentibus ſuis per virilem ſexum, comprehenditur neptis ex maſculo, † licèt ſecus ſit
in deſcendente à filia. Item Alex. *ibidem* dicit, quòd 14.
ſi teſtator poſt inſtitutos filios maſculos, diſponat, quòd hæreditas ſua veniat de vno in aliũ deſcẽdentẽ per lineam maſculinam, ſi alter ex filiis deceſſerit, nullo relicto maſculo, ſed ſola filia femina, illa ſuccedet, & excludet fratres decedentis à ſucceſſione, quoniam dicitur prouenire à linea maſculina, & idem conſuluit Alex. *in conſ.* 43. *col.* 3. *& ſeq. vol.* 3. & hanc etiam tenuit Paul. de Caſtr. *in d.* §. *nunc de lege. & in l. maritus. C. de procurator.* Aretin. *in d.* §. *nunc de lege.* Fulgoſ. *in conſil.* 2. Hanc concluſionem latiſſimè ſcripſi ſuprà *in parte prima quæſt. prima, art.* 2. vbi probaui regulam eſſe conſtituendam, quòd
deſcendentium † maſculorum appellatione, veniant 15.
deſcendentes ex femina, quia dicuntur de linea, & *ibi* probaui, quòd vbi materia ſubiecta non repugnat, neque agitur de conſeruanda agnatione, neque conſtat de expreſſa mente teſtatoris, ſed hoc ſolùm agitur, vt proximior conſanguineus ſit maſculus, tunc æquè propriè dicitur comprehenſus maſculus qui deſcendit ex linea feminina, ſicut qui deſcendit ex linea maſculina, quam regulam declaraui per plures caſus, & nunc in reuiſione iſtius quartæ partis, conſulo iuris ſtudioſis, ne credant allegationibus moderniorum tot capita diſtinguentium, accurata enim lectione facilè inuenient ſæpiſſimè propoſitam ab eis limitationem non probare.

Quartò declaratur, nam ſi teſtator vocauit plures lineas ſucceſſiuè, vnam poſt alteram, tunc fe-
mina † de prima linea excludit maſculum de 16.
altera linea, vt probatur *in cap.* 1. *de natura ſucceſſ. feudi*, vbi cum præſuppoſito, quòd femina non ſuccedat in feudo, extante maſculo, diſponitur, quòd ſi feudum perueniſſet ad vnum ex fratribus, & deficiant maſculi eius, ad quem peruenit, tunc maſculi ex altero patre, qui non ſunt de linea illius, ad quem peruenit, excluduntur à femina, & ita in maioratu, & in omni materia, probat Surd. *in conſil.* 316. *numer.* 38. *& ſeq. vol.* 3. qui plurimos refert, *& in conſil.* 349. *numer.* 21. *vol.* 3.

quia

17 quia donec aliquis extet de linea † grauati, is ſem-
per præfertur alteri, Cephal. *in conſil.* 457. *numero*
5. *& ſequent.* poſt Socin. *in conſil.* 251. *num.* 17. *verſ.*
ad primum reſpondeo, volum. 2. Idem Cephal. *in con-*
ſil. 489. *numer.* 62. *& in conſil.* 493. *num.* 42. *& ſeq.*
Petra *de fidaicommiſſ. quæſt.* 11. *num.* 5. *&* 73. *&* 132.
Gabriel *in conſil.* 112. *numer.* 13. *vol.* 1. Natta *in conſil.*
22. Molin. *de primogen. Hiſpaniæ lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14.
Item ſi teſtator poſt inſtitutionem primæ lineæ, di-
xerit, & ſi Fullanus (qui erat caput illius lineæ) de-
ceſſerit ſine filiis maſculis, inſtituo Titium, tunc
ſi dictus Fullanus deceſſerit ſine filiis maſculis, reli-
cta nepte, non dicitur veniſſe caſus vocationis al-
18. terius lineæ, quia in fideicommiſſis † linearibus,
in quibus ſuccedit femina de linea, non dicitur
quis decedere ſine liberis, ſi ſupereſt femina, ex
qua ſit ſpes, vt filij naſci poſſint, ita ſcripſit Roman.
in conſil. 134. *numer.* 5. *verſ. in contrarium,* vbi, quòd
credendum eſt, teſtatorem voluiſſe, antequam filij
aliarum linearum ſuccederent, expectandum eſſe,
donec filij, & deſcendentes vocati in prima linea
19. ſuccedere poterunt. Item quia † ex ordine vo-
cationis præſumitur maior affectio. *l. publicus.* §. *fin.*
ff. de condit. & demonſtrat. Menoch. *in conſil.* 954. *num.*
47. *vol.* 10. Item quia æquè præſumitur diligere ne-
20. potem † ex filio præmortuo, ac ipſum filium. Me-
noch. *in conſil.* 668. *numer.* 3. *vol.* 7. nam qui diligit
aliquem, præſumitur dilexiſſe eius filios. Menoch. *in*
conſil. 724. *num.* 11. *vol.* 8. & ſicut præſumitur magis
dilexiſſe filium in portione, quam ſibi reliquit, ita
in illa portione magis præſumitur dilexiſſe deſcen-
dentes ab eo. Menoch. *in conſil.* 680. *num.* 27. *vol.* 7.
21. præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe dirigere † ſuã
voluntatem de gradu in gradũ ſecundùm ordinem
affectionis ſignificatæ per vocationem, & ita etiam
per alias rationes probat Roman. *ibidem.* Multò ma-
gis ſi teſtator iuſſit eundem ordinem ſeruari in filio
primogenito Fullani, naſcituri ex eo. Nam cùm di-
cta verba non poſſint operari effectum, niſi expe-
ctentur naſcituri ex intentione teſtatoris, ideo diſ-
22. poſitio, reſpectu aliarum linearum † poſt primam,
debet ſtare in ſuſpenſo, donec ſpes adſit, quòd ali-
quis ex linea naſci poſſit, Pariſ. *in conſil.* 71. *num.* 26. *&*
ſeq. vol. 4. qui reſpondet ad text. *l. final. ff. communia*
prædiorum. Item quia illa lex loquitur in diſpoſitio-
nibus puris, non autem conditionalibus. Franch. *de-*
ciſ. 169. *n.* 19. Item quia conſtat de voluntate teſta-
toris admittendi etiam non natos, nec conceptos
tẽpore teſtamenti, & ad eos, qui in futurum ſpera-
bantur, voluntas illius progreſſa eſt, ideo expectan-
dum eſt, donec ſpes ſit, vt is qui ex linea procreari
poteſt, ſuperueniat; quamobrem vocatus de altera
linea interim admittẽdus non eſt, vt fuit iudicatũ in
ſacro Conſilio Neapolis, in cauſa ardua magnæ ſuc-
ceſſionis Ducis Amalphiæ, vt per Franch. *in d. de-*
ciſion. 169. vbi *numer.* 25. quòd ſacro Conſilio vi-
ſum fuit, ad excluſionem Marchionis Liceti, qui
vocatus fuerat poſt lineam ſuorum filiorum, ſuffi-
cere, quòd adſit ſpes, vt ex prima linea vocatorum
aliquis oriri poſſit. Item ad hoc eſt text. expreſſus
in l. ſi duobus. de legatis 1. vbi, is, qui adhuc in re-
23. rum natura non eſt, ſed eſſe ſperatur, † facit par-
tem ad excluſionem alterius, per quem text. Ro-
ta Florentina decidit eundem caſum ad excluſio-
nem vocati in alia linea, quia donec ſupereſt
ſpes eius qui ſperatur naſci ex prima linea vocato-
rum, non poteſt admitti alter, qui ex ſecunda, vel
tertia linea vocatus fuit, Magonius *deciſion.* 92. *nu-*
mero 43. Caualcan. *deciſion.* 36. *numer.* 31. *part.* 1.
Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 20. vbi quòd
ſubſtitutus ſub conditione ſi inſtitutus liberos non
habuerit, non poteſt ſtatim admitti, ſed expecta-
re debet, † donec adſit ſpes, quòd inſtitutus libe- 24.
ros habere non poſſit, & ibi multa allegat; ergo
interim vocatus ex alia linea non poteſt docere
ſe vocatum, ad effectum excludendi neptem Ful-
lani, & quouſque naſcatur maſculus ex ea, ipſa erit
vſufructuaria, ad quem intellectum conferunt
ſcripta per Decium *in conſil.* 278. *numer.* 3. *verſ. vn-*
de poſtremò, quem ſequutus eſt Bellonus *in conſil.* 6.
num. 12. & ſtante prouiſione facta per teſtatorem
de hærede, vel deſcendente in deſcendentem in in-
finitum, non intrat diſpoſitio *l. ſi cognatis.* † *de reb.* 25.
dub. quia illa non procedit, ſi teſtator intellexit de
naſcituris quandocunque. Socin. *in d. l. ſi cognatis, n.*
30. Roman. *in d. conſil.* 134. Ruin. *in conſil.* 12. *num.* 11.
vol. 2. *& in conſil.* 77. *num.* 9. *vol.* 3. Cephal. *in conſil.* 71.
vol. 4. Natta *in conſil.* 675. *num.* 6. *in fin.* & regula
l. interuenit. ff. de legat. præſtand. loquitur in legatis
conditionalibus, quæ non habent tractum ſucceſsi-
uum in perpetuum, prout in hoc caſu Franch. *in d.*
deciſ. 169. *num.* 19. An autem filius maſculus naſci-
turus ex d. nepote faciat deficere conditionem ſi
ſine filiis maſculis deceſſerit, ſcripſi *in conſilio. . vo-*
lum. 1.

Quintò declaratur, nam in fideicommiſsis linea-
ribus non admittitur aliquis de linea poſteriori, † 26.
donec ſupereſt aliquis de linea priori. Paul. de Caſt.
in conſil. 164. *num.* 5. *volum.* 2. Corn. *in conſil.* 230.
col. 2. *in fin. vol.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 126. *n.* 26. *& ſeq.*
vol. 1. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 4 *num.* 14.
& cap. 6. *num.* 31. Gabriel *in conſil.* 122. *num.* 11. *vol.*
2. Rota *deciſ.* 209. *num.* 1. *part.* 2. *in Nouiſſim.* Me-
noch. *in conſil.* 482. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 5. Peregrin. *de*
fideicommiſſ. art. 13. *num.* 74. Decian. *in conſil.* 98. *vol.*
5. quia ſemper vltimus de linea † primi cenſetur 27.
grauatus reſtituere proximiori de linea ſequenti.
Curt. iun. *in conſil.* 43. *numer.* 9. *verſ. ego tamen.* Al-
ciat. *in conſil.* 87. *num.* 2. *lib.* 3. Natta *in conſil.* 474.
numer. 26. Crauet. *in conſil.* 130. *numer* 9. *& ſequent.*
Pariſ. *in conſil.* 11. *colum.* 1. *volum.* 2. Cephal. *in conſil.*
134. *num.* 29. *vol.* 2. & ideo in cauſa ſucceſſionis ad
electoratum Cæſaris, † quæ pertinet ad Sereniſſi- 28.
mam familiam ex Ducibus Saxoniæ, poſt mortem
Sereniſſimi Chriſtierni Ducis, & electoris regnan-
tis, quia carebat ſucceſſore, & extincta erat Au-
guſti Ducis linea, ad quam ex decreto Caroli
quinti dicta electio fuerat tranſlata, cùm dubita-
retur, ad quem pertineret ſucceſſio ad effectum
præcedentiæ inter Sereniſsimos Principem Alden-
burgicum, & Principem de Anhalt, ego fui in voto
pro Aldenburgico, quidquid alij de Collegio Pata-
uino ſenſerint, quoniam ante tranſlationem di-
ctæ electoralis dignitatis factam à Carolo quinto
ad Ducem Mauritium, & poſt eius mortem ſine fi-
liis ad Ducem Auguſtum eius fratrem, iam dicta
electoralis dignitas erat in linea Ducis Ioannis
Federici; ergo extincta linea Ducis Auguſti, de-
bet redire ad lineam Ducis Ioannis Federi-
ci, à quo dicta tranſlatio facta fuerat, & per
conſequens ad deſcendentes primogenitos ex li-
nea Ducis Ioannis Guglielmi, qui erat filius
D. Ioannis Federici, cuius pronepos eſt Alden-
burgicus, non autem ad Principem de Anhalt,
qui erat nepos D. Ioannis Guglielmi, ex Ioan-
ne ſecundogenito ipſius, quoniam dignitas ele-
ctoralis eſt in linea primogenitorum, & fini-
ta vna linea fit tranſitus ad alteram lineam pri-
mogenitorum, deſcendentium ex Federico pri-
mo Marchione Miſniæ, & Duce Saxoniæ,

in quo, primo loco fuit conſtituta dicta dignitas electoralis pro omnibus ſuis primogenitis deſcendentibus per rectâ lineam. Quamobrem Dux Chriſtiernus viuens cenſetur rogatus reſtituere deſcendenti ex altera linea primogenitorum ſibi proximiori, cuiuſmodi eſt Princeps Aldenburgicus, nam ſucceſſiones in regnis, & dignitatibus regalibus, debent fieri de iure regni, & de iure feudorum de primogenito in primogenitum acquiſitoris, vt ſcripſi ſuprà *parte tertia*; *quæſtion. prima, artic. ſecundo*, & ita vt ſemper primogenitus, & eius deſcendentes excludant ſecundogenitum, & eius deſcendentes: ſed Princeps Aldenburgicus eſt de linea primogenitorum, & Princeps de Anhalt, eſt de linea ſecundogenitorum eiuſdem Ducis Io. Guglielmi; ergo ille debet ad dictam dignitatem electoralem admitti.

29. Et cùm huic voto † meò contradiceret quidam conciuis meus, propter Bullam auream Caroli IV. in qua, poſtquam diſpoſuerit ad dignitatem huiuſmodi debere ſuccedere primogenitos per lineam rectam, etiam diſpoſuit, quòd ea non exiſtente transeat ad fratrem ſeniorem, & eius primogenitos, ideo dicebat contradictor, ſi vocatus eſt frater ſenior; ergo excluditur nepos natus ex altero fratre ſeniore prædefuncto, quoniam nomen *ſenior* non competit nepoti ex fratre ſeniore. Addebat contradictor, quod dicitur de fratre ſeniore, idem eſſe de agnato ſeniore, ex quibus concludebat pro Principe de Anhalt, tanquam antiquiore agnato. Ego verò reſpondebam, certam concluſionem eſſe, per vocationem fratris ſenioris, & eius primogenitos, eſſe vocatam lineam primogenitorum ipſius fratris ſenioris; ergo præmortuo dicto fratre, linea capit initium ab ipſius primogenito ſuperexiſtente. Item quia Carolus quartus in d. Bulla aurea diſpoſuit, ad d. dignitatem electoralem ſuccedere debere primogenitos per rectam lineam; ergo in defectum vnius lineæ, vocando fratrem ſeniorem, & eius primogenitos, cenſetur vocaſſe deſcendentes ex ipſo fratre ſeniore, qui ſunt de lineæ dicti fratris ſenioris, quia in ſucceſ-
30. ſione regnorum, & regalium dignitatum, nepos † ex primogenito excludit patruum, vt diffusè ſcripſi in ſumma ſucceſſionis *parte 1. quæſtione 11. artic. tertio*. Nec valet argumentum de ſucceſſione fratris ſenioris ad agnatum ſeniorem, quoniam deficit qualitas lineæ. Item quia poſſet tranſire ad agnatum ſine ordine lineæ primogenitorum, contra diſpoſitionem iuris regalium, & contra expreſſam diſpoſitionem Bullæ. Et ex his corruunt omnia motiua Collegij Patauini reaſſumpta à Iacobo Gallo *in conſil.* 105.

31. Sextò declaratur, nam ſubſtitutio, † quæ non incepit, finire non poteſt, idcirco ſi ſubſtitutio facta eſt, finita linea poſthumi naſcituri, qui inſtitutus fuerat, & is natus non fuerit, & ideo eius
32. linea numquam † inceperit, finita dici nullo modo poteſt, quia non poteſt dici finitum, quod non incepit. *l. non poteſt videri. ff. de regul. iur. l. Titio vſusfructus. ff. de condit. & demonſtrat.* & *ibi* hoc notant Bartol. & cæteri *l. ſi extraneus, in princip. ff. de condict. cauſ. dat.* vbi probatur, quòd ſtipulatio dotis reddendæ finito matrimonio, non verificatur, ſi nuptiæ ſequutæ non fuerint, quia quod non incepit, finire non dicitur, per quæ iura reſponderunt plurimi Doctor. quòd d. ſubſtitutio facta in caſum deficientis, vel finitæ lineæ, verificata non ſit, ſi illius linea, à quo incipere debebat, non fuerit natus, Oldrad. *in conſil.* 177. quem ſequuti fuerunt viginti quatuor Doctores, relati à Menoch. *in conſil.* 1062. *numero* 17. *volum.* 11. Addo Forſter. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 3. cap. 22. axioma.* 2. vbi propterea † concludit, eſſe locum 33.
ſucceſſioni ab inteſtato, quia non ſucceſſit caſus prouiſus à teſtatore. Ad idem Riminald. iunior *in conſil.* 117. *volum.* 2. & hanc opinionem incidenter allegaui ſuprà *in parte 3. quæſt. 1. articul.* 2. *num.* 65.

Sed meliùs elucubrato articulo, apparet contrariam opinionem eſſe magis communem, & veriorem, nam pro iſta contra Oldradum Menoch. *in d. conſil.* 1062. *numer.* 18. *volum.* 11 allegat triginta octo Doctores, & ex vtraque claſſe demptis aliquibus, qui parùm ſibi conſtantes, pro vtraque parte reſponderunt, vt legenti relatos per Menoch. apparebit, adhuc iſta remanet magis communis. Item eſt verior, quoniam certa eſt iuris concluſio, quòd ſubſtitutio facta his, † qui naſcentur, com- 34.
prehendat etiam caſum ſi nati non fuerint, ſicut ſubſtituens poſthumo, in eum caſum ſubſtituiſſe intelligitur quo natus hæreditatem non adiuerit, *l. final. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* conueniunt enim quoad caput voluntatis, & neceſſitatis, quia non poteſt velle, niſi natus; ergo ſicut caſus neceſſarius ſi non naſcitur, in capite impotentiæ trahitur ad caſum voluntatis, ita è conuerſo. Item quia d. ſubſtitutio, † (finita linea,) eſt compendioſa, 35.
continet enim vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam, cùm ante, & poſt aditam, item ante, & poſt pubertatem finire poſſit, ſed in compendioſa ineſt vulgaris, Bartol. *in l. centurio. numero* 32. *ff. de vulgari*, & *ibi* communiter omnes, & *in l. precibus. C. eod. tit.* Sed vulgaris continet vtrumque caſum, ſi hæres eſſe non vult, vel non poteſt; ergo ſi linea non incipiat, & hæres eſſe non poſſit, locus eſt ſubſtitutioni, & propterea text. *l. qui ventri. ff. de ventr. inſpic.* dicit, eum, qui poſthumo ſubſtitutus eſt, iure ventrem cuſtodire, quaſi eius interſit, ne naſcatur, quia ex tacita vulgari ſuccederet. Et hanc opinionem † firmarunt, 36.
vltra allegatos per Menoch. *in d. conſil.* 1062. *volum.* 1. Bartol. *in l. 1. ff. de vulgar. numero* 33. & *ibi* Alexand. *numer.* 33. Iaſ. *numer.* 59. qui atteſtatur de magis communi, Zaſius *numer.* 29. Politus *numer.* 177. Alberic. *in rubric. ff. de vulgari. numer.* 25. Bald. *in d. l. final. numer.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & *in conſil.* 39. *vol.* 1. & *in conſil.* 439. & 440. *vol.* 2. & alij plures ad hoc allegari per Tiraquell. *in l. ſi vnquam. in ver. libertis. numer.* 50. *C. de reuoc. donat.* & per Laderch. *in conſil.* 72. *col.* 2. vbi *num.* 6. quòd text. *d. l. Titio* † *vſusfructus. ff. de condit. & demonſtrat.* 37.
non debet allegari in materia ſubſtitutionis, vt dicit Immol. *in l. pater Seuerinam, in princip. ff. de condit. & demonſtrat.* & Socin. *in d. l.* 1. *num.* 14. *ff. de vulgari.* Item quia ratio finalis eſt fundata in ſeruitute, propter quam ei data eſt libertas. Si ergo conditio non eſt verificata, quia non incepit vſusfructus ſerui; ergo libertas danda non eſt, & hunc intellectum Alciati relati, probat Laderch. *in d. conſil.* 72. *numero* 6. Sed in hoc caſu nos probauimus verba finita linea, vtrumque caſum complecti poſſe; ergo ceſſat conditio *d. l. Titio vſusfructus*, ideo non eſt applicabilis ad hanc materiam. Item ad Cephal. *in conſil.* 649. & Cacheran. *in conſil.* 74. & Oddum *in conſil.* 56. qui defendunt opinionem contrariam, bene reſpondet Menoch. *in conſil.* 1063. *volum.* 11. qui diſtinguit diuerſitatem caſuum ſuper quibus illi ſcripſerunt, ab hoc præſenti, de quo agimus, & ſecundũ hanc opinionem fuit iudicatũ in

Parla

Parlamento Delphinali, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Subſtitutio, cap. cùm mater.*

38. Septimò declaratur, nam quando lineæ rectæ † deſcendentium ſunt vocatæ, tunc renuntiatio fideicommiſſi, de qua ſcripſi in hac parte, *quæſt.* 14. facta ab altero vnius lineæ, non nocet aliis eiuſdem ſubſequentis lineæ, Ripa *in l. qui Romæ. §. duo fratres, num.* 191. *ff. de verb. obligat.* poſt Bart. & alios *ibi*, & atteſtatur eſſe communem concluſionem, de qua etiam atteſtatur Gratus *in conſil.* 23. *num.* 2. *& ſequẽt. volum.* 1. & poſt alios relatos per Decian. *in conſil.* 33. *num.* 108. *vol.* 1. & Menoch. *in conſil.* 545. *num.* 7. *vol.* 6. *& in lib.* 3. *præſumpt.* 115. *num.* 59. *& præſumpt.* 147. *n.* 16. ita fuit iudicatum Florentiæ, vt atteſtatur Caualcan. *in deciſ.* 36. *num.* 28. *part.* 1. qui allegat præfatos, & alios Doctores. Sed an ſaltem noceat, ſi ſint hæredes renuntiantis, ſcribam latiùs infrà *in quæſt. ſequent. art.* 5. *& art.* 6.

Secundus caſus eſt, emphyteuſis conceſſa pro Titio, & linea ſua, debet intelligi de linea ſuorũ deſcẽ- 39. dentium † tantùm, non autem tranſuerſaliũ, Bald. *in conſil.* 321. *vol.* 1. Socin *in conſil.* 33. *col.* 3. *vol.* 3. Dec. *in conſil.* 379. *col.* 2. Ruin. *in conſil.* 98. *col.* 3. *vol.* 1. & in tãtum durat, in quantum durat ipſa linea primi acquirentis. Alexand. *in conſil.* 9. *vol.* 2. & in dubio ſi eſt 40. emphyteuſis † Eccleſiæ, præſumitur conceſſa vſque ad tertiam generationẽ lineæ ipſius acquirentis, Iaſ. *in l. final. n.* 16. *C. de iure emphyteot.* Doct. *in §. emphyteuſim, in auth. de non permutandis, & in §. licentiam in auth. de alienat. & emphyt.* Alex. *in l. quadam. §. nihil intereſt, num.* 6. *ff. de edend.* Couar. *in lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 17. Afflict. *deciſ.* 100. & hoc eſt verum etiamſi eſſet 41. dictum in perpetuum, † ſemper enim cõceſſio facta intelligitur vſque ad tertiam generationem, quia aliter concedi non poteſt. *d. §. emphyteuſim.* & licet *in d. §. licentiam*, diſponatur in perpetuũ, tamen Doct. intelligunt per generationẽ, quia dictio *in perpetuũ*, intelligitur quoad tempus, non quoad qualitatẽ hæredum, quia ſolùm ad deſcendentes per generationem, non autem ad extraneos intelligitur, Bald. *in l. etiam. ff. ſolut. matrim.* & eſt communis opinio, vt per Dec. *in cap. in præſentia, n.* 48. *verſ. ex alia tamen ratione de probat.* & ita in ſpecie declarat illa iura Ancha. *in conſil.* 134. Item quia dictio *in perpetuum*, eſt intelligenda ſecundùm naturam negotij, cui adiungitur, Alberic. *in rubr.* 1. *Conſtitutionis Codicis.* & ita fuit conſultum per Collegium Papienſe, quòd emphyteuſis Eccleſiæ conceſſa in perpetuum, intelligitur 42. per generationem vt non includat extraneos, † ex natura ipſius emphyteuſis non tranſitoriæ ad hæredes extraneos, Franciſ. Cremenſ. *ſingular.* 115. & facit mentionem Dec. *in conſ.* 171. *col.* 1. & hanc concluſionem valdè comprobat Alphonſus Villagut *in deciſ.* 1. *per totam.* & an ipſe primus acquirens numeretur in prima generatione, latè ſcribit Bellon. *in conſ.* 80. Item quòd vna generatio lineæ non poſſit alteri facere præiudicium, Rota *deciſ.* 8 *part.* 1. *in Nouiſſim.* 43. Item quòd finita linea licitum ſit directo domino † propria authoritate ingredi poſſeſſionẽ. *l. final. C. de iure emphyt.* Bald. *in conſ.* 177. *verſ.* 2. *præmittendum, vol.* 5. Gozadin. *in conſil.* 1. *n.* 26. *& ſeq. & n.* 44. *& in conſ.* 39. *num.* 25 *& ſeq.* Dec. *in conſil.* 146. *n.* 6. *in fin. & ſeq.* Natta *in conſil.* 573 *num.* 6. Crauet. *in conſil* 5. *num.* 1. Clar. *in § emphyteuſis. quæſt.* 44 Cephal. *in conſ.* 272. *n.* 68. *vol.* 2. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed. primo, n.* 78. *& ſeq.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 17.

44. Tertius caſus in primogenituris, † in quibus vocata linea intelligitur effectiuè, & de deſcẽdẽtibus, Menoch. *in conſil.* 926. *num.* 14. *vol.* 1. allegat Burg. Salon. *de pace in conſil.* 29. *num.* 23. *verſ. item ſecũdum.* Itẽ confert ad hoc comprobandum, quia fideicõmiſſa ſunt odioſa, & valet argumentum de fideicõmiſſis † 45. ad maioratus, & primogenituras. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Sed linea in materia odioſa & ſtricta intelligitur effectiuè, & ſolùm deſcendentes, non autem tranſuerſales comprehendit, Socin. ſen. *in conſil.* 33. *num.* 10. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 98. *num.* 4. *vol.* 1. Dec. *in conſil.* 379. *num.* 4. *& ſequent.* Menoch. *in conſil.* 233. *numer.* 19. *vol.* 3. *& lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 11.

In ſecundo capite deſcribendi ſunt multi caſus, in quibus linea contentiuè capienda eſt. Quorum primus eſt, quando agimus de linea materna, † ipſa 46. nunquam capi poteſt effectiuè, tanquam à matre initium capiens, ſed cõtentiuè, id eſt, de illa linea, in qua continetur mater, quia mulier non poteſt eſſe cauſa efficiẽs lineæ, nec ab ea linea denominari poteſt, quoniam filij, & deſcendentes ab ea ſunt de linea patris, non autem matris. *l. familiæ appellatione. §.* 1. *ff. de verb. ſignificat. §.* 1. *Inſtit. de legitim. agnat. tut.* & ideo *in l. pronuntiatio. ff. eod. tit.* dicit, quòd fœmina eſt finis familiæ, & hanc doctrinam ſequutus ſum ſuprà *in part.* 2. *quæſt.* 6. *art.* 3. *propè finem*, & eſt Ruini *in conſil.* 98. *col.* 1. *vol.* 1. vbi quòd propterea auunculus † ſub dicta materna linea contineatur. 47. Nec eſt recipienda contraria doctrina Decij *in conſil.* 379. *num.* 5. quem ſequitur Forſterus *in tract. de ſucceſſionib. lib.* 3. *cap.* 23. *axioma.* 5. quòd licèt auus, & proauus contineantur ſub linea materna, tamẽ auũculus non continetur, & ideo renuntians bonis maternis, non cenſeatur renuntiaſſe bonis auunculi, quia fateor doctrinam Decij, ad effectum renuntiationis eſſe veram, quando ſcilicet renuntiauit bonis maternis; ſed caſus noſter eſt diuerſus, quia agimus de appellatione lineæ maternæ, † non bonorũ 48. maternorum, inter quæ Imperator differentiam conſtituit, nam *in l.* 1. *C. de bonis maternis*, agitur de bonis, ſed *in l. quidquid. C. eod. tit.* agitur de bonis prouenientibus à linea materna, & ibi enumerat aliquos caſus demonſtratiuè, ſed non excludit auũculum, & ratio *d. l. quidquid*, militat etiam in auunculo, aliàs pater non haberet vſumfructum in bonis auunculi relictis nepoti ex ſorore. Item argumentum Decij à ſtricta interpretatione facienda ſuper renuntiatione, non percutit punctum lineæ, nec quòd de bonis auunculi non fuit dotata, ſatis enim eſſet, ſi renuntiaſſet bonis prouenientibus ex linea materna, vt comprehenderentur bona auunculi, qui eſt de illius linea, licèt ex alio capite læſionis ſuſtineri nõ poſſet, quod eſſet particulariter diſcutiẽdũ.

Secundus caſus eſt, linea patris † aliquando con- 49. tentiuè capitur, vt in materia fauorabili, nimirum quando diſpoſitio fauore agnationis facta eſt, tunc enim intelligenda eſt linea generalis totius domus, ita vt comprehendat etiam tranſuerſales, Cuman. *in conſil.* 2. Salyc. inter conſilia Anchar. 95. *colum. penult.* Durand. *de arte teſtandi, tit.* 5. *caut.* 22. Socin. *in l. Gallus. §. nunc de lege, numer.* 4. *ff. de liber. & poſthum.* Menoch. *in conſil.* 233. *num.* 19. *volum.* 3. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 88. *numer.* 11. *verſ. in dubio, & in conſil.* 924. *numer.* 8. *volum.* 10. vbi etiam declarat, quando agnationis ratio habita dicatur, & ſcripſi etiam ſuprà *in parte* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *num.* 5. 50. & ideo quando vocauit lineam maſculinam, † tunc etiam tranſuerſales continentur, Menoch. *in conſil.* 463. *num.* 12. *vol.* 5. Simon de Pret. *in d. ſolut.* 11. *numer.* 39. *&* 43. *fol.* 290. Sed in materia odioſa, & ſtrictè interpretanda, ſolùm de illa intelligitur, quæ ad deſcendentes, non autem ad tranſuerſales protrahitur, Soc. *in conſ.* 33. *n.* 10. *vol.* 3. Ruin. *in d. conſil.* 98. *num.* 4.

vol. 1. Dec. *in d. conſil.* 379. *num.* 4. *& ſeq.* & quia materia fideicommiſſi eſt odioſa. *l. cohæredi.* §. *cum filia. ff. de vulgari, & pupillari*; idcirco in illa materia
51. ſemper linea † effectiuè capienda eſt, & hanc doctrinam ſequuntur etiam Cephal. *in conſil.* 313. *num.* 61. *volum.* 3. Simon de Pret. *in d. lib.* 3. *ſolut.* 11. *num.* 43. *verſ. adeò quòd in materia fauorabili. fol.* 291.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi teſtator vocauerit familiam ſuam, † nam intelligitur contentiuè, & ita de omnibus tranſuerſalibus agnatis, *l. pronuntiatio.* §. *familiæ. ff. de verb. ſignific. l. fin. C. eod. tit. l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. l. peto.* §. *fratre. de legat.* 2. Cyn. *in l. quoties de omnibus. C. de fideicommiſſ.* Bartol. *in l.* 1. *de conductor. lib.* 11. vbi quòd relictum familiæ Bardorum comprehendit omnes de agnatione de Bardis, *& in l. cognatis, col. pen. ff. de reb. dub.* Alexand. *in conſil.* 213. *vol.* 6. vbi quòd relictum nobili de Turre in perpetuum, cenſetur relictum omnibus illis qui ſunt in familia de Turre, & hanc concluſionem poſt plures allegatos, probat Peregrin. *in conſil.* 31. *vol.* 4. *& in conſil.* 42. *vol.* 5.
52.

53. Sed hanc opinionem Peregrini † ego latiùs reprobaui ſuprà *in parte* 2. *quæſtione quarta, art ſexto, in quinto caſu*, & diffuſiùs *in parte tertia, quæſtione prima, art. quinto, in quinto caſu, num.* 35. vbi quòd familiæ appellatio ſemper intelligitur de deſcendentibus, & quòd diſtinctio de linea vel effectiuè, vel contentiuè ſumenda non eſt applicabilis ad nomen familiæ, prout Peregrinus applicauit.

54. Tertius caſus eſt, linea ſumitur contentiuè, † ita, vt omnes agnatos, & tranſuerſales comprehendat, ſi ita ſit communis vſus loquendi in patria teſtatoris, vbi diſpoſitio facta fuit, quoniam communis vſus loquendi maximè attenditur in vltimis voluntatibus, & proprietati ſermonis anteponitur. *l. librorum.* §. *quod tamen Caſſius. de legat.* 3. *l. cùm de lanionis.* §. *aſinam. ff. de fundo inſtruct.* & in puncto probat Cuman. *in conſil.* 2. *num.* 6. vbi quòd nomine lineæ ex communi vſu loquendi tota familia, & omnes tranſuerſales continentur, ſicut aliquando accidit, vt ex communi vſu loquendi linea pro gradu accipiatur, vt probat Bellon. *in conſil.* 80. *num.* 2. *& ſeq.*

Quartus caſus eſt, in ſtatutis feminarum excluſiuis, † linea ſumitur contentiuè, quoniam agimus de materia fauorabili, conſeruandi bona in agnatione, & familia. Cyn. *in l.* 1. *C. ad leg. Iul. de adulter.* Ruin. *in conſil.* 24. *num.* 7. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.* 23. *num.* 45. *vol.* 1. Iaſ. *in conſil.* 205. *col.* 1. *vol.* 2. & hanc eſſe receptiſſimam ſententiam probat Albert. Brun. *in tract. de ſtatut. excluſiuo feminarum. art.* 3. *n.* 12. quæ opinio procedit, etiamſi non ſit dicta ratio expreſſa à ſtatuto, quia nihilominus pro expreſſa habenda eſt, cum ſit amica, & nulla alia aſſignari poteſt melior, imò ita ſit ab omnibus recepta, Salyc. *in l.* 2. *C. de noxalib. actionibus.* Alexand. *in l. ſi conſtante, in princip. col.* 4. *ff. ſolut. matrim.* & latiùs probat Brun. *in d. art.* 3. *num.* 16. *& ſeq.* quam opinionẽ pluries ſequutus ſum in præcedentibus quæſtionibus & articulis. Quamobrem cùm etiam agamus de materia ſucceſſionis quæ eſt fauorabilis, linea contentiuè capienda eſt, vt Tobias Nonius *in conſil.* 42. *num.* 30. probat, quòd etiam in ſtatutis ſtrictè intelligendis, linea non effectiuè, ſed contentiuè capiẽda eſt, & in ea comprehenduntur omnes proximiores, feminis excluſis per ſtatutum, vt poſt Paul. de Caſt. *in conſil.* 111. *col. fin. verſ. & ideo puto, vol.* 1. probat Simon de Pret. *in d. ſolut.* 11. *num.* 43. *fol.* 291. & tãto magis hæc concluſio procederet, ſi ſtatutum excluderet feminas propter proximiores maſculos, nã cùm nomen proximiores ſit indefinitum, & poſſit complecti lineam rectam, & tranſuerſalem; ergo de eiſdem intelligendum eſt, Ioan. Dilect. *de arte teſtandi tit.* 5. *cautel.* 22. *in fin.* Simon de Pret. *in d. num.* 43. *circa medium fol.* 291. Item quia † ratio agnationis conſeruandæ militat in vtraque linea; ergo vtraque comprehenditur, Bald. *in l. quod verò. col.* 1. *verſ. item quia. ff. de legib.* Item multò magis ſi ſtatutum præferret lineam maſculinam lineæ femininæ, quia tũc ratio conſeruandæ agnationis præponderat, & præferenda eſt odio legis exorbitantis, & tunc etiam mater à linea contentiuè excluderetur, vt ſcripſi ſuprà *in parte ſecunda, quæſt. tertia. art.* 1. *num.* 38.
55.
56.

Quintus caſus eſt, ſi ſtatutum excludat omnes feminas à ſucceſſione propter maſculos cuiuſcunque lineæ, & gradus, tunc linea contentiuè ſumenda † eſt, propter generalitatem additam lineæ, vt reſpondit Bald. *in conſil.* 321. *volum.* 1. & ſcribit Marzar. *in conſil.* 35. *num.* 3. *& ſeq.* vbi quòd etiam mater excluſa dicitur. qualitas enim ſuperaddita lineę, illam alterat, atque facit, vt de alia intelligatur, quàm de recta, quando propter d. qualitatem de alia intelligi non poteſt, † quàm contentiuè, vt in ſimili caſu reſponderunt Cephal. *in conſil.* 606. *num.* 16. *& ſeq.* Ruin. *in conſil.* 149. *num.* 8. *vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 106. *num.* 229. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.* 11. *in fine.*
57.
58.

ARTICVLVS XVII.

Quæ deducantur de fideicommiſſis.

SVMMARIA.

1. *Quartæ duæ quando detrahantur à filio ſub conditione grauato de reſtituendo.*
2. *..& quando importent ſemiſſem hæreditatis.*
3. *..& quando ſeptem vncias.*
4. *..detrahuntur etiam à nepote ex filio ſub conditione grauato.*
5. L. iubemus. C. ad Trebellian. *non habet locum in nepotibus, etiamſi teneant primum locum.*
6. *Nepos etiam proximus auo, nunquam dicitur de liberis primi gradus, contra Berengarium.*
7. *Filiorum appellatione non continentur nepotes regulariter.*
8. *Nepotes tenentes primum locum grauati, quare detrahant duas quartas.*
9. *Quartæ duæ detrahuntur filio legitimato per ſubſequẽs matrimonium, & de reſtituendo grauato.*
10. *Filius putatiuus nihil penitus differt à legitimo, & naturali.*
11. *..ſuccedit in feudis.*
12. *..& in fideicommiſſis, & cum alio quolibet legitimo concurrit.*
13. *Filius putatiuus non habetur pro legitimo ſi natus eſt ex matrimonio clandeſtino.*
14. *Matrimonium quando dicatur clandeſtinum ex diſpoſitione Tridentini.*
15. *Parochi proprij præſentia non fuit inducta à Tridentino ad tollendam clandeſtinitatem, ſed reſpectu iuriſdictionis.*
16. *Matrimonium putatiuum dicitur, etiamſi alter ex coniugibus habeat bonam fidem.*
17. *Matrimonium ex defectu denuntiationum, non eſt malum ratione clandeſtinitatis.*
18. *Æquiparatorum in vno capite eadem eſt diſpoſitio.*

19. *Ma*

19. *Matrimonium celebratum coram ſacerdote, & teſtibus, non eſt nullum ex capite clandeſtinitatis.*
20. *Filius dicitur legitimus ſi interuenit ignorantia impedimenti in vno ſolo ex coniugibus.*
21. *Impedimentum iuris errore excuſatur.*
22. *Mulier dicitur eſſe in errore iuſto ſi illi perſuaſum fuerit ſacerdotem celebrantem matrimoniū eſſe proprium parochum.*
23. *Matrimonium eſt nullum, ſi celebratum eſt ab eo, qui ſe intruſit in iuriſdictione proprij parochi.*
24. *Matrimonium ex defectu parochi, talis communiter reputati facit prolem legitimam.*
25. *Quartæ duæ detrahi poſſunt à filio iuſtè legitimato per reſcriptum, & de reſtituendo grauato.*
26. *..quod eſt verum etiam ſi legitimatio fuerit facta cum ſtricta facultate ſuccedendi, contra Peregrinum, & Surdum.*
27. L. iubemus. C. ad Trebell. *non habet locum in filiis naturalibus.*
28. *Peregrin.* in conſil. 27. vol. 3. *reprobatur.*
29. *Ius agnationis non eſt ſeparatū à iure ſucceſſionis.*
30. *Ius filiationis non eſt diſtinctū à iure ſucceſſionis.*
31. *Legitimatio facta cum reſtricta facultate ſuccedēdi, quando non valeat reſpectu dictæ reſtrictionis.*
32. *Pactum potius interpretandum ſuperfluum, quàm iuri contrarium.*
33. *Qualitas adiecta reiicitur, quæ induceit perplexitatē.*
34. *Filius legitimatus cum reſtricta facultate ſuccedendi, debet habere legitimam.*
35. *..& ab inteſtato ſuccedit in toto.*
36. *Ius agnationis tolli non poteſt ad effectum ſuccedendi contra Peregrinum.*
37. *Nepos mortuo patre ſuccedit in ius filiationis ſimul cum iure ſucceſſionis.*
38. *..venit ad ſucceſſionem aui ex propria perſona.*
39. *..& ſuccedit vt nepos, non autem vt filius.*
40. *Legitimatus cum reſtricta facultate ſuccedendi, ſi eſt grauatus de reſtituēdo, detrahit duas quartas.*
41. *Legitimationis clauſula, dummodo legitimis hæredibus non præiudicet, aliquando inducit perplexitatem, & eſt reiicienda.*
42. *..præſertim propter facultatē faciendi ſuos hæredes.*
43. *Suitas eſt ius, per quod dominiū patris continuatur in filios.*
44. *Filij per legitimationem in patris poteſtatem redacti ſunt ſui hæredes.*
45. *Ius agnationis vt ſit ſeparatum à iure ſucceſſionis debet fieri per derogationē ſpecialem, & clauſulæ generales non ſufficiunt.*
46. *Derogandi contrariis facultas non eſt extendenda, quando inducitur perplexitas.*
47. *Quartæ duæ an detrahantur à patre inſtituto à filio, & de reſtituendo grauato.*
48. *Aſcendentes de reſtituendo grauati detrahunt duas quartas, cōputatis fructibus in Trebellianicam.*
49. *Subſtitutus pupillariter grauatus de reſtituendo alteri, ſolam Trebellianicam detrahit.*
50. *Legitima filij per aditionem factum eſt proprium illius patrimonium, ideo venit in reſtitutionem faciendam à ſubſtituto pupillari grauato.*
51. *Subſtitutus filij puberis non poteſt grauari in eius legitima.*
52. *Legitima ſolū relicta filio impuberi poteſt grauari fideicommiſſo à ſubſtituto pupillari.*
53. *Fideicommiſſum factum à ſubſtituto pupillariter, expirat adueniente pubertate filij.*
54. *..Oddus* in conſ. 63. *qui tenet contrariū, reprobatur.*
55. *Fideicommiſſum poteſt fieri ab hærede hæredis ſub nomine appellatiuo, qui non ſit honoratus.*
56. *Actus quilibet denominandus eſt à poteſtate, potius quàm à voluntate.*
57. *Quartæ duæ quando poſſint detrahi ab hærede ſecundi filij reciprocè ſubſtituti ex perſona primi.*
58. *..ſecus ſi ſubſtitutus eſſet vltimo morienti.*
59. *Trebellianica detrahitur de quacumque re vigore fideicommiſſi vniuerſalis.*
60. *Hæres grauatus poteſt deducere legata ſoluta legatariis.*
61. *..poteſt repetere fideicommiſſum reſtitutum, vt ſoluat legata.*
62. *..poteſt deducere debita hæreditaria, quæ ipſa ſoluit, & retinet tot bona.*
63. *..item pro expenſis funeris.*
64. *Dos matris detrahenda eſt de bonis fideicommiſſi.*
65. *Dos deducenda eſt, etiam recepta poſt fideicommiſſum factum.*
66. *..etiam pro natis, & conceptis poſt obitum fideicommittentis.*
67. Auth. res quæ. C. communia de legatis, *habet locum ſolùm in deſcendentibus.*
68. *..etiam deſcendentibus legitimatis.*
69. *..etiam in filia naturali.*
70. *..habet locum etiam in dote reſtituenda.*
71. *..præterquam ſi dos fuerit confeſſata.*
72. *..etiam in augmento dotis, ſiue proueniente ex pacto, ſiue vigore ſtatuti.*
73. *..etiam pro expenſis, quæ fiunt pro apparatibus, & feſtiuitatibus nuptiarum.*
74. *Alienatio bonorum fideicommiſſi facta pro dotibus, non poteſt retractari.*
75. *Alienatio bonorum fideicommiſſi facta in annuis introitibus non multiplicatur per moram grauati non ſoluentis.*
76. *..Peregrin. in hoc caſu reprobatur.*
77. Auth. res quæ, *non eſt extendenda propter moram hæredis.*
78. *Annui introitus non ſunt vſuræ, ſed ipſa ſors principalis debiti.*
79. Auth. res quæ, *habet locum, quando adſunt alia bona hæreditaria ex quibus dos conſtitui poſſit.*
80. *..item ſi non adſunt alia bona materna.*
81. *..eſt remedium ſubſidiarium.*
82. *Fideicommiſſarius debet probare alia bona libera extitiſſe, ex quibus dos conſtitui poſſit.*
83. Auth. res quæ, *habet locum etiamſi filius grauatus conſumpſiſſet legitimam, & Trebellianicam.*
84. *..quod eſt verum ſi poſt conſumptionem receperit dotem.*
85. *Vxor pro ſuis dotibus debet agere contra tertios poſſeſſores quando bona fideicommiſſi dilapidata ſunt poſt dotis receptionem.*
86. Auth. res quæ, *habet locum, etiamſi teſtator ſpecialiter prohibuiſſet alienationem ex cauſa dotis.*
87. *Alienationis prohibitio facta in contractu non impedit dominij tranſlationem.*
88. *Hæres grauatus de reſtituendo, quas meliorationes detrahat.*
89. *..& quomodo ſoluenda ſint.*
90. *Exceptiones detractionum à ſolo hærede opponi poſſunt.*

SVPRA in hac parte, *quæſt.* 12. *ar.* 8. quādo hæres eſt grauatus reſtituere quidquid ſupererit de hæreditate, quid detrahere debeat, ſcripſi etiam de expenſis, & de duabus quartis detrahendis. Nunc diffuſiùs vtrumque caſum in hoc articulo elucubremus, & primus caſus eſt, nam filius grauatus ſub conditione de reſtituendo hæreditatem alteri, duas quartas † detrahere 1. poteſt

poteſt, nimirum legitimam, & Trebellianicam. In primis legitimam, in qua patet nullum onus apponere poteſt, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. l. cùm patronus. de legat. 2. §. 1. Authent. de trient. & ſemiſſ. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill.* & vbi qui hoc notant omnes ſcribẽtes. Deinde tempore euenientis conditionis alteram quartam authoritate Senatus Trebelliani, tanquam quilibet extraneus deducere poterit, *cap. Raynaldus, de teſtam.* & *ibi* gloſſ. *in ver. legitimam,* Hoſt. Anton. de Butr. Immol. & Abbas, *num. 15. verſ. & in effectu. gloſſ. final. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam.* & *ibi* Bartol. Angel. & Paul. de Caſtro, affirmant huiuſmodi detractionem duarum quartarum hodie communi vſu eſſe receptam, licèt olim controuerſia magna fuerat, apud Iuris Cæſarei interpretes, gloſſ. *in l. quamquam. ff. ad leg. falcid.* Sed hodie de iure Canonico fuiſſe deciſam. *d. c. Raynaldus. & c. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* & poſt alios relatos, Franchus *ibi in gloſſ. in verb. Trebellianica*, probat hanc eſſe ſententiam receptiſſimam, vt filius de reſtituendo ſub conditione grauatus duas quar-
2. tas, & ita † ſemiſſem hæreditatis detrahere poſſit, & in pluribus caſibus ita reſponderunt Oldrad. *in conſil. 131.* Batt. *in conſil. 2. factum ſic ſe habet, in fin. verſ. ſuper prædicto. in 1.* Bald. *in conſil. 377. num. 1. & conſil. 431. volum. 3.* Angel. *in conſil. 131.* Fulgoſ. *in conſil. 19. verſ. tertiò principaliter, & conſil. 88. in ſecundo dubio,* Anchar. *in conſil. 151. in fin.* Roman. *in conſil. 206. & 239.* Alexand. *in conſ. 139. volum. 1. & conſil. 103. & conſil. 290. numer. 9. vol. 3. & conſil. 68. vol. 4. & conſil. 78. volum. 5.* Corn. *in conſil. 317. vol. 4.* Socin. *in conſil. 33. & 82. vol. 4.* Curt. ſen. *in conſil. 75.* Dec. *in conſil. 51. n. 1. & ſeq. & conſil. 613. num. 5.* Ruin. *in conſil. 58. & conſil. 153. num. 12. vol. 2.* Gratus *in conſil. 17. num. 2. & conſil 60. vol. 1.* Socin. iun. *in conſil. 131. num. 111. & num. 115. vol. 1. & conſ. 115. num. 12. vol. 3.* Cranet. *in conſil. 2.* Cioſus *in conſil. 135. num. 1.* Portius *in conſil. 92. num. 12.* Roland. *in conſil. 12. num. 8. vol. 1.* qui alios referunt, & ita ſemper in pluribus tribunalibus fuit deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. Quarta.*

Declaratur iſte caſus, nam quando legitima detrahitur ſimul cum Trebellianica à filio ſub conditione grauato, non ſemper & omni caſu faciunt ſemiſſem hæreditatis, quoniam vbi legitima detrahenda erit triens, tunc addita Trebellianica tempore reſtitutionis importabunt ſemiſſem; ſed vbi legitima ſtatim detrahenda eſſet ſemis, tunc addita
3. Trebellianica importabunt hæreditatis † ſeptem vncias cum dimidia, prout hanc eſſe communem ſententiam probant Couar. *in d. cap. Raynaldus. §. 23. in princip.* Craſſ. *in §. Trebellianica, quæſtion. 4. numer. 2. verſ. debet tamen quarta,* Raudenſ. *in deciſ. 22. numer. 32. verſ. quod autem.* Et ita fuit deciſum in Parlamento Delphinali, & in Rota Auenion. vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. Quarta. cap. 1. & 2.* Nam dodrans reſtituendum vigore *l. iubemus. C. ad Trebell.* habet reſpectum ad factam detractionem legitimæ. Si ergo legitima erit ſemis, dodrans reſtituendus eſt intelligendus non totius hæreditatis, ſed illius quod ſupereſt detracta legitima. Et poſt hæc ſcripta, ego vidi Eugenium *in conſil. 11.* vbi *numer. 9. & plurib. ſequent.* allegat quàm plurimos Doctores magnæ authoritatis antiquos, & modernos, ad comprobandam hanc concluſionem, & oſtendit eſſe communiſſimam, & ſecundùm ipſam fuiſſe iudicatum in Senatu Mediolani, & in Rota Maceratæ, ita vt vlteriùs hæc concluſio in controuerſiam poni non debeat.

Secundò declaratur, vt duas quartas † detrahat etiam nepos ſub conditione de reſtituendo 4.
grauatus, quia venit appellatione filiorum, *l. liberorum. ff. de verb. ſignificat.* & hanc opinionem firmauit Berengarius *in l. in quartam, in parte 1. numero 329. ff. ad leg. falcid.* quem ſequutus fuit Menoch. *in conſil. 1017. numer. 21. vol. 11.* & Berengarius declarauit procedere in nepote exiſtente in gradu ſuitatis, ita reſtringendo diſpoſitionem *l. iubemus. C. ad Trebellian.* Quæ opinio non videtur admittenda propter dictas rationes, quoniam cum magna diſcuſſione fuit deciſum, vt diſpoſitio *d. l. † iubemus. C. ad Trebellian.* non habeat locum in 5.
nepotibus, etiamſi tenerent primum locum, & gradum ſuitatis, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. quarto, titulò Fructus. cap. ſine filiis.* Neque text. *l. qui duos. ff. de reb. dub.* allegatus ad hoc à Berengario, probat nepotem eſſe de liberis primi gradus, ſi nemo illum præcedat, hoc enim tantùm dicit, proximus agnatus eſt, qui ſolus eſt, quique neminem antecedit; quamobrem nepos † ex filio 6.
præmortuo, poteſt eſſe proximus auo reſpectu ſuitatis, ſed non de liberis primi gradus, reſpectu quorum facta eſt diſpoſitio *d. l. iubemus. C. ad Trebellian.*

Nec eſt vera concluſio, quòd filiorum † ap- 7.
pellatione contineantur nepotes, vt diffuſiùs ſcripſi ſuprà *in parte prima, quæſtion. ſecunda, artic. quinto*, vbi declaraui omnes leges de huiuſmodi materia loquentes, & probaui regulam eſſe conſtituendam negatiuam, eámque limitaui in caſibus iure expreſſis, ita intelligendo *l. iuſta. ff. de verb. ſignificat.* prout declarauit Calliſtratus *in l. liberorum. §. ſed & Papirius, in verſ. filij enim appellatione ſæpe, & nepotes contineri,* id eſt, in aliquibus caſibus, *l. ſæpe. ff. de verb. ſignificat.* Sed quia dicti nepotes tenentes primum locum debent inſtitui. *l.* 8.
Gallus. ff. de lib. & poſthum. & eis debetur legitima, & Trebellianicam poſſunt detrahere, vt quilibet extraneus grauatus poteſt, computatis fructibus in eam, *l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebell.* idcirco, prætermiſſis rationibus Berengarij, ex iſta alia ratione duas quartas detrahere poſſunt, & ita debemus concludere contra Berengarium, & contra Menochium.

Tertiò declaratur, vt filius legitimatus † per ſub- 9.
ſequens, grauatus de reſtituendo, detrahat duas quartas, quoniam per virtutem matrimonij ſubſequentis cenſetur ab initio natus legitimus, ita vt ad omnem ſucceſſionem habilitatus cenſetur. *c. tanta. qui filij ſint legitimi,* & ſcripſi de hoc ſuprà *in parte 1. quæſtione 18. articul. quinto, & in articul. quarto* ſcripſi etiam quòd ſuccedat ad feuda. Idem in filio † putatiuo, qui in nihilo penitus differt à 10.
filio nato legitimo, & naturali, & ideo admittitur ad omnes Eccleſiaſticas dignitates. Bald. & Salyc. *in l. qui contra. C. de inceſt. nupt.* Abbas, & cæteri Canoniſtæ *in c. ex tenore,* per illum text. *qui filij ſint legitim.* Item quod in ſpiritualibus conceditur, multò magis in temporalibus conceſſum dicitur, *cap. per venerabilem, qui fil. ſint legitim. c. ſolitæ. de maior. & obed. cap. duo ſunt. diſtinct. 96.* per quos textus ita arguit Tiraquell. *de iure primogenit. quæſtion. 34. numer. 37.* & ad hoc etiam eſt bonus text. *l. qui in prouincia. §. 1. de ritu nupt.*

Item quòd filius † putatiuus ſuccedat in feu- 11.
dis ex pacto, & prouid. firmatur communiter ſcribentes *in c. 1. §. naturales. ſi de feud. defunct. milit. controuerſ. fuer. inter dam. & agnat.* Baldus *numero 11.* Præpoſit. *numero 4. circa fin.* Afflict. *in 5. not. num.*

num. 42. Aluarott. num. 12. in fin. Federic. Schenck
in fin. Franciſc. Sonsbecc numer. 11. Nicolaus In-
trigliol. de feud. centur. 2. artic. 1. num. 503. Zaſius
de feud. part. 8. de ſucceſſ. feudi. numer. 77. Thom. de
Marin. de generib. & qualit. feud. titul. 3. de feudo ex
pacto, & prouid. nouo, numer. 50. Sonsbecc de feud.
parte 9. num. 73. Schrader. de feud. parte 7. cap. 5.
numer. 8. Roſenthall de feud. cap. 7. de ſucceſſione ex
teſtamento, concluſ. 18. num. 18. Et ſecundùm iſtam
concluſionem reſponderunt Dec. in conſil. 153. &
conſil. 154. Addentes ad Alexand. in conſil. 5. vol. 7.
Surd. in conſil. 109. numer. 2. volum. 1. Ruin. in con-
ſil. 14. colum. 1. & conſil. 100. & 108. volum. 3. Pa-
riſ. in conſil. 15. numer. 43. & ſeq. volum. 2. Socin.
iun. in conſil. 39. in 2. dub. volum. 3. Cephal. in con-
ſil. 444. numer. 7. volum. 4. & in conſil. 647. num. 14.
volum. 5. Menoch. in conſil. 15. numer. 5. volum. 1.
Celſus Hugo in conſil. 31. numer. 9. Item eandem
concluſionem vti communiſſimam, & indubita-
tam, probarunt Molin. de primogen. lib. 3. cap. 1. nu-
mer. 15. Duenas in regula 350. numer. 9. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 24. numer. 66. & 72. Gloſſa &
Doct. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. Anton. Ga-
briel in ſuis communib. titul. de legitimatione. concluſ.
4. per totum. Mantic. de coniectur. lib. 11. titul. 8. nu-
mer. 24. Ripa in rubrica ff. ſoluto matrim. numer. 65.
Couarr. de ſponſalib. part. 1. §. 1. numer. 1. Ego poſt
alios probaui ſuprà in parte 1. quæſt. 7. cuius rubrica
eſt, De ſucceſſione filij putatiui, vbi per plures articu-
los diſtinxi iſtam quæſtionem, tam in feudis, quàm
12. in fideicommiſſis, † & quòd concurrat cum quoli-
bet alio legitimo & naturali, quoniam & filius pu-
tatiuus ita eſt in rei veritate. Item quòd d. putati-
uus ſuccedat in feudis, ita vt excludat patruum,
Hieronym. de Laurent. in d. deciſ. Aunionenſi 70.
numer. 10. Theſaur. in deciſ. 196. num. 7. Caſſador.
in deciſ. vnic. ſub titulo de ſponſalibus. Verall. deciſ. 203.
part. 2.

Sed præfati Doctores intelligunt huiuſmodi con-
cluſionem de filio putatiuo, dummodo matrimo-
13. nium † contractum fuerit palàm & publicè, in facie
Eccleſiæ, ſiue vtroque coniuge, ſiue altero tantùm
ignorante impedimentum conſanguinitatis, vel af-
finitatis, aut aliud quodcunque legitimum impedi-
mentum; ſecus eſſe ſi matrimonium fuiſſet clande-
ſtinè contractum, tunc enim licèt vterque ignoraret
prædictum impedimentum, filij ex eo clandeſtino
matrimonio nati ſunt illegitimi, & nullatenus ſuc-
cedunt, prout eſt caſus in cap. cùm inhibitio. §. ſi quis
verò, & ibi gloſſa de clandeſtin. deſponſat. Additio ad
gloſſ. in d. l. qui contra. C. de inceſt. nupt. Dec. in con-
ſil. 154. poſt Dynum in conſil. 6. Oldrad. in conſil.
156. in fin. & alij allegati per Gabriel. in d. titul. de
legitimationib. concluſ. 2. & concluſ. 1. numer. 4. &
14. concluſ. 4. per totam. Et hodie clandeſtinum † dici-
tur matrimonium ex diſpoſitione Tridentini ſeſſ. 24.
cap. 1. de reformat. matrim. vel ſi aliter quàm præſen-
te proprio parocho, & teſtib. vel ſic miſſis denun-
tiationibus celebretur, Rebell. de obligat. iuſtitia,
lib. 2. titul. de matrimonio. quæſt. 7. ſectione 1. numer. 7.
Idem ſi matrimonium fuiſſet contractum ab alio
ſacerdote, qui nullum iuſti, & legitimi parochi ti-
tulum haberet, & ſe ita intruſiſſet, quo caſu, licèt
communis error facti contrahentium accedat, ta-
men geſta per illum ad vtrumque finem pertinen-
tia ſunt prorſus nulla & inualida, vt probat San-
chez de matrimon. diſputat. 22. num. 49. & ſeq. pro-
pterea natus non videtur poſſe dici putatiuus ad ef-
fectum ſuccedendi.

Ego verò ſum in contraria ſententia, quoniam
præſentia proprij parochij † non fuit inducta à Tri- 15.
dentino ad tollendam clandeſtinitatem, neque ad
inducendam probationem, quia potuiſſent plures
teſtes requiri, & alia re opus fuiſſet, ſed vt reſtrin-
gat ſe ad proprium parochum ratione formæ, ita
per hæc verba dixit Rota in deciſ. 657. num. 1. verſ.
nam præſentia parochi. parte 1. in Nouiſſim. Item quia
ad euadendam clandeſtinitatem, de qua in d. cap.
cum inhibitio. §. ſi verò. de clandeſtin. deſponſat. ſufficit
quòd matrimonium ſi celebratum per ſacerdotem
in præſentia fidelium, & teſtium, ita dicunt Abbas,
& Præpoſit. in d. cap. cùm inhibitio. Patiſius in conſil.
13. numer. 12. volum. 2. Ruin. in conſil. 51. num. 25.
volum. 5. & per iſtas doctrinas fuit deciſum in Ro-
ta, vt per Verall. deciſ. 204. part. 2. & licèt alter
ex coniugibus habuerit ſcientiam nullitatis matri-
monij, ex eo quia non interuenit præſentia proprij
parochi requiſiti pro forma à Tridentino, tamen
ſatis eſt, † quòd alter ex coniugibus habuerit bo- 16.
nam fidem, præſertim mulier ſi decepta fuiſſet à vi-
ro in maxima dignitate conſtituto. Item quia Tri-
dentinum ad effectum declarandæ clandeſtinitatis
(inhærendo Concilio generali ſub Innocentio ter-
tio, de quo in d. cap. cùm inhibitio, de clandeſtin. de-
ſponſat.) æquiparat iſtos duos caſus, videlicet, quòd
non fuerit celebratum coram proprio parocho.
Item quòd non fuerit celebratum præcedentibus
denuntiationibus. Sed in hoc ſecundo caſu, ex de-
fectu denuntiationum, matrimonium † non eſt nul- 17.
lum ratione clandeſtinitatis, vt fuit reſolutum in
congregatione Cardinalium Concilij, de quo atte-
ſtatur Rebell. de obligationib. iuſtitia, part. 2. lib. 2.
quæſtion. 7. ſectione 2. in princip. ergo ita pariter de-
bet eſſe in primo caſu, vt non dicatur nullum ratio-
ne clandeſtinitatis, quando non fuit celebratum
coram proprio parocho, ſed coram alio ſacerdote,
quoniam iſti duo caſus ſimul explicati in capite
clandeſtinitatis, ſunt † æquiparati reſpectu illius; 18.
ergo quod eſt deciſum in altero ex eis, etiam in al-
tero deciſum cenſeri debet. l. ſi quis ſeruo. C. de furt.
& not. in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebell.
& plura de natura æquiparatorum per Viuium deciſ.
34. & Iaſ. in l. à Titio. ff. de verb. obligat. Item quia
Tridentinum in d. cap. 1. propè finem, in verſ. qui ali-
ter quàm præſente proprio parocho, declarat nullum
matrimonium aliter factum, quàm coram non pro-
prio parocho, non ratione clandeſtinitatis, ſed ra-
tione iuriſdictionis, vt fuit deciſum in Rota deciſ.
657. part. 1. ergo ratione clandeſtinitatis, quia fa-
ctum coram altero ſacerdote, non erat declaratum
nullũ per ipſum Tridentinum, tanto magis, quia vbi
fecit æquiparationem dictorum duorum caſuum,
ipſum Tridentinum expreſſis verbis adhæſit Con-
cilio generali ſub Innocentio III. de quo in d. cap.
cum inhibitio, per quem textum, vt probaui, ma-
trimonium celebratum † coram ſacerdote, & teſti- 19.
bus, non erat nullum ex capite clandeſtinitatis;
ergo filius ex eo natus, qui putatiuus dicitur, ha-
betur in omnibus & per omnia pro legitimo, quoad
effectum ſucceſſionis, & detractionis. Propterea
quoad legitimationem prolis ſufficit ignorantia † 20.
alterius coniugis, etiamſi ſuberat impedimentum
coniugij. d. cap. ex tenore. qui filij ſint legitim. & ibi
declarat Abb. numer. 3. gloſſ. in d. cap. cùm inhibitio.
§. ſi quis verò. in verſ. ſi ambo. de clandeſtin. deſponſat.
quam ibi ſequuntur omnes Canoniſtæ. Item quia † 21.
impedimentum iuris errore excuſatur, quando er-
ror eſt probabilis, gloſſ. in cap. perlatum. qui filij ſint
legitim. quæ eſt communiter recepta. Abb. in cap. per
venerabilem, num. 37. eodem titul. Sed quando perſua-

22. ſum eſt mulieri, ſacerdotem † celebrantem matrimonium eſſe legitimum, & ſufficere pro validitate matrimonij, & ita, ob deſiderium copulæ, decipitur, illa dicitur eſſe in iuſto iuris errore. Neque obſtat
23. quòd matrimonium ſit nullum, † ſi ab eo celebratum fuerit, qui in officio parochi ſe intruſit, quia hoc eſt verum ex defectu iuriſdictionis, quam conſiderauit Tridentinum pro forma, vt dixi, ſed non ad effectum vt dicatur clandeſtinum, & hanc opinionem probat Sanchez *de matrimon. lib. 3. quaſt. 42. numer. 5.*
24. vbi quando matrimonium † eſt nullum ex defectu parochi, communiter talis reputati, qui non erat, proles ex eo matrimonio ſuſcepta eſt legitima, quia ceſſat ratio *d. cap. cùm inhibitio. §. ſi quis verò. de clandeſtin. deſponſat.* quoniam dicti coniuges non poſſunt dici affectatores ignorantiæ, quia omni diligentia adhibita id ſcire nequibant, & hãc opinionem probat ex Abbate, *in cap. quod nobis. qui fil. ſint legitim.* & multò magis ſi fuit mulier, quæ ita credidit, quoniam ſibi doloſè perſuaſum fuit illum eſſe legitimum ſacerdotem; ergo filius ex ea natus, putatiuus ad omnem effectum legitimus dicendus eſt.

25. Idem dicendum eſt in filio iuſtè legitimato † per reſcriptum, quoniam in omnibus, & per omnia habetur pro legitimo, vt ſcripſi ſuprà *in parte prima, quaſt. 18. artic. 1.* Et licèt quando fuerit à patre legi-
26. timatus, cum reſtricta facultate ſuccedendi, † tunc grauatus de reſtituendo non detrahit duas quartas, vt reſpondet Peregrin. *in conſil. 27. volum. 3.* & alij quos refert Surd. *in conſil. 185. numer. 10. volum. 2.* Motus, quia ante legitimationem natus erat in ſtatu naturalitatis, & ideo legitima ei non debebatur; quamobrem ſi fuiſſet præteritus, non potuiſſet teſtamentum nullum dicere, gloſſ. *in l. 1. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul.* Dec. *in l. 1. C. eodem titul. & in conſil. 264.* Nec potuiſſet eidem deberi Trebellianica citra fructuum imputationem, quia priuilegium *l. iubemus.*
27. *C. ad Trebellian.* † non habet locum in filiis naturalibus, vt *ibi* Angel. & Rip. item Alexand. *in l. in ſideicommiſſariam, numer. 52. ff. ad Trebellian.* ergo dicta legitimatio limitatè facta à patre, non poteſt alium effectum producere, niſi limitatum, & ſicut ſi pater nihil reliquiſſet, non potuiſſet conqueri, ita ſi plus reliquiſſet, vel inſtam legitimæ quantitatem cum onere fideicommiſſi, debet integraliter obſeruare, & ita non deducet duas quartas.

Ego verò (circumſcripto conſilio Dec. 257.
28. quod *ibi* Peregrin. † nititur impugnare) arbitror hanc Peregrini opinionem non poſſe ſubſiſtere, quia ex ipſo, quòd pater legitimat filium ſuum naturalem per reſcriptum, ad omnes honores, & dignitates, & vult illum eſſe filium ſuum legitimum, & agnatum, quamuis quoad effectum ſucceſſionis, illam limitauerit, ſecundùm eius voluntatem; nihilominus dicta limitatio nullius effectus eſt, quo-
29. niam ius agnationis † non eſt quid ſeparatum à iure ſucceſſionis; ergo idem debet eſſe in iure liberorum, quia filij ideo habent hoc ius ſuccedendi patri, quia ſunt illi agnati proximiores, *l. fin. & authent. in*
30. *ſucceſſione. C. de ſuis, & legitim.* Item quia † caro filij cenſetur eadem cum carne patris *l. cùm ſcimus. §. illud quoque, in fin. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. §. ei verò qui. Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. l. fin. C. de impuber. ſubſtitut.* & propter identitatem carnis iudicatum eſt illud commune votum parentum, de quo *in l. ſcripto, in fin. ff. de liber.* Si igitur filius non eſſet ita ſanguine coniunctus cum patre, non aliter haberet d. ius ſucceſſionis, & donec durat, non poteſt dici, quòd ſit aliquid ſeparatum, aliàs ſequeretur, quòd filius poſſet, dicto iuri ſucceſſionis, tanquam ſeparato à iure filiationis renuntiare, quod non permittitur, ſicut cæteris agnatis *l. pactum quod dotali. l. final. C. de pact.* & probatur *in l. ſi quando. §. illud. C. de inoffic. teſtam.* Itẽ non poteſt eſſe alia ratio tam in cognatis, quàm in filiis, niſi quia iura ſanguinis repudiari non poſſunt. *l. iura ſanguinis. ff. de regul. iur.* cùm ergo pater legitimat † filium ad omnes honores, & dignitates, per 31.
quam voluit ſibi fieri agnatus, & ita cæteris agnatis, cenſetur etiam voluiſſe legitimate ad omnes ſucceſſiones, etiam agnatorum, & ideo facultas ſuccedendi reſtricta in legitimatione inducit perplexitatem, quia eſt contra naturam agnationis, & filiationis, quæ non ſunt ſeparatæ, imò ſunt inſeparabiles a iure ſucceſſionis; ergo dicta reſtrictio eſt reiicienda, tanquam contra ſubſtantiam actus, *l. cùm precario. ff. de precario,* & pacta, quibus non aſſiſtit ius, ſunt nulla ipſo iure, *l. fin. ff. de pactis pignor. gloſſ. fin. in l. pactum inter hæredes. ff. de pactis.* Item ad euitandam perplexitatem † pactum potius eſt interpretandum ſuperfluum, quàm iuri contrarium, *l. 1. C. de pact. pignor.* 32.
Oldrad. *in conſil. 108. numer. 2. verſ. circa ſecundum,* vbi quis inſtituerat fratrem, & plura legata fecerat, & diſpoſuit quòd hæres non poſſit adire hæreditatem, niſi ſatisfactis legatis, ex qua diſpoſitione † oritur perplexitas, quia legata non debentur, niſi adita 33.
hæreditate, & *ibi* Oldrad. reſpondet, quò aditio non dicitur prohibita, & illa qualitas, quòd non poſſit adire, niſi ſolutis, tanquam iuri contraria, eſt reiicienda. Item Dyn. *in conſil. 3.* reſpondet quòd ſi teſtator legat vſumfructum vxori, & ea mortua, facit hæredem Titium, perplexitas eſt, quia vxor non poteſt capere legatum, niſi de manu hæredis, & concludit, quòd ipſa vxor eſt hæres, & poſt eius mortem Titius; ergo dicta reſtrictio vt ſibi non ſuccedat, niſi in eo, quod ſibi reliquerit, tanquam contraria ipſi plenæ legitimationi, velut ſuperflua eſt reiicienda. Propterea Doct. concludunt, quòd filius legitimatus cum dicta reſtrictione † ſuccedendi in eo quod 34.
pater ſibi relinquere voluerit adhuc, non obſtante d. reſtrictione debet habere legitimam in bonis patris, ita reſponderunt Cephal. *in conſil. 117. volum. 1.* Pariſ. *in conſi. 7. volum. 2.* Decian. *in conſil. 49. numer. 43. volum. 2.* Riminald. iun. *in conſil. 469. numer. 13. volum 4.* quos ſequutus ſum ſuprà *in parte 1. quaſtion. 18. articul. 2. numer. 7.* quibus addo eundem Peregr. *in conſil. 18. num. 6. volum. 4.* Menoch. *in conſil. 757. verſ. ſecundus caſus. volum. 8.* Surdum *in conſil. 175. numer. 9. in fin. volum. 2.* Sed legitima debetur iure ſucceſſionis, Dec. *in conſil. 525.* Alexand. *in conſil. 41. volum. 1.* quia eſt tertia, ſiue medietas portionis debitæ ab inteſtato. *l. parentibus. l. cùm quæritur. C. de inoffic. teſtament.* & alij, quos allegaui ſuprà *in parte 1. quaſtion. 13. articul. 2. numer. 3. & ſeq.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titul. Succeſſio, cap. quando mater.* ergo ſi quando pater facit teſtamentum, & alium hæredem inſtituit, filius legitimatus debet habere legitimam, ita ſi ab inteſtato deceſſerit, dictus legitimatus qui erat ſucceſſibilis † in legitima, ſuccedit in toto, & ita per di- 35.
ctam reſtrictionem in legitimatione patris appoſitam non aufertur ius ſucceſſionis, quod eſt vnitum cum iure filiationis legitimæ, & cum iure agnationis. Nec eſt vera opinio Peregrini *in tract. de fideicommiſſ. articul. 23. numer. 34. verſ. item ius agnationis,* vbi quòd hoc ius tolli † poteſt ad effectum ſuc- 36.
cedendi, per text. *in §. quod autem, Inſtitut. de capit. diminut.* Quia ille text. non ſeparat ius agnationis à iure ſucceſſionis, imò retorquetur, quia ius agnationis perit capitis diminutione; ergo & ius ſuccedẽdi tanquam ei vnitum. Nec eſt vera ratio Bartoli, *in l. is poteſt,*

*is poteſt,numer.*8.*ff.de acquir.heredit.* quòd nepos mor-
37. tuo † patre ſuccedit in ius filiationis ſine iure ſuccedendi, quia ex illa ratione ius filiationis eſſet diuiſum à iure ſuccedendi, imò illa ratio retorquetur, quia nepos ſuccedit in iure filiationis & in iure ſuccedendi; ergo non ſunt ſeparata, ſed vnita. Item d. ratio Bartoli non eſt vera, quia ſi nepos ſuccederet in ius filiationis, & non in ius ſuccedendi, tunc ſequeretur, quòd nepos veniret ad ſucceſſionem aui, ex perſona patris, quod eſt falſum, quia venit ex pro-
38. pria perſona †, licèt ſubintret locum patris ex iuris diſpoſitione, idem Bartol. *in l.qui ſuperſtitis.ff.de acqu. hereditate,& in l.*1.*§.ſi vt nepos.ff. de collat.dot.* Socin. *in conſil.*252.*col.*4.*volum.*2. Item ſi veniret ex perſona patris tranſmiſſiuè, tunc ſufficeret in teſtamento inſtituere filium, nec requireretur nepotis inſtitu-
39. tio, contra *l. Gallus.* ergo ſuccedit vt nepos, † non autem vt filius, & ita ius ſuccedendi non eſt ſeparatum à iure filiationis. Quare filius legitimatus cum
40. reſtricta † facultate ſuccedendi, ſi eſt grauatus de reſtituendo, detrahit duas quartas, quia legitimam debet habere, non obſtante d. reſtrictione, vt probaui, & Trebellianicam detrahet vt quilibet aliàs de reſtituendo grauatus. *d. cap. Raynutius. & d. cap. Raynaldus.de teſtamentis.*

Et ideo menſibus præteritis reſpondi ſuper facultate legitimandi, quam Carolus V. Imperator conceſſit Reuerendo Priori ſanctæ Agnatis Mantuanæ ciuitatis, quòd poſſit legitimare ad quaſcunque dignitates, & honores, & reducere ad ſtatum legitimum, & ad ius agnationis, & ſucceſſionis cu-
41. iuſcumque perſonæ, dummodo legitimis † hæredibus non præiudicet, quòd iſta clauſula, tanquam inducens perplexitatem, eſt reiicienda. Item eſt contra naturam agnationis, & filiationis, quæ non ſunt ſeparatæ, imò inſeparabiles à iuro ſucceſſionis. Item
42. quia ſi conceſſit facultatem † faciendi ſuos hæredes; ergo & ſucceſſibiles, quia ius ſucceſſionis non
43. eſt ſeparatum à iure ſuitatis, quoniam ſuitas eſt ius † quoddam, per quod dominium bonorum patris cōtinuatur in filium. Bald. *in l.apud hoſtes.colum.*2. *C.de ſuis,& legitim.* Roman. *in l.apud Iulianum.§.idem Iulianus.ff.ad Trebellian.* Iaſ. *in l.qui ſe patris,numer.*3.*C. vnde lib.* & *ibi* Dec. *in princip.* Sebaſtian. Medic. *in tractat.de definitionibus c.* 84. & hoc eſt verum etiam in filio legitimato, qui iura ſuitatis acquirit, Bald. *in l.eam quam.C.de fideicommiſſ.* quem ſequitur Iaſ. *in d.l.qui ſe patris,numer.*12.*C.vnde liber.* ergo & in filio legitimato, in patriam poteſtatem redacto dominium bonorum patris continuari dicitur; ergo d. clauſula, dummodo legitimis hæredibus non præiudicet, tanquam inducens perplexitatem eſt reii-
44. cienda, filij enim † in poteſtatem redacti ſunt ſui hæredes, *§. ita demum.Inſtit.de hered.qualit.& differ. l.inter omnes.C.famil. hercisc.* & hoc eſt ſpeciale ſuitatis priuilegium, ſui enim ipſo iure hæredes ſunt, non ſolùm nomine, ſed etiam effectu, gloſſ. Bartol. & cæteri *in l.neceſſariis.ff. de acquirend. heredit.* & eo ipſo quòd probatur filius legitimus eſt ſuus hæres. gloſſ. *in §.final.Inſtitut.de hered.qualit.& differ.* Bald. *in cap.*1.*an agnatus,vel filius.* Nec obſtat, quòd Imperator habet facultatem derogandi legibus, quia in facultatibus legitimandi conceſſis d. Priori, non legitur hæc facultas derogandi legibus, vt poſſit legitimare, & facere legitimos ſuos hæredes, & agnatis omnibus, & non poſſint ſuccedere, ita quòd ſepara-
45. re poſſit † ius agnationis à iure ſucceſſionis, & quod non eſt conceſſum, cenſetur prohibitum. Bald. *in conſil.*16.*colum.*2. *in fin. verſ. comites etiam.volum.*4. & non poteſt ampliare ſuam facultatem. Paul. de Caſtr. *in conſil.*125.*numer.*3.*verſ.tertiò dubitatur..volum.*2. & ſeparando ius ſucceſſionis à iure ſuitatis, item à iure filiationis, & agnationis, oporteret derogare dictis legibus in ſpecie, quæ facultas ita derogandi non probatur in d. priuilegio Cæſaris d. Priori conceſſo. Item facultas † derogandi legibus contrariis 46.
poſita in fine dicti priuilegij, eſt reſtringenda quoad expreſſa in facultatibus tantùm, nec eſt extendenda, quando induceretur abſurdum, Bald. *in conſil.* 14. *numer.*2.*verſ.nunc ad vires,vſque ad finem volum.*4. vbi quòd debet eligi ſenſus, qui iuri conueniat, non autem, vt inducatur abſurdum perplexitatis. Signorol. *in conſil.*218.*num.*8. Alexand. *in conſil.*60.*num.*21.*verſ. poteſtas conceſſa.vol.*2. Addentes ad Alexand. *in conſil.* 188.*num.*23.*verſ.latè.vol.*5. vbi quòd non eſt facienda interpretatio contra ius, ſed contra ius eſſet, vt quis ſit legitimus filius, & agnatus, & ſuus hæres patri, & illi non poſſet ſuccedere; quamobrem d. qualitas contra iuris diſpoſitionem, potiùs eſt ſuperflua recenſenda, & ipſa vitiari debet. *d.l.*1.*C.de pactis pignor.*

Quartò declaratur, vt pater inſtitutus hæres à fi-
lio, † & grauatus de reſtituendo hæreditatem alteri 47.
ſub conditione, non aliter detrahat duas quartas. Bald. *in l.ſi à milite.§.fin.ff.de milit.teſtament.* quem ſequitur Alexand. *in l.in ratione.§. quod vulgo. colum.*8. *verſ.poteſt dubitari.ff. ad legem falcid.* Ioann. de Garronib. *in authent.ex teſtamento,numer.*27. *C. de ſecundis nuptiis, & in conſil.*54. Rolandus, qui pleniſſimè probat hunc caſum *in conſil.*39.*numer.*9. *& plur.ſeq. volum.* 3. vbi quòd diſpoſitio *d. cap. Raynutius,& d. cap.Raynaldus,* loquens de filiis, eſt correctoria iuris communis, & ſtante diuerſitate rationis non eſt extendenda ad parentes.

Sed certè iſta opinio non poteſt ſubſiſtere, quia omnes fundantur in doctrina Baldi, *in d.l.ſi à milite. §.fin.ff.de milit.teſtament.* qui non decidit, ſed reliquit cogitandum, dicit enim, an idem ſit in aſcendentibus, videtur quòd non, quia non reperitur iure cautum, cogita, & ita non poteſt Baldus allegari pro iſta parte, & infecta primitiua, remanet infecta deriuatiua, & cæteri Doctores, qui tanquam aues volantes ſequuntur Baldum, non probat, quoniam intelligendi ſunt ſecundùm Doctorem quem allegant. Paulus Picus *in l. Titia. §. Titia cum nuberet. numer.* 56.*de legat.*2. & facit deciſio Baldi *in d. l. ſi à milite. §. fin.* Sed, vt oſtendi, *ibi* Bald non decidit, Rubeus *in l.pater filium,numer.*48.*ff.de inoffic.teſtament.* dicit diſpoſitionem duarum quartarum non habere locum in patre, vt dicit Bald. *in d.l.ſi à milite.§.fin.* ſed, vt dixi, Baldus non dicit hoc, & valdè decipiuntur ſcribentes, qui non vident Doctores in fonte antequam ſcribant. Politus *in l. filium quem habentem. num.*141. *C. famil. herciſcund.* dicit, quòd diſpoſitio duarum quartarum procedens de iure Canonico, ſi per errorem fuit recepta de iure ciuili, non habet locum in aſcendentibus, ſed poſtea. Idem Politus *ibid.num.* 170. *verſ.ſed hoc nihil facit*; quòd ſi reſectiones duarum quartarum iure, & ratione inductæ fuerint, etiam in aſcendentibus locum habent, propterea concludo paucos ex allegatis per Rolandum affirmare ipſam concluſionem, ita vt in veritate pro eius opinione quam habet, pro veriori allegandi ſint.

Quòd autem etiam aſcendentes grauati de reſti-
tuendo ſub conditione detrahant duas quartas, † 48.
firmarunt Paul. de Caſtro *in conſil.*366. *num.*2. *vol.*2. Crauett. *in conſil.* 110. *numer.* 1. Capra *in conſil.* 99. *numer.*7.*& ſeq.* Cuman. *in d.l.ſi à milite.§.fin ff.de milit. teſtament.* & poſt Crot. *in pluribus locis,* Barbat. Zanchum

chum,& alios plures relatos per Viuium *in deciſ.405. numer.17.* probat ita fuiſſe iudicatum in Regia Audientia, ita etiam fuit indicatum in Parlamento Tholoſano, vt per Gerardum *in deciſ. 47. parte quinta*, vt *in Digeſtis Nouiſſimis tomo quinto, titulo Quarta. cap. parentes.* Quare computatis fratribus in Trebellianicam, iuxtà *d. l. in fideicommiſſariam*, quia diſpoſitio *d. l. iubemus*, non habet locum in ipſis, vt dixi *in ſecunda declaratione*, duas quartas detrahere poterunt.

Secundus caſus eſt, cùm teſtator inſtituto filio impuberi pupillariter ſubſtituit, atque ſubſtitutum
49. grauat de reſtituendo alteri, tunc grauatus † ſolam Trebellianicam detrahit. Bartol. & Immol. *in l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari, & pupill.* Paul. de Caſtro, & Fulgoſ. *in l. ex tribus vnciis. C. de inoffic. teſtament.* Alexand. *in conſil. 36. numer. 4. volum. 7.* Cuman. *in conſil. 124. numer. 3.* Capra *in conſil. 7. in fin.* & alij plures ad hoc allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 8. numer. 41.* per Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 198. numer. 5. verſ. Trebellianicam verò*, & per Mangil. *in tract. de imput. & detract. quæſt. 124. numer. 12. & ſeq.* Sed legitimam competentem dicto filio impuberi inſtituto minimè detrahit, prout eſt caſus *in l. ſi fundus per fideicommiſſum*, aliàs eſt *l. ſi Titio. §. ſicuti. de legat. 1.* & *ibi* hanc concluſionem probant Gloſſ. Bartol. Immol. & Iaſ. & poſt quamplurimos relatos probant Mantic. *de coniectur. lib. 7. titul. 8. numer. 12.* Gabriel *de legitima. concluſ. 1. numer. 34.* Craſſ. *in §. legitima. quæſtion. 38. numer. 6.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 13. numer. 105.* Peregrin. *in d. articul. 8. numer. 25.* Mangil. *in d. quæſt. 124.* & eſſe communem concluſionem probat Viuius *opinion. 864. numer. 21.* & ratio eſt, quia licèt ipſe fi-
50. lius non poſſit grauari in legitima, † ſed omne onus reiicitur, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* & ideo per aditionē filij impuberis factum eſt proprium illius patrimonium, gloſſ. *in l. 1. §. veteres. ff. de acquirend. poſſeſſ.* tamen pater poteſt teſtamentum facere pro filio, *l. 2. ff. de vulgar. & pupill.* ergo ſicut ipſe impubes potuiſſet d. ſuam legitimam alteri relinquere ſi teſtari potuiſſet, ita & pater pro eo faciendo teſtamentum cenſetur d. filij legitimam onerare d. fideicommiſſi grauaſſe, Menoch. *lib. 4. præſumpt. 72. numer. 3.* Secus eſt ſi grauaretur ſubſtitu-
51. tus puberis, † pro quo pater teſtamentum facere non poteſt. Menoch. *d. præſumpt. 72. numer. 4.* Peregrin. *in d. articul. 8. numer. 26. & in articul. 12. numer. 26.* Quamobrem ſi pater ſolam legitimam
52. dicto filio ſuo impuberi † reliquiſſet, & grauaſſet ſuccedentes ab inteſtato dicto impuberi aliis reſtituere, quia grauamen quod non potuit imponi filio, eſt impoſitum ab hærede ipſius, & à patre qui pro d. filio impubere teſtamentum facere potuit, ideo eſt fideicommiſſario reſtituenda, tanquam ſi grauamen ab ipſo filio ſuper ſuo proprio patrimonio impoſitum eſſet. Cuman. & Paul. de Caſtro *in d. l. ex tribus. C. de inoffic. teſtament.* Menoch. *in præſumpt. 72. numer. 5.* Mangil. *in d. quæſt. 124. num. 6.* Suarez *in l. quoniam in prioribus. limitat. 1. numer. 21. C. de inoffic. teſtam.*

Declaratur iſte caſus, nam ſi pater fecit dictum
53. fideicommiſſum à ſubſtituto dicti filij impuberis, † vel à ſibi ſuccedentibus ab inteſtato, illud expirat adueniente pubertate filij inſtituti, prout eſt caſus *in l. quod fideicommiſſum. de legat. 1.* & hanc opinionem firmarunt, gloſſ. *in d. l. quod fideicommiſſum*, & *ibi* Bartol. *in ſummario*, Paul. de Caſtr. *in d. l. ex tribus. numer. 3. verſ. ſi verò decedat, & in conſil. 43. colům. 2. & in conſil. 72. in primo dub. volum. 2.* Craſſ. *in §. legitima. quæſtion. 38. numer. 8.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 8. numer. 28. & artic. 12. numer. 30.* Menoch. *in d. præſumpt. 72. numer. 20. lib. 4.* Cucchus *in tract. de legitima, in §. nec vſufructu defraudari, numer. 26. circa finem*, qui cæteros referunt, vnanimiter aſſignant rationem, quia poteſtas patris circa teſtamētum faciendum pro filio, expirat pubertate, *§. maſculo. Inſtitut. de pupill. & l in pupillari. ff. eodem titul.* ergo expirat fideicommiſſum à patre relictum, quia hæredes filij puberis poſſunt habere illius patrimonium ex proprio iudicio, non autem à patre, cuius poteſtas ſubſtituendi pupillariter deficit poſt pubertatem, vt docet Bartol. *in d. l. ſecunda, & ibi* communiter omnes. *ff. de vulgari*, & latiùs per Politum *de ſubſtitut. pupillari.* circa eius requiſita.

Nec eſt vera opinio contraria, quam tenet Oddus *in conſil. 63.* † *numer. 18. & plur. ſeq.* videlicet, 54.
quòd dictum fideicommiſſum durat poſt pubertatem, quia eſto quòd valeat fideicommiſſum † reli- 55.
ctum ab hærede hæredis, qui non ſit honoratus, ſi ſub nomine appellatiuo grauatus fuerit, per *l. ſi fuerit, & l. ſeq. de legat. 3.* Tamen hæc ratio non percutit punctum, vt cùm fideicommiſſum factum impuberi, quod eſt validum etiam reſpectu legitimæ, habeat validitatem etiam poſt pubertatem, & ex diuerſis non fit illatio. Nec eſt verus intellectus, quem Oddus *ibi* ſcribit ad *d. l. quod fideicommiſſum. de legat. 1.* videlicet, quòd illud expirat ex voluntate patris, qui voluit illud ſolùm durare durante impubertate. Nam cùm in vnoquoque actu requiratur voluntas, & poteſtas, actus magis eſt denominandus à poteſtate, † quàm à voluntate, quo- 56.
niam à poteſtate metimur voluntatem, *l. Lucius. §. pen. ff. ad municip. cap. à nobis. de ſentent. excomm.* Dec. *in conſil. 504. colum. 1.* Crauett. *in conſil. 106. num. 6.* propterea dicendum eſt, quòd in caſu *d. l. quod fideicommiſſum*, illud expirat, quia pater vltra impubertatem non habebat poteſtatem, & ab ea regulanda eſt illius voluntas. Nec eſt verum quod moderniſſimi affirmant, opinionem Oddi eſſe communiter receptam. Primò nullus Doctor ita ſcripſit, & ipſi moderniſſimi, quia ita atteſtantur, non viderunt Doctores, quos allegant. Nam Alexand. *in conſil. 67. numer. 2. vol. 1.* & Cephal. *in conſil. 153. numer. 66. volum. 2.* tantùm generaliter ſcribunt, fideicommiſſum poſſe relinqui ab hærede hæredis non honorato, quod non contradicit caſui, de quo agimus. Nec Ruin. *in conſil. 130. numer. 17. & ſeq. volum. 2.* nec Pariſ. *in conſil. 81. colum. 1. & 2.* aliquid tangunt de iſta materia, ita vt cumulatio tot allegationum potiùs videtur ſcripta ad decipiendum iudices.

Secundò declaratur, nam ſi teſtator inſtitutis filiis impuberibus, & reciprocè ſubſtitutis, ſi omnes deceſſerint ſine filiis, ſubſtituit Titiū, & ſi alter in ætate pupillari deceſſerit, tunc hæres ſecundi poterit detrahere legitimam, † & Trebellianicam ex per- 57.
ſona primi, quoniam duæ factæ fuerunt ſubſtitutiones, videlicet pupillaris de fratre ſuo, & fideicommiſſaria poſt mortem vtriuſque; ergo cùm præſupponamus primum fuiſſe grauatum etiam per fideicommiſſum, ideo non cenſetur in legitima, nec in Trebellianica grauatus; ergo iſtæ quartæ remanent penes eum, & ita perueniunt ad ſecundum per pupillarem; ergo ſubſtitutus ſecundo illas detrahet ex perſona primi, ſicut poterat detrahere ipſe ſecundus. Bald. *in l. cùm virum. colum. 2. C. de fideicommiſſ.* vbi ſe remittit ad *l. ex tribus, propè fin. C. de inoffic. teſtament.* & *ibi* ſcribit, quòd ſi teſtator habens duos

duos filios, alterum impuberem, alterum puberem, quos hæredes inſtituit, & eis, & cuilibet ipſorum ſubſtituit Titium, ſi primò deceſſit pupillus, deinde pubes, tunc ex perſona puberis detrahetur legitima, & Trebellianica portionis. Item ex perſona impuberis, quaſi vterque ſit grauatus fideicommiſſo, non autem quaſi ſolus impubes grauatus ſit, & ita dicit ſe conſuluiſſe in ciuitate Viterbij, & ſequitur Capra *in conſil. 7. numer. 24. & ſeq.* Corn. & alij relati per Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. parte 6. numer. 11. ff. ad Trebellian.* Peregrin. *in articul. 8. numer. 42.* vbi quòd Titius ſubſtitutus omnibus capit poſt mortem vltimi à ſingulis, & ideo de portione cuiuſlibet detrahitur legitima, & Trebellianica, gloſſ. & Doct. *in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulgari.* Aretin. *in conſil. 155. colum. pen. & in l. 1. §. final. ff. de vulgari, & pupill.* Rip. *in l. centurio, numer. 127. & ibi* Galiaul. *numer. 102.* quos refert Peregrin. *in d. articul. 12. numer. 44.* Sed ſi Titius non fuiſſet ſubſtitutus omnibus, & ſingulis, ſed ſolùm vltimò mo-
58. rienti, † tunc quæſita à fratre per pupillarem reſtituuntur, non detracta legitima. Cuman. *in conſil. 125.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 376. circa med. volum. 1.* & alij per Zanch. *in d. parte 6. numer. 12.* qui hanc opinionem defendit contra Ancharan. *in conſil. 27.* ſiquidem legitima non poteſt detrahi ex perſona pupilli, qui non fuit grauatus per fideicommiſſum, ſed ſibi prouiſum per pupillarem, nec ex perſona ſubſtituti pupillaris grauati per fideicommiſſum, quoniam in bonis fratris defuncti nulla legitima debetur. Trebellianica autem detrahenda eſt, quia illa non detrahitur ex perſona primi impuberis, ſed ex
59. perſona ipſius vltimi, qui de quacumque re, † quam vigore fideicommiſſi vniuerſalis reſtituit, illam detrahere poteſt, Cuman. *in d. conſil. 124.* Zanch. *in d. part. 6. numer. 11. verſ. ſecundo caſu*, Peregrin. *in d. articul. 8. numer. 42. verſ. aut verò ſubſtitutio.* Sed quando ſupereſt mater in medio, tunc illa detrahet legitimam, & Trebellianicam, de qua re ſcripſi ſuprà in hac quæſtione *articul. 11. in 3. caſu. in 2. declaratione.*

60. Tertius caſus eſt. Hæres poteſt deducere legata ſoluta legatariis. Crot. *in conſil. 275. numer. 56.* totum enim onus ſoluendi legata pertinet ad hæredem, Ruin. *in conſil. 67. numer. 11. volum. 2.* ideo poteſt conueniri à legatariis, etiam ſi reſtituiſſet fideicommiſſum, Caſtrenſ. *in l. Marcellus, num. 9.*
61. *ff. ad Trebellian.* poſt gloſſ. *ibi.* Item quia vbi hæres † reſtituiſſet fideicommiſſario antequam legata ſoluiſſet, poteſt repetere à fideicommiſſario, vt legata ſoluat à quo relicta ſunt, Natta *in conſil. 323. propè finem*, Crauett. *in conſil. 16.* ergo multo magis poterit ipſe deducere de fideicõmiſſo, ſi legata præſtitiſſet.

Quartus caſus. Hæres grauatus poteſt deducere
62. omnia † debita hæreditaria, quæ ipſe ſoluit. Natta *in conſil. 255. numer. 9.* Socin. iun. *in conſil. 28. numer. 3. volum. 2.* Petra *de fideicommiſſ. quæſtion. 15. numer. 2. & numer. 67.* pro quibus ipſe hæres poteſt retinere tot bona hæreditaria, quot ſufficiunt pro ſuo credito pecuniarum quas erogauit pro ſolutione æris alieni, Menoch. *in conſil. 118. num. 5.* Bartol. Alexand. & alij *in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellian.* Surd. *deciſ. 92. numer. 6.* Rota *deciſ. 267. part. 1.* in vltimò impreſſis, vbi etiam quòd in tali bonorum retentione æſtimatio facienda eſt ſecundùm tempus factæ ſolutionis, non autem ſecundùm tempus reſtitutionis fideicommiſſi. Mantic. *de coniectur. lib. 7. titul. 8. numer. 12. circa finem.* Surd. *d. deciſ. 92. numer. 40.*

63. Quintus caſus eſt. Hæres pro impenſis funeris, † quas erogauit, poteſt de bonis hæreditariis deducere, Roman. *in conſil. 176. num. 6.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 186. colum. 2. volum. 2.* Crot. *in d. conſil. 275. numer. 61.* Guidopap. *deciſ. 496.* Hoc enim debitum dicitur hæreditarium, & magis priuilegiatum quàm aliud quoduis creditum, *l. 1. l. ſi quis ſepulcrum. l. impenſa. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. l. final. §. in computatione*, & *ibi* gloſſ. *in verſ. funus. C. de iure deliberandi*, & propterea in primis dictas impenſas eſſe deducendas. *l. Papinianus. §. quartæ. ff. de inoffic. teſtam. l. in reſtituenda. C. de pet. hæreditatis.*

Sextus caſus eſt. De bonis fideicommiſſi dos † 64.
matris detrahenda eſt, Natta *in conſil. 255. numer. 6.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 15. numer. 7.* Matzarius *in epitom. de fideicommiſſ. quæſt. 65. in princip. §. quamobrem, in Authentic. de reſtitut. & ea quæ parit, Authent. res quæ. C. communia de legat.* vbi Bartol. & cæteri firmant, dictam dotem deducendam eſſe, etiam
ſi fuiſſet recepta † poſtquam fideicommiſſum fa- 65.
ctum fuiſſet, Angel. *in d. authent. res quæ.* Doct. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellian.* & latiùs probat Decian. *in conſil. 18. numer. 26. & ſeq. volum. 2.* Dec. *in conſil. 519.* vbi quòd *d. authentic. res quæ*, habet locum, etiamſi obligatio facta ſit poſt fideicommiſſum, & hanc opinionem tenet Rota *in deciſ. 37. numer. 4. parte 1. in nouiſſimis*, vbi multa allegat, quia *d. authent. res quæ*, eſt fauorabilis, & habet locum
in natis, & conceptis poſt obitum † fideicommit- 66.
tentis, vt *d. deciſ. 37. numer. 5. & in deciſ. 642. num. 3. part. 1. in Nouiſſim.* ita vt aliqui voluerunt habere locum etiam in extraneis. Loaz *in l. filiusfamiliàs. §. diui. numer. 138. de legat. 1.* quæ opinio non eſt ve-
ra, quia in ſolis † deſcendentibus locum habet, ita 67.
vt nec in aſcendentibus, nec in collateralibus locum habere poſſit, vt probat Hieronym. Papp. *in conſil. 144. per totum.* Item habet locum in deſcen-
dentibus legitimatis, † vt latiùs per Rouit. *in toto* 68.
conſilio 63. Item in filia naturali cui per diſpoſitio-
nem *cap cùm haberet*, † *de eo, qui dux. in matrimon.* 69.
quam polluit per adulter. debentur alimenta, & per conſequens dos, loco alimentorum, vt per Iaſ. *ibi numer. 33. in 7. limitat.* Curt. iun. *numer. 41.* Padill. *numer. 64.* Rouit. *in d. conſil. 13. in fine.* Item quæ ſcripſi de dote danda, habent etiam locum in reſti-
tuenda, † *d. §. quamobrem, & ibi* gloſſ. & Doct. Cyn. 70.
in authentic. contra cùm rogatus C. ad Trebell. quia priuilegia conceſſa doti dandæ habent etiam locum in dote reſtituenda. *l. 1. §. & vt plenius, verſ. vtroque latere. C. de rei vxor. act.* Bald. nouell. *in tract. de dote parte 6. priuileg. 11.* Ripa *in d. §. diui. numer. 77.* Iaſ. *in conſil. 157. volum. 3.* Pariſ. *in conſil. 52. numer. 4. volum. 2. & conſil. 63. numer. 35. eodem volum. 2.* Cephal. *in conſil. 177. numer. 10. & conſil. 261. num. 22. & conſil. 272. numer. 43.* Crauett. *in conſil. 13. in fin. & conſil. 291. in fin.* Ruin. *in conſil. 137. numer. 18. vol. 2. & conſ. 57. numer. 5. vol. 5.* Roland. *in conſ. 27. volum. 7.* & latiùs per Eugen. *in conſil. 54. numer. 5.* qui omnes alios refert, ſecus in dote confeſſata, quia
d. confeſſio † non nocet fideicommiſſario, & ita 71.
dicit Bald. Nonell. ſe aliàs reſpondiſſe, *in tract. de dote parte 6. priuilegio 13.* Purpurat. *in conſil. 395. numer. 4. volum. 1.* niſi prius facta eſſet dotis promiſſio, deinde ſequuta fuiſſet illius confeſſio, ex latè deductis per Rouit. *in conſil. 61. numer. 4.* Item de bonis fideicommiſſi deducẽdum eſt ipſum augmentum dotis, gloſſ. *in d. §. quamobrem*, & hanc eſſe communem opinionem non ſolùm in augmento pro-
ueniente ex pacto partium, † ſed etiam taxato per 72.
ſtatutum. Socin. *in conſil. 23. numer. 4. volum. 3.* & cæteri relati per Crauett. *in conſil. 156. numer. 4.* quam

quam opinionem ſequitur Rota *in decif. 209. numer.*
2. part. 1. in vltimò impreſſis. Item pro apparatibus
qui ſolent fieri tempore nuptiarum, Salyc. *in d. au-*
thent. res quæ. numer. 5. C. commun. de legat. quia huiuſ-
73. modi apparatus, † qui ſolent fieri pro feſtiuitati-
bus nuptiarum, ſunt de appenditiis, & connexis do-
tis. Alexand. *in conſil. 27. volum. 5* Curt. iun. *in conſil.*
129. in fin. Pariſ. *in conſil. 95. numer. 12. volum. 2.*
Roland. *in tract. de lucro dotis. quæſtion. 50.* Barz. *in*
decif. 105. numer. r1. & ita etiam iudicatum, vt *in*
Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titul. Fideicommiſſum, cap. &
pro apparatibus; quoniam ſi apparatus non darentur,
tantò maior dos danda eſſet. Idcirco comprehendi-
tur ſub permiſſione teſtatoris, & lex præſumit hoc
congruere voto aſcendentis facientis fideicom-
miſſum.

Declaratur iſte caſus multipliciter. Primò, quòd
74. facta † ſemel alienatione de bonis fideicommiſſi,
ſiue pro dote danda, vel reſtituenda, ſiue pro au-
gmento dotis, vel pro apparatibus, mortua vxore
dicta bona ſemel alienata non debent reuerti ad fi-
deicommiſſarium, quoniam dicta alienatio eſt per-
petua, Socin. *in d. conſil. 23. numer. 58. volum. 3.* &
ita fuit reſolutum, Rota *in d. decif. 209. part. 1.* in vl-
timò impreſſis.

75. Secundò declaratur, vt alienatio † facta etiam
de annuis introitibus ſuper bonis fideicommiſſo
ſubiectis ex d. cauſa dotis, non multiplicetur propter
moram hæredis grauati alienantis, & non ſoluerit
dictos annuos introitus, quia hoc eſſet in perniciem
totius fideicommiſſi, & ideo malè Peregrin. *in art*
76. 42. † *numer. 96.* ſcripſit, quòd ſi permiſſa eſt aliena-
tio, etiam eſt permiſſa pignoris obligatio, ad *l. ma-*
gis puto. §. item prætor. ff. de reb. eor. & priuilegium hy-
pothecæ conuentionalis pro ſorte, prodeſt etiam in
vſuris. *l. Lucius. ff. qui pot. in pignor. hab.* & origo con-
ſtituti contractus validi ab initio attendi debet, *l.*
nam origo. ff. quod vi, aut clam. Hæc doctrina non eſt
bona, nam permiſſio alienationis eſt facta pro certa
quantitate dotis, & quidem congrua, vigore *d. auth.*
res quæ. ad tradita per Corn. *in conſil. 3. volum. 3.* quæ
77. diſpoſitio non eſt extendenda † propter moram hæ-
redis non ſoluentis annuos introitus, quia ita fi-
deicommiſſum extingueretur, quod eſt contra men-
tem teſtatoris aſcendentis, ex cuius intentione lex
diſpoſuit *d. authent. res quæ.* Deinde annui introi-
78. tus † qui venduntur ſuper rebus fideicommiſſi pro
dote, non venduntur vt vſuræ, vt malè cogitauit
Peregrin. quia ſunt ipſum capitale, & ipſa ſors prin-
cipalis dotis, vt poſt alios ſcripſit Franch. *in decif.*
254. & ita fuit iudicatum, quos ſi emptor propter
ſuam negligentiã non exegit, non habet vlterioem
actionem ſuper bonis fideicommiſſi in illius perni-
ciem, ſed contra grauatum, & alia eius bona agere
debet. Item quod reſpectu dotis congruæ diſpoſi-
tum eſt, reſpectu moræ hæredis cenſetur prohibi-
tum, quoniam remanet ſub regula generali, quòd
bona fideicommiſſi alienari non poſſunt.

Tertiò declaratur, nam bona ſubiecta fideicõmiſ-
79. ſo, † poſſunt ex cauſa dotis alienari per grauatum,
quando non adſunt alia bona, ex quibus ipſa dos
conſtitui poſſit, ita videtur probari *in l. profectitia.*
§. ſi filius, in 2. ff. de iure dot. & ita firmarunt Bartol. *in*
l. non quemadmodum. ff. de liber agnoſc. Bald. *in l. pater.*
per illum text. & *ibi* gloſſ. *ff. de euict.* Salyc. *in l. final.*
C. de dot. promiſſion. Bald. & cæteri, *in d. authent. res*
80. *quæ.* Idem ſi haberet † alia bona materna ex quibus
dos conſtitui poſſet, tunc enim ceſſat diſpoſitio *d.*
authentic. res quæ. Iaſ. *in conſil. 231. numer. 4. verſ. nam*
cùm iſta domina. volum. 2. Cuman. *in l. mulier. §. cùm*
proponeretur. numer. 12. ff. ad Trebellian. Crauett. *in*
conſil. 91. numer. 18. Roland. *in conſil. 85. numer. 9. vo-*
lum. 1. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 189. numer. 8. & ſeq.*
& ita iudicatum in Rota, vt *Digeſt. Nouiſſim. tomo 5.*
titulo Fideicommiſſum. cap. ex bonis. quia *d. authent. res*
quæ, † eſt remedium ſubſidiarium, & non procedit 81.
quando ex aliis bonis poteſt conſtitui, vt firmarunt
Franciſc. de Ponte *in conſil. 45. numer. 1.* & latiùs Me-
noch. *in conſil. 1018. numer. 7. volum. 11.* qui alios re-
fert, Decian. *in conſil. 10. num. 3. vol. 2.*

Quo caſu non eſt recipienda opinio Peregini *in d.*
articul. 42. numer. 73. quòd mulier ad tuendam do-
tationem habet intentionem fundatam, videlicet
alia bona libera non extitiſſe, ex quibus dos eius
conſtitui potuiſſet, & allegatni alia extitiſſe proba-
re † debet, tanquam ſuæ intentionis fundamen- 82.
tum, quoniam regula prohibitiua eſt in contra-
rium, quæ vult bona fideicommiſſo ſubiecta alie-
nari non poſſe; ergo qui ſe fundat contra regulam
ex diſpoſitione legis, qualitatem illius legis proba-
re debet, vt in his terminis probat Natta *in conſil.*
238. numer. 6. verſ. & ſi dicatur, qua non probata ob-
tineri non poteſt. Item quòd in his terminis onus
probandi incumbat mulieri, firmarunt Pariſ. *in conſ.*
119. numer. 5. volum. 1. Corn. *in d. conſil. 3. numer. 5.*
volum. 3. Bellon. *in conſil. 83. numer. 7.* quos, & alios
refert Matzar. *in epitom. de fideicommiſſ. numer. 73.* &
ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5.*
titul. Fideicommiſſum, cap. neque emptor, & probatur
etiam per generales terminos, nam qui ſe fundat
contra regulam legis per legem limitantem, quali-
tatem illius legis probare debet, Cyn. *in l. 2. C. de*
probat. Ioan. Andr. ad Specul. *in titul. de accuſat. &*
inquiſit. gloſſ. *in l. eum actum. ff. de negot. geſt.* Bartol. *in*
l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. de adulter. & in l. 1.
C. qui accuſ. non poſſ. & in l. edita in repetitione. C. de
edendo.

Quartò declaratur, vt diſpoſitio *d. authent.* † *res* 83.
quæ, habeat locum etiam quando filius poſt in-
iunctum grauamen fideicommiſſi, mortuo patre
conſumpſiſſet legitimam & Trebellianicã, & poſtea
receperit dotem ab vxorè, nam mortuo d. marito,
vxor poterit petere reſtitutionem dotis ſibi fieri ſu-
per bonis fideicommiſſi, per text. *§. audierunt, in*
Authent. de reſtit. fideicommiſſ. quoniam non attendi-
tur tempus conſumptionis, ſed ſolùm tempus reſti-
tutionis, & hanc concluſionem firmarunt Dec. *in*
conſil. 376. in fin. Iaſ. *in conſil. 157. in 3. dubio. volum 2.*
vbi atteſtatur eſſe communem, & neminem contra-
dicere, & alij plures ad hoc relati per Beccium *in*
conſil. 54. volum. 1. & per Decian. *in conſil. 18. num. 27.*
volum. 2. & per Peregrin. *in d. articul. 42. numer. 13.*
quam concluſionem ego ſequor, ſi poſt conſumptio-
nem † quartarum recepit dotem, quia mulier, ad 84.
cuius beneficium facta eſt *d. authent. res quæ,* non de-
bet ſuis dotibus defraudari, ſecus ſi poſt receptio-
nem dotis, legitima & Trebellianica inceperunt di-
lapidari, quæ ſufficiebant pro dotis reſtitutione, vt
poſt Bald. & Corn. *in d. authent. res quæ,* probat Pur-
purat. *in conſil. 395. verſ. ex iis iuſtificata.* tunc enim
videns maritum ſuum dilapidare, poterat vti re-
medio *l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. & l. vbi adhuc. C. de*
iure dot. & ſuper d. rebus præferri, propterea, æquius
erit, vt tunc vxor † agat contra tertios bonorum 85.
poſſeſſores, in quos alienatio facta fuit, quia, vt
dixi, *d. authentic. res quæ,* procedit in ſubſidium, & ſi
vxor poteſt agere contra tertios poſſeſſores, & ab iis
recuperare, ceſſat remedium *d. authent. res quæ,* quod
eſt ſubſidiarium, & ad hoc etiam conferunt ſcripta
per Seraphin. *in decif. 678. num. 8.*

Quintò

86. Quintò declaratur, vt diſpoſitio *d. authent. res* † *quæ*, locum habeat, ſi teſtator ſpecialiter alienationem prohibuiſſet etiam ex cauſa dotis, & hanc concluſionem latiùs, & certiùs aliis modernis elucubrauit Rouitus *in conſil.* 54. qui allegauit omnes Doctores in puncto loquentes, & ſecundùm iſtam opinionem fuit iudicatum in omnibus tribunalibus, in ſenatu Mantuano, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 3. *titul. Dos. cap. quando nulla*, & in Parlamento Gratianop. vt *tomo* 5. *tit. Legitima. cap. nec prohiberi, verſ. contra.* & in Regno Neapolis, vt *tomo tertio. tit. Alienatio. cap. propter.*

Secundò declaratur, nam ſi qui de familia paciſcantur ne bona eorũ exeant de familia, prohibentes
87. alienationẽ etiã ex cauſa dotis, dicta probitio † non habet effectum, tum quia prohibitio, quæ fit per cõtractũ, non impedit dominij tranſlationem. Iaſ. *in l. ſi ita quis. §. ex lege, n.* 4. *& num.* 20. *& ſeq. ff. de verb. oblig.* Ioan. de Anan. *in conſ.* 47. *num.* 8. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 4. *numer.* ... Tum etiam, quia diſpoſitio *Authentic. res quæ*, non habet locum in contractu, ex latè congeſtis à Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 61. *num.* 9. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 186. & latiùs per Rotam *in deciſ.* 449. *numer.* 4. *& deciſ.* 526. *part.* 1. in Nouiſſim.

88. Septimus caſus eſt, grauatus † de reſtituendo detrahit meliorationes in rebus hæreditariis factas, Roman. *in conſil.* 276. *numer.* 7. Cuman. *in conſil.* 56. Fulgoſ. *in conſil.* 8. & alij relati per Marzar. *de fideicommiſſ. quæſtion.* 65. *verſ. & de melioramentis.* & per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 50. per totum, Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 15. *numer.* 213. *& plur. ſeq.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 32. Surd. *de alimentis. titul.* 6. *quæſt.* 6. *numer.* 15. Alex. Trentacinquius *in tract. de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 14. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. voluntat. lib.* 3. *ſolut.* 5. *fol.* 358. Mangil. *in tract. de imputationib. & detractionib. quæſtion.* 136. *numer.* 23. *& ſeq.* & quæ ſint expenſæ neceſſariæ, quas quilibet etiam malæ fidei poſſeſſor deducere poteſt, vide caſus deciſos *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 4. *titul. Meliorationes. cap.* 1. *& cap. ædificare, & cap. meliorationes.* Item quomodo factæ ad perpetuam rei vtilitatem detrahendæ ſint contra fideicommiſſarium, *ibid. cap. ſi grauatus.* Item quando reſpectu vtilium debeatur æſtima-
89. tio, † & quando permittatur abraſio, *ibidem cap.* 2. *& cap. conductor.* Item quo pretio æſtimandæ ſint dictæ meliorationes, vide *ibidem in cap. ſuccumbens.* Quorum capitum concluſiones ſunt adeò digeſtæ, vt nihil ſuperaddi poſſit, & quomodo pro eiſdem permittatur retentio rerum, donec ſoluatur pretium, ita vt impendens habeat ius inſiſtendi in ipſis rebus melioratis, inde plures deciſiones, *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 1. *titul. Retentio. cap. pro meliorationibus.* & *ibi* etiam quod permittitur etiam in executione ſententiæ, Roland. *in conſil.* 28. *volum.* 1.

90. Iſtæ autem exceptiones detractionum † à ſolo hærede opponi poſſunt, ſuperfluè enim petit taxare, qui non habet deductionem, vide Purpurat. *in conſil.* 57.

ARTICVLVS XVIII.

De fideicommiſſo contra fiſcum.

SVMMARIA.

1. *Delicta propter publicum intereſſe ſunt punienda.*
2. *Pœna confiſcationis ſublata per ſtatuta ex cauſa rationabili.*
3. *Fideicommiſſa contra fiſcum propter quam cauſam deberent prohiberi.*
4. *Filius occiſoris an excludatur à feudi ſucceſſione.*
5. *Vaſallus quare propter proditionem feudum amittat.*
6. *Proditor quis dicatur.*
7. *Filij vaſalli puniti per leges feudales in amiſſione feudi, non ſuccedunt in illo feudo.*
8. *Fideicommiſſum approbatum in dubio intelligitur iure feudi.*
9. *Leges feudales ſemper ſeruandæ ſi non ſint contrariæ iuri Romanorum.*
10. *Filij vaſalli delinquentis non excluduntur à ſucceſſione feudi ſi pater illud non poſſidebat. Contrarium, num. 20. & ſeq.*
11. *Delictum patris non nocet filiis in feudo, quando pater illud non poſſidebat.*
12. *Feudum amittere dicitur, qui eſt de comprehenſis in inueſtitura, etiam ſi illud non poſſideat.*
13. *..& quando actio ad poſſidendum feudum eſt in bonis inueſtiti.*
14. *Res eſt in bonis eius, qui habet actionem ad illam.*
15. *Feudatarij dicuntur omnes, qui ſunt inueſtiti de feudo.*
16. *Inueſtiti ſuccedunt ad ſolam adminiſtrationem, ſicut ſui hæredes.*
17. *..non dicuntur ſuccedere, ſed quæſitum capere.*
18. *Poſſeſſio in feudalibus ſemper continuatur in proximè ſucceſſurum.*
19. *Occidens qui eſt proximior ſuccedit occiſo, donec fiſcus ab illo auferat.*
21. *Occidens fratrem nocet omnibus ſequentibus in gradu.*
22. *Delictum patris nocet filiis in feudis.*
23. *Filius non debet fieri locupletior ex delicto patris.*
24. *Agnato aperitur locus ſuccedendi in feudis per delictum proximioris.*
25. *..ſed hoc non procedit in filiis.*
26. *Filio cenſetur conceſſum feudum contemplatione patris.*
27. *Feuda dantur cum fidelitate præſumpta, & auferuntur cum infidelitate præſumpta.*
28. *Feudatarius occidens proditoriè alterum præſumitur infidelis.*
29. *Filius præſumitur infidelis propter infidelitatem patris.*
30. *Statutum de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem non habet locum in feudo ex pacto & prouidentia.*
31. *..ſecus in feudo hæreditario reddcto ad inſtar patrimonialium.*
32. *Statutum de continuanda poſſeſſione habet locum in feudis alio non poſſidente.*
33. *Poſſeſſio in feudalibus continuatur in immediatè ſucceſſuros vigore ſtatuti.*
34. *Poſſeſſio caſtri tranſit ſimul cum iuriſdictione vigore ſtatuti.*
35. *Confiſcatio bonorum cenſetur prohibita per fideicommiſſum reſultans ex prohibitione alienationis.*
36. *..ſecus ſi ſunt prohibita alienari inte viuos.*
37. *Prohibitio alienationis quando dicatur inter viuos.*
38. *Confiſcatio non cenſetur prohibita, quando fideicommiſſum extinguitur in perſona de familia.*
39. *Primogenitura ſuper feudo recto non potuit fieri in præiudicium vocatorum.*
40. *Primogenituræ confirmatio cenſetur facta reſpectu præiudicij conſentientium.*

41. *Princeps conſentiens cenſetur reſeruaſſe ſibi futuras deuolutiones.*
42. *Delictum patris non nocet filiis conceptis, & natis ante delictum.*
43. *Delictum feudale quale ſit, & quale non feudale.*
44. *Pater non nocet filiis in delicto communi, ſecus in delicto feudali.*
45. *Filij delinquentis priuantur feudo, quando commiſſum eſt delictum contra perſonam domini.*
46. *Agnati ſunt priuati temporaliter, donec vixerit delinquens.*
47. *Feuda confiſcantur in crimine læſæ maieſtatis, donec viuit delinquens.*
48. *Grauato delinquente crimen dignum confiſcatione, fructus fideicommiſſi in vita delinquentis pertinent ad fiſcum.*
49. *. . ſecus ſi ſubſtitutio facta eſſet etiam in caſu debiti, ad excludendum fiſcum.*
50. *. . idem ſi prohibitio alienationis expreſsè facta fuerit.*
51. *Subſtitutus in caſum alienationis, excludit ſubſtitutum in caſum mortis.*
52. *Subſtitutus in caſum alienationis reuocat alienata cum fructibus.*
53. *Prohibitio alienationis quando annullet principium contrauentionis, & num. 56.*
54. *Dominium bonorum quando eſt impeditum peruenire ad ſucceſſorem.*
55. *Ius legitimæ, & Trebellianicæ ex fideicommiſſo deducendæ non veniunt in confiſcationem.*
57. *Subſtitutus in caſu delicti, admittitur per vulgarem.*
58. *Legitima non reiicit onus fauore filij inductum.*
59. *Ius legitimæ deducendæ non poteſt tranſmitti in fiſcum ex potentia ſuitatis.*
60. *Priuilegium ſpecialiter conceſſum non poteſt competere fiſco.*
61. *Bona damnatorum de iure communi poſſunt peruenire ad fiſcum, ſecus ſi vigore priuilegij.*
62. *Suitatis potentia eſt intelligenda in his quæ concernunt fauorem filij, ſecus in ſibi odioſis.*
63. *Trebellianicæ deducendæ ius non poteſt venire in confiſcationem.*
64 *Confiſcatio comprehendit ſolùm iura competentia de præſenti.*

1. OMNIA iura clamant delicta † propter publicum intereſſe punienda eſſe. *l. ſi ita vulneratus, propè finem, cum ſimilibus in gloſſ. in ver. impunita. ff. ad legem Aquil.* Et licèt confiſcationis pœna hodie ſit ſublata, præterquam in crimine læſæ maieſtatis. *Authent. bona damnatorum. C. de bonis præſcript.* Tamen qui populos gubernant, bonorum publicationem in plurimis delictis & per
2. ſtatuta, † & per conſtitutiones tenouarunt, vt ſubditi pœna bonorum amiſſionis perterriti, à delictis abſtineant. Ad quam pœnam effugiendam, teſta-
3. tores fideicommiſſa † ſtrictiſſima facere ſoliti ſunt, etiam ante delictum perpetratum, quæ fideicommiſſa delinquendi occiſionem tacitè dare videntur, quoniam pœnam dignam legiſlatoribus viſam tollunt, & qui pœnam extinguit, delinquendi occaſionem præbet, propterea huiuſmodi fideicommiſſa potius contra bonum publicum, quàm contra fiſcum abolenda eſſe, aliquando in ſupremis Regiis tribunalibus tractatum eſt, licèt pro maiori votorum parte pro fideicommiſſa huiuſmodi faciendi poteſtate concluſum fuerit, & hodie hoc iure vtimur, vt poſt Ruin. probat Riminald. iun. *in conſil. 50. numer. 95. volum. 1.* Sed aliquando non deerunt Principes, qui pro bono publico contra iſtam communem ſententiam, prædicta fideicommiſſa nulla declarando legem ſancient. Retenta igitur communi concluſione, in multis caſibus contra fiſcum dubitari ſolet.

Et primus caſus eſt, an ſtante fideicommiſſo fiſcus, vel filius † occiſoris ſuccedat, ſuper quo ſcri- 4.
bam in feudalibus, prout annis præteritis reſpondi. Nam ſi quis occidit fratrem conſobrinum, plura delicta feudalia committit, propter quæ tam ipſe occiſor, quàm eius filij ſunt feudo priuãdi, committit enim parricidium. *l. 1. & 2. ff. ad legem Pompeiam de parricid.* quod delictum eſt punitum per legem feudalem, *cap. 1. an ille qui interfec. fratrem dom. ſui.* Item ſi cum pluribus armatis per aſſaſſinamentum illum occiderit, eſt punitum per legem feudalem in amiſſione feudi. *d. cap. 1.* & *ibi* gloſſ. *an ille qui interfec. fratrem dom. ſui.* Doct. *in cap. 1. §. item ſi fratrem. quib. mod. feudum amitt.* & Iacob. de Belloui ſ. *in d. cap. 1. an ille qui interfec. fratrem dom. ſui*, quia propter proditionem † vaſallus ſine dedecore ſtare non poteſt, 5.
ideo feudum amittit, quia feudum dicitur à fide, & fidelitate, *cap. nulla, per quos fiat inueſtit. cap. 1. de noua form. fidelitatis.* ſed qui proditionem commiſit, ſine fide eſſe præſumitur. *l. ſi cui. §. iiſdem omnibus. ff. de accuſat.* & proditor vocatur *traditore*, & eſt alienus à facie dominorum, & Principum, ideo non poteſt ſtare in curia ſui directi domini, *l. ſed ſi milites. §. qui verò ignominioſè. ff. de excuſat. tut.* Item quia ille dicitur proditor, † qui hominem pro- 6.
ditoriè occidit illum diffidando, aut ſine cauſa animo voluntario, & delibetato, Andr. *in cap. 1. num. 26. quib. mod. feud. amit.* Afflict. *in cap. 1. §. item ſi fratrem, numer. 3. & in d. cap. 1. num. 3. an ille, qui interfec. fratr. dom. ſui, & ibi* Aluarott. *numer. 4. & 6.* Præpoſit. *num. 3.* Intrigliol. *de feud. centur. 1. quæſt. 52. num. 86.* Afflict. *deciſ. 265. num. 64.* Curt. *de feud. part. 4. quæſt. 21. num. 4.* Schrader. *de feud. part. 9. cap. 3. num. 64. & ſeq.* Franciſc. de Ponte *conſil. 2. numer. 13. & conſil. 67. numer. 3. & conſil. 95. numer. 21. & 23. & ſeq.* Camerar. *in titul. an agnat. verſ. oppono. num. 50.* Item quia occidens conuaſallum, vt totam hæreditatem habeat, iure feudali feudum amittit, Andr. *in cap. 1. num. 3. an ille, qui interfec. fratrem dom. ſui, & ibi* Afflict. *in princip. num. 5.* Præpoſit. *in princip. & numer. 3.* Curt. *in d. part. 4. quæſt. 11. num. 33.* Schrader. *in d. part. 9. cap. 3. numer. 58.* Et dicitur occidere conuaſallum, quando alia cauſa inter ſic coniunctos apparere non poteſt, Andr. *in cap. 1. num. 26. quib. mod. feud. amitt.* vbi etiam dicit, quòd in hoc probando qualis qualis præſumptio ſufficit.

Sed quando quis commiſit delicta de iure feudali punita in amiſſione feudi, tunc nec ipſe punitus, † neque eius filij poſſunt aſpirare ad ſuc- 7.
ceſſionem dicti feudi, probatur per *cap. 1. ſi vaſall. feudo priu. cui defer.* Vbi quòd vaſalli feudum delinquentis licèt ad agnatos quandoque pertinear, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à domino licitè acquirat, ſibi gratiam faciente; ergo licèt per fideicommiſſum vocatus ſit pater, & eius deſcendentes, quia fideicommiſſum † ſemper cenſetur approbatum iure feu- 8.
di, ſi pater occidit fratrem, vt illi ſuccedat, neque ipſe, neque eius filius ad feudum ſuccedere poteſt. Item *cap. 1. §. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defuncti contentio ſit inter domin. & agnat.*

vbi

vbi ſi vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur. Idem *in cap.* 1. §. *item ſi fratrem occiderit*, & *ibi gloſſ. in ver. occiderit. quib. mod. feud. amitt.* vbi ſemper excluduntur filij culpantis à ſucceſſione feudi. Quæ leges feu-
9. dales † omnino ſeruandæ ſunt, etiam ſi iuri communi Romanorum ſint contrariæ. *cap.* 1. *de feudi cognit.* Camerar. *in repetit., cap.* 1. *an agnatus, in* 1. *quæſtion. numer.* 79. Item in quolibet delicto feudali, propter quod filius priuatur feudo, ſemper eius filij, & deſcendentes ſunt priuati, vt firmarunt Socin. *in conſil.* 68. *numer.* 127. & *ſeq. volum..* poſt Aluarott. Zaſ. Iacobin. & Curt. per eum citatos, Alexand. de Neuo *in conſil.* 98. *numer.* 15. & 18. inter conſilia criminalia diuerſorum, *volum.* 1. Aluarott. *in cap.* 1. §. *denique. numer.* 11. *concluſ.* 12. *quæ ſit prima cauſ. beneſic. amitt.* Vbi quòd ſi vaſallus grauiter delinquat in alium quàm in dominum, priuatur feudo, quod tranſit ad agnatos proximiores, excluſo domino, ac communibus deſcendentibus vaſalli, per iura allegata. Item quia Doct. ſummant *d. cap. vnic. ſi vaſall. feudo priu. cui defer.* ad excluſionem filiorum, & deſcendentium delinquentis. Andr. Aluarot. Præpoſit. Balſatan. & cæteri feudiſtæ, & quia etiam dicunt applicari agnatis, addunt, quòd ſi agnati non ſunt, domino, excluſis filiis, applicari debet, Afflict. *in cap.* 1. §. *ſi vaſallus, in princip. ſi de feud. defuncti milit. contentio ſit*, dictum §. ait procedere in feudo antiquo, in quo collaterales ſuccedunt, nec applicatur domino, nec filiis, aut deſcendentibus culpantis, ſed agnatis, qui ſunt de deſcendentibus primi aquirentis; ergo linea delinquentis vocata per fideicommiſſum omninò eſt excluſa, quia fideicommiſſi approbatio per conſenſum Principis cenſetur facta, feudi natura in aliquo non immutata, ſed per naturam feudalem filij culpantis ſunt omnino excluſi, vt probatum eſt.

Aduersùs hanc noſtram opinionem obſtat ratio, quam aliquando ſequutus fuit Magiſtratus Mediolanenſis, videlicet, quòd ſupradicta iura
10. allegata intelligenda ſunt, quando † vaſallus delinquens tempore commiſſi delicti feudum poſſidebat, vt *in cap.* 1. §. *denique. quæ ſit prima cauſ. beneſic. amitt. in verſ. feudum amittit.* Idem *in cap.* 1. *an ille qui interfec. fratrem domini ſui, in verſ. priuabitur beneficio.* Idem *in cap.* 1. §. *item ſi fratrem. quib. mod. feud. amitt.* quæ iura loquuntur de eo, qui tempore commiſſi delicti feudum poſſidebat, ex regula *l. decem. ff. de verb. obligat.* Item quia text. dicit, priuabitur beneficio, quia in curia ampliùs ſtare non poteſt; ergo præſupponit text. illum ante delictum potuiſſe ſtare in curia, & eſſe feudatarium, Item quia *d. cap.* 1. *ſi vaſall. feud. priu.* ita demum culpam patris trahit ad filios, ſi tempore commiſſæ feloniæ erat vaſallus, qui eſt poſſeſſor, & dominus feudi. Item *d.* §. *vaſallus culpam*, ita demum filij puniuntur ex delicto paterno, ſi pater eorum erat vaſallus, & amittebat feudum, ſed ſi pater delinquens non poſſidebat feudum, & iſtius filius non ſucceſſit patri, ſed auo, nullus textus dicit, quòd iſte filius excludatur à ſucceſſione feudi auiti.

Item confirmatur † authoritate plurimorum, qui
11. firmarunt, delictum patris non nocere † filiis in feudo, quod pater non poſſidebat tempore delicti, Dyn. *in cap. non debet, in fine. de regul. iur. lib.* 6. Bartol. *in l.* 3. *numer.* 1. *ff. de interdict. & relegat.* Bald. *in cap.* 1. *poſt numer.* 3. *verſ. aut viuente auo fuit conceptus. ſi vaſall. feud. priu.* Plot. *inter conſilia crimin. diuerſ.* 66. *numer.* 2. & *ſeq. vol.* 1. Ardizon. *in ſumma cap.* 60. *in rubrica, ſi filius repellitur, an nepos admittatur*, Iacob. de Belloviſ. *in cap.* 1. §. *hoc quoque, propè fin. verſ. tertio caſu. de ſucceſſ. feud.* Cumia *in cap. ſi aliquem. ver. mortis, numer.* 156. & 169. Capyc. *in inueſtit. ver. feudatariorum delicta*, poſt Aluarott. quem allegat, Odofred. *in l. qui ſe patris, numer.* 1. *C. vnde lib.* Iacobin. *in inueſtitura, verbo, dictique vaſalli. numer.* 60. *verſ. Aut feudum.* Salyc. *in l.* 2. *numer.* 5. *verſ. tu verò. C. de libert. & eor. liber.* Camerar. *in cap.* 1. *an agnatus, in* 6. *quæſt. numer.* 61. *verſ. aut ſumus in delictis*, vbi latè examinat, & reſpondet contrariis.

Sed ad hæc omnia reſpondetur. Primò, quòd cùm occidens ſit de comprehenſis in inueſtitura, † 12.
& proximior, & immediatè ſucceſſurus dicto occiſo, etiamſi non poſſediſſet feudum, adhuc dicebatur illud amittere, per illam regulam, qui actionem habet, rem ipſam habere videtur. *ff. de regul. iur.* Item quia dicta actio ad poſſidendum feudum erat in bonis dicti occiſoris, ideo dicendum eſt, amittere feudum, † quia paria ſunt amittere poſſeſ- 13.
ſionem, & amittere actionem competentem pro ea, vt notat Bartol. per illum text. *in l. ſi priùs, in* 1. *quæſtion. verſ. veniamus, numer.* 20. *ff. de noui oper. nuntiat.* Item quis habere dicitur, qui habet actio-
nem † ad illud conſequendum, *l. rem in bonis. ff. de* 14.
acquir. rer. domin. l. habere. ff. de verb. ſignific. Item text. *l. id apud. ff. de verb. ſignific.* vbi dicor illud habere ad quod conſequendum habeo actionem, & ita probat Roman. *in ſingular.* 642. *incip. ſcis, quòd confeſſioni*, Cremenſ. *ſingular.* 45. *pone.* Bald. *in l. ſi executione. colum.* 3. *C. de non numer. pec.* Bartol. *in l. Titia.* §. *Caius. de legat.* 2. Anton. Gomeſ. *in* §. *ſic itaque, col* 4. *in fin. Inſtit. de actionib.* ergo ſi dictus interfector immediatè ſucceſſurus habebat actionem ad feudum, conueniens eſt, vt dici poſſit, propter delicta feudalia feudum amiſiſſe.

Deinde omnes inueſtiti † de feudo dicuntur 15.
feudatarij, & vaſalli inueſtientis. Oldrad. *in conſil.* 272. *num.* 2. quia poſſunt petere ſibi poſſeſſionem dari, vt *cap.* 1. *de inueſtit. de re alien. facta. verſ. rei autem per beneficium.* Item *tit. de controuerſ. inter domin. & vaſall. de inueſtitura feudi*, dicitur, ſi quis miles, id eſt, feudatarius, & tamen non poſſidet, vt per Balſaran. *ibid.* Item quando venit caſus ſucceſſio-
nis ſolùm ad adminiſtrationem, † ſuccedunt ſicut 16.
dicimus, quòd in hærede ſuo non eſt conſiderare hæreditatem iacentem, *l. cùm hæreditas. C. depoſiti.* quia filius eſt hæres, & ei deeſt ſola adminiſtratio, ad quam ſuccedit, Loffred. *in conſil.* 26. *num.* 3. vbi quòd filius non acquirit feudum patris ſuccedendo, ſed quæſitum capit, itaque omnes per inueſtituram vocati ſunt vaſalli, & feudatarij, & quando venit caſus, non dicuntur propriè ſuccedere, ſed quæſitum
iam † capiunt; ergo potuerunt etiam amittere, 17.
quia feudatarij non ſunt ſucceſſores ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed ſunt ſucceſſores hæreditatum, vt dicit Bald. *in l. cum antiquioribus, numer.* 11. *C. de iure deliber.* per quam doctrinam Camillus medicus, qui fuit magnus feudiſta, *in conſil.* 22. *nu-
mer.* 11. dicit quòd in feudalibus poſſeſſio † defun- 18.
cti ſemper eſt continuata in proximè ſucceſſurum; ergo potuit amittere feudum, nec eſt faciendum tantùm fundamentum in iſta ratione.

Præterea delinquens ſuccedit occiſo, & acquirere dicitur poſſeſſionem, † & dominium rei, do- 19.

nec fiſcus illam auferat. *l. 1.* & *ibi* not. *C. de his quib. vt indign. l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. herciſcund.* Bartol. *in l. Imperator. ff. de iure fiſc.* & quod indignus ſuo ſcelere acquiſiuit, fiſcus ſibi aufert. *l. Lucius.* & *ibi* gloſſ. & Bartol. *ff. de iur. fiſc. l. ait prætor. §. fin. verſ. iniquum. ff. quæ in fraud. credit.* cum aliis multis ad hoc allegatis per Peregrin. *de iure fiſc. lib. 2. titul. 2. de indignis*, & plurimos ad hoc allegat Petr. Caball. *in reſolut. criminal. 10. per totam.*
20. Sed quando aliquis commitrit delictum, † propter quod ab eo, tanquam ab indigno aufertur tale delictum, etiam in feudis nocet filiis. Bartol. *in l. eum qui, numer. 2. ff. de interdict. & relegat.* per textum *l. final. §. praeterea. ff. de bonis damnat.* vbi Imperator reſcripſit, quòd neque ille, qui interfecit aliquem, neque eius filij debent ſuccedere, ſed filius. Item *l. 1. §. 1. ff. ſi quis aliquem teſt. prohib. in verſ. Imperator Adrianus legem promulgauit, &c.* & *ibi* Bald. dicit, quòd occidens † fratrem nocet omnibus ſequentibus in gradu, & ſequitur Præpoſit. *in titulo ſi vaſallus feudo priu. cui defer. numer. 2. verſ. aut pater, qui habebat feudum*
22. *deliquit*, & tunc delictum patris † nocet filio. Bald. *in conſil. 26. numer. 2. volum. 3.* Roman. *ſingular. 467.* Marſil. *in conſil. 93. numer. 10.* vbi probat, quòd filius occidentis non ſuccedit occiſo, & *in tractatu de bannitis, in verſ. mortis. numer. 152.* Boër. *deciſ. 25. numer. 14.* vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum, Peregrin. *de iure fiſc. lib. 2. titul. 3. numer. 6.*
23. quia ex delicto patris filius † non debet fieri locupletior. *d. l. fin. §. præterea. ff. de bonis damnat.* & eandem concluſionem, veluti communem probat Anton. de Roſell. *in tractatu de ſucceſſ. ab inteſtato num. 181. & plur. ſeq.*

Neque obſtat reſponſio, quòd quando delictum eſt eius qualitatis, vt delinquens non poſſit ſtare in curia domini, ipſo actu efficitur inhabilis ad ſuccedendum, & ſequens in gradu admittitur, non expectata ſententia declaratoria, quæ ſolùm reſpectu fiſci eſt neceſſaria, non autem reſpectu agna-
24. ti, † cui aperitur locus ſuccedendi per delictum proximioris. Andr. *in cap. 1. §. præterea vaſallus, ante numer. 14. verſ. dic. quæ ſit prima cauſa beneſic. amitt.* & *ibi* Afflict. *numer. 73. in fin.* Item Corn. *in conſil. 222. volum. 4.* vbi quòd ſi extat ſtatutum, quòd nemo, qui alium occiderit, poſſit illi ſuccedere, tali caſu non aufert fiſcus, ſed ſuccedunt ſequentes in gradu, ſeu aliter ad ſucceſſionem vocati, quia per d. ſtatutum, delinquens efficitur incapax ſucceſſionis, & habetur tanquam non eſſet in rerum natura, & ita nō eſt locus pœnæ indignitatis ad beneficium fiſci, ſed recta via ſuccedunt alij proximiores. Idem eſt in materia feudali, quia proximè ſucceſſurus occidens efficitur inhabilis ad ſuccedendum, & ita non datur ſucceſſio in illius perſona; ergo non poteſt conſiderari ablatio per fiſcum tanquam ab indigno, ſed ſtatim ſuccedit proximior ex lege feudi. Item quòd attenta incapacitate fiſcus excludatur, & proximior vocetur, allegatur ad hoc Peregrin. *de iure fiſci lib. 2. titul. 2. numer. 26.* Ripa *in l. 1. numer. 155. ff. de vulgari.* Flamin. de Rub. *in conſil. 34. numer. 84. & ſeq.* Papponus *in conſil. 53. num. 9.*

Reſpondetur, allegatos in ratione non probare, quòd propter incapacitatem patris cauſatam ab eius
25. delicto admittatur filius, † ſed ſolùm quòd admittantur ſequentes in gradu, qui non habent eſſe à patre delinquente, ita dicit Andr. in d. ratione allegatus *in d. §. præterea ſi vaſallus, numer. 13. verſ. item hic ceſſat*, vbi quòd ſi primogenitus efficitur inhabilis propter delictum, admittitur ſecundogenitus, quia ſecundus non habet eſſe à fratre primogenito, ſed à patre. Item Peregrin. Ripa, & cæteri in ratione allegati loquuntur de admiſſione proximioris agnati, qui non percutiunt punctum de quo agimus ad excluſionem filij, qui cùm habeat eſſe à patre, ideo ipſe etiam factus eſt incapax.

Et rationem diuerſitatis conſiderant Doct. *in tit. ſi vaſall. feud. priu. cui defer.* & pleniùs aliis Piſtor. *de feud. quæſtion. 16. numer. 14. & 21. & ſeq.* ſequendo Andr. & Aluarott. *ibi*, quòd ideo delictum patris nocet filiis in feudis, † quoniam eiſdem cenſetur conceſſum contemplatione patris, & ideo à patre cauſam habent, & *ibi* Piſtor. *num. 27. & plur. ſeq. & numer. 45. & ſeq.* comprobat. Alij dicunt, quia filius non debet fieri locupletior ex delicto patris. *d. l. final. §. præterea. ff. de bon. damn.* Sed in iſta ratione ego ſequor Andr. *in d. §. præterea ſi vaſallus, numer. 13. quæ ſit prima cauſ. beneſic. amitt.* quia filij habent eſſe à patre, ita deducendo argumentationem: Is qui præſumitur infidelis, ad feudum ſuccedere non poteſt, quia ſicut feuda † dantur cum fidelitate præſumpta, ita etiam auferuntur cum infidelitate præſumpta. Camerar. *in cap. 1. an agnatus. in 6. quæſtion. numer. 65. verſ. & ſi tu ſubtilis.* Sed qui aliquem proditoriè, & per aſſaſſinamentum occidit, † is non poteſt ſtare in curia, quia non præſumitur fidelis. *cap. 1. an ille, qui interfec. fratrem dom. ſui*; ergo neque eius filij, qui habent eſſe à patre, quia pariter infideles præſumuntur. Quamobrem illa ratio à Flam. Rubeo allegata *in conſil. 34. numer. 34.* quòd ideo filius non poteſt ſuccedere, ne patri acquirat, non eſt conſiderabilis, quia reſpectu feudalium filius non poteſt ſuccedere, cùm habeat eſſe à patre delinquente, † ideo etiam infidelis præſumitur. *l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt.* & propter infidelitatem præſumptam amittit ſucceſſionem feudi, & cùm appareat eſſe magnam differentiam inter filios, & agnatos, dicta ratio pro admiſſione ſequentium in gradu non poteſt habere locum in filiis.

Et licèt aliquando fuerit deciſum contrarium in eodem magiſtratu, in cauſa fratrum de Federicis de Tudeſchinis: tamen ibi agebatur de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, † in quo filius delinquens non potuit acquirere vigore ſtatuti de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem, ideo pater delinquens non erat indignus, ſed incapax, & aperiebat locum proximè ſucceſſuro in ipſa inueſtitura vocato, vt filius, non autem vt hæres. Secus igitur eſt in feudo † hæreditario redacto ad inſtar patrimonialium, & allodialium, in quo habet locum ſtatutum de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem, & pariter delinquens, qui erat immediatè ſucceſſurus, dicitur acquiſiuiſſe poſſeſſionem continuatiuè, vigore ſtatuti, ideo fiſcus abſtulit ab eo, tanquam ab indigno, & ceſſat primum fundamentum magiſtratus, quòd feudatarius non poterat amittere, quod non adhuc acquiſiuerat.

Quòd autem ſtatutum continuans poſſeſſionem defuncti in hæredes habeat locum in feudis hæreditariis, probant Alba. *in conſil. 661.* vbi quòd tale ſtatutum tunc habet locum in feudis, quando illa ſunt pars hæreditatis. Dec. *in conſ. 467. n. 3* vbi quòd tale ſtatutum habet locum in feudis, † alio non poſſidente. Burſat. *in conſ. 137. n. 46.* Tiraquell. *in tract. de morte,*

Right-margin numbers: 26 (quoniam), 27 (dantur), 28 (is non poteſt), 29 (ideo etiam), 30 (in quo filius), 31 (hæreditario), 32 (alio non poſſidente). Left-margin: 21 (occidens † fratrem).

morte, parte 4. declarat. 6. numer. 3. vbi ad hoc probandum allegat Coin. *in conſil. 166. col. final. vol. 1.* & Benedict. *in cap. Raynutius. ver. mortuo teſtatore, in 2. numer. 71.* & idem Tiraquell. *in d. parte 4. declaratione 5. numer. 25. & ſeq.* latiſſimè probat hanc concluſionem eſſe veriſſimam, quando feuda ſunt patrimonialia, & hæreditaria, pro qua allegat plurimos Doctores, Tortus ſuper ſtatutis Papiæ, *ſuper ſtat. 55. in ciuilibus, numer. 35.* vbi quòd habet locum in feudis
33. hæreditariis, & poſſeſſio vigore † dicti ſtatuti continuatur ad immediatè ſucceſſuros, & allegat Bertazol. Paſetr. Magon. Plot. Burſat. & Coſtam, & ita fuit deciſum in Rota Rom. Put. *deciſ. 322. part.*
34. 2. vbi quòd poſſeſſio caſtri † tranſit vigore decreti ſimul cum iuriſdictione, Cotta *in memorial. in verſ. decreto Mediolani, contra medium. verſ. nunquid autem,* vbi dicit, quòd iſte articulus pendebat ſuo tempore decidendus coram excellentiſſ. Senatu, in quo Iaſ. *in conſil. 152. volum. 4.* reſpondit, quòd decretum non habet locum in feudalibus, ſed d. conſilium Iaſonis loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia, quia præſupponit, quòd feudatarius ſolùm naturaliter poſſidebat; ergo ſecus eſt quando feudum eſt hæreditarium, vel conceſſum pro quibus dederit, aut pro quibuſcunque, quæ clauſula æquipollet, de quibus ſcripſi *in tract. de clauſulis*; ergo ſicut in cæteris poſſeſſio tranſit continuatiuè, ita in huiuſmodi feudalibus. Et hæc ratio debet ſatisfacere primo fundamento eorum qui volebant, non poſſe dici amiſſum, cuius poſſeſſio non eſt acquiſita.

Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum fa-
35. ctum eſt per prohibitionem alienationis, † & in caſu contrauentionis vocatus eſt proximior de familia, tunc cenſetur prohibita bonorum confiſcatio, Clarus *in queſtion. 78. numer. 24. verſ. contrarium,* vbi de communi, Baiard. *ibid. numer. 24.* Gabriel *in commun. concluſ. lib. 7. de criminalibus concluſ. 24. numer. 1.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 5. numer. 98.* Farinac. *in queſt. 25. num. 22.* Guazinus *in tract. de confiſcatione bonorum. limitat. 17. num. 1.* qui plurimos allegant, & probant eſſe magis communem concluſionem.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
36. bona ſunt prohibita alienari † inter viuos, tunc enim poſſunt confiſcari. Grammatic. *deciſ. 105. numer. 40. & ſeq.* Peregrin. *de iure fiſc. numer. 104.* qui alios allegat, *& numer. 164.* vbi de communi Gabriel *in conſil. 140. numer. 12. volum. 1.* Carpan. ſuper nouis conſtitutionibus Mediol. *in §. omnium, numer. 184.* Guazin. *in tract. de confiſcat. bonorum, li-*
37. *mitat. 17. numer. 29.* Huiuſmodi eſt, quando † teſtator iuſſit, quòd exiſtente cauſa neceſſaria alienationis, grauatus debeat offerre venditionem propinquiori de familia, & ſi ipſe recuſauerit, debeat offerre ſequenti in gradu, & ſic de gradu in gradum, & vltimo loco liceat alienare extraneis cum pacto de redimendo ad fauorem totius familiæ, & ſingulorum ex eis emere volentium, quæ verba ſunt reſtringenda ad alienationem inter viuos, quantumcunque ampliſſimis verbis facta eſſet, Surd. *in conſil. 77. num. 23. & ſeq. volum. 1.* Ruin. *in conſil. 7. num. 10. verſ. non obſtat. volum. 2. & in conſil. 116. numer. 6. eodem volum. 2.* Socin. iun. *in conſil. 97. numer. 58. & ſeq. volum. 2.* Cephal. *in conſil. 13. numer. 17. & in conſil. 153. numer. 6. & in conſil. 394. numer. 39. & in conſil. 487. numer. 52. & in conſil. 549. numer. 113.* Burſat. *in conſil. 157. numer. 32. volum. 2. & in conſil. 243. numer. 11. & ſeq. volum. 3.* Riminald. iun. *in conſil. 394. numer. 72. & ſeq. volum. 4.* Petra *de fideicommiſſ. queſt. 8. numer. 3. & 8.* Surd. *deciſ. 124. per totam,* *Doct. Marta ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.*

Magon. *deciſ. Lucenſ. 7. numer. 33. & ſeq.*

Secundò declaratur, quòd quando fideicommiſſum † reſultans ex prohibitione alienationis extinguitur in perſona vltimi delinquentis, tunc bona 38.
quæ erant fideicommiſſo ſuppoſita confiſcari poſſunt. Alba. *in conſil. 7. numer. 19* Marſil. *ſingular. 314.* Farinac. *queſtion. 25. numer. 49.* Guazin. *in dicta limitation. 17. numer. 36.* Quia fideicommiſſo extincto, vltimus de linea poteſt alienare. *l. cùm pater. §. libertis. de legat. 2.* & facit *l. quoties, in 1. C. de fideicommiſſ.* ergo ſi vltimus de familia poteſt alienare, ita delinquendo in fiſcum alienari dicuntur, *l. iura libertorum, & ibi* Bart. *ff. de iure patronat.* Alex. *in conſil. 23. col. 2. vol. 1.*

Tertiò declaratur, quòd licèt pater dicti delinquentis erexerit nouam primogenituram ſuper feudis, atque prohibuerit alienationem etiam in caſu confiſcationis ob delictum alicuius ex primogenitis vocando alterum immediatè ſucceſſurum, non propterea filius occiſoris eſt admittendus tanquam vocatus ab auo erigente nouam primogenituram, quia
primogenitura † prædicta non potuit fieri de feudo 39.
recto. *cap. 1. de feud. ſucceſſ. in verſ. nulla diſpoſitione defuncti in feudo valente.* Neque aſſenſus Regis deſuper impetratus poteſt opitulari, quia Rex confirmauit
quoad præiudicium conſentientium tantùm, † & 40.
ſibi cenſetur reſeruaſſe futuras deuolutiones feudo-
rum tam † ex natura rei, quàm ex forma inueſtituræ, 41.
Frecc. *in lib. 2. de ſubfeud. quaſtion. 37. numer. 18.* Afflict. *in titulo qui ſucceſſores teneantur, numer. 11.* & alia ad hoc allegata per Balſaran. *ibid. numer. 8.* & ideo vaſallus feudo priuari poterit, Andr. *in conſtitut. Regni, incip. Domini à vaſallit. colum. 2. verſ. ſed quid in titulo, de aſſecuratione dominorum.* Pariſ. *in conſil. 21. numer. 55. volum. 1.* Schrader. *de feud. part. 5. cap. 2. numer. 54. in fin.* Et quia hoc eſt de iure, ſemper in dubio cenſentur reſeruata, quando non ſunt relaxata, quia non præſumitur iuri ſuo derogare voluiſſe. Lucas de Penn. *in l. final. colum. 1. in princip. verſ. quarto. de locat. prædiorum ciuil. lib. 11.*

Quartò declaratur, quia licèt delictum patris † 42.
non noceat filiis iam natis, & conceptis ante debitum in bonis, & iuribus aui. *l. emancipatum. ff. de ſenator. l. adoptiuum. §. 1. ff. de in ius voc. l. diui fratres. ff. de iurepatronat. l. diuo Marco. C. de queſtion.* Item gloſſ. *in d. l. emancipatum, in verſ. patris,* dicit, quòd delictum patris non nocet filiis in feudo aui. gloſſ. *in d. l. adoptiuum, in verſ. innocens,* & alij *ibi* allegati. Tamen diſtinguendum eſt, duo eſſe delictorum genera ob quæ feudum amitti poteſt, alterum deli-
ctum † eſt feudale, alterum non feudale, ſed com- 43.
mune. Delictum feudale eſt, quando committitur contra dominum, vel contra leges, & conſuetudines feudales, & ſecundùm eas punitur. Delictum non feudale, ſed commune eſt, quando committitur contra leges iuris ciuilis, ita diſtinguit Bald. *in d. cap. 1. num. 3. an ille, qui interfec. fratrem dom. ſui.* Zabarell. *in clem. 2. verb. inquiſitoribus, num. 4. de hæretic.* Salyc. *in l. 2. numer. 5. & ſeq. C. de libert. & eorum liber.* Ioan. de Imol. *in cap. ex parte. num. 23. de feudis.* Boſſius *in titul. de publicatione bonorum n. 53. in princip.* Menoch. *in conſil. 94. numer. 123. volum. 1.* Balſaran. *in titul. ſi vaſall. feudo priu. cui defer. numer. 2.* Annectonius *in lib. 3. de iure feud. cap. 16.* Vel, vt alij declarant, delictum feudale eſt illud, per quod vaſallus directò ex legibus feudorum illud feudum amittit. Bald. *in d. numer. 3. verſ. vnde ſic concludo.* Bart. *in l. eum qui, num. 1 & ſeq. ff. de interdict. & relegat.* Iacobin. *in ſua inueſtitura, verbo, diſtique vaſalli promiſerunt non committere feloniam, numer. 60. verſ. Bartolus autem,* & delictum

delictum commune eſt illud propter quod feudum
directò non committit, ſed in conſequentiam, quia
confiſcantur eius bona per ſententiam crimina-
lem, non autem ciuilem, ſecundùm ius feudorum,
ita declarant Bartol. Bald. & Iacobinus, *in dictis lo-
cis*, Cyn. *in l. 2. in fin. C. de libert. & eorum liber.*
Immol. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, numer. 52.
& ſeq. ff. de damn. infect.* Bald. *in d. numer. 3. verſ.
vnde ſic concludo, an ille qui interfec. fratrem dom. ſui,*
quas diſtinctiones declarat etiam Piſtor. *de feud. in
d. queſtion. 16. num. 6.* Quamobrem allegata in con-
44. trarium procedunt in delicto † communi, quando
reus delinquens condemnatur criminaliter, & in
conſequentiam venit feudum; ſecus eſt in delicto
feudali, in quo proceditur ciuiliter de iure feudo-
rum, & in caſibus expreſſis de iure feudorum, etiam
filius, qui habet eſſe à patre delinquente, feudum
amittit.

Quartò declaratur in fructibus, nam aut loqui-
mur in feudalibus, aut in allodialibus. Primo modo,
ſi verſamur in feudo ex pacto, & prouidentia an-
tiquo, ad quod ſuccedunt etiam agnati, & factum
eſſet fideicommiſſum à primo acquiſitore de con-
45. ſenſu domini, tunc aut delictum eſt commiſſum †
contra perſonam domini, & priuantur etiam filij
delinquentis, qui ſunt immediatè ſucceſſuri, vt
probo *in voto 97.* pleniſſimè; ſed agnati ſunt pri-
46. uati ſolùm temporaliter, † donec vixerint delin-
quens, & eius filij, ac deſcendentes, quibus
mortuis ad agnatos feudum deuoluitur, Specul.
de feud. numer. 63. per textum *cap. final. de capitulis
Corradi.* Hoſtienſ. *in rubric. de feud.* gloſſ. *in cap. 1.
verſ. vaſalli. ſi vaſal feud. priuetur, cui defer.* Andr.
in cap. 1. numer. 4. verſ. ſi directè. eodem titul. motus
per regulam *l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de
iure fiſc. & in cap. 1. §. denique. qua ſit prima cauſ.
benefic. amitt. numer. 50. & in cap. 1. numer. 3. an
ille qui interfec. fratrem dom. ſui, & in l. imperialem. §.
firmiter. verſ. & cùm dicat. de prohibita feud. alien. per
Federic. & in cap. ſancimus. quo temp. miles. & in cap.
1. numer. 4. in fin. de inueſtit. de re ali. fact. & in cap.
1. §. ſed quia vidimus, numer. 14. verſ. quid autem.
de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. ſi vaſall. feud.
priu.* diſputat articulum, & reſpondet contrariis, &
47. quòd in crimine læſæ † maieſtatis feuda confiſcan-
tur, donec viuit; confiſcatio igitur tenet durante
vita delinquentis. *d. §. Cornelio Felici.* & hanc opi-
nionem ſequuti ſunt Bald. *in l. placuit. C. de liberal.
cauſ.* Aluarott. *in d. §. denique, numer. 8.* Afflict. *in
d. §. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defunct. fuer. contro-
uerſ. inter dom. & agnat. & in cap. 1. numer. 6. ſi va-
ſal. feud. priu. & in tit. quæ ſint regalia. in verſ. bona
committentium crimen læſæ maieſtatis. numer. 4.* Pariſ.
in d. §. denique, & in d. §. ſi vaſallus culpam. Freccia
de ſubfeud. in 29. authoritate, vbi probat ita fuiſſe
iudicatum. Clar. *in §. feudum, queſtion. 66.* Roland.
in conſil. 1. numer. 31. & 44. volum. 3. Cuiac. *de feu-
dis, in rubric. Ad quem feud. redir. poſſ.* Addentes
ad Afflict. *in decis. 282. numer. 20. & ſeq.* Thom. de
Matin. *in titul. de feud. ex pacto & prouid. antiquo, nu-
mer.* 88. Lipand. *in addit. ad Andr. in d. §. denique.
num. 50. littera P.* Incertus autor *in tractatu de cri-
mine læſæ maieſtatis, in quæſtion. 3. numer. 40.* Gratus
*in conſil. 2. numer. 15. & ſeq. vſque ad numer. 60. vo-
lum. 1.* Camerar. *in cap. 1. an agnatus. in 11. oppoſi-
tione, per totam.* Ex quibus probo *in d. voto 97.* hanc
opinionem tenuiſſe omnes Iuriſconſultos, tam an-
tiquos, quàm modernos.

Idem, & multò magis dicendum eſt in allodiali-
bus, quando ſcilicet prohibitio alienationis taci-
ta reſultat ex ipſo fideicommiſſo inducto in caſum
mortis, tunc enim grauato † delinquente crimen 48.
confiſcationis, fructus durante vita ipſius perti-
nent ad fiſcum, *d. §. Cornelio Felici*, & ita probant
Gabriel *in conſil. 184. numer. 1. volum. 1.* Menoch.
in conſil. 275. in ſecundo dubio, volum. 3. Surd. *in con-
ſil. 297. numer. 27. volum.* .. qui alios referunt. Cla-
rus *in quæſtion. 78.* Petra *de fideicommiſſ. quæſtion. 3.
numer. 11.* qui atteſtatur de communi. Peregrin. *de
iure fiſci. lib. 3. titul. 1. numer. 67.* Secus ſi ſubſtitutio
facta eſſet non ſolùm in caſum mortis, ſed etiam in
caſu delicti, † ad excludendum fiſcum, tunc enim 49.
fructus ad ipſum non pertinent, ſed ſtatim ſubſti-
tutus admittitur, Petra *d. quæſtion. 8. num. 110. & ſeq.*
Peregrin. *in d. titul. 1. numer. 103.* & ita fuit iudica-
tum. Grammatic. *deciſ. 104.* Idem dicendum eſt, ſi
prohibitio † alienationis expreſsè facta fuerit, & in 50.
caſu ſequutæ alienationis aliquis ſubſtitutus fuerit,
tunc enim non intrat regula *d. §. Cornelio Felici*, &
fructus ad fiſcum non pertinebunt, Bartol. *in l. Im-
perator, numer. 1. ff. de fideicommiſſ. libert.* Gabriel *in d.
conſil. 184. numer. 3. volum. 1. & in conſil. 73. numer. 1.
& ſeq. volum. 2.* vbi probat eſſe communem conclu-
ſionem. Ruin. *in conſil. 124. numer. 5. volum. 2.* Me-
noch. *in d. conſil. 275. numer. 32. volum. 3. & in con-
ſil. 451. num. 37. volum. 4.* vbi alios referunt, Clar.
in d. quæſtion. 78. verſ. item quæro, vbi atteſtatur eſſe
communem concluſionem. Idem atteſtatur Farinac.
in quæſtion. 25. numer. 22. Gabriel *in titul. de maleſic.
concluſ. 24. numer. 1. & ſeq.* vbi cæteros refert, &
ita in tribunalibus receptum eſt. Surd. *deciſ. 254.
numer. 118.* Grammatic. *deciſ. 105. numer. 31.* Imò
multò magis in caſu expreſſæ alienationis prohibi-
tæ, quoniam ſubſtitutus in caſu alienationis † ex- 51.
cludit ſubſtitutum in caſum mortis. Paul. de Caſtr.
in conſil. 77. colum. 3. verſ. ſecundò ergo. volum. 1. Gra-
tus *in conſil. 28. volum. 2.* Alba. *in conſil. 57. numer. 18.
& ſeq.* Pancirol. *in conſil. 188. numer. 13.* Oddus *in
conſil. 26. in primo dubio*, Menoch. *in conſil. 620. per
totum. volum. 7.* Item ſubſtitutus † in caſu aliena- 52.
tionis reuocat omnia alimenta cum fructibus inte-
rim perceptis: quando enim teſtator dirigit verba
ſua ad alienationem faciendam, videlicet quòd non
alienentur, nam per huiuſmodi, vel ſimilia verba
teſtator voluit † annullare principium actus aliena- 53.
tionis, ita vt dominium illorum non potuerit per-
uenire † ad ſucceſſorem ſingularem, Petra *de fidei- 54.
commiſſ. quæſtion. 3. num. 9. verſ. & vt dixi*, Ruin. *in con-
ſil. 137. numer. 14. volum. 2. verſ. quia caſu, quo ali-
quis.* ſed delinquens delictum dignum confiſcatio-
ne dicitur alienare, vt probaui; ergo bona cum
fructibus non potuerunt peruenire in fiſcum, &
ſubſtitutus huiuſmodi ſtatim reuocabit cum fru-
ctibus.

Tertius caſus eſt, ius legitimæ, † & ius Trebel- 55.
lianicæ ex fideicommiſſo non veniunt in confiſca-
tionem, puta ſi pater inſtituerit filium hæredem, &
grauauerit de reſtituendo ſi ſine liberis deceſſerit,
atque ſpecialiter alienationem prohibuerit ad fauo-
rem proximiorum, etiam ſi tentauerit, vel ma-
chinauerit delinquere, ita vt eius bona confiſcari
poſſent. Nam eo ipſo quod delinquit, ſuccedit pri-
uatio ordinata, quia dicta † verba inficiunt prin- 56.
cipium actus. Bartol. *in l. qui abſenti. §. 1. ff. de ac-
quirend. poſſeſſ. & in l. ea lege. C. de condict. ob cauſ.*
Et hæc ſubſtitutio † quæ locum habet, eſt vulga- 57.
ris, quoniam viuente teſtatore priuatus fuit, vt
probat Ruin. *in conſil. 129. numer. 6. volum. 2.* quia
non continet onus, & erat in poteſtate filij non
delinquere, & ſic hæreditatem adire.

Nec

58. Nec reiicitur onus de legitima,† quod fauore filij
inductum fuit. Bartol. *in l.filiis matrem.C.de inoffic.*
teſtam.& in l. cum filio.ff. de vulgari , & pupill. Paul.
de Caſt.*in conſil.77. vol.*1. Dec. *in conſil.* 442. *col.pen.*
59. Nec potuit tranſmitti in fiſcum † ex potentia ſuita-
tis, quia hoc ius tranſmittendi competit iure ſpe-
ciali. *l.vnic.§.in nouiſſimo. C. de caduc.toll.*neque hoc
60. priuilegium † poteſt competere fiſco.*l.ſi filius. C.de*
*bonis damnat.*vbi damnato filiofamilias, non publi-
catur peculium caſtrenſe , quia licèt bona damna-
61. torum † perueniant ad fiſcum , tamen hoc intelli-
gitur quando veniunt ex diſpoſitione iuris com-
munis , ſed bona quæ ſunt condemnati propria
ex priuilegio , ſicut eſt caſtrenſe peculium , non
tranſeunt in fiſcum; ergo ius adeundi,quod compe-
tit filio, & de iure ſpeciali eſt tranſmiſſibile , non
62. pertinet ad fiſcum. Item illa potentia ſuitatis , †
propter quam hæreditas paterna pertinet ad filium.
§.*ſui. Inſtit. de hæred. qualit.* intelligenda eſt reſpe-
ctu eorum quæ ſunt commoda ſuis hæredibus. *l. ſi*
filius qui patri , & *ibi* notant omnes. *ff. de vulgar. &*
pupill. ſed ſi tranſmitteretur ad fiſcum, ex hoc ſen-
tiret damnũ, & ita declarat Alexand. *in l. neceſſariis,*
vol. 3. *verſ. non obſtat.* §. *ſi quis filium. ff.de acquir.hæ-*
63. *redit.* Item ius deducendæ † Trebellianicæ non po-
teſt venire in confiſcationem , quoniam non poteſt
grauato competere ante eius mortem. *c. Raynutius.*
& c. Raynaldus. de teſtam. Bald. *in l. quamquam , in*
64. *princip. C. ad leg. falcid.*& confiſcatio † non compre-
hendit alia iura , quàm ea quæ pertinent eo tem-
pore ad damnatum. *l.ſi mandauero. §.is cuius.ff.man-*
dati. Bartol. *in l.* 1. *col. final. verſ. quæro quid de bonis*
quæſitis poſt ſententiam.ff. de bonis damnat. Alexand.*in*
conſil. 23.*col.*1. *vol.* 1. *& in conſil.* 75. *col.* 4. *verſ. in*
quartum autem,eod.vol. Dec. *in conſil.* 235. *in* 2.*dubio.*
ergo neque ius deducẽdæ legitimæ, neque ius dedu-
cendæ Trebellianicæ veniunt in confiſcationem
bonorum.

ARTICVLVS XIX.

Communia de fideicommiſſis.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum reale , quando dicatur.*
2. *.. idem ſi grauamen ſit impoſitum pluribus per nomen appellatiuum.*
3. *.. idem ſi dictum ſit,bona perueniant ad deſcendentes.*
4. *.. idem ſi grauatus fuerit ſuccedens ab inteſtato.*
5. *Prohibitio alienationis quando dicatur realis.*
6. *.. item ſit ex ratione prohibitionis permanendi in familia.*
7. *Prohibitio alienationis imperſonaliter , & indefinitè facta eſt realis.*
8. *Fideicommiſſum reale afficit quoſcumque poſſeſſores.*
9. *Fideicommiſſum particulare quale ſit.*
10. *.. continens vniuerſitatem corporum non eſt vniuerſale.*
11. *Feudum an ſit ius vniuerſale.*
12. *Vniuerſalia iura quæ, & quot ſint.*
13. *Feudum eſt peculium caſtrenſe.*
14. *Legatum feudi non eſt vniuerſale.*
15. *Legatum hæreditatis ſibi obuentæ eſt particulare.*
16. *Fideicommiſſum non eſt vniuerſale , ſi teſtator diſpoſuit per particularia.*
17. *Fideicommiſſum vniuerſale vbi peti debeat,& vbi particulare.*
18. *Fideicommiſſum ſub modo quale ſit.*
19. *Conditio adiecta quando importet modum.*
20. *Fideicommiſſi acceptatio probatur per ſolam notitiam.*
21. *Fideicommiſſa regulantur ſecundùm ordinem ſuccedendi ab inteſtato.*
22. *Fideicommiſſum an conſtitui poteſt ſuper feudo pecunia empto ſtante conſuetudine Mantuana.*
23. *Manenti opinio quod fideicommiſſum Mantuæ non poſſit fieri ſuper feudo à primo acquirente, contrarium num.* 32.*& ſeq.*
24. *Feudatarius non poteſt mutare naturam feudi , & num.* 28.
25. *Fideicommiſſum non poteſt conſtitui ſuper re alienata ſtante conſuetudine retrahendi.*
26. *Fideicommiſſum non poteſt fieri ſuper cenſu redidimibili vigore pacti.*
27. *Inueſtitura ſemper refertur ad conſuetudinẽ patriæ.*
29. *Clauſula* ad habendum,*poſita in inueſtituris quid operetur.*
30. *Pacta inueſtituræ non debent ſtare fruſtratoriè.*
31. *Feuda alienari debent propter intereſſe laudemiarũ.*
32. *Fideicommiſſum poſſe fieri ſuper feudo nouo Mantuæ, de conſenſu directi domini.*
33. *Conſuetudo continens perplexitatem eſt nulla ipſo iure.*
34. *Alienationis ſpecies ſunt fideicommiſſum,inſtitutio, & omnis actus vltimæ voluntatis.*
35. *Alienatio vbi eſt permiſſa, cenſetur permiſſa hæredis inſtitutio.*
36. *Feuda Mantuæ poſſunt alienari per vltimam voluntatem.*
37. *Primus acquirens poteſt vocatis in inueſtitura præiudicium facere.*
38. *.. in feudo nouo non conceſſo contemplatione filiorũ.*
39. *.. idem in feudo ex pacto , & prouidentia nouo.*
40. *Conſuetudo interpretanda eſt,vt quanto minus deroget iuri communi.*
41. *Conſuetudo alienandi conformis iuri feudorum quomodo pariat effectum diuerſum à iure feudorum.*
42. *Alienatio , & ſubinfeudatio eſt permiſſa de conſenſu directi domini.*
43. *Dominus directus de iure feudorum non tenetur præſtare conſenſum alienationi,ſecus ſtante conſuetudine, vel pacto inueſtituræ.*
44. *.. quando denegans conſentire , dicatur facere iniuriam , & poſſit cogi ad conſentiendum.*
45. *Conſuetudines ſunt pactiones ciuium.*
46. *Conſenſus vbi denegatur ,poteſt peti ab alio ſuperiore.*
47. *Conſenſus denegatus ,quando habeatur pro præſtito.*
48. *Alienatione permiſſa, dominus tenetur ſcire qualitates emptoris.*
49. *Feudum poteſt dari in allodium propter clauſulam quibus dederis.*
50. *Feudatarius primus acquirens poteſt mutare naturam feudalem.*
51. *Primus acquirens ex ſeipſo non poteſt alia lege dare, quàm ipſe habet , ſecus cum conſenſu directi domini.*
52. *Fideicommiſſarij dicuntur recipere feudum à domino conſentiente.*
53. *Dominus directus inueſtit emptorem cum ſuo conſenſu.*
54. *Conſenſus directi domini poteſt alterare naturam feudi.*
55. *Dominus directus conſentiens dicitur donare.*

56. *Fideicommiſſi tota virtus fundatur in conſenſu domini.*
57. *Dominus directus ex ſeudo facit allodium, & è contra.*
58. *..ſolus dat ſpiritum feudo.*
59. *Primus acquirens cum conſenſu domini poteſt alterare primam inueſtituram, etiam in præiudicium vocatorum.*
60. *Conſenſus domini non alterat naturam fideicommiſſi reuocabilis vſque ad mortem.*
61. *Laudemia habendi ſpes, quando penitus extinguitur.*
62. *..per fideicommiſſum non eſt penitus extincta.*
63. *Dominus directus conſentiens remittit omne ſuum præiudicium.*
64. *Conſenſus quando habet naturam gratiæ, & quando naturam priuilegij.*

EA quæ ad complementum materiæ fideicommiſſi, plenè per diuerſos caſus ſcribi non poſſunt, Iuriſconſultorum antiquorum more ſub vno titulo communium de fideicommiſſis elucubrari placuit.

1. Primus igitur articulus eſt. Fideicommiſſum † reale dicitur tam in caſu mortis, quàm alienationis, quando verba teſtatoris ſunt imperſonaliter dicta, & ſolùm bona reſpiciunt. Vt ſi dixerit, bona mea deuoluantur ſemper ad proximum natum, qui tunc temporis viuus repertus fuerit, quæ verba cùm non ad perſonas, ſed ad bona directa ſint, faciunt fideicommiſſum reale, Bartol. *in l. peto. §. fratre*, *num.* 2. *verſ. dic ergo. de legat.* 2. *& in l. pater filium. §. quindecim. de legat.* 3. vbi opponit de *d. l. peto*, Paul. de Caſt. *in l. voluntas, in fin.* vbi etiam Iaſ. *num.* 10. *C. de fideicommiſſ. & in l. filiusfam. §. diui, in* 2. *lectura. num.* 25. *de legat.* 1. *& ibi* Crot. *numer.* 43. & Ripa *numer.* 66. & ita reſponderunt Dec. Alciar. Ruin. Pariſ. & plurimi alij conſulentes relati à Beccio *in conſil.* 24. *num.* 24. Peregrin. *in conſil.* 23. *num.* 18. *vol.* 4. Menoch. *in conſil.* 706. *num.* 40. *verſ. quinto. vol.* 8. & latiſſime hanc concluſionem probat Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 10. *num.* 25. *fol.* 285. Idem ſi
2. grauamen fuerit † impoſitum pluribus per nomen appellatiuum, puta hæredi hæredis, vel legatariis. *l. ſi fuerit, in fin. de legat.* 3. *& ibi* Bald. & Bartol. *in l. cum filiofamilias*, *num.* 1. *de legat.* 1. Idem ſi nullus perſonaliter nominatus fuerit, ſed dictum ſit, dicta
3. bona † perueniant in deſcendentes, tunc enim quilibet ex deſcendentibus videtur grauatus alteri reſtituere, vt tandem poſt omnes deueniant ad vltimo loco ſubſtitutum. Bald. *in l. precibus*, *numer.* 29. *verſ. tu dic. C. de impuber. ſubſtit.* Decian. *in conſil.* 41. *numer.* 51. *vol.* 1. Item ſi teſtator grauauerit quem-
4. libet † ſuccedentem ab inteſtato, hoc enim grauamen potius eſt in rem, quàm in perſonam, Bald. *in l.* 2. *de legat.* 3. & quando eſt imperſonaliter iniunctum, tunc cenſetur in rem ſcriptum, Gabriel *in conſil.* 117. *num.* 34. *& ſeq. vol.* 1. Simon de Pret. *in d. fol.* 285. *num.* 25. *propè finem.*
5. Item quando verba prohibitionis † alienationis reſpiciunt bona, tunc prohibitio dicitur realis, Cuman. *in d. l. peto. §. fratre, in* 1. *lectura. num.* 5. *de legat.* 2. Paul. de Caſt. *in d. §. diui, num.* 9. Decian. *in d. conſil.* 41. *num.* 84. *volum.* 1. Rim. iun. *in conſil.* 20. *num.* 7. & alij plurimi ad hoc allegati per Menoch. *in conſil.* 753. *num.* 1. *& plurib. ſeq. volum.* 8. Idem ſi prohibitio fuiſſet facta hæredibus inſtitutis ſpecialiter nominatis, ſed addita eſſet ratio concernens bona, quia voluit dicta eius bona perpetuo tempore remanere in ſua familia, hæc enim ratio facit prohibitionem † realem, vt poſt alios probat Surdus *in conſil.* 412. *numer.* 14. *& ſequent. vol.* 3. Idem 6.
ſi dixerit, quòd dicta domus ſtet ad perpetuam eius memoriam, hæc enim verba faciunt prohibitionem eſſe realem. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 303. *numer.* 3. *volum.* 1. Roman. *in conſil.* 457. *numer.* 1. & *ibi* Addentes referunt alios. Idem ſi prohibitionem † imperſonaliter, & indefinitè fecerit, prohibendo quòd eius bona non valeant vendi, vel 7.
alienari aliquo modo, quia prohibitio imperſonalis nihil differt à reali, Capyc. *deciſion.* 108. *num.* 2. Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 2. *num.* 28. Riminald. iun. *in conſil.* 271. *numer.* 124. *volum.* 3. & alij plures ad hoc allegati per Menoch. *in d. conſil.* 253. *num.* 5. *& ſequent.* Idem ſi dixerit quòd dicta bona non poſſint alienari à quouis hæredum, prohibitio eſt realis. Petra *in d. quæſt.* 2. *num.* 10. Capyc. *d. deciſ.* 108. *num.* 2. *verſ. quædam realis.*

Effectus fideicommiſſi realis eſt, † quia operatur grauamen, & afficit quaſcumque perſonas, & 8.
poſſeſſores. Pariſ. *in conſil.* 18. *num.* 50. *& conſil.* 90. *numer.* 43. *vol.* 2. & alij plures relati per Surd. *in conſil.* 315. *numer.* 20. *volum.* 3. Alban. *in conſil.* 93. *numer.* 2. *& conſil.* 97. *numer.* 2. Decian. *in conſil.* 54. *numer.* 26. *volum.* 1. & ita iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom* 5. *tit. Fideicommiſſum, cap. ſi fideicommiſſi.*

Secundus articulus eſt; de fideicommiſſo † particulari, quale ſit, quod declaratur *in toto titul. Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.* Nimirum quando res aliquæ particulares relinquuntur vt ſingulæ, ita quòd non ſit rogatus vt hæres, ſed vt ſingularis rei ſucceſſor, vt dicit text. *l. mulier. §. ſinal. ff. ad Trebellian.* Quamobrem ſi relicta ſit portio hæreditatis propriæ, vel hæreditas, quæ aliunde obuenit teſtatori, illud erit fideicommiſſum particulare, *d. §. fin. & l. cogi. §. & ſi miles. ff. ad Trebel.* quia ille cui relicta eſt hæreditas particularis, & rogatus eſt alteri reſtituere, non eſt rogatus vt hæres, ſed vt legatarius, ideo fideicommiſſum particulare dicitur, Bartol. *in l. cùm pater. §. ſentio. de legat.* 2. Crauet. *in l.* 1. *numer.* 144. *de legat.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 5. *num.* 42. Mantic. *lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 7. Vt hæres igitur rogatus eſſe oportet, ad excludendum particulare, quia ita vniuerſale fideicommiſſum dicitur. 9.

Ex quo infertur non eſſe veram illorum opinionem, qui firmant vniuerſale fideicommiſſum dici, quando res aliqua relicta eſt; quæ plurium corporum † vniuerſitatem continet, vt multi 10.
conſiderarunt de feudo. Nam feudum eſt vniuerſitas plurium corporum, & licèt aliquando iura etiam ſoleant contineri, tamen hoc facti eſt, vt dicit Andr. *in c.* 1. *quid ſit inueſtitura*, vbi non appellat feudum † ius vniuerſale, ſed quid vni- 11.
uerſum iuris & facti. Ita etiam eſt dos, ita vt per accidens dicatur continere iura actiuè, & paſſiuè, vt ſi ſeruus dotalis ſit hæres inſtitutus, tunc continebit iura actiuè, & paſsiuè, ſicut hæreditas. *l. etiam. §. fin. ff. de iure dot. l. ſi marito. §. fin. ff. ſolut. matrim.* Sed hoc contingens eſt doti, non autem naturale, & natura rei attendenda eſt. *l. naturalem. §. pauonum. ff. de acquir. rer. dom. §. pauonum. Inſtit. de rer. diuiſion.* ergo neque relictum dotis, neque relictum feudi vniuerſale dici poteſt, ſed particulare. Quamobrem *in §. fin. Inſtit. per quas perſonas nobis acquir.* enumerantur omnia iura † vniuerſalia, per quæ nobis vniuerſaliter acquiritur, & 12.
non eſt enumeratum peculium, neque dos. Dicitur enim, videamus quibus modis nobis per vniuerſita

ueſitatem acquiritur, veluti ſi nos alicuius hæredes facti ſumus, vel bonorum poſſeſſionem petierimus, vel ſi quem artogauerimus, vel ſi cuius bona libertatum conſeruandarum cauſa nobis addicta fuerint, peculium non recuſetur, ſed feu-
13. dum † eſt peculium caſtrenſe, quoniam feudatarius miles appellatur, vt quo tempore miles. Præterea etiam ſi feudum contineret vniuerſitatem corporum, non ideo relictum feudi poteſt dici vniuerſale, ſed generale, vt probant Bartol. & communiter ſcribentes *in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. legat.* & de hoc ſcripſi latiſſimè *in voto ſexto.*

14. Non ergo legatum feudi, † & onus reſtitutionis adiectum poſſunt facere fideicommiſſum vniuerſale, quia iudicium vniuerſale reſpectu certi feudi non extenditur ad alia feuda, ſiue bona, quæ non ſunt de illo feudo: ſicut quando teſtator legat alterius hæreditatem ſibi obuentam, tunc lega-
15. tum † eſt particulare, *l. cùm filius. §. Lucio*, & *ibi* Bart. *num. 2. de legat. 2. & in d. l. cogi. §. & ſi miles. ff. ad Trebellian.* Idem ſi legauerit corpora hæreditaria, quæ ſunt in tali caſtro, fideicommiſſum particulare eſt, *l. ſi quis ſeruus. §. ſi cui certam, & l. ſequent. de legat. 2.* & *ibi* communiter ſcribentes declarant. Imò gloſſ. *in l. quoties, in ver. diuidit, in fin. C. famil. herciſc.* dicit quòd ſi teſtator fecit teſtamentum per
16. particularia, † tunc non eſt fideicommiſſum vniuerſale, quia vbi non eſt facta hæredis inſtitutio, Trebellianica detrahi non poteſt. *d. l. mulier. §. final. & l. lex falcidia. §. final. ff. ad legem falcid.* quam gloſſam, vti communiter approbatam ſequuta eſt Rota, vt per Verall. *deciſ. 22. part. 2.*

Effectus huius articuli eſt, quia fideicommiſ-
17. ſum vniuerſale † peti debet, vbi maior pars hæreditatis eſt. *l. ſi fideicommiſſum. ff. de iudic. & l. vnic. C. vbi fideicommiſſ. peti oport.* ſed fideicommiſſum particulare ibi peti debet, vbi res ipſa ſita eſt, vel vbi hæres domicilium habet, *l. quod legatum, verſ. ſi autem*, & *ibi* gloſſ. *in ver. à legatario. l. ſi fideicommiſſum. §. ſed & reſcriptum. ff. de iudic.* Cyn. & omnes *in d. l. vnic. C. vbi fideicommiſſ. peti oport. & in rubrica C. vbi de hæredit. agi oport. & in l. final. C. communia de legat.* cum ſimilib. Quamobrem ſi plura fideicommiſſa ſunt diuerſarum rerum ſitarum in diuerſis ditionibus, ſingula à iudice territorij, vbi res fideicommiſſaria ſita eſt, peti debet, vel vbi hæres grauatus domicilium habet, & ad hoc eſt text. *l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed & ſi ea res quæ per fideicommiſſum. ff. de iudic.* & *ibi* Bartol. & Doct. & tunc non eſt admittenda exceptio, quòd ibi fi-commiſſum peti debet, vbi maior hæreditatis pars exiſtit, quoniam hæc exceptio fideicommiſſum vniuerſale reſpicit.

18. Tertius articulus eſt, de fideicommiſſo † ſub modo relicto, hoc enim eſt, vbicumque aliquid ex poſtfacto, poſt actus perfectionem, vel poſt emolumentum quæſitum, aut poſt aditam hæreditatem adimplendum eſt, tunc modus, & non conditio, inductus cenſetur, Bartol. *in l. quibus diebus. §. Thermilius, num. 5. & ſeq. ff. de condit. & demonſtr.* Butr. *in conſil. 48. in princip.* Alexand. *in conſil. 102. numer. 2. poſt medium, verſ. comprobatur etiam, & in conſil. 119. numer. 1. verſ. & licet in dictis locis. volum. 1.* Dec. *in l. cum mota, numer. 6. in fin. C. de tranſact.* Pariſ. *in conſil. 19. numer. 254. & ſequent. volum. 2.* Bero. *in conſil. 153. numer. 2. & ſequent. volum. 2.* Crauet. *in conſil. 19. num. 1.* Bald. *in conſil. 219. verſ. de illis verbis. volum. 2.* & hæc procedunt, etiamſi dictum fuerit, ſub hac conditione, quia quando
19. onus iniunctum reſpicit tempus † poſt acquiſitionem factam, ſemper conditio importat modum. Bartol. *in d. §. Thermilius.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 5. volum. 1.* Huiuſmodi eſt conditio aſſumendi cognominis, & armorum ipſius teſtatoris, vt dixit Rota *in deciſion. 39. numer. 4. part. 1. in Nouiſſim.* & *ibi* quòd etiamſi verba eſſent dubia, potiùs intelligenda ſunt per modum, quàm per conditionem, & hanc materiam latiùs tractat Galganettus *in tract. de condition. & demonſtr. part. 2. cap. 3.* per plures quæſtiones, & quando fideicommiſſum ſit ſub conditione, ſcribit Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſtion. 20.* & quando fideicommiſſum ſit purificatum, an attendendum ſit tempus facti teſtamenti, vel tempus ipſius conditionis purificati, vide ſcripta per Rotam *in deciſ. 116. part. 1.* in vltimò impreſſis.

Quartus articulus eſt, fideicommiſſi † acceptatio probatur per ſolam notitiam, & ita pluries deciſum, Bellamer. *deciſion. 131. & deciſion. 349.* niſi contrarium probetur, & ſcientia probatur per teſtes ſingulares, ſecundùm opinionem, quam tenet Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Fideicommiſſum, cap. fideicommiſſorum.* 20.

Quintus articulus eſt. Fideicommiſſorum † natura eſt, vt regulentur ſecundùm ordinem ſuccedendi ab inteſtato, gloſſ. *in l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de legat. 2.* Paul. de Caſtr. *in l. fin. numer. 5. C. de verb. ſignificat.* Alexand. *in conſil. 55. numer. 5. volum. 4.* Socin. iun. *in conſil. 26. numer. 25. volum. 1.* Decian. *in conſil. 1. numer. 340. & 344. volum. 1.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 94. numer. 19.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 30. numer. 20. & ſequent.* Seraphin. *in deciſion. 1216. numer. 8.* Magon. *deciſion. Florent. 37. numer. 15. & deciſion. 102. numer. 5.* Gama *deciſion. 206. numer. 25. & ſequent.* Rota Auenion. *deciſion. 37. numer. 9.* vbi cæteri omnes allegantur, Oddus *conſil. 45. numer. 37.* Cephal. *conſil. 313. numer. 45. volum. 3.* Surd. *conſil. 120. num. 3. volum. 1. & conſil. 177. numer. 11. volum. 2.* qui reſpondet contrariis. Et hic articulus deſeruit pro reſolutione plurimorum caſuum in materia fideicommiſſorum, nam propterea attendenda eſt proximitas vltimi defuncti grauati de reſtituendo, non autem proximitas teſtatoris, vt ſcribam *in ſequenti quæſtion. articul. primo.* Item in omni caſu, in quo teſtator non expreſſit ſuam voluntatem circa ordinem ſuccedendi contra diſpoſitionem iuris communis, vel ſtatutorum, ſemper facienda eſt interpretatio, vt ſuccedatur per fideicommiſſum eo ordine, quo ſuccederetur ab inteſtato. 21.

Sextus articulus eſt, an fideicommiſſum † conſtitui poſſit ſuper feudo pecunia empto, ſtante conſuetudine Mantuana, vbi omnia feuda ſunt alienabilia. Partem negantem acerrimè defen- 22.
dit Manentus † *in tract. de Liuellariis contractibus. pacto 7. numer. 16. & ſequent. & in conſil. 106.* impreſſo poſt ſuas deciſiones. Primò quia feudum non poteſt alia lege dari, quàm ipſe habet. Pernus *in conſil. 6. numer. 23.* Petrus Gregor. *de feud. parte 3. quæſtion. 2. numer. 10.* Milanenſ. *deciſion. 8. numer.* 23.
15. Neque feudatarius † poteſt mutare naturam, quam habet à conſuetudine, Gregor. *in d. quæſt. 2.* Pernus *in conſil. 29.* ergo ſicut in perſona primi acquirentis erat alienabilis vigore conſuetudinis, tale debet eſſe in perſona recipientis, & ſuccedentis, in quem tranſlatum fuerit, Milanenſ. *d. deciſ. 8. numer. 43. & ſequent.* Item quia ſtante conſuetudine dante prælationem vicino ſuper re alienata, alter vicinus non poterit ſuper re alienata 24.

25. nata † per fideicommiſſum prohibere talem piæ- lationem ſuo vicino. Bald. Afflict. & Tiraquell. quos dicit referre Marzar. *in conſil.* 2. *num.* 5. Item
26. quia nec cenſualiſta † poteſt facere fideicommiſ- ſum ſuper ipſo cenſu, quin ad libitum cenſuarius poſſit ſe affrancare. Boccacius *de cenſib. part.* 2. *nu- mer.* 115. Item quia inueſtitura † ſemper refer-
27. tur ad conſuetudinem patriæ, ſecundùm quam dominus concedere, & vaſallus acceptare cenſe- tur. Andr. *in cap.* 1. §. *nam & illud. de eo, qui ſibi & hæred. ſuis.* Lucas de Pen. *in l. fin. colum.* 8. *C. de pri- uileg. cor. qui in ſacro palat. lib.* 12. Brun. *in conſil.* 81. *in fin.* Curr. iun. *conſil.* 171. *numer.* 12. qui in pun- cto ſuper feudo Mantuano reſpondet; ergo cùm de dicta conſuetudine conſtet, non poteſt vaſallus acquirens illi derogare, & facere quod alienabi- le per naturam ſit inalienabile, quia nemo po- teſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſta- mento.

28. Item quia in feudo nouo non ſpectat † ad va- ſallum dare illi nouam formam, ſed ad dominium, Milanenſ. *d. deciſ.* 8. *num,* 43. *& ſeq.* Peregr. *in conſil.* 31. *num.* 14. *vol.* 1.

Præterea, quia in ipſa inueſtitura appoſita fuit
29. clauſula, † *Ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quidquid ſibi, & hæredibus ſuis perpetuò placuerit faciendum*; ergo infert Manentus, ſicut ipſe inue- ſtitus potuiſſet alienare in præiudicium omnium vocatorum in inueſtitura, eodem modo poſſunt hæredes, & deſcendentes alienare, & ad hoc pro- bandum allegat Laderch. *in conſil.* 1. *per totum,* præ- cipuè *numer.* 7. Roland. *in conſil.* 55. *numer.* 54. *vo- lum.* 3. Surd. *in conſil.* 384. *numer.* 46. Cacheran. *in conſil.* 19. *numer.* 22. *& ſequent.* Menoch. *in lib.* 3. *præſumpt.* 115. *numer.* 66. allegat etiam alios pluri- mos, quos tædet referre, quia argumentum po- tiùs concludit contra ipſum Manent. vt dicam in
30. reſolutione. Confirmat etiam, quia pacta † inue- ſtituræ non debent ſtare fruſtratoriè, Cacheran. *in conſil.* 19. *numer.* 35. *verſ. cum ſemper.* Curt. iun. *in d. conſil.* 171. *numer.* 7. *verſ. confirmatur, & verſ. ſed quod fortius*; propterea cùm fuerit acquiſitum ius emptori dicti feudi, antequam veniret caſus fidei- commiſſi, is potior haberi debet, & pro hoc al- legat Afflict. *in deciſion.* 286. Frecc. *in lib.* 3. *de ſub- feud. quæſt.* 30. Burſat. *in conſil.* 44. *numer.* 9. Cor- bul. *de priuat. ob alienat. emphyt. quæſt.* 40. *verſ. ſed quia,* ibi, quòd omnis diſpoſitio, *& verſ. ſed quæ- ro.* Item quia feudatarius habens poteſtatem teſtan- di à domino, non poteſt ſuper feudo facere fi- deicommiſſum, Freccia *in lib.* 2. *quæſtion.* 35. *& quæſt.* 36.

Item quia intereſt domini propter laudimia, &
31. inueſtituras, quòd alienationes † fiant, ideo fidei- commiſſum factum à feudatario tanquam ma- ximè præiudiciale, nullum eſt, allegat Specul. Al- ciat. & alios, *in d. tract. de liuellariis contractibus. pa- cto* 7. *numer.* 16. Addit Brun. *in conſil.* 174. *colum.* 2. *verſ. tamen videtur dura,* Raudenſ. *in conſil.* 58. *num.* 2. *volum.* 1. Marzar. *in conſil.* 2. Caualcan. *in deciſ.* 32. *num.* 47. *part.* 3. Iaſ. *in l. fin. num.* 45. *C. de iure emphyt.* Gama *deciſ.* 70.

Hæc ſunt præcipua capita, quibus putat opi- nionem ſuam ſubſiſtere, cætera verò, quæ ſuper- addit, dictis primis capitibus cohærentiam ha- bent.

Ego verò contrariam opinionem arbitror eſſe veriorem, videlicet, primum acquirentem feudum
32. titulo oneroſo † pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſuc- ceſſoribus quibuſcumque, vel pro ſe, & quibus de- derit (prout Manent. proponit articulum) poſſe di- ctum feudum alienare in perſonas certas per fidei- commiſſum vocatas, etiam vigore dictæ conſue- tudinis Mantuanæ.

Primò, quia niſi ipſe primus acquirens poſſet facere fideicommiſſum prædictum ſuper d. feudo, tunc conſuetudo remaneret fruſtratoria, quoniam primus acquirens non poſſet, neque ſecundus poſ- ſet in præiudicium ſucceſſoris, & ita deinceps, ne- que tertius, neque quartus; quamobrem d. con- ſuetudo, tanquam continens † perplexitatem, eſ- 33.
ſet nulla ipſo iure, & probat Oldrad. *in conſil.* 108. *verſ. circa ſecundum,* quoniam poſſe alienari, & nul- lum poſſe alienare, ſunt actus adeò contrarij, vt alter deſtruat alterum. Conſequentia probatur, quia fideicommiſſum, inſtitutio hæredis, & quilibet actus vltimæ voluntatis, ſunt ſpecies alienationis. † 34.
l. cùm pater. §. *frater. de legat.* 2. Iacobut. de Franch. *in prælud. feud. n.* 23. Afflict. *in cap. imperialem, num.* 32. *de prohibita feud. alienat. per Federic.* Sic è contra vbi alienatio † eſt permiſſa, cenſetur etiam per- 35.
miſſa hæredis inſtitutio. *l. ſi quis prioris.* §. *cætera. C. de ſecund. nupt.* Roland. *in conſil.* 42. *num.* 7. *volum.* 1. & contrariarum eadem eſt diſciplina. §. 1. *Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. iuris.* Cùm ergo per d. conſuetudinem Mantuanam inductum fuerit, di- cta feuda poſſe alienari de conſenſu directi domi- ni; ergo cenſetur etiam inductum, vt poſſint alie- nari per vltimam voluntatem, & ita per fideicom- miſſum. Imò Burſar. qui fuit egregius I.C. Man- tuanus, in puncto huius articuli reſpondet *in con- ſil.* 29. *numer.* 1. per dictam † conſuetudinem fuiſſe 36.
inductum, vaſallum, quamuis Eccleſiæ obtenta licentia à directo domino, poſſe de feudo etiam antiquo teſtari, etiam in præiudicium agnatorum, licèt eiſdem fuiſſet ius quæſitum per ſtipulationem maiorum, quam concluſionem multis authoritati- bus probat; ergo multò magis debeat ita poſſe te- ſtari, & fideicommiſſum facere ipſe primus acqui- rens.

Secundò, quia primus acquirens † poteſt vo- 37.
catis in inueſtituræ præiudicium inferre in feudo nouo, Bald. *in c.* 1. *in fin. de vaſall. decrep. ætat.* Vbi quòd ita diſponebatur in quodam capitulo, quod ſub eo titulo legebatur, licèt communiter non ha- beatur, & licèt apocryphum dicat, tamen notabi- le dicit Afflict. *in c.* 1. §. *hoc quoque, num.* 42. *de ſucceſſ. feud. & in c.* 1. *numer.* 7. *& 9. & ſeq. verſ. primo caſu, & num.* 11. *verſ. tertio caſu,* & ibi Aluarot. *numer.* 8. Andr. *numer.* 9. & ibi Addentes *in litera A. de alie- nat. feudi.* Idem Afflict. *in c.* 1. §. *Titius. ante num.* 2. *ſi de feudo defuncti controuerſ. ſit inter dom. & agnat. & in deciſ.* 112. *num.* 6. *& in deciſ.* 134. *in fin. & in de- ciſ.* 248. *numer.* 2. Luc. de Penn. *in l. pen. verſ. item quod poſt natiuitatem. C. de decur. lib.* 10. Ripa *in l. in quartam, num.* 179. Alex. *in conſil.* 18. *num.* 5. *& ſeq. & in conſil.* 28. *num.* 2. *&* 17. *vol.* 5. Curt. ſen. *in conſil.* 82. *in princip.* Signorol. *in conſil.* 11. *num.* 1. Dec. *in conſil.* 586. *in fin.* Ruin. *in conſil.* 7. *num.* 23. *& in conſil.* 38. *num.* 8. *&* 21. *vol.* 1. Gozadin. *in conſil.* 75. *num.* 13. Rimiald. ſen. *in conſil.* 96. *num.* 17. Crauet. *in conſil.* 135. *num.* 8. Cephal. *in conſil.* 1. *numer.* 12. *& conſil.* 3. *numer.* 34. *& conſil.* 12. *numer.* 16. *& conſil.* 182. *num.* 51. *& conſil.* 468. *numer.* 34. *& conſil.* 608. *num.* 33. Natt. *in conſil.* 475. *per tot. & conſil.* 502. *numer.* 17. *& conſil.* 504. *num.* 11. *& conſil.* 644. *num.* 1. Curt. iun. *de feud. part.* 4. *num.* 132. *verſ. ſecundùm concordiam, & num.* 144. Corn. *in conſil.* 159. *num.* 53. *vol.* 2. Menoch. *in conſil.* 352. *num.* 24. Bertazol. *in conſil.* 102. *num.* 25. Burſat. qui atteſtatur de

magis

magis communi, accedente conſenſu directi do-
mini, *in conſil.* 291. *num.* 95. Mantic. *de coniectur.*
lib. 7. *tit.* 9. *numer.* 3. Peregrin. *artic.* 52. *numer.* 84.
Valaſch. *de iure emphyt. quaſt.* 49. *num.* 5. Clar. *in §.*
feudum. quaſt. 41. *verſ. & hac quidem, & quaſtion.* 40.
verſ. ſed quaro, diſtinguit inter præiudicium domi-
ni, & vocatorũ. Item quòd in feudo nouo non con-
38. ceſſo contemplatione filiorum, † poſſit primus
acquirens illis præiudicare. Afflict. *in cap.* 1. *numer.*
10. *verſ. primo caſu*, vel etiamſi ſimus in dubio, *nu-*
mer. 11. *verſ. tertio caſu. de alienat. feudi paterni*, &
ibi Andr. ante *num.* 11. *& num.* 13. Afflict. *in d. c.* 1.
§. ſi Titius, numer. 2. *in fin. ſi de feud. fuer. controuerſ. in-*
ter domin. & agnat. Natta *in conſil.* 475. *numero* 12.
39. Idem in feudo † ex pacto, & prouidentia nouo,
Afflict. *in d. cap.* 1. *de alienat. feudi pater.* Cephal. *in*
conſil. 468. *num.* 35. *in fin.* Menoch. *in conſil.* 161. *nu-*
mer. 52. *volum.* 2. *& conſil.* 401. *numer.* 47. *colum.* 5.
Burſat. *in conſil.* 292. *numer.* 95. Valaſch. *in d. quaſt.*
49. *numer.* 6. *& ſequent.* Sed conſuetudo ſemper eſt
40. interpretanda, † vt quantò minus deroget iuri
communi. *c. cùm dilectus. de conſuetud.* Alexand. *in l.*
inter catera. numer. 5. *ff. de liber. & poſthum. & in l.*
3. *§. prator. colum.* 4. *ff. de damn. infect.* Gozadin. *in*
conſil. 19. *num.* 6. Pariſ. *in conſil.* 46. *num.* 68. *vol.* 1. *&*
in conſil. 95. *num.* 38. *eod. volum.* 1. Curt. *in conſil.* 105.
col. 1. & Iaſ. probat eſſe communem *in l. omnes po-*
puli. ff. de iuſt. & iur. Tantò magis, quia tenendo
quòd dicta conſuetudo ſit conformis iuri commu-
ni, non remanet ſine affectu, vt probabo in ſequen-
ti ratione; ergo primus acquirẽs titulo oneroſo po-
terit vigore dictæ conſuetudinis non derogantis
iuri communi, facere fideicommiſſum, ita reſtrin-
gendo dictam alienationem inter vocatos, cũ con-
ſenſu directi domini.
41. Tertiò, quia dicta conſuetudo † eſt conformis
iuri communi feudorum, & parit diuerſum effectũ
ab ipſo iure feudorum. Nam hoc iure permiſſa eſt
42. alienatio, † & ſubinfeudatio feudi de conſenſu di-
recti domini, *l. imperialem. de prohibita feudi alienat.*
per Federic. ad quem conſenſum præſtandum lex nõ
cogit dominum directum, quia eſt in eius facultate
conſentire, vel recuſare, ſed per directam conſue-
tudinẽ introductum eſt, vt feudatarius poſſit alie-
nare de conſenſu directi domini; ergo eſt idem diſ-
poſitum, quod de iure communi, propterea ſicut
de iure feudorum poteſt primus acquirens alienare
de conſenſu directi domini, etiam per fideicom-
miſſum, & in præiudicium vocatorũ, ita debet poſſe
fieri vigore dictæ conſuetudinis, quia iurium cor-
rectio eſt euitanda, *l. ſancimus. C. de appellat.*

Neque dicta conſuetudo ita interpretata rema-
nebit fruſtratoria, quia habebit effectum diuerſum
à iure communi, citra illius correctionem, ſiquidem
43. directus † dominus de iure communi feudorũ non
tenetur præſtare conſenſum ſuum alienationi feu-
dorum, ſi ſibi non placuerit, ſed quando conceſſit
feudum cum poteſtate alienandi, tunc de neceſſi-
tate tenetur conſentire, & poteſt cogi ad conſen-
tiendum, Afflict. *in cap. omnes filij. num.* 48. *ſi de feud.*
defuncti milit. Camerar. *in l. imperialem fol.* 47. *litera*
V. Idem Afflict. *in conſtitutione regni, incip. ſi quis poſt*
litem. num. 22. vbi quòd hoc caſu, ſi directus domi-
44. nus denegat, dicitur facere † iniuriam feudatario,
& poterit hoc caſu per iudicem interponi decretũ
ſuper conualidanda dicta alienatione, & hanc con-
cluſionem latiſſimè probat Ioan. Vinc. de Anna *in*
allegatione 132. *num.* 7. *& plurib. ſeq.* & Ioan. Franc.
de Ponte *in conſil.* 2. *num* 9. vbi quòd cùm facultas
alienandi ſit deducta in conceſſionem, producit a-
ctionem contra dominum ad conſentiendum, &
probat hanc opinionem eſſe communem, & indu-
bitatam; ergo idem eſt ſtante dicta conſuetudine,
quoniam conſuetudines † ſunt pactiones ciuium, vt 45.
notatur *in rubric. C. de decurionib. lib.* 10. & probat
gloſſator conſuetudinum Neapolis, *in conſuetudine*
incip. quòd ſi aliquis habet filios, in ver. pro alimentis.
fol. 119. ergo ſicut directus dominus per pactum ex-
preſſum poteſt cogi ad conſentiendum, ita per taci-
tum vigore dictæ conſuetudinis, & vbi directus
dominus denegat conſentire, poteſt † adiri illius 46.
ſuperior, per quem cogatur ad conſentiendum, Io.
Andr. *in c. cùm dilectus, num.* 8. *de his, qua vi metúſve*
cauſ. fiunt. & dicit Surd. *in deciſ.* 220. *in fine*, quòd
quando dominus directus † tenetur ad conſentiẽ- 47.
dum, illius conſenſus habetur pro præſtito, cuius
dictum non admitto ſimpliciter, quia etiam data
facultate alienandi, intereſt domini ne alienetur in
minus fidelem, nec in perſonam ſibi odioſam, &
propterea vult ſcire † conditiones illius in quem 48.
ſit alienatio, vt probat Minadous *in deciſ.* 43. *verſ.*
quoad primum, iſtæ enim ſunt iuſtæ cauſæ denegan-
di conſenſum. Quare dicta conſuetudo non re-
manet fruſtratoria, quoniam producit effectum
ſuum, & citra iuris communis correctionem inter-
pretanda eſt ſecundùm ius, & ita prout de iure pri-
mus acquirens feudum poterit facere fideicommiſ-
ſum, ita alienando in perſonas quàs vocabit, etiam
in præiudicium aliorum vocatorum in ipſa inueſti-
tura, & dominus directus conſenſum ſuum præſta-
re debet.

Quartò, quia præſupponit Manentus conceſſio-
nes feudorum in Senatu Mantuæ fieri cũ clauſula
pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ſiue
pro quibus dederit: ſed per huiuſmodi clauſulas po-
teſt feudũ dari in allodiũ; † ergo ſi primus acquirẽs 49.
poteſt mutare naturam feudalem, & facere allodia-
lem, de conſenſu directi domini, multò magis debet
poſſe alienare per fideicommiſſum in perſonas cer-
tas, cum conſenſu directi domini. Probatur ante-
cedens, nam de iure communi feudorum permiſſa
eſt alienatio, & ſubinfeudatio de conſenſu dire-
cti domini, vt probaui; ergo, vt dicta clauſula, &
quibus dederit, non ſit ſine effectu operandi, debet
intelligi, vt feudatarius primus acquirens teneat in
feudum, & dando alteri vigore dictæ clauſulæ, cen-
ſeatur dediſſe liberè, & in allodium, Andr. *in c. feu-*
dum ea lege, verſ. ſed tunc quando dixi. ſi de feud. defun-
cti. milit. contentio ſit inter dom. & agnat. Bald. *ibi nu-*
mer. 2. *verſ. alij dicunt*, & alij plurimi quos allego ad
hoc probandum *in tract. de clauſulis part.* 2. *clauſ.*
158. *n.* 2. *& ſeq.* vbi etiam reſpondeo contrariis, qui-
bus ſcriptis addo Ioan. Franc. de Ponte *in conſil.* 2.
num. 3. *& ſeq. & in conſil.* 81. *col. final.* vbi per multas
alias rationes hanc opinionem comprobat; ergo ſi
dictus feudatarius † primus acquirẽs poteſt mutare 50.
naturã feudalem, & facere allodialem cum conſen-
ſu directi domini, qui tenetur conſentire, & ad hoc
cogi poteſt, multò magis debet poſſe facere fidei-
commiſſum in perſonas certas de conſenſu directi
domini, etiam in præiudicium aliorum vocatorum
in prima inueſtitura.

Hæc noſtra opinio clarior apparebit ex reſolu-
tione contrariorum allegatorum per Manentum,
ideo ad primum reſpondeo, veram eſſe concluſionẽ,
quòd primus acquirens † non poteſt alia lege dare, 51.
quàm ipſe habet, ex regula *l. lex vectigalis. ff. de pign.*
& l. nemo plus iuris. de reg. iur. Sed hæc & omnia per
eum ſcripta, procedunt reſpectu ipſius acquirentis,
ſecus eſt reſpectu conſenſus præſtiti à directo do-

mino

mino ſuper fideicommiſſo, propter quem conſenſum fideicommiſſarij † vocati dicuntur recipere
52. feudum ab ipſo domino conſentiente, vt eſt caſus *in l. lege obuenire ff. de verb. ſignificat.* vbi dare dicitur is qui conſentit, & hæc eſt vera doctrina feudiſtarũ, quam in pluribus locis exarauit Andr. auriga feudorum, videlicet, *in §. quid ergo, num. 5. de inueſtit. de re al. fact. & in §. ſed nec eſt alia iuſtior, numer. 38. quæ ſit prima cauſ. beneſic. amit. & in c. 1. num. 1. §. ſed illud. de eo qui finem fec. agnat. & in tit. de prohibita feudi alien. per Lotharium, numer. 2. in fin. & in l. imperialem, num. 11. & ſeq. de prohibita feud. alien. per Federic. & in c. 1. num. 23. & 50. de pace iuram. firm. & in titulo, per quos fiat inueſtit. num. 10. & in c. ſi minori, circa finẽ ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dom. & agnat.*
53. vbi ait, Regem † per aſſenſum inueſtire emptorem, & *in §. etſi clientulus. de alienat. feud.* dicit directus dominus conſentiens videtur non ſecus ac ſi ipſe principaliter emptori feudum concederet, & ita fideicommiſſarij vocati in feudo cũ conſenſu directi domini, ipſi dicuntur inueſtiti de dicto feudo ab ipſo directo domino.

54. Item quia conſenſus directi † domini in perſona ſucceſſoris poteſt facere naturam feudi vel laxiorẽ, vel ſtrictiorem, prout conſenſus verba ſcripta ſunt, doctrina eſt Andreæ *in c. 1. n. 7. verſ. ex præmiſſis, qui ſucceſſores teneantur,* vbi quęrit an finita linea alienãtis feudum reſoluatur in perſona recipientis, quia alienans non poterat plus iuris in recipientẽ transferre, & concludit pro acceptore, quia directus dominus conſentiendo videtur ſucceſſori donare, & licèt reſoluatur ius alienantis, quod finiebatur in vita ſua, ex eo quia carebat ſucceſſore, tamen propter conſenſum præſtitum ad fauorem acceptoris
55. ius ipſius non eſt reſolutum, cui directus dominus† conſentiens dicitur donare, & ita declarat Camerar. *in d. l. imperialem fol. 43. litera M. & R.* & Frecc. *in lib. 2. de ſubfeud poſt 2. authoritatem in cap. incipiente, hîc quæro. num. 12. & in 29. authorit. num.* 8. Loffred. *in paraphraſi feudali ſuper d. l. imperialem. in §. ſed nec dominus. verſ. accedat. col. 3.* Afflict. *in deciſ. 112. numer. 7. & ſeq.* & hanc doctrinam ſequitur etiam Bald. *in c. ſi facta, num. 1. ſi de feud. fuer. controuerſ.* vbi Præpoſit. *num. 3.* dicit ſucceſſorem è manu directi domini acquirere, & alienatorem manu directi domini ponere, atque ab eo ſucceſſori dati; ergo
56. tota† virtus dictæ alienationis per fideicommiſſum fundanda eſt per conſenſum præſtitum à dicto directo domino, per cuius authoritatem natura feudi vel laxior, vel ſtrictior facta fuit, & reſoluuntur omnia ſcripta per Manentum.

Ad ſecundum reſpondetur, veram eſſe concluſionem, quòd vaſallus non poteſt alterare naturam feudi, nec facere, vt quod per conſuetudinem patriæ eſt alienabile, efficiatur non alienabile. Reſpõdeo quòd hoc nõ facit feudatarius, ſed directus dominus de conſenſu feudatarij, vt dicit Andr. *in cap. 1. num. 3. de eo qui ſibi, & heredib. ſuis & in c. 1. num. 4. verſ. ſed ſi Rex. de controuerſ. feudi apud pares termin. & in d. l. imperialem, numer. 15.* & ibi Camerar. *litera O.*
57. Loffred. *in conſil. 30.* Imò poteſt directus dominus † ex feudo facere allodium, & ex allodio feudum. Andr. *in tit. de controuerſ. feud. apud pares termin.* Roſenthall *de feud. tit. de ſucceſſ. feudi cap. 6. quæſt. 69.* Lanarius *in conſil. 15. num. 6.* Petr. Gregor. *de conceſſ. feudi part. 3. quæſt. 5.* qui alios refert. Frecc. *in lib. 2. de ſubfeud. quæſt. 35. numer. 18.* vbi quòd ſolus prin-
58. ceps directus † dominus dat ſpiritum feudo; ergo etiamſi fideicommiſſum non eſſet ſpecies alienationis contenta ſub dicta conſuetudine, quæ conſtituit naturam feudi, (cuius contrarium eſſe verius iam probaui) nihilominus quia dictum fideicommiſſum eſt factum cum conſenſu directi domini, feudi natura alterata eſt, quia directus dominus ita iuſſit, & primus acquirens cum titulo oneroſo, potuit ſucceſſoribus præiudicium facere, vt probaui, tantò magis, quia d. conſenſus directi domini ſuper dicto fideicommiſſo præſtitus non dicitur feudi naturam alteraſſe, quoniam ab initio cuilibet alienationi faciendæ promiſſus fuerat conſenſus, & ideo ab initio cenſetur datus, & per conſequens nulla feudi alteratio conſiderari poteſt.

Cætera ſcripta in contrarium, parum ſtringunt, nam ratiò, quòd ſicut inueſtitus poteſt alienare, ita eius ſucceſſores, procedit, quando cum conſenſu directi domini, qui conſenſus omnia facit, vt probaui. Item quòd pacta inueſtituræ non debent eſſe fruſtratoria, hoc eſt verum, ſed primus † acquirens cum conſenſu directi do- 59.
mini poteſt alterare naturam primæ inueſtituræ, etiam in præiudicium vocatorum; vt probatum eſt. Ad illationem, quam facit, propterea cùm fuerit acquiſitum ius emptori ante caſum fideicommiſſi, is potior haberi debet. Dico quòd fideicommiſſum † eſt factum cum conſenſu directi do- 60.
mini, habet tacitam conditionem ſi teſtator in eadem voluntate permanſerit vſque ad mortem, nam cùm ſit reuocabilis, conſequitur naturam actus ſuper quo interponitur, ideo ſi teſtator poſtea alienauerit, pariter cum conſenſu directi domini, potior erit emptor: ſed nos loquimur an fideicommiſſum factum cum conſenſu directi domini ſubſiſtat, quando non eſt reuocatum expreſsè, nec tacitè. Ad vltimum de intereſſe domini propter laudimia, reſpondetur, quòd aliud eſt, quando † 61.
ſpes habendi laudimia in perpetuum penitus extinguitur, vt quia alienatio fit in Eccleſiam, & ita loquitur Marzar. *in d. conſil. 2.* Vel quando bona emphyteotica anneċtuntur maioratui, & ita loquuntur Specul. Gama, & alij allegati. Aliud eſt, quando dicta ſpes non eſt omninò extincta, vt in fideicommiſſo, † vbi vltimus de linea vocatorum 62.
poteſt alienare, vt ſcripſi ſuprà in articulo, quando fideicommiſſum extinguatur. Præterea allegati in hac vltima ratione non percutiunt punctum de quo agimus, quia nos loquimur de fideicommiſſo facto cum conſenſu directi domini, & Specul. Gama, Marzar. & cæteri à Manento allegati non loquuntur in caſu quo ipſe dominus directus conſentiret vel alienationi in Eccleſiam, vel vt bona emphyteotica anneċterentur maioratui, quoniam omnis effectus prouenit ab ipſo conſenſu directi domini, † qui dum illum præſtat, re- 63.
mittit omne ſuum præiudicium, ex regula *l. pen. & l. fin. C. de remiſſ. pignor.* Item quando conſenſus ſimpliciter conceditur ſuper alienatione, recepto laudemio, tunc habet naturam gratiæ, † quoniam 64.
conſenſus eſt gratia. Andr. *in c. 1. §. 1. de inueſtit. de re alien. facta.* Sed quando conceditur contra naturam feudorum, vt remittatur directi domini præiudicium reſpectu laudemij, tunc conſenſus tranſit in naturam priuilegij, Bart. *in l. 1. numer. 12. C. de iuris, & facti, ignorant.* Iaſ. *in præludiis feud. num.* 8. & alij plures ad hoc allegati per Lanar. *in conſil. 60. num. 123.* & per Franciſc. de Ponte *in conſil. 3. numer. 45. & ſequent.*

QVÆ

QVÆSTIO XXII.

De fideicommiſſariis, per octo articulos diuiſa.

1. Fideicommiſſarius quæ probare debet, vt obtinere poſſit.
2. Fideicommiſſarius quas actiones intentare poſſit.
3. An & quando fideicommiſſarius capiat poſſeſſionem authoritate propria.
4. Fideicommiſſarius conditionalis an pendente conditione agat.
5. An & quando fideicommiſſarius recuperet bona fideicommiſſi alienata per grauatum.
6. Fideicommiſſarius ſi eſt hæres grauati an veniat contra illius factum.
7. Fideicommiſſarius an detrahat Trebellianicam ex reſtitutione facienda alteri fideicommiſſario.
8. An fideicommiſſarius teneatur ad onera.

ARTICVLVS I.

Fideicommiſſarius quæ probare debeat, vt obtinere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum non præſumitur, niſi probetur.*
2. *Argumentum de perſonis ad res, eſt validum.*
3. *Bona præſumuntur libera, niſi probentur fideicommiſſo ſubiecta.*
4. *Argumentum de feudis ad fideicommiſſa eſt validum.*
5. *Seruitus non habet cauſam naturalem.*
6. *Fideicommiſſarius debet probare fideicommiſſum.*
7. *.. etiam per codicillos, non apparente teſtamento.*
8. *.. & poteſt etiam petere à venientibus ab inteſtato.*
9. *Fideicommiſſum probatur per literas ſcriptas coram quinque teſtibus.*
10. *.. ſi eſt acceptatum probatur hæredis iuramento.*
11. L. final. C. de fideicommiſſ. *declaratur.*
12. *Fideicommiſſarius debet probare ſe eſſe de vocatis.*
13. *.. in dubio iudicatur contra fideicommiſſum.*
14. *Actor concludenter debet legitimare ſuam perſonam.*
15. *.. etiam in iudicio ſummario.*
16. *Proximitas non præſumitur, ſed eſt probanda per fideicommiſſarium.*
17. *Conſanguinitas probatur per gradus cum redditione cauſæ ſcientiæ.*
18. *Fideicommiſſarius non probans gradum proximitatis non poteſt obtinere.*
19. *Proximitatis incerta probatio interpretatur contra producentem.*
20. *Conſanguinitatis poſſeſſorium quomodo probatur inter deſcendentes.*
21. *Conſanguinitas quando poſſit probari per indicia, & præſumptiones.*
22. *Proximitas an ſit probanda reſpectu teſtatoris, vel vltimi defuncti.*
23. *Proximitatem grauati eſſe attendendam, receptum eſt in omni foro.*
24. *Proximitas reſpectu vltimi attenditur in feudalibus.*
25. *.. item in ſucceſſione regnorum, & ſtatuum.*
26. *Proximitas vltimi attenditur in fideicommiſſis linearibus.*
27. *Proximitas teſtatoris attenditur, ſtante contrauentione grauati.*
28. *.. item quando vocatio proximiorum habet reſpectum ad perſonam teſtatoris, vel ad eius familiam.*
29. *.. item ſi iuſſerit aſſumi nomen, cognomen, & familiam ipſius.*
30. *.. item ſi ſucceditur per vulgarem ſubſtitutionem.*
31. *Fideicommiſſarij probationes debent concludere de tempore purificatæ conditionis.*
32. *Fideicommiſſarius tranſmittit, ſi fideicommiſſum eſt purificatum.*
33. *.. quando agit contra hæredem grauatum, ſufficit probare defunctum poſſediſſe.*
34. *.. idem ſi intentet actionem hypothecariam.*
35. *.. idem ſi ageret contra hæredem hæredis.*
36. *Bona per filium poſſeſſa non omnia præſumuntur bona patris.*
37. *Fideicommiſſarius rei particularis agens contra tertium poſſeſſorem debet probare dominium.*
38. *Bona aliena non veniunt in petitione fideicommiſſi ſingularis.*
39. *Dominium legati probandum eſt contra tertios poſſeſſores.*
40. *Fideicommiſſarius debet probare identitatem bonorum.*
41. *Identitas non præſumitur niſi probetur.*
42. *Identitas bonorum probatur per circunſtantias, & confines.*
43. *.. item per poſſeſſionem continuatam inter plures.*
44. *.. item ſi probetur fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco.*
45. *.. item per probationem ſingularium nominum bonorum cum aliquibus confinibus.*
46. *.. item per coniecturas, & præſumptiones in antiquis.*
47. *.. item per deſcriptionem bonorum in æſtimo.*
48. *Identitas bonorum quibus modis probetur, remiſſiuè.*

SEQVITVR videre de fideicommiſſariis, & quia omnia bona præſumuntur libera, † niſi probentur fideicommiſſo ſubiecta, per regulam *l. altius. C. de ſeruitutibus*, vbi omnes Doct. Item quia nemo præſumitur eſſe ſeruus, niſi probetur. Bald. *in l libertas, n. 1 ff. de ſtatu hom.* & valet argumentum † de perſonis ad res. *l. qui furere ff. de ſtatu hom.* vbi Bald. & Alberic. hoc notant, *l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. de legat. 1. l. ſi quis filio. ff. de iniuſt. teſtam.* gloſſ. & Doctor. *in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.* Euerard. *in loco à perſonis ad res*; idcirco quælibet bona † præſumuntur libera, niſi probentur eſſe oneri fideicommiſſi ſubiecta. 1. 2. 3.

Bald. in d. l. libertus, numer. 1. ff. de ſtatu hom. cap. 1. §. 1. & ibi gloſſ. in ver. interim. Bald. numer. 1. & communiter Doct. ſi de feud. defuncti controuerſ. fuer. inter dom. & agnat. cap. 1. de controuerſ. inter maſcul. & fem. de benefic. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, numer. 69. de conſtit. c. cæterùm. cap. fin. & ibi. Ioan. Andr. & Hoſtienſ. in ver. reſpondere, de iudic. &
4. valet argumentum † de feudis ad fideicommiſſa. Menoch. in conſil. 89. numer. 65. vol. 1. Item quia
5. ſeruitus regulariter † non habet cauſam naturalem, cùm ſit contra naturam. l. 4. ff. de iuſtit. & iur. ſed aut impoſititiam, aut præſcriptitiam. §. final. Inſtit. de ſeruit. ruſtic. prædiorum, & propterea probari debet. Bald. in c. cùm omnes. numer. 21. de conſtit. Quamobrem inprimis videndum eſt, quid fideicommiſſarius agens probare debeat, & hic articulus habet duplicem inſpectionem, videlicet reſpectu actoris, & reſpectu conuenti.

Circa primum caput plures caſus ſunt explican-
6. di, quorum primus eſt, fideicommiſſarius † debet probare fideicommiſſum, per rationem ſuprà ſcriptam, quoniam bona libera præſumuntur, Bald. in conſil. 84. circa finem, & in conſil. 89. vol. 1. & in conſil. 4. vol. 4. Paul. de Caſtr. in conſil. 94. in vltimo dubio, & in conſil. 102. col. 2. vol. 2. Aretin. in conſil. 100. col. 2. verſ. ſed dato quòd probaretur. Alexand. in conſil. 82. col. fin. vol. 2. & in conſil. 139. col. 3. vol. 6. & ad hoc eſt text. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. & l. final. C. de edicto diui Adr. toll. & ibi notant gloſſ. Bart. & cæteri.

Declaratur iſte caſus, vt fideicommiſſarius poſſit probare fideicommiſſum etiam per ſolos codi-
7. cillos, † quoniam non apparente teſtamento qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, de reſtituendo rogati cenſentur, l. 2. §. codicillorum. l. ſi quis eum teſtamentum. §. 1. l. ab inteſtato. ff. de iure codicill. Sed hoc eſt verum, quando nullum teſtamentum factum fuerit, tunc enim ab hæredibus ſcriptis, vel nominatis fideicommiſſum peti debet; ergo ſoli codicilli ſatis non ſunt. d. l. ab inteſtato. & ſecundùm ipſum intellectum fuit iudicatum, vt atteſtatur Theſaur. in quæſt. forenſ. 86. propè finem. part. 2. Item hac diſtinctione retenta, etiam per epiſto-
8. lam peti poteſt, † vel à venientibus ab inteſtato, vel ab hærede ſi teſtamentum factum fuerit. l. & in
9. epiſtola. C. de fideicommiſſis. ſed hoc caſu literæ † coram quinque teſtibus ſcriptæ eſſe debent. d. l. & in epiſtola, & ibi gloſſ. in ver. epiſtolam, & in l. miles. de legat. 2. Lanar. in conſil. 28. numer. 2. Interdum nullo apparente teſtamento, nec codicillis ſolo
10. hæredis iuramento † fideicommiſſum acceptatum peti poteſt, & per hoc remedium Iuſtinianus fideicommiſſario prouideri iuſſit, ne voluntas morientis ob defectum probationis euaneſcat, prout
11. eſt caſus in l. final. † C. de fideicommiſſis. & hic eſt verus illius legis intellectus, vt poſt Oxonotimum in §. final. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat. probat Theſaur. in quæſt. forenſi 97. num. 6. & ſeq. part. 2. quidquid ſcripſerit Peregrin. in articul. 42. num. 3.

Secundus caſus eſt, fideicommiſſarius debet
12. probare † ſe eſſe de vocatis, nam ad illius excluſionem ſufficit dicere, teſtamentum de te non loquitur. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de teſtamentis. §. occurrit, Dec. in conſil. 95. & conſil. 336. in fin. Socin. in conſil. 62. numer. 7. vol. 3. Socin. iun. in conſil. 185. numer. 9. vol. 2. Gozadin. in conſil. 21. numer. 8. Crauett. in conſil. 108. col. 1. Pariſ. in conſil. 63. numer. 7. vol. 3. Oldrad. in conſil. 21. in fin. Roland. in conſil. 56. numer. 4. & conſil. 58. numer. 73. vol. 3. & in conſil. 18. numer. 6. vol. 4. Cephal. in conſil. 113. numer. 5. vol. 1. Decian. in conſil. 12. numer. 1. vol. 1. & in conſil. 55. numer. 9. vol. 3. Menoch. in conſil. 85. numer. 39. & 50. volum. 1. Marzar. in epitom. de fideicommiſſ. quæſt. 1. & eſſe opinionem receptiſſimam probat Ludouicus in concluſ. 14. illatione 76. & ſecundùm eam fuiſſe pluries iudicatum, Seraphin. in deciſ. 1486. in princip. Magon. deciſ. Lucenſ. 81. numer. 11. & ſeq. Caualcan. deciſ. 17. numer. 52. part. 3. Et probatio prædicta debet neceſſariò concludere, quia in dubio
ſemper † eſt iudicandum ad excluſionem fidei- 13.
commiſſarij. Riminald. iun. in conſil. 50. numer. 55. vol. 1. Honded. in conſil. 78. numer. 8. & ſeq. vol. 1. Menoch. in conſil. 522. numer. 3. vol. 6. Et ratio eſt,
quia actor † concludenter debet legitimare per- 14.
ſonam ſuam in principio iudicij, ſiue ſit ſummarium, ſiue ordinarium, & penè debet diſcuti de legitimatione perſonæ, antequam procedatur ad cauſam. Iaſ. in rubric. C. qui admitti, Maranta in ſuo ſpeculo. §. nonum membrum, vbi tractat de exceptionibus ante numer. 5. & debet legitimari perſona,
etiam in iudicio ſummario, † Crauett. in conſil. 15.
104. numer. 1. Menoch. qui refert alios in tract. de adipiſcend. poſſeſſ. remedio 4. numer. 441. & ſeq. Alexand. in conſil. 59. numer. 2. vol. 2. vbi Apoſtilla lata, & hanc concluſionem latiùs cæteris probat Schraderus in cap. cæterùm. de iudiciis, à numer. 32. vſque ad 40. Vbi etiam quòd à decreto ſuper legitimatione perſonæ indiſtinctè appellari permittitur.

Tertius caſus eſt, fideicommiſſarius debet probare ſe eſſe proximiorem de vocatis, quoniam pro-
ximitas † non præſumitur. l. 1. ff. de probat. c. 16.
licèt ex quadam, & ibi Abb. & Doct. de teſtib. præſertim quando non allegatur proximitas, & deſcendentia propinqua, ſed remotior, quæ difficiliùs probatur. Paul. de Caſtr. in conſil. 56. num. 4. & ſeq. vol. 1. Item quia proximitas, aut conſangui-
nitas † non cadit in ſenſum corporalem, ideo te- 17.
ſtes non aliter dicuntur illam probare, niſi reddita cauſa ſcientiæ. Dec. in conſil. 321. numer. 5. & conſil. 524. numer. 2. & conſil. 595. numer. 1. Ancharan. in conſil. 52. numer. 7. Item diſtinctè, & per gradus diſtinctos probanda eſt. d. c. licet ex quadam. in verſ. ſingulos gradus. de teſtib. & ibi Abb. numer. 12. Anchar. in d. conſil. 52. numer. 7. Innoc. & Bald. in c. ſeries, numer. 3. de teſtib. Idem Bald. in l. 1. num. 14. C. de teſtam. & deficiente probatione vnius gradus, deficit tota probatio. Bald. in d. c. ſeries, numer. 2. & ibi Anton. de Butr. Alexand. in conſil. 182. numer. 9. & ſeq. vol. 7. Tiraquel. de retract. conſanguineo. §. 11. gloſſ. 16. numer. 1. Item ad minus duo teſtes requiruntur, qui idoneam ſcientiæ cauſam de proximitate reddant. Ancharan. in conſil. 277. numer. 3. Pariſ. in conſil. 115. numer. 6. vol. 4. Quamobrem qui non concludenter probant gra-
dum † proximitatis, ſucceſſionem obtinere non 18.
poſſunt, Alex. in d. conſil. 182. num. 10. vol. 7. Dec. in conſil. 531. num. 4. Tiraquell. in d. gloſſ. 16. numer. 14.
Item quia incerta proximitatis probatio † contra 19.
producentem eſt interpretanda. Alex. & Tiraquell. in prædictis locis. Doctor. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb. obligat. Bald. in l. quoties. §. ſi quis ita. num. 2. & ſeq. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in conſil. 56. num. 4. vol. 3.

Declaratur iſte caſus. Nam reſpectu deſcenden-
tium per rectam lineam, ex tractatione, † & nomi- 20.
natione deſumitur poſſeſſorium. Bartol. in l. quod ſenatuſconſultum. §. per contrarium, & ibi latiùs per Alberic. ff. de liber. agnoſc. l. ſilium, & ibi Doct. ff. de his

his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. *c. Michaël. de filiis presbyterorum*. Sed hoc poſſeſſorium non habet locum in collateralibus, Ancharan. *in d. conſil.* 52. *numer.* 7. *& ſeq.* & multò minus locum habere poteſt, quando agitur contra tertium poſſeſſorem. Pariſ. *in conſil.* 59. *num.* 7. *& ſeq. vol.* 4. per text. *cap. illud*, & *ibi* Doct. *de præſumpt.* & ad hoc eſt text. *§. cæterùm. in verſ. ſicut plerumque ſermonibus fieri ſolet, dixit alicui, Inſtit. de milit. teſtam.*

Secundò declaratur, quia ſcripta in d. caſu procedunt in concurrentia alterius proximioris, cæterùm hoc circumſcripto, ad probandum aliquem
21. eſſe de genere, † & familia teſtatoris, ad effectum ſuccedendi, ſufficiunt indicia, & præſumptiones, gloſſ. *in l. 1. §. quoties. ff. de probat.* & *ibi* Salyc. *num. 2. verſ. ſed probatur.* Aretin. *in conſil.* 37. *numer.* 2. *verſ. venio igitur ad ſecundum.* Et hæc concluſio multò magis procedit, quando verſamur inter antiquos, tunc enim leuiores probationes admitti conſueuerunt, Aretin. *in d. conſil.* 37. Alex. *in conſil.* 90. *vol.* 6. & alij relati per Cephal. *in conſil.* 137. *num.* 45. *vol.* 1. & latiùs hanc declarationem elucubrat Mareſcott. *in lib. 1. variarum reſolut. cap.* 70.

Quartus caſus eſt, fideicommiſſarius an debeat
22. probare ſe eſſe proximiorem † vltimo defuncto, vel teſtatori, magna eſt controuerſia inter Doctores. Nam quòd ſit probanda proximitas reſpectu teſtatoris, firmarunt Menoch. *in conſil.* 124. *in 1. dubio, vol. 2. & in conſil.* 481. *vol. 5. & in conſil.* 815. *num. 50. & 60. vol. 9. & conſil.* 830. *vol.* 9. & Surd. *in conſil.* 120. *vol.* 1. qui acerrimè hanc opinionem defendunt, & alios referunt; plurimos alios refert Ceuall. *in quæſtionibus communium cap.* 398. qui etiam atteſtantur eſſe communem.

Sed contraria ſententia ſemper fuit iudicata magis communis, & verior, atque ita in omnibus tribunalibus recepta, videlicet in Rota Romana, Senatu Pedemontano, Rota Auenionenſi, Rota Lucenſi, & in ſupremo Senatu Luſitaniæ, vt probatur *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Fideicommiſſum.*
23. *cap. proximitas* † *grauati*, & hanc concluſionem defendunt vti veriorem, Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 27. numer.* 6. Alexand. Trentacinq. *de ſubſtitut. part. 4. cap.* 12. Molin. *de Hiſpan. primogenit. lib. 1. cap. 6. num. 46. & ſeq. & lib. 3. cap.* 9. Clar. *in §. teſtamentum quæſt.* 76. Marzar. *de fideicommiſſ. quæſt.* 55. Viuius *in commun. concluſ.* 848. Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 11. numer. 49. & ſeq.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 20. numer. 2. & ſeq.* omnes atteſtantes de magis communi, & veriori opinione, & quòd ita fuerit iudicatum, Socin. *in l. ſi cognatis, numer. 40. ff. de reb. dubiis.* vbi dicit ſe ita pluries conſuluiſſe, & inſignes Doctores ſubſcripſiſſe, quos plurimos refert, atque ita fuiſſe iudicatum. Item confert ad hanc concluſionem, quòd etiam in feudorum ſucceſſionibus attenditur proximitas †
24. vltimi grauati, Peregr. *c. 1. de natura ſucceſſ. feudi.* de cuius textus intellectu, & probatione huius concluſionis ſcripſi ſuprà *in parte 3. quæſt. prima. artic. 2. numer. 43. & ſeq.* quidquid ſuper intellectu dicti capituli primi de natura ſucceſſionis feudi ſcripſerit Surdus *in d. conſil. 120. numer. 15. & ſeq.* Item confert, quòd etiam in ſucceſſione regno-
25. rum, † & ſtatuum, attendenda eſt proximitas vltimi, vt probo diffuſè *in d. quæſt. 1. artic. 2. num.* 56. Item confert ratio, quia ſi proximitas teſtatoris eſſet attendenda, ſæpiſſimè ſucceſſiones turbarentur, nam excluſis liberis morientis, fieret tranſitus ad remotiſſimas perſonas, qui de iure non poterant ſuccedere teſtatori; ergo cenſetur noluiſſe de

ſua, ſed de proximitate grauati. Rota *deciſ. 72 num. 5. verſ. tertia coniectura. part. 1. in Nouiſſim.* & quaſi ſemper fideicommiſſa eſſent ſub incerto. Item confert altera ratio, quia ſi tam is qui eſt proximior teſtatoris, quàm qui eſt proximior grauati, omnes ſunt de deſcendentibus teſtatoris, tunc Doctores ſine controuerſia firmarunt eſſe præferendum proximiorem grauati vltimò defuncti, quia non
fit tranſitus † de linea ad lineam; ergo donec extet 26.
aliquis de linea grauati, ille præferendus eſt, Cephal. *in conſil. 457. numer. 5. & ſeq. vol. 3. & conſil. 489. numer. 62. & conſil. 493. numer.* 42. Petra *in d. quæſt. 11. numer. 5. & numer. 73. & numer.* 132. Gabriel *in conſil. 112. numer. 13. vol.* 2. Natta *in conſil.* 22. Molin. *de primogen. lib. 3. capit. 4. numer.* 4.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando teſtator in caſu contrauentionis vocauit proximiorem, quia tunc non eſt intelligendus de proximiore grauati † contrauenientis, ſed de proximiore 27.
teſtatoris. Item quando vocauit proximiores ſuos, tunc enim ceſſat controuerſia de proximioribus grauati, & huiuſmodi declarationes probo ſuprà *in parte 2. quæſt. 3. artic. 6. numer. 5. & ſeq.* Addo, quòd quotieſcumque vocatio proximiorum habent reſpectum ad perſonam teſtatoris, † vel ad eius fa- 28.
miliam, ſemper attendenda eſt proximitas teſtatoris, non autem grauati, Bartol. *in l. peto. §. fratre. de legat.* 2. Ripa *in l. filiusfamilias. §. diui, numer. 31. de legat.* 1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum, quæſt. 18. num.* 3. Petra *in d. quæſt. 11. n.* 4. Peregr. *artic. 20. numer.* 9. Mantic. *lib. 8. tit. 12. numer. 31. & tit. 14. numer.* 20. & declarat Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 3. numer. 43. & ſeq. fol.* 343. Item verba vocationis habent reſpectum ad teſtatorem,
ſi iuſſerit vocatus aſſumere † nomen, vel cogno- 29.
men, & inſignia ſua, Menoch. *in d. conſil. 124. numer. 27. verſ. octauò ſuffragatur.* Surd. *in d. conſil. 120. numer.* 1. Peregrin. *in d. articul. 20. numer.* 9. Item
habent reſpectum ad teſtatorem † ſi ſucceditur 30.
per vulgarem, Bald. *in l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulgari & pupill.* Ruin. *in conſil. 142. numer. 16. vol.* 3. Cephal. *in conſil. 333. numer.* 18. Menoch. *in conſil. 126. num. 310. vol.* 2. Petra *in d. quæſt. 11. numer.* 88.

Declarantur iſti caſus, vt procedant, & dictæ
probationes fieri debeant de tempore † purificatæ 31.
conditionis, & quando venit caſus fideicommiſſi, Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de teſtam. col. pen. verſ. item Lambertinus*, Alexand. *in conſil. 26. col. final. vol.* 3. Ruin. *in conſil. 100. numer. 5. vol.* 2. Pariſ. *in conſil. 31. numer. 41. vol.* 2. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. numer. 82. & 95.* Alba. *in conſil. 106. numer. 1. & ſeq.* & quando fideicommiſ-
ſum eſt purificatum, tunc ſi fideicommiſſarius † 32.
decedat, illius hæres dictas probationes facere poterit, quoniam illud purificatum ad hæredem tranſmittit. Cephal. *in conſil. 132. numer.* 8. Roland. *in conſil. 46. num. 6. vol.* 3. & eſſe communem opinionem probat Socin. *in conſil. vltimo col. 2. vol.* 2. quoniam puri, & purificati eſt eadem diſpoſitio, & fideicommiſſum purum tranſmitti certi iuris eſt, Iaſ. poſt alios relatos *in l. cùm filiofamilias, numer. 106. de legat.* 1. vbi probat eſſe communem opinionem, Capyc. *deciſ. 89. num.* 5.

Circa caput ſecundum, videlicet reſpectu rei, plures caſus ſunt conſiderandi. Primus eſt, quando
fideicommiſſarius † agit contra hæredem gra- 33.
tum de ſibi reſtituendo, tunc ſufficit probare teſtatorem poſſidere dicta bona petita, nec requi-

ritur probatiò dominij, Paul. de Caſtr. *in conſil.*
94. *in fin. vol.* 2. Natta *in conſil.* 400. *numer.* 2. *& ſeq.*
Cephal. *in conſil.* 386. *numer.* 25. *vol.* 3. Crauet. *in*
conſil. 61. *numer.* 6. & alij ad hoc allegati per Me-
noch. *in conſil.* 207. *numer.* 31. *vol.* 3. *& in conſil.*
704. *numer.* 1. *& conſ.* 772. *numer.* 6. *vol.* 8. *& in conſil.*
1119. *numer.* 12. *vol.* 12. Marzar. *in epitom. de fidei-*
commiſſ. quaſt. 60. Mantica *lib.* 7. *tit.* 6. *num.* 5. Petra
de fideicommiſſ. quaſt. 12. *numer.* 22. *& ſeq.* Peregrin.
de fideicommiſſ. articul. 44. *numer.* 26. Simon de
Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dubitatione*
vltima. numer. 299. *fol.* 552. & ita fuit iudicatum,
vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *titul. Fideicommiſſa-*
rius. cap. qui ex fideicommiſſo. Et rationem ponit
Rota Rom. *in deciſ.* 131. *numer.* 1. *part.* 1. in vlti-
mò impreſſ. quia fideicommiſſarius petens ſe im-
mitti in poſſeſſionem bonorum per teſtatorem
poſſeſſorum, ſufficit probare ſolam poſſeſſionem
abſque probatione dominij, quoniam agit vigore
l. final. C. de edict. diui Adr. toll. Idem ſi intentet
34. actionem hypothecariam, † tunc enim ſufficit
probare poſſeſſionem, Peregrin. *in d. articul.* 44. *nu-*
mer. 27. Idem ſi fideicommiſſarius ageret contra
35. heredem hæredis, † quia etiam eſt hæres teſta-
toris, Paul. de Caſtr. *in d. conſil.* 94. *in fin. vol.* 2.
Natta *in d. conſil.* 400. *numer.* 7. Menoch. *in d. conſil.*
1119. *numer.* 13. *vol.* 12. & in aliis præallegatis
conſiliis, vbi cæteros refert; ſola probatio poſſeſ-
ſionis defuncti ſufficit, etiam ſi ageretur contra fi-
lium teſtatoris grauatum de reſtituendo, nec eſt ad-
36. mittenda præſumptio, quòd omnia bona poſſeſſa †
per filium præſumantur eſſe patris, contra quam
præſumptionem reſpondit Surd. *in conſil.* 505. *vol.* 4.
& alibi atteſtatur contra dictam præſumptionem
fuiſſe iudicatum, *in deciſ.* 339. & fundamentum in-
terioris fideicommiſſarij eſt probare defuncti poſ-
ſeſſionem quando agit contra hæredem grauatum,
vel alterum habentem cauſam ab ipſo, ſiue ipſius
hæredem, & ſatis eſt quòd releuetur ab onere pro-
bandi dominium.

37. Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſarius †
rei ſingularis agit contra tertium illius rei poſſeſſo-
rem, & tunc neceſſe eſt probari dominium, vel
quaſi dominium ipſius teſtatoris, Bald. *in conſil.* 4.
vol. 4. Angel. *in conſil.* 229. *numer.* 2. Paul. de Caſtr.
in d. conſil. 94. *in fin. vol.* 2. Alex. *in conſil.* 98. *vol.* 2.
Natta *in d. conſil.* 400. *in fin.* Roland. *in conſil.* 46.
numer. 9. *& ſeq. vol.* 3. Crauett. *in conſil.* 316. *in fin.*
Burſat. *in conſil.* 201. *numer.* 50. Riminald. iun. *in*
conſil. 23. *numer.* 43. Pancirol. *in conſil.* 126. *numer.*
11. Berett. *in conſil.* 39. *col.* 12. *verſ. Additur.* Botta
in conſil. 106. *numer.* 52. Simon de Pret. *de inter-*
pret. vltim. vol. lib. 5. *dub.* 3. *numer.* 14. *&* 81. *&*
92. Peregrin. *in d. articul.* 44. *numer.* 26. *& ſeq.*
Menoch. *in d. conſil.* 1119. *& d. conſil.* 207. & aliis
ſuprà citatis. Et in dictis locis Bald. Alex. & Ro-
land. præ cæteris probant, non eſſe ſatis in fidei-
commiſſo ſingulari probari teſtatorem poſſediſſe,
quia fortè fuerunt bona aliena ab eo poſſeſſa,
38. quæ non veniunt in fideicommiſſi † ſingularis
petitionem, niſi idipſum teſtator expreſſerit, &
tunc debetur pretium, iuxta regulam *l. cùm rem*
alienam. C. de legatis. Item quòd in iudicio fidei-
commiſſi ſingularis ſit probandum dominium,
procedit etiam ſecundùm opinionem illorum,
qui voluerunt pro legatis in ſpecie dari hypo-
39. thecam, quia tunc contra † tertios poſſeſſores
probandum eſt dominium, Alexand. *in conſil.* 98.
num. 5. *& ſeq. vol.* 2. Crauett. *in l.* 1. *numer.* 216. *de*
legat. 1. & fuit opinio Dyni, quem ſequitur Corn.
in l. 1. *numer.* 8. *C. communia de legatis*, Gabriel *in*
conſil. 46. *numer.* 48. *vol.* 1. Simon de Pret. *vbi ſuprà*
numer. 92. Cephal. *in conſil.* 98. *numer.* 33. *vol.* 1.
& in fideicommiſſo particulari plurium prædio-
rum ſitorum in certo loco, Natt. *in conſil.* 235.
numer. 10. Simon de Pret. *d. lib.* 5. *dubitatione finali.*
num. 292. *& ſeq. & num.* 298. *fol.* 552. quidquid ſcri-
pſerit Peregr. de fideicõmiſſis, & obligationibus ge-
neralibus, non etiam particularibus, prout loqui-
tur Afflict. *in deciſ.* 383 *num.* 7.

Tertius caſus eſt, fideicommiſſarius agens † pro 40.
recuperatione fideicommiſſi, debet probare identi-
tatem bonorum, quia eſt fundamentum intentio-
nis fideicommiſſarij circa illas res particulares; ergo
illarum identitatem probare debet, *l. idem Pompo-*
nius ſcribit. §. ſi plures. ff. de rei vendicat. Item quia
identitas † non præſumitur, niſi probetur. De- 41.
cian. *in conſil.* 3. *numer.* 53. *vol.* 2. Decius *in conſil.*
91. *col.* 2. Alexand. *in conſil.* 134. *numer.* 3. *vol.* 2.
Iaſ. *in l. non hoc. C. vnde legitim.* & eſt communis
opinio, vt per Vrſill. ad Afflict. *in deciſ.* 23. *num.* 12.
propter quas rationes fideicommiſſarium debere
probare identitatem bonorum teſtatoris, firmarunt
Decian. *in d. conſil.* 3. *num.* 52. *vol.* 2. *& in conſil.* 55.
num. 32. *& ſeq. vol.* 4. Menoch. *in d. conſil.* 204. *num.* 7.
& ſeq. vol. 3. Simon de Pret. *lib.* 5. *dubitatione vltima,*
num. 319. *& plur. ſeq. fol.* 553. Barz. *deciſ.* 2. *numer.*
20. quoniam res petita clarè demonſtrari debet,
l. ſi in rem, & *ibi* not. *ff. depoſiti.* Crauett. *in conſil.*
112. *num.* 6.

Declaratur iſte caſus, nam bonorum † identi- 42.
tas probatur per ſuas circumſtantias, Bartol. *in l.*
demonſtratio falſa, in 7. *quaſt. ff. de condit. & demonſtr.*
Practica Papienſ. *informa libell.* quo agitur ad rei
vendicationem, *in ver. cui cohærent.* Burſat. *in conſil.*
80. *num.* 2. *vol.* 1. & alij per Peregrin. *in conſil.* 48.
numer. 3. *vol.* 1. ſaltem per duos confines, vt *ibi* per
dictos Doctores. Item quòd probatio poſſeſſionis † 43.
continuatæ in plures perſonas facta per teſtes,
probet identitatem bonorum, Bart. *in tract. de teſtib.*
num. 28. *verſ. hanc eandem rem.* Ruin. *in conſil.* 115.
num. 10. *verſ. Secundò de identitate. vol.* 5. Item dicit
Rota *in d. deciſ.* 131. *numer.* 5. quòd ſatis dicitur
conſtare de identitate, ſi probetur fidei commit-
tentem † poſſediſſe bona in aliquo loco, etiam ſi 44.
probetur, quòd aſcendentes poſſidebant bona in
eodem loco, niſi nouus titulus exhibeatur. Natta *in*
conſil. 235. *numer.* 17. Peregrin. *artic.* 44. *numer.* 22.
& in d. conſil. 48. *numer.* 2. Item probatur † ſi con- 45.
ueniant ſingularia nomina bonorum, & concurrat
probatio aliquorum confinium. gloſſ. *in l. forma. in*
ver. vicinos. ff. de cenſib. & alij per Rotam *in d. deciſ.*
131. *propè finem part.* 1. *in vltimis.* Item identitas † 46.
in antiquis probatur per coniecturas, & præſum-
ptiones. Afflict. *deciſ.* 23. *num.* 4. Siluan. *in conſil.* 57.
num. 3. *&* 9. Rimin. *in conſil.* 254. *numer.* 11. *vol.* 3.
Item probatur per deſcriptionem bonorum † in 47.
æſtimo, aut per aliam ſcripturam, in qua deſcri-
ptum fuerit teſtatorem poſſediſſe, vt latiùs aliis
probat Raudenſ. *in lib. variar. reſolut. cap.* 33. *num.*
14. qui alios refert. Item de aliis, † & omnibus 48.
modis probandi identitatem bonorum, videte
Maſcard. *in concluſione* 778. & Tuſcum *in ſuo Reper-*
torio, in verbo Identitas rerum. concluſ. 4. & Ma-
reſcott. *in lib.* 1. *variarum reſolut. cap.* 12. in
quarum ſcriptis inuenire poteris ca-
ſum quem quæris circa proba-
rionem huiuſmodi iden-
titatis bono-
rum.

ARTIC

ARTICVLVS II.

Fideicommiſſarius quas actiones intentare poſſit.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius cogit hæredem, vt adeat hæreditatem.*
2. *..etiamſi fideicommiſſum in codicillis factum fuerit.*
3. *..ſecus in fideicommiſſario particulari.*
4. *..cogit hæredem ad faciendum inuentarium.*
5. *Inuentarium faciendum ab hærede grauato de reſtituendo, non debet eſſe ſolemne, ſed ſola bonorum deſcriptio.*
6. *Fideicommiſſarius primus grauatus de reſtituendo ſecundo, debet facere inuentarium.*
7. *Iuramentum in litem non datur contra hæredem grauatum, non conficientem inuentarium.*
8. *Fideicommiſſarius vniuerſalis an agat remedium legis finalis.*
9. *Fideicommiſſarius particularis aliquando poteſt intentare Saluianum interdictum.*
10. *Remedium* l.fin. C.de edicto diui Adr. *aliquando eſt executiuum.*
11. *Iudicium executiuum vigore ſtatuti non mutatur propter probationes extrinſecus faciendas.*
12. *Fideicommiſſarius vniuerſalis ante reſtitutam ſibi hæreditatem agit contra grauatum actionem hypothecariam.*
13. *Actio hypothecaria competit, vbi competit actio perſonalis ex teſtamento.*
14. *Actio ex teſtamento contra grauatum compe·t fideicommiſſario reſpectu iuris vniuerſi ·æreditarij.*
15. *Fideicommiſſaria hæreditatis petitio, quando competat.*
16. *Fideicommiſſarius ante reſtitutam ſibi hæreditatem non agit hypothecaria contra tertios poſſeſſores.*
17. *Fideicommiſſarius non agit ad bona empta per hæredem, etiam ſi de pecunia hæreditaria.*
18. *..multo minus ad eadem contra tertios poſſeſſores.*
19. *..ante reſtitutam ſibi hæreditatem agit rei vendicatione.*
20. *..agit contra grauatum, vt præſtet cautionem de ſibi reſtituendo.*
21. *..etiam ſi hæres eſſet ditiſſimus.*
22. *..petit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum ob fideiuſſionem de reſtituendo non præſtitam.*
23. *Fideicommiſſarius, vel legatarius rogatus de reſtituendo alteri, debet præſtare cautionem de illi reſtituendo.*
24. *Fideicommiſſum ſi non ſit agnitum, iura, & actiones non tranſeunt.*
25. *Fideicommiſſum præſumitur etiam cum mala fide hæredis.*
26. *Acceptare non dicitur, qui non petit infra tempus ſibi ſtatutum.*
27. *Mala fides non impedit præſcriptionem confirmationis dominij.*
28. *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem fideic·mmiſſi quando detur.*

IN primis fideicommiſſarius † vni- 1.
uerſalis per officium iudicis cogit hæ-
redem vt adeat hæreditatem, *l. quia*
poterat. l. nam quod. §. ſi quis compulſus.
l. ſi legatus. l. ſi omnes. ff. ad Trebellian. §.
ſed quia. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat. & ita decla-
rant Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 45. *num.* 12. Craſſ.
in §. fideicommiſſum quæſt. 3. *num.* 2. *& quæſt.* 46. &
hæc concluſio habet locum, etiam ſi fideicommiſ-
ſum † in codicillis factum eſſet, & venientes ab in- 2.
teſtato adire recuſarent. Nam etiam ipſi officio iu-
dicis compellendi ſunt, vt firmarunt Gloſſa, Bartol.
Bald. Salyc. & Caſtrenſ. *in l. & ſi ſine. C. ad Trebell.* &
poſt alios Peregrin. *in d. artic.* 45. *num.* 12. Item in-
telligenda eſt, quando hæres purè inſtitutus fue-
rit. Cæterùm ſi ſub conditione, vel in diem, di-
ſtingue ſecundùm theoricam Bartoli *in l. ſed & ſi*
alio. ff. ad Trebellian. quam eſſe communiter receptam
atteſtatur Peregrin. *in artic.* 2. *num.* 82. & quando fi-
deicommiſſarius ſub conditione agere poſſit, dicam
infrà in particulari articulo.

Declaratur iſte caſus, vt non habeat locum in fi-
deicommiſſa·io † particulari, *d. l. nam quod. § non* 3.
omnes. ff. ad Trebell. & ita firmant communiter ſcribē-
tes *in l. ita tamen. § ſi pater num.* 2. *ff. ad Trebell.* Craſſ. *in*
d. § fideicommiſſum. q. 3. *n.* 2. Mantic. *in lib.* 7. *tit.* 11. *n.* 2.
Simon de Pret. *in lib.* 3. *ſolut.* 2. *num.* 3. *fol.* 273.

Secundus caſus eſt, fideicommiſſarius † cogit hæ- 4.
redem ad faciēdum inuentarium, *l. cùm tale. §. Titius,*
& *ibi* Bart. *num.* 2. *ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *in l.*
filium quem habentem, in fin. C. famil. herciſc. & probant
poſt alios relatos Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 3.
num. 75. *& artic.* 35. *num.* 25. Simon de Pret. *de inter-*
pret. vltim. volunt. lib. 5. *dubitat.* 1. *num.* 53. *fol.* 505. Ro-
land. *in tract. de inuentario part.* 2. *num.* 19. Mantic. *in*
tract. de inuentar. in antiphon. num. 36. Berous *in*
quæſt. famil. 118. vbi atteſtatur eſſe communem opi-
nionem, & ita fuit pluries iudicatum, vt *in Digeſt.*
Nouiſſim. tomo. 1. *tit. Inuentarium. cap. hæres reſtituere.*
Et dicit Petr. Iacob. *in forma libell. de fideicommiſſaria*
hæred. petit. col. 4. *verſ. Item interim*, quòd inuenta-
rium † petitum à fideicommiſſario non eſt ſollem- 5.
ne. iuxta *l. fin. C. de iure deliber.* ſed potiùs deſcriptio
bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vt redigatur
in acta publica ad perpetuam rei memoriam pen-
dente conditione fideicommiſſi, etiam inuito gra-
uato, Paul. de Caſtr. *in conſil.* 366. *in fin. vol.* 1. Plot.
de in lit. iurand. §. 26. *num.* 2. Roland. *de inuentar.*
part. 1. *quæſt.* 19. Peregrin. *in d. artic.* 2. *num.* 75. ſic
etiam in terminis primogenituræ, Molin. *in lib.* 1.
cap. 28. *num.* 3. *& ſeq. & num.* 10. Item poteſt vti pra-
ctica data à Marzar. *in epitom. de fideicommiſſ. part.* 3.
quæſt. 61. effectus eſt, quia ſi poſtea vendantur bo-
na fideicommiſſo particulari ſubiecta, & poſſide-
rentur à tertio, ſi non poſſent fieri probationes de
dominio, vt ſcripſi *in artic. præcedenti*, huiuſmodi cau-
telæ ſufficerent.

Declaratur vt nō ſolùm teneatur hæres grauatus
facere dictam bonorū deſcriptionem ad inſtantiam
primi fideicommiſſarij, cui immediatè ipſe reſtitue-
re debet, ſed etiam primus † fideicommiſſarius de- 6.
beat eandem deſcriptionem facere ad inſtantiam al-
terius fideicommiſſarij, cui reſtitutio facienda eſſet,
Peregrin. *in d. artic.* 3. *num.* 79. *verſ. intellige, & in d. art.*
35. *num.* 25. *in fin.* quoniam primus fideicommiſſarius
debet etiam cauere de reſtituendo poſterioribus.
Cephal. *in conſil.* 381. *num.* 42. Peregrin. *de fideicom-*
miſſ. art. 40. *num.* 10.

Secundò declaratur, vt ſi hæres, † vel fideicom- 7.
miſſarius non fecerint prædictam bonorum deſcri-

ptionem, contra eos non detur iuramentum in litem, quoniam ad hoc non ſunt obligati ex officio ſicut tutores, ſed ita demum obligati ſunt, ſi ab eis peratur, Paul. de Caſtr. *in d.l.cum tale.§.1.ff.de condit. & demonſtr.* Roland. *in d. tract. de inuentar. part. 2. quaſt.* 19. & propterea ceſſat iuramentum in litem. Peregrin. *in conſil.* 51 *.numer.* 8. *vol.* 1. *& in d.artic.* 35. *num.* 27. *& artic.* 44. *num.* 25. *& in conſil.* 8. *vol.* 1. *& conſil.* 51. *vol.* 4. quia ad inſtantiam petentium cogi poſſunt, ad faciendam deſcriptionem bonorum; ergo ceſſat remedium iuriſiurandi in litem, quod eſt extraordinarium, & cùm non ſint obligati ex officio, propterea expenſis petentis fieri, huiuſmodi deſcriptio facienda eſt, Roland. *in d.part.2.num.* 19. Guidop. *in deciſ.* 351.

8. Tertius caſus eſt, fideicommiſſarius † vniuerſalis aliquando agit remedium legis finalis. *C.de edicto diui Adr. toll.* de quo ſcripſi in hac parte *quaſt.* 16. *artic.* 1. *caſu quinto.num.* 80. *& ſeq.*

9. Declaratur, vt hoc remedium † non competat fideicommiſſario particulari, Bald. *in d. l. final. num.* 45. Caſtrenſ. *num.* 7. Alexand. *num.* 15. Dec. *numer.* 23. *& ſeq.* Zuccard. *num.* 186. *& ſeq.* Mantua *in* 1. *lectura num.* 91. Menoch. *de adipiſcend.remed.* 4. *num.* 132. Sed Rota concedit illi Saluianum interdictum. Paleot. *in deciſ.* 321. *& deciſ.* 336. Gabriel *in conſil.* 36. *num.* 6. *vol.* 2. Sed hæc opinio procedit, quando de fideicommiſſo particulari clarè conſtat, & indubitatè, Sarmiento *de redditib. Eccleſiaſtic. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 23. Roland. *in conſil.* 14. *num.* 13. *vol.* 1. Menoch. *de adipiſcend.remed.* 3. *num.* 173.

10. Secundò declaratur, vt remedium d.l.finalis ſit † executiuum quando in promptu poſſint doceri requiſita illius legis, vt declarat Simon de Pret. *de interpret.vltim. volunt.lib.* 5. *dubitat.* 3. *num.* 42. *fol.* 529. *& ibi num.* 144. poſt alios relatos probat eſſe communem opinionem, intelligendo declarationem, quando nulla alia probatio extrinſeca facienda eſt, vt quia fideicommiſſarius eſſet ſpecialiter nominatus, ſecus ſi probatio deſcendentiæ, conſanguinitatis, & proximitatis facienda eſſet, quæ altiorem requireret indaginem, nam cùm ad aliud iudicium reſeruanda eſſet, tunc ſummarium, & executiuum de iure non procedit, niſi extet ſtatutum de teſtamentis, & vltimis voluntatibus exequendis, vt *ibidem* per Simon. de Pret. *num.* 46. *fol.* 530. poſt Socin. Caſtrenſ. & Menoch. quos refert, tunc enim iudi-

11. cium executiuum propter † probationes extrinſecus faciendas, non mutatur, ita vt ſemper per viam executiuam citra appellationem agi debeat, quod ſecus eſt de iure communi, nam dum de executiuo fit tranſitus ad iudicium ordinarium, mutatur natura iudicij.

12. Quartus caſus eſt, fideicommiſſarius † ante reſtitutam ſibi hereditatem poteſt agere contra hæredem grauatum, actionem hypothecariam, quam firmarunt Gabriel *in conſil.* 46. *num.* 28. *vol.* 1. Alciat. *in conſil.* 110. *num.* 8. *lib.* 9. Corn. *in conſil.* 308. *col.* 2. *& fin.vol.* 3. Surd. *in deciſ.* 76. *numer.* 4. *& ſeq.* probat hac ratione, quia fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredem grauatum actionem ex teſtamento, vt ſibi reſtituat hæreditatem, Bartol. *in l. ſi legatus.ff.ad Trebell.& in l.* 1. vbi cæteri omnes, *de legat.* 1. Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quaſt.* 46. *numer.* 3. *& ſeq.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 45. *num.* 13. Sed vbi competit actio perſonalis ex teſtamento, etiam com-

13. petit actio † hypothecaria. *l.* 1. *in fine. C. communia de legatis*, & poſt plurimos alios relatos probat hanc eſſe communem concluſionem, & ſecundùm eam fuiſſe in ſenatu iudicatum, Simon de Pret. *in lib.* 5. *dubitatione* 3. *num.* 69. *fol.* 530. Hæc enim actio hypothecaria datur contra grauatum ad auocandam poſſeſſionem ipſarum rerum detinendarum loco pignoris, quouſque hæres reſtitutionem fecerit, & reſtitutione facta, iure dominij, & retenta hac ratione Gabrielij *in d. numer.* 8. ceſſat obiectio quòd pignus in re propria non conſiſtat, quoniam ante reſtitutionem fideicommiſſario factam, res illius propria adhuc dici non poteſt. Bartol. & cæteri *in l.final.C.de edict. diui Adriani tollend.* & d. actio ſolùm permiſſa eſt, vt res detineantur loco pignoris vſque ad reſtitutionem, propter d. rationem, quia vbi competit actio ex teſtamento, etiam competit hypothecaria.

Declaratur iſte caſus, vt actio ex teſtamento competat non ad ipſas res particulares, ſed ad ius vniuerſum † reſpectu totius hæreditatis, Bart. *in l.* 1. 14.
col. 1. *de legat.* 1. quem communiter ſequuntur, & alij, quos adhuc allegat Gabriel *in d. conſil.* 46. *num.* 23. *vol.* 1. Sed ſi hæres aliquas res particulares reſtitueret, ſed non omnes, tunc pro cæteris poterit conueniri fideicommiſſaria hæreditatis petitione, ſi poſſideat ſine titulo ſingulari, vt notant omnes *in l.* 1. *ff. de fideicommiſſ. hæred. petitione.* Item reſtitutione facta verbo, eidem fideicommiſſario, competit fideicommiſſaria † hæreditatis petitio ad ipſas res. *d.* 15.
l. 1. *& l.fin.ff.de fideicommiſſ. hæred.petit.* Item competit vtilis rei vendicatio contra poſſidentes etiam cum titulo. Item competunt omnes actiones vtiles, quæ penes hæredem erant directæ. *l. reſtituta. ff. ad Trebell.d.l.fin. in fin. ff. de petit. hæredit. & l. final. §. ſin autem ſub conditione.C.communia de legat.*

Secundò declaratur, nam d. actio hypothecaria † ante reſtitutam ſibi hæreditatem non cōpetit 16.
contra tertios poſſeſſores, Cephal. *in conſil.* 98. *num.* 15. *vol.* 1. Surd. *in conſil.* 51. *numer.* 5. *& conſil.* 191. *num.* 8. *vol.* 2. Gabriel *in d. conſil.* 46. *numer.* 30. *vol.* 1. Natta *in conſil.* 251. *num.* 5. Simon de Pret. *in d. lib.* 5. *dubitat.* 3. *num.* 55. *& ſeq. fol.* 530. & ratio eſt, quia, vt dictum, hypothecaria competit, vbi competebat actio perſonalis ex teſtamento. *d.l.* 1. *in fin.C.communia de legat.* ſed fideicommiſſarius nullam huiuſmodi actionem habebat contra tertios poſſeſſores. Item licèt hypothecaria prædicta detur ad rem ipſam, tamen ante reſtitutionem factam ſaltem verbo fideicommiſſario, nullum tale ius competebat, vt not. *in d.l.reſtituta.ff.ad Trebell.& in d. l.* 1. *C. commun. de legat.* & Aret. latiùs *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. poſſet tamen competere in caſibus, de quibus *in l.pen.C.ad Trebell.* & in aliis, in quibus reſtitutio non eſt neceſſaria.

Tertiò declaratur, vt fideicommiſſarius † non 17.
agat ad bona empta per hæredem, etiam ſi de pecunia hæreditaria, quia iſte caſus non eſt de illis, in quibus hypotheca tacitè contrahitur; ergo licèt grauatus eſſet obligatus perſonaliter reſtituere pecuniam, tamen bona empta cum dicta pecunia non ſunt obligata; quamobrem ſi ipſe hæres poſtea dicta bona empta alienauerit, fideicommiſſarius non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem, † vt 18.
in puncto reſpondit Paul. de Caſtr. *in conſil.* 468. *in vltimo dubio. vol.* 1. & actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem. *l.* 1. *§. ſi hæres. ff. ad Trebell. l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum.ff.de iudic.* Neque poteſt agere rei vendicatione, quia teſtator nunquam fuit dominus iſtorum bonorum, & cùm ſint empta nomine hæredis, efficiuntur propria ipſius, licèt teneatur pretium reſtituere, Bartol. *in l. ſed ſi lege.* §. 1. *ff. de petit. hæredit.* Menoch. *in conſil.* 113. *per totum, vol.* 3. Alciat. *conſil.* 66. *num.* 20. *lib.* 3. Secus ſi

ſi hæres grauatus ex pecunia hæreditaria emiſſet
nomine hæreditario, quia tunc efficiuntur bona
hæreditatis, & fideicommiſſarius ad ea agere po-
teſt.
19. Quartus caſus eſt, fideicommiſſarius † ante re-
ſtitutam ſibi hæreditatem agit rei vendicatione.
l.fin.§.ſin autem ſub conditione. C. communia de legat.l.
pen.C.ad Trebell. & vtrobique declarant Doctores,&
eſſe communem opinionem probat Socin. iun. *in*
conſil.59.num.2.vol.1. quam comprobant Craſſ. *in.*
§.fideicommiſſum.quæſt.46.num.5. Peregrin. *de fidei-*
commiſſ.artic.45.num.33.& ſeq. Simon de Pret. *lib.5.*
dubitat.3.num.65.fol.530.
20. Quintus caſus eſt. Fideicommiſſarius, † pen-
dente conditione poteſt agere contra hæredem, vt
præſtet cautionem de fideicommiſſo ſibi præſtan-
do, *l.cùm Arthemidoram. C.vt legat. & fideicommiſſ.*
nomin.caueatur.l. hæc ſtipulatio, & toto tit.ff. vt legat.
nomin.cau.l.1.in princip.& l.ſi is à quo. §. fin.ff.vt in
poſſeſſ.legat.nom.l.inter omnes, in princip.ff. qui ſatiſdare
cog. Bartol. *in d.l.cùm tale.§.Titius. ff.de condit. & de-*
monſtrat. & ibi Immol. atteſtatur eſſe communem
opinionem, quam probant Petra *de fideicommiſſ.q.10.*
n.13. Peregr. *art. 40. n. 10.* Marzar. *de fideicommiſſ.*
quæſt.5. à qua cautione non excuſatur hæres graua-
21. tus, † etiam ſi eſſet ditiſſimus, & perſona valde
digna. *d.l. hæc ſtipulatio.l.certa forma. & l. fin. C. vt in*
poſſeſſ. legat. aliàs non ſolùm contra eum poterit
iurari in litem. *l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.* Plot. *in*
l.ſi quando.§.26.nùm.42.C.vnde vi, ſed etiam in caſu
non præſtitæ dictæ fideiuſſionis petitæ, fideicom-
22. miſſarius † poteſt petere ſe immitti in poſſeſſionem
bonorum fideicommiſſo ſubiectorum. *l. 1. §. ſem-*
per.ff. vt legat. nom. cau. d. l. certa forma. C. eod. tit.
præterquam in certis caſibus, de quibus per gloſſ.
in l.1.C.vt legat.nom.cau. & per Plot. *in d.§.26.num.6.*
Item eandem cautionem tenetur præſtare quilibet
23. fideicommiſſarius, † vel legatarius rogatus de re-
ſtituendo alteri. *l.peto.§.fratre.l.cùm pater.§.libertis. de*
legat. 2. Peregrin. *in d. artic. 40. num. 10.* Sed hæc
opinio procedit, quando primus fideicommiſſarius
agnouit fideicommiſſum, cæterùm ſi non agnouit,
tunc ſecundus fideicommiſſarius non poteſt agere
contra primum. gloſſ. *in l.Imperator, in princip. in verb.*
poſſe.ff.de legatis 2. Bartol. & Paul. de Caſtr. *in l. fidei-*
commiſſum. de legatis 1. & alij ad hoc allegati per
Anton. Cioſum *in conſil. 105. num. 1. vol. 2.* & illa
24. concluſio quòd à primo † fideicommiſſario ad ſe-
cundum tranſeant iura, & actiones, & dominium
ipſo iure abſque aliqua reſtitutione, de qua *in l.*
pen.§.ſin autem.C.ad Trebell. & de qua ſcripſi in præ-
cedenti quæſtione *art. primo, caſu ſexto*, procedit,
quando primus fideicommiſſarius agnouit fidei-
commiſſum, quia ſi nihil acquiſiuit ab eo ad ſecun-
dum, non poteſt fieri tranſitus, cùm autem acquiſi-
uit, & eſt in mora reſtituendi, tranſeunt ipſo iure,
Bartol. *in l.1.§.de illo.ff.ad Trebell.* & declarat Peregr.
de fideicommiſſ. articul. 2. numer. 58. verſicul. contrà
vero.

Declaratur iſte articulus, vt fideicommiſſarius,
qui poterat agere ſupradictas actiones, nec erat
impeditus, vt quia actio adhuc nata non eſſet, vel
dies fideicommiſſi adhuc non ceſſiſſet, aut aliud
impedimentum iuris, vel facti non habuiſſet, ſi ne-
gligens fuerit in acceptando fideicommiſſo, & in
25. agendo, poſt triginta † annos præcluſa eſt ſibi via
vlteriùs agendi, quando enim ius competit intra
certum tempus, ſi intra illud non agnouit, cenſe-
tur repudiatum, *l.ſi eo.C.qui accuſ.non poſſ.* Bartol. &
Angel. *in l.bonorum.ff.rem rat.haberi.* Socin. *in conſil.*
63.num.7.vol.1. Sed contra fideicommiſſarium præ-
ſcribi poteſt triginta annis, vt firmarunt communi-
ter Doctores, Gabriel *in titulo de præſcription. concluſ.*
13.num.9. Peregrin. *de fideicommiſſ.artic. 41. num. 10.*
Petra *de fideicommiſſ.quæſt.14.num.159.& ſeq.* Craſſ.
in §.fideicommiſſum quæſt.56.in fin. Balbus *in tractatu de*
præſcript.part.5.quintæ partis principalis, quæſt. 5. qui
cæteros referunt, & probant receptiſſimam ſenten-
tiam; ergo ſi illud nõ petierit, † acceptaſſe non 26.
dicitur; ergo poſt tempus renuntiaſſe cenſetur, &
hæc concluſio procedit etiam data ſcientia fidei-
commiſſi reſtituendi per grauatum, quia licèt mala
fides impediat præſcriptionem, tamen hæc conclu-
ſio intelligitur in eo, qui acquirere voluit, ſed fidei-
commiſſarius intra tempus petendi nõn voluit ac-
quirere; ergo repudiaſſe cenſetur. Quamobrem
non obſtat illa concluſio, quòd in fideicommiſſariũ
tranſeant ipſo iure actiones, & iura, atque domi-
nium, quia intelligitur eo volente, & acceptan-
te, ſed per lapſum temporis præſumitur repudiaſ-
ſe, & licèt mala fides impediat † præſcriptionem 27.
dominij, tamen non impedit quo minus præſcri-
bi poſſit dominij confirmatio, & poſt Bald. pro-
bant Bonius *in tractatu de ſtatut. via vrbis præſcri-*
ptione, gloſſ. 19. numer.75. Balbus *in d.tract. de præ-*
ſcript. in parte quarta partis quintæ principalis, quæſt.
3. num.4. & alij plures ad hoc allegati per Surd. *in*
conſil. 73. num.55.& plurim.ſeq. vol.1. & per Simon.
de Pret. *in lib. 3. ſolutione vltima, num.27. fol. 374.* In
omni autem caſu, in quo præſcriptio actionum fi-
deicommiſſarij, vel hæredis iuſtè completa eſſet, ex
capite iuſtæ ignorantiæ reſtitutio † conceditur, Me- 28.
noch. qui alios refert *in conſ.847. n.18. & ſeq. & conſ.*
904.num.57. & probant eſſe communem conclu-
ſionem, Gabriel *in tit. de præſcript. d. concluſ.13.num.*
10. Peregrin. *in d. artic. 41. num. 12.* Simon de Pret.
in d.ſolutione vltima, numer.26.fol.374. Petra *de fidei-*
commiſſ. quæſt. 14.numer.202. Crauet. *de antiquitate*
temporis. part.4. num.201.

ARTICVLVS III.

Fideicommiſſarius an, & quando capiat poſſeſſionem authoritate propria.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius habens facultatem à teſtatore capiendi poſſeſſionem authoritate propria, illam capere non poteſt ſtante ſtatuto de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem.*
2. *..ſecus eſt ſi illam capiat ante aditionem hæreditatis.*
3. *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem, intelligitur, dummodo poſſeſſio ſit vacua.*
4. *Legatarius capiens poſſeſſionem ante aditam hæreditatem, non perdit ius ſuum.*
5. *Fideicommiſſarius poſt poſſeſſionem captam, ſi incontinenti docet de iure ſuo, repellit hæredem.*
6. *Poſſeſſio ciuilis quam habet fideicommiſſarius, præferenda eſt naturali, quam habet hæres vigore ſtatuti de illa continuanda.*
7. *Interdictum Quorum bonorum, habet locum in fideicommiſſario vniuerſali.*
8. *Fideicommiſſarius occupans poſſeſſionem, debet illam reſti-*

*reſtituere hæredi ad effectum faciendi detractio-
nes, & num.* 10.

9. *Hæreditas non adita complet vſucapionem, & ac-
quirit fructus.*

11. *Fideicommiſſarius debet capere de manu hæredis,
etiam vbi fideicommiſſi reſtitutio fit ipſo iure.*

12. *.. non poteſt incontinenti docere de iure ſuo, ſi de-
tractiones fieri debent.*

13. *.. an debeat reſtituere poſſeſſionem hæredi, vbi
certum eſt quid ſit retinendum, & quid reſti-
tuendum.*

14. *Facultas capiendi poſſeſſionem propia authorita-
te, intelligitur hærede non opponente.*

CONFERVNT ad hunc articulum ea
quæ ſcripſi ſuprà *in quæſtione* 19.
huius partis, in articul. 1. an, & quando
legatarius poſſit propria authoritate
capere poſſeſſionem rei legatæ, quibus
ſcriptis reſpectu huius articuli addo alterum caſum,
nam ſtante ſtatuto, de continuanda poſſeſſione de-
1. functi in hæredem, fideicommiſſarius, † etiam ſi à
teſtatore huiuſmodi facultatem habuerit, poſſeſſio-
nem propria authoritate capere non poterit. Rimi-
nald. *in conſil.* 91. *num.* 28. *vol.* 1. *& in conſil.* 276. *vol.* 3.
Iaſ. *in conſ.* 146. *vol.* 1. Dec. *in conſ.* 467. Pariſ. *in conſ.* 41.
vol. 1. Caſſa. *in conſ.* 19. Bellon. *in cōſ.* 42. Peregr. *de fidei-
commiſſ. artic.* 47. *numer.* 20. Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut.
lib.* 2. *§.* 12. *num.* 54. Simon de Pret. *lib.* 5. *dubitat.* 1.
num. 123. *fol.* 505. Couar. *in lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 5.
num. 6. Mareſcot. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 29.
& ita fuit indicatum in Senatu Mediolani, Rau-
denſ. *conſil.* 12. Maſtrill. *deciſ.* 72. *num.* 9.

Declaratur iſte caſus, vt locum habeat, quando
hæres adiuerit hæreditatem, quæ aditio ſæpe ſæ-
piùs ponitur in controuerſiam; ergo ſi ante aditio-
2. nem, † fideicommiſſarius, cui dicta facultas à te-
ſtore data eſt, poſſeſſionem propria authoritate
cœperit, dictum ſtatutum vires habere non po-
teſt, quoniam poſſeſſio capta fuit ab eo, in quem
dominium ipſo iure tranſlatum fuit, & dictum ſta-
3. tutum intelligitur, † dummodo poſſeſſio vacua
exiſteret. Corn. *in conſil.* 166. *col. pen. vol.* 1. Dec. *in
l. final. num.* 2. *C. de edicto diui Adr. toll.* & *ibi* Zuccard.
num. 125. *& ſeq.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 6. *num.*
4. 23. Comprobatur, quia legatarius, † vel fideicom-
miſſarius capiens poſſeſſionem poſt aditam hære-
ditatem, propria authoritate, regulariter perdit
ius ſuum. *l. non dubium. C. de legatis.* Sed ſi poſſeſſio-
nem cœperit ante aditam, dictam pœnam non in-
currit, ſed hæredi poſtea adeunti, cogitur officio
iudicis reſtituere. gloſſa *in c. final. in ver. in petitione. de
ſucceſſ. ab inteſt. l.* 1. & *ibi* not. *ff. quor. bonor.* Bartol.
Caſtrenſ. & alij *in d. l. non dubium*, qui affirmant,
tunc dici vitioſum ingreſſum, quando poſt aditam
hæreditatem, propria authoritate poſſeſſionem cœ-
perit. Item comprobatur, quia fideicommiſſarius †
5. poſt poſſeſſionem captam, ſi incontinenti docet de
iure ſuo, eſt legitimus contradictor, & impedit im-
miſſionem hæredis. Ruin. *in conſil.* 27. *per totum. vol.* 5.
Menoch. *de adipiſcend. remed.* 4. *num.* 634. *& ſeq.* vbi
de communi, & de hac re ſcripſi ſuprà *in quæſtione,
de legitimo contradictore.* Item comprobatur, quia fi-
6. deicommiſſarius † eſt dominus ipſo iure: cuius vi-
gore ſtatim habet poſſeſſionem ciuilem, quæ præfe-
renda eſt poſſeſſioni naturali, quam habet hæres
vigore dicti ſtatuti de continuanda dicta poſſeſ-
ſione defuncti, quia, vt dicit Cumanus *in conſil.* 173.
Galuanus *col. final. verſ. nec obſtat quòd poſſeſſio*, illa
poſſeſſio quæ dicitur capta vigore ſtatuti, eſt fa-
tis frágilis, & illi præferenda eſt poſſeſſio ciuilis
proprietarij, vt ſcribit Eugen. *in conſil.* 55. *num.* 7. *&
ſeq.* ergo etiam poſſeſſio capta per fideicommiſſariũ
ante aditam hæreditatem: tanto magis, ſi fidei-
commiſſarius fuit bonæ fidei poſſeſſor, credens ſe
eſſe hæredem ab inteſtato, cùm tamen defunctus
hæredem inſtituiſſet, *l. pro hærede. ff. de petit. hæredit.
l. ſed & ſi lege. § ſcire. ff. eod. tit. l.* 1. & *ibi* Doctores. *C. eod.
tit.* Plot. *de in litem iur. §.* 6. *num.* 14. Torniel. *in conſil.*
6. *num.* 38. *& ſeq.*

Contrariam opinionem ego exiſtimo veriorem,
nimirum quòd fideicommiſſarius vniuerſalis, qui
occupauit hæreditatem ante aditionem factam per
hæredem teneatur illi reſtituere, ad effectum fa-
ciendi detractiones, quoniam interdictum † *quo-* 7.
rum bonorum, habet locum in fideicommiſſario vni-
uerſali, gloſſ. Bartol. Angel. Paul. de Caſtr. &
Alex. *in l. Paulus reſpondit ſi certa. ff. ad Trebell.* &
eſſe communem opinionem dicit Ripa *in l.* 1. *in
princip. numer.* 5. *ff. quorum legatorum*, Menoch. *de
adipiſc. remed.* 2. *numer.* 23. Crauett. *in conſil.* 376.
num. 25. Socin. *in conſil.* 33. *num.* 19. *vol.* 1. Ruin. *in
conſil.* 140. *num.* 7. *vol.* 5. vbi quòd contraria opinio
procedit, quando nihil eſt detrahendum, ſecus,
vbi debent fieri detractiones. † Natta *in conſil.* 395. 8.
num. 10. Roland. qui alios refert, *in conſil.* 78. *num.* 19.
vol. 3. Et licèt ante aditam, non teneatur reſpectu
pœnæ amiſſionis, vt dictum eſt, tamen tenetur re-
ſtituere ad effectum faciendi detractiones; ideo di-
cit Bald. *in l. fin. num.* 2. *C. de edicto diui Adrian. toll.*
quòd occupans hæreditatem vacantem, ante adi-
tam, plus delinquit, quàm occupans hæreditatem
vacantem per negligentiam hominis viuentis, quo-
niam ipſa hæreditas non adita, † complet vſuca- 9.
pionem cœptam; & acquirit fructus, & probat la-
tiùs Riminal. iun. *in conſil.* 91. *num.* 23. *vol.* 1. vbi
quòd non minus dicitur vitioſa poſſeſſio, quæ fuit
capta ante aditam hæreditatem, quàm poſſeſſio,
quæ poſt aditam capta fuit, quoniam etiam ipſa
hæreditas dicitur poſſidere nomine hæredis. *l. hære-
ditas. C. depoſiti.* Paul. de Caſtr. *in l.* 2. *n.* 2. *C. de edicto
diui Adr. toll.* & *ibi* probat, quòd occupans poſſeſſio-
nem, dicitur ſpoliare hæreditatem poſſidentem
nomine hæredis qui aditurus eſt. Item quòd fidei-
commiſſarius poſſidens debeat reſtituere hæredi
ad effectum faciendi detractiones, † firmat Bald. 10.
in l. 1. *num.* 3. *C. quorum legat.* Paul. de Caſtr. *in d. l. fin.
num.* 13. *C. de edicto diui Adr. toll.* vbi quòd hæc opi-
nio procedit, etiam ſi fideicommiſſarius poſſide-
ret ſine vitio, & haberet probationes in promptu,
Alexand. *ibi num.* 24. Zuccard. *num.* 426. *&* 428.
vbi tenet hanc opinionem, etiam ſi fideicommiſſa-
rius poſſideret de licentia teſtatoris, propter fa-
cultatem datam capiendi poſſeſſionem propria au-
thoritate, quia etiam in caſu, vbi fideicommiſſi † 11.
reſtitutio fit ipſo iure, tamen non poteſt apprehen-
dere poſſeſſionem, niſi de manu hæredis. gloſſ. *in l.* 1.
ver. quoties. ff. ad Trebell. Bald. *in l. pen. C. eod.* & plures
ad hoc refert Surd. *in conſil.* 73. *num.* 29. Item quia
vbi detractiones fieri debent, non poteſt dici quòd
in continenti conſtet de iure fideicommiſſi, † quo- 12.
niam poſſet eſſe, quòd factis detractionibus nihil
ſupereſſet reſtituendum; quamobrem ſi non ad-
huc eſt liquidum, quid reſtituendum ſit, non po-
teſt dici in continenti conſtare de iure ſui fidei-
commiſſi; ergo in omnem caſum, dicta reſtitutio
ad hunc effectum facienda eſt. Et licèt Corneus
in conſil. 132. *col. pen. verſ. in caſu autem noſtro, vol.* 4.
dicat reſtitutionem non eſſe faciendam quando
certum eſt quid fideicommiſſario † reſtituendum, 13.
&

& quid pro legitima, & Trebellianica detrahendum; tamen incertitudo ſemper eſt ratione loci, & quotæ, quia legitima non poteſt certificari, niſi deducto ære alieno, & ante diſcuſſionem dicti æris, nihil poteſt dici certum. Item quia multæ aliæ detractiones fieri debent, de quibus ſcripſi *in quæſtione præcedenti, in articul...* ergo non poteſt dici aliquid eſſe certum reſtituendum. Propterea veriorem opinionem exiſtimo, quòd fideicommiſſarius, in quem fideicommiſſum tranſit ipſo iure, vel qui vigore facultatis cœperit poſſeſſionem ante aditam hæreditatem, debeat illam reſtituere hæredi, ad effectum faciendi detractiones.

Item declaratur, quia facultas conceſſa à teſtatore capiendi poſſeſſionem propria authorita-
14. te, † nihil operatur, hærede contradicente, vt probat Gratian. *in diſceptat. forenſ. capit.* 47. *numer.* 18.

ARTICVLVS IV.

An fideicommiſſarius conditionalis, pendente conditione agat.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius pendente die certa, agit ad fideicommiſſum.*
2. *Debitor ex vltima voluntate tenetur cauere, vt adueniente die ſoluat.*
3. *Creditor in diem, ante illius euentum agere poteſt, vt ſibi ſoluatur.*
4. *Fideicommiſſarius ſtatim agere poteſt, quando conditio fideicommiſſi non penitus incerta.*
5. *.. quando non poteſt agere ad ſibi præſtandam cautionem de reſtituendo fideicommiſſo, tunc agit ad ipſum fideicommiſſum.*
6. *Fideicommiſſarius pendente conditione, quæ eſt penitus incerta, non agit.*
7. *.. neque impedit grauatum ne alienet, aut diſſipet pendente conditione.*
8. *Hæres grauatus, pendente conditione eſt dominus, & poteſt interim alienare.*

ALIQVANDO fideicommiſſum non purè factum eſt, ſed vel in diem, vel ſub conditione, & tunc quæri ſolet, quando fideicommiſſarius agere valeat, pro cuius reſolutione plures caſus conſiderandi ſunt. Et primus eſt, quan-
1. do † in diem factum eſt, & tunc quia certum eſt, diem deſtinatam venturam eſſe, ideo ante illam agere poterit, vt ipſa die adueniente fideicommiſſum præſtet, iſte eſt caſus *in l. inter omnes. ff. qui ſa-*
2. *tiſdare cogantur*, vbi debitor † ex vltima voluntate tenetur cauere de ſoluendo adueniente tempore, nam creditor in diem verè creditor eſt. *l. is cui. ff. de act. & obligat. in verſ. quamuis eum, qui ſtipulatus eſt ſub conditione*, &c. & *l. in diem. ff. de condict. indebiti.* vbi debitor in diem adeò eſt debitor, vt ſi ſoluit non repetat, & ibi dictio *adeò*, certitudinem denotat. *l. adeò quidem. ff. de iuriſdict. om. iudic. l. adeò. ff. pro*
3. *ſocio.* Item quòd creditor † in diem ante illius euentum, poſſit agere contra debitorem, eſt deciſum in Rota Vrbis, vt per Verall. *deciſ.* 132. *part.* 2. & per Afflict. *deciſ.* 279. & per Cacheran. *in deciſ.* 130. qui multa iura allegant. Ex quibus infertur illam communem opinionem non eſſe veram, quæ vult creditorem in diem impropriè eſſe creditorem, de qua per Rip. *in l.* 1. *numer.* 100. *ff. ſi cert. pet.* & contra d. communem eſt caſus deciſus, vt per Theſaur. *in deciſ.* 235.

Sed an ad ſtatim conſequendum debitum aget, ſaltem deducta æſtimatione medij temporis, argum. *l. item Labeo, in fin. & l. ſeq. ff. fam. hercisc.* an verò, vt adueniente die ſibi ſoluatur. Bartol. *in l. ita ſtipulatus, num.* 39. *ff. de verb. obligat.* debitorem illico conueniri poſſe dicit, præterquam ſi exceptio dilatoria opponatur, quam ſequutus eſt Alex. *in conſil.* 33. *num.* 10. *vol.* 5. Sed ſi rectè Bartolum perpendamus, etiam ſi non opponatur exceptio, condemnatio facta ad quantitatem congruo tempore perſoluendam, intelligendus eſt, quia dilatio inerat obligationi ad differendum ſolutionem, vt ex eodem Bartol. declarari poteſt *in l. eum qui ita. §. qui ita, num.* 5. *verſ. & aduerte. ff. de verb. obligat.* Ideirco in vſu practicatur, vt ius de futuro, etiam reo opponente, ad ſoluendum tempore debito, quotidie in iudicium deducatur, vt dicit Gloſſator conſuetud. Pariſienſ. *in additionib. ad Alexand. in conſil.* 95. *num.* 3. *vol.* 1. *in additione, quæ incipit, deduci.* citans ſemetipſum ſuper dictis conſuetudinib. *in* §. 78. Nec video opinionem Napodani, quẽ Anteſignanum Doctores Neapolitani æſtimant, ſuſtineri poſſe, qui *in conſuetud. Neap. incip. Viro mortuo, in gloſſ. dari, in fine*, ad euitandas iuris diſputationes, tutiùs agi ad interponendam cautionem, conſuluit vt adueniente tempore ſatisfiat, cuius opinio iure non ſuſtinetur, quia *l. in omnibus. ff. de iudic.* in qua ſe fundat, ex iuſta cauſa, cautionem interponendam eſſe, diſponitur, quam licèt arbitrio iudicis decernendam eſſe dicat, eam tamen omnes interpretati ſunt, quando debitor ſuam conditionem in deterius commutauit, poſt contractum debitum, Angel. *in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatisd. cogantur*, Grammatic. *in conſil. ciuil.* 17. *num.* 13. Maranta *in* 6. *parte, membro* 8. *num.* 22. propterea tene primam opinionem, iuxta quam ſæpiùs indicauit ſacrum Conſilium Neapolitanum, vt dicit Apoſtilla *in d. conſuetudine Viro mortuo, in ver. An ante diem*, & hanc opinionem ſequitur Andr. *in l. imperialem, numer.* 58. *in fin. verſ. quamuis in conditionibus.*

Secundus caſus eſt, quando fideicommiſſum factum eſt ſub conditione, quæ certò exitura eſt, vt poſt mortem alicuius, † quæ non eſt omninò 4.
incerta, & tunc fideicommiſſarius agere poteſt, vt adueniente die ſibi reſtituatur, *d. l. inter omnes*, & *ibi Iaſ. ff. qui ſatiſd. cog.* & ratio eſt, quia certum eſt fideicommiſſum deberi adueniente die, ideo nata eſt actio ante diem. *l.* 1. *in fin. ff. quando dies vſusfruct. cedat. l.* 1. §. *impuberi. ff. de collat. bonorum. l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeru.* Ripa *in l. ita ſtipulatus. numer.* 84. *ff. ſolut. matrimon.* & hunc caſum probat in puncto Viuius *deciſ.* 403. vbi multa allegat.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator grauauit extraneum hæredem de reſtituendo poſt mortem, & ita ſub conditione non penitus incerta cui remiſit cautionem de reſtituendo fideicommiſſo, per text. *l. ſcire. ff. vt in poſſeſſ. legat. nom. cau.* & ipſe extraneus dilapidet bona, conditione pendente, quia hoc caſu non poteſt agi ad præſtandam cautionem de reſtituendo, *l. fin. ff. vt legat. nomin. cau.* tunc fideicommiſſarius † poterit agere, vt ſibi reſtituatur fidei- 5.
commiſſum, iuxta *l. Imperator. ff. ad Trebell.* quæ lex, licèt loquatur in patre grauato de reſtituendo filiis,

filiis, habet etiam in extraneo hærede grauato, vt *ibi* probat Paul. de Caſtr. & Alex. *col.* 5. reſpondet contrariis, & multo magis procedere in extraneo, quàm in patre, probat per multas rationes Bero. *in conſil.* 92. *volum.* 2. *& in quæſtion familiar.* 72.

Tertius caſus eſt, quando fideicommiſſum fa-
6. ctum eſt ſub conditione penitus incerta, † vt ſi nauis ex Aſia venerit, ſi deceſſerit ſine liberis, & tunc fideicommiſſarius pendente conditione agere non poterit, neque vt ſibi reſtituatur, neque vt purificata conditione ſibi reſtituatur, quoniam neque obligatio, neque actio adhuc eſt in eſſe deducta. *l. facta.* §. *ſi ſub conditione. ff. ad Trebell.* & hanc concluſionem firmarunt Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dubitat.* 2. *numer.* 138. *&* 142. *fol.* 516. Vaſquius *de ſucceſſ. creatione.* §. 6. *numer.* 46. & eſſe communiter receptam, probat Ioſeph Ludouic. *concluſ.* 8. *ampliat.* 11. & ſecundùm eam fuiſſe iudicatum in Rota Florentina, Marzar. *in epitom. de fideicommiſſis. quæſt.* 61. Boër. *deciſ.* 354. *n.* 13. qui cæteros referunt.

Declaratur iſte caſus, nam ſicut pendente d. conditione incerta fideicommiſſarius non poteſt agere ad dictum fideicommiſſum, ita neque poterit
7. impedire grauatum † ne alienet, aut diſponat pendente conditione, ita firmarunt Calcean. *in conſil.* 58. *col.* 2. *& ſeq.* Dec. *in conſil.* 323. *in princip.* Alex. *in conſil.* 65. *vol.* 5. Ruin. *in conſil.* 109. *numer.* 26. *vol.* 2. Marzar. *in d. quæſt.* 61. Bertrand. *in conſil.* 108. *vol.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 40. *numer.* 8. *& in conſil.* 52. *numer.* 27. *vol.* 1. & ideo grauatus quomodocumque poterit diſponere de dictis bonis fideicommiſſo conditionali ſubiectis, quia
8. pendente conditione eſt dominus. *l. domos. de legat.* 1. gloſſ. & Iaſ. *in l. final.* §. *ſed quia. C. communia de legatis.* Tiraquell. *de retract. conuentionali.* §. 2. *gloſſ.* 1. *numer.* 36. ideo de illis teſtari poterit, Cephal. *in conſil.* 319. *vol.* 1. Sed purificata conditione poſtea fideicommiſſarius vendicare poterit. *l.* 1. §. *ſed quia. C. communia de legat.* quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. *l. lex de vectigali. ff. de pignor. l.* 3. *ff. quibus mod. pignus, vel hypothec. ſolu. l. ſi is cui. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l. ſi ex duobus.* §. *final. ff. de in diem adiectione.*

Articvlvs V.

An, & quando fideicommiſſarius recuperet bona alienata per hæredem grauatum.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius reuocat alienata, pendente conditione.*
2. *.. etiam ante reſtitutionem ſibi factam.*
3. *.. non agit contra hæredem ante reſtitutionem ſibi factam.*
4. *.. pro rebus alienatis non ſolùm agit contra poſſeſſores, ſed etiam contra hæredem ad pretium.*
5. *Pretium ſuccedit loco rei.*
6. *Præſcriptio longi temporis non habet locum in fideicommiſſis.*
7. *.. ſecus eſt de præſcriptione longiſſimi temporis.*
8. *Poſſeſſio longiſſimi temporis quomodo probatur.*
9. *Conſenſus probatur per patientiam.*
10. *Prohibitio alienandi ad certum tempus facta filio non tollit prohibitionem reſultantem ex fideicommiſſo.*
11. *Fideicommiſſarius emens bona fideicommiſſo conditionali ſuppoſita, non cenſetur renuntiare fideicommiſſo, & num.* 19.
12. *Legatarius emens rem legatam, poſtea poteſt petere pretium.*
13. *Hæres impeditus reſtituere rem, tenetur ad pretium.*
14. *Fideicommiſſarius emens bona, poteſt poſtea incipere poſſidere ex cauſa fideicommiſſi, & petere pretium.*
15. *Renuntiatio fideicommiſſi non eſt præſumenda.*
16. *Pretium reſpectu cuius temporis ſit reſtituendum.*
17. *Fideicommiſſarius purè, ſi emerit rem, cenſetur illi renuntiare, & num.* 20.
18. *.. præſtans conſenſum rei fideicommiſſo conditionali ſuppoſito, ſibi non præiudicat.*
21. L. ſi fundus per fideicommiſſum. de legat. 1. *quando non procedat.*
22. *Fideicommiſſarius purè, conſentiens alienationi, ſibi præiudicat etiam in pretio.*
23. *.. datus in caſum alienationis, illa ſequuta ſtatim reuocat, & alienata vendicat.*
24. *.. etiam cum fructibus interim perceptis.*
25. *Alienatio contra expreſſam teſtatoris voluntatem eſt nulla ipſo iure.*
26. *Prohibita alienatione, aliquando dicitur annullatum principium actus acquiſitionis.*
27. *Sententia non requiritur, quando priuatio fit ipſo iure.*
28. *Alienatione ſequuta contra prohibitionem, ſtatim bona ſunt reſtituenda.*
29. *Prohibitio alienationis expreſſa impedit dominij tranſlationem.*
30. *Fructus ſunt reſtituendi, alienatione prohibita.*
31. *Prohibita alienatione, bona ſtatim ſunt applicata, his quorum fauore prohibitio facta eſt.*
32. *Alienantes contra voluntatem teſtatoris facti ſunt indigni eius ſucceſſione.*
33. *Familia tota vocata, ſolus proximior admittendus eſt.*
34. *Teſtatoris beneficium non meretur, qui contrauenit eius voluntati.*
35. *Fideicommiſſarius quando habeat actionem ante reſtitutionem ſibi factam.*
36. *.. in caſu alienationis, ſtatim poteſt vendicare.*
37. *.. & bona capere propria authoritate.*
38. *Bona alienata contra voluntatem teſtatoris, ſtatim ſunt reſtituenda.*
39. *Fideicommiſſarius in caſu alienationis, excludit eum qui ſubſtitutus eſt in caſu mortis.*
40. *.. recuperat bona etiam ſi alienatio facta ſit ab ignorante ignoranti.*
41. L. fin. §. fin. de legat. 2. *non habet locum quando teſtator expreſsè prohibuit alienationem.*

Iſt t

ISTE articulus habet duo capita,
alterum eſt de fideicommiſſario in
caſu mortis, alterum de fideicom-
miſſario in caſu alienationis. Cir-
ca primum, iam firmatum eſt in fine
præcedentis articuli, hæredem grauatum, penden-
te conditione eſſe dominum, & poſſe alienare, nec
impediri poſſe per fideicommiſſarium, ne alienet,
1. ſed purificata conditione, † lex annullat aliena-
tionem ad fauorem fideicommiſſarij, & dat ei ius,
& vendicationem aduersùs emptorem poſſidentem,
prout eſt caſus *in l. final. §. ſin autem auaritiæ. C.
commun. de legat.* & ibi gloſſ. & communiter Docto-
2. res, quo caſu pro rebus alienatis † non requi-
ritur realis, vel verbalis reſtitutio, gloſſ. *in l. pen.
§. cùm autem. C. ad Trebellian.* gloſſ. Bartol. Bald.
Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in d. §. ſin autem auaritiæ.*
Alexand. *in l. Marcellus, §. res quæ, numer. 8. ff. ad
Trebellian.* Socin. iun. *in conſil. 137. numer. 3. vol. 1.*
vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem, &
in conſil. 129. numer. 29. vol. 2. Cephal. *in conſil.
215. numer. 27. vol. 2.* Beccius *in conſil. 97. numer.
19. vol. 1.* Rimin. iun. *in conſil. 190. numer. 31. vol.
2.* Menoch. *in conſil. 44. num. 15.* vbi dicit eſſe re-
ceptiſſimam concluſionem. Peregrin. *de fideicom-
miſſ. artic. 2. numer. 60.* vbi probat eſſe communem,
Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſt. 42. numer. 6.* Si-
mon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſo-
lut. 2. numer. 11. verſ. & ſi. fol. 347. & lib. 5. dubit.
5. numer. 96. & ſeq. fol. 497.* quos, & alios mul-
tos, allegat Surd. *in deciſ. 25. numer. 20. & ſeq.*
Et illa regula, quòd fideicommiſſarius non poſſit
3. agere ante reſtitutionem ſibi factam, intelligitur †
procedere circa res per hæredem grauatum non
alienatas, *gloſſ. fin. in princip. in d. l. pen. §. fin. C. ad
Trebell.* & alij allegati per Socin. iun. *in d. conſil.
137. numer. 3. vol. 1.* vbi probat eſſe communem con-
cluſionem, & ita etiam declaraui in fine præceden-
tis articuli.

Declaratur iſtud caput præſentis articuli per
multos caſus, & primus eſt, fideicommiſſarius pro
recuperandis rebus alienatis ſibi debitis poſt puri-
ficationem conditionis, non ſolùm poteſt agere
4. contra poſſeſſores, † ſed etiam contra hæredem
grauatum, qui ſcienter alienauit, nam cùm doloſè
egerit alienando, & ita dolo deſierit poſſidere, ha-
betur pro poſſeſſore. *l. qui dolo,* & ibi Cagnol. *ff. de
regul. iur. l. is qui dolo. ff. de rei vendicat. l. 1. C. de alie-
nat. iudic. mut. cauſ. fact.* Pariſ. *in conſil. 5. numer. 26.
vol. 2.* qui mouetur per text. *l. nec vllam. §. final. ff. de
petit. hæredit.* Vbi probat eſſe in facultate fideicom-
miſſarij agere vel contra hæredem ad pretium, vel
5. contra poſſeſſores ad rem, nam pretium † ſucce-
dit loco rei. *l. item veniunt. l. ſi poſſeſſor. §. ait ſena-
tus. l. ſed ſi leges. §. 1. ff. de petit. hæredit.* Cephal. *in
conſil. 20. numer. 2. & 10. vol. primo.* Menoch. *conſil.
213. numer. 1. & ſeq. vol. 3.* Peregrin. *deciſ. 2. num. 5.*
Sed vt poſſit agere contra hæredem ad pretium,
hoc intelligo in ſubſidium, prout declarat Paul.
de Caſtr. *in l. planè. §. qui rogatus, in fine.* quam le
git cum *l. ſi fundum per fideicommiſſum. de legat. 1.*
& ſequitur Simon de Pret. *lib. 5. dubitat. 3. num. 77.
fol. 531.*

Secundus caſus eſt, fideicommiſſarius recupe
6. rat alienata poſt decem annos, quia præſcriptio †
longi temporis non habet locum in fideicommiſ-
ſis quando alienatio facta eſt à prohibito, *d. l. fin. §.
ſed quia, & §. ſin autem ſub conditione. C. comm. de
legat. l. 2. C. de vſucap. pro empt.* & communiter
Doctor. *in l. filiusfam. §. diui. de legat. 1.* & ibi Rip.
numer. 113. atteſtatur eſſe communem opinionem,
ſed præſcriptio longiſſimi tempori † habet locum 7.
in fideicommiſſis, vt plenè ſcripſi *in quæſt. præce-
denti articul. 15. caſu 14.* Addo, quòd requiritur
probatio poſſeſſionis † longiſſimi temporis, ad ef- 8.
fectum, vt fideicommiſſarius repellatur ab agendo,
& vendicando bona, quæ probatio debet fieri de
continua poſſeſſione primorum decem, viginti, &
triginta annorum, ita, vt requiratur probatio poſ-
ſeſſionis primi, vndecimi, & vigeſimi primi anni,
vt probant, Matheſilan, *in ſingular. 117.* Alexand.
*in additionib. ad Bartol. in l. Celſus, numer. 21. ff. de
vſucap.* Balbus *in tract. de præſcriptionib. in quarta
parte princip. col. 4. in fine.* Item addo, quòd requiri-
tur probatio ſcientiæ fideicommiſſarij, vt probat
Bartol. *in d. §. diui, in quæſt. penult. in verſ. patien-
do præſcribi videtur conſentire,* † patientia enim 9.
præſupponit ſcientiam, & ignorans pati non dici-
tur, Bartol. *in l. 1. §. hoc interdictum, numer. 10. ff.
de itin. actùque priu.* Et hanc tenent Alex *in d. l. 1. §.
diui. col. pen. verſ. tetigit hîc Bartol.* & ibi ſequuntur
multi repetentes. Item addo, quòd ſi teſtator poſt
fideicommiſſum factum filio, prohibuit faculta-
tem alienandi, donec fuerit ætatis vigintiquinque
annorum, dicta prohibitio temporalis cenſetur
facta ad fauorem filij propter imbecillitatem, † 10.
ſed finito dicto tempore non tollitur prohibitio
alienandi inducta per fideicommiſſum propter
prohibitionem à lege inductam ad fauorem ſubſti-
tuti, nam cùm iſtæ duæ prohibitiones tendant ad
diuerſos effectus, altera per alteram non tollitur,
Paul. de Caſtr. *in conſil. 263. numer. 3. vol. 2.* Dec.
in conſil. 386. n. 4. Tobias Nonius *in conſ. 90. n. 9.* qui
atteſtatur eſſe communem opinionem. Ruin. *in conſ.
153. in fin. vol. 2.* Alciat. *in conſil. 47. num. 15. lib. 9.*
Socin. iun. *in conſil. 130. numer. 6. vol. 1.* Pariſ. *in
conſil. 31. numer. 3. vol. 2.* Cephal. *in conſil. 153. nu-
mer. 42. vol. 2.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 40.
numer. 65.* & hæc ſententia eſt vſu recepta in tri-
bunalibus. Cacheran. *in deciſ. 85. numer. 14.* vbi alios
allegat. Seraphin. *deciſ. 1244.* vbi alias deciſiones
allegat. Sed quomodo iſta opinio procedat ſolùm
in bonis quæ reperiuntur tempore mortis grauati,
ſcripſi *in quæſt. precedenti artic. 8. numer. 69. & ſeq.*
ibi vide.

Tertius caſus eſt, ſi fideicommiſſarius † emit bo- 11.
na fideicommiſſo conditionali ſuppoſita ſcienter,
non cenſetur renuntiare fideicommiſſo ad ſui fauo-
rem inducto, ſed purificata conditione poteſt ſibi
mutare cauſam dominij, & repetere pretium, quaſi
à ſeipſo euicerit. *l. fundo. ff. ad leg. falcid. l. huiuſmodi. §.
qui ſeruum. de legat. 1.* & declarat Paul. de Caſtr. *in l.
qui res, numer. 1. verſ. quid autem. ff. de act. empt. & in
conſil. 448. num. 3. verſ. nam licet pariter, vol. 1.* Ale-
xand. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 35. ff. de verb.
obligat.* vbi atteſtatur de magis communi opinione,
& hanc opinionem amplexa eſt Rota Romana *in
deciſ. 336. parte. 1.* in vltimò impreſſis, vbi etiam alij
Doctores allegantur. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.
39. num. 7.* vbi quòd iſta concluſio ita practicatur,
per text. *l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. de legat. 1. & l. cui
res. ff. de act. empt.* vbi emens rem legatam, poteſt poſt-
ea † ex teſtamento pretium conſequi, quia non 12.
eſt apud eum ex cauſa legati, ſed ex alia cauſa, puta
emptionis, aut dationis in ſolutum, quia fortè erat
creditor hæredis, quo caſu intrat regula, quòd vbi
hæres grauatus, propter aliquod impedimentum † 13.
non poteſt rem reſtituere, tenetur ad pretium,
quod ſuccedit loco rei, & hanc concluſionem val-
dè comprobat Theſaur. *in q. forenſ. 31. lib. 4.* Ita enim
adimpletur

adimpletur volũtas defuncti, purificata cõditione,
14. & dum fideicommiſſarius † recipit pretium à grauato, incipit poſſidere rem, ex cauſa fideicommiſſi, quia mutat ſibi cauſam dominij, & voluntas teſtatoris adimpletur. Item quia fideicommiſſarius potuit emere ob aliam cauſam, quàm vt fideicommiſſo renuntiaret, videlicet, vt interim ipſe poſſideret, propter dubium purificationis conditionis,
15. nam renuntiatio fideicõmiſſi † non eſt præſumenda, vbi actus ex alia cauſa factus præſumi poteſt. Bartol. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, numer. 16. verſ. ſecundo caſu ff. de verb. obligat.* & *ibi* Angel. & Alex. *numer. 33. & 35.* Iaſ. *num. 28.* Rip. *num. 92.* Bolognett. *num. 202.*

16. Declaratur iſte caſus, vt pretium † reſtituendum ſit, quod ſolutum eſt, non autem quod valet res tempore reſtitutionis, *d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum,* & *ibi* Bartol. *de legat. 1. l. cui res,* & *ibi* declarat Paul. de Caſtr. *ff. de act. empt. l. final. §. emptor. C. communia de legat.* Peregrin. *d. artic. 39. num. 7. & articul. 40. numer. 83.*

Secundò declaratur, vt procedat in fideicommiſſo conditionali, ſecus eſt in fideicommiſſo puro, vel purificato, quoniam ſi fideicommiſſarius †
17. ſcienter emerit, cenſetur fideicommiſſo renuntiare, Alex. *in d. §. duo fratres, numer. 35.* Ripa *numer. 93.* Iaſ. *numer. 64* Seiſell *numer. 42.* Alciat. *numer. 47. verſ. poſtremo,* qui probant eſſe communem concluſionem, Peregrin. *d. artic. 40. num. 84.* per text. *l. codicillis. §. 1. ff. de legat. 2.*

18. Tertiò declaratur, nam ſi fideicommiſſarius † præſtet conſenſum alienationi rei ſub fideicommiſſo conditionali ſuppoſitæ, ſibi non præiudicat, quo minus purificata conditione illam recuperare poſſit, quoniam expreſsè non fuit renuntiatum iuri de futuro, etiam ſi illud ſibi competeret ex cauſa de præſenti. Probatur per allegata in principio huius
19. caſus, nam is qui emit † rem ſibi reſtituendam ſub futuro euentu, dicitur conſentire alienationi illius rei, & tamen ſibi non præiudicat, quo minus purificata conditione debeat illam habere, *l. ſi vendideris. ff de euict. l. ſi à ſubſtituto. de legatis 1. d. l. fundo. ff. ad leg. falcid.* Conſenſus enim non habet vim renuntiationis in eo, quod ſibi non pertinet de præſenti, vt declarant Bartol. Bald. & cæteri *in l. 1. C. de pact.* & hanc declarationem valdè probat Surd. *in conſil. 70. per totum, vol. 1.* Non obſtant leges in contrarium allegatæ per Menoch. *in conſil. 58. num. 20. & ſeq. vol.*
20. *1.* quia omnes loquuntur in fideicommiſſo puro, † *l. nihil. §. omnibus. de legat. 1. l. cum pater. §. libertis. de legat. 2. l. codicillis. §. 1. de legat. 2. l. quoties. C. de fideicommiſſ.* Item *in l. ſi fundum per fideicommiſſum. de legat. 1.* vbi etiam erat facta diſtractio pro ſoluendis debitis hæreditariis, & propter conſenſum fideicommiſſarij, non poteſt vlteriùs rem illam vendicare, licèt ſuperſit actio ad pretium, omnes loquuntur in fideicommiſſo puro, & ita etiam procedunt allegata per Viuium *in deciſ. 18. numer. 13.* & latiùs aliis declarat Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 40. numer. 67.*

21. Neque ratio *d. l. ſi fundũ per fideicommiſſum,* † habet locum in alienationibus voluntariis, de quibus nos agimus, nam cùm ibi pro ſoluendis debitis hæreditariis alienatio facta eſſet, ideo propter cauſam neceſſariam ſibi non præiudicauit in pretio, vt aduertunt Bald. & multi alij *ibi*, & Iaſ. *num. 8.* vt per Menoch. *lib. 3 præſumpt. 118. num. 2. & ſeq.* Idcirco in alienationibus voluntariis, reſpectu pretij conſequendi ab eo, qui conſentit alienationi fideicommiſſi purè ſibi debiti ex cauſa de præſenti, data illius ſcientia non debet deduci argumentum à *d. l. ſi fundum per ſideicommiſſum.* Quamobrem Doctor. qui tenent conſentientem alienationi fideicommiſſi puri, † ſibi non præiudicare in pretio, non bene probant hanc concluſio- 22.
nem per *d. l. ſi fundum per ſideicommiſſum,* & erubeſcimus ſine lege loqui.

Circa ſecundum caput, vbi fideicommiſſarius datus † eſt in caſu alienationis, quia illa ſequuta, 23.
vocatus fuit Fullanus, tunc ſtatim facta alienatione vendicabit. *l. peto. §. fratre. de legat. 2.* quem text. habere locum in fideicommiſſo facto in caſum alienationis, latiſſimè probat Cacheran *in deciſ. 49. numer. 8.* qui alios refert; item *l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. de legat. 2.* per quos textus probat hanc concluſionem Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 3. num. 2.*

Item quando alienatio eſt nulla ipſo iure, tunc ſtatim is, ad cuius fauorem facta fuit prohibitio, reuocabit ſimul † cum fructibus interim perceptis, 24.
& dicitur nulla ipſo iure, quando teſtator direxit verba ſuæ prohibitionis ad alienationem faciendam, ita, vt dominium illorum non poſſit peruenire ad emptorem, vt probat Petra *in quæſt. 3. num. 9. verſ. & vt dixi,* & Ruin. *in conſil. 137. numer. 14. vol. 2. verſ. quia caſu, quo aliquis.*

Item quòd alienatio contra expreſſam † teſta- 25.
toris voluntatem ſit nulla ipſo iure, probat Socin. ſen. *in conſil. 227. col. 1. in quarto fundamento. vol. 2.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 247. numer. 12. vol. 1. & in conſil. 262. numer. 4. verſ. ſed ad primum. vol. 2. & in l. final. §. ſin autem ſub conditione. column. 1. verſicul. ſed extra gloſſam. C. communia de legatis.* Dec. *in conſil. 386. numer. 3. & ſeq.* & alij plures ad hoc allegati per Beccium *in conſil. 97. numer. 6. vol. 1.*

Item quando teſtator priuat alienantem, & iubet, vt bona vadant ad Fullanum, dicitur annullare principium † actus acquiſitionis, & emptor 26.
non potuit acquirere dominium, & contra emptorem poteſt procedi ad exequutionem, abſque declaratione, Bald. *in conſil. 250. vol. 2.* Crauett. *in conſil. 373. numer. 15. & ſeq.* Egid. *in conſil. 40. numer. 8. & ſeq.* qui loquuntur de clauſula priuationis † ipſo iure, vt propterea non requiratur ſen- 27.
tentia, ſed ſtatim agi poſſit; ergo dominium ipſo iure ſtatim fuit translatum in Fullanum, quod ex diſpoſitione teſtatoris transferri potuit, Opizo *in l. filiusfamilias. §. diui. numer. 154. & ſeq.* Loazes *numer. 174. de legat. 1.* Pariſ. *in conſil. 69. num. 137. & ſeq. vol. 1.*

Item quia citra dictam clauſulam ipſo iure, ſtatim, & eo ipſo ac teſtator expreſsè prohibet alienationem, † illa ſequuta, bona ſunt reſtituenda. 28.
Paul. de Caſtr. *in d. conſil. 247. numer. 12. vol. 1. & in d. l. fin. §. final. de legat. 2.* Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ, numer. 5. ff. ad Trebell.* Ripa *in d. §. diui, numer. 11. & 47.* Opizo *numer. 22. & ſeq.* quia prohibitio † expreſſa reddit alienationem nullam ab 29.
initio, & impedit dominij translationem in emptorem, & repellit alienantem tanquam indignum à reuocatione rei alienatæ, vt *in d. §. diui,* Bartol. *numer. 6.* Caſtrenſ. *numer. 7.* Iaſ. *in 1. lectur. numer. 66.* Rip. *numer. 47.* Crot. *numer. 42.* Ruin. *in conſil. 23. numer. 13. vol. 5.* Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ. 7. numer. 57.* omnes allegant, & ſequuntur gloſſam *in l. non pater. §. libertis. de legat. 2.*

Item

30. Item quòd hoc caſu reſtitutio † facienda ſit
cum fructibus à die alienationis, probat Petr.
in d. quæſtion. 3. numer. 3. & ſequent. poſt Zanch. &
alios, quos refert, nam dominium ipſo iure fuit
tranſlatum in Fullanum; ergo ſimul cum fructi-
bus, qui ſequuntur dominium. l. Herennius. ff. de
vſuris.

Declaratur iſte caſus, nam ſi prohibitio aliena-
tionis eſt facta cum cauſa expreſſa à teſtatore, vt
bona conſeruentur in familia, vel in deſcendentibus
31. ipſius, tunc ſtatim dicta bona ſunt applicanda †
his, quorum fauore dicta prohibitio facta eſt. Bar-
tol. in l. ſi legatarius, numer. 1. de legat. 1. & in l.
poſt legatum. §. amittere, numer. 2. ff. de his quib.
vt indign. & in l. videndum, numer. 2. verſ. præterea.
ff. ad Tertullian. Gabriel in conſil. 140. numer. 8. vo-
lum. 1. Dec. in conſil. 637. numer. 5. Socin. iun. in
conſil. 158. numer. 59. & in conſil. 174. numer. 5.
volum. 2. Menoch. in conſil. 1032. numer. 15. vo-
lum. 11. & in conſil. 1213. numer. 1. volum. 13.
Petra de fideicommiſſ. quæſtion. 1. numer. 118. Sed non
omnes vocati ſimul admittendi ſunt, ſed ſolus is,
32. qui proximior † eſt, vt notatur in l. fin. §. pen. de
legat. 2. & in d. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. & in l.
peto. §. fratre. de legat. 2. & vbique notat Bartol.
Cephal. in conſil. 313. numer. 77. & in conſil. 434. nu-
mer. 13. volum. 3. Dec. in conſil. 1. volum. 1. Crauet.
in conſil. 67. numer. 5. Menoch. in d. conſil. 1032. num.
15. & ſeq. vol. 11. Xaagonius deciſ. Florentin. 92. nu
mer. 36.

Secundò declaratur, vt ipſimet alienantes non
poſſint alienata reuocare, nam per contrauentionē
voluntati teſtatoris facti ſunt indigni dictæ ſucceſ-
33. ſionis, † & ita ab ipſa hæreditate excluſi ſunt, l. co-
dicillis. §. 1. d. l. cùm pater. §. libertis. de legat. 2. l. quo-
ties ab omnibus. C. de fideicommiſſ. Bart. in d. §. libertis,
& ibi Paul. de Caſt. & alij. Angel. in d. l. quoties, & ibi
Fulgoſ. Corn. & Iaſ. C. de fideicommiſſ. Bald. in c. 1. §.
illud. de prohibita feud. alien. per Federic. Socin. in conſil.
123. n. 6. verſ. poſtremo, vol. 2. Cephal. in conſil. 282.
num. 20. & ſeq. vol. 2. Decian. in conſil. 60. num. 13. &
ſeq. vol. 1. & in conſil. 9. num. 70. & ſeq. vol. 2. Surd. in d.
conſil. 70. num. 9. & ſeq. vol. 1. Menoch. in conſil. 1099.
in fin. vol. 11. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 502. &
quæſt. 14. num. 9. Rota deciſ. 23. in fin. part. 1. Item quia
non meretur legis auxilium, qui in legem commit-
tit, l. auxilium, in fin. ff. de minor. & ibi gloſſa allegat
concordantes. Magon. deciſ. Florent. 50. num. 10. er-
34. go beneficium teſtatoris † non meretur, qui con-
trauenit eius voluntati, quæ eſt lex teſtamenti. §.
diſponat, Auth. de nupt. Item nullus beneficium con
ſequi poteſt ex eo, quod impugnare viſus eſt, cap. ex
eo. de regul. iur. lib. 6. Bartol. in l. poſt legatum. ff. de his
quib. vt indign. Magon. in d. deciſ. 50. numer. 11. & ſeq.
Item hæres voluntatem teſtatoris non obſeruans,
omni commodo teſtamenti efficitur indignus, Soc.
in l. quibus diebus. §. Thermilius, num. 9. ff. de condit. &
demonſtr. Alex. in d. conſil. 138. num. 13. in fin. volum. 1.
Pariſ in conſil. 91. num. 56. & ſeq. vol. 2. Decian. in con-
ſil. 39. num. 3. & ſeq. vol. 2.

Tertiò declaratur, nam illa concluſio, quòd fidei-
35. commiſſarius ante reſtitutionē † ſibi factam, ſaltē
verbo, nullam actionem habet, de qua in l. facta. l.
reſtituta. ff. ad Trebell. non procedit, vbi lex purificata
conditione declarat nullam alienationē, atque dat
facultatem fideicommiſſario illam rem alienatam
reuocare, prout eſt caſus in l. fin. §. ſin autem. C. com-
munia de legat. Ideo nulla vlteriùs opus eſt reſtitu-
tione ſibi facienda per grauatū. Bart. & Iaſ. in vltimo
not. in d. §. ſin autem, Iaſ. in l. 1. col. final. verſ. intellige
tamen. C. eod. tit. Bart. in l. pen. propè fin. C. ad Trebel. &
in l. Marcellus. §. res quæ, & ibi cæteri Doct. ff. ad Treb.
Crauet. in conſil. 19. num. 12. Socin. iun. in conſil. 129.
num. 16. & in conſil. 137. num. 3. vol. 1. & ratio eſt, quia
tunc & eo caſu, dominium eſt tranſlatum à grauato
ad fideicommiſſarium, vt probaui, ideo non eſt
opus reſtitutione, Immol. in l. quidam ita. §. fin.
ff. ad Trebellian. Paulus de Caſtr. in d. l. fin. §. ſed
quia noſtra. numer. 4. verſ. intelligo. C. commun. de
legat. Petra de fideicommiſſ. quæſtion. 3. num. 40. Pe-
regrin. articul. 40. numer. 39. Rota deciſion. 49. nu-
mer. 56. part. 2. in Nouiſſim. vbi atteſtatur hanc
eſſe communem concluſionem, & latiùs per Ma-
ſtrill. in deciſion. 72. numer. 5. & ſequent. Item illa
concluſio, quòd fideicommiſſarius non reuocat a-
lienata, viuente grauato, procedit in fideicom-
miſſo reſtituendo poſt mortem, ſecus in fidei-
commiſſo facto in caſum alienationis, quia tunc
purificatum eſt per alienationem factam, & ſta-
tim † vendicare poterit, quoniam alienatio per 36.
legem eſt declarata nulla. l. filiusfamilias. §. cùm
pater. l. vnùm ex familia. §. ſi de vno. l. peto. §. fratre.
l. cum pater. §. libertis. de legat. 2. Paulus de Ca-
ſtro in d. l. filiusfam. §. diui, numer. 7. & ibi Crot.
numer. 36. Rip. numer. 47. Seiſell numer. 12. Opizo
numer. 4. de legat. 1. Paulus de Caſtr. in d. l. peto. §.
prædium. de legat. 2.

Item is ad cuius fauorem eſt inducta prohibitio
alienationis, poteſt propria authoritate bona † ap- 37.
prehendere, Iaſ. in d. §. diui col. 6. verſ. adde etiam pro
intellectu, & in repetitione col. 9. verſ. aduerte diligen-
ter. de legat. 1. Aretin. in tract. de teſtam. gloſſ. 90. nu-
mer. Simon de Pret. lib. 3. ſolut. 10. num. 6. fol. 283.
Crauet. in conſil. 241. numer. 16. Cephal. in conſil.
261. numer. 20. vol. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.
71. num. 9.

Quartò declaratur, nam quando bona deſinunt
eſſe in hæreditate ex voluntate teſtatoris, antequā
veniat caſus reſtitutionis fideicommiſſi poſt mortē,
tunc illa bona veniunt † in reſtitutionem, Ruin. in 38.
conſil. 109. num. 8. vol. 2. Sed bona alienata deſinunt
eſſe in hæreditate ex iuſſu ipſius teſtatoris prohibē-
tis alienationem, & applicantis alteri bona aliena-
ta; ergo poterit ſtatim vendicare, & ſubſtitutus † 39.
in caſum alienationis excludit ſubſtitutū in caſum
mortis, vt firmarunt Paul. de Caſtr. in conſil. 77. col. 3.
verſ. ſecundò ergo. vol. 1. Gratus in conſil. 28. col. 2. Ruin.
in conſ. 109. n. 17. & ſeq. & in conſil. 116. verſ. nec etiam,
vol. 2. Alba. in conſil. 57. num. 18. & ſeq. Pancirol. in
conſil. 188. numer. 13. Odd. in conſil. 26. in primo dub.
Menoch. in conſil. 620. per totum. volum. 7. præſer-
tim numero 8. vbi quòd teſtator prohibuit alie-
nari domum, & in caſu alienationis ſubſtituit ho-
ſpitale, & concludit eſſe admittendum hoſpita-
le, non obſtante altera ſubſtitutione. Idem Me-
noch. in conſil. 954. volum. 10. Papponus in conſil. 112.
colum. 1.

Secundus caſus eſt, fideicommiſſarius † in caſu 40.
alienationis recuperat bona alienata, etiamſi fa-
cta eſſet ab ignorante ignoranti, quia non ha-
bet locum text. l. fin. † §. fin. de legat. 2. Nam 41.
ex quo lex ab initio nullam fecit dictam aliena-
tionem, ideo non poteſt ſuſtineri, ex quo fa-
cta fuit ab ignorante ignoranti, gloſſ. in d. l. cùm pa-
ter. §. libertis. de legat. 2. Paul. de Caſtr. in d. l. final.
§. fin. ff. eod. & in d. l. filiusfamilias. §. diui, & ibi
Iaſon numer. 69. Rip. numer. 11. de legat. 1. Alexand.
in l. quidam ita. §. final. num. 2. & ſeq. ff. ad Trebell. & in
d. l. Marcellus. §. res quæ, num. 5. & ibi Socin. num. 10.
vbi dixit, ab hac opinione non eſſe recedendū tam

in conſulendo, quàm iudicando, Iaſ. *in d. l. final. §. ſed quia noſtra. C. commun. de legatis.* Zanch. *in d. l. hæredes mei. §. cùm ita. part. 5. num.* 116. & ita reſponderunt plurimi conſulentes, relati per Socin. *in regula* 38. *limitat. penult.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu. §.* 28. *num.* 22. Craſſ. *in § fideicommiſſum quæſt.* 56. *num.* 6. vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem, Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 3. *num.* 35. *& ſeq. & quæſt.* 14. *numer.* 311. Peregrin. *artic.* 40. *num.* 39. *verſ. rurſus textus.* Ioſeph. Ludouic. *in ſuis communib. concluſ.* 14. *illatione* 91. *verſ. declaratur primò*, & ita fuit iudicatum in pluribus tribunalibus, Cacheran. *in deciſ.* 73. *in fin.* Magon. *deciſ. Lucenſ.* 23. *num.* 23. Rota *deciſ.* 21. *& deciſ.* 22. *part.* 1. *& deciſ.* 49. *num.* 4. *& ſeq. part.* 2. *in Nouiſſim.* vbi latiſſimè probat hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, *& deciſ.* 208. *part.* 2. in vltimò impreſſ. vbi multis rationibus comprobat.

ARTICVLVS VI.

An fideicommiſſarius, qui eſt hæres grauati, poſſit contrauenire illius facto.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius hæres grauati, non poteſt contrauenire illius facto.*
2. *..non poteſt repudiare hæreditatem patris, & acceptare hæreditatem teſtatoris fideicommittentis.*
3. *Fideicommiſſarius hæres, & grauatus de reſtituendo alteri, poteſt recuperare alienata ex perſona alterius cui debet reſtituere.*

1. SCRIPSI iſtum articulum † ſuprà *in quæſt.* 12. *huius partis, in artic.* 6. quibus ſcriptis addo, quòd quando fideicommiſſum eſt factum, ſi ſine filiis, & hæredibus, ſiue cũ clauſula de hæredibus in hæredes, tunc ille debet eſſe hæres patris cui vult ſuccedere, & ita non poteſt repudia-
2. re † hæreditatem patris, & acceptare hæreditatem fideicommittentis, & tanquam hæres illius debet omninò habere ratum illius factum. Oddus *de ſubſtit. compendioſa, part.* 6. *art.* 5. *n.* 4. vbi atteſtatur eſſe magis communem opinionem, & vide Peregr. *in art.* 28. *num.* 53. Item addo, quòd quando fideicõmiſſarius, cui debet fieri reſtitutio, eſt grauatus de
3. reſtituendo alteri fideicommiſſario, † licèt ſit hæres alienantis, & ideo teneatur de euictione, & ſibi vẽdicanti obſtet regula *l. vendicantem. ff. de euict.* tamen ipſe poterit replicare, quòd non agit vt hæres, ſed tanquam grauatus aliis reſtituere, & opponere text. *l.* 1. *§. ſublata. ff. ad Trebellian.* & ita poterit obtinere, poſt Socin. *in conſil.* 44. *vol.* 3. probat Gratus *in conſil.* 91. *num.* 36. *volum.* 1.

ARTICVLVS VII.

An fideicommiſſarius detrahat Trebellianicam ſi debet alteri reſtituere.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius detrahit Trebellianicam, ſi hæres coactus adiuit.*
2. *..idem ſi hæres noluit illam detrahere.*
3. *Trebellianica quãdo cenſeatur renunciatũ ab hærede.*
4. *Fideicommiſſarius detrahit Trebellianicam de onere intrinſeco ſibi impoſito.*
5. *Legatarius detrahit falcidiam de onere intrinſeco ſibi impoſito.*

REgulariter Trebellianica detrahitur ſolùm ab hærede grauato de reſtituendo: ſunt tamen multi caſus, in quibus fideicommiſſarius etiam de reſtituendo alteri grauatus illam detrahit, & primus eſt, ſi hæres non ſpontè, ſed coactus † adiuit hæreditatem, tunc hæres non detra- 1.
hit, ſed fideicommiſſarius pariter grauatus detrahit, *l.* 1. *§. inde Neratius. l. mulier. §. final. l. pœnalei. §. final. ff. ad leg. falcid.* Eugen. *in conſil.* 77. *num.* 16. qui alios refert. Mãgilius *in tract. de imputationib. qu.* 123. *n.* 12.

Secũdus eſt, ſi hæres grauatus ſpontè adiuiſſet, ſed Trebellianicam † noluit detrahere fauore fideicõ- 2.
miſſarij, tunc enim fideicommiſſarius detrahit, vt probat Mangil. *ibid.* Idem ſi fideicommiſſarius ſciẽte, & patiente hærede adeptus fuiſſet poſſeſſionem, tunc enim hæres Trebellianicæ † renuntiaſſe dici- 3.
tur, Bartol. *in l. reſtituere, & ibi* Alex. *ff. ad Trebellian.* Dec. *in conſil.* 418. *num.* 6. Pariſ. *in conſil.* 53. *num.* 111. *vol.* 3. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 124. *& artic.* 47. *num.* 38. *& ſeq.*

Tertius caſus eſt, quando onus intrinſecum ipſi fideicommiſſario † impoſitum eſt cum onere reſti- 4.
tuendi, tunc enim etiam fideicommiſſarius quartã detrahit, prout eſt caſus *in l. Lucius. §. hæres inſtitutus. ff. ad Trebell.* quando autem dicatur onus intrinſecũ, declarant *ibi* gloſſ. & Paul. de Caſtr. vt ſi fideicommiſſarius grauaretur in ipſo fideicommiſſo de reſtituendo vnam quartam Titio, alteram quartam Sempronio, tunc enim diminuto fideicommiſſo vniuerſali per detractionem quartæ Trebellianicæ hæc diminutio pro quarta diminuit fideicommiſſa de quotis hæreditatiis. Idem probatur † *in l. pœna-* 5.
les. §. ſi à Titio. ff. ad legem falcidiam, vbi eſt idẽ caſus de falcidia etiam detrahẽda à legatario, à quo fuiſſet legatum alteri ſub onere intrinſeco, nam etiam ipſe detrahit falcidiam propter onus intrinſecum. Peregr. *art.* 4 *num.* 46. Mangil. *in d. quæſt.* 123. *num.* 15. *& ſeq.* latiùs aliis declarat Franch. *in deciſ.* 362. per totam, quando dicatur onus intrinſecũ, & quando extrinſecum, vbi cæteros refert.

ARTICVLVS VIII.

An, & quando fideicommiſſarius teneatur ad onera.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſarius tenetur ad onera non adimpleta per hæredem.*
2. *..inter ipſum, & hæredem quomodo onera partienda ſunt.*
3. *Legata ad pias cauſas debent ſolui à fideicommiſſario partis bonorum.*
4. *Fideicommiſſarius vniuerſalis quando teneatur dotare neptes teſtatoris.*
5. *Dos legata ab auo nepti dicitur aduentitia.*
6. *Fideicommiſſarius non conficiens inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias.*
7. *..& quando incipiat tempus inuentarij conficiendi per eum.*

ANTE

ANTE reſtitutionem hæreditatis, ad hæredem pertinet ſoluere, & deducere onera, vt probaui *in quæſtione præcedenti, in artic.* 17. Sed quando tota hæreditas iuſſu teſtatoris fidei-
1. commiſſario † reſtituenda eſt, ad ipſum tranſeunt onera. *l.* 1. *in princip. l. qui totam. ff. ad Trebell.* quoniam fideicommiſſarius intrat in locum hæredis. *l. qui quadringenta. l. ex aſſe. l. ſi hæres. ff. ad Trebellian.* Quando autem non ſoluit, neque detraxit, tunc
2. inter hæredem, † & fideicommiſſarium onera pro rata partiuntur, *l. vbi purè.* §. *te rogo. ff. ad Trebellian.* §. *ſed quia,* & §. *nihil intereſt. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* Natta *in conſil.* 321. *numer.* 3. Niſi vel ab hærede, vel à fideicommiſſario legata, & onera relicta fuiſſent, tunc enim inter eos non diuiduntur, pro vt hanc materiam diffusè ſcripſit Peregrin. *de fideicommiſſ. in artic. quarto.* Sed vltra adducta pro declaratione regularum, addo explicationem aliquorum caſuum, qui in practicam deduci ſolent.

3. Primus caſus eſt, legata † ad pias cauſas de fideicommiſſo pactis bonorum deducenda ſunt, ita reſpondet Purpurat. *in conſil.* 134. allegat Bart. *in l. ſi quis ſeruum.* §. *fin. propè fin. de legat.* 1. Nam per text. *l. ſeq.* cùm pars bonorum legatur, dos, & manumiſſorum pretia deducenda ſunt; ergo etiam legata ad pias cauſas, quæ libertati æquiparantur. Probatur, nam de pretio manumiſſorum falcidia non detrahitur. *l. pœnales.* §. *final. in fin. ff. ad leg. falcid.* neque de legatis ad pias cauſas. *authent. ſimiliter. C. ad leg. falcid.* Item probatur, quoniam gloſſ. & Bartolus *ibi* præſupponunt, quòd cùm teſtator diſpoſuerit ſeruos redimendos, & manumittendos eſſe, ideo legata fuit quantitas, non autem res hæreditaria, ſed pretium manumittendorum non erat onus intrinſecum, ideo de dicto legato non detrahitur falcidia. *d. l. pœnales.* §. *fin. ff. ad leg. falcid.* ergo neque de legatis ad pias cauſas, & propterea ex fideicommiſſo particularium bonorum deducenda ſunt.

4. Secundus caſus eſt, fideicommiſſarius † vniuerſalis tenetur dare dotes nepotibus teſtatoris, vbi ita diſpoſuerit, inſtituendo, & ſubſtituendo filios, & deſcendentes maſculos in infinitum, & quòd ſemper filiæ, & deſcendentes feminæ dotari debeant, & ita reſponderunt Cephal. *in conſil.* 253. *numer.* 43. & *ſequent. volum.* 2. & *in conſil.* 485. *numer.* 32. *volum.* 3. Menoch. *in conſil.* 88. *numer.* 51. & *ſequent. volum.* 1. Manentus *in conſil.* 119. poſt ſuas deciſiones impreſſo, qui cæteros conſultores refert pleniſſimè. Ad quam concluſionem, nullatenus arbitror pertinere illam controuerſiam an dos data, vel legata nepti ab auo cenſeatur data, vel legata contemplatione filij, & an auus teneatur dotare neptem ſimpliciter, vel in ſubſidium patre illius exiſtente in ope, quas quæſtiones diffusè ſcripſi *in l.* 1. *ff. ſolut. matrimon. in quæſtion.* 7. *articul.* 3. quia illæ quæſtiones tractantur ad effectum ſciendi, vtrùm dicta dos data nepti computetur in legitimam filij, vt ibi ſcripſi: ſed in caſu noſtro habemus clarum, voluntatem aui teſtatoris iubentis feminas, & deſcendentes in infinitum debere dotari; ergo actione ex teſtamento ita debent dotari, quia ad libitum de re ſua ita diſponere poteſt. Menoch. *in d. conſil.* 88. *num.* 53. & per dictam expreſſam voluntatem, ceſſant coniecturæ, & præſum-
5. ptiones, an ſit legata † contemplatione filij, vt probat Cephal. *in d. conſil.* 485. *num.* 32. & *ſeq. vol.* 4. & ideo huiuſmodi dos dicitur aduentitia, non autem profectitia, vt etiam Cephal. probat *in d. conſil.* 253. *num.* 44.

Tertius caſus eſt, fideicommiſſarius † vniuerſalis 6.
tenetur omnibus creditoribus, & legatariis ſoluere, ad inſtar hæredis, ſi inuentarium non confecerit, quoniam etiam contra eum militat eadem ratio ſuſpiciētis fraudis, Rolād. *in tract. de inuentar. in* 2. *part. quæſt.* 20. Anchar. *in conſil.* 365. *num.* 10. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 4. *num.* 8. vbi plurimis relatis probat eſſe communem concluſionem, quam latè tractant Bart. *in l. in ratione.* §. *quod vulgo. ff. ad leg. falcid.* & Bald. *in l. filium quem habentem, num.* 38. & *ſeq. C. famil. herciſc.* vbi quòd inuentarium † hæredis neque pro- 7.
deſt dicto fideicommiſſario, quia illius omiſſio facta per hæredem, neque nocet fideicommiſſario, qui omninò à die reſtitutionis ſibi factæ poteſt inuentarium facere infra tres menſes, qui ab ipſa reſtitutione currere incipiunt, vt *ibi* per Bald. & Peregrin. *in d. art.* 4. *num.* 9.

QVÆSTIO XXIII.

De prohibitione alienationis, per octo articulos diuiſa.

1. An per prohibitionem alienationis impediatur dominij tranſlatio.
2. An prohibitio alienationis extendatur ad alias perſonas, quàm nominatas.
3. De prohibitione alienationis facta ad certum tempus, & quæ comprehendat.
4. De effectu prohibitionis alienationis extra familiam.
5. De effectu permiſſionis alienandi factæ à teſtatore.
6. An prohibitio alienationis includat ſucceſſionem ab inteſtato.
7. An prohibitus alienare poſſit hæredem inſtituere.
8. Communia de prohibitione alienandi.

ARTICVLVS I.

An per prohibitionem alienationis impediatur dominij tranſlatio.

SVMMARIA.

1. *Dominij tranſlatio impeditur per prohibitionē alienationis factam in vltima voluntate.*
2. *Fideicommiſſarius quando ſtatim poſſit alienata reuocare ſimul cum fructibus.*
3. *Alienatione facta contra prohibitionem legis non transfertur dominium.*
4. *Emptor in quem facta eſt alienatio rei prohibita per teſtatorem poteſt praſeribere.*
5. *Alienationis prohibitio duplex, ſcilicet legis, & hominis, ſi concurrant, tunc non poteſt fieri etiam in caſibus à lege permiſſis.*
6. *Permiſſio legis in caſu ſimplici nō habet locum in caſu mixto.*
7. *Mulier ſi promittat cum iuramento non alienare, tunc eius alienatio etiam cum iuramento facta non valet.*
8. *Dominij tranſlatio non impeditur per prohibitionem alienationis factam in contractibus.*
9. *Alienans contra expreſſam prohibitionem factam in*

contractibus tenetur ſolum ad intereſſe.

10. . . *etiam ſi iuramentum acceſſerit.*

11. *Pœna debetur in caſu contrauentionis alienationis.*

12. *Contrauenientes contractui priuatur omni illius commodo.*

13. *Dominij translatio impeditur ſi contrahentes reſeruarunt ſibi hypothecam ſpecialem in caſu cõtrauentionis, ſecus ſi generalem.*

14. . . *& quòd opinio procedat, vbi etiam fuiſſet oppoſitum conſtitutum.*

15. . . *& conſtitutum quibus verbis debeat fieri.*

16. *Item impeditur translatio, quando contrahentes appoſuerunt pactum reale.*

17. *Pactum redimendi, quando exerceri poſſit contra tertium poſſeſſorem.*

18. *Prohibitioni alienationis non dicitur contrauentum per inſolutum dationem, factam à iudice.*

19. *Iudex per ſententiam non poteſt prohibere alienationem rei.*

20. . . *& quando hæc concluſio limitetur.*

ISTE articulus continet duo capita, alterum quando prohibitio alienationis
eſt facta in vltima voluntate, alterum
quando inter viuos. In primo capite regula affirmatiua conſtituitur, quòd do-
1. mini tranſlatio † impeditur, vt communiter om
nes Doctor. ſcribunt *in l. filiusfamilias. §. diui. de legat. 1.* Bartol. *numer.* 6. Rip. *num.*47. Iaſ. *in 1. lect. numer. 66. & in 2. lect. numer.* 100. *gloſſ. in l. cum pater. §. libertis. de legat.* 2. & alij ad hoc allegati per Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.* 7. *numer.* 57. Petr. *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *numer.* 4. *& ſequent.* & hæc concluſio eſt vſu recepta in omnibus tribunalibus, Rota *deciſion.* 73. *numer.* 1. *part.* 1. in vltimò impreſſ. *& deciſion.* 295. *part.* 2. *in eiſdem.* Seraphin. *deciſion.* 477. Boër. *deciſion.* 41. Grammatic. *deciſ.* 93. qui cæteros referunt, & conferunt ad hanc concluſionem quæ ſcripſimus ſuprà *in quæſtione præ-*
2. *cedenti artic.* 5. vbi quòd fideicommiſſarius † ſta-
tim poteſt alienata reuocare ſimul cum fructibus,
quoniam dominium in emptorem tranſlatum non
3. fuit, quoniam alienatio facta † contra prohibitio-
nem legis non transferr dominium, vt *in titulis ff. & C. de prædiis minor. & ff. & C. de fundo dotali, & Inſtitut. quibus alienare licet, vel non. & l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* gloſſ. *in l. quoties ab omnibus*, & *ibi* declarat Salyc. *C. de fideicommiſſ.* Sed voluntas teſtatoris prohibentis, habetur pro lege, *§. diſponat. Authent. de nupt.* Item quòd alienatione facta contra præceptum teſtatoris, dominium non ſit rranſlatum in emptorem, reſponderunt Anania *in conſil.* 47. *numer.* 8. Socin. iun. *in conſil.* 58. *numer.* 3. *& conſil.* 85. *numer.* 13. *volum.* 2. Surd. *conſil.* 116. *numer.* 18. *volum.* 1. Cephal. *in conſil.* 715. *numer.* 2. *volum.* 5. & alij longa ſerie allegati per Marzar. *de fideicommiſſ. parte* 2. *quæſtion.* 45. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 51. *num.* 72. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 3. *numer.* 1. *& plur. ſeq.* Seraphin. *in d. deciſ.* 477. Rota *in d. deciſ.* 295. *part.* 2. in vltimò impreſſis.

Declaratur iſte caſus, vt procedat in fideicommiſſo facto per prohibitionem alienationis, ſecus in fideicommiſſo conditionali, quia pendente conditione poteſt fieri alienatio, licèt illa verificata reſoluatur, vt ſcripſi *in d. quæſt. præcedente artic.* 5. Sed ſtante fideicommiſſo per d. prohibitionem em-
4. ptor † non poteſt præſcribere, quoniam dominiũ
tranſlatum non fuit, *l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. domin. §. ex his. Inſtit. per quas perſonas nobis acquir.* & probant Corn. *in conſil.* 294. *vol.* 3. Roland. *in conſil.* 81. *num.* 1. *vol.* 2. Ciofus *in conſil.* 109. *in fin. vol.* 1. & Oddus *in tract. de prohibitione alienat. & fideicommiſſ. quæſt.* 12. *art.* 3.

Secundò declaratur, vt non procedat, ſi alienatio
permitteretur à lege, de qua ſcripſi ſuprà *in quæſt.*
21. *articul.* 17. *caſu* 8. Sed ſi prohibitio † fiat ab 5.
homine, in caſibus etiam prohibitis per legem, vt
eſt ſuper fundo dotali, tunc alienatio non poſſet
fieri, etiam in caſibus à lege permiſſis, puta ex cau-
ſa dotis, vt probat Socin. *in conſil.* 75. *vol.* 1. quoniã † 6.
permiſſio legis in caſu ſimplici, non habet locum in
mixto, videlicet quando concurrit duplex prohibi-
tio. *l.* 2. *in princip. ff. de verb. obligat.* & *ibi* latiſſimè de
hoc ſcribit Bolognet. Sicut dicimus, quòd ſi mulier
iurat non alienare fundum dotalem, tunc concurrit
duplex prohibitio, videlicet legis, vt *in l.* 1. *§. & cum
lex. C. de rei vxor. act.* & prohibitio hominis expreſſa,
videlicet ipſius mulieris promittentis, † & iurantis 7.
non alienare; quamobrẽ alienatio etiam iurata, fa-
cta contra duplicem prohibitionẽ non valet, gloſſ.
Hoſtienſ. Io. Andr. & cæteri *in c. licèt mulieres. de iureiur. lib.* 6. & alij ad hoc allegati per Couar. *in c. quamuis. part.* 2. *§.* 2. *num.* 2. *de pact. lib.* 6. & per Rotam *deciſ.* 49. *num.* 24. *& ſeq. part.* 2. *in Nouiſſim.*

In ſecundo capite regula negatiua conſtituenda
eſt, videlicet per prohibitionem alienationis factã
in contractibus, † non impediri domini tranſlatio- 8.
nem ſubſequuta alienatione, Bart. *in l. ea lege. C. de condict. ob cauſ.* & *ibi* communiter Doct. Idem Bart. *in d. §. diui num.* 14. *ff. de legat.* 1. & *ibidem* communiter omnes ſcribentes, & hanc eſſe communem concluſionem probat Roland. *in conſil.* 62. *num.* 3. *& ſeq. vol.* 2. cùmque vti magis communem obſeruandam eſſe tam in conſulendo, quàm in iudicando, Iaſ. *in conſil.* 211. *vol.* 2. quam latiſſimè probant Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 51. *num.* 69. *& ſeq.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 4. Oddus *de prohibita alienat. & fideicõmiſſ. quæſt.* 12. *artic.* 8. qui cæteros referunr, & fuit recepta, & obſeruata in foro, Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 68. *in fin.* Magon. *deciſ. Florentin.* 112. *num.* 3. *&* 19. Sera-
phin. *in d. deciſ.* 477. *num.* 3. Omnes mouentur, quia
alienans † contra expreſſam prohibitionem factam 9.
in contractu tenentur ſolum ad intereſſe, non autẽ
naſcitur aliqua actio ſtipulatori contra emptorem.
l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. d. l. ea lege. C. de condict. ob cauſ. & probat Surd. *in conſil.* 399. *num.* 2.
vol. 2. eſſe veram concluſionem, & communem,
etiam accedente iuramento. † Seraphin. *de priuileg.* 10.
iuram. cap. 74. *num.* 5. vbi omnes alios refert, & pro-
pterea contrahentes promittentes non alienare, ſo-
lent apponere pœnam contrafacienti, & tunc alie-
natione facta, † contra faciens tenetur ad pœnam, 11.
Iaſ. *in d. §. diui. in 1. lect. num.* 114. Socin. iun. *numer.* 173. Alciat. *num.* 35. & latè probant Honded. *in conſil.* 42. *vol.* 2. & Magon. *deciſ. Florent.* 102. *num.* 3. *&* 19. & latiùs per Odd. *de prohibit. alien. & fideicommiſſ.*
d. quæſt. 12. *art.* 8. vbi etiam quòd contrafaciens † 12.
priuatur omni commodo contractus, Rota *deciſion.* 92. *in fin. part.* 3. *lib.* 2. *in Nouiſſimis.* Et quæ ſit ratio differentiæ inter prohibitionem factam à teſtatore, & factam à contrahentibus, diſputat Oddus *in d. art.* 8. vbi plures adducit.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
in caſu contrauentionis, videlicet alienationis, † 13.
reſeruata fuerit ſpecialis hypotheca ſuper re alienata, propter quam impediri tranſlationẽ dominij, dicunt Bartol. Immol. Aretin. *in l. ſi ita quis. §. ea lege,*

lege. ff. de verb. obligat. per text. *l. ſi creditor. §. final. ff. de diſtract. pignor.* & hanc eſſe magis communem opinionem, probat Ripa *in l. filiusfamilias. §. diui, numer.* 87. & *ibi* Socin. iun. *num.* 179. *& ſeq.* probat ab ea non eſſe diſcedendum, alios ad hoc allegat Odd. *de prohibit. alienat. & fideicommiſſ. quæſtion.* 12. *artic.* 13. vbi latè tractat de intellectu *d. l. ſi creditor. §. fin. ff. de diſtract. pignor.* & quomodo litera legenda ſit, & Surd. *in d. conſil.* 399. *numero* 3. *volum.* 3. probat quòd hoc caſu non ſufficit hypotheca generalis, quæ ſola pareret effectum retinendi, ſed non impediret tranſlationem dominij. Ego verò in hac declaratione ſequor opinionem Papponi *in conſil.* 90. *in fin.* vbi quòd non ſufficit ſpecialis hypotheca, niſi in caſu contrauentionis, ſtipulatori factum fuerit pactum, quòd vbi deuentum fuerit ad aliquem actum ſeu tractatum alienationis, tunc res alienata reuertatur ad ſtipulatorem, & tali caſu contraueniens conſtituat ſe poſſi-
14. dere nomine ſtipulatoris, † quia tunc in principio tractatus alienationis verificatur conditio pacti, & conſtitutum appoſitum ad fauorem ſtipulatoris, impedit dominij tranſlationem in emptorem, quoniam dominium inter viuos ſine poſſeſſione non transfertur. *l. traditionibus. C. de pact.* & poſſeſſio non poteſt eſſe penes duos. *l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commodati*, & ſi priùs ſtipulator incepiſſet poſſidere, non poterit emptor iuſtè poſſidere.

15. Ideo ſecus eſt, † ſi pactum conceptum fuerit ſub alia forma, puta in caſu quo alienaueris, conſtitues te poſſidere nomine meo, quia tunc conſtitutum fit poſt alienationem perfectam, quo caſu dominium tranſlatum non reuocatur; conſtitutum igitur reſpectum habere debet ad caſum tractatus, videlicet principij alienationis, vt dominij tranſlatio impediri poſſit.

Secundò declaratur, vt non procedat, quando contrahentes, ſtipulantes ſibi prohibitionem alie-
16. nationis adinuicem, appoſuerunt pactum reale, † quòd in caſu alienationis factæ per alterum, liceat alteri rem alienatam redimere à quocumque poſſeſſore, nam hoc pactum reale, poterit exerceri contra quemcumque. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ.* 10. *numer.* 13. Afflict. *deciſion.* 96. *numer.* 3. & poſt alios relatos, probat Menoch. *in conſil.* 63. *per totum. volum.* 1. quæ opinio erit ve-
17. rior ſi cum ipſo pacto redimendi † clauſula conſtituti appoſita fuerit, & ita iudicatum, vt eo caſu etiam contra tertios poſſeſſores exerceri poſſit, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 3. *titulo Pactum, cap. ſi in inſtrumento.*

Tertiò declaratur, vt non dicatur contrauentum, quando bona prohibita alienari eſſent in ſo-
18. lutum data † à iudice, ita probat Roland. *in conſil.* 21. *numer.* 17. *volum.* 1. quem ſequitur Menoch. *in conſil.* 777. *numer.* 6. *volum.* 8. vbi quòd ſicut emphyteuta prohibitus alienare ſine conſenſu domini, non dicitur contrauenire, quando iudex transfert per in ſolutum dationem, ita nec dicitur contrauenire præcepto teſtatoris, ille cuius bona prohibita per decretum iudicis fuerit alteri adiudicata.

19. Neque obſtat, quòd iudex † non poteſt impedire tranſlationem dominij per prohibitionem alienationis factam in ſententia, vt firmarunt Socin. iun. *in d. §. diui, numer.* 195. *verſ. ſed conſidera, & numer. ſeqq.* & Alex. *ibid. numer.* 39. proſſat eſſe magis communem; ergo neque poteſt permittere alienationem rei prohibitæ, vt contrariorũ eadem ſit diſciplina, quià reſpondetur, argumentum non procedere propter diuerſitatem rationis, nam non poteſt prohibere ſine cauſa, † ſed cum cauſa legitima po- 20.
teſt, Bart. *in d. §. diui, in fin.* Iaſ. *num.* 130. *verſ. intellige*, Ripa *num.* 95. *verſ. intellige*, Crot. *num.* 104. & alij ad hoc relati per Odd. *in d. quæſt.* 12. *art.* 16. *num.* 95. ergo etiam cum legitima cauſa poteſt rem alienari prohibitam alteri adiudicare.

ARTICVLVS II.

An prohibitio alienationis extendatur ad alias perſonas, quàm nominatas.

SVMMARIA.

1. *Prohibitio alienationis nunquam extendenda.*
2. *Teſtator præſumitur voluiſſe, quod non expreſſit.*
3. *Prohibitio alienationis cum ratione generali extenditur ſecundùm opinionem multorum. Contrarium eſt verius, num.* 7.
4. *. . quæ eſt vera ſolum circa extenſionẽ ad caſum, non autem circa extenſionem ad perſonas.*
5. *Extenſio perſonarum nunquam fit ex tacita mente teſtatoris.*
6. *Prohibitio alienationis non eſt extendenda de filiis ad nepotes, & num.* 10.
8. *Prohibitio alienationis immediatè adiecta poſt fideicommiſſum, non inducit nouum fideicommiſſum.*
9. *. . & quando contrarium eſt verius.*
11. *Prohibitio alienationis facta filiis, & filiorum filiis, non extenditur ad pronepotes.*
12. *Filiorum appellatione non veniunt deſcendentes.*
13. *Prohibitio alienationis facta deſcendentibus, & poſteris, comprehendit omnes in infinitum.*
14. *. . facta hæredibus comprehendit hæredes hæredum.*
15. *. . facta dictis hæredibus inſtitutis, comprehendit etiam ſubſtitutos.*
16. *. . ſecus ſi vocaſſet hæredes per nomina propria.*
17. *. . facta ipſis hæredibus reſtringitur ad nominatos.*
18. *Prohibitio alienationis facta realiter, omnes comprehendit.*
19. *. . & quando dicatur realiter facta.*
20. *Oddi opinio de prohibitione alienationis mixta, non eſt recipienda.*

SVPRA *in quæſt.* 21. *art.* 12. ſcripſi an, & quando fideicõmiſſum extendatur de perſona ad perſonam; item de re ad rem; item de caſu ad caſum; item de tempore in tempus. Nunc de eadẽ materia exordior reſpectu prohibitionis alienatio-
nis, ſuper qua regula † negatiua in omnibus capi- 1.
tibus eſt conſtituenda, quoniam veluti odioſa, reſtringenda eſt, Bald. & Salyc. *in l. voluntas. C. de fideicommiſſ.* Bart. & cæteri *in l. filiusfamilias. §. diui, num.* 20. *& ſeq. de legat.* 1. & eſſe concluſionem communiter receptã, poſt plurimos Doct. allegatos, probat eſſe communem concluſionem Oddus *de prohibit. alien. & fideicommiſſ. quæſt.* 14. *art.* 6. per text. & *ibi* gl. & Doct. *in §. nos igitur. in auth. de reſtit. fideicommiſſ.* Itẽ
quia teſtator † non præſumitur voluiſſe, quod non 2.
expreſſit, *l. ſi ſeruum. §. prætor ait. verſ. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.* & hanc regulã exornant Cephal. *in conſ.* 616. *n.* 43. *vol* 5. Decian. *in cõſ.* 1. *n.* 21. *vol.* 1. Lanar. *in conſ.* 60. *n.* 7. Soc. iun. *in conſ.* 111. *n.* 28. *vol.* 1. Sed pro declaratione regulæ plurimos caſus practicabiles diſpungemus.

Primus caſus eſt, vbicumque teſtator prohibendo alienationem expreſſit vnum caſum, vel prohibitionem fecit vni perſonæ, cum ratione generali,†
3. quæ alios caſus, & perſonas poteſt comprehendere, tunc ſit extenſio & de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonas, in quibus eadem ratio militat, ita reſpectu extenſionis ad caſum probaui *in d. art.* 12. *circa quartum caput, num.* 56. *& ſeq.* & reſpectu alienationis ad alias perſonas probaui *ibidem circa primum caput, in quarto caſu numer.* 15. Sed *ibi* aduerti circa extenſionem fideicommiſſi ad alias perſonas, Doctores comprobare concluſionē, quia om-
4. nes loquuntur circa extenſionem † ad alterum caſum, non autem circa extenſionē ad alias perſonas,
5. quoniam hæc extenſio † perſonarum non eſt facienda ex tacita, & veriſimili mente teſtatoris. *l. ſi quis ita.* §. *pen. ff. de teſtam. tut.* & hanc opinionem ſequutus ſum ibi tanquam veriorem authoritate Rotæ ita diſtinguentis *in deciſ.* 300. *part.* 1. in vltimò impreſſis, quæ opinio multò magis amplectenda eſt in prohibitione alienationis. Nam ſi ego prohibeo filiis meis alienare bona mea, ad hoc vt illa perpetuò conſeruentur in agnatione mea, tunc prohibi-
6. tio † nō eſt extendēda de filiis ad nepotes, vt probat Odd. *in quæſtion.* 15. *artic.* 5. *numer.* 82. *& plur. ſeq.* qui mouetur, ex eo quia dicta prohibitio eſt realis, vel vt alij ab eo relati dicunt, eſt perſonalis in rem ſcripta, & afficit non ſolùm nepotes, ſed omnes de familia, ex quo ratio generalis fuit appoſita ad fauorem familiæ. Hanc opinionem ego
7. reprobaui, † & oſtendi non eſſe amplectendam ſuprà *in d. quæſtion.* 21. *artic.* 12. *in quarto caſu numer.* 17. *& plur. ſequent.* præcipuè quia dicta ratio agnationis conſeruandæ eſt reſtringenda ad perſonas expreſſas, non autem eſt cauſa vt poſſit fieri extenſio ad alias perſonas, in quibus aliis non eſt præſumendum teſtatorem agnationem ſuam conſeruare voluiſſe. Item quod dicitur eſſe prohibitionem realem, vel in rem ſcriptam, eſt intelligendum ſolùm reſpectu perſonarum expreſſarum, non autem faciendo extenſionem ad alias perſonas, vt ibi probo *numer.* 27. Item comprobatur ex his quæ ſcripſi ſuprà *in quæſtion.* 21. *art.* 8. vbi quòd prohibitio alienationis cum dicta cauſa non inducit fideicommiſſum perpetuum, nec familia cenſetur vocata.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator poſt filios inſtitutos, & reciprocè ſubſtitutos, etiam per fideicommiſſum, eiſdem ſtatim prohibuerit alienationem, vt bona ſua in familia conſeruentur, hæc
8. prohibitio † immediatè adiecta non inducit nouū fideicommiſſum, ſed reſtringendum eſt ad limites fideicommiſſi præcedentis. Dec. *in conſil.* 636. Socin. *in conſil.* 53. *numer.* 9. *volum.* 3. Gozadin. *in conſil.* 30. *numer.* 16. *verſ. non obſtat.* Menoch. *in conſil.* 327. *num.* 7. *& conſil.* 347. *num.* 11. *volum.* 4. Gabriel *in conſil.* 132. *quæſt.* 3. *numer.* 21. *volum.* 1. & hanc opinionem ſequuta eſt Rota Romana, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Fideicommiſſum, cap. cum bona, & cap. aut ſubſtitutio*, & Cephal. *in conſil.* 614. *num.* 1. *volum.* 4. mentionem facit de dicta Rotæ deciſione, tunc enim ex dicta prohibitione ſtatim adiecta, non inducitur noua vocatio, vt dicit Dec. *in d. conſil.* 636. ſed reſtringitur ad limites ſubſtitutionis præcedentis; ergo ſi ſubſtitutio fideicommiſſaria præcedens non eſt extendenda ad alias perſonas, quàm vocatas, neque dicta prohibitio alienationis ſtatim adiecta ad alias perſonas extendenda eſt.

Secundò declaratur articulus, vt non procedat, quando prohibitio alienationis continet ſuam cauſam, † & conditionem particularē, & verba ipſius 9.
prohibitionis cum ſua ratione ſunt valdè prægnantia, quia tunc non venit conſecutiuè ad ſubſtitutiones præcedentes, ſed ſtat de per ſe, & inducit nouum fideicommiſſum. Ruin. *in conſil.* 89. *numer.* 18. *&* 22. *volum.* 2. & hanc opinionem pluries ſequuta eſt Rota, vt refert *in deciſion.* 45. *numer.* 4. *part.* 1. *in Nouiſſim.* vt *in d. tomo* 5. *titulo Subſtitutio. cap. vbi propter.* Vt ſi teſtator dixerit, quia voluit, quòd eius bona non exeant familiam, ſed ſemper, vel perpetuò, vel in infinitum conſeruentur in ea. Item ſi in caſu contrauentionis, induxit priuationē ad fauorem ſequentium in gradu de familia; item ſi prohibuit fieri omnem contractum; item ſi prohibuit, ne poſſit fieri alienatio in remotiorem de familia; item ſi declarauit, quòd dicta prohibitio alienationis ſit fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum in familia ordine ſucceſſiuo, & gradatim in ſtirpes, & non in capita; item ſi declarauit animum ſuum, quòd bona vnita non exeant familiam, ſed perpetuo tempore conſeruentur in ea; item ſi prohibuit, quòd dotes non detrahantur, hæc enim verba ita ampliſſimè concepta, nouum fideicommiſſum inducunt ad fauorem totius familiæ, etiamſi immediatè poſt fideicommiſſum præcedens adiecta fuerint, vt in allegatis Rotæ deciſionibus, *& in deciſion.* 512. Seraphin. *deciſion.* 1373. *verſ. tamen in iſto caſu, & num.* 4. *& ſequent.* & hoc caſu, non eſt tractandum de extenſione fideicommiſſi inducti per prohibitionem alienationis, ſed de vocatione, & admiſſione proximioris de familia; ſed vbi verba teſtatoris non ſunt ita amplè concepta, illa ſola & nuda ratio, ad hoc vt bona conſeruentur in familia, reſtringenda eſt ad limites fideicommiſſi præcedentis, quia teſtator in illis ſolis perſonis agnationis conſeruationem conſideraſſe dicitur.

Secundus caſus eſt, quando prohibitio alienationis eſt † facta filiis, non extenditur ad ne- 10.
potes, hanc concluſionem firmant omnes communiter *in l. filiusfamilias.* §. *diui. de legat.* 1. Bartol. *numer.* 21. Alexand. *numer.* 25. Ripa *numer.* 106. Ruinus *numer.* 135. qui atteſtatur eſſe communem, Alexand. *in conſil.* 56. *volum.* 5. Socin. iun. *in conſil.* 167. *numer.* 4. *volum.* 2. Roland. *in conſil.* 43. *numer.* 48. *volum.* 4. Decian. *in conſil.* 51. *numero* 11. *volum.* 1. Menoch. *in conſil.* 85. *numer.* 7. *volum.* 1. qui cæteros referunt, & omnes allegant text. *in* §. *nos igitur. in Authent. de reſtitut. fideicommiſſ.* & comprobatur hæc concluſio ex his quæ ſcripſi ſuprà *in prima parte, quæſtion.* 2. *artic.* 5. vbi quòd appellatione filiorum non continentur nepotes, tantò minus continentur in materia odioſa, prout eſt prohibitio alienationis, vt probat Odd. *de prohibit. alienat. & fideicommiſſ. quæſtion.* 15. *art.* 5. quoniam reſpectu prohibiti eſt grauamen, quod non eſt extendendum de perſonis ad perſonas, vt probauimus in ipſa regula.

Tertius caſus eſt, quando prohibitio aliena-
tionis eſt facta filiis, & filiorum filiis, † tunc non 11.
extenditur ad pronepotes, quia in fideicommiſſis appellatione filiorum non veniunt deſcendentes, Bartol. *in l.* 2. §. *filius. ff. ad Tertullian. & in l. Titius. in verſ. & facit ad quæſtionem. ff. de liber. & poſthum.* & comprobatur ex his quæ ſcripſi ſuprà *in prima parte, quæſt.* 9. *artic.* 1. vbi quòd appellatione filiorum † 12.
non veniunt deſcendentes, *& in quæſtion.* 3. *articul.* 1. vbi quòd appellatione nepotum non veniunt pronepotes, quod eſt verius in fideicommiſſis, & graua

grauaminibus, quæ non ſunt extendenda de filiis filiorum, id eſt, de nepotibus ad pronepotes, & ſecundùm hanc concluſionem fuiſſe iudicatum in collegio Papienſi atteſtatur Curt. *in conſil.* 45. *num.* 17. vbi quòd illa verba, filij, & eorum filij, intelliguntur de primis, & ſic de nepotibus, non autem ad pronepotes extenduntur, & hanc etiam probat Peregr.*de fideicommiſſ.artic.*28.*numer.*33.*verſ. verum-*
13. *tamen.* Secus ſi prohibitio † alienationis facta eſſet deſcendentibus, ſiue poſteris, quorum appellatio non reſtringitur ad primos, quia continet omnes deſcendentes in infinitum. Couar. *in lib.* 3. *var. reſolut.cap.*5.*numer.*4 *verſ. hinc apparet*, & latiùs ſcribit Odd. *in d.quæſtion.*15.*artic.*6.vbi poſt Bartol.& alios relatos *in d.§.diui*, probat hanc eſſe communiſſimam ſententiam.

Quartus caſus eſt, quando prohibitio alienationis eſt facta omnibus ſuis hæredibus, † quia tunc
14. cenſentur prohibiti omnes qui continentur ſub nomine collectiuo, nec eſt agendum de extenſione, ſed de vocatione, & comprehenſione, Bartol.*in d.§.diui. numer.*21.Alexand. *numer.*26. Socin.iun.*numer.*210. Cror.*numer.*129. *& ſeq.*Peregrin.*de fideicommiſſ.artic.*32.*numer.*67.Simon de Pret.*de interpretat. vltim.voluntat.lib.*3.*ſolut.*10.*num.*7.*fol.*283. Ioſeph de Ruſtic. *in l cùm auus.cap.*11.*numer.*28.*verſ.tertio.*qui cæteros referunt, & probant eſſe communem, per text. *l.fin. C.de hæred.inſtit.* vbi hæres hæredis, eſt hæres teſtatoris, *l.hæredis appellatione. ff. de verb. ſignific. l.qui per ſucceſſionem. ff. de regul.iur. l. cùm ita datur.ff.de condit. & demonſtrat.* Item quia ſi teſtator grauauit primum hæredem, quem cognoſcebat, prohibendo illi alienationem, multò magis cenſetur grauaſſe hæredes hæredis, quos non cognoſcebat, erga quos tanta dilectio non præſumitur, vt dicit Peregr. *in d. num.*67. & conferunt ad hũc caſum ea quæ ſcripſi *in hac parte, quæſtion.*12.*art.*1.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator prohibuiſ-
15. ſet alienationem dictis hæredibus inſtitutis, † comprehenduntur etiam ſubſtituti, quoniam ſubſtitutus dicitur hæres inſtitutus. *l.mulier, in fine*, & Bartol. & Bald. hoc firmant. *ff.de condit. & demonſtrat.* Item *l.final.C.de edict. diui Adriani tollend.* vbi illud remedium datur ſolis inſtitutis, & tamen conceditur etiam ſubſtitutis, quia inſtitutorum nomine continentur, Menoch. *de adipiſcend. remedio* 4.*numer.*178. & 181. & 199. & 206. & 214. & hanc concluſionem vti veram, & communem, probat Surd. *in conſil.*443. *colum.final.volum.*3. vbi cæteros refert. Sed hæc opinio procedit, quando teſtator vocaſſet per nomen collectiuum hæredes inſtitutos, ſecus ſi vocaſſet hæ-
16. redes † per nomina propria, vt dicendo, Titio, & Caio hæredibus meis inſtitutis prohibeo alienationem, quia tunc non poſſent comprehendi ſubſtituti, *l.Lucius.§.Sempronia*, & *ibi* Bartol. & Bald. & cæteri, *de legat.*3. Iaſ. *in d.§.diui in* 1. *lect. numer.* 112. & *in* 2. *lectura num.*159. Bald. *in conſil.*304.*volum.*5. vbi quòd
17. quando prohibitio alienationis † eſt facta ipſis hæredibus, reſtringitur ad hæredes nominatos, & ſequitur Ripa *in d §.diui. num.*111. vbi poſt alios probat eandem concluſionem procedere, quando eſſet appoſitum aliud pronomen demonſtratiuum ad oculum, Socin.iun. *in conſil.*144.*num.*14. *volum.*3. & alij ad hoc allegati per Surd. *in deciſ.*125.*col.*1. licèt Duenas *in regula* 39.*num.* 1. aliter eſſe quando præceſſit nomen collectiuum hæredes, & poſtea ſequitur nomen proprium, puta hæredes Titium, & Caium, quam doctrinam multi ſequuti fuere, quia tunc ſubſequentia nomina propria videntur adiecta demonſtrationis gratia, quæ non reſtringunt diſpoſitionem, & prohibitionem hæredibus factam, ita vt contineantur ſubſtituti.

Quintus caſus, quando teſtator fecit prohibitionem † realem, & ita onus eſt iniunctum ipſis rebus, 18.
nulla facta mentione perſonarum, tunc non eſt agendum de extenſione, quia omnes ad dicta bona ſuccedunt, & dicuntur ſuccedere cum illo onere de non alienando, Capyc.*deciſ.*108.*num. & ſeq.* qui alios refert, Oddus *in d.quæſt.*15.*artic.*9.

Declaratur iſte caſus, vt prohibitio † realiter fa- 19.
cta dicatur, quãdocumque teſtator prohibuit bona ſua alienari extra familiam, quia voluit in familia conſeruari, Petra *de fideicommiſſ.quæſt.*2.*n.*9. Capyc.*d. deciſ.*108.*in princip.* Craſſ.*in §.fideicommiſſum, quæſt.*5. *in fin. & quæſt.*19.*in princip.* Petra *in d.quæſt.*2.*num.*2. Simon de Pret.*lib.*3.*ſolut.*10.*num.*25.*fol.*285.qui alios referunt. Item dicitur prohibitio realis ſi non exprimuntur nomina perſonarum, quibus fieret prohibitio, *l.peto.§.fratre.de legat.*2. Menoch.*in conſil.*753.*numer.*2.*volum.*8. Capyc.*d.deciſ.*108.*num.*2. *verſ.quadam realis.* Nec facio in illa cauſa fundamentum, quia voluit bona ſua in familia conſeruari, quoniam dicta cauſa poteſt habere relationem ad perſonas, vt ſcripſi in primo caſu huius articuli, & tunc diceretur perſonalis, non autem realis; item quia illa cauſa ſolum conualidat prohibitionem, non autem facit realem ad effectum vt extendatur ad omnes ſucceſſores, de quo ſcripſi ſuprà *in quæſt.*21.*artic.*8. Sed melius exemplum dari poteſt, quando teſtator vnam tantùm rem alienari prohibuit, quam valdè amabat, tunc enim ex qualitate rei, abſque alia cauſa fideicommiſſum inducitur, vt etiam probat Surd. *in deciſ.*125.*numer.*2.*verſ. dictus verò*, & ex dicta ſingularis rei prohibitione alienationis, dicitur prohibitio realis facta. Roland.*in conſil.*23.*num.*25.*verſ.ſimiliter, in fin.vol.*4.

Nec eſt recipienda opinio Oddi † *in d. quæſt.* 15. 20.
*articul.*10. de prohibitione mixta, perſonali, & reali, quæ potius dicenda ſit realis, quàm perſonalis, tum quia Doctores, quos allegat, dicunt totum contrarium, Riminald. iun. *in conſil.*531.*numer.*11.*volum.*5. reſpondit in caſu quo prohibitio fuit perſonalis, non autem realis. Ripa *in d.§.diui numer.*108. loquitur de prohibitione, quam ipſe nominat realem, ſi dictum fuerit, prohibeo bona mea alienari extra familiam. Alba.*in conſil.*501.*num.*10. dicit eſſe prohibitionem realem, quando teſtator prohibuit etiam transferri dominium: tum etiam, quia ſi ego prohibeo filiis meis inſtitutis alienare, quia volo in familia permanere, dicta cauſa non facit prohibitionem realem, vt ſcripſi in primo caſu, quia reſtringitur ad prohibitionem perſonalem. Item quia in dubio ſemper iudicatum eſt pro excluſione oneris, & ideo potius erat perſonalis, quàm realis.

ARTICVLVS III.

De prohibitione alienationis, facta ad certum tempus, & quæ comprehendat.

SVMMARIA.

1. *Alienatio prohibita ad tempus, poſt illud cenſetur permiſſa.*
2. . . *etiam ad excluſionem ſubſtituti.*
3. *Permiſſio facta ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum.*
4. *Expreſſum dicitur quod importatur per verba limitata.*

5. *Prohibitio alienationis ad certum tempus facta poſt fideicommiſſum cenſetur facta ad fauorem fideicommiſſarij.*

6. *. . reſultans ex fideicommiſſo dicitur limitata per prohibitionem alienationis factam ad tempus.*

7. *. . reſultans ex fideicommiſſo dicitur derogata per expreſſam permiſſionem alienationis factam à teſtatore,& ita per tacitam.*

8. *Prohibitio alienationis ad tempus redditur perpetua propter rationem generalem ,quia voluit perpetuò in familia permanere.*

9. *. . contraria opinio eſt verior.*

10. *Ratio generalis de conſeruando in familia ſemper reſtringitur ad caſum præcedentem.*

11. *Fideicommiſſa non patiuntur extenſionem per rationem generalem.*

12. *Fideicommiſſum perpetuum,& in caſum mortis,non inducitur per rationem generalem , quia voluit in familia permanere.*

13. *Prohibitio alienationis quando eſt nuda conualidatur per rationem generalem , & inducitur fideicommiſſum in caſum contrauentionis.*

14. *Fideicommiſſum per prohibitionem alienationis factam ad tempus , expirat ſolum quo ad bona alienata , cætera autem vendicari poſſunt.*

15. *. . hæc opinio non probatur per allegationes modernorum.*

16. *. . contraria opinio eſt verior.*

17. *. . prohibitione expreſſa teſtatoris non intelligitur receſſum à tacita reſultante ex fideicommiſſo præcedenti.*

18. *Prohibitio tacita ex fideicommiſſo , quæ aliquando ceſſauit,non debet iterum incipere.*

19. *Fideicommiſſum non eſt extinctum quando teſtator rogauit reſtituere quidquid ſupererit ex hæreditate.*

20 *Prohibitio expreſſa facit ceſſare tacitam quo ad omne tempus.*

21. *Deciani ratio* in conſil.42. num.6.vol.4. *non eſt recipienda.*

22. *Prohibitio alienandi facta filio ad tempus minoris ætatis includit legitimam , & Trebellianicam.*

23. *. . . ſecus ſi facta fuerit ad quadraginta annos.*

24. *. . & filij non poſſunt renuntiare fauorabili diſpoſitioni de non alienando infra 25 annos.*

ALIENATIONES factæ poſt tempus
prohibitum non continentur , quo-
1. niam alienatio † prohibita ad tem-
pus, poſt illud tempus cenſetur per-
miſſa. Bartol. *in l. pater filium.* §. *fun-
dum.de legat.* 3. Surd. *in conſil.*294. *numer.*5. *volum.*2.
Socin.iun. *in conſil.*163. *numer.*5. *& in conſil.* 187. *nu-
mer.*10.*volum.*2.Roland.*in conſil.* 100. *numer.* 85. *vo-
lum.*4.Decian.*in conſil.*10 *numer.*15.*volum.*4.Peregr.
de fideicommiſſ.artic. 52. *numer.* 3. & facta ad tempus
2. cenſetur permiſſa † etiam ad excluſionem ſubſtituti.
3. Ruin.*in conſil.*76. *volum.*2. Sic econtra permiſſum †
ad tempus , poſt illud cenſetur prohibitum,*l.ſi vnus.*
§.1.& *ibi* Bald.*ff.de pact.* & multi alij relati per Tira-
quell. *de retract. conuent.* §.1. *gloſſ.*2. *numer.* 44. Nam
4. verba limitata idem important, † ac ſi quod exclu-
ditur,eſſet expreſſum,Bald.*in l.obſeruare.* §.*final.num.*
5.*ff.de offic. proconſul.* Alexand. *in conſil.*3. *num.*6. *vo-
lum.*7.Tiraquell.*in d.gloſſ.*2.*num.*47.Iaſ.*in l.ſi ita quis.
numer.*3.*ff.de vulgar. & pupill.* Cephal. *in conſil.*422.
*numer.*3.*vol.*3. Ruin.*in conſil.*112. *& conſil.*117.*vol.*2.
*& conſil.vltim.volum.*84.*vol.*2.

Declaratur, vt procedat etiam ſi prohibitio † ad 5.
certum tempus eſſet facta poſt fideicommiſſum, &
ita concurrerent duæ prohibitiones , quoniam om-
nes factæ cenſentur ad fauorem fideicommiſſarij,&
tacita prohibitio † reſultans ex fideicommiſſo fuit 6.
moderata vſque ad tempus limitatum in prohibi-
tione expreſſa,& hanc opinionem poſt plurimos re-
latos, probaui eſſe veriorem ſuprà *in quæſtion.* 21.
articul. 8. *numer.*68. *& plur. ſeq.* quibus ſcriptis ad-
do Surdum *in conſil.*294. *volum.*2. vbi latiſſimè pro-
bat hanc concluſionem, & reſpondet contrariis,eo-
dem modo reſpondet omnibus contrariis Menoch.
in conſil. 151. quæ non oportet repetere, & quod di-
cit nouiſſimus Modernus poſt Peregrin.quem ſem-
per ſequitur,dubium eſſe,quomodo elapſo tempore
voluerit alienationem permittere, an non obſtante
ſubſtitutione,an verò prouidendo imbecillitati æta-
tis ſui filij. Hoc motiuum antiquum eſt,& à prædi-
ctis , ſuſtinentibus contrariam opinionem , reſolu-
tum fuit , omnes enim rationes prohibitionis ad fi-
deicommiſſarium relationem habent,propterea in-
hærendum eſt regulæ,quòd prohibitum ad tempus,
poſt illud cenſetur permiſſum. Item probat Surd.*in
d.conſil.*294 *numer.*14.*verſ. in præſenti autem facto. vo-
lum.* 2. quòd vtraque prohibitio tam tacita , reſul-
tans ex fideicommiſſo , quàm expreſſa ad tempus
procedit ex eodem fonte, videlicet ex voluntate te-
ſtatoris , & ideo cùm teſtator alienandi licentiam
concedit , ſatis demonſtrat voluntatem ſuam non
eſſe, quòd per tacitam reſultantem ex fideicommiſ-
ſo impediatur alienatio poſt tempus regulariter per-
miſſa , quia iſta voluntas ita interpretata per regu-
lam derogat illi tacitæ reſultanti ex fideicommiſſo.
Item ad hoc allegat rationem Iaſonis *in conſil.* 173.
numer. 1. *volum.* 2. vbi ſi teſtator poſt factum fidei-
commiſſum prohibuerit filiis alienationem vel tem-
pus , declarando quòd poſt illud tempus † poſſint 7.
alienare , talis permiſſio derogat fideicommiſſo, &
tollitur tacita prohibitio reſultans ex fideicommiſ-
ſo ; ergo idem dicendum eſt,quando teſtator ita ex-
preſſè non declarauit,ſed per legem declaratum eſt,
quia prohibita ad tempus,poſt illud cenſentur per-
miſſa, & cum teſtator expreſſè hoc non declarauc-
rit,& eſt declaratum per legem, cui cenſetur ſe con-
formem reddere , ideo etiam ita declaraſſe cēſendus
eſt, & prohibitioni reſultanti ex fideicommiſſo, de-
rogatum cenſetur,Similis caſus eſt,quando teſtator
poſt inſtitutos reciprocè ſubſtitutos ſi deceſſerint
ſine filiis,prohibuit alienationem, niſi inter ſeipſos,
& eorum deſcendentes,de quo ſcripſi *in quæſtion.*21.
*artic.*15.*in declaratione tertij caſus.* nam tunc etiam fi-
deicommiſſum præcedens limitatum dicitur.

Declaratur per modernos iſte caſus, quòd ſi te-
ſtator poſt prohibitionem factam ad tempus,addi-
diſſet rationem, quia vult bona ſua perpetuo † tem- 8.
pore in familia permanere,tunc prohibitio tempo-
ralis redditur perpetua,allegant Bartol. *in l.pater fi-
lium.*§.*fundum.de legat.* 3.Socin.*in l. qui Romæ.* §.*cohæ-
redes,num.*18.*ff.de verb.oblig.* Crot. *in.*§.*diui,num.* 42.
de legat. 1.Dec. *in conſil.*23. *num.*4. *verſ.ſextò moueor.*
Ruin.*in conſil.*102. *numer.*2. *& conſil.*116. *numer.*17.
*volum.*2. Rimin. iun. *in conſil.*20.*num.*9.*volum.*1.Me-
noch.*in conſil.*486.*nnmer.*6.*volum.*5.Bero.*in conſil.*64.
*numer.*20.*volum.*2.Decian.*in conſil.*1. *numer.* 121.*vo-
lum.*1.Gozadin.*in conſil.*102.*numer.*5.Curt.iun.*in con-
ſil.*43.*numer.*11.*verſ.confirmantur permiſſa,*Pariſ.*in con-
ſil.*32.*numer.*37.*volum.*1. Surd. *in conſil.*67.*numer.*22.
& 27.*& conſil.*96.*numer.*42.*volum.*1.Peregrin. *in con-
ſil.*54.*numer.*5.*volum.*1.*& in conſil.*49.*num.*4 *volum.*3.

& de

& de fideicommiſſ. artic. 11. *numer.* 56. *in medio.* Pe-
tra *de fideicommiſſ. quæſt.* 5. *numer.* 43. *& numer.* 54.
Mantic. *lib.*6.*tit.*14.*num.*21.

9. Sed iſta declaratio non eſt † recipienda, quia
Bart. qui eſt author huius opinionis *in d. §. fundum*,
non benè colligit iſtam concluſionem ex illo textu,
vbi teſtator prohibuerat alienationem ad tempus,
& in caſu contrauentionis vocauerat fiſcum, quia
ita ſperabat dictum fundum in eius familia perma-
nere, & cùm dicat textus, ſi alienatio in vita ſequuta
non fuerit, poſſe illum filium inſtitutum, facere hæ-
redem etiam extraneum, ex hoc non ſequitur; ergo
ſi addidiſſet, quia vult perpetuò in familia perma-
nere, illud eſſet fideicommiſſum perpetuum ad fa-
uorem familiæ, hoc non probatur ex illo textu, &
Bart. limitando illam diſpoſitionem per illam ratio-
nem, quia vult perpetuò permanere, non probat li-
mitationem per illam rationem, ex eo quia ratio ge-
neralis ampliat dictum ad *l. cùm pater. §. dulciſſimis. de*
10. *legat.* 2. Quoniam ratio generalis † de conſeruando
in familia ſemper reſtringitur ad caſum præceden-
tem, videlicet, quando filius alienaret infra viginti
quinque annos. Nec fideicommiſſa patiuntur ex-
11. tenſionem † per dictam rationem generalem, &
hanc eſſe concluſionem veram, & approbatam ſcri-
pſi ſuprà *in quæſt.* 21. *articul.* 4. *in quinta declaratione.*
Item quia prohibitio alienationis infra vigintiquin-
que annos, cum ratione generali, quia voluit bona
ſua conſeruari in agnatione in perpetuum, non in-
12. ducit fideicommiſſum perpetuum, † in caſum mor-
tis, ſed ſolùm in caſum contrauentionis, vt ſcripſi *in
d. quæſtion.* 21. *artic.* 8. ergo in caſum alienationis per
filium, videlicet infra 25. annos, quia, vt ibi latiùs
probaui, ad hoc vt ratio generalis inducat fideicom-
miſſum perpetuum, oportet, vt prohibitio non ſit
nuda, vt eſt in caſu propoſito, vbi ſimpliciter prohi-
buit alienari infra vigintiquinque annos, ſed debet
eſſe veſtita, videlicet prohibuit alienari extra fami-
liam, quia voluit perpetuò in familia conſeruari,
nam quando prohibitio eſt nuda, non inducit fidei-
13. commiſſum, & illa ratio generalis † conualidat pro-
hibitionem, & ſic in caſum contrauentionis tan-
tùm. Tunc igitur ratio generalis ampliat, quando
prohibitio eſt valida, & additur dicta ratio, quia vo-
luit eius bona perpetuò eſſe in familia, & tunc indu-
citur fideicommiſſum in caſum mortis; ſed quando
prohibitioni nudæ addita eſt dicta ratio generalis,
ſatis eſt, vt dicta ratio firmet fideicommiſſum in ca-
ſum cõtrauentionis, & ita vbi filius prohibitus alie-
naſſet infra tempus prohibitum, vt ſcripſi *in d. artic.*
8. *numer.* 11. Denique aduerto, quòd cæteri Docto-
res à modernis pro ipſa declaratione allegati, vel ſe-
quuntur Bartolum, & ita non probant, quoniã infe-
cta primitiua, etiã eſt infecta deriuatiua, & Docto-
res intelligendi ſunt ſecundùm doctrinam, quam al-
legant, vel loquuntur iuxta terminos à nobis exara-
tos *in d. quæſtion.* 21. *artic.* 8. nimirum, quando per pro-
hibitionem alienationis cum ratione generali indu-
catur fideicommiſſum in caſum mortis, qui termini
non pertinent ad ipſam declarationem.

14. Secundò declaratur, vt per prohibitionem † alie-
nationis factam ad tempus, poſt fideicommiſſum,
iſtud expiret quoad bona alienata poſt tempus pro-
hibitum, ſed quoad bona non alienata, fideicom-
miſſum duret, & bona à fideicommiſſario vendicari
15. poſſint. Pro qua declaratione moderni † allegant
Ruin. *in conſil.* 13. *numer.* 5. *volum.* 2. qui nihil dicit ad
propoſitum. Item Ruin. *in conſil.* 112. *numer.* 9. *& in
conſ.* 153. *in fin. vol.* 2. & Pariſ. *in conſil.* 25. *num.* 25. *vol.* 2.
qui loquuntur retentis terminis. *l. Titius. ff. ad Trebell.*
& auth. contrà rogatus. C. eodem. videlicet quando te-
ſtator rogauit reſtituere quidquid ſupererit, & Ga-
briel *in conſil.* 123. *numer.* 41. *volum.* 1. *& conſil.* 99. *nu-
mer.* 44. *volum.* 2. qui in eiſdem terminis, Decian. *con-
ſil.* 42. *numer.* 6. *volum.* 4 Honded. *in conſil.* 69. *num.* 23.
volum. 2. qui loquitur in caſu quo filio data erat po-
teſtas diſponendi de bonis hæreditariis, quatenus
voluiſſet, & cùm nihil diſpoſuiſſet, reſpondet, quòd
fideicommiſſum extabat. Peregr. *in artic.* 40. *num.* 64.
loquitur retentis terminis *d. authent. contrà rogatus.*
Menoch. *in conſil.* 151. *numer.* 49. nihil dicit, & *conſil.*
152. *numer.* 67. loquitur retentis terminis. *d. l. Titius.*
& ita etiam loquitur Surd. *in d. conſil.* 294. *numer.* 12.
volum. 2.

Quamobrem ego ſum in contraria opinione, † 16.
quia dicta declaratio à modernis exarata, non pro-
batur, & teneo, quòd per permiſſionem alienandi
tacitam, reſultantem ex prohibitione ad tempus,
omnino ſint eneruatæ vires fideicommiſſi præcedẽ-
tis, ita vt fideicommiſſarius, bona, quæ alienata non
fuerint, vendicare non valeat, & moueor per ratio-
nem Ruini, quæ ſenſata eſt, *in conſil.* 112. *numer.* 4. *&
ſeq. volum.* 2. Nam per expreſſam prohibitionem † 17.
teſtatoris intelligitur in totum receſſum à tacita
prohibitione legis reſultante ex fideicommiſſo, quia
expreſſum facit ceſſare tacitum. *l. cùm ex filio. §.* 1. *ff. de
vulgari, & pupill.* ergo ſi ceſſauit tacita prohibitio le-
gis ante 25. annum, multò magis debet ceſſare poſt
25. annos, quoniam elapſo tempore prohibito, intrat
regula iuris, vt prohibita per tempus poſt illud cen-
ſeantur permiſſa. Item quia ſi per expreſſam prohi-
bitionem † teſtatoris ceſſauit omnino tacita infra 18.
vigintiquinque annos; ergo poſt iſtud tempus non
debet de nouo inchoari. *l. quæ ab initio. ff. de regul. iur.*
Nec ſunt ſimiles termini, quando teſtator rogauit
reſtituere quidquid ſupererit ex hæreditate *d. auth.
cõtrà rogatus*, quia eo caſu fideicommiſſum † non eſt 19.
extinctum ex intentione teſtatoris, ſed in caſu no-
ſtro eſt extinctum, quia prohibitio expreſſa facit
ceſſare tacitam † quoad omne tempus. Nec eſt am- 20.
plectenda ratio Deciani *in conſil.* 42. *numer.* 6. *in fin.* † 21.
volum. 4. vbi quòd tacita permiſſio alienandi, quæ
colligitur ex expreſſa prohibitione ad tempus, de-
bet referri tantùm ad ipſam prohibitionem, cui eſt
coniuncta. Quia hęc ratio deſtrueret totam conclu-
ſionem firmatam ab initio huius articuli, quòd per
dictam tacitam permiſſionem cenſeatur derogatum
fideicommiſſo præcedenti, ideo ad illud referenda
eſt, non autem ad ipſam prohibitionem.

Tertiò declaratur, nam ſi dicta prohibitio † alie- 22.
nandi eſt facta filio ad tempus, includit legitimam,
& Trebellianicam, quoniam infra tempus minoris
ætatis, acceſſoriè dicitur facta ad fauorem filij, licèt
principaliter ad fauorem fideicommiſſarij, quapro-
pter tanquam continens fauorabilem prouiſionem
pro filio non dicitur continere grauamen, ita firma-
runt Paul. de Caſtr. *in conſil.* 77. *volum.* 1. Dec. *in conſil.*
442. Socin. iun. *in conſil.* 163. *numer.* 35. *volum.* 2. *& in
conſil.* 87. *numer.* 5. *volum.* 3. Natta *in conſil.* 528. *num.* 1.
Roland. *in conſil.* 31. *numer.* 30. *volum.* 1. *& in conſil.* 98.
numer. 25. *volum.* 2. Cephal. *in conſil.* 261. *numer.* 30. *vo-
lum.* 3. & alij plures ad hoc relati per Surd. *in conſil.*
77. *numer.* 2. *volum.* 1. & propterea ſi eſt facta vltra vi-
gintiquinque annos, ita † vt excedat tempus mino- 23.
ris ætatis, non valet, vt probat Menoch. *in conſil.* 57.
volum. 1. Nec eſt recipienda opinio Baldi *in authent.
ex cauſa, numer.* 23. *C. de liber. præterit. & in l. ſi pater, nu-
mer.* 3. *C. de inſtit. & ſubſtit.* quòd filij poſſunt huic fa-
uorabili beneficio renuntiare, † & per conſequens 24.
legitimam alienare, cui non poteſt onus imponi,
quam

quam opinionem ſequuti ſunt multi relati per Menoch. *in d.conſil.57.num.15.volum.1.* Quoniam prohibitio alienandi facta per patrem filio infra tempus 25.annorum, eſt conformis diſpoſitioni iuris, vt *ff.de rebus eorum, & C.de prædiis minorum*, cui diſpoſitioni legali, minores renuntiare non poſſunt. Item contra Baldi opinionem inuehũt Alex. *in l. multi non nota, in fine. ff. de liber. & poſthum.* & Iaſ. *in l.filius matrem.C.de inoffic.teſtament.* & Rodetic.Suarez *in l.quoniam in prioribus, in prima limitatione, numer.6.C.de inoffic.teſtament.* & quòd hoc caſu filius alienans contra præceptum teſtatoris, incurrit pœnam, etiamſi alienauerit pro legitima, Gabriel *de legitima, concluſ.2. numer.20. & ſeq.* qui alios referr. Surd. *in conſil.215. volum.2.* Caſtrenſ. *in d.conſil. 77. volum. 1.* Ruin. *in conſil.136 numer. 13. volum. 2.* Socin.iun. *in d.conſil. 87.numer.6.volum.3.*

Articvlvs IV.

De effectu prohibitionis alienationis extra familiam.

SVMMARIA.

1. *Prohibitio alienationis extra familiam, quando inducat fideicommiſſum.*
2. *Fideicommiſſum familiæ relictum extinguitur in decimo gradu.*
3. *Prohibitus alienare extra familiam poteſt in remotiorem alienare.*
4. . . *etiam in feminam.*
5. *Prohibitio alenationis non poteſt intelligi reſpectu propriorum filiorum.*
6. *Fideicommiſſum ad fauorem familiæ aliquando non includit feminas.*
7. *Agnationis ratio quando habita dicatur.*
8. *Fideicommiſſum ad fauorem familiæ in caſum contrauentionis alienationis extinguitur, ſi proximior de familia ſtatim reuocabit.*
9. *Prohibitus alienare extra familiam an poſſit alienare extraneo, ſi illi de familia volunt emere.*
10. *Proteſtatio in præiudicium aliquorum non eſt valida.*
11. *Fideicommiſſarius non poteſt præiudicare ſucceſſoribus.*
12. L.qui Romæ.§. cohæredes. ff.de verb.obligat. *intellectus.*
13. *Peregrini opinio* in conſil.58.num.15.vol.1. *non eſt recipienda, & num.17.*
14. *Alienatio facta extraneis contra prohibitionem eſt nulla, etiam ſi habitatores noluerint emere.*
15. *Prohibitio alienandi extra familiam non extenditur vltra quartam generationem.*
16. *Cuiacius* in §.nos igitur.in Auth.de reſtit.fideicommiſſi, *reprobatur, & defenditur illam diſpoſitionem eſſe factam cum iuſta ratione, & numer. 20.*
18. *Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
19. *Prohibitio alienationis ex quibus extendatur ad tempus perpetuum.*
21. *Prohibitione alienationis extra familiam facta vltimus de ea alienare poteſt.*
22. *Prohibitio alienationis extra familiam comprehendit eam quæ fieret per delictum.*
23. *Fideicommiſſarius in caſum alienationis ſtatim poteſt vendicare contra fiſcum.*
24. . . *idem ſi ſubſtitutus eſſet etiam in caſum delicti.*

PRIMVS caſus huius capitis eſt. Prohibitio † alienationis extra familiam, 1
quia voluit bona in familia perpetuò conſeruari, inducit fideicommiſſum perpetuum, etiam in caſum mortis, vt ſcripſi ſuprà *in queſtion.21. articul.* 8. Item quòd fideicommiſſum † familiæ relictum, regulariter ex- 2.
tinguitur in decimo gradu, quia ſucceſſio ex teſtamento regulatur à ſucceſſione ab inteſtato, niſi fuerit dictum *in perpetuum*, vel alia verba ſimilia, quia tunc prohibitio alienationis perpetuo tempore durat, de quo ſcripſi *in d.quæſt.21.art.15.*

Secundus caſus eſt, vbi prohibitio alienationis extra familiam facta eſt, ipſe prohibitus habens facultatem alienandi in vnum de familia, poteſt etiã † 3.
in remotiorem alienare *l.pater filium.§.quindecim. de legat.3.* Paul.de Caſtr.Cuman. *in l.peto.§.fratre.de legat.2.* Socin. *in conſil.227.colum.9.volum.2.* Tiraquell. *de retract. conſanguin.§.11.gloſſ.6. numer.7.* quos, & alios refert Surd. *in conſil. 11. numer.6. volum.1.* & Ferdinand. Loaz *in l. filiusfamilias.§.diui, numer.41. de legat.1.* dicit quòd hæreticum eſſet de iure tenere opinionem contrariam.

Tertius caſus eſt, vbi prohibitio alienationis facta eſt extra familiam, poteſt etiam in feminam † de 4.
familia fieri alienatio, imò etiam in filiam nuptam. Socin. *in conſil.227.colum. 9. verſ.prima eſt quòd imò, volum.2.* Alexand. *in conſil.50. numer.4. volum.1. & in conſil.20.in fin.verſ.etiam ſi filia eſſet, num.11.volum. 2.* Dec. *in conſil.222.numer.3.verſ.ad hoc facit.* Item hoc norant Bartol.& cæteri *in l.voluntas. C. de fideicomm.* Pariſ. *in conſil.23. numer.45. volum. 1.* Ruin. *in conſil. 133.numer.8.volum.3.* & alij ad hoc relati per Peregr. *de fideicommiſſ.articul.14. numer.37.* Nam præſuppoſito quòd prohibitio alienationis ſit valida, teſtator vocando familiam, voluit ſignificare ſuam deſcendentiam, *l.liberorum.ff.de verb.ſignificat.* & ſcripſi ſuprà *in parte 1.queſtion.12.artic.1.* Propterea, prohibitio alienationis non poteſt intelligi in proprios † 5.
filios, Socin.iun. *in conſil.18.numer.35.volum.3.* Riminald.iun. *in conſil.15.numer. 10. & numer.49. l.pater. §.Iulius. & l.Lucius. ff. de legat.3.* vbi præſupponitur filiam alienari prohibiti poſſe capere. Item quòd prohibita alienatione extra familiam, femina admittatur ad ſucceſſionem patris, excluſo patruo, & agnatis, reſpondet Alex. *in conſil.55.num.5.vol.3.* Iaſ. *in conſil.142.num.4.vol.2.* Burſat. *in conſil.157.num.54. volum.2.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando teſtator prohibuit alienationem extra familiam, quia vult bona conſeruari in perpetuum in agnatione, & familia, quia tunc eſt inductum fideicommiſſum
perpetuum ad fauorem † agnationis, & familiæ 6.
conſeruandæ, quæ per feminas non conſeruatur, Ruin. *in conſi.168.numer.16. & 26. volum. 3.* Iaſ. *in conſil.108.colum.pen. verſ. non quoque obſtat. volum.2.* Pariſ. *in conſil. 26. numer. 16. volum. 1. & in conſil. 1. numer.59. volum.3.* Socin.iun. *in conſil. 158. num 44. & conſil. 168. numer. 50. volum. 3.* Surd. *in conſil.96. numer.32.verſ. ex his quoque. volum.1.* Grat. *in conſil. 68. numer.15.& ſeq. volum.2.* Curt. iun. *in conſil. 39. numer.9.& ſeq.* Peregr. *de fideicommiſſ.artic.14.numer. 37.verſ.quamuis.* Marzar. *de fideicommiſſ.quæſtion.43. in fin.* Menoch. *in conſil.95.numer.121. volum.1. & in conſil.197.num.55.volum.2.& in conſil.575.in fin.vol.6.* & ſcripſi latiùs de hoc ſuprà *in parte 1.quæſt.1.artic.1. & in*

7. & *in articul.* 2. exaraui quando agnationis † ratio habita dicatur. Addo Simon. de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 11. *numer.* 10. *fol.* 288. Bero. *in conſil.* 96. *numer.* 13. *volum.* 2. Cacheran. *deciſ.* 127. *numer.* 1. *& numer.* 4. *& in fin.* Mantua *in conſil.* 117. *numer.* 43. vbi limitando text. *l. voluntas. C. de fideicommiſſis,* dicit non procedere in muliere nupta.

Secundò declaratur, nam ſi per prohibitionem alienationis extra familiam, eſt inductum fideicom-
8. miſſum ſolùm in caſum contrauentionis, † tunc proximior de familia alienata reuocabit, & fideicómiſſum extinguetur; ſi verò eſt inductum in perpetuum, & in caſum mortis, tunc quilibet de familia, & agnatione in perpetuum reuocare poterit, & quando ſit inductum in caſum contrauentionis, & quando in perpetuum, ſcripſi ſuprà *in quæſt.* 21. *art.* 8. & quando alteruter ex dictis fideicommiſſariis reuocet alienata, ſcripſi ſuprà *in quæſtion.* 22. *articul.* 5. & quando eſt factum in perpetuum, admittuntur ad reuocandum alienata etiam non nati, nec concepti tempore teſtamenti, vt ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 1. *articul.* 6. & probant Decian. *in conſil.* 60. *vol.* 1. & Ruin. *in conſil.* 22. *vol.* 2.

9. Quartus caſus eſt, prohibitio † alienationis extra feudum, non impedit alienationem faciendam extraneo, ſi illi de familia nolunt emere, ita dixit Bartol. *in l. qui Romæ. §. cohæredes, per illum textum. ff. de verb. oblig.* & *ibi* ſequuti ſunt Bald. & Alberic. & alij relati per Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 114. & Petr. *de fideicommiſſ. quæſtion.* 7. *in tertia differentia, & quæſtion.* 8. *numer.* 536. Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ.* 9. *num.* 35.

Sed hæc opinio non eſt recipienda. Primò, quia Bartol. *in d. §. cohæredes,* perfunctoriè loquutus eſt illa pauca verba, nec diſpunxit articulum, ſed *in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nunt.* circa proteſtationem incitatoriam *in verſ. circa ſecundum*, firmat, quòd d.
10. proteſtatio † in præiudicium aliquorum, nullius momenti eſt, & loquitur in puncto *d. §. cohæredes.* Sed iſta denuntiatio fieret in præiudicium illorum de familia, quia priuarentur fideicommiſſo, & non poteſt afficere ſucceſſores de eadem familia, quibus non fuit proteſtatum, & ad quorum fauorem etiam fuit factum fideicommiſſum, etiam ſi in caſum alienationis, & multò magis ſi in caſum mortis: in quibus nullus ex fideicommiſſariis poteſt præiudicium
11. facere † ſucceſſoribus, & propterea alienationem factam in præiudicium, ſucceſſores reuocare poterunt, *l. pater. §. filiam,* & *ibi* notat Bartol. *de legat.* 3. Item opinionem contra Bartol. *in d. §. cohæredes,* firmarunt *ibi* Paul. de Caſtr. *numer.* 2. *verſ. mihi videtur,* Alexand. *numer.* 4. Iaſ. *numer.* 15. *verſ. breuiter, & verſ. concludo,* & ipſam benè defendit Crot. *in l. filiusfamilias. §. diui numer.* 23. *verſ. contrarium. de legat.* 1. & eſſe magis communem opinionem atteſtatur Peregin.
12. *in conſil* 58. *numer.* 13. *volum.* 1. & ad text. *in d. §.* † *cohæredes,* reſpondet Ioan. de Anania *in conſil.* 47. vbi dat verum intellectum illius textus, & defendit iſtam opinionem contra Bartol. *in d § cohæredes,* & *ibi* etiam Bolognin. *in additionibus* ipſam defendit. Aliud enim eſt quando teſtator prohibuit, & tunc prohibitio reſpicit totam familiam præſentem, & futuram, & procedit iſta magis communis. Aliud eſt, quando teſtator poſt prohibitionem addiderit, quòd ſi prohibitus noluerit vendere, debeat vendere illis de familia, nam iſta verba denotant permiſſionem vendendi, & prælationem illorum qui ſunt de familia, & propterea illis de familia recuſantibus emere, poteſt vendi extraneo, ex regula *l. final. C. de iure emphyt.* & hanc opinionem ſequitur Pere-
grin. † *in d. conſil.* 58. *num.* 15. *volum.* 1. allegat Bartol. 13.
in l. codicillis. §. inſtituto, numer. 6. *de legat.* 2. vbi firmat iſtam opinionem *d. §. cohæredes.* Sed iſta opinio non eſt recipienda, quia reincidit in priorem magis communiter reprobatam, & verba, quòd ſi voluerint vendere, vendant illis de familia, non limitant prohibitionem factam ad beneficium omnium de familia, ſed potiùs confirmant illam, per text. *l. vnic. C. ne liceat habitat. metro. lib.* 11. vbi prohibita eſt alie-
natio inter extraneos, † & permiſſa inter habitato- 14.
res, & tamen ibi text. indiſtinctè dicit, quòd alienatio facta extraneo eſt ipſo iure nulla, quoniam lex impedit tranſlationem domiuij, vt communiter omnes intelligunt illam legem: ſed prohibitio facta per teſtatorem impedit tranſlationem dominij, vt probaui in primo articulo huius quæſtionis; facta verò in contractu non impedit, vt in caſu *d. §. cohæredes,* & ideo facta interpellatione alteri fratri diuiſori, obſtat ſibi agenti exceptio proteſtationis incitatoriæ, quia de ipſius ſolius præiudicio agitur, nec alteri fit. Propterea etiamſi teſtator dixerit, quòd ſi noluerit vendere, debeat vendere illis de familia, prohibitio præcedens confirmata dicitur, non autem relaxata.

Quintus caſus eſt, prohibitio † alienandi extra 15.
familiam, non extenditur vltra quartam generationem. Iaſon *in l. voluntas, numer.* 9. *in* 2. *limitat. C. de fideicommiſſ.* Crot. *in l. filiusfamilias. § diui, num.* 126. *de legat.* 1. Menoch. *in conſil.* 233. *numer.* 2. *volum.* 3. *& in conſil.* 327. *numer.* 114. *volum.* 3. Odd. *in conſil.* 68. *numer.* 11. Peregrin. *in conſil.* 46. *numer.* 3. *volum.* 2. vbi quòd Doctores intelligunt iſtam concluſionem, ſiue prohibitio facta ſit in perpetuum vt maneat in familia, ſiue in deſcendentes, Craſſ. *in §. fideicommiſſum. quæſtion.* 19. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem, Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *numer.* 32. *& ſeq.* Mantic. *lib.* 8. *titul.* 12. *numer.* 17. Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 1. *numer.* 2. *fol.* 368. & iſta opinio recepta fuit in Camera Imperiali, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 3. *titul. Alienatio. cap. alienationis.* & omnes mouentur per text. *§. nos igitur, in authent. de reſtitut. fideicommiſſi.* licèt † Cuiacius ad 16.
diminuendam Nouellæ legis authoritatem, dicat Tribonianum illam compoſuiſſe pecunia corruptum; ſed quis illi reuelauit? Imò nouellæ legis authoritas defendi poteſt, non ex illa ratione, quia etiam lex dura ſeruanda eſt, ad *l. proſpexit. ff. qui, & à quibus.* Sed quia in d. Nouella perſonæ certæ alienare prohibitæ ſunt, ideo non excedit quartum gradum, quoniam regulariter prohibitio facta vni non trahitur ad alterum, vt ſcripſi *in primo articulo huius quæſtionis,* & hanc rationem dictæ Nouellæ aduertit etiam Laderchius *in conſil.* 5. *num.* 5.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi prohibitio alienandi non ſit facta reſpectu familiæ, ſed re-
ſpectu † deſcendentium, & de iſtis teſtator mentio- 17.
nem fecerit, vt ſi dixerit, prohibeo liberos, vel hæredes alienare, quia volo quòd bona perpetuò apud deſcendentes permaneant, Alexand. *in conſil.* 56. *volum.* 1. *& in conſil.* 59. *vol.* 3. Iaſ. *in d. §. diui. num.* 155.
& in conſil. 4. *num.* 3. *volum.* 1. quia deſcendentium † 18.
appellatio continet omnes in infinitum, & veniunt etiam abnepotes. Menoch. *in conſil.* 1154. *numer.* 2. *& ſeq. volum.* 12. *& in conſil.* 1199. *num.* 14. *vol.* 11. & quòd iſtorum appellatio contineat omnes deſcendentes in infinitum, Menoch. *in conſ.* 895. *num.* 5. *& ſeq. volum.* 9. *& in conſil.* 393. *numer.* 13. *vol.* 4.

Secundò declaratur, vt non procedat, quando teſtator prohibuit alienationem in perpetuum, vel ſemper, vel in infinitum, quia tunc propter clauſulas

ſulas denotantes perpetuitatem, verior eſt opinio vt
19. extendatur prohibitio † vltra quartum gradum, &
etiam in infinitum, Ripa *in d.§.diui.numer.*112. *de le-
gat.*1. Menoch. *in conſil.*95. *num.*5. *volum.*1. vbi pro-
bat eſſe receptiſſimam ſententiam, Pariſ. *in conſil.*88.
*numer.*22. *volum.*2. Decian. *in conſil.*50. *numer.*24. *vo-
lum.*1. & latiùs per Couar. *in lib.*3. *var. reſolut. cap.*5.
*numer.*4. Suarez *in l.quoniam in prioribus, in limitatio-
ne legis Regiæ, colum.final.C.de inoffic.teſtament.* & hanc
opinionem pluries comprobaui in præcedentibus
20. quæſtionibus, & articulis, & ad Nouell. Iuſtiniani †
reſpondetur, illam loqui quando certæ perſonę alie-
nare prohibitæ fuerunt, tunc enim quia non eſt
permiſſa extenſio, illud verbum *in perpetuum*, reſtrin-
gitur ad quartam generationem, ſecus ſi ſimpliciter
alienatio prohibita eſt: vt, prohibeo hæredes meos
alienare, quia volo in perpetuum in familia perma-
nere, & multò magis ſi dixerit, prohibeo alienare ex-
tra familiam, quia volo, &c. quia tunc etiam fidei-
commiſſum perpetuum, & in caſum mortis indu-
ctum cenſetur, vt ſcripſi ſuprà *in quæſt.*21. *art.*8.

Sextus caſus eſt, ſi prohibitio alienationis extra
familiam facta fuerit, quia volo, &c. & non ſuperſit
alia perſona de familia, quia omnes extinctæ fue-
21. rint, † tunc vltimus poſſeſſor liberè alienare poteſt,
*l.quoties ab omnibus.C.de fideicommiſſ.l. cùm pater. §. li-
bertis, & l. qui ſolidum. §. prædium.de legat.*2. Bartol.
Bald. & Paul. de Caſtr. *in d. §. libertis.* Ripa *in d.§.
diui.numer.*17. Natta *in conſil.*470. *numer.* 3. Roland.
*in conſil.*25. *numer.*18. *volum.*1. Decian. *in conſil.*9. *nu-
mer.*61. *& ſeq. volum.* 4. qui alios refert, Menoch. *in
conſil.*325. *numer.*71. Surd. *in conſil.*129. *numer.*22. *vo-
lum.*1. Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *numer.*512. &
ſcripſi de hoc ſuprà *in quæſt.*21. *in artic.de extinctione
fideicommiſſi.*

22. Septimus caſus eſt, † prohibitio alienationis ex-
tra familiam comprehendit etiam alienationem,
quæ fit per delictum, videlicet bonorum publicatio-
nem, & in caſu contrauentionis ſtatim admittendus
eſt fideicommiſſarius, & eo ipſo quòd delictum
commiſſum eſt, ex quo ſequi poſſit publicatio, fidei-
commiſſarius vendicare poterit. Bartol. *in l.impera-
tor, numer.*2. *ff.de fideicommiſſ.libert. & in l.ſi finita.§.ſi
de vectigalibus, numer.*13. *ff.de damn.infect.* Socin. iun.
in conſil. 49. *numer.* 2. *& ſeq. volum.* 3. vbi atteſtatur
eſſe communem concluſionem, Gabriel *in conſil.*73.
*num.*1. *& ſeq. volum.*3. Menoch. *in conſil.*275. *num.*32.
*volum.*3. Peregrin. *in conſil.* 44. *volum.* 2. qui omnes
dicunt eſſe communem, Clar. *in §. fin.quæſt.*78. *verſ.
item quæro.* Farinac. *in quæſt.*25. *num.* 22. Petra *de fi-
deicommiſſ quæſt.*8. *numer.*110. *& ſeq. & numer.* 289.
Mantic. *lib.*11. *titul.*2. *numer.* 6. Peregrin. *de iure fiſc.
lib.* 5. *titul.*1. *num.* 98. Surd. *in deciſ.* 254. *numer.* 18.
qui cæteros referunt, & omnes intelligunt fidei-
commiſſarium in caſum contrauentionis alienatio-
23. nis ſtatim poſſe vendicare, † licèt fideicommiſſarius
in caſum mortis non ſtatim delicto commiſſo ad-
mittendus ſit, ſed fiſcus viuente delinquente perci-
pit fructus. *l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure
fiſc.* Socin. iun. *in d. conſil.* 49. *num.* 2. *volum.* 3. Me-
noch. *in d.conſil.* 275. *dubio* 2. *volum.* 3. Clarus *in d.
quæſtion.*78. *verſ.item quæro.* Peregr. *de iure fiſc.lib.* 5. *tit.*
1. *num.*67. Sed hæc opinio reſpectu fideicommiſſarij
24. in caſum mortis, non procedit, vbi ſubſtitutus †
quis eſſet, etiam in caſum delicti, Alexand. *in conſ.*23.
*numer.*3. *& ſeq.vol.*1. Rimin.iun. *in conſil.*50. *num.*95.
*vol.*2. Petra *in d.quæſt.*8. *num.*289. Peregr. *in dicto tit.*1.
num. 103. vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum contra
fiſcum, & de hoc ſcripſi ſuprà *in quæſt.*21. *artic.*19.

ARTICVLVS V.

De effectu permiſſionis alienationis conceſſæ à teſtatore.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum cenſetur derogatum ſi teſtator ſtatim permiſit alienationem.*
2. *Teſtatoris verba ſemper ſunt interpretanda, vt non ſint fruſtratoria.*
3. *Verbum vltimum ſemper eſt attendendum in derogationem primi, etiamſi in eadem oratione.*
4. *Vltima voluntas conſiſtit in vltimo verbo.*

SI teſtator poſt grauatum hæredem
ſuum de reſtituendo Titio, ſi deceſſe-
rit ſine filiis, permiſerit † eidem hære- 1.
di, vt poſſit alienare, videtur reſpon-
dendum fideicommiſſum non eſſe ex-
tinctum; quia ſemper ea interpretatio facienda eſt,
vt teſtator incontinenti non ſe correxerit. *l. non ad
ea.ff.de condit.& demonſtrat.* Item ſemper voluntas te-
ſtatoris eſt intelligenda ne contineat contrarieta-
tem, & correctionem. *§.quibus, in* 1. *conſtit. Codic.* &
notat Bartol. *in l. final. §. idem deſiit. ff. de condict.in-
debit.*

Sed quia dicta conceſſio alienandi expreſſa eſt
appoſita poſt fideicommiſſum factum, & verba te-
ſtatoris ſemper ſunt interpretanda, vt non ſint fru-
ſtratoria, † *l.ſi quando.in princip.de legat.*1. *l.*1. *in fin.ff.* 2.
ad municipalem. Ideo contrarium reſoluendum eſt,
videlicet quòd per conceſſionem appoſitam poſt fi-
deicommiſſum præcedens fuerit illi derogatum,
quoniam ſemper vltima derogant prioribus. *l.ſi mi-
hi, & tibi.§.in legatis. de legat.*1. *l.ſi quis in principio te-
ſtamenti*, & *ibi* omnes notant, *de legat.* 3. *l.pacta nouiſſi-
ma.C.de pact.* Item quia etiam ſi verba eſſent † in ea- 3.
dem oratione dicta, ſemper vltimum verbum cen-
ſetur dictum ad derogationem primi, Bald. *in d. §.
quibus. colum. pen. verſ. deinde vero in prima conſtit.
Cod.* vbi ſi dico, condemno, & abſoluo, intelligenda
eſt abſolutio, non autem condemnatio. *l. Stichus, imò
Pamphilus. ff. de manumiſſ. teſtament.* Item Bald. *in l.
quidam eulogio.C. de iure deliber.* firmat, quòd ſi ego
dico, volo, nolo, vltimum verbum eſt obſeruandum,
& ita in puncto ſecundùm iſtam opinionem con-
ſuluit Decian. *in conſil.*35. *volum.*3. & pro hac opinio-
ne conferunt ea quæ ſcripſi ſuprà *in artitul.* 3. *huius
quæſtionis*, in declaratione primi caſus vbi probaui,
quòd per tacitam permiſſionem alienandi, reſultan-
tem, ex prohibitione alienationis facta ad tempus
cenſetur omninò derogatum fideicommiſſo præce-
denti, & tacitæ prohibitioni alienandi reſultanti ex
fideicommiſſo; ergo multò magis per expreſſam
conceſſionem alienandi, quia expreſſum facit ceſſa-
re tacitum. *l.cùm ex filio.§.*1. *ff. de vulgari*, & ita etiam
arguit Ruin. *in conſil.*112. *num.*4. *& ſeq.vol.*2.

Et ad contraria reſpondetur, veram eſſe regulam
in dubio teſtatorem ſemet ipſum non corrigendi,
ſed nos loquimur in caſu expreſſo, quia ſi teſtator
potuit fideicommiſſum non inducere; ergo multò
magis potuit illud mutare, argum. *l.ſi fundum per fi-
deicommiſſum §.finali.de legat.*1. & ſola voluntas vlti-
ma teſtatoris attendenda eſt, *l.pen.de legat.*1. *l.hæredes
mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian.* & vltima † voluntas 4.
dicitur cõſiſtere in vltimo verbo quod prolatum eſt,
vt dixi, & ſola voluntas in fideicommiſſis ſeruanda
eſt.

eſt *l. fideicommiſſa. §. item ſi quis. ff. de legat.* 3. Nec eſt recipienda opinio, quòd hoc caſu poterit fideicommiſſarius ea quæ alienata non fuerint vendicare, vt dicit Iaſ. *in conſil.* 173. *num.* 1. *verſ. nulla facta diſpoſitione de dictis bonis. volum.* 2. quoniam per conceſſionem alienandi omnino ſunt eneruatæ vires fideicommiſſi præcedentis, vt ſcripſi in hac quæſtione *artic.* 3. *in* 2. *declaratione primi caſus.*

ARTICVLVS VI.

An prohibitio alienationis extra familiam includat ſucceſſionem ab inteſtato.

SVMMARIA.

1. *Prohibitio alienationis extra familiam non comprehendit ſucceſſionem ab inteſtato.*
2. *.. non comprehendit alienationem quæ fit in vltima voluntate.*
3. *.. etiamſi ſit dictum, quòd bona perpetuò perueniant ad ſucceſſores.*
4. *.. & quòd ille, qui ab inteſtato ſuccedit, non ſit de familia teſtatoris.*
5. *Prohibitus alienare extra familiam non poteſt relinquere venientibus ab inteſtato, qui non ſint filij ipſius prohibiti.*
6. *Prohibitio alienationis perſonalis, an, & quando fiat realis ex adiectione rationis, quia vult, &c.*
7. *.. quando non inducit ſimplex fideicommiſſum, non impedit ſucceſſionem ab inteſtato.*
8. *Prohibitio alienationis extra familiam, quando inducat fideicommiſſum ſolum in caſum alienationis.*
9. *.. facta cum verbis nullo modo, non excludit ſucceſſionem ab inteſtato.*
10. *.. quando prohibitio fuit perſonalis.*
11. *Prohibitio perſonalis non impedit inteſtati ſucceſſionem.*
12. *.. ſecus ſi prohibitio ſit realis, & ſint appoſita verba generaliſſima.*
13. *.. perſonalis cum ratione adiecta, an efficiatur realis.*
14. *.. quando eſt facta in penitus ſeparata parte teſtamenti, ita vt inducat nouum fideicommiſſum.*
15. *Prohibitio venditionis comprehendit omnem alienationem inter viuos.*
16. *.. etiamſi prohibuiſſet venditionem, & alienationem.*
17. *Verbum* alienare, *quando reſtringitur per verbum* vendere, *& tunc importat ſolum alienationem inter viuos.*
18. *Prohibitio alienationis expreſſa, concurrens cum tacita ex fideicommiſſo, an impediat ſucceſſionem ab inteſtato.*
19. *.. quando expreſſa prohibitio eſt concepta in rem.*
20. *Alienatio legalis non comprehenditur ſub prohibitione perſonali.*
21. *Alienatio non dicitur per fideicommiſſum ſimplex.*
22. *Prohibitio alienationis duplex non impedit ſucceſſionem ab inteſtato, quando ſubſtitutus eſt extraneus.*
23. *Prohibitio alienationis nuda, an veſtiatur ex qualitate rei.*
24. *.. & ſola affectio teſtatoris non eſt cauſa ſufficiens veſtiendi prohibitionem.*

PRo parte negante eſt caſus † *in l. cùm pater. §. cùm inter. de legat.* 2. vbi 1.
prohibita erat alienatio ne exiret de familia libertorum, & tamen concluditur hæredem libertæ filium partem prædij quam mater accepit retinere poſſe, & hanc ſententiam firmarunt gloſſ. *in l. peto. §. fratre, in ver. extero, circa finem. de legat.* 2. *& in l. pater. §. Iulius Agrippa. in verſ. factum. de legat.* 3. & vtrobique Bartol. *& in l. ſi ita quis. §. ea lege. colum.* 1. *ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. ea lege. C. de condict. ob cauſ.* Doct. *in l. filiusfamilias. §. diui* 1. *de legat.* 1. Ripa *numer.* 96. Crot. *numer.* 72. qui atteſtantur de communi. Item quòd prohibita alienatione ſimpliciter non cenſeatur prohibita alienatio † 2.
quæ fit in vltima voluntate, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, firmarunt Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ.* 10. *numer.* 1. *&* 27. qui quamplurimos refert, Burſat. *in conſil.* 64. *numer.* 5. *& ſeq.* Becc. *in conſil.* 26. *numer.* 2. Surd. *in deciſ.* 124. *numer.* 8. *& numer.* 14. *verſ. quinto, & numer.* 23. *& in conſil,* 77. *numer.* 21. Oddus *in conſil.* 46. *numer.* 30. qui loquitur de prohibitione alienationis extra familiam, vt bona perpetuò remaneant in familia. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 14. *numer.* 26. Honded. *in conſil.* 13. *numer.* 25. *volum.* 2. Menoch. *in conſil.* 277. *numer.* 50. *volum.* 3. *& in conſil.* 1140. *numer.* 12. *& ſeq. volum.* 12. Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *numer.* 258. *& ſeqq. & numer.* 271. *& ſeqq. & numer.* 291. *verſ. quartum ſit exemplum, & numer.* 294. Decian. *in conſil.* 98. *numer.* 4. *volum.* 3. Roman. *in conſil.* 457. *numer.* 3. & ibi Addentes *in verſ. ſucceſſio.* Veggius *in conſil.* 66. *numer.* 10. *& in conſil.* 74. *numer.* 327. *& ſeq. &* 338. *&* 355. *& ſeq. &* 408. *& ſeq. &* 471. *& ſeq. & in conſil.* 74. *numer.* 355. *& numer.* 471. *& ſeq.* Riminald. iun. *in conſil.* 528. *numer.* 18. *& ſeq. volum.* 6. qui omnes atteſtantur eſſe receptiſſimam ſententiam, & ita iudicaſſe Rotam Florentinam atteſtatur Marzar. *de fideicommiſſ. quæſtion.* 42. & Oddus *in d. conſil.* 46. *numer.* 30. *& ſeq.* & ita quoque conſuluit Collegium Papienſe, inter conſilia Curtij ſenioris, *conſil.* 45. *colum.* 11. *verſ. ad tertium*, vbi loquitur in fortiori caſu, quando teſtator prohibuit alienationem † bonorum perpe- 3.
tuò, quia vult ea deuenire ad ſucceſſores, etiam atteſtatur Marcambrunus *in conſil.* 85. *numer.* 221. Item quòd huiuſmodi concluſio procedat, etiamſi alienatio ſit prohibita extra certum genus perſonarum, puta extra familiam, & quòd ille qui ab inteſtato ſuccedit, non ſit de familia † te- 4.
ſtatoris, aut de illis perſonis, quarum fauore prohibitio alienationis facta eſt, & etiam quòd prohibitio alienationis facta fuerit adiecta cauſa, vt bona perpetuò conſeruentur in familia, aut, vt remaneant penes deſcendentes, firmarunt Iaſ. *in conſil.* 31. *colum.* 3. *verſ. ſecundò pro iſta parte. volum.* 3. *& in conſil.* 96. *numer.* 2. *volum.* 4. Tiraquell. *de retract. conſanguin. §.* 26. *gloſſ.* 1. *numer.* 4. *& ſeq.* Veggius *in d. conſil.* 74. *numer.* 327. 337. *& ſeq.* 343. 351. *& ſeq.* 356. *&* 379. vbi atteſtatur eſſe communem, *& numer.* 384. *&* 410. Peregrin. *in d. articul.* 14. *numer.* 26. *&* 28. Gama *deciſ.* 106. *numer.* 22. *& deciſ.* 193. *numer.* 2. Maluaſia *in conſil.* 125. *numer.* 71. *&* 74. Collegium

Ss Papien

Papienſe apud Curt. ſen. *in d. conſil.* 45. *colum.* 11. *ver. ad tertium.* Odd. *in d. conſil.* 46. *numer.* 30. Marcambrun *in d. conſil.* 85. *numer.* 165. *&* 181. *&* 212. Petra *in d. quæſt.* 8. *num.* 274. *verſ. ſed hæc declaratio, & num.* 291. *& ſeq.*

Declaratur iſte articulus. Primò, nam opinio illorum, qui firmant prohibitum alienare extra fa-
5. miliam non poſſe relinquere venientibus † ab in-
teſtato, qui non ſint de familia teſtatoris, procedit, quando venientes ab inteſtato ſunt extranei, ſecus quando ſunt filij ipſius prohibiti alienare, & ex deſcendentibus ipſius teſtatoris prohibentis, nam iſti non prohibentur ſuccedere ab inteſtato ipſi prohibito, etiam ſi non eſſent de familia teſtatoris, aut de illis perſonis, quarum fauore prohibitio facta fuit, pro vt eſt caſus ſecundùm vnum intellectum *in d. l. cùm pater.* §. *cùm inter,* & *ibi* Petrus, & Bald. *de legat.* 2. Salyc. *in l. ea lege. numer.* 13. *in fin. & ſeq. C. de condict. ob cauſ.* Alexand. *in conſil.* 59. *col.* 2. *verſ. & non obſtat. vol.* 3. Corn. *in conſil.* 230. *col. pen. vol.* 3. Socin. *in conſil.* 43. *col.* 8. *volum.* 3. Dec. *in conſil.* 481. *in fin.* & latiùs aliis probat Marcambrunus *in conſil.* 85. *numer.* 180. *& plurib. ſeq.*

Secundò declaratur, nam illa opinio, quæ fir-
6. mat, prohibitionem alienationis perſonalem, †
effici realem ex adiectione rationis, quia vult bona in familia permanere, & ita impedire ſucceſſionem ab inteſtato, & ex teſtamento, procedit, quando prohibitio alienationis de per ſe eſt valida, vt quando quis eſt prohibitus alienare extra familiam, quia vult in familia permanere; ſecus eſt quando prohibitio alienationis de per ſe eſt inualida, vt quia ſimplex & nuda, vt ſi dictum ſit, prohibeo alienari bona mea, quia volo in familia permanere, quia tunc prohibitio
7. alienationis cum adiectione rationis † non im-
pedit ſucceſſionem ab inteſtato, quia non inducit ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, ſed ſo-
8. lùm † in caſum alienationis inter viuos, etiam
ſi addita eſſe dictio, *ſemper*, vel *in perpetuum*, aut alia ſimilis. Socin. *in conſil.* 227. *in primo dubio, volum.* 2. & alij plurimi allegati ad hoc à Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 5. *numer.* 41. Ceuall. *in ſuis quæſtionibus commun. quæſtion.* 725. *numer.* 14. Burſat. qui atteſtatur de magis communi *in conſil.* 157. *numer.* 35. *&* 61. *& in conſil.* 195. *numer.* 5. *& ſeq. volum.* 2. Riminald. iun. *in conſil.* 279. *numer.* 60. *& ſeq. volum.* 3. *& in conſil.* 531. *numer.* 30. *& ſeq. volum.* 5. vbi *in numer.* 39. atteſtatur ita fuiſſe in Rota iudicatum. Idem Riminald. *in conſil.* 536. *numer.* 46. *volum.* 5. Cacheran. *in conſil.* 50. *in fine,* vbi quòd ita in illo Senatu fuit iudicatum. Laderch. *in conſil.* 5. *numer.* 3. *& in conſil.* 92. *per totum.* Hondedeus *in conſil.* 78. *numer.* 32. *& ſeq. volum.* 1. Picus *in toto conſil.* 82. Oddus *in conſil.* 65. *numer.* 22. *& in conſil.* 66. *numer.* 113. *verſ. dico igitur*, vbi probat iſtam eſſe magis communem. idem *in conſil.* 68. *numer.* 9. Mantic. *lib.* 6. *titul.* 14. *numer.* 24. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum. quæſtion.* 5. *numer.* 5. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 14. *numer.* 15. *&* 18. Viuius *opinione* 662. qui alios referunt, & ego de hoc ſcripſi ſuprà *in quæſt.* 21. *artic.* 8.

Tertiò declaratur, nam ſi in prohibitione alie-
9. nationis † eſſent appoſita verba vniuerſalia ne-
gatiua, *nullo modo*, vel ſimilia, tunc non cenſetur prohibita ſucceſſio ab inteſtato, vel ex teſtamento, Alexand. *in conſil.* 155. *numer.* 3. *& ſeq. volum.* 2. Angel. *in conſil.* 57. *numer.* 4. *& ſeq.* Iaſ. *in conſil.* 96. *numer.* 2. *volum.* 4. Surd. *in conſil.* 77. *numer.* 21. *& ſeq. volum.* 1. Bardellon. *in conſil.* 66. *numer.* 10. Anguiſſol. *in conſil.* 12. *numer.* 5. *verſ. item quòd ſimplex. lib.* 6. Marcambrun *in conſil.* 85. *numer.* 213. Et hæc opinio procedit quando prohibitio
alienationis fuit perſonalis, † quoniam prohibi- 10.
tus non poteſt ſemper viuere, ſed neceſſe eſt, quòd hæredem habeat, Bart. *in l. ſi ita quis.* §. *ea lege. numer.* 7. *ff. de verb. obligat.* Ideo dicta verba vniuerſalia negatiua reſtringenda ſunt ad perſonas prohibitas, non autem extendenda ad alias perſo-
nas, nam prohibitio † perſonalis non impedit in- 11.
teſtati ſucceſſionem, Ruin. *in conſil.* 89. *numer.* 27. *volum.* 2. *& in conſil.* 119. *numer.* 7. *& in conſil.* 147. *numer.* 11. *volum.* 2. Veggius *in d. conſil.* 74. *numer.* 352. *&* 356. *&* 363. *& ſeq.* Petra *in quæſtion.* 8. *numer.* 385. *&* 302. Bardell. *d. conſil.* 66. *numer.* 11. Beccius *in conſil.* 26. *numer.* 4. *verſ. ſecundò dico*, Rimin. iun. *in conſil.* 279. *numer.* 83. *& ſeq. volum.* 3. *& conſil.* 371. *numer.* 104. *volum.* 4. Curt. iun. *in conſil.* 225. *numer.* 43. *& ſeqq. & conſil.* 263. *numer.* 33. *verſ. ſed quod fortius.* Omnes firmant hanc declarationem quando prohibitio alienationis eſt perſonalis, tunc enim verba quantumcunque generaliſſima, reſtringenda ſunt ad perſonas pro-
hibitas; ſecus ſi prohibitio eſt realis, † de qua 12.
perſonali *in deciſ.* 125. Nam ſi teſtator dixerit, quòd bona mea non poſſint quouis modo, aut titulo, vel qualitercumque, aut quomodocumque alienari, tunc impeditur inteſtati ſucceſſio, Surd. *deciſ.* 124. *numer.* 17. *& d. conſil.* 77. *numer.* 22. & ſuccedentes potius veniunt ex fideicommiſſo, quàm per inteſtatam ſucceſſionem.

Quartò declaratur, nam quando prohibitio alienationis facta eſt perſonalis, cum adiectio-
ne rationis, † quia voluit dicta eius bona per- 13.
petuò in familia permanere, tunc dicta perſonalis propter dictam rationem adiectam efficitur realis, & impedit ſucceſſionem tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, Curt. iun. *in conſil.* 225. *numer.* 43. *& ſeq. & numer.* 46. *verſ. quòd autem dicta prohibitio, & conſil.* 263. *numer.* 34. *&* 36. Veggius *in d. conſil.* 74. *numer.* 392. Beccius *in conſil.* 24. *numer.* 25. *& in d. conſil.* 26. *in fin. volum.* 1. *& in conſil.* 150. *numer.* 17. *verſ. octauò confert. volum.* 2. *& conſil.* 236. *numer.* 44. *eodem volum.* 2. Petra *de fideicommiſſis, quæſtion.* 2. *numer.* 8. *&* 11. *&* 13. *&* 16. *& ſeq. & quæſt.* 5. *num.* 79. Surd. *in conſil.* 96. *numer.* 20. *volum.* 1. Et hanc opinionem ego ſequor,
quando prohibitio † alienationis eſt facta in peni- 14.
tus ſeparata parte teſtamenti, ita vt de per ſe inducat nouum fideicommiſſum, non autem ſtet acceſſoriè ad fideicommiſſum immediatè præcedens, quia tunc extincta ſubſtitutione fideicommiſſaria ob defectum conditionis appoſitæ aut aliter, cenſetur etiam extincta dicta prohibitio alienationis, cum ratione generali, quia volo, &c. Alexand. *in conſil.* 59. *volum.* 3. Dec. *in conſil.* 636. *numer.* 7. *& ſeq.* & plures alij relati à Petra *in quæſtion.* 6. *numer.* 1. Gabriel *in conſil.* 111. *numer.* 21. *volum.* 1. *& in conſil.* 174. *numer.* 12. *& conſil.* 138. *numer.* 26. *& ſeq. vol.* 2. vbi refert hanc opinionem fuiſſe à Rota approbatam, Caualcan. *in deciſ.* 5. *numer.* 67. *&* 85. *&* 90. *& deciſ.* 15. *num.* 3. *part.* 3. Honded. *in conſil.* 78. *num.* 35. *volum.* 1. Riminald. iun. *in conſil.* 531. *num.* 44. *vol.* 5. Rota *deciſ.* 649. *numer.* 2. *part.* 1. *in Nouiſſim.* Surd. *in conſil.* 448. *numer.* 20. *volum.* 3. Oddus *in conſil.* 66. *num.* 44. qui alios refert, & ſcripſi de hoc *in artic.* 1. *huius quæſtionis.*

Quintò declaratur. Nam ſi teſtator prohibuiſ-
ſet venditionem ſuorum bonorum, licèt cenſeatur 15.
prohi

prohibita omnis alienatio. gloſſ. & Doct. *in l. 2. C. de vſucap. pro empt.* Bartol. & cæteri *in l. filiusfamil. §. diui. de legat.* 1. Natta *in conſil.* 528. *num.* 4. Fabian. de Monte *in tractat. de empt. & vendit. quæſtion.* 2. Tamen hoc intelligitur de alienatione, quæ fieret per contractum inter viuos, non autem quæ fieret per vltimam voluntatem, videlicet ex teſtamento, vel ab inteſtato, pro vt eſt caſus *in l. pater. §. fundum. de legatis.* 3. vbi hæres prohibitus rem vendere, donare, vel pignori dare, addita ratione, ne bona exeant de familia teſtatoris, poterit nihilominus de ea re diſponere in vltima voluntate, illam relinquendo extraneo.

Imò etiam ſi teſtator prohibuiſſet venditionem,
16. & alienationem, † quæ eſt nomen magis generale aptum comprehendere etiam alienationem, quæ fieret in vltima voluntate, Rebuffus *in l. alienationis verbum, verſ. decimotertio. ff. de verb. ſignificat.* Bardellon. *in d. conſil.* 66. *numer.* 8. Surd. *in d. deciſ.* 124. *numer.* 1. Adhuc cenſeretur prohibita ſola alienatio, quæ fieret inter viuos, quia ver-
17. bum *alienatio*, † reſtringendum eſt per verbum *venditio*, quæ importat ſolam alienationem inter viuos, Socin. *in conſil.* 13. *numer.* 8. *verſ. præterea dicit. volum.* 3. Ruin. *in conſil.* 7. *numer.* 10. *verſ. nec obſtat. volum.* 2. *& conſil.* 116. *numer.* 16. *& ſeq. eodem volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 97. *numer.* 58. *& ſeq volum.* 2. Cephal. *in conſil.* 13. *numer.* 17. *& conſil.* 153. *numer.* 6. *& conſil.* 394. *numer.* 39. *& conſil.* 269. *numer.* 45. *& conſil.* 487. *numer.* 52. *& conſil.* 549. *numer.* 113. Burſat. *in conſil.* 157. *numer.* 32. *volum.* 2. *& conſil.* 243. *numer.* 11. *& ſeq. volum.* 3. Riminald. iun. *in conſil.* 394. *numer.* 72. *& ſeqq. volum.* 4. *& conſil.* 528. *numer.* 28. *& ſeq. volum.* 5. Petra *in quæſtion.* 8. *numer.* 3. *&* 8. Celſus Hugo *in conſil.* 20. *numer.* 42. Surd. *in conſil.* 77. *numer.* 23. *& ſeq. volum.* 1. Laderchius *in conſil.* 141. *numer.* 3. Bardellon. *in d. conſil.* 66. *numer.* 8. *& ſeq.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 14. *numer.* 4. Caccheran. *in deciſ.* 50. *numer.* 9. *& ſeqq.* Surd. *in deciſ.* 124. *numer.* 9. & hanc opinionem ſequutus ſum *in voto* 222. *numer.* 30. *& ſeq.* Item hæc opinio procedit, etiam ſi teſtator prohibendo venditionem, & alienationem, addidiſſet *aliquo modo*, quia dicta verba generalia reſtringenda ſunt ad alienationem inter viuos tantùm. Surd. *in d. conſil.* 77. *numer.* 23. *& ſeqq. volum.* 1. Bardellon. *in conſil.* 66. *numer.* 10. Item ſi teſtator à dicta prohibitione alienationis exceperit ſolum caſum captiuitatis, non ideo inferri poteſt; ergo in cæteris omnibus cenſetur alienationem prohibuiſſe, & ita etiam in caſu mortis per ſucceſſionem ex teſtamento, vel ab inteſtato. Nam per d. exceptionem infertur ad prohibitionem alienationis, quæ fieret inter viuos, non autem in vltima voluntate. Surd. *in d. deciſ.* 124. *numer.* 11. *& ſeq.* Riminald. iun. *in d. conſil.* 428. *num.* 31. *& ſeq. & num.* 41. *verſ. tertio.* Veggius *in d. conſil.* 74. *num.* 364.

Sextò declaratur, nam quando vltra hominis
18. prohibitionem expreſſam † de non alienando, concurrit etiam tacita reſultans ex fideicommiſſo, tunc cenſetur prohibita ſucceſſio ab inteſtato. Ruin. *in conſil.* 150. *colum. final. verſ. quarto hoc etiam probatur. volum.* 2. Petra *in d. quæſtion.* 8. *numer.* 305. Peregrin. *in d. articul.* 14. *numer.* 46. Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. parte* 5. *numer.* 117. *ff. ad Trebellian.* Menoch. *in conſil.* 95. *numer.* 124. *& ſeq. volum.* 1. Surd. *in d. deciſ.* 124. *numer.* 5. *& in d. conſil.* 77. *numer.* 12. Veggius *in d conſil.* 74. *numer.* 357.

Sed hæc declaratio intelligenda eſt, quando ipſa
expreſſa hominis prohibitio † eſt concepta in rem, 19.
& ita intelligendi ſunt præfati Doct. pro vt loquuntur; ſecus quando prohibitio eſt perſonalis, quia tunc iſta concurrens cum tacita legis prohibitione reſultante ex fideicommiſſo non impedit ſucceſſionem ab inteſtato, quæ dicitur legalis alie-
natio, cùm ex natura verborum alienatio † legalis 20.
non comprehẽditur ſub prohibitione perſonali, ita declarat Ruin. *in conſil.* 89. *numer.* 37. *verſ. quia reſpondetur, volum.* 2. quem Veggius *in d. conſil.* 74. *numer.* 357. *verſ. ſed Ruinus*, Gabriel *de fideicommiſſ. in d. concluſ.* 10. *in fin.* Burſat. *in conſil.* 64. *numer.* 5. *volum.* 1. Beccius *in d. conſil.* 26. *numer.* 3. *& ſeq.*

Item addit Ruin. quòd non concurrit duplex pro-
hibitio alienationis, cùm per fideicommiſſum † 21.
ſimplex non ſit prohibita alienatio ſimpliciter, ſed permiſſa, vt *ibi* per eum *numer.* 38. & ſequitur Veggius *in d. conſil.* 74. *numer.* 358. Item d. declaratio procedit, quando ſubſtitutus per fideicommiſſum eſt de deſcendentibus teſtatoris, ſecus
quando eſt extraneus, † tunc enim non cenſe- 22.
tur prohibita ſucceſſio ab inteſtato, etiamſi concurrat duplex prohibitio, tacita, & expreſſa, ita Riminald. iun. ex mente ſui patrui *in conſil.* 47. *numer.* 47. *volum.* 1. quia teſtator cenſetur habere maiorem affectionem erga ſuos deſcendentes, quàm erga extraneos, ideo præſumitur magis voluiſſe grauare hæredem fauore deſcendentium, quàm fauore extraneorum, vel tranſuerſalium.

Septimò declaratur, quòd licèt ex qualitate
rei prohibitæ alienari, ipſa prohibitio nuda † 23.
veſtiatur, vt omnes firmant *in §. diui*, tamen hæc opinio procedit quando ipſa res eſt talis, vt præſumatur teſtatorem voluiſſe illam in familia, & agnatione permanere, veluti ſi eſſet turris, quæ eſt propugnaculum totius familiæ, & agnationis, pro vt loquitur gloſſ. *in l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſſ.* aliàs ſecus, & ita declarat Iaſ. *in conſil.* 96. *colum. pen. verſ. tertiò non obſtat. volum.* 4. & Alciat. *in d. §. diui. col.* 8. & *ibi* Socin. iun. *num.* 20. *verſ. ſimiliter etiam*, & *ibi* addit, quòd ſi dicta turris fuiſſet nouiter erecta per teſtatorem, ita vt nunquam fuiſſet pro protectione agnatorum, dicta communis opinio non procederet. Præterea prohibitio alienationis tunc veſtitur ex cauſa, propter qualitatem rei, quando vltra prohibitionem, talis cauſa ſpecificè exprimitur à teſtatore, Paul. de Caſtr. *in d. §. diui. colum.* 1. & ſequitur Iaſ. *in d. conſil.* 96. *colum. final. verſ. ſecundò reſpondetur. volum.* 4. Bero. *in conſil.* 84. *numer.* 11. *verſ. nam quando. volum.* 2. Iaſ. *in d. §. diui in* 2. *lect. numer.* 11. Præterea ſola affectio te-
ſtatoris † erga rem prohibitam alienari non eſt 24.
ſufficiens cauſa veſtiendi; & conualidandi prohibitionem, niſi alia concurrant, vt probat textus *l. pater filium. §. Iulius Agrippa. de legat.* 3. per quem text. ita firmat Socin. iun. *in conſil.* 13. *numer.* 24. *volum.* 4. *& in d. §. diui. numer.* 19. *verſ. non obſtat modò, & numer.* 20. Non enim quælibet affectio teſtatoris in re prohibita alienari, eſt ſufficiens cauſa veſtiendi prohibitionem nudam, ſed illa tantùm prouenit ex iuſta, & rationabili cauſa, vt quando res ipſa fuiſſet maiorum, vt declarat Alciat. *in d. §. diui. colum.* 8. per textum *l. ſi in emptione. ff. de minor.* Socin. iun. *ibi num.* 20. *verſ. ſecundò etiam*, & *ibi* Iaſ. *in* 2. *lect. n.* 11. Opizo *n.* 9. Ripa *n.* 3 *verſ. ſecundò veſtitur*, Bero. *in d. conſ.* 84. *num.* 11.

*verſ. nam quando,& numer.*22.*volum.*2. Tiraquell. *de retract.conſanguin.in præfat.numer.*39. Petra,qui alios refert,*de fideicomm.quæſt.*1.*num.*93. *& numer.*113.

ARTICVLVS VII.

An prohibitus alienare poſſit heredem inſtituere.

SVMMARIA.

1. *Prohibitio alienationis ſimpliciter facta,non impedit hæredis inſtitutionem,& num.*4.
2. .. *& quæ ſit ratio huius prohibitionis.*
3. *Alienationes neceſſariæ non cenſentur prohibitæ per generalem alienationis prohibitionem.*
5. *Subſtitutus in caſum alienationis cenſetur ſi alienatio fieret inter viuos, non autem in vltima voluntate.*
6. *Prohibitione alienationis extra familiam facta, poteſt hæres inſtitui.*
7. ..*ſecus ſi prohibuit extra familiam, cum ratione expreſſa,quia vult,&c.*
8. *Prohibita venditione, & alienatione bonorum, non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio.*
9. *Prohibita alienatione in certum genus perſonarum, nullus ex eis poteſt hæres inſtitui.*
10. *Prohibita alienatione extra familiam, non poteſt inſtitui hæres extraneus.*
11. *Statuto prohibente alienationem in forenſes, cenſetur etiam prohibita per vltimam voluntatem.*

EX ſcriptis in præcedenti articulo faciliùs apparere poterit reſolutio caſuum præſentis, & primus eſt, quòd prohibitio alienationis ſimpliciter facta non impedit ſucceſſionem ab inteſtato,vt ſcripſi in primo caſu præcedentis; er-
1. go neque impedit ſucceſſionem † ex teſtamento,
& heredis inſtitutionem, quoniam per dictam prohibitionem non cenſetur inductum fideicommiſ-
2. ſum, ſed ſolùm cenſetur facta fauore prohibiti, †
ne dilapidet bona. quæ ratio ceſſat,quando prohibitus alienare facit teſtamentum,& hæredem inſtituit,& hanc tenet Angel. *in conſil.* 57. *colum. pen.* per text. *l. ex hoc edicto. §.alienare. ff. de alienat.iudic. mut. cauſ. fact.* Item quia d. hæredis inſtitutio collata poſt mortem eſt alienatio neceſſaria, quoniam non ſemper poteſt viuere, ſed neceſſe eſt quòd hæredem inſtituat, & ita alienatio eſt neceſſaria;
3. ſed alienationes neceſſariæ † non cenſentur
prohibitæ per generalem bonorum prohibitionem. *l. alienationes. ff. famil. herciſcund.* Item quia pœna adiecta hæredi, ne alienet ex teſtamento, eſt legibus interdicta, *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. l. ille autem. ff. de hæred. inſtit.* Quare Doctores communiter concluſerunt, per prohibitionem alienationis ſimpliciter
4. factam hæredi, non cenſeri † prohibitam hære-
dis inſtitutionem, gloſſ. *in l. pater. §. Iulius Agrippa, in verſ. factum. de legat.* 3. Bart. *in l. ſi ita quis.§. ea lege,num.*7.*verſ.quandocumque lex.ff.de verb.obligat. & in l. quemadmodum, num.*5. *verſ.regulariter autem. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. Angel. *in d. §. ea lege. verſ. & concludo*, Bald. *in conſil.* 349. *in fin. lib.* 5. & alij plurimi relati per Surd.*in conſil.*77.*num.*21.*vol.*1. & latiùs per Menoch.*in conſ.*1081.*n.*2.*vol.* 11. Tiraquel. *de retract. conſanguin.* §.26. *gloſſ.* 4.*num.* 6. Gabriel *de fideicommiſſ.concluſio.*10. *num.*3.*& ſequent.*Petra *de fideicommiſſ. quæſtion.* 8. *numer.* 258.*& numer.* 270.*verſ. pro reſolutione, & numer. ſequent.* Surd. *deciſion.* 124.*numer.*8.*in fine*, vbi quòd ita Senatus iudicauit. Et de hoc eſt caſus *in l.* 1.*ff. de fundo dotali*, vbi prohibita alienatione ſimpliciter, non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiam ſi teſtator prohibendo alienationem hæredi inſtituto, alium curaſſet in caſum contrauentionis, quia ni-
hilominus iſte ſubſtitutus intelligitur in caſum † 5.
alienationis inter viuos, non autem in caſum, quo ſuum hæredem fecerit, ita firmauit Angel. *in d.conſil.* 57. & ſequutus eſt Alexand. *in conſil.* 155. *volum.*2. & Iaſon *in l. filiusfamilias. §. diui, in prima lect. numer.* 105. vbi in fine dicit quòd magna eſt authoritas Angeli, & Alexandri, præſertim cùm in ſpecie non habeant contradicentem. *de legat.* 1. eandem ſequuti ſunt Ruin.*in conſil.* 188.*numer.*13. *verſ. nec refert. volum.* 2. Iaſ. *in conſil.* 120. *volum.* 1. Socin. *in conſil.* 43. *volum.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 163.*volum.*2. Marzar. *in epitom. de fideicommiſſ. quæſtion.*42.

Secundus caſus eſt, vbi facta eſt prohibitio alienationis extra familiam, non eſt prohibita ſuc-
ceſsio † ab inteſtato; ergo poterit hæres inſti- 6.
tui, is qui ab inteſtato ſucceſſurus eſſet. hanc concluſionem probaui *in articul. præcedenti numer.* 4. *l. cùm pater. §. cum inter. de legat.* 2. Gloſſ. *in l. ſi pater. §. Iulius Agrippa*, & *ibi* Immol.*de legat.*3.gloſſ. *in l.quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11.Iaſ. *in d. conſil.* 120.*numero* 5. *&* 8. *& in conſil.* 141. *numer.* 36. *& ſequent. volum.* 2.vbi atteſtatur eſſe communem opinionem, & ita etiam probat Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ.* 10. *numer.* 3. *& ſequent.* Marzar. *de fideicommiſſ.in d. quæſtion.* 42. vbi dicit ſecundùm iſtam opinionem fuiſſe in Rota Florentina iudicatum, Gama *in deciſ.*206. *num.* 22. eandem probant Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.* 258. *& ſeq.* & Simon de Pret. *de interpretat.vltim.volunt.lib.* 4.*dubitat.* 2.*fol.*444.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando
teſtator prohibuit alienationem extra familiam, † 7.
cum ratione expreſſa, quia vult eius bona ſemper, vel perpetuò in familia permanere, quia tunc inductum eſt fideicommiſſum perpetuum inter illos de familia, vt ſcripſi ſuprà *in quæſtion.* 21. *artic.* 8. & ita proximior de familia capiet ex fideicommiſſo præcedenti: non autem tanquam inſtitutus ab vltimo, vt etiam ſcripſi *in articul. præcedenti in* 2. *declaratione*; ſecus eſſet, ſi ſimpliciter alienationem prohibuiſſet, cum adiectione cauſæ prædictæ, quia tunc dicta cauſa adiecta faceret validam prohibitionem, & de præcepto quæ ſimpliciter facta, erat nuda, & ſolùm de conſilio.

Tertius caſus eſt, vbi teſtator prohibuerit † 8.
venditionem, & alienationem bonorum ſuorum, tunc enim non eſt prohibita inſtitutio hæredis, prout diffusè probaui *in artic. præcedenti, in quinta declaratione.* Neque obſtat diſtinctio allegata per modernos, quòd hæc concluſio poſſet procedere quando verbum *vendere* eſſet poſitum poſt verbum *alienare*, quia tunc reſtringeret generalitatem comprehendentem etiam inſtitutionem hæredis, & reſtringeretur ad ſolam alienationem inter viuos, quia hæc deſtinctio non probatur per

Docto

Doctores à modernis allegatos. Nam Riminald. iun. *in conſil.* 394. *numer.* 83. *& ſeq. volum.* 4. nihil dicit de hoc, & *in conſil.* 528. *numer.* 28. *& ſeq. volum.* 4. dicit totum contrarium, videlicet, quòd ſi vera eſt concluſio à Doctoribus firmata, quòd prohibitio venditionis, & alienationis reſtringitur ad ſolam alienationem inter viuos; ergo multò magis eſſe debet, quando prohibitio alienationis, & venditionis facta fuit, quia verbum *vendere*, poſt poſitum, reſtringit verbum *alienare* priùs poſitum, ibi arguit à fortiori, ſed non excludit priorem concluſionem.

Quartus caſus eſt, quando eſt prohibita alienatio extra familiam, cum ratione; *quia vult*, &c. & tunc quando eſt inductum fideicommiſſum perpetuum inter illos de familia, non poteſt fieri hæredis inſtitutio, vt ſcripſi paulò antè in declaratione ſecundi caſus.

9. Quintus caſus eſt, † quando teſtator prohibuit fieri alienationem in perſonas certas, quas fortè odio habebat, tunc continetur quælibet ſucceſſio tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, Bartol. *in l. ea lege. C. de condict. ob cauſ.* & *ibi* Bald. *numer.* 12. Iaſ. *numer.* 9. Iaſ. *in d. §. diui. in* 1. *lectura. numer.* 101. *& in* 2. *numer.* 134. Socin. iun. *numer.* 200. qui atteſtatur eſſe communem concluſionem, & alij allegati per Gabriel. *de fideicomm. quæſt.* 10. *num.* 10. & per Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *numer.* 286. *& ſeq.* Item quando teſtator prohibuerit
10. teſtari extra familiam & agnationem ſuam, † quia tunc non poſſet extraneus hæres inſtitui, Petra *in d. quæſtion.* 8. *numer.* 270. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 10. *fol.* 283. Item quando ſtatutum prohibet alienationem fieri in certum genus perſonarum, puta
11. in forenſes, tunc cenſetur prohibita † ſucceſſio ab inteſtato, & ex teſtamento, Cephal. *in conſil.* 53. *numer.* 18. & alij per Burſat. *in conſil.* 36. *num.* 6. *vol.* 1. & conferunt ad hoc ſcripta per Foſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 1. *cap.* 14. *in quæſt. tertia.*

ARTICVLVS VIII.

Communia de prohibitione alienandi.

SVMMARIA.

1. *Prohibitio alienationis ſine cauſa non valet.*
2. *. . etiamſi eſſet facta contemplatione plurium vocatorum.*
3. *. . & quando valeat cum cauſa tacita.*
4. *. . facta cum pœna eſt valida.*
5. *Teſtator non poteſt facere hæredem pro parte temporis.*
6. *Hæres prohibitus alienare, cenſetur grauatus per fideicommiſſum alteri reſtituere.*
7. *Prohibitio alienationis dicitur ſine cauſa, ſi in pœnam debeat reſtitui altera res.*
8. *Pœna vt veſtiat prohibitionem, debet eſſe reſpectu rei prohibitæ.*
9. *Prohibitio alienationis non poteſt fieri reſpectu legitimæ, & Trebellianicæ.*
10. *. . & legitima debet detrahi, etiamſi filius per aditionem approbauerit teſtamentum.*
11. *Teſtamenti approbatio reſtringitur ad ipſius vires.*
12. *Legitima nunquam cenſetur renuntiatum.*
13. *. . etiam per approbationem teſtamenti.*
14. *Renuntiatio generalis cum iuramento an includat legitimam.*
15. *Trebellianica non poteſt prohiberi liberis primi gradus.*
16. *Filius acceptando ſibi relictum cum conditione ne petat legitimam, ſibi præiudicat in illa.*
17. *Prohibitio alienationis non inducit reciprocum fideicommiſſum.*

Dict. Mart. ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

PRohibitio alienationis nullius momenti eſt, nullúmque effectum producere poteſt; quando eſt facta † ſine cauſa, *l. filiusfamilias.* §. 1.
diui. de legat. 1. *l. pater filium. §. Iulius Agrippa*, & ibi Bartol. *de legat.* 3. *l. Lucius, in princip. eodem titul.* & tanquam nudum conſilium non eſt obſeruandum. *d. §. diui*; & argum. *l. codicillis. §. inſtituto. de legat.* 2. Et hæc concluſio eſt vera, etiam ſi plures vocati eſſent, & ipſorum contemplatione † facta eſſet, quoniam ſine cauſa non tenet, vt 2.
probat poſt alios relatos Berous *in conſil.* 66. *colum.* 1. *volum.* 2. & licèt Dec. *in conſil.* 481. *in princip.* velit etiam cauſam † tacitam ſufficere, puta quan- 3.
do turris, vel palatium alienari prohibitum eſſet, tamen de hac cauſa tacita, dic, vt ſcripſi in præcedenti articulo. Poterit tamen apponi pœna, quæ habebit vim cauſæ, † videlicet, & in caſum 4.
contrauentionis alium vocare, quoniam teſtator omne præcipere poteſt, quod non ſit turpe, *l. vnic. C. de his quæ pœnæ nomine. cap. Raynaldus. de teſtament. l.* 3. *§. ſi ita quis. ff. de adim. legat. §. fin. Inſtit. de legat.* & alia ad hoc allegata per Rubeum *in conſil.* 43. *numer.* 1. & per Ruin. *in conſil.* 113. *in princip. & conſil.* 117. *numer.* 5. *&* 129. *num.* 3. *vol.* 2. Quo caſu vocatus per fideicommiſſum reuocabit, vt ſcripſi ſuprà *in quæſtion.* 22. *artic.* 5. Vbi autem teſtator in caſum contrauentionis alterum directò inſtituiſſet, diſpoſitio non tenet, quoniam paganus non poteſt facere † hæredem pro parte tem- 5.
poris. *l. miles ita. ff. de milit. teſtam.* & probat Rub. *in d. conſil.* 43. & hæres per alienationem non poteſt deſinere eſſe hæres. *l. ſi ſine. §. idem Papinianus. ff. de minorib. l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit.* Propterea prohibitus † cenſetur grauatus per fidei- 6.
commiſſum alteri vocato in caſum contrauentionis, reſtituere, Bartol. *in l. paterfamilias teſtamento, ante finem, verſ. dico tamen. ff. de hæred. inſtit.* Alex. *in l. in ſubſtitutione, numer.* 8. *ff. de vulgari, & pupill.* Cephal. *in conſil.* 281. *num.* 15. *vol.* 2.

Declaratur iſte articulus, vt procedat, quando ipſa res alienari prohibita, applicatur aliis in caſum contrauentionis, quoniam ſi per alienationem contra prohibitionem altera res in pœnam alteri applicaretur, ipſa prohibitio † non dicere- 7.
tur veſtita, ſed adhuc nuda, & ſine cauſa, ita vt fideicommiſſarius in hunc caſum non poſſet reuocare, quoniam dominium in emptorem tranſlatum fuit, Bald. *in d. l.* 1. *num.* 48. *C. de his quæ pœnæ nom.* Riminald. iun. *in conſil.* 381. *num.* 10. *vol.* 4. & latiùs *ibi num.* 17. *& ſequent.* & Surd. *in conſil.* 215. *num.* 11. *& ſequent. volum.* 2. pœna enim ad hoc vt veſtiat prohibitionem nudam, debet eſſe reſpectu ipſius rei prohibitæ, † ſed ſi in pœnam contrauentionis 8.
alia res dari, vel ſolui debet, hæc pœna extrinſeca ab ipſa re prohibita illam non veſtit, ſed prohibitus ſoluendo pœnam, alienat & dominium transfert, & fideicommiſſarius reuocare non poteſt, quia non eſt vocatus ad rem prohibitam, ſed ad diuerſam, quæ ſoluitur.

Secundus articulus eſt. Parentes, vt plurimum pro conſeruandis bonis hæreditariis diſponunt, vt filij nihil prorſus alienent, neque pro legi-

9. tima †, neque pro Trebellianica, ſed totam integraliter hæreditatem reſtituant filiis ſuis, quo caſu filij ita grauati poterunt detrahere legitimam, ſuper qua nullum onus imponi poteſt. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament.* & quæ de omni fideicommiſſo detrahenda eſt, *l. ſcimus. C. de inoffic. teſtament.* & hanc concluſionem vti communiter receptam valdè probant Bero. *in conſil. 93. num. 22. & ſeq. vol. 2.* Gabriel *in conſil. 39. num. 6. vol. 2.* Craſſ. *in §. legitima. quæſt. 38. num. 16.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 36. num. 67.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 4. numer. 6.* Simon de Pret. *in conſil. 47. num 38. vol. 1.* Gabriel *in titul. de legitima. concluſ. 1. numer. 11.* & nouiſſimè Oddus *de fideicommiſſ. ex prohibitione alienationis. quæſtion. 34. articul. 1.* qui cæteros referunt. & hæc opinio ſemper fuit vſu recepta in tribunalibus, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 3. titul. Alienatio. cap. & ſi legitima.* non enim pleno iure legitimam habere diceretur, ſi illam alienare non poſſet. *l. femina. §. illud. C. de ſecund. nupt.* Item ſicut teſtator non poteſt creditoribus per prohibitionem alienationis præiudicium facere. *l. ſi filiusfamil. §. diui. verſ. neque creditoribus. ff. de legat. 1.* ita neque filiis præiudicium in legitima inferre poteſt, ita poſt alios arguit Natta *in conſil. 528. num. 30. & ſeq.*

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi filius
10. adeundo hæreditatem † approbauerit teſtamentum patris. Ancharan. *in conſil. 152. numer. 8. verſ. legitimam,* & alij ad hoc allegati per Simon. de Pret. *lib. 3. ſolut. 6. numer. 6.* per Mantic. *lib. 7. titul. 8. numer. 8.* per Menoch. *lib. 4. præſumpt. 196. numer. 22.* & hanc eſſe communem opinionem probat Pariſ. *in conſil. 45. colum. 2. & conſil. ſeq. colum. 1. volum. 1. & in conſil. 43. num. 36. volum. 3.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 36. numer. 84.* Craſſ. *in §. legitima. quæſtion. 38. numer. 21.* Gabriel *de legitima. concluſ. 1. numer. 7.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſtion. 71.* Quo-
11. niam approbatio teſtamenti † reſtringenda eſt ad ipſius vires, non autem extendenda ad renuntiationem iuris ſibi competentis, per regulam *l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de liberat. legat.* Sed prohibitio alienationis ſimpliciter facta non poteſt continere legitimam, vt probaui; ergo approbatio non extendit vires ad rem quæ continetur.
12. Item quia legitimæ † nunquam intelligitur à filiis renuntiatum, niſi verbis ſpecificis, & indiuidualiter ita fuerit dictum. *l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtament.* Bald. Angel. & cæteri *in l. de his. ff. de tranſact.* Imò Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in d. §. & generaliter,* dicunt quòd ſi filio mandatum fuerit à patre teſtatore, quòd plus petere non poſſit etiam occaſione legitimæ, adhuc illius ſupplementum petere poterit, non ob-
13. ſtante acceptatione † filij per aditionem hæreditatis, quoniam diſpoſitio præiudicium inferens legitimæ eſt nulla. *d. l. quoniam in prioribus.* ergo ſimplex aditio non præiudicat agnoſcenti. Peregr. *de fideicommiſſ. articul. 36. numer. 94. & in conſil. 67. numer. 16. volum. 1.* & alij ad hoc allegati per Decian. *in conſil. 35. numer. 95. & plur. ſeq. volum. 1.* Item quia ſecundùm illos Doctores qui tenent opinionem contrariam, dicta acceptatio reſultans ex aditione non poteſt importare aliud, quàm renuntiationem tacitam, ſed legitimæ nunquam intelligitur renuntiatum niſi per verba expreſſa, item ſpecifica, item in indiuiduo, *d. l. ſi quando. §. & generaliter. de inoffic. teſtament.* & latiſſimè probant Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Lucenſi. 28. numer. 18. & plur. ſeq.*

Neque pertinet ad hunc caſum illorum opinio, qui volunt renuntiationem generalem cum iura-
mento † includere etiam legitimam, cùm de ea fue- 14.
rit cogitatum in genere, quã poſt alios relatos probat Barz. *in deciſ. 103. n. 25. & ſeq.* Quia patre prohibente alienationem, etiam pro legitima, & Trebellianica, ſi filius adeat, & renuntiet, dicitur renuntiaſſe iuri de præſenti competenti; pro eo, quod ſpecificè eſt prohibitum in illo teſtamento. Idem ſi acceptauerit teſtamentum in omnibus, & per omnia, vt probat Magon. *in deciſ. Florentina 35. numer. 7.* Sed illa quæſtio an per renuntiationem generalem cum iuramento cenſeatur renuntiatum legitimæ, habet reſpectum ad legitimam competituram de futuro, cui renuntiatum non fuiſſe, probaui plenè ſuprà *in parte 1. quæſtion. 14. articul. 3.*

Quæ de legitima ſcripſi, habent locum etiam in Trebellianica, nam pater † liberis primi gradus il- 15.
lam prohibere non poteſt, vt eſt receptiſſima ſententia, ſecundùm quam fuit iudicatum in Curia Delphinali, & in Senatu Montisferrati, item in Curia Venetiarum, item in Senatu Mantuæ, item Paduæ, & in collegio Bergomenſi, item Florentiæ, Veronæ, & in Senatu Pedemontano, atque Rota Senenſi, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titul. Trebellianica. cap. pater filius.* Ideo filij adeuntes hæreditatem, ſimpliciter non cenſentur approbaſſe teſtamentum reſpectu prohibitionis alienationis, etiamſi pro Trebellianica, niſi approbaſſent teſtamentum in omnibus, & per omnia, vt probat Magon. *in d. deciſ. Florentin. 35. numer. 7.* & licèt poſſe prohiberi Trebellianicam, fuiſſet deciſum aliquando Neapoli, item in illius Regno, item in Rota Romana; tamen ego *in voto 113.* deciſionum Piſanarum, probaui, ibidem fuiſſe deciſum aliquando etiam pro opinione veriori, quam ſuſtinemus, ita vt illorum tribunalium deciſiones pro neutra parte allegari poſſunt, & ibi reſpondendo contrariis probo hanc opinionem eſſe veriorem, de qua etiam diſputabo infrà *in quæſtione de Trebellianica,* & oſtendam contra Menochium *in conſil. 1141. volum. 12.* hanc eſſe magis communem, & veriorem, & an procedat quando duæ quartæ detrahendæ ſunt, ibi exarabo.

Item declaratur, nam ſi pater poſt prohibitionem alienationis, etiam pro legitima, & Trebellianica, aliqua bona libera reliquiſſet filio, cum conditione, quòd prohibitionem alienationis, etiam
pro legitima, † & Trebellianica obſeruet, ſi fi- 16.
lius adeundo hæreditatem ſimpliciter acceptauit bona libera, non poteſt poſtea legitimam, & Trebellianicam de fideicommiſſo deducere, Socin. iun. *in conſil. 122. & in conſil. 159. volum. 1.* Burſat. *in conſil. 355. numer. 61. & ſeq. volum. 3.* qui loquitur, quando illa bona liberè relicta excedunt valorem legitimæ. Dec. *in conſil. 687.* Pariſ. *in conſil. 9. numer. 4. volum. 3.* vbi quòd filius agnoſcendo liberè voluntatem patris cenſetur illi ſe conformem reddere, nec requiritur ſpecialis renuntiatio legitimæ, Oddus *in conſil. 63. numer. 23.* vbi quòd filius ita acceptando, debet fideicommiſſum ſimul cum ſua legitima, & Trebellianica reſtituere, & multos allegat Barz. *in deciſ. 105. numer. 30.* qui probat opinionem eſſe veram quando filio vltra valorem legitimæ ſibi relictum eſſet, quia tunc acceptando, nihil conqueri poteſt vlteriùs, & oneri iniuncto ſtare debet, Surdus *in deciſ. 21. numer. 20.* vbi quòd filius poteſt grauari in legitima, quando bona eidem vltra legitimam relicta fuere, tunc filius acceptando, vlteriùs conqueri non poteſt. Marzar. *de fideicommiſſ.*

quaeſt. 50. vbi quòd filius cui aliquid relictum eſt, cum onere ne quid plus petere poſſit, ſi illud acceptat, non poteſt petere legitimam, ex *reg. l. imperator. §. ſi certum, de legat.* 2. Idem ſi in caſu quo non acceptaret, legitimam eidem relicta eſſet, nam eligendo habere legitimam non poſſet vtrumque conſequi, & acceptando alterum, ſtatim eſt excluſus ab altero, vt arguit Socin. *in d. conſil.* 122. *numer.* 15. *vol.* 1. eandem opinionem probat etiam Surdus *in conſil.* 215. *num.* 11. *& ſeq. vol.* 2.

Tertius articulus eſt, prohibitio alienationis quando facit fideicommiſſum perpetuum, & in caſum mortis, vt ſcripſi *in quaeſt.* 21. *art.* 8. non in-
17. ducit † reciprocum fideicommiſſum inter vocatos. Cuman. *in l. peto. §. fratre. de legat.* 2. Immol. *in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat.* Cephal. qui plures allegat *in conſil.* 17. *num.* 24. *vol.* 1. Socin. *in conſil.* 69. *col. pen. verſ. igitur fortius, volum.* 3. Dec. *in conſil.* 291. *num.* 5. *verſ. venio ad ſextum*, Oddus *in conſil.* 65. *num.* 55. vbi quòd per prohibitionem alienationis nullum reciprocum fideicommiſſum factum eſt inter prohibitos, niſi vltimo eorum morienti, & de tota hæreditate facta fuerit, & *in conſil.* 68. *num.* 8. *& ſeq.* nam quilibet prohibitus videtur gratia ſuorum liberorum, ad quos hæreditas peruentura eſt, non autem gratia ſuorum cohæredum, Salyc. *in l. quoties, in prima, verſ. pro iſta diuerſitate. C. de fideicommiſſ.* & de hoc articulo ſcripſi ſuprà *in quaeſt.* 21. *art.* 3. & ſcribam inferiùs *in quaeſtione de ſubſtitutione reciproca.*

QVÆSTIO XXIV.

De ordine ſucceſſiuo, per duos articulos diuiſa.

1. Quæ perſonæ dicantur vocatæ ordine ſucceſſiuo.
2. An vocati per ordinem ſucceſſiuum cenſeantur per vulgarem, vel per fideicommiſſum.

ARTICVLVS I.

Quæ perſonæ dicantur vocatæ ordine ſucceſſiuo.

SVMMARIA.

1. *Ordo ſucceſſiuus ex quibus cauſis inducatur.*
2. *Inſtitutio de filiis, & nepotibus, intelligitur ordine ſucceſſiuo.*
3. *Ordo ſucceſſiuus inducitur ex neceſſitate inſtituendi præciſa, vel cauſatiua.*
4. *Nepotes poſt filios cenſentur vocati per ordinem ſucceſſiuum etiam ſi cum alternatiua vocati ſint.*
5. .. *non poſſunt ſuccedere, quandiu filius acceptat.*
6. .. *etiamſi eſſent vocati filij, & nepotes in caſum delicti.*
7. *Ordo ſucceſſiuus inducitur per vocationem filiarum naſciturorum.*
8. *Frater, & eius filij naſcituri cenſentur vocati per ordinem ſucceſſiuum.*
9. *Hæres ſemel ne pro parte quidem poteſt deſinere eſſe hæres.*
10. *Ordo ſucceſſiuus habet locum in emphyteuſi.*
11. .. *quando filij ſunt ſub poteſtate, ſecus ſi ſunt ſui iuris.*
12. .. *inducitur inter vocatos nomine collectiuo.*
13. *Liberorum nomen eſt collectiuum, & facit ordinem ſucceſſiuum.*
14. *Vocati per nomen collectiuum ſemper cenſentur per vulgarem.*
15. *Ordo ſucceſſiuus inducitur ex ratione charitatis, & affectionis.*
16. *Teſtator magis præſumitur amare fratrem, quàm nepotes ex eo.*
17. *Frater, & eius filij non cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſed vna ſimul ſecundùm veriorem opinionem.*
18. .. *multò magis quando eſt inſtitutus extraneus, & eius filij.*
19. *Filij, & deſcendentes, an, & quando cenſeantur vocati per ſucceſſiuum, vel ſimul admittendi.*
20. *Ordo ſucceſſiuus non inducitur in vocatione extranei, & eius deſcendentium.*
21. .. *inducitur ex ratione ſucceſſionis ab inteſtato.*
22. *Femina quando ſuccedit in feudo, intelligitur per ordinem ſucceſſiuum, non exiſtentibus maſculis.*
23. *Maſculus poſtea natus auocat feudum à femina, ad quod ſucceſſerat.*
24. *Ordo ſucceſſiuus inter ſuccedentes ab inteſtato, quomodo inducatur.*
25. *Peregrini opinio circa ordinem ſucceſſiuum filiarum ſtante ſtatuto, reprobatur.*
26. *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum ſtatuto ſuper eo, quod expreſsè diſponit.*
27. *Filia à ſtatuto excluſa, ſi eſt præterita, non habet querelam inofficioſi teſtamenti.*
28. *Statutum de ſucceſſione ab inteſtato non poteſt regulare ſucceſſionem ex teſtamento.*
29. *Ordo ſucceſſiuus an inducatur inter fratrem, & eius filios naſcituros.*
30. .. *inducitur ex veriſimili mente teſtatoris.*

ORDO ſucceſſiuus aliquando induci-
tur † propter neceſſariam vocatio- 1.
nem, aliquando propter ordinem charitatis, & affectionis, interdum propter rationem ordinis ſuccedendi ab inteſtato, denique propter veriſimilem mentem diſponentis, & circa ſingula capita caſus frequentiores explicandi ſunt.

Circa primum caput, ne teſtamentum aliquando rumpatur, conſilium Galli fuit, vt aſcendens non ſolùm debeat inſtituere filium, ſed etiam nepotes, & deinceps deſcendentes, vt habetur *in tota l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.* Quamobrem ſi quis ex aſcendentibus teſtamento ſuo inſtituerit filios,
nepotes, & deinceps deſcendentes, iſti dicuntur vo- 2.
cati ordine ſucceſſiuo, gloſſ. & Doct. communiter *in l. Gallus. §. quidam rectè.* Caccialup. inter conſilia Alexand. 14. *col.* 4. *verſ. primò quando, volum.* 4. Idem Alexand. *in conſil.* 22. *num.* 6. *volum.* 3. repetito *in conſil.* 13. *volum.* 4. Et hanc eſſe communem concluſionem firmant, Iaſ. *in d. §. quidam rectè, num.* 11. *& ſeq.* Crot. *in conſil.* 4. *num.* 1. Couar. *in cap. Raynutius. §.* 2. *num.* 4. vbi plures refert. Clar. *in §. teſtamentum, quaeſt.* 76. *num.* 13. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 2. *num.* 7. *fol.* 332. & alij plurimi ad hoc relati per Cacheran. *in deciſ. Pedemontan.* 81 *num.* 12. Inter hos enim vocatos concurrit non ſolùm ordo naturæ, &
charitatis, ſed etiam neceſſitas inſtituendi † præci- 3.

ſa, vel cauſatiua, ne mortuo filio, teſtamentum rumpatur, ſi nepos ex eo inueniat ſe præteritum, propter quam rationem communiter receptum eſt, vt nepotes, & deinceps vocati, cenſeantur ordine ſucceſſiuo inuitati vnus poſt alterum.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi ne-
4. potes † vocati eſſent per alternatiuam, & diſiunctiuam, nam propter neceſſitatem inſtitutionis, item propter ordinem charitatis & affectionis ſemper filij cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, prout eſt caſus *in l. cum pater. §. à te peto. de legat. 2.* & *ibi* gloſſ. Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. & cæteri omnes, Cyn. *in l. cùm quidam, col. 2. C. de verb. ſignificat.* Socin. *in conſil. 52. col. 3. verſ. nec dicat aliquis. vol. 1.* omnes etiã mouentur per text. *l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Tre-*
5. *bell.* vnde nepos † ex filio non poteſt ſuccedere quandiu filius inſtitutus acceptat, Ruin. *in conſ. 127. num. 8. vol. 3.* Cuman. *in conſil. 106. col. 1.* Simon de Pret. *lib. 3. ſolut. 2. num. 6. fol. 332.* nam propter ordinem charitatis etiam coniuncta reſoluitur in diſiunctam, *l. 1. C. de ſecund. nupt. l. ſi quis. C. de inceſt. nupt.* Corn. *in conſil. 47. verſ. his tamen non obſtantibus, vol. 4.* & latè probat Forſter. *in tract. de ſucceſſionib. lib. 3. cap. 32. num. 5.*

Secundò declaratur, vt procedat, etiamſi eſ-
6. ſent vocati filij, & nepotes in caſum † delicti, vt ſi teſtator in caſum delicti alterius filiorum inſtitutorum, vocauerit fratrem delinquentis, aut filios eius, tunc enim filij ſunt vocati in defectum fratris, ſi non extet, vel nolit adire hæreditatem, aut non poſſit, & ſic in caſum vulgaris, & ordine ſucceſſiuo, vt reſpondet Riminald. iun. *in d. conſil. 824. volum. 4.*

Tertiò declaratur, vt multò magis procedat ſi
7. eſſent vocati filij naſcituri, † quia ipſi non poſſunt facere partem tempore mortis cum filio inſtituto, vt vnà ſimul ſuccedant; ergo ſecundùm ordinem ſucceſſiuum, & hanc concluſionem probant Menoch. *in conſil. 1030. vol. 11.* vbi plurimos allegat, & probat communem. Quamobrem in caſu quo
8. teſtator filio ſuo inſtituto ſubſtituerit fratrem, † & eius filios naſcituros, dicti filij naſcituri, qui coniunctim cum eorum patre ſunt vocati, non poſſunt ſimul ſuccedere, propterea quòd non adſit neceſſitas inſtituendi, ſed etiam ſucceſſiuo ordine vocati dicuntur, aliàs ſequeretur, quòd frater ſubſtitutus, qui tempore mortis adiuerit totam hæreditatem, pro parte deſineret eſſe hæres, quia eius filij auocarent partem, contra certam iuris concluſionẽ,
9 quæ habet, quòd ſemel hæres, † ne pro parte quidẽ poteſt deſinere eſſe hæres. Alexand. *in conſil. 13. numer. 5. in fin. vol. 3.* Cacheran. *in d. deciſ. 81. numer. 16. verſ. nam ſi diceremus*; Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 93. num. 7. & in d. conſil. 1030. numer. 4. volum. 11.*

Quartò declaratur, vt iſte caſus procedat etiam in contractibus, nam pater ſtipulatus emphyteu-
10. ſim † pro ſe, & filiis, cenſetur ordine ſucceſſiuo, vt ita demum filij admittantur, poſtquam pater eſſe deſijt, Bartol. *in l. quod dicitur. ff. de verb. obligat.* Roman. *in conſil. 22. in princip. num. 2.* Surd. *in conſil. 32. numer. 57.* Dec. *in conſil. 607. num. 10. & conſil. 662. num. 2.* Clar. *in §. emphyteuſis. quæſt. 35.* & declarat Menoch. *in lib. 3. præſumpt. 47. numer. 3.*
II. *& plur. ſeq.* ſemper enim filij, ſub patria poteſtate † conſtituti, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo poſt mortem patris ſtipulantis, Paul. de Caſtr. *in conſil. 159. volum. 2.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 17. numer. 25.* licèt ſi filius eſſet ſui iuris, aliud dicendum eſſet, vt probant Addentes ad Roman. *in d. conſil. 22. in ver. competat.*

Secundus caſus eſt, quando teſtator ſub nomine collectiuo vocauit † aliquos, tunc eoſdem vo- 12.
caſſe intelligitur ſecundùm ordinem ſucceſſiuum, Cuman. *in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. n. 4. de legat. 2.* vbi quòd plures collectiue vocati cenſentur per ordinem ſucceſſiuum, & ita per vulgarem, ita vt altero ex eis adeunte, ſubſtitutio expiret, quoad omnes vocatos. Idem Cuman. *in l. peto. §. fratre. numer. 5. de legat. 2. & in l. ſi cognatis, & ibi* Socin. *num. 17. ff. de reb. dubiis.* Rubeus *in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 64. & 70. ff. de liber. & poſthum.* Decius *in conſil. 253. num. 1.* Decian. *in conſil. 41. vol. 1. & in conſil. 37. vol. 4. & in conſil. 77. vol. 5.* Ruin. *in conſil. 40. num. 3. vol. 1. & in conſil. 120. num. 9. vol. & in conſil. 120. num. 9. vol. 1. & in conſil. 151. vol 2. & in conſil. 128 num. 4. & ſeq. vol. 3.* Menoch. *in conſil. 85. num. 67. & ſequent. vol. 1.* vbi latiſſimè ſcribit, Surd. *in conſil. 370. col. 1. volum. 3.* qui plurimos refert, Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 11.* Simon de Pret. *lib. 3. ſolut. 3. numer. 37. fol. 342.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 11. numer. 16.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum quæſt. 16. num. 3.* Ideo quando teſtator
vocauit fratrem, † & eius liberos, iſti cenſentur 13.
vocati ordine ſucceſſiuo, quia nomen liberorum comprehendit non ſolùm filios, & nepotes, ſed etiam vſque in infinitum, vt probat Menoch. *in conſil. 836. num. 1. & ſeq. vol. 9.* vbi quòd propterea liberi cenſentur vocati per vulgarem, non autem per fideicommiſſum, & altero ex eis adeunte, & acceptante, ſubſtitutio euaneſcit. Idem Menoch. *in conſil. 1010. vol. 1.* vbi plurimos alios refert, & pro-
bat vocatos per nomen collectiuum, † ſemper cen- 14.
ſeri vocatos per vulgarem, non autem per fideicommiſſum. Idem ſi vocati fuerint deſcendentes, quòd cenſeãtur vocati ordine ſucceſsiuo, probat Ruin. *in conſil. 120. num. 9. vol. 1.* quem ſequitur, & comprobat Menoch. *in conſil. 803. num. 22. & ſeq. vol. 9.* ita vt altero ex deſcendentibus acceptante, ſubſtitutio euaneſcat.

Circa ſecundum caput, videlicet charitatis, † 15.
& affectionis, nam ſi teſtator inſtituat fratrem, & eius filios, tunc nepotes ex fratre cenſentur vocati ordine ſucceſsiuo, quia maior affectio teſtatoris
præſumitur erga fratrem, quàm † erga nepotes 16.
ex fratre, quoniam proximior in gradu præſumitur magis dilectus, Menoch. *in conſil. 435. num. 14. & conſil. 471. num. 7. vol. 5. & in conſil. 1152. num. 29. volum. 12.* Item ex ordine nominationis præſumitur maior charitas, & dilectio, Menoch. *in conſil. 434. num. 38. vol. 5.* Socin. iun. *in conſil. 50. num 7. vol. 4. & in conſil. 151. num. 8. vol. 2.* Surd. *in conſil. 31. num. 8. vol. 1.* & ideo ſi teſtator poſt filios ſuos inſtitutos vocauerit fratrem, & eius filios, ſemper cenſentur illius filij vocati ordine ſucceſsiuo, Bald. *in conſil. 168. in fine volum. 5.* Angel. *in conſil. 38. per totum*, & hanc opinionem tenet Bart. *in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum.*

Contrariam opinionem magis communiter om-
nes exiſtimant veriorem, † quòd vbi nulla ſubeſt 17.
neceſsitas inſtituendi, non attenditur ordo affectionis, & charitatis, qui non ſit coniunctus cum debito naturæ, ſed omnes ſimul admittendi ſunt, & hac opinionem firmarunt Cuman. *in d. §. quidam rectè. num. 9.* Caſtrenſ. *num. 6.* Immol. *num. 26. & ſeq.* Aretin. *num. 2. verſ. mihi placet.* Alexand. *num. 6.* Socin. *numer. 8.* Iaſ. *num. 24.* Socin. iun. *num. 29.* Rubeus *num. 45. & 48. & ſeq.* Ruin. *numer. 15. & 22.* & cæteri repetentes *in d. §. quidam rectè*, & Alexand. dicit eſſe magis communiter receptam, *in conſil. 15. numer 8. vol. 4.*

volum. 4. vbi reſpondet contrariis, Dec. *in conſil.* 236. *colum.* 2. *verſ. ſed illa opinio*, & *in conſil.* 253. Alciat. *de præſumpt. regula* 3. *cap.* 32. *num.* 2. & alij plures ad hoc relati per Cacheran. *in deciſion.* 81. *num.* 3. & *ſeq.* Couar. *in cap. Raynutius.* §. 2. *num.* 2. Clar. *in* §. *teſtamentum*, *quæſt.* 80. *num.* 29. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 19. Vbi generaliter loquitur, quando ceſſat neceſſitas inſtituendi, licèt adſit ratio affectionis, & charitatis, Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 5. *num.* 38. *verſ. idem etiam. fol.* 238. & omnes prædicti Doct. loquuntur, quando eſt inſtitutus, vel ſubſtitutus
18. frater, & eius filij; ergo multò magis procedit quando eſt inſtitutus † extraneus, & eius filij, ac deſcendentes, vt omnes ſimul vocati intelligantur, quia talis eſt natura copulæ. *l. duobus. de legat.* 1. *l. vnic.* §. *his ita. C. de caduc. tollend.* & pro hac opinione eſt caſus *in cap. Raynaldus. de teſtament.* & ita fuit iudicatū, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Inſtitutio. cap. ſi nulla.*

Declaratur iſte caſus, nam quando teſtator vocat deſcendentes alicuius, tunc includuntur filij, nepotes, & cæteri in infinitum qui veniunt appel-
19. latione deſcendentium † ſub nomine collectiuo. *l. peto.* §. *fratre. l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. *l. final. C. de verb. ſignificat.* & eſt opinio communis, vt per Socin. *in d.* §. *quidam rectè*, *num.* 4. & tunc nepotes non concurrunt cum filiis, ſed quando teſtator vocauit priùs filios particulariter, ſeparando eos à nomine deſcendentium, vt quia dixit filios, & deſcendentes alicuius, tunc filij ſuccedunt cum aliquibus ex aliis deſcendentibus ſimul ſuperexiſtentibus, & hæc opinio probatur argumento Aretin. *in d.* §. *quidam rectè.* Nam *in d. l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. Titius, & Seius & alij de familia vocati fuerant. Item Titius & Seius ſimul concurrebant, non autem ordine ſucceſſiuo, quoniam nominibus propriis vocati fuerunt, non autem ſub nomine collectiuo, ex quo colligitur intentio teſtatoris, eſt diuerſa quando vocantur nominibus propriis illi, qui contineri etiam poterant ſub nomine collectiuo, tunc enim ſimul admittendi ſunt, non autem ordine ſucceſſiuo, & hanc opinionem probat Zuccardus *in conſil.* 83. *inter conſilia vltim. volunt. volum.* 2. Nec eſt recipienda ratio Ludouici de Syluestribus *in conſil.* 87. *num.* 3. *inter conſilia vltim. volunt. volum.* 2. vbi quòd ſicut perſonæ comprehenſæ ſub nomine collectiuo inter ſe vocatæ cenſentur ordine ſucceſsiuo, pari ratione debent cenſeri vocatæ ordine ſucceſsiuo reſpectu perſonarum ſpecialiter vocatarum, allegat Socin. *in d.* §. *quidam rectè*, & Dec. *in conſil.* 205. *col.* 2. & *in conſil.* 248. Quoniam idem Dec. *in d. conſil.* 248. *verſ. ſed prædictis non obſtantibus*, dicit opinionem Socini per viam diſputationis eſſe ſuſtentabilem, ſed negari non poſſe eſſe contra communem opinionem, & durum eſſet contra eam calcitrare. Item ipſe idem Dec. *in conſil.* 253. tenet, quòd ſimul veniant, non autem ordine ſucceſsiuo.

Secundò declaratur, nam quando vocatus eſt
20. extraneus, † eius deſcendentes tunc cenſentur vocati eodem tempore, non autem ſucceſsiuo, Bartol. *in l. ſi cognatis, in fin. ff. de reb. dub.* & *ibi* declarat Socin. *numer.* 32. Bartol. *in l. final. C. de conductor.* & *procurator. lib.* 10. Paulus de Caſtr. *in l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. de legat.* 2. Galiaul. *in d.* §. *quidam rectè*, *numer.* 24. & poſt plurimos relatos, probant Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 17. *numer.* 39. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 5. *numer.* 44. *fol.* 238.

21. Circa tertium caput, ordinis † ſuccedendi ab inteſtato, nam in feudis feminæ vocatæ cum maſculis, ſemper cenſentur vocatæ ordine ſucceſsiuo poſt maſculos. *cap.* 1. & *ibi* omnes, *de feudo femin.* Afflict. *in cap.* 1. *numer.* 18. *de nat. ſucceſſ. feud.* Zabarell. *in conſil.* 64. Curt. iun. *in conſil.* 181. *numer.* 2. Mandoſ. *in addit. ad Roman. in conſil.* 367. *numer.* 12. *verb. feminam*, Butr. *in conſil.* 63. *numer.* 9. Socin. iun. *in conſil.* 109. *numer.* 7. *volum.* 2. Menoch. *in conſil.* 391. *numer.* 8. *volum.* 4. & ideo conſtituenda eſt regula, quòd in omnibus caſibus, in quibus femina † ſuccedit in feudo, intelligenda eſt in de- 22.
fectum maſculorum, & hanc concluſionem pleniſsimè probat Forſter. *in tract. de ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 19. *axioma.* 7: & alij per Menoch. *in conſil.* 973. *numer.* 1. *volum.* 10. Imò ſi femina ſucceſsiſſet in feudo, maſculus poſtea natus aufert ab ea ſucceſsionem delatam, quia hæc eſt natura feudalis, & interim dum femina ſucceſſerit, ipſum feudum dormire dicitur, Andr. *in cap.* 1. *de eo qui ſibi*, &
hæred. ſuis. † quam ſequuntur Laudenſ. & Præpoſit. *ibi*, & Iacobin. *in ſua inueſtit. ver.* & *feminis*, *colum.* 2. *verſ. ſed ponamus*, Decian. *in conſil.* 93. *numer.* 8. *volum.* 3. Curt. *de feud. part.* 3. *quæſtion.* 16. Celſus Hugo *in conſil.* 26. *numer.* 48. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 25. & ſcripſi de hoc ſuprà *in parte* 1. *quæſtion.* 1. *artic.* 3. *numero* 12. & *ſequent.* 23.

Secundus caſus eſt, quando ſunt vocati ſuccedentes ab inteſtato, cenſetur inductus ordo ſucceſsiuus, † vt priùs deſcendentes, deinde aſcen- 24.
dentes, denique tranſuerſales admittendi ſint, & ita fuiſſe iudicatum Peruſij atteſtatur Angel. *in l. final. in princip. C. de verb. ſignificat.* Bald. *in l. peto.* §. *fratre. colum.* 1. *verſ. ſecundò nota*, *de legat.* 2. Pariſ. *in conſil.* 35. *volum.* 3. Idem ſi vocati eſſent illi ad quos ſpectat hæreditas, nam cenſerentur vocati ſuccedentes ab inteſtato, Pariſ. *in conſil.* 3. *num.* 12. & *ſeq. vol.* 3. & ſic per ordinem ſucceſsiuum.

Tertius caſus eſt, nam ſtante ſtatuto quòd maſculi excludant feminas, ſi pater inſtituerit hæredes ſuos filios, & habebat filiam feminam, ipſa cenſetur ordine ſucceſsiuo vocata, nimirum poſt filium maſculum, vt latiſsimè probat Peregrin. *de fideicommiſſ.* † *artic.* 17. *numer.* 4. mouetur, quia fi- 25.
lia à ſtatuto excluſa ſe habet ad filium, ita vt nepos ſe habet ad filium inſtitutum, & ita inſtitutus cenſetur ex neceſsitate; ergo per ordinem ſucceſsiuum. Ita & filia quando præmortuo filio, inueniret ſe præteritum, rumperet teſtamentum; quamobrem ordine ſucceſsiuo cenſetur inſtituta, tum quia teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione ſtatuti, vt firmat Bartol. & communiter omnes *in l. hæredes mei.* §. *cùm ita. ff. ad Trebellian.* Item quia Peregr. pro hoc ordine ſucceſsiuo reſpectu filiæ probando, ſtante dicto ſtatuto, allegat Ruin. *in conſil.* 151. *num.* 8. *vol.* 2. & Matheſilan. *in ſingulari* 161.

Sed iſta doctrina Peregrini non eſt recipienda, quia etſi teſtator cenſeatur ſe conformem reddere cum ſtatuto, † tamen hoc intelligitur in caſu quo 26.
ſtatutū diſponit expreſsè. Itaque filia expreſsè à ſtatuto excluſa, filiorū nomine non continetur, ſicut ſtante dicto ſtatuto appellatione fratris non venit ſoror. Alexand. *in conſil.* 121. *in princip. volum.* 6. Cuman. *in conſil.* 118. Bartol. *in conſil.* 229. *num.* 4. *verſ. circa ſecundum. parte* 1. Sed ſtatutum non diſponit, vt femina excluſa vocetur poſt maſculos. Item illa ratio quòd femina excluſa reſpectu filij ſe habet ad illum, vt nepos ad filium, ita vt poſsit aliquando rumpere teſtamentum, communiter reprobatur, quia

27. quia filia † à ſtatuto excluſa, ſi eſt præterita à patre, non habet querelam inofficioſi teſtamenti, neque contratabulationem, vt plenè probaui ſuprà *in parte* 1. *quæſtion.* 13. *articul.* 2. *numer.* 12. *& ſequent.* Item dicta doctrina ab authoritate allegatorum non probatur, quia Matheſilan. in illo ſingulari nihil dicit de hoc, & Ruin. *in d. conſil.* 151. *numer.* 8. dicit totum contrarium, videlicet, quòd ſtante d. ſtatuto, ſi pater inſtituat filios, intelligitur de maſculis, & parum infrà loquitur de ordine ſucceſſiuo in altero caſu, videlicet, quando pater recepit emphyteuſim pro ſe, & filiis maſculis, & feminis; qui articulus non pertinet ad iſtum caſum.

Item quia dictum ſtatutum loquitur de ſucceſ-
28. ſione † ab inteſtato, propterea non habet locum in ſucceſſione ex teſtamento, vt arguit Corn. *in conſil.* 202. *numer.* 11. *volum.* 3. & Cephal. *in conſil.* 45. *numer.* 14. *volum.* 1. & ego *in voto* 71. *num.* 23. *& ſequent.* Ideo ſi pater inſtituat filium, & filiam hæredes, non eſt capienda interpretatio à dicto ſtatuto, per regulam *l. quandiu, la* 3. *ff. de acquir. hæredit.* quia verſamur in clara vocatione, & ceſſat interpretatio à ſucceſſione inteſtata. Item quia illa clara vocatio eſt amborum filiorum, coniunctorum per copulam, ideo ambo ſimul ſuccedunt, non autem per ordinem ſucceſsiuum, vt ſcripſi paulò antè.

Poteſt tamen iſte caſus, ſtante ſtatuto, declarari, nam ſi teſtator inſtitueret fratrem, & eius fi-
29. lios, † tunc poſt fratrem cenſerentur inſtituti priùs filij maſculi, deinde feminæ, Socin. *in l. Gallus. §. quidam rectè. numer.* 4. *ff. de liber. & poſthum. & in conſil.* 90. *volum.* 1. & latiùs *in conſil.* 51. *numer.* 33. *& ſequent.* vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem Clar. *in §. teſtamentum. quæſtion.* 76. *numer.* 12. qui alios refert; ſed iſte caſus ita figuratus patitur eaſdem difficultates, quas ſcripſi ſuprà *in ſecundo capite huius articuli.*

30. Circa quartum caput, ex veriſimili mente, † poteſt figurari caſus, nam ſi teſtator inſtitutis filiis ſubſtituerit Titium nepotem ex fratre, & eius filios, & nepotes, ſi ille nepos erat puer, & non habebat filios, intelligitur feciſſe ordinem ſucceſſiuum ex veriſimili mente, quia tunc non extabant, ſuper quo vide Caccialupum *in d. conſil.* 14. *numer.* 10. *verſ. quinta concluſio. vol.* 4. Poſſunt aliæ coniecturæ aliquando excipi ex verbis teſtamenti, quæ huiuſmodi ordinem ſucceſſiuum probare poſſunt.

ARTICVLVS II.

An vocati per ordinem ſucceſſiuum cenſentur per vulgarem ſubſtitutionem, vel per fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. *Verbum* ſubſtituo, *& verbum* ſuccedat, *ſunt communia.*
2. *Ordo ſucceſſiuus regulariter intelligitur per ſubſtitutionem vulgarem.*
3. *..niſi fuerint adiecta verba tractum temporis ſignificantia in futurum.*
4. *Verba denotantia tractum temporis in futurum in qua parte ſubſtitutionis debent eſſe appoſita ad faciendam illam fideicommiſſariam.*
5. *Subſtitutio vulgaris poteſt fieri in fideicommiſſis.*
6. *..compendioſa poteſt eſſe reſpectu teſtatoris, ſed vulgaris reſpectu ſubſtituti.*
7. *..vulgaris poteſt fieri ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis.*
8. *Pauli de Caſtro opinio circa ordinem ſucceſſiuum per fideicommiſſum eſt communiter reprobata.*
9. *Ordo ſucceſſiuus per vulgarem non inuertitur per ſubſtitutionem factam poſt mortem inſtituti.*
10. *Filij ſemper cenſentur ſubſtituti parentibus per vulgarem.*
11. *Ordo ſucceſſiuus per vulgarem non inuertitur, ſi ſunt ſubſtituti filij naſcituri.*
12. *Ordo ſucceſſiuus cauſatus ex ratione neceſſitatis, eſt per vulgarem.*
13. *Deſcendentes inter quos eſt ordo neceſſitatis non poſſunt dici vocati per fideicommiſſum, quia eſſent præteriti à primo gradu.*
14. *Verbum* inſtituit, in l. Gallus, *non eſt ſumendum pro ſubſtitutione.*
15. *Subſtituti quando cenſentur ex ratione maioris amoris, & charitatis, cenſentur per vulgarem.*
16. *Clauſula codicillaris ſecundùm modernos facit ſubſtitutionem vulgarem inuerti in commiſſariam.*
17. *..contrarium, eſt verius.*
18. *..etiamſi ſubſtitutio facta eſſet per verbum commune.*
19. *Subſtitutio vulgaris, quæ expirauit, non poteſt valere vt fideicommiſſum.*
20. *..quæ valuit iure directo nunquam obliquatur.*
21. *Clauſula codicillaris non habet effectum, quando teſtamentum poteſt valere iure directo.*
22. *..etiam ſi ſubſtitutio cenſeretur facta ordine ſucceſſiuo.*
23. *Ordo ſucceſſiuus per vulgarem non poteſt tranſire in naturam fideicommiſſi.*
24. *Clauſula codillaris non ſupplet defectum voluntatis.*
25. *Ordo ſucceſſiuus in quibus caſibus cenſetur per fideicommiſſum.*
26. *Trebellianica prohibitio probat fideicommiſſum.*
27. *Collectiua nomina non alterant ordinem ſubſtitutionis vulgaris.*
28. *..ſed reſtringuntur ad perſonas, quæ extant tempore delatæ ſucceſſionis.*
29. *..etiamſi eſſent nomina collectiua geminata.*
30. *Subſtitutio facta cum verbis expreſſis ordinis ſucceſſiui, ſemper intelligitur per vulgarem.*
31. *Clauſula* vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, *quando reſtringatur ad ſolam vulgarem.*
32. *Subſtitutio pupillaris quando deeſt, etiam deeſt fideicommiſſaria.*
33. *Fideicommiſſum purum, data portionum æqualitate eſt fruſtratorium.*
34. *Subſtitutio reciproca inter fratres non eſt inducta.*
35. *..niſi adſit coniectura neceſſaria.*
36. *Subſtitutio reciproca inducitur propter dictionem* adinuicem.
37. *Subſtitutio an dicatur fideicommiſſaria propter fauorem agnationis.*
38. *Agnationis conſeruandæ ratio non inducit, neque extendit fideicommiſſum.*

IN hoc articulo primùm conſtituenda eſt regula, quòd in omnibus caſibus, in quibus ordo ſucceſſiuus interpretandus eſt, ſi teſtator nullum appoſuerit verbum denotans tractum têporis in futurum, ſemper verbum *ſubſtituo*, † & ver- 1.
bum *ſuccedat*, quæ ſunt communia, Bart. *in l. cẽturio, num.*

numer. 52. ff. de vulgar. Butſat. in conſil. 381. num. 6. vol. 4. & in conſil. 258. num. 6. vol. 3. non habent effectũ
2. fideicommiſſi, † ſed puræ ſubſtitutionis vulgaris. Ita firmarunt Cuman. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo, num. 4. de legat. 2. & in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 7. verſ. vbi autem inſtituuntur, ff. de liber. & poſthum. Aretin. ibi num. 7. verſ. aduerte tamen, Alexand. in conſil. 13. col. 2. verſ. reſpondeo. vol. 4. vbi quòd ſi non ſint appoſitæ dictiones, denotantes tractum temporis in futurum, illa ſubſtitutio eſt vulgaris, non autem fideicommiſſaria, Dec. in conſil. 291. n. 2. vbi quòd quãdo filij ſunt ſubſtituti patri, & non eſt ap-
3. poſita dictio, quæ denotet tractũ † tẽporis in futurum, puta in perpetuum, vel in infinitũ, vel de gradu in gradũ, vel ſimiles, ſemper eſt vulgaris, & nunquã fideicommiſſaria, & de hoc dicit eſſe caſum in l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & pupill. in verſ. in vulgarem tantummodo caſum. allegat Bartol in l. Gallus. §. quidam rectè, in verſ. quartus modus. ff. de liber. & poſth. & in l. Lucius. colum. final. ff. de vulgar. Idem Dec. in conſil. 205. num. 4. & in conſil. 248. num. 5. & per totum, & in conſil. 253. num. 2. & in conſil. 287. num. 7. & in conſil. 384. num. 6. Pariſ. in conſil. 72. num. 10. & ſeq. vol. 2. qui atteſtatur hanc eſſe communem concluſionem, Menoch. in conſil. 85. num. 8. volum. 1. vbi multos allegat, & in lib. 4. præſumpt. 76. numer. 8. vbi probat eſſe communiſſimam. Decian. in conſil. 1. n. 187. & ſeq. vol. 1. & in conſil. 77. num. 10. volum. 5. vbi quòd quando non ſunt appoſitæ ſupradictæ dictiones, vel earum aliqua, ſemper ſubſtitutio eſt vulgaris, & nunquam fideicommiſſaria, & in conſil. 26. n. 37. vol. 2. Ruin. in conſil. 92. n. 5. vol. 2. Crauet. in conſil. 22. n. 5. Curt. in conſ. 48. n. 5. Rimin. iun. in conſil. 50. & in conſil. 538. num. 18. vol. 2. Simon de Pret. lib. 3. ſolut. 5. n. 48. fol. 240. & hæc cõcluſio tanquam receptiſſima fuit vſu recepta in tribunalibus, Rota in deciſ. 495. n. 2. part. 4. & deciſ. 579. part. 1. in Nouiſſ. & deciſ. 320. n. 5. part. 1. in vltim. impreſſ. vbi aliæ deciſiones allegantur, repetita in deciſ. 344. part. 2. in eiſdem.

Item hæc concluſio probatur authoritate eorum, qui reſponderunt in valdè ſimilibus caſibus. Ruin. in conſil. 59. in 2. dub. num. 13. vſque ad fin. vol. 2. vbi teſtator inſtituerat filios ſuos maſculos, & eorum deſcendentes maſculos, quibus ita ſubſtituerat, & deficientibus omnibus maſculis, ſuccedant mulieres, & quia omnes deſcendentes maſculi mortui erant, fuit admiſſa femina proximior, quæ tunc reperiebatur in priori gradu, quæ cùm & ipſa deficeret, aliæ feminæ proximiores petebant admitti, vigore dictæ ſubſtitutionis, quam dicebant fideicommiſſariam, reſpondet Ruin. dictas alias feminas non eſſe admittendas, quia ſubſtitutio fuit vulgaris, non autem fideicommiſſaria, & prima admiſſa, expirauit, l. poſt aditam. C. de impub. ſubſtit. Item Ruin. in conſil. 92. eod. vol. 2. Idem reſpondit, vbi teſtator inſtituerat filios ſuos maſculos, & poſt eorum mortẽ, voluerat bona peruenire in deſcendentes maſculos, & caſu quo maſculi non extarent, voluit ſuccedere feminas, contingit, quòd filij maſculi deceſſerunt, & ita fuerunt admiſſi maſculi deſcendentes ex eis, quibus defunctis alij deſcendentes maſculi petebãt admitti, vigore dictæ ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, tanquam vocati ſub nomine collectiuo deſcẽdentes, & ſic ordine ſucceſſiuo. Tamen reſpondet Ruin. quòd dictæ deſcendentes cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, & ſic per vulgarem tantummodo; quamobrem primis deſcendentibus adeuntibus, cæteri ſunt excluſi. d. l. poſt aditam. Item Decian. in d. conſil. 77. volum. 5. vbi teſtator inſtituit hæredem Antonium nepotem ex fratre, & prohibuit alienationem, atque iuſſit, vt bona vadant de hærede in hæredem maſculum, & illis extinctis vadant ad proximiores, & ibi reſpondet Decian. quòd illa ſubſtitutio intelligitur de primis proximioribus, non autem extenditur ad omnes proximiores in infinitum, quia dicti proximiores fuerunt ſubſtituti per vulgarem, & primis adeuntibus cæteri ſunt excluſi. Quamobrem ſi teſtator ſubſtituit fratrem, & eius deſcendentes, ipſi dicuntur ſubſtituti per vulgarem, non autem per fideicommiſſum. Socin. iun. in conſil. 113. numer. 7. in fin. vol. 1. Alexand. in conſil. 32. col. 1. vol. 1. Portus in conſil. 9. numer. 5. & ſequent. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 11. numer. 162. & ſequent. Peregrin. in conſil. 29. numer. 5. volum 1. Bardellon. in conſil. 9. numer. 6. volum. 2. Menoch. in conſil. 1079. num. 25. & ſeq. & in conſ. 1076. num. 1. vol. 11. & ita pluries fuit deciſum in Senatu Sabaudiæ, quas deciſiones allegat Anton. Fab. in ſuo codice lib. 6. tit. 20.

Declaratur iſta regula, nam verba denotantia † 4.
tractum temporis in futurum, non debent eſſe appoſita inter inſtitutum, & ſubſtitutum, ſed debent eſſe appoſita poſt ſubſtitutionem factam, nam debet dici, ſubſtituo, vel ſuccedant deſcendentes, ſemper, vel in infinitum, vel per ſimilem dictionem, Crauet. in conſil. 131. numer. 4. vbi dicit iſtas dictiones debere reſpicere perſonas filiorum, vel deſcendentium, non autem perſonam primi ſubſtituti, Socin. in d. §. quidam rectè, numer. 7. & ibi declarat Torniell. numer. 71. & ſequent. Menoch. in conſil. 85. numer. 97. verſ. quarto. volum. 1. & in conſil. 1056. num. 4. & ſequent. volum. 11. Peregrin. in conſil. 44. numer. 12. volum. 1. Cephal. in conſil. 473. num. 21. volum. 4. & hæc opinio, & declaratio eſt vſu recepta in tribunalibus, Rota deciſion. 357. numer. 6. part. 1. in vltimò impreſſ. & deciſ. 579. numer. 10. part. 1. in Nouiſſ. Seraphin. deciſ. 934. n. 7. Cæſ. Barz. deciſ. 10. vbi ſequitur deciſiones Rotæ. Idcirco ſi teſtator dixerit, quandocũque deceſſerit filius meus ſine filiis, ſubſtituo fratrem meum, & eius deſcendentes, natos, & naſcituros, ita vt voluerit ſignificare ordinem ſucceſſiuum, vt ſcripſi in præcedenti articulo, tunc non dicitur ordo ſucceſſiuus per fideicommiſſum, ſed per vulgarem, quia verba denotantia tractum temporis in futurum non habent reſpectum ad ipſos ſubſtitutos, per ordinem ſucceſſiuum vocatos. Item quia etiam in fideicom-
miſſis † poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris. l. 1. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollend. l. vt ab hæredibus. de legat. 1. & poſt Cuman. & alios probat Socin. in d. §. quidam rectè, in vltimo caſu, & in d. conſil. 113. col. 4. volum. 1. Torniell. in d. §. quidam rectè, allegat Dec. in conſil. 384. col. final. & Ruin. in conſil. 92. num. 5. vol. 2. Socin. iun. in conſil. 81. vol. 3. 5.
Item quamuis ſit compẽdioſa † reſpectu teſtatoris, 6.
tamen reſpectu ſubſtitutorum, & filiorum ſuorũ eſt vulgaris. Ruin. in conſil. 102. num. 8. & plur. ſeq. vol. 2. quem, & alios allegat Petra de fideicommiſſ. quæſt. 11. num. 163. vbi etiam probat, quòd quando filio decedenti ſine liberis, frater, & eius liberi ſunt ſubſtituti, tunc non adeſt aliquis tractus temporis ad faciẽdum fideicommiſſum, ſed ſola vulgaris, allegat etiam Ruin. in conſ. 159. numer. 9. eod. vol. Item quòd
ſubſtitutio † vulgaris poſſit fieri ſub conditione, ſi 7.
ſine liberis deceſſerit, probant Peregr. de fideicõmiſſ. art. 35. n. 17. & art. 15. num. 7. & ſeq. Simon de Pret. lib. 3. ſolut. 5. num. 18. fol. 234. & num. 63. fol. 241. Oddus de ſubſtit. compendioſa, part. 5. quæſt. 1. art. 5. ergo iſta ſubſtitutio, quandocũque Titius deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo fratrem, & eius deſcendentes, non

poteſt

poteſt dici compendioſa, quia neque dictio *quando-*
cumque, neque conditio *ſine liberis*, habent reſpe-
ctum ad fratrem, & deſcendentes ſubſtitutos, ſed
ad inſtitutum, reſpectu cuius teſtator loquutus fuit,
nimirum ſiue ante aditam, ſiue poſt aditam.

Ex quibus infertur non eſſe veram opinionem
modernorũ, quòd ſupradicta regula non procedat,
quando teſtator vſus fuerit verbis cõmunibus, quia
tunc non eſt inconueniens ſi ſubſtitutio oblique-
tur, quia verba apta ſunt recipere talem formam fi-
8. deicommiſſi, allegantes Paul. de Caſtr. *in* † *d. §. qui-*
dam rectè, num. 9. qui dicit, quòd vbi frater, & eius
filij ſunt ſubſtituti, cenſentur ſubſtituti per vulgarẽ,
ſolùm in caſu, quo eorum pater, vel nollet, vel non
poſſet adire hæreditatem, ſed ſi hæres extiterit, &
poſt aditam deceſſerit, tunc eius filij debent capere
per fideicommiſſum. Sed opinio Caſtrenſis eſt com
muniter reprobata, vt dicit Dec. *in conſil.* 205. *col.*
2. *& ſeq.* Crauet. *in conſil.* 131. *num.* 3. Rimin. iun. *in*
conſil. 371. *num.* 148. *& plur. ſeq. & in conſil.* 435. *num.*
1. *& ſeq. vol.* 4. & alij plures ad hoc allegati per
Decian. *in conſil.* 1. *num.* 187. *& ſeq. vol.* 1. qui probat,
dictam opinionem non eſſe recipiendam.

Secundò infertur non eſſe bonam doctrinam eo-
rundem modernorum, quòd vbi teſtator vocauerit
9. ſubſtitutos poſt mortem inſtitutorum, † propter
dicta verba *poſt mortem*, ordo ſucceſſiuus intelligi
tur per fideicommiſſum, tanquam vocati per com-
pendioſam, quia dicta verba poſt mortem, habent
relationem ad ipſos inſtitutos, & non important
tractum ſucceſſiuum reſpectu ſubſtitutorum, ideo
10. ipſi ſubſtituti cenſentur parentibus per vulgarẽ. †
Ruin. *in conſil.* 102. *num.* 11. *verſ. quia igitur. vol.* 2.
Decian. *in d. conſil* 77. *num.* 24. *volum.* 5. Crauet. *in*
conſil. 131. *num.* 4. vbi quòd tractus temporis reſpi-
ciens perſonam primò vocati, non debet extendi,
Aleiat. *in conſil.* 5. *numer.* 40 *lib.* 4. Petra *de fideicom-*
miſſ. quæſtion. 5. *num.* 169. Laderch. *in conſil.* 58 *num.*
31. Menoch. *in d. conſil.* 85. *numer.* 97. *vol.* 9. quos
& alios ad hoc allegat; & ſequitur Rota *in deciſion.*
357. *numer.* 6 *part.* 1. in vltimò impreſſis, vbi quòd
hæc opinio procedit, etiamſi verba poſt mortem
eſſent appoſita in eadem oratione, & hanc opinio-
nem probat eſſe veriorem Laderch. *in conſil.* 58. *num.*
30. poſt alios ab eo relatos.

Tertiò infertur non eſſe veram opinionem mo-
dernorum, quòd vbi ordo ſucceſſiuus habet rela-
tionem ad filios natos, & naſcituros, tunc videa-
tur expreſſus tractus temporis in futurum, ita vt
per fideicommiſſum ſucceſſio fieri debeat, quoniam
11. etiam naſcituri vocati † cenſentur per vulgarẽ ſub-
ſtituti, Dec. *in conſil.* 286. *num.* 2. *in fine*, vbi conſuluit
contra Iaſ. qui defendebat contrarium *in conſ.* 108.
col. 4. *vol.* 4. & hanc opinionem Decij ſequuta eſt Ro-
ta *in d. deciſ.* 357. *num.* 4. *part* 1. in vltimò impreſſis,
vbi ad ipſam probandam multa allegat, ſatis enim
erat, quòd potuerint naſci dicto tempore, & ad-
mitti per vulgarem, ita vt regula remaneat veriſſi-
ma, vt numquam ordo ſucceſſiuus intelligatur per
fideicommiſſum, niſi dicta verba tractum temporis
ſignificãtia fuerint appoſita cum relatione ad ipſos
ſubſtitutos. Vt autem materia iſta clarior fiat, expli-
cemus caſus practicabiles.

Primus caſus eſt, vbi inſtituti ſunt filij, & nepotes,
12. inter quos eſt ratio † neceſsitatis, tunc cenſentur
vocati per vulgarem, non autem per fideicõmiſſariã
ſubſtitutionem, Paul. de Caſt. *in l. Gallus. §. quidam*
rectè, in fin. ff. de liber. & poſthum. & *ibi* Socin. *numer.* 6.
Torniel. *num.* 56. qui atteſtatur eſſe communem cõ-
cluſionem, Socin. iun. *in conſil.* 81. *n.* 12. *vol.* 3. Oddus
in conſ. 29. *num.* 16. vbi de communi, Menoch. *in conſ.*
310. *num.* 5. *vol.* 4. vbi atteſtatur eſſe communiſsimã,
Peregr. *de fideicomm. art.* 18. *n.* 6. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 8. *in*
fin. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *num.* 161. qui alios
referunt, & ita ſemper fuit iudicatũ; Rota *deciſ.* 492.
in princ. part. 4. vbi atteſtatur eſſe communem pro
vulgari, licèt concurrentibus coniecturis poſsit eſſe
fideicõmiſſaria, Surd. *deciſ.* 346. *n.* 18. Ratio præcipua
aſſignari poteſt, quia iſte ordo neceſsitatis eſt indu-
ctus ad effectum, ne rumpatur teſtamentum, ſi filius
inſtitutus præmoreretur, & nepos, qui intraret locũ
ſuitatis, reperiret ſe præteritum, quo caſu, conſilium
Galli fuit inſtituendi poſthumũ, & nepotẽ, & dein-
ceps eos, qui ſuitatis locũ intrare poſſent, *d. l. Gallus,*
per totam ff. de liber. & poſthum. Sed iſti † inter quos 13.
eſt ordo neceſſitatis, non poſſunt dici vocati per fi-
deicommiſſum, quia ſi reperirent ſe præteritos in
primo gradu inſtitutionis, etiam rumperent teſta-
mentum, quia facerent, quòd primus gradus inſti-
tutionis ſit nullus à principio, quia tẽpore teſtamẽti
exiſtunt ſui, *l.* 3. *§. final. ff. de liber. & poſthum.* vel rum-
punt, ſi fiant ſui ex poſt facto. *l. nam & ſi ſub conditio-*
ne. ff. de liber. & poſthum. & propterea dum interpre-
tabar *l. Gallus, in principio*, ſuſtinui contra commu-
nem, quòd verbum † *inſtituit*, poſitum in illa lege 14.
eſſet ſumendum in ſua propria ſignificatione pro
inſtitutione, nõn pro ſubſtitutione, vt dicebant cõ-
muniter Doct. & eſt intellectus Torniell. *ibi numer.*
60. quem defendi, & reſpondi contrariis.

Secundus caſus eſt, vbi ſunt inſtituti plures, inter
quos non eſt conſiderandus ordo neceſsitatis, ſed
ordo charitatis, quando fuerit ſubſtitutus † frater, 15.
& eius filij, & tunc cenſentur etiam vocati per vul-
garem, Gloſſ. *in d. §. quidam rectè*, & *ibi* Bart. & cæteri,
& *ibi* Torniell. *num.* 56. qui atteſtatur eſſe cõmunem
concluſionem, Couar. *in cap. Raynutius. §.* 2. *num.* 7.
de teſtam. Odd. *in d. conſil* 29 *numer.* 16. Decian. *in d.*
conſil. 1. *num.* 187. *volum.* 2. Menoch. *in d. conſil.* 85.
num. 79. *vol.* 1. qui omnes atteſtantur de communi,
& cæteros referunt, Petra *de fideicomm. quæſt.* 5. *num.*
165. *verſ. circa ſecundum.* Simon de Pret. *lib* 3. *ſolut.*
2. *num.* 15. *fol.* 335. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 18. *num.*
7. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 8. *in fin.* & veritas iſtius caſus po-
teſt deſumi ex ipſa regula à nobis declarata in prin-
cipio ipſius articuli, quia deſunt verba ſignificantia
tractum temporis, poſita reſpectu ſubſtitutorum, &
ſi teſtator fecerit ſubſtitutionem compẽdioſam re-
ſpectu filij inſtituti, quandocumque deceſſerit ſine
filiis, tunc ſubſtituit fratrem, & eius deſcendentes,
quia reſpectu ſubſtitutorum non ſunt appoſita ver-
ba denotantia futurum tempus perpetuum. Nec eſt
facta prohibitio alienationis, quæ importaret fidei-
commiſſum, de qua ſcripſi ſuprà *in quæſt.* 21. *art.* 8. tũc
ſemper cenſeretur inducta vulgaris, etiamſi dictum
eſſet, & fratre non extante eius filios, vel eius deſcẽ-
dentes, nam iſti ſemper per vulgarẽ, Alex. *in conſil.*
22. *vol.* 2. Socin. iun. *in conſ.* 180. *num.* 63. *vol.* 1. *& conſ.*
186. *vol.* 3. Torniell. *in d. §. quidam rectè*, *numer.* 68. &
alij quos allegaui in principio iſtius articuli.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quãdo eſſet
appoſita clauſula codicillaris † per verba futuri tẽ- 16.
poris, quia tunc inſtitutio facta de fratre, & eius de-
ſcendẽtibus, reſoluitur in fideicõmiſſum, ita firma-
runt Socin. *in conſil.* 12. *num.* 6. *& ſeq. vol.* 3. *& in conſ.*
14. *& conſil.* 144. *vol.* 1. *& in d. §. quidam rectè*, *in fine,*
Curt. *in conſil.* 88. *numer.* 6. *verſ. ex alio fundamento,*
Crauet. *in conſil.* 22. *numer.* 8. *& in conſil.* 210. *nu-*
mer. 4. *& in conſil.* 137. *numer.* 10. & alij plures ad
hoc allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 18.
numer. 6. *& plur. ſequent.* quam in omnibus & per
omnia

omnia ſemper ſequuntur moderni, ex eo quia illa inſtitutio facta de deſcendentibus fratris propter nomen collectiuum ſignificat tractum temporis, & ideo verbum *inſtituo*, quod eſt directum propter clauſulam codicillarem trahitur ad fideicommiſſum. Item multò magis quando facta eſt per verbum *ſubſtituo*, vel *ſuccedat*, quæ ſunt communia, quia tunc non tenditur ad improbandam naturam verborum, quia verba communia ſunt apta recipere formam fideicommiſſi,& accedente d. clauſula codicillari, illud importabunt,vt dicit Socin.*in d.conſil.*12.*vol.*3. & Crauett. *in d conſil.*22.*num.*8.prout etiam videtur tenere Rota *in deciſ.*495.*col.final.verſ.pro ſexta, parte* 4.*in Nouiſſimis,& in deciſ.*320.*num.*8. *in fine. parte* 1. in vltimò impreſſis, dicit quòd filij filiorum poſt ſubſtitutionem vulgarem,quæ expirauit per aditionem hæreditatis factam per eorum parentem, poſſunt venire per fideicommiſſum.

17. Verùm ſi veritatem iuxta veros † terminos fateri volumus, iſta opinio nullatenus ſtare poteſt. Primò, quia nomen *deſcendentes*, licèt ſit collectiuum plurium perſonarum, tamen poteſt verificari in pluribus deſcendentibus, qui ſupereſſent ante aditionem factam per vulgarem, ita dixit Rota *in deciſ.*357.*numer.*5.*part.* 1. in vltimò impreſſ. vbi quòd vocati per nomen collectiuum intelliguntur per vulgarem,etiamſi naſcituri vocati fuiſſent. Imò etiã ſi non eſſet veriſimile, quòd tempore euenientis conditionis omnes exiſterent.Nec eſt verum, quòd multò magis procedit, quando diſpoſitio facta eſt
18. per verbum commune,† quia,vt probaui in ipſa regula,omnes Doctores vnanimiter firmarunt, quòd ſubſtitutio facta per verbum commune, ſemper intelligitur per vulgarem,quando non adſunt verba denotantia tractum temporis in futurum, videlicet, *ſemper*,vel *in perpetuum*, vel ſimile,& opinio contra communem regulam, quæ nulla ratione fulcitur, non eſt recipienda. Item illa ratio, quòd ſubſtitu-
19. tio, † quæ in hoc caſu expirauit per aditionem parentis, propter clauſulam codicillarem valebit vt fideicommiſſum, eſt contra vera principia Iuriſprudentiæ, nam poſt aditam ſubſtitutio vulgaris expirat quò ad omnem effectum. *l. poſt aditam.C. de impuber. ſubſtit.* & ſequentes in gradu ſunt perpetuò excluſi, vt firmant gloſſ. & Doctor. *in d. l. Gallus.* §. *quidam rectè*, & probat etiam Socin. *in d. conſil.* 12. *volumin.* 3.*numer.* 8. *& numer.* 11. Secus
20. quando à principio valuit iure directo, † quia tunc non obliquatur, & ita intelligit regulam *l. Scæuola. ff. ad Trebellian. & l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari.* ſecundùm Dyn. Ray. Bartol. Bald. Angel. Immol. Paul. de Caſtr. quos allegat. Sed in hac declaratione præſupponimus à principio valuiſſe iure directo; ergo propter d. clauſulam codicillarem non poteſt vlteriùs res extincta venire ad naturam fideicommiſſi, quia tunc poſt aditionem non eſſet penitus, & quò ad omnem effectum extincta, neque primus qui adiuit, cenſetur rogatus de reſtituendo alteri, Socin. *in d.* §.*quidam rectè, numer.* 9. & *ibi* Rubeus *numer.* 70. *in fin.* Torniell. *numer.* 79. Socin. iun. *in conſil.* 81. *numer.* 12. *volumin.* 3. Decian. *in conſil.* 26. *numer.* 41. *volum.*2 Cephal. *in conſil.* 353. *per totum*, *volumin.* 3. Oddus *in conſil.* 46. Surd. *in conſil.* 554. *numer.* 24. Menoch. *in d. conſil.* 85. *num.* 75. *& ſeq. vol.* 1. Gabriel *in conſil.* 117. *volum.* 1. ita etiam de pupillari arguit Turret. *in tract. de clauſula codicill. quæſt.* 88. *num.* 5.
21. *verſ. præterea dico.* Item clauſula † codicillaris non habet effectum, quando teſtamentum poteſt habere effectum iure directo, ita declaraui *in tract. de clauſulis parte* 3. *clauſula* 11. & *numer.* 18. declaraui hanc diſtinctionem procedere, etiam ſi ſubſtitutio cenſeretur facta ordine † ſucceſſiuo, & ita 22.
etiam loquitur Curt. iun. pro contraria parte allegatus *in d. conſil.* 48. *numer.* 6. *verſicul.* quòd verba ciuilia importam fideicommiſſum, & obliquantur quando ſubſtitutio non potuit valere iure directæ ſubſtitutionis, & ita etiam loquuntur omnes Doctores allegati à modernis ſequentibus Peregrinum. Item hæc concluſio probatur non ſolùm ex reſolutione rationum pro contraria parte allegatarum, ſed etiam ex authoritate plurimorum, qui firmarunt, quòd dictus ordo ſucceſſiuus † per vul- 23.
garem, non poteſt tranſire in naturam fideicommiſſi propter clauſulam codicillarem, Bald. *in conſil.* 319. *col. final. volum.* 5. Decian. *in conſil.*105. *num.* 9. *& in conſil.* 148. *numer.* 8. *& in l. precibus, numer.* 18. *verſ. vlteriùs tamen. C. de impub. ſubſtit.* Ripa *in l. hæredes mei.* §. *peto*, *numero* 9. *ff. ad Trebell.* Riminald. iun. *in conſil.* 50. *numer.* 31. *volum.* 1. *& in conſil.* 535. *numer.* 31. *vol.* 6. Socin. iun. *in conſil.* 180. *numer.* 75. *vol.* 2. Alciat. *in conſil.* 5. *numer.* 39. *lib.* 4. Anguiſciol. *in conſil.* 38. *numer.* 7. *& ſeq. & conſil.* 72. *numer.* 6. *lib.* 6. Laderch. *in conſil.* 92. *numer.* 17. Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 5. *numer.* 168. Peregrin. *in conſil.* 69. *numer.* 9. *&* 11. *vol.* 5. vbi quòd clauſula † 24.
codicillaris non ſupplet defectum voluntatis, Rota *deciſ.* 492. *numer.* 2. *parte* 4. *in Nouiſſim.* vbi quòd clauſula codicillaris non immutat naturam ſubſtitutionis vulgaris, nec facit illam tranſire in naturam fideicommiſſi. Secus eſſet propter verba † de- 25.
notantia tractum temporis in futurum, quia tunc non eſſet vulgaris, ſed fideicommiſſaria. Item ſecus eſſet ſi de intentione teſtatoris aliud appareret, qui futuram teſtamenti annullationem conſideraſſet, quia tunc clauſula codicillaris trahit ſecum fideicommiſſum. Rota *in d. deciſ.* 320. *numer.* 11. *parte* 1. *in vltimis.* Item ſecus eſſet, quando vltra ſubſtitutionem deſcendentium eſſet facta prohibitio alienationis valida, vt perpetuò bona conſeruarentur in familia, vt in caſu, quo reſpondit Rota *in deciſ.* 49. *part.* 1. *in vltimis.* Item ſecus eſſet, ſi deſcendentibus ſubſtitutis eſſet prohibita detractio Trebellianicæ,† quia tunc fideicommiſſum inter eos cenſetur inductum. Menoch. *in conſil.* 117. *num.* 18. *vol.* 2. 26.
Guidopap. *deciſ.* 531. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 3. *numer.* 5. *fol.* 300. Item etiam in aliis caſibus, cùm de teſtatoris intentione apparere poteſt, ſed alio non apparente, ſubſtitutio ſecundùm ordinem ſucceſſiuum, quæ vt vulgaris debet habere effectum, non trahitur ad fideicommiſſum propter d. clauſulam codicillarem.

Tertius caſus eſt, quando teſtator ſubſtituit fratrem,& eius deſcendentes, vel liberos per nomen collectiuum, quoniam nomina collectiua † abſque 27.
verbis ſignificantibus tractum temporis in futurum, non alterant ordinem ſubſtitutionis vulgaris. Alex. latè *in d.* §. *quidam rectè*, Torniell. *num.* 79. Dec. *in d conſil.* 205. Riminald. iun. *in d. conſil.* 50. Pereg. *in conſil.* 68. *numer.* 3. *& conſil.* 69. *num.* 5. *vol.* 5. vbi reſolutis contrariis probat hanc eſſe communem concluſionem, non ceſſantibus verbis denotantibus tractum temporis in futurum, nomina collectiua † 28.
reſtringuntur ad eas perſonas, quæ extant tempore delatæ ſucceſſionis, vt dixi pluries in hoc articulo. Menoch. *in d. conſil.* 85. *num.* 54. *&* 67. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 71. *n.* 27. *& ſeq.* Petra *de fideicommiſſ. q.* 5. *n.* 177. *& q.* 11. *n.* 161. vbi atteſtatur hanc eſſe cõmunem cõcluſionẽ, etiãſi eſſent nomina † collectiua geminata 29.

vt quia vocaſſet liberos, vel deſcendentes, ſemper enim intelliguntur de iis, qui ſuperſunt tempore delatæ ſucceſſionis, Natta *in d. deciſ.* 357. *numer.* 5. *part.* 1. *in vltimis*, niſi eſſent appoſita verba infinitatem temporis ſignificantia, Peregrin. *in d. conſil.* 69. *numer.* 7. *volum.* 1. *& in tract. de fideicommiſſ. articul.* 18. *numer.* 5. vbi quòd hæc concluſio procedit, etiamſi teſtator filio inſtituto ſubſtituiſſet fratrem, & quoſcumque eius filios naſcituros, ſemper enim intelligendi ſunt illi naſcituri, qui ſupererunt tempore euenientis caſus vocationis, & ita per vulgarem, non autem per fideicommiſſum.

Quartus caſus eſt, vbi ipſe teſtator filio inſtitu-
30. to ſubſtituiſſet fratrem & eius deſcendentes † ordine ſucceſſiuo, ita verbis expreſſis dicendo, ſemper ſucceſſio fieri debet per vulgarem, quoniam ordo ſucceſſiuus, qui verificari poteſt etiam per fideicommiſſum, in dubio intelligendus eſt per ſubſtitutionem vulgarem, ex regula *cap. ſi pater. de teſtam. lib.* 6. & hanc opinionem probat poſt alios, Bardellon. *in conſil.* 13. *numer.* 10. *&* 17. *volum.* 1. niſi fuiſſet dictum, ordine ſucceſſiuo in infinitum, vel in perpetuum.

Quintus caſus eſt, vbi teſtator filio inſtituto
31. ſubſtituiſſet fratrem, & eius deſcendentes, † vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, tunc propter dictam clauſulam dictus ordo ſucceſſiuus intelligendus eſt per fideicommiſſum, vt ſcribit Peregrin. *in d. articul.* 18. *numer.* 11. qui cæteros allegat, Seraphin. *in deciſ.* 934. *num.* 10. *& ſeq.* repetita inter deciſiones Barzij, in ordine decima, qui loquuntur de dicta clauſula appoſita, reſpectu deſcendentium ex fratre.

Ego verò arbitror iſtam opinionem ſtare non poſſe, quoniam cùm ſubſtitutio pupillaris non poſſit fieri deſcendentibus ex fratre, ideo non poteſt habere locum fideicommiſſaria, nam cùm deeſt pupil-
32. laris, † quæ refertur ad tempus mortis, deeſt etiam tempus in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quod requiritur pro ſui validitate, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 34. *numer.* 99. *verſicul. cùm autem adiecta fuit pupillaris*, quo caſu, neque pupillaris, neque fideicommiſſaria locum habere poteſt, Berous *in conſil.* 63. *numer.* 3. *& ſeq. & numer.* 7. *& conſil. ſeq. numer.* 8. *vol.* 2. & alij relati per Mantic. *lib.* 3. *tit.* 14. *numer.* 6. Item cùm nulla adſint verba denotantia tractum temporis in futurum, ideo non poteſt valere niſi per modum vulgaris, Socin. iun. *in conſil.* 10. *numer.* 48. *vol.* 1. Raudenſ. *in deciſ. Piſan.* 34. *numer.* 20. *verſ. opponebatur*, per *l. vbi purè. ff. ad Trebellian.* Ideo ſi teſtator habens plures filios, illos inſtituerit, atque ſubſtituerit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, cùm alter ex eis eſſet ætate maior, cui pupillaris fieri non poteſt, ſubſtitutio
33. illa per fideicommiſſum eſt fruſtratoria, † quia data portionum æqualitate, viciſſim tantum vnus daret, quantum acciperet alter, Bartol. & Alexand. *in l.* 1. *in princip. C. de pact.* per text. *l. ab omnibus.* §. *ſi à Titio. de legat.* 1. Idem Bartol. *in l. ſi quis ſeruum. ff. de condit. & demonſtr. & in l.* 1. *quæſt.* 11. *ff. de iure codicil.* Aretin. *in l. ſi plures, numer.* 5. *ff. de vulgari*, Decian. *in l. in teſtamento, numer.* 5. *ff. de teſtam. milit.* Socin. iun. *in conſil.* 105. *num.* 46. *vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 7. *numer.* 11. *vol.* 3. Crot. *in conſil.* 62. *per totum, volum.* 1. Cephal. *in conſil.* 326. *num.* 22. *vol.* 3.

Sextus caſus eſt, vbi teſtator inſtituit fratres, & quòd altero decedente ſine filiis, ſuccedat alter, vel ipſius filij, tunc inter ſubſtitutos inducendus eſt ordo ſucceſſiuus, ex capite amoris, & charitatis, vt ſcripſi in articulo præcedente in ſecundo caſu, & tamen inter ipſos fratres eſt inducta ſubſtitutio reciproca, vt dicunt moderni allegantes Intrigliol. *in tract. de ſubſtitut. centur.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 13. & Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 59. *num.* 8. Alexand. Trentacinquius *de ſubſtit. part.* 5. *cap.* 12. & cùm dicta reciproca habeat conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, ideo eſt mixta cum compendioſa, & continet plures ſubſtitutiones, Intrigliol. *in d. centur.* 2. *quæſt.* 52. *num.* 8. & propterea continebit duas fideicommiſſarias.

Ego verò contrariam opinionem arbitror eſſe veriorem, & quòd inter dictos fratres † ſubſtitutos non 34.
ſit inducta reciproca, quoniam magna conſtituenda eſt differentia, an teſtator dixerit, ſuperſtes ſuccedat, vel dixerit, volo bona mea ad ſuperſtitem deuenire, quia in hoc ſecundo caſu adeſt coniectura
neceſſaria ſubſtitutionis reciprocæ †, de qua *in l.* 35.
Titia Seio. §. *Seia libertis. de legat.* 2. quia bona teſtatoris non poſſunt deuenire ad ſuperſtitem, niſi is, qui vltimò mortuus eſt, per reciprocam ſubſtitutionem receperit portionem ab altero inſtituto, & ita latiùs declaro ſuprà *in parte prima quæſt.* 9. *artic.* 5. *numer.* 24. & in hunc ſenſum loquuntur Intrigliol. *in d. quæſt.* 50. *numer.* 13. & Menoch. *in d. præſumpt.* 59. *lib.* 4. à modernis allegati. Secus eſt, ſi teſtator ſimpliciter ſuperſtitem vocauerit, quia tunc intelligitur per vulgarem, vt ſcripſi in ipſa regula, & cùm ceſſant requiſita *d.* §. *Seia libertis*, reciproca inducta
non cenſetur, quia non fuit dictum, alter † ex fra- 36.
tribus adinuicem ſuccedat, tunc enim fuiſſet reciproca, vt dicit Bald. *in l. ſi duo patroni, in princip. num.* 7. *ff. de iureiur.* ſed ſimpliciter dictum eſt, alteri præmorienti ſine filiis ſuccedat alter; ergo vbi conditio eſt purificata, alter ſuccedit per vulgarem ſolam. Item dico, non eſſe verum, quòd dicta reciproca ſit mixta cum compendioſa ad faciendam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, quoniam etiam in fideicommiſſis poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris. *l.* 1. §. *ſin autem ſub conditione. C. de caduc. toll. l. vt ab heredibus. de legat.* 1. & poſt Cuman. & alios, probat Socin. *in d.* §. *quidam rectè*, in vltimo caſu, *& in conſil.* 113. in vltimo caſu, *vol.* 1. Torniell. *in d.* §. *quidam rectè, numer.* 59. vbi allegat Decian. *in conſil.* 384. *col. final.* & Ruin. *in conſil.* 92. *numer.* 5. *volum.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 81. *vol.* 3. Item quamuis ſit compendioſa reſpectu teſtatoris, tamen reſpectu ſubſtitutorum, & ſuorum filiorum eſt vulgaris. Ruin. *in conſil.* 112. *numer.* 8. *& plur. ſeq. vol.* 2. quem & alios allegat Petra *de fideicommiſſ. d. quæſt.* 11. *num.* 163. vbi etiam probat, quòd quando filio decedenti ſine liberis, frater, & eius filij ſunt ſubſtituti, cùm adeſt aliquis tractus temporis ad faciendum fideicommiſſum, ſed ſola vulgaris ineſſe dicitur, allegat etiam Ruin. *in conſil.* 159. *numer.* 9. & quòd ſubſtitutio vulgaris poteſt fieri ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, probaui ſuprà *numer*.... ergo ſubſtitutio reciproca non poteſt dici mixta cum compendioſa ad faciendam fideicommiſſariam.

Septimus caſus eſt, vbi teſtator inſtitutis filiis maſculis, feminas dotari iuſſit, & dictis maſculis inſtitutis ſubſtituit proximiores de cognatione, addita ratione, quia vult bona in agnatione ſua con-
ſeruari, tunc ſubſtitutio † dicitur fideicommiſſa- 37.
ria ad fauorem agnationis. Socin. *in l. qui Romæ.* §. *coheredes. num.* 18. *ff. de verb. obligat. & in conſil.* 12. *numer.* 18. *volum.* 3. Decian. *in conſil.* 23. *numer.* 4. Curt. iun. *in conſil.* 22. *numer.* 19. *& in conſil.* 43. *circa finem*, vbi dixit pro hac parte ſtare nouem illa

funda

fundamenta, quæ adducit Socin. *in conſil.* 227. *circa princip.* Item quòd vbicunque teſtator habet rationem agnationis, inducatur fideicommiſſum inter illos de agnatione. Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum*, *quæſt.* 5. *numer.* 46. Mantic. *lib.* 6. *titul.* 14. *numer.* 24. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 10. *numer.* 4. *fol.* 248. & tunc omnes de agnatione cenſentur vocati vnus poſt alium.

Ego etiam in hoc caſu ſum in contraria opinione, quia vocando proximiores, & ſic per nomen collectiuum, non adiunxit verba tractum temporis in futurum ſignificantia, ideo proximiores intelliguntur de tempore euenientis conditionis exiſtentes, & ita per vulgarem, non autem per fideicommiſſum, ſicut probaui ſuperiùs de deſcendentibus. Item
38. quia ratio conſeruandæ † agnationis eſt habenda ſolùm in caſibus à teſtatore promiſis, non in cæteris, Peregrin. *artic.* 29. *num.* 39. Item quia agnationis fauore non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones, Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 6. *& ſeq.* Debet igitur attendi ſolùm in caſu à teſtatore expreſſo, & non aliter, Alex. *in conſil.* 139. *num.* 3. *vol.* 6. & ita in caſu quo proximiores de agnatione exiſtentes tempore euenientis conditionis ſuccederent per vulgarem, Socin. *in conſil.* 62. *num.* 19. *verſ. obſtat etiam quarta, & verſ. præterea quando. vol.* 3. Sed an teſtator idem voluerit, poſt dictos primos proximiores admiſſos, hoc non expreſſit, quia non addidit verba ſignificantia tractum temporis in futurum, ideo cùm non conſtet, diuinare non debemus, & ita ſcripſi in caſu validè ſimili *in voto* 112. *num.* 28. Quibus ſcriptis addo, quòd idem dixit Socin. *in conſil.* 116. *num.* 4. *verſ. quæ omnino non obſtant. vol.* 3. Dec. *in conſil.* 287. *num.* 9. *verſ. non obſtat*, vbi ponit exemplum in ſtatuto excludente feminas,

QVÆSTIO XXV.

De pacto de ſuccedendo, per quatuor articulos diuiſa.

1. An & quando pactum de ſuccedendo inducat votum captandæ mortis.
2. An & quando pactum de ſuccedendo adinuicem, & reciprocè ſit validum.
3. An conuentio de ſucceſſione viuentis conſentientis poſſit per ipſum conſentientem reuocari.
4. An pactum quòd ſuccedat primogenitus ſit validum.

ARTICVLVS I.

An, & quando pactum de ſuccedendo inducat votum captandæ mortis.

SVMMARIA.

1. *Pacta futuræ ſucceſſionis vtroque iure ſunt prohibita.*
2. *..ſunt contra bonos mores, quia votum captandæ mortis inducunt.*
3. *Pactum de ſuccedendo alteri etiam cum iuramento non valet.*
4. *Iuramentum contra bonos mores non eſt obligatoriũ.*
5. *Mores de iure ciuili ſunt etiam de iure Canonico ſi non ſunt ab eo emendati.*
6. *Pactum de ſuccedendo etiam ad fauorem piæ cauſæ cum iuramento non valet.*
7. *Pia cauſa habet priuilegia militibus conceſſa.*
8. *Eccleſia debet abhorrere ſpem ſuccedendi per pactum.*
9. L. miles. C. de pact. *loquitur de pacto reciproco.*
10. *Pactum de ſuccedendo factum cum authoritate Principis valet.*
11. *Principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt facere pactum de ſuccedendo.*
12. *Princeps poteſt conſentire ſuper pacto de ſuccedendo in feudalibus.*
13. *Pactum de ſuccedendo ſuper certis bonis hæreditariis, vel ſuper quota ipſius, eſt validum.*
14. *..contrarium eſſe verius, probatur.*
15. *Succeſſionis modis ſtabilitis de iure, nemo poteſt alium introducere.*
16. *Hæreditas pactionibus dari non poteſt, etiamſi ſuperſint bona pro faciendo teſtamento.*
17. *Stipulatio poteſt concipi poſt mortem, ſiue in ipſo mortis articulo.*
18. *Bartol.* in conſil. 72. *declaratur.*
19. *Conuentio inter patrem, & filios de hæreditate certo modo diuidenda habet vim vltimæ voluntatis.*
20. *Pactum, & conuentio ſimplex de quota hæreditatis, non valet.*
21. *Diſpoſitio de bonis poſt mortem, eſt introducta per gratiam.*
22. *Princeps conſentiendo ſuper particulari ſucceſſione in feudalibus facit gratiam.*
23. *Promiſſio inter viuos, quòd bona promittentis poſt mortem ad alium pertineant, quare ſit valida.*
24. *..& hoc non dicitur pactum de futura ſucceſſione.*
25. *..& Fachinei opinio contraria reprobatur.*
26. *Pactum de ſuccedendo per ſtatutum, vel conſuetudinem poteſt fieri validum.*
27. *..ita vt ſemper remaneat reuocabile.*
28. *Pactum de non ſuccedendo eſt validum, quia non inducit votum captandæ mortis, nec impedit liberam teſtandi facultatem.*
29. *Renuntians hæreditati, poteſt hæres inſtitui.*
30. *Pactũ de non ſuccedendo negatiuũ, & de ſuccedendo affirmatiuum, vtrumque eſt validum accedente conſenſu illius de cuius hæreditate agitur.*
31. *Pactum de non ſuccedendo negatiuum firmatur iuramento.*

REGVLARITER omnia pacta † futuræ ſucceſſionis, vtroque iure prohibita ſunt, quia contra bonos mores, 1.
ideo votum captandæ inducunt, vt notant omnes Canoniſtæ *in cap. quamuis. de pact. lib.* 6. & Doctores *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* per text. *l. licet. & l. pactum quod dotali, & l. final. C. de pact. & l. pactum dotali. C. de collat. l. ex eo. C. de inutilib. ſtipulat. l. eùm donationes. C. de tranſact. l. hæreditas. C. de pact. conuent.* Contra bonos † 2.
mores dicuntur, quia votum captandæ mortis inducunt, *d. l. ex eo. & cap. ne captandæ, & cap. deteſtandæ. de conceſſ. prabend. lib.* 6. *l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. l.* 1. *verſ. non iniquis. C. de pact.* Item *l. quidam in iure.* §. *final. & l. ſeq. ff. de donat.* vbi per ſolam feſtinationem præmaturam, contra bonos mores feciſſe dicimus. Itaque contra bonos mores dicenda ſunt, non ſolùm quòd auferunt liberam teſtandi facultatem, ſed etiam quia præmatura feſtinatio acquirere volentis, detegat animi improbitatem, &

& intelligo hunc articulum de pacto ſuccedendi ſimpliciter, non autem reciprocè facto, vt plures ex modernis confundunt terminos & allegationes, & de reciproco tractabo in ſequenti articulo, pro nunc in caſu *l. pactum quod dotali. C. de pact.* vbi pater promiſerat filiæ illam hæredem facere. Item in caſu *l. hereditas. C. de pact. conuent.* vbi vxor promiſerat marito poſt eius mortem bona ſua ad illum pertinere. Et pro declaratione huius articuli plures caſus conſidero.

3. Primus eſt, pactum de ſuccedendo alteri, † etiam ſi iuramentum interuenerit, nullius eſt efficaciæ, ita firmarunt gloſſ. *in d. l. pactum dotali. C. de collat.* Bartol. & cæteri *in d. l. final. C. de pact.* Iaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* vbi *numer.* 1. probat eſſe communem concluſionem Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum, Couar. *in cap. quamuis. in 2. part. in initio numer. 2. de pact. lib. 6.* Tiraquell. *de iure primogenit. quæſt. 6.* Craſſ. *in §. ſucceſſio quæſt. 9. numer. 7.* vbi atteſtatur de magis communi, & ita etiam Gabriel *in tit. de pact. concluſ. 1. num. 11.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 18. numer. 197.* Viuius *in opinionib. commun. lib. 1. verb. pactum, numer. 5.* Seraphin. *de priuilegiis iuramenti cap. 20. per totum,* vbi diſputat ad partes, & hanc defendit, vt magis communem reſpondendo contrariis, & eſt recepta in tribunalibus, Capell. Tholoſ. *deciſ. 453. numer. 2.* Andr. Gaill *lib. 2. obſeruat. 126.* Cacheran. *deciſ. 110.*
4. *numer. 12.* Quia cùm ſit contra bonos † mores impedire teſtamenti factionem, *d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* imitat regula *cap. non eſt obligatorium. de regul. iur. lib. 6.* vbi quòd non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, quæ regula non eſt reſtringenda contra bonos mores iuris Canonici, vt multi excogitarunt, quia illa regula debet verificari in pluribus, & ideo tam de iure Canonico, quàm ciuili.
5. Item quia iſti boni mores † conſiderati de iure ciuili, ſunt etiam de iure Canonico, cùm ab eo emendati non fuerint, vt not. *in l. 1. de noui oper. nuntiat.* & hunc intellectum generalem *d. cap. non eſt obligatorium*, probant Fachin. *in controuerſ. 72. lib. 8.* & Seraphin *in d. priuileg. 20 num. 17.* & latiùs hunc caſum probat Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. num. 195. & ſeq.*

Secundus caſus eſt, huiuſmodi pactum futu-
6. ræ † ſucceſſionis non valet, etiam ſi iuratum fuerit, fauore piæ cauſæ, & ita firmarunt, Bald. *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Roman. *in Auth. ſimiliter in 7. ſpeciali. C. ad leg. falcid.* Socin. *in l. licet, & in l. pactum quod dotali. C. de pact.* Alexand. *ibi col. 2. & in conſil. 152. vol. 6.* Iaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, column. 3. de verb. obligat.* Felin. *in cap. in præſentia. col. 22. de probat.* Natta *in capit. 2. de pact. lib. 6.* Calcan. *in conſil. 13.* quos refert, & ſequitur Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 3. numer. 24.* & alij, per Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 105.* Seraphin *de priuileg. iuramenti capit. 20. nu-*
7. *mer.* 30. Neque obſtat, quòd pia † cauſa habeat priuilegia militum, vt replicant moderni, allegantes Socin. *in conſil. 44. numer. 8. volumin. 2.* Sed milites poſſunt ita de ſuccedendo paciſci. *d. l. licet,* & *ibi* communiter omnes, *C. de pact.* Quia Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, ideo debet abhorrere hu-
8. iuſmodi ſpem † ſuccedendi pluſquam priuatus, vt dicunt Aquenſ. *in d. l. final. numer. 10.* & Bolognett. *numer. 30. C. de pact.* Item quia text. *d. l.*
9. *licet*, loquitur de pacto reciproco inter milites, † quòd faciliùs admittitur, quia habet vim permutationis, vt ſcribam in ſequenti articulo; nec ſunt confundendi termini à pacto ſimpliciter facto ad pactum reciprocum de ſuccedendo adinuicem.

Declarantur iſti caſus, vt pactum † de ſucce- 10.
dendo factum cum authoritate Principis ſit validum, Dec. *in conſil. 655. numer. 19.* Zaſius *in conſil. 2. numer. 41. lib. 2.* Gabriel *in tit. de pactis concluſ. 1. numer. 8.* Menoch. *in conſil. 815. numer. 12. vol. 9.* dummodo dicti Principes habeant authoritatem legis condendæ in eorum ſtatibus, quia propterea
ipſimet Principes † ita paciſci poſſunt, vt fir- 11.
marunt Purpurat. *in d. l. final. numer. 220. C. de pact.* Zaſius *in d. conſil. 1. numer. 20. & ſeq. lib. 2.* & alij relati per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 51. numer. 34.* & per Gabriel. *de pactis concluſ. 1. numer. 5.* Sed hæc ratio à modernis aſſignata non videtur recipienda, quoniam etiam ipſi Principes debent viuere ſecundùm leges. *l. digna vox. C. de legib.* & ſi huiuſmodi pactum non valet ad fauorem Eccleſiæ, quia eſt cultrix iuſtitiæ, & magis quàm priuatus, huiuſmodi ſucceſſionem abhorrere debet, vt ſcripſi in ipſo caſu; ergo & ipſi Principes propter eandem rationem. Aliud eſt, quando ipſi
Principes † ſuper huiuſmodi pactis præſtant con- 12.
ſenſum, vt ſuper feudalibus loquitur Menoch. *in d. conſil. 815. numer. 12.* qui conſenſus ſemper habet clauſulam, iuribus alienis ſemper ſaluis, & ita de iure ſubintelligitur citra præiudicium tertij, & nihil prohibet, quominus feudalia ex pacto ad aliquem pertineant. *cap. 1. §. moribus. ſi de feud. defuncti*, &c.

Tertius caſus eſt, † quando pactum, & con- 13.
uentio de ſuccedendo fit ſuper certis bonis particularibus hæreditariis, ſiue de quota ipſius, tunc eſſe validum firmarunt Oldrad. *in conſil. 139.* Bartol. *in conſil. 72.* Iaſ. *in d. l. final. numer. 8. C. de pact. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. verſ. Tertiò principaliter.* Dec. *in conſil. 578. numer. 7.* vbi ad hoc probandum allegat Petr. Bald. & Cyn. *in d. l. fin.* Aufret. *in additionibus ad Capell. Tholoſ. ſuper deciſ. 452.* Ruin. *in conſil. 13. numer. 3. volum. 2.* Grat. *in conſil. 19. nmmer. 13. vol. 1.* & hanc eſſe communem opinionem probant Villalobos *in ſuis communibus ſub litera P. numer. 3. & ſeq.* Item Ioan. Dilect. *de arte teſtandi, titul. 2. cautela 10. numer. 2.* dictum pactum eſſe validum, ſi fieret ſuper certis bonis ſingulariter expreſſis ſub nomine bonorum, non autem ſub nomine quotæ hæreditatis, per text. *l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donationib.* Bartol. *in d. l. fin. numer. 11. & ſeq. C. de pact.* vbi concludit, quòd ſi aliquis promittat, vel donet bona ſua poſt mortem, valet huiuſmodi promiſſio, vel donatio, ſiue ſit donatio cauſa mortis, ſiue inter viuos; ſecus eſt ſi quis promitteret, vel donaret poſt mortem ſuam hæreditatem ſuam, vel omnia bona ſua præſentia, & futura, vel promittat, quòd erit hæres, aut ſuccedat, tunc enim non valebit, cùm tollat liberam teſtandi facultatem, & inducat votum captandæ mortis, & pro hac opinione plurimos allegat Cacheran. *in deciſ. 100. numero 25.*

Contrariam opinionem ego exiſtimo † eſſe 14.
veriorem, quia cùm de iure certi modi ſtabiliti fuerint, per quos nobis licitum eſt de bonis noſtris diſponere poſt mortem, puta teſtamentum, codicillus, donatio cauſa mortis, legatum, & fideicommiſſum. Item cùm certi etiam mo-
di † ſuccedendi ab inteſtato ſtabiliti ſint, puta iure 15.
ſanguinis per leges XII. tabularum, vel per edicta ab inteſtato, non eſt licitum nobis alios modos propria authori

authoritate ſtabilire, præſertim poſt mortem, quando dominium noſtrum eſt extinctum, & gratia nobis facta à lege per ſuos modos inuentos, ad alios ex noſtro capite excogitandos, trahere non debemus. Et ideo particulariter deciſum fuit, vt hæredi-
16. tas † pactionibus dari non poteſt, propter quam rationem, nõ militabit argumentũ à ceſſante ratione, ita vt ſi remaneant bona hæreditaria, de quibus diſpoſitio fieri poſſit; ergo pactum huiuſmodi non eſt improbandum, quia adhuc ſuper bonis per pactum diſpoſitis locum habet regula *d. l. hæreditas.* Item quæ allegata ſunt in contrarium, ex Oldrado *in conſil.* 139. & Iaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.* 8. non pertinent ad hunc caſum de quo agimus, quia loquuntur in caſu *l. ſcrupuloſam. C. de contrah. & committ.*
17. *ſtipulat.* nimirum quia poteſt concipi ſtipulatio † ſiue poſt mortem, ſiue in ipſo mortis articulo, & ideo *in d. l.* 1. *C. vt action. ab hered. & contra hered.* diſponitur, vt executio dictæ ſtipulationis incipiat
18. ab hæredibus. Neque doctrina Bartol. † *in d. conſil.* 72. pertinet ad hunc caſum, prout malè Dec. *in d. l. pactum quod dotali, num.* 10. *verſ. ſecundò limitatur,* ſcribit; ibi enim agit de conuentione bonorum in vniuerſo, videlicet quòd bona paterna, & materna non perueniant ad certum genus perſonarum. Item conuentio erat facta inter paciſcentes ſuperiorem non recognoſcentes, & quòd pacta illa legis vim, & poteſtatem habere voluerint, vt diffuſè Gaill *obſeruat.* 127. *num.* 8. *& ſeq. part.* 2. Nec eſt vera doctrina Ioan. Dilecti *de arte teſtandi. in d. cautela* 10. *num.* 2. quia text. quem allegat *in d. l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donationibus,* loquitur de donatione, & de contractu, videlicet, quando quis bona alicui in caſu mortis promittit, ita vt habeat locum titulus *C. vt act. ab heredib. & contra heredes.* Sed nos loquimur de ſimplici, & nudo pacto ſucceſſionis bonorum, ſi tamen inter patrem, & filios fieret huiuſmodi nuda conuentio, vt inter d. filios patris
19. hæreditas certo modo diuidenda † eſſet, hæc conuentio non eſt inter viuos, ſed vltimæ voluntatis vim habet, & etiam ſi iurata fuerit à patre poterit reuocari, vt probat Vaſquius *in d. lib.* 2. §. 18. *numer.* 20. *& ſeq.* & ita iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 3. *tit. Diuiſio. cap. cùm inter.*
20. Et quòd pactum & conuentio ſimplex † de quota hæreditatis ſit penitus nulla, firmarunt Bald. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta,* Decian. *in conſil.* 31. *numer.* 64. *& plur. ſeq. vol.* 1. Honded. *in conſil.* 40. *numer.* 9. *vol.* 1. qui alios allegat, Gabriel *de pactis, d. concluſ.* 1. *numer.* 10. Cacheran. *in d. deciſ.* 100. *numer.* 26. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 51. *numer.* 26. *& ſeq.* vbi probat eſſe communem opinionem. Item quòd pactum & conuentio ſimplex de ſuccedendo in certis bonis non valeat, Alexand. *in conſil.* 28. *numer.* 11. *vol.* 3. Dec. *in conſil.* 63. *in fin.* Alciat. *in conſil.* 74. *numer.* 7. *& conſil.* 118. *lib.* 8. *& conſil.* 8. *numer.* 17. *& ſeq. lib.* 9. Menoch. *in conſil.* 85. *numer.* 30. *vol.* 1. Decian. *in conſil.* 48. *numer.* 22. *vol.* 2. Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 6. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 17. *numer.* 16. *& in* § 18. *num.* 204. *& ſeq.* dicit rationem eſſe, quia olim diſpoſi-
21. tio † de bonis ſuis poſt mortem erat de genere prohibitorum, gloſſ. *in l. inſtitutio. ff. de hæred. inſtit.* quia poſt mortem deſinebat eſſe dominus, & conferendo ſuam diſpoſitionem poſt mortem, perinde erat ac ſi inter viuos diſponeret de rebus alienis, ſed poſtea permiſſum fuit ex gratia, vt *l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* nimirum per certos modos ſollemnes à iure excogitatos, vt dixi, ideo præter eos nulla obligatio contrahitur, aduerſùs eum, de cuius ſucceſſione agebatur, prout dicitur *in d. l. pactum quod dotali. C. de pact.* ſiue agatur de re vniuerſali, ſiue particulari, prout etiam ita arguit Alciat. *in d. conſil.* 74. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 8.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in rebus feudalibus, quoniam omnia feudalia ſunt ad diſpoſitionem Principis, qui conſentiendo ſuper particulari † ſucceſſione, & modo ipſius facit gratiam. 22.
Andr. *in cap.* 1. §. 1. *de inueſtit. de re alien. fact.* & poteſt mutare antiquam inueſtituram ſi vult, & inducere nouam formam in ſuccedendo, & ideo pactum de ſuccedendo in feudalibus, accedente conſenſu Principis directi domini, eſt validum, vt probat Menoch. *in d. conſil.* 815. *vol.* 9. & ſcribam *in* 3. *articulo huius quæſt.*

Quartus caſus eſt, vbi quis † inter viuos pro- 23.
mittit quòd bona ſua ad aliquem peruentura ſint vigore alicuius tituli, vel donationis, vel permutationis, vel alterius habilis inter viuos ad transferendum dominium, reſeruata executione dictæ promiſſionis poſt mortem promittentis, tunc hoc pactum non dicitur de futura ſucceſſione, 24.
quoniam fundatur in perſona promittentis, & eſt validum, ſicut ſunt omnia pacta, & conuentiones huiuſmodi, per regulam *l.* 1. *C. vt act. ab hæred. & contra hæred.* & hanc ſententiam firmarunt Bartol. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. & in l. final. numer.* 11. *C. de pact. & in conſil.* 212. *part.* 1. Curt. iun. *in conſil.* 15. *col.* 2. *& ſeq. & in conſil.* 81. *numer.* 3. vbi probat eſſe communem concluſionem Cacheran. *in d. deciſ.* 100. *numer.* 24. vbi bene probat Burſat. qui plurimos refert, *in conſil.* 136. *numer.* 7. *& ſeq. vol.* 2. Simon de Pret. *in conſil.* 123. *numer.* 10. Nec eſt recipienda † opinio Fachinei contrarium ſentientis *in lib.* 25.
5. *controuerſ.* 85. qui mouetur per *l. hæreditas. C. de pact. conuent. in verſ. intelligis nulla te actione poſſe conuenire hæredes, vt tibi reſtituantur, quæ nullo modo debentur.* Per quæ verba dicit manifeſtum eſſe, promittentem noluiſſe obligare hæredem ſuum, & tamen pactum non valet; quia reſpondetur, in caſu *d. l. hæreditas,* actum eſſe, vt bona poſt mortem mulieris ad alium pertinerent, ita quòd verba expreſſa ſunt reſpectu ſucceſſionis bonorum, per quæ excludebatur omnis ſucceſſio; ſed in iſto caſu, promiſſio eſt fundata in perſona promittentis, exequenda ab ipſius hærede, & nihil impedit, quin non obſtante dicta promiſſione, poſſit habere quem velit hæredem, vel ei ab inteſtato proximior ſuccedat, à quo hærede ipſa actio, actiuè, & paſſiuè executionem habeat.

Declaratur iſte articulus, vt per ſtatutum, † 26.
vel conuentionem introduci poſſit, vt pactum de ſuccedendo valeat in vim vltimæ voluntatis, quoniam iſti mali mores tollendi liberam teſtandi facultatem non ſunt de iure naturæ, ſed de iure ciuili ita explicati. Quamobrem poſſunt ab alio iure ciuili ita limitari, & declarari, reſpectu loci, in quo conſuetudo vim legis habeat, aut ſtatuentium poteſtas non deficiat, & hanc opinionem firmarunt poſt alios ab eiſdem relatos, Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 6. *numer.* 23. Craſſ. *in §. ſucceſſio. quæſtion.* 4. *numer.* 8. vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem, Cacheran. *d. deciſ.* 100. *numer.* 34. *& ſeq.* Theſaur. *d. deciſ.* 225. *numer.* 13. quia ſicut ipſa lex ciuilis ſuper hoc in militibus derogauit. *d. l. licet. C. de pact.* ita ſtatuta, & conſuetudines poſſunt ſuper hoc de cætero derogare,

27. derogare, ita vt per ſtatutum admiſſa, † reuoca-
biliter approbata ſint. Theſaur. *d. deciſ. 225. nu-
mer.* 13.

Declaratur etiam articulus in pacto de non ſuc-
cedendo, in quo ceſſant omnes rationes prohibitio-
28. nis, † quia non ſolùm non inducitur, ſed per ipſum
excluditur votum captandæ mortis, Bald. *in d. l. fin.
num. 9. C. de pact.* Neque tollit liberam teſtandi facul-
29. tatem, quia ſi is qui renuntiauit † hæres inſtitua-
tur, ſuccedit non conſtante pacto. Bart. *in l. ſtipu-
latio hoc modo concepta, num. 4. ff. de verb. obligat.* &
ibi Iaſ. *num.* 13. Crot. *num.* 41. Alex. *num.* 8. qui alios
allegat, Gabriel *de iure dot. concluſ.* 1. *num.* 26. latiùs
per Vaſquium *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 18. *num.* 138. Sed
difficultas eſt, an ſuper hoc pacto de non ſucceden-
do factum ad beneficium tertij requiratur conſen-
ſus eius, cuius hæreditati renuntiatur, quod videtur
dicendum, quia reſpectu dicti tertij, cui fit renuntia-
tio, dicitur pactum de ſuccedendo, quod nullatenus
valet, etiam accedente iuramento, Alex. *in d. l. ſti-
pulatio hoc modo concepta, num.* 12. Reſpondet Surd.
30. *in conſil.* 133. *numer.* 3. *vol.* 1. quòd ſi conſenſus eſſet †
neceſſarius ad validitatem pacti de non ſucceden-
do, nulla eſſet differentia inter pactum de ſucce-
dendo, & pactum negatiuum de non ſuccedendo,
quia etiam pactum affirmatiuum valet, quando in-
terueniт conſenſus illius, de cuius ſucceſſione agi-
tur, vt firmant Doct. *in d. l. fin. C. de pact.* Iaſ. *num.* 7.
& alij allegati per Surd. Sed eſt magna differentia,
quia pactum de ſuccedendo affirmatiuum non va-
let, etiam accedente iuramento, vt probaui in ſe-
31. cundo caſu; ſed pactum de non ſuccedendo † ne-
gatiuum firmatur iuramento, etiamſi non interue-
nit conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur,
cap. quamuis, & *ibi* omnes Doct. *de pact. lib.* 6. Doct.
in l. pactum dotali. C. de collat. vbi reprobant *ibi* gloſſ.
contrarium tenentem Doctor. *in l. fin. C. de pact.*
Bart. *num.* 9. & eſt communis opinio, vt ibi per Doct.
num. 5. Curt. iun. *num.* 44. & latiùs probat Vaſquius
in d. §. 18. *num.* 64. *& plur. ſeq.* Conueniunt igitur
huiuſmodi pacta, quia ambo ſunt valida acceden-
te conſenſu illius; differunt verò, quia affirmati-
uum non firmatur iuramento, negatiuum firmatur.
Nec eſt verum quòd pactum de non ſuccedendo
factum tertio, tranſeat in naturam pacti de ſucce-
dendo, quia d. pactum negatiuum eſt renuntiatio,
& abdicatio iuris renuntiantis ad beneficium illius
cui fit renuntiatio, ideo eſt contractus qui habet
validitatem inter viuos, nec poteſt tranſire in natu-
ram pacti de ſuccedendo à iure reprobati. Item ille,
ad cuius beneficium fit dictum pactum de non ſuc-
cedendo, non dicitur ſuccedere illi, cuius hære-
ditati eſt renuntiatum, ſed capit à renuntiante,
cui priùs defertur, & ab ipſo renuntiante trans-
fertur.

ARTICVLVS II.

An, & quando pactum de ſuccedendo adinuicem, & reciprocè ſit validum.

SVMMARIA.

1. *Pactum viciſſitudinarium, & reciprocum de ſucce-dendo, tollit votum captandæ mortis.*
2. *.. & quomodo fiat huiuſmodi pactum.*
3. *.. & eſſe validum qui Doctores affirmarunt.*
4. *Fratres poſſunt reciprocè paciſci ſuper certis bonis, quòd altero præmoriente ſine filiis, alter ſucce-dat.*
5. *.. etiam in feudalibus, excluſis feminis.*
6. *.. & interueniente ſuperioris conſenſu.*
7. *Pactum reciprocum de ſuccedendo inter coniuges, eſt validum.*
8. *Teſtamentum reciprocum, & inſtitutio viciſſitu-dinaria poteſt fieri inter coniuges.*
9. *.. ſed teſtamentum eſt reuocabile.*
10. *Agnati, & affines poſſunt paciſci, quòd altero præmoriente bona ad alterum pertineant.*
11. *.. dummodo conuentio ſit facta ſuper bonis parti-cularibus.*
12. *Pactum & conuentio de ſuccedendo in feudalibus non nocet agnatis.*
13. *Agnatus poteſt reuocare pactum & conuentio-nem de ſuccedendo in feudalibus cum aliis agnatis.*
14. *.. etiamſi ſciuerit conuentionem, & non contra-dixerit.*
15. *Agnatus reuocat conuentionem factam contra ius feudale.*
16. §. Titius. ſi de feudo defuncti, *quomodo in-telligatur.*
17. *Agnatus non contradicens infra annum, non vi-detur conſentire.*
18. *Præſcriptio annalis non currit, niſi ſpecificè ſit expreſſa.*

I LLA regula, quòd hæreditas pacto
dari non poſſit, de qua *in l. heredi-
tas. C. de pact. conuent.* non habet lo-
cum in pacto viciſſitudinario, & re-
ciproco, † quoniam reciprocatio tol- 1.
lit votum captandæ mortis. Nec debet dici pactum
de futura ſucceſſione, ſed potiùs contractus con-
ditionalis, quando † duo adinuicem ſibi promit- 2.
tunt, quòd præmoriente altero ſine filiis, bona ad
alterum pertineant, quoniam permutationis vim
habent. Item quia magis venditioni, quàm dona-
tioni comparantur. Item quia in ipſis ſola incerti-
tudinis ratio, & dubius euentus conſideratur,
gloſſ. *in l. quod autem. §. ſi vir, & vxor, in ver. dona-
tionum. ff. de donat. inter vir. & vxorem.* Hanc conclu-
ſionem firmarunt † Oldrad. *in conſil.* 139. Ioan. 3.
Andr. *in addit. ad Specul. tit. de inſtrument. edit. §. porrò,
numer. 5. in verbo minus*, vbi atteſtatur ita fuiſſe iu-
dicatum, Dec. *in conſil.* 655. *num.* 9. *& ſeq.* Natta *in
conſil.* 474. *num.* 1. *& num.* 8. & hæc ſententia vſu re-
cepta fuit in tribunalibus, Boër. *deciſ.* 355. *num.* 2.
& ſeq. Cacheran. *in deciſ.* 100. *numer.* 1. *& ſeq.* Andr.
Gaill *obſeruation.* 126. *part.* 2. Sed vt rticulus cla-
rior, & copioſior appareat, probemus ipſum per
diuerſos caſus in practica recepros.

Primus caſus eſt, vbi duo fratres † adinuicem 4.
promittunt, quòd altero decedente ſine filiis bona
alterius morientis ad alterum tranſeant, iſta pro-
miſſio reciproca eſt valida, quia eſt conuentio bo-
norum reciproca collata poſt mortem, nec tollit
liberam teſtandi facultatem, cùm talis obligatio
incipiat à perſonis hæredum, ita probat Bartol. *in
conſil.* 204. *part.* 1. quod incipit, *promitto tibi, & tu
mihi*, quæ doctrina eſt communiter approbata, vt
probat Curt. iun. *in conſil.* 15. *& conſil.* 81. & alij plu-
res ad hoc relati per Andr. Gaill *in d. obſeruat.* 126.
part. 2. dummodo aliqua bona ſuperſint, in quibus
poſſint habere hæredes, vt declarat Socin. *in con-
ſil.* 143. *num.* 1 *vol.* 1.

Secundus caſus eſt, duo fratres habentes feuda
hæreditaria

hæreditaria poſſunt inter ſe paciſci, quòd altero
5. eorum decedente ſine filiis maſculis, ſuccedat † alter, vel alterius filij maſculi, ſemper excluſis feminis. quam conuentionem eſſe validam firmarunt Bartol. *in conſil.* 72. Andr. *in cap.* 1. §. *nam & illud. numer.* 4. *verſ. hoc idem. de eo qui ſibi & hered. ſuis.* Gozadin. *in conſil.* 87. Iaſ. *in conſil.* 211. *col.* 5. *verſ. ad idem, vol.* 4. *& in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. antepen. verſicul. tertiò principaliter. ff. de verb. obligat.* Pariſ. *in conſil.* 72. *numer.* 18. *vol.* 4. Tiraquell. *de iure primog. quæſt.* 16. Alba *in conſ.* 461. VVeſembec. *in conſ.* 1. Rouit. *in conſil.* 2. *numer.* 1. Capyc. *in inueſtit. in ver. quod feminæ nunquam ſuccedant*, Afflict. *in cap.* 1. *numer.* 22. *de filiis natis ex matrimon. ad morgan. contracto.* Loffred. *in conſil.* 14. *numer.* 24. *verſicul. quia imò*, & alij ad hoc allegati per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 51. *numer.* 36. *& ſeq.*

Declaratur iſte caſus, vt multo magis procedat
6. interueniente ſuperioris conſenſu, † Curt. iun. *in conſil.* 1. *numer.* 22. *verſ. quarta concluſio*, Zaſ. *in conſ.* 1. *numer.* 38. *verſ. tandem*, *& numer.* 41. *& ſequent. volum.* 2. Dec. *in conſil.* 516. *numer.* 8. Loffred. *in conſil.* 39. *in princip. & numer.* 5. Andr. Gaill *in d. obſeruat.* 127. *num.* 5. *& ſeq. part.* 2. Craſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato. quæſt.* 16. *in fine.*

7. Tertius caſus eſt, pactum † reciprocum de ita ſuccedendo, inter coniuges eſt validum, *l. quod autem.* §. *ſi vir. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Iaſon *in l. ſi pater puellæ, numer.* 1. *C. de inoffic. teſtament.* vbi allegat Cyn. Bald. Salyc. & Paul. de Caſtr. atque probat donationem reciprocam factam inter coniuges, ſi contingeret alterum priùs præmori, eſſe validam propter viciſſitudinem, & reciprocationem, & quia non impedit teſtamenti factionem, neque hæredis exiſtentiam, & hanc etiam comprobant, Cacheran. *in d. deciſion.* 100. *numer.* 3. & Andr. Gaill *in d. obſeruat.* 126. *part.* 2.

8. Item quia † coniuges in eodem teſtamento poſſunt ſe reciprocè hæredes inſtituere, vt in multis locis fuit iudicatum, de quo *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titulo Teſtamentum. cap.* 53. vbi etiam quòd dicta mutua, & reciproca diſpoſitio non
9 impedit † ipſum teſtamentum poſſe reuocari, & quomodo iſta conuentio reciprocæ ſucceſſionis inter coniuges ſit validum, & ita in plurimis tribunalibus fuerit iudicatum, vide *in Digeſt. Nouiſſim. tomo.* 5. *tit. Succeſſio. cap. Pactis igitur.*

Quartus caſus eſt. Pactum reciprocum factum
10. inter affines, † & agnatos, quòd altero eorum præmoriente ſine liberis, bona ad ſuperſtitem vel eius liberos, & deſcendentes titulo donationis pertineant, eſt validum, vt firmarunt, Oldrad. *in d. conſil.* 139. *numer.* 1. Bartol. *in d. l. final. numer.* 11. *verſ. tu dic. C. de pact.* & pleniùs *in conſil.* 212. *part.* 1. Paulus de Caſtr. *in l. ex hac ſcriptura, numer.* 4. *ff. de donationib.* Iaſ. *in conſil.* 5. *volum.* 3. *& in conſil.* 173. *numer.* 4. *volum.* 4. Dec. *in conſil.* 516. Zaſ. *in conſil.* 1. Ruin. *in conſil.* 140. *volum.* 1. Gabriel *in conſil.* 137. *numer.* 15. *volum.* 1. *& in conſil.* 136. *numer.* 1. *volum.* 2. & alij plures ad hoc allegati per Menoch. *in conſil.* 1126. *vol.* 12.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando huiuſmodi conuentiones non ſunt factæ de omnibus
11. bonis, ſed de certis † particularibus, quia ſuper aliis poſſunt dicti paciſcentes habere hæredes, & ita loquuntur præfati Doctores, tunc enim ceſſant rationes *d. l. final. C. de pact. & d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* propter quas etiam donatio omnium bonorum eſt prohibita.

Item quia ſi de omnibus bonis tranſiret in naturam pacti de futura ſucceſſione à lege improbati, cùm nullus poſſet ſupereſſe hæres. *l. lex Cornelia. ff. de vulgari, & pupill.* vbi qui non habet bona, non poteſt habere hæredem, & ceſſaret diſpoſitio *d. l.* 1. *C. vt actiones ab heredibus, & contra heredes*, propter quam dictam conuentionem eſſe validam firmarunt Bartol. & alij præfati Doctores.

Secundò declaratur, † huiuſmodi pactum, & 12.
conuentionem ſuper feudalibus non nocere agnatis, Laudenſ. *in cap.* 1. §. *Titius, numer.* 1. *& ſequent. &* 19. & 21. *ſi de feudo defuncti*, per text. *l. ſi arrogator. ff. de adoptionib.* Bald. *in l. ſi conſtante, in fin. C. de donat. ante nupt.* Cagnol. *in l. id quod noſtrum, numer.* 14. *ff. de regul. iur.* Aretin. *in conſil.* 74. *in* 3. *dubio*, Dec. *in conſil.* 107. *in fin.* Curt. *de feudis parte* 4. *numer.* 146. vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem. Doctor. omnes *in cap.* 1. *qualiter olim feud. alien. pot.* Iacobin. *in ſua inueſtitura, verb. & cum pacto, num.* 12. per text. *in cap.* 1. *de alienat. feudi*, Zaſ. *de feudis parte* 9. *numer.* 25. quia per pacta, & conuentiones agnatorum natura feudalis immutari non potuit, Zaſ. *in d. part.* 9. *numer.* 40. Bald. *in cap. primo, in princip. numer.* 7. *de alienat. feud. paterni.* Curt. *de feudis. d. parte* 4. *numer.* 125. *&* 131. *&* 146. *&* 150. text. *in cap.* 1. *de duob. fratrib. à capit. inueſt.* Iacobinus *in inueſtit. verb. & cum pacto de non alienando, num.* 34. *& in ver. & cum pacto, quod de ipſo. num.* 2. *& ſequent.* Alexand. *in conſil.* 28. *numer.* 4. *volum.* 3. Propterea agnatus † non 13.
obſtante dicta conuentione poterit, etiam repudiata illorum hæreditate, ad feudalia ſuper quibus conuentio ipſa facta fuit, ſuccedere, *cap.* 1. *an agnatus, vel filius*, Laudenſ. *in d. cap.* 1. §. *Titius, numer.* 7. *ſi de feud. defuncti controuerſ. fuer. inter dom. & agnat.* Imò etiam ſi directus dominus, & agnatus ſciuerint huiuſmodi pactum, & conuentionem, † & non contradixerint, non propterea 14.
approbaſſe dicuntur illud quod in eorum præiudicium geſtum fuit, gloſſ. *in cap.* 1. *verb. permiſſione. de prohibit. feud. alienat. per Lothar.* & ibi cæteri feudiſtæ. Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 9. *numer.* 115.

Item quia huiuſmodi pactum & conuentio de
ſuccedendo eſt contra ius feudi. † *cap.* 1. *de ſucceſſ.* 15.
feudi. ideo nullius momenti eſt, ideo nullum præſtat impedimentum. *cap. non præſtat. de regul. iur. lib.* 6. & nullo tempore poteſt conualeſcere. *l. quod initio. ff. de regul. iur.* Item text. *in d.* §. *Titius*, † dum 16.
requirit contradictionem intra annum, intelligitur aduerſùs contractum validum, quoniam intra illud tempus inueſtitura peti debet, *cap.* 1. §. *porrò. qualit. olim feud. alien. pot.* Bald. *in cap.* 1. §. *hac quoque. de ſucceſſ. feud.* Iaſ. *in l. prætor.* §. *fin. numer.* 13. *ff. de noui oper. nuntiat*, & vbi annalis præſcri-
ptio † ſpecificè non eſt expreſſa, non currit, Ti- 17.
raquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 10. *numer.* 8. *&* 10. per text. *l. meminiſſe. ff. de ventr. inſpiciend.* Quamobrem nihil eſt imputandum agnato, etiam ſcienti conuentionem ſi non contradixerit infra
annum, † quia non propterea videtur conſenſiſſe, 18.
Aluaror. *in cap.* 1. *ſi vaſallus, numer.* 4. *& ſequent. ſi de feudo fuer. controuerſ.* Iacobinus *in d. verb. & cum pacto. num.* 12. quia omni tempore etiam vſque ad triginta annos poterit contradicere, & actum retractare. Bald. *in l. data, numer.* 59. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* Salyc. *in l. ſi præſes, in fin. C. quomodo, & quando iudex.*

ARTICVLVS III.

An conuentio de ſucceſſione viuentis conſentientis poſſit per ipſum conſentientem reuocari.

SVMMARIA.

1. *Pactum, & conuentio de ſucceſſione viuentis eſt validum de conſenſu illius, cuius eſt hæreditas.*
2. *Conſenſus habetur pro præſtito per contractum factum cum altero ex contrahentibus.*
3. *Conſenſus patris præſentis habetur pro præſtito in conuentione facta inter filios.*
4. *.. præſumitur per præſentiam aliquando, etiam in iis, quæ inferunt damnum.*
5. *.. præſumitur per præſentiam deuenientis ad actum poſitiuum.*
6. *Conſenſus præſtitus ſuper conuentione hæreditatis propriæ, poteſt reuocari.*
7. *Paciſcentibus ſuper hæreditate alicuius, nullum eſt acquiſitum ius.*
8. *Iuramentum præſtitum à filiis diuidentibus de conſenſu patris, an dicatur appoſitum à patre, & num. 10.*
9. *Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.*
11. *Clauſula derogatiua facilius trahitur ad præterita teſtamenta, quàm ad futura.*
12. *Teſtamentum primum iuratum debet ſpecialiter derogari per ſecundum.*
13. *Teſtamenta duo ſi iurata fuerint attenditur ſecundum.*
14. *Teſtator an fiat periurus reuocando primum teſtamentum iuratum.*

INDVBITATI iuris eſt, pactum,
& conuentionem de ſucceſſione vi-
1. nentis, cum conſenſu † illius, cuius
eſt hæreditas, eſſe validum, *l. final.*
C. de pact. in verſ. voluntatem eius accom-
modauerit, & *ibi* Bald. *in princip.* declarat, Iaſ. *in 6.*
not. Dec. *numer. 3. & ſeq.* Rimin. *in 2. not.* Cagnol.
numer. 64. Alexand. *in conſil. 113. num. 18. vol. 6.* Me-
noch. qui multos allegat *in conſil. 1. numer. 165. col. 1.*
Surd. *in conſil. 355. num. 10 vol. 3.* Fulgoſ. *in conſil. 73.*
col. 2. Dec. *in conſil. 475. numer. 2.* Gozadin. *in conſil.*
98. num. 5. Conſenſus autem iſte, etiam tacitè præ-
ſtari poterit, quando conuentio cum eo fit, de cu-
ius ſucceſſione tractatur, gloſſ. *in l. hæreditas. C. de*
pact. conuent. & probant Menoch. *in conſil. 1. num. 163.*
vol. 1. Gabriel *in conſil. 138. num. 7. vol. 1.* Nam contra-
2. ctus † factus cum eo, qui debebat conſentire, ha-
betur pro conſenſu. *l. pen. C. de donat. inter vir. &*
vxor. Bald. *in l. imperialem, numer. 1. de prohibita feud.*
alien. per Federic. vbi quòd dominus emendo feu-
dum à vaſallo, videtur conſentire alienationi pro-
hibitæ. Afflict. *ibi num. 28. & 35.* Frecc. *in lib. 1. de*
3. *ſubfeud. quæſt. 21. numer. 1.* Idem ſi talis conuentio †
fieret inter filios patre præſente, & non contradi-
cente, *l. qui patitur. ff. mandati*, quia agitur de eius
fauore, Bartol. *in l. quæ dotis, numer. 18. ff. ſolut. matrim.*
c. is qui tacet. de regul. iur. lib. 6. & regula procedit
ſiue agamus de vtilitate vera, ſiue præſumpta. Bald.
in l. ſi ſine, in 1. quæſt. C. ad ſen. Velleian. gloſſ. *in l.*
adoptionibus, in ver. non contradicendo. ff. de adopt. quam
exiſtimat ſingularem Roman. *in ſingular. 588.* Felin.
in c. non ne. col. 5. de præſumpt. Imò conſenſus † præ- 4.
ſumitur per præſentiam, etiam in iis, quæ inferunt
damnum, niſi proteſtatum fuerit, *l. 1. C. de filiisfam.*
lib. 11. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor. §. œconomum.
Auth de non alienand. l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. l. 2. §. vo-
luntatem. ff. ſolut. matrim. d. l. ſi ſine. C. ad ſenatuſc. Vel-
leian. & hanc concluſionem probat Gozadin. *in d.*
conſil. 98. col. 2. vbi quòd filij diuidentes hæredita-
tem paternam, coram patre, dixerunt ſe id facere vt
pater reliquũ vitæ ſuæ ſine moleſtia viueret, & pater
dicta verba legi iuſſit, ideo vltra præſentiam † deue- 5.
nit ad aliquem actum poſitiuum, propterea conſen-
ſiſſe dicitur, *l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. ff. mandati. &*
d. l. qui patitur. ff. eod. tit. l. donationes. § ſpecies. ff de donat.
l. die ſponſaliorum, in princip. ff. depoſiti l. item quæritur.
§. qui impleto. ff. locati. l. Paulus. ff. rem rat. haberi. l. repre-
hendenda. C. de inſtit. & ſubſtitut. in quibus ad inducen-
dum conſenſum tacitum ſemper interuenit aliquis
actus poſitiuus.

Quòd autem iſte conſenſus † poſſit reuocari, 6.
probatur ex eadem *l. final. C. de pact. in verſ. & vſque*
ad extremum vitæ exitum perſeuerauerit. Ideo Doct.
ibi dicunt, quòd dictus conſenſus ſapit naturam vlti-
mæ voluntatis, & eſt reuocabilis vſque ad mortem,
& *ibi* Paul. de Caſtr. dicit, quòd ex tali conſenſu
nullum ius eſt acquiſitum paciſcentibus, † aliàs non 7.
poſſet in eorum præiudicium reuocari, & hanc con-
cluſionem probarunt Gozadin. *in d. conſil. 98. nu-*
mer. 4. Dec. *in d. conſil. 475. numer. 4. in fin.* allegat
Ancharan. *in conſil. 403.* Bald. *in d. l. final.* & *ibi* Ca-
gnol. *num. 64.* Surd. *in conſil. 355. num. 9. in fin. vol. 3.*
& reuocato conſenſu, quia aliter diſpoſuit, ipſo iure
reuocatur conuentio de ſuccedendo.

Declaratur iſte caſus, nam ſi fratres mandante,
& iubente patre, diuiſerunt ipſius hæreditatem
prout ipſe diſpoſuit in primo teſtamento, atque iu-
rauerunt, † tunc ipſe idem pater cenſetur dictum 8.
primum teſtamentum iuraſſe, cuius vigore diuiſio-
nem fecerunt, vt probat Gazadin. *in d. conſil 98. num.*
8. & ſeq. Quo caſu pater non poteſt reuocare con-
ſenſum præſtitum in ipſa diuiſione, & ita illud pri-
mum teſtamentum, niſi in ſpecie mentionem fece-
rit de iuramento appoſito in primo teſtamento, quo-
niam iuramentum † habet vim clauſulæ deroga- 9
toriæ ad ſequentia teſtamenta, Bart. *in l. ſi quis in*
principio. num. 15. de legat. 3. & in l. omnes populi, num.
33. ff. de iuſtit. & iur. Ioan. Andr. *in cap. quod ſemel.*
in fin. de regul. iur. lib. 6. Salyc. *in l. ſancimus, in 8. quæſt.*
C. de teſtament. & alij ad hoc allegati per Seraphin.
in tract. de priuileg. iuram. cap. 75. numer. 6. Sed opi-
nio Gozadini non eſt recipienda, quia vt iuramen-
tum habeat vim clauſulæ derogatoriæ, debet verè
præſtari ab ipſo iurante, † non autem præſumptiuè, 10.
& interpretatiuè, quia ius clauſulæ derogatoriæ
dependet à fugiendo reatu periurij, quod non in-
currit, niſi is, qui verè iurat, nec tranſit de perſona
ad perſonas. Præterea dico, quòd etiam ſi ipſe pa-
ter iuraſſet obſeruantiam conuentionis, & ſic pri-
mum teſtamentum: nihilominus ſi poſtea feciſſet
ſecundum teſtamentum, etiam iuratum, etiam nulla
facta mentione priori, illud reuocatum cenſetur,
quoniam clauſula derogatoria faciliùs trahitur ad
præterita teſtamenta †, quàm ad futura extendatur, 11.
vt probat Socin. iun. *in conſil. 124. num. 27. vol. 1.* Ad-
dentes ad Alexand. *in d. conſil. 163. vol. 7.* & licèt
Bartol. *in d. l. ſi quis in principio. numer. 15. de legat. 3.*
dicat, quòd appoſito iuramento in primo teſtamen-
to, requiritur ſpecialis illius † derogatio propter 12.
validitatem ſecundi, cuius opinionem eſſe commu-
niter,

niter receptam probat Menoch. *in præſumpt.* 166. *numer.* 64. *& ſeq. lib.* 4. Tamen Bartol. nihil ſcribit, quando etiam ſecundum teſtamentum fuerit iura-
13. tum. Quamobrem † iuramentum in ſecundo plus operari debet, ad effectum derogandi primum, tum quia primum per naturam eſt reuocabile, tum quia d.derogatoria plus trahitur ad præterita, quàm extendatur ad futura, tum etiam quia iuramentum vim habet ſpecificæ expreſſionis. Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *C. de commodato*, Roman, *in l.* 1. *§. ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* Gozadin. *in conſil.* 69. *numer.* 19. Seraphin *de priuileg. iuram. cap.* 26. & ita iuramentum in ſecundo teſtamento appoſitum habet effectum ſpecialis derogationis in primo appoſitæ. Nec
14. ad iſtum caſum pertinet, an teſtator † reuocando primum iuratum efficiatur periurus, vt ſcribit Menoch. *in d. præſumpt.* 166. *numer.* 63. Nam cùm iuramentum derogatoriæ vim habeat in vtroque teſtamento, ſatis eſt, quòd per eandem ſpecialem derogatoriam primum iuratum tolli poſſit.

ARTICVLVS IV.

An pactum in contractu matrimonij quòd primogenitus ſuccedat, ſit validum.

SVMMARIA.

1. *Pactum quòd primogenitus ſuccedet in omnibus bonis allodialibus non valet.*
2. *.. an habeat effectum donationis cauſa mortis.*
3. *.. in certis bonis ſpecificè nominatis, eſt validum.*
4. *Declarandi facultas poſt mortem extinguitur.*
5. *Pactum in contractu matrimonij, quòd primogenitus ſuccedet, poteſt reuocari.*
6. *..quia intelligitur, ſi paciſcentes in eadem voluntate permanſerint.*
7. *.. idem in maioratu, qui poteſt reuocari.*
8. *Promiſſio de faciendo fideicommiſſo ad fauorem primogeniti, non ſubſiſtit.*
9. *Actio non oritur ex promiſſione faciendi actum.*
10. *Hæreditas non poteſt dari per pactum.*
11. *Donatio facta in pœnam fideicommiſſi non facti, non valet.*
12. *..etiam ſi fieret ei, qui deberet hæres inſtitui, in pœnam teſtamenti non facti.*
13. *Donatio facta contemplatione matrimonij per quæ verba fieri debet.*
14. *Pactum in contractu matrimonij de relinquendo omnia bona primogenito, præter legitimam aliis filiis, an ſit voluntas patris inter liberos.*
15. *Voluntas patris etiam imperfecta ſeruanda eſt inter filios.*
16. *Voluntas de futuro non eſt voluntas.*
17. *.. declaratur ex actu nullo in diſpoſitis tantùm.*
18. *.. non eſt voluntas quæ eſt à iure reprobata.*
19. *Pactum in contractu matrimonij quòd ſuccedat primogenitus in feudalibus eſt validum, quando de iure ille ſuccedit.*
20. *Primogenitus ſuccedit ad dignitatem indiuiſibiliter.*
21. *Fructus dignitatis diuidi poſſunt.*
22. *Paciſcentes poſſunt imponere onus ſuper fructibus feudi dignitatis.*
23. *Filius debet eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo.*
24. *Filius hæres non poteſt impugnare factum patris in feudalibus antiquis.*
25. *Pater non poteſt priuare filios iure primogenituræ.*
26. *.. niſi ex cauſa quæ debet exprimi à patre, & probari per hæredem.*
27. *Pactum quòd ſuccedat primogenitus non habet locum in illis regnis, in quibus ſucceſſio debetur iure ſanguinis, & regni.*
28. *.. vt eſt in regno Franciæ.*
29. *. in quo tale pactum aliquando fuit reprobatum.*
30. *Pater primus acquirens poteſt facere pactum quòd primogenitus ſuccedet.*
31. *.. poteſt præiudicium facere filiis, & ſucceſſoribus.*
32. *.. & multò magis poteſt facere primogenituram.*
33. *Primogenitus tenetur conferre partem pretij feudi ſecundo genito.*
34. *.. æſtimandi de tempore mortis.*
35. *Primus acquirens quomodo poſſit vni totam rem prælegare.*

ISTE articulus habet duo capita, circa allodialia, † & circa feuda- 1.
lia. In allodialibus duo caſus conſiderandi ſunt. Primus eſt, quando dictum pactum factum eſt, vt primogenitus ſuccedat in omnibus bonis allodialibus, hoc quidem nullius momenti eſt, quia ſi nolumus huiuſmodi pactum, & conuentionem eſſe inter viuos, ſed habere effectum poſt mortem, vt ſcripſi in quarto caſu primi articuli, & tunc quia tollit liberam teſtandi facultatem, non valet. *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* quia nihil ſupereſt, de quo teſtari poſſit. Si verò volumus, quòd dicta conuentio ſit donatio cauſa mor-
tis, † quia confert effectum ſuum poſt mortem, 2.
ſiue meliùs mortis cauſa capio, quia omnis diſpoſitio debet iudicari ſecundùm illud tempus, in quod confertur effectus. *l. quod ſponte. C. de donat. cauſ. mort.* & tunc obſtat, quia etiam ſecundogeniti filij naſci poſſunt, & cùm reperiant ſe præteritos, rumpunt illam diſpoſitionem voluntatis, tanquam teſtamentum inter liberos, ad *l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.*

Secundus caſus eſt, quando dictum pactum, † 3.
& conuentio fit, quòd primogenitus ſuccedat in certis bonis allodialibus, ſpecificè nominatis, & tunc eſſe validum probat Dec. *in conſil.* 578. *numer.* 9. per text. *l. diui Conſtantini, verſ. pactis, quæ matrimonij tempore. C. de natural. liber.* Guidopap. *deciſ.* 267. Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 6. *numer.* 11. quia non tollitur libera teſtandi facultas in aliis bonis. Neque agitur de tota, vel quota hæreditatis, ſed de quibuſdam bonis particularibus, ideo nihil obſtat ex his, quæ ſcripſi in præcedentibus articulis. Item hoc pactum erit validum, etiamſi ſub conditione factum fuerit, puta quòd ſuccedat primogenitus, ſi pater ita voluerit, quia facultas † declarandi poſt mortem extinguitur, nec 4.
tranſit

tranſit ad ſucceſſorem. Item quia donatio reſpectu primogeniti eſt pura, ſed reſpectu aliorum eſt conditionalis, quæ conditio, nulla facta declaratione, intelligitur defeciſſe, Dec. *in d. conſil.* 578. *num.* 11. & alij ad hoc allegati per Mantic. *de tacitis, & ambiguis, libr.* 2. *titul.* 1. *numero* 22. *tomo* 1.

5. Declaratur iſte caſus, vt d. pactum †, & conuentio, tanquam collatum poſt mortem, cenſeatur donatio cauſa mortis, vel potiùs mortis cauſa capio, quæ eſt reuocabilis vſque ad mortem, Bart. Bald. & Salyc. *in d. l. fin. C. de pact.* & Ioan. Fab. *in d. l. fin.* quòd licèt fauore matrimonij hoc pactum ſit validum, tamen intelligitur, ſi paciſcentes in eadem voluntate perſeuerauerint, alios ad hoc probandum allegat Stephan. Aufrer. *in additionibus ad Capell. Tholoſan. ſuper deciſ.* 454. *numer.* 3. Nec poteſt conqueri coniux, quòd aliter per matrimonium non contraxiſſet, niſi hoc pactum validum exiſteret, quoniam fateor pacti validitatem,
6. ſub conditione †, ſi paciſcentes in eadem voluntate perſeuerauerint. Item quòd dictum pactum, & conuentio poſſit reuocari, probant, Aluarott. *in cap. filij. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter. dom. & agnat.* vbi quòd ſi in contractu martimonij conuentum fuerit, quòd tales filij, puta ſecundogeniti, non ſuccedant in tali feudo, vel tali re, poterunt poſtea reuocare, & mutare voluntatem, & Præpoſit. Alexandrin. *ibid. in fine,* Decian. *in conſil.* 7. *numer.* 113. *volum.* 1. Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 8. Boër. *deciſ.* 204. *numer.* 14. & *numer.* 28. qui alios allegat, Capella Tholoſ. *in d. deciſ.* 454. vbi probatur ita fuiſſe iudicatum, licèt in Regno Franciæ, vbi viget conſuetudo in contrarium, aliter per diuerſa
7. fuerit iudicatum. Idem in maioratu † probat Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 2. vbi quòd primogenia, ſiue in contractu, ſiue in vltima voluntate inſtituta fuerint, ſemper poſſunt reuocari, quia ſemper naturam vltimæ voluntatis habent, atque reuocari poſſunt, etiam non accedente regia facultate.

Secundò declaratur, nam ſi pater Titij, contrahentis matrimonium cum Lucretia, promiſerit con-
8. templatione matrimonij facere fideicommiſſum, † & relinquere bona ſua primogenito ex eo matrimonio naſcituro (prout frequenter vidi fieri) talis promiſſio de iure non ſubſiſtit. Quia non poteſt dici voluntas in eſſe deducta quæ dirigitur ad faciendum actum vltimæ voluntatis, quæ cùm ſit ambulatoria vſque ad mortem, per promiſſionem faciendi, non poteſt dici facta. Idcirco promiſſio de faciendo fideicommiſſo, non eſt fideicommiſſum, quia aliud eſt inſtituere hæredem ſiue directè, ſiue obliquè, aliud eſt promittere inſtituere, vt probat Caballin. *in milleloquio* 101. *numer.* 4. *in fin.* Ruin. *in conſil.* 9. *numer.* 8. *vol.* 2 Menoch. *in conſil.* 794. *numer.* 1. *vol.* 8. & hanc concluſionem probat Petra *de fideicommiſſis. quæſt.* 8. *à numer.* 161. *vſque ad* 182. vbi per viginti duo ſimilia probat aliud eſſe facere actum, aliud promittere facere, & quòd ex pro-
9 miſſione † faciendi actum non oritur actio, ſicut oritur ex ipſo actu geſto, quæ concluſio eſt vera etiam in promiſſione de donando, quia ex ea non oritur actio. *l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Item dicta promiſſio etiam ſi facta fuerit per ſtipulationem, non confirmatur per mortem promiſſoris, & ex ea contra hæredem promiſſoris agi non poteſt, & hunc eſſe verum intellectum *d. l. Papinianus*, probat Tiraquell. *in tract. de iure conſtituti poſſeſſorij. part.* 1. *numer.* 53. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 138. *num.* 1. & *ſeq. vol.* 2. quos ſequitur Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 11. *tit.* 8. *numer.* 39. & conferunt ad hoc ſcripta per eundem Mantic. *in eod. tract. lib.* 13. *tit.* 5. *numer.* 7. *verſ. ſed diuerſa*, pro intellectu *l. ſi quis argentum.* §. *final. C. de donat.* Neque igitur promiſſio de donando in vltima voluntate, neque promiſſio de faciendo fideicommiſſo, poteſt producere aliquam actionem, quoniam deeſt voluntas, quæ eſt vſque ad mortem ambulatoria. *cap. vltima voluntas.* 13. *q.* 2. *cap. cùm Martha*, & *ibi* gloſſ. *in ver. non valet. de celebrat. miſſ. l.* 4. *ff. de adim. legat. l. ſi quis in principio teſtamenti. de legat.* 3. *l. cum hic ſtatus.* §. *pœnitentia. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. omnium. C. de teſtam. l. ſi quis. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Nec poteſt dici voluntas, quæ eſt à iure reprobata; ideo promiſſio de faciendo fideicommiſſo ad fauorem primogeniti, non eſt volun-
tas, quia ita hæreditas † daretur per pactum con- 10.
tra leges expreſſas. *l. pactum quod dotali. C. de pact. l. hæreditas. C. de pact. conuent.* cum ſimilibus ſuprà allegatis. Dec. *in conſil.* 184. *numer.* 7. *verſ. ſi verò dicta promiſſio refertur ad vltimam voluntatem*; nulla enim ſucceſſio poteſt haberi per pactum, etiam ſi eſſet de re particulari, quia ſubſtantia, & validitas pacti, dependet à conſenſu duorum *l.* 1. *in princip. ff. de pact.* Sed ſucceſſio, poſt mortem alicuius non poteſt haberi de conſenſu duorum, quia ita eſſet captatoria à iure reprobata. *l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit.* & probat Simon de Pret. *lib.* 2. *ſolut.* 4. *num.* 104. *verſ. alia quoque fol.* 88.

Tertiò declaratur, nam ſi pater quis promiſit facere fideicommiſſum ad fauorem primogeniti naſcituri, in caſu non adimplementi ex nunc prout
extunc donauit † omnia bona ſua præſentia & 11.
futura dicto primogenito naſcituro, Notario ſtipulante pro eo, & dicta donatio facta in pœnam, vel non facti fideicommiſſi, vel reuocationis ipſius, nullo iure ſubſiſtit, vt firmarunt Dyn. *in conſil.* 10. *quæſtio talis.* Bartol. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, & in l. ſi quis in principio. col. pen. de legat.* 3. Alexand. *in d. l. ſtipulatio.* vbi multa cumulat, Natta *in auth. hoc inter liberos, numer.* 64. & *ſeq. C. de teſtam.* & ita reſponderunt Iaſ. *in conſil.* 169. *numer.* 4. *vol.* 4. Crauet. *in conſil.* 934. *numer.* 4. Rimin. *in conſil.* 234. *numer.* 21. & *ſeq. vol.* 3. Natta *in conſil.* 474. *num.* 4. Surd. *in conſil.* 348. *numer.* 2. & *ſeq. vol.* 3. Ruin. *in conſil.* 129. *num.* 4. *vol.* 1. Dec. *in conſil.* 293. *num.* 1. Ludouic. Morot. *in conſil.* 95. *numer.* 4. omnes mouentur, quia d. donatio dicitur eſſe in fraudem legis diſponentis vltimam voluntatem eſſe ambulatoriam vſque ad mortem, & ita dicta donatio, vel tanquam impediens teſtamenti factionem, vel tanquam impediens reuocationem cuiuſcumque voluntatis præcedentis eſt nulla. Cyn. *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bald. *in conſil.* 338. *vol.* 2. Ioan. Dilect. *de arte teſtandi tit.* 10. *caut.* 35. vbi atteſtatur eſſe communem concluſionem. Curt. iun. *in conſil.* 56. *numer.* 5. *verſ. ſed præſuppoſito*, vbi quòd iſta opinio nullam habet difficultatem, quando agitur de vniuerſali ſucceſſione, & donatio facta eſſet in caſu quo contingeret ipſum teſtamentum reuocari; ergo idem quando omnium bonorum donatio facta
eſt ei, qui deberet hæres inſtitui, † & facta eſt in 12.
caſu, quo contingeret dictum teſtamentum non fieri, quia reſpectu dicti hæredis inſtituendi, paria ſunt teſtamentum non fieri, & teſtamentum reuocari. Item hæc opinio eſt vera, etiam ſi donatio de re particulari facta eſſet, in caſu reuocationis legati, vel non facti legati, vt ſcripſi ſuprà in hac parte *quæſt.* 4. *artic.* 2. Item dicta donatio eſt nulla, quia

contra

contra bonos mores. *d.l. ſtipulatio hoc modo concepta*, vbi ſi quis ſtipulatus fuerit, ſi me hæredem non feceris, tantum dare ſpondes, ideo non valere ſtipulationem diſponitur, quia eſt contra bonos mores, & *ibi* Doct. Addunt rationem, quoniam impeditur libera teſtandi facultas. *d. l. fin. C. de pact.* & ita probat Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 26. *numer.* 14. & *ſeq.* Clar. *in* §. *donatio. quæſt.* 19. & *quæſt.* 20. Item quia donatio hæreditatis eſt prohibita. *l. hæreditas. C. de pact. conuent. l. cum donationis. C. de tranſact.* Sed donatio omnium bonorum in pœnam non facti teſtamenti, continet ſucceſſionem in vniuerſum ius, quod haberet donator, & ita eſſet donatio hæreditatis. Bartol. *d. l. fin. num.* 12. *C. de pact. & in conſil.* 108. *in princip. verſ. praterea quòd filia. part.* 1. dicit non valere pactum per quod non poteſt quis ſibi hæredem eligere. Socin. iun. *in conſil.* 143. *col.* 7. *verſ. non obſtat. vol.* 1. Franch. *in deciſ.* 594. *numer.* 5. Item quia in donationibus factis contemplatione matrimonij contrahendi, Doctores tractantes de ipſarum validitate, ita di-

13. ſtinguunt. Aut donatio facta eſt per verba † conuenientia contractui, & obligationi adimplendæ per hæredem poſt mortem: vt, promitto tibi bona mea poſt mortem meam, & tunc ſi non eſt de omnibus bonis, eſt valida contra hæredes promiſſoris. *l.* 1. *C. vt act. ab hered. & contra hered.* Sed ſi eſt de omnibus bonis, non valet, quia qui non habet bona, hæredem habere nõ poteſt. *l. lex Cornelia. ff. de vulgari.* Aut verba dictæ donationis ſunt concepta per modum, & formam importantem ſucceſſionem, & obuentionem bonorum poſt mortem promittentis, & tunc talis donatio non valet, quia contra bonos mores, & impedit teſtamenti factionem, quia pacto non datur hæreditas. *d. l. pactum quod dotali*, cum concordantibus ſuprà allegatis, & hanc doctrinam probauit Bartol. *in toto conſil.* 204. *part.* 1. vbi allegat alios, Simon de Pret. *lib.* 2. *ſolut.* 4. *numer.* 100. & *plur. ſeq. fol.* 87. & *ſeq.* qui alios refert, & latiùs Menoch. *in conſil.* 794. *num.* 4. & *ſeq. vol.* 8. Quamobrem dicta donatio facta in pœnam non facti fideicommiſſi ex aliis capitibus corruit, tum quia facta de omnibus bonis, & non poteſt incipere ab hærede, quem habere non poteſt, tum quia per verba expreſsè denotantia obuentionem bonorum, propterea donatio etiam contemplatione matrimonij facta non valet. Ideo Dec. *in d. l. pactum quod dotali vol.* 2. *C. de pact.* dicit: Aduertant contrahentes matrimonia, quando faciunt huiuſmodi conuentionem, vt faciant cum conſilio peritorum, & non verbis congruis, aliàs dictæ donationes nullo modo valent, ſequitur Crauett. *in conſil.* 139. *col.* 2.

Quartò declaratur, nam ſi pater contemplatione

14. matrimonij promiſiſſet facere teſtamentum, † & omnia bona relinquere primogenito naſcituro, ſolam autem legitimam relinquere filiis ſecundogenitis, videtur hæc voluntas patris inter liberos eſſe ſeruanda. *l. hac conſultiſſima.* §. *ex imperfecto. C. de teſtam.* quæ voluntas probari poteſt etiam per coniecturas, & indicia. *l. final. C. famil. herciſc. verſ. quibuſcunque verbis, aut indiciis.* Item quia quælibet voluntas,

15. etiam imperfecta, † voluntas eſt, Bartol. *in l.* 2. §. *teſtamentum, numer.* 2. *ff. quemadmod. teſtam. aper.* & *in l. gerit. numer.* 18 *ff. de acquir. hæredit.* & *in l. in teſtamento, numer.* 2. *C. de fideicommiſſ.* Bald. *in l. qui à patre*, per illum text. *C. de confirm. tut.* Sed contrarium eſt veriùs, quoniam etiamſi pater feciſſet teſtamentum inter liberos, & non conſtaret de voluntate, illud nullius eſt roboris, Bartol. *in d.* §. *ex imperfecto.* & *ibi* Alex. *numer.* 5. Curt. iun. *numer.* 12. Iaſ. *col.* 1. *in fin.* gloſſ. *in l. ſi quis cùm teſtamentum. ff. de teſtam.* & *in l. final. in ver. completum. C. famil. herciſc.* & *ibi* Bald. & Salyc. & eſt communis opinio, de qua per Durant. *de arte teſtandi. tit.* 2. *cap.* 11. Corn. *in conſil.* 118. *col.* 1. *vol.* 3. Alex. *in conſil.* 76. *numer.* 13. *vol.* 3. & *in conſil.* 150. *numer.* 2. *vol.* 7. Sed in hoc caſu expreſſo, non dicitur conſtare de voluntate volentis facere teſtamentum in actu, ſed de voluntate volentis de futuro, † & interim poterat mutari, & illud non facere. 16.
Item quia ex actu nullo declaratur voluntas in illis tantùm, quæ diſpoſuit, † non autem in illis, 17.
de quibus non diſpoſuit, ſed promiſit diſponere, Iaſ. *in l. dominus, numer.* 2. *ff. de condict. indebit.* Mantic. *de coniecturis lib.* 3. *tit.* 20. *numer.* 6. vt ſi teſtator in teſtamento nullo declarauit filio deberi legitimam, declaratur illius voluntas, & eſt ſeruanda: ſed ſi teſtator credidit legitimationem non valere, & ideo inſtituit filium legitimarum, iſta inſtitutio eſt nulla ex defectu voluntatis, & ex actu nullo, quia à iure reprobato, non poteſt colligi voluntas, Paul. de Caſtr. *in l. eam quam, numer.* 4. *C. de fideicommiſſ.* quem ſequitur Dec. *in conſil.* 176. *num.* 4. *verſ. ſecundò reſpondetur.* Sed iſta promiſſio faciendi teſtamentum, & dandi hæreditatem ex pacto, eſt à iure reprobata †; ergo non poteſt interpretari pro voluntate inter liberos. 18.

In feudalibus, primus caſus eſt, vbi pater habens feudum, ad quod ex ſui natura ſuccedit primogenitus, † vt eſt feudum dignitatis, *l. imperialem.* 19.
§. *præterea ducatus. de prohibita feudi alien. per Federic.* vel feudum in loco, vbi viuitur iure Francorum, quo ſolus primogenitus ſuccedit, tunc ſi in contractu matrimonij facit pactum, & conuentionem, vt ſolus primogenitus ſuccedat in tali feudo, tunc pactum eſt validum, quia eſt conforme iuri communi, & tunc filius primogenitus vtroque modo ſuccedere poterit.

Declaratur iſte caſus, nam licèt ipſa dignitas † 20.
indiuiſibiliter debeatur primogenito, gloſſ. *in l.* 1. *C. de metropoli Berito. lib.* 12. & hanc opinionem latiſſimè defendit Camerar. *in d.* §. *præterea ducatus, fol.* 102. *col.* 1. & *ſeq.* contra Abbatem *in conſil.* 3. & contra Oldrad. *in conſil.* 97. & alios. Tamen fructus † 21.
dictæ dignitatis patiuntur diuiſionem, Curt. *de feudis parte.* 4. *quæſt.* 30. *verſ. decimò pro limitatione*, Ioan. Leurier *in tract. de primogenit. quæſt.* 11. *concluſ.* 2. *in fin.* Socin. *in conſil.* 67. *in* 2. *dub. vol.* 1. Ideo d. pater ſuper dictis † fructibus poteſt onus imponere, quo- 22.
niam dictum feudum habet vti hæres patris, ideo ſuper ipſis tenetur ad onera per patrem impoſita, Frecc. *in* 19. *differentia inter feudum hæreditarium & ex pacto.* Idem ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia antiquum, quoniam licèt agnatus illud habeat ab inueſtiente, tamen filius ſi ad illud ſuccedere † vult, debet eſſe hæres patris, prout eſt caſus 23.
in cap. 1. *an agnatus, vel filius*; propterea tenetur ad onera per patrem impoſita, vt pluries ſcripſi in præcedentibus, ſuprà *in parte* 3. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *numer.* 47. & *plur. ſeq.* & quando eſt hæres, non poteſt impugnare † factum patris, gloſſ. *in cap.* 1. §. *hoc quoque. de* 24.
ſucceſſ. feudi, & *ibi* Andr. *num.* 6. & *ſeq.* Bald. *num.* 20. Aluarott. *num.* 1. & 15. Afflict. *num.* 20. Iacobin. *in inueſtitura, in ver. & cum pacto de non alienando, num.* 35. Schrader. *de feud. part.* 8. *numer.* 19. Roſenthal *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 69. Item quòd hæc concluſio habet etiam locum in feudo mixto, ſcripſi diffusè ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 23. *articul.* 3. & *ibi* etiam, quòd etiam in feudo antiquo poteſt erigi primogenitura, vbi diffusè defendi iſtum articulum.

Secundò

Secundò declaratur, nam licèt pater non poſſit
25. priuare filiũ beneficio primogenituræ in iſto caſu,† vt firmarunt Hoſtienſ. Ioan. Andr. Immol. Butrius, & cæteri *in c.licet.de voto*,Iaſ. *in l. nemo poteſt. de legat.* 1.& *ibi* Rip. *num.*3.Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 21. *num.*5 Crauett.*in conſil.*135. *in fine*, qui alios re-
26. fert.Tamen † ex illa cauſa,qua filium poſſet exhæredare,ex eadem poteſt primogenitura priuare , vt firmant præcitati Doct. Sed hoc intelligitur , dummodo dicta cauſa à patre allegetur in priuatione, & poſtea ab eius hærede probetur,§.*aliud quoque capitulum. Auth.vt cum de appellat. cognoſc.*Paul.de Caſtr. *in l. omni modo.col.*1.*verſ.tertium eſt.C.de inoffic. teſtam.* Doct. *in auth.non licet. C.de natural. liber.* & quando à patre non eſt allegata,cenſetur remiſſa,neque poteſt ab hæredibus vlteriùs allegari, vt dicit Paul. de Caſtr. *in d. l. omni modo, col.* 1. *verſ. & adde, & in conſil.*402.*in fin.vol.*1.

27. Tertiò declaratur,nam huiuſmodi pactum , † & conuentio,quòd ſuccedat primogenitus, non habet locum in illis regnis , quorum ſucceſſio debet fieri iure regni,*cap.grandi.de ſupplenda negligent.prælat. lib.* 6. & *ibi* gloſſ. *in ver. iure regni. c. vnic. in princip. de feudi cognit. c. vnic. in fine. de alienat. feudi*, & notat Bald.*ibi*, quòd etiam conſuetudo irrationabilis valet, licèt ſit contra iuris communis regulas; ſic eſt in regno Franciæ ,vbi eſt conſuetudo , vt regnum non iure hæreditario,ſed tantùm iure ſanguinis deferatur , & iure conſuetudinis regni ſuccedatur, Bald. *in cap.* 1. *in fin. de feudo Marchiæ*, vbi quòd in regno Franciæ ſuccedit cognatus etiam ſi eſſet in milleſimo gradu,ſi non ſit gradu proximior , quem ſequitur Iacobin. *in ſua inueſtit. verb. & quid ſi Rex. num.*6.& latiùs per Ioan. de Terrarubr. *in lib. conſuetud.Trebell.tract.*1 *articul.*1.*concluſ.*11.*& ſeq.*vbi quòd
28. in regno † Franciæ non habetur ſucceſſio patrimonialis,ſiue hæreditaria , ſed ſimplex ſucceſſio , ſiue ſubrogatio primogeniti , vel proximioris agnati, cui regnum debetur ex ſola lege , vel conſuetudine regni,à qua ſola ius accipit , & non à patre. Itaque ius primogenituræ , quantum ad talem ſucceſſionem non habetur à patre , ſed à lege regni, & mero iure filiationis,vel ſanguinis competit,ita quòd Rex non poſſet de regno teſtari , etiam primogenitum inſtituendo,quia nullo modo poſſet capere inſtitutus propter vim inſtitutionis,vel alterius cuiuſcumque paternæ diſpoſitionis, quæ non valuit , ſed ſolùm virtute legis immutabilis regni , à qua vocatur ad ſucceſſionem , & hanc concluſionem probant Guglielm.à Monteferrato *in tractatu de ſucceſſ.regum Franciæ, dubio* 1. *num.*39.Benedict. *in cap. Raynutius, ver. eodem teſtamento reliquit,in primo, n.*148. Martin. Laudenſ.*in cap.*1.*de feudo Marchiæ*, Molineus *ad conſuetud. Pariſ. lib.*1.§.8.*gloſſ.*3.*num.*8.Vbi infert, quòd
29. propterea non † valuit conuentio ſuper matrimonio tractato apud Trecas,vrbem Campagniæ Celticæ inter Carolum ſextum Francorum Regem, & Henricum quintum Angliæ Regem de anno 1420. per quem Catherina dicti Caroli filia nuptui dabatur dicto Henrico cum pacto quòd eius filius primogenitus ſuccederet in regno Franciæ,& illud obtineret poſt mortẽ dicti Caroli , nulla mentione facta de Carolo ſeptimo primogenito Regis Francorum, cui iure ſanguinis & legis regni, ipſum regnũ debitum,& affectum erat,& ita ſuccedit, nam mortuo Carolo ſexto,ſucceſſit Carolus octauus , reprobato dicto tractatu; ſecus eſt de regnis , quæ iure hæreditario deferuntur, vt ſcripſi *in tract. de iuriſdictione parte* 1.*cap.*28.

30. Secundus caſus eſt,vbi pater primus † acquirens facit huiuſmodi pactum , & conuentionem , quòd primogenitus ſuccedat in feudo ab ipſo empto, etiam ſub natura pacti , & prouidentia antiqui,tamen tale pactum,& conuentio valida ſunt,quoniam
pater primus acquirens † poteſt cæteris filiis præiu- 31.
diciũ facere.Andr.& Aluarott.*in cap.*1.*de ſucceſſ.feud.* Curt.*de feud.part.*4.*quæſt.*8.*regula* 2.Afflict.*deciſ.*112. *num* 5.*&* 7.*& deciſ.*148.*n.*1. Alex. *in conſil.* 28. *col.*1. *volum.*5.Dec.*in conſil.*586.*in princip.*Clar.*in* §.*feudum. quæſt.*47.*verſ.& hæc quidem.*Beccius *in conſil.*56.*n.*21. qui etiam alios refert, Crauett. *in conſil.*135.*num.*8. Pinell. *in l.*1.*part.*3.*n.*98. *C. de bon. matern.* Valaſch. *de iure emphyt. quæſt.*49. *num.* 7. vbi multos allegat, Benedict. *in c. Raynutius. verb. ſi abſque liberis , in* 2. *num.*23.Item quando acquiſitio eſt facta cum bonis, & ſubſtantia fundatoris,& non agitur de ſucceſſione merè gratuita, tunc magis communis opinio eſt , quòd ſucceſſoribus poſſit præiudicare , Bald. *in l.*1.*in fin. C. per quas perſonas nobis acquir.* Socin. *in conſil.*25.*num.*14.*& ſeq. vol.*1. qui reſpondet in caſu quo erat ſtipulatio pro abſentibus, & ſucceſſoribus, Gozadin. *in conſil.*75.*num.* 14. vbi ſimiliter ſupponit, quòd interuenerat ſtipulatio. Natta *in conſil.* 475.*num.*5.*& ſeq. & conſil.* 503. *numer.* 3.*& ſeq. & conſil.* 541.*numer.*3. Menoch. *in conſil.* 161. *num.* 6. *volum.* 2. qui plures caſus diſtinguit; ergo ſi poteſt præiudicare,multò magis poteſt facere primogeni-
turam † in præiudicium aliorum filiorum, Alex. *in* 32.
conſil. 12. *in fin. vol.* 5. Pariſ. *in conſil.* 2. *numer.* 9.*& ſeq.vol.*1. præſertim ſi hoc faciat cum conſenſu domini,Iacobin.*in ſua inueſtitura,in verb. & cum pacto, quod de ipſo,col.* 6. Curt. ſen. *in conſil.* 82. & latiſſimè hanc opinionem probat Surd.*in conſil.* 351. *num.* 23. *& ſeq.vol.*3.qui plurimos refert.

Declaratur iſte caſus, nam primogenitus † te- 33.
netur conferre partem pretij feudi empti ſecundogenito.Andr. *in l. imperialem.* §. *præterea ducatus. de prohibita feud. alien.per Federic.* & *ibi* Afflict. *num.* 27.*& plur.ſeq.* & *ibi* latiùs declarat Ioan. Vinc. de Anna , *& in ſingulari* 566. & quòd tale pretium ſit
æſtimandum de tempore † mortis.Fab.Anna *in con-* 34.
*ſil.*16. & an dicta pars pretij debeat præſtari ſimul cum fructibus,vel cum intereſſe, vide Annam *in d. ſingulari* 566.vbi multos allegat,& rationem ponũt præcitati Doct. quia pretium dicti feudi nouiter empti erat in hæreditate patris emptoris; ergo primogenitus qui ſucceſſit,debet conferre dictam partem pretij. Item quia ſuper illa quæſtione , an pri-
mus acquirens poſſit vni totam rem prælegare, † 35.
pro vtraque parte allegatur eſſe communis concluſio,Clar. *in* §. *emphyteuſis , quæſt.* 16. Riminald. iun. *in conſil.* 153.Sed opiniones ad concordiam reducuntur ſecundùm Bartol. *in l. vt iuſiurandum.* §. *ſi liberi,num.* 6.*ff. de oper. libert.* qui inclinat in partem negatiuam, ſed eam limitat, niſi tantum pater vltrà relinquat de ſuis bonis , quantum eum grauauit. *l. ſi cum dotem.* §. *ſi pater. ff. ſolut. matrim.* & idem ſcribit Angel. *in conſil.* 184. ex forma, & ſerie, Iaſ. *in l.* 2. *numer.* 210. *C. de iure emphyt.* Riminald. iun. *in conſil.* 239. *numer.* 36. *volumin.* 1. ergo ſi pater hoc non fecit, primogenitus ſecundùm alteram opinionem tenetur conferre dictam partem pretij.

QVÆST

QVÆSTIO XXVI.

De donatione cauſa mortis, per tres articulos diuiſa.

1. De perſonis, quæ poſſunt donare cauſa mortis.
2. Ex quibus cognoſcatur eſſe donatio cauſa mortis, vel inter viuos.
3. Quando donatio cauſa mortis valeat vt fideicommiſſum.

ARTICVLVS I.

De perſonis, quæ poſſunt donare cauſa mortis.

SVMMARIA.

1. *Filiusfamilias donat cauſa mortis de conſenſu patris, ſed non poteſt facere teſtamentum.*
2. *Contractus ab alieno arbitrio dependere poteſt.*
3. *Donatio cauſa mortis in quibus caſibus æquiparetur vltimæ voluntati.*
4. *Teſtamentum filijfamilias cum clauſula, valet vt donatio cauſa mortis.*
5. *Clauſula, valeat iure donationis inter viuos, non habet effectum in teſtamento.*
6. *Donationem cauſa mortis facit filiusfam. de conſenſu patris, fratri ſuo.*
7. *..& etiam filiæ ſuæ donare poſſet, quia eſt in poteſtate aui.*
8. *Pater non poteſt præſtare conſenſum donationi cauſa mortis ſibi faciendæ per filium.*
9. *Conſenſus patris quando requiritur pro authoritate, & quando pro voluntate.*
10. *Filiusfam. an poſſit donare ſine conſenſu patris res, quarum habet plenum dominium.*
11. *Patris conſenſus in donatione filij an requiratur ratione ſui præiudicij.*
12. *..imò requiritur pro authoritate actus, ſecundùm veriorem opinionem.*
13. *Filiusfam. non poteſt donare bona, quorum patri non acquiritur vſusfructus.*
14. *Patris conſenſus in donatione filij requiritur ratione patriæ poteſtatis.*
15. *Donatio cauſa mort. per filiumfam. ſine conſenſu patris, & cum iuramento, non conualidatur, quando ſit ſui iuris.*
16. *Filiafamilias nupta non poteſt donationem cauſa mortis facere, ſine conſenſu patris.*
17. *..etiamſi eſſet vidua, & ſub patria poteſtate.*
18. *Filiafamilias poteſt donare dotem ſuam fratribus de conſenſu patris.*
19. *..& pater non poteſt poſtea donationem reuocare.*
20. *Adultus curatorem habens poteſt donare cauſa mortis.*
21. *Donatio cauſa mortis in quibus æquiparetur vltimæ voluntati.*
22. *Cæcus poteſt facere donationem cauſa mortis non ſeruata ſollemnitate §. ex imperfecto.*
23. L. de his. ff. de tranſact. *non habet locum in donatione cauſa mortis.*
24. *Coniuges non poſſunt ſibi adinuicem donare cauſa mortis.*
25. *..etiamſi eſſet appoſitum iuramentum.*
26. *Donationis cauſa mortis requiſita ſunt etiam ſtipulatio, vel pactum, & donatarij præſentia.*
27. *..aut Notarius ſtipuletur pro abſente.*
28. *..& quare in ea requirantur quinque teſtes.*
29. *Donatarij cauſa mortis præſentia, & acceptatio poteſt probari per duos teſtes.*

AD validitatē donationis cauſa mortis, primùm requiritur capacitas diſponentis, & eius in quem confertur diſpoſitio. *l. omnibus. l. tam is. ff. de donat. cauſ. mort. l. 2. de legat. 1.* Idcirco de perſonis videamus.

Primus caſus eſt de filiofamilias, † qui regulari- 1.
ter teſtamentum facere non poteſt, quoniam iſtud
ab alieno arbitrio dependere non poteſt. *l. illa in-
ſtitutio. ff. de hæred. inſtit. l. captatorias. ff. eod. l. captato-
ria. de legat. 1.* Sed donare cauſa mortis cum conſen-
ſu patris poteſt. *l. tam is. ff. de donat. cauſ. mort.* quoniā
iſta vti contractus † ab alieno arbitrio dependere 2.
poteſt. *l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. obligat. l. final. C.
de contrah. empt.* & hanc rationem diuerſitatis dixit
gloſſ. communiter approbata *in l. ſenium. C. de te-
ſtament. & in d. l. tam is. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort.
cap. licet. de ſepultur. lib. 6.* vbi generaliter diſponi-
tur, quòd ne pro anima quidem ſua filiusfamilias
poteſt aliquid diſponere ſine conſenſu patris, qui
conſenſus requiritur ad integrandam perſonam fi-
lijfamilias, quia donatio cauſa mortis † æquipara- 3.
tur vltimæ voluntati, præterquam in his, in qui-
bus ſpecialiter diſpoſitum fuit, *l. illud. l. Marcel-
lus. §. Paulus. ff. de donat. cauſa mort. l. final. C. eod.
tit. §. 1. Inſtit. eod. tit.* & *ibi* gloſſ. declarat, in quibus
conueniant, & in quibus differant, & hanc ratio-
nem reiectis cæteris probat Corn. *in conſil.* 294.
volum. 1.

Declaratur iſte caſus, vt licèt filiusfamilias † 4.
non poſſit teſtari, tamen fecerit teſtamentum cum
conſenſu patris, adiecta clauſula, ſi non valet iure
teſtamenti, valeat iure cuiuſlibet alterius vltimæ
voluntatis, tunc valebit vt donatio cauſa mortis,
ita dixit Immol. *in d. l. tam is. ff. de donat. cauſ. mor-
tis*, quia ad aliam diſpoſitionem validam referri
non poteſt, & ſequitur Io. Franc. de Ponte *in con-
ſil. 2. num. 147. & ſequent.* Simon de Pret. *de interpr.
vltim. volunt lib. 2. ſolut. 12. numer. 41. fol.* 108. &
tūc donatarius cauſa mortis cum ſuo onere priùs à
diſponente explicito, Socin. *in conſil. 125. volum. 2*,
& Simon de Pret. vbi ſuprà, addidit quòd ſi addi-
derit, & ſi non valet iure teſtamenti, vel codicil-
lorum, aut donationis cauſa mortis, valeat vt do-
natio inter viuos, tunc iſtius effectum † habere nō 5.
poterit, etiamſi hæres aut legatarius, aut donata-
rius fuerit præſens, aut Notarius pro eo ſtipula-
tus fuerit, cuius dicti rationes ego exaraui *in tra-
ctatu de clauſulis parte 3. clauſula 83. numer. 2.* quia
eſſet de omnibus bonis, contra *l. fin. C. de pact.* &
ita dixit Immol. *in l. hæredes palàm. §. fin. numer. 23.
ff. de teſtament.* Ruin. *in conſil. 178. numer. 13. verſ.
nec etiam eſt verum. volum.* 1. Item diceretur facta
ſub conditione turpi, ne teſtamentum reuocari
poſſit, & ita impediret liberam teſtandi facultatē,
ad *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* &
tradita per Couar. *in rubric. de teſtament. in 2. part.
numer. 17. verſ. hinc probari poterit*, Clar. *in §. teſta-
mentum quæſt.* 95. & alia quæ ſcripſi *in d. clauſula*
83. Quæ clauſula valeat iure donationis inter vi-
uos, ſi non poteſt habere effectum in teſtamento

facto ab homine ſui iuris, multò minus ab eo qui alieno iuri ſubiectus eſt, & qui ne pro anima quidem ſine patris conſenſu diſponere poteſt.

6. Secundò declaratur, † nam filiusfamilias poteſt de conſenſu patris donare fratri ſuo cauſa mortis, etiamſi exiſteret in poteſtate patris, gloſſ. & Bartol. *in l. 1. in fine principij. ff. de authorit. tut.* Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. porrò, in verbo.* Petrus de Ceruotis, & alij ad hoc allegati per Ruyn. *in conſil. 62. num. 7. volum. 2.* vbi etiam quòd propterea etiam filiæ † ſuæ donare poterit, qui eſſet ſub poteſtate aui. Item poſſet etiam in d. donatione cauſa mortis ſubſtituere. *l. ſi cui,* & *ibi* Bart. *ff. de donat. cauſ. mort. l. ſequens quæſtio. de legat. 2.* Cyn. & alij *in l. 1. C. de donat. cauſ. mort.*

Tertiò declaratur, nam filiusfamilias non poſſet donare cauſa mortis eidem patri † conſenſum præſtanti, gloſſ. & Bartol. *in d. l. 1. ff. de auctorit. tut.* Ioan. de Immol. *in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebellian.* & *in l. ædibus. §. quod filius. ff. de donation.* & *in l. 2. ff. eod. tit.* in quibus locis diſpungit articulum, & reſpondet rationibus quæ in contrarium allegantur. Plenè etiam probat Socin. *in conſil. 172. colum. 2.* & *ſequent. volum. 2.* quia conſenſus patris requiritur pro authoritate † actus, ideo non poteſt ſibi ipſi authorari, ſecus ſi requireretur pro ſola voluntate, quia tunc ad ſui commodum poſſet cõſentire. *l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrah. empt.* & ita etiam diſtinguit Dyn. *in d. l. 1. ff. de authorit. tut.* ex quo etiam ſequitur quòd donatio facta à filio, eidem patri, cum eius conſenſu, non valet, vt eſſe magis communem opinionem probat Couar. *in rubric. de teſtam. parte 3. num. 7.* Clarus *in §. donatio. quæſtion. 6. verſ. quæro etiam nunquid.* Theſaur. iun. *in quæſtion. forenſi 37. num. 2.* & *ſequent. lib. 2.* & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Neuiſſ. tom. 5. tit. Donatio cauſa mortis, cap. hæc donatio.*

Quartò declaratur, nam ſi pater fecerit donationem filiofamilias cum iuramento, quæ valida eſt, tunc ipſi filio acquiritur plenum dominium rerum donatarum; † ergo dictas res donatas poterit ipſe donare aliis cauſa mortis ſine patris conſenſu, & hanc opinionem lariſſimè defendit Ioan. Vincent. de Anna *in allegatione 73. per totam,* quia *l. non ſolùm. §. filiis autem C. de bonis quæ liber.* loquitur de illis bonis, in quibus pater habet vſumfructum, & propter eius intereſſe nõ poteſt donare cauſa mortis, niſi de patris conſenſu. Item quòd patris conſenſus non requiritur ad ſollemnizandam donationem, ſed tantùm ratione ſui præiudicij, † probat Gabriel *in conſil. 2. à numer. 20. vſque ad finem. vol. 1.* & Tiraquell. qui alios refert, *de legibus connubialibus, gloſſ. 8. numer. 123.* ex qua ratione infert *ibidem* Tiraquell. quòd ſi filius habuerit generalem conſenſum patris ad donandum cui voluerit, poterit eidem patri donare cauſa mortis.

Contraria opinio eſt verior, videlicet, quòd conſenſus patris in donatione cauſa mortis facienda per filium, non requiratur ratione præiudicij patris, ſed ad ſollemnitatem † actus, & pro ipſius authoritate, & forma, & hanc probat eſſe opinionem communem, & veriorem Couar. *in rubr. de teſtament. parte 3. num. 6. in fin.* Clar. *in d. §. donatio. quæſtion. 6. verſ. habes ergo,* & alios refert Theſaur. *in d. quæſt. 37. num. 2.* & *ſeq. lib. 2.*

Item quòd neque bona, in quibus patri non acquiritur vſusfructus, † poſſit filius ſine patris conſenſu donare cauſa mortis, probat Couar. *in d. part. 3. num. 6.* eſſe veriorem, & communem Anton. Rub. *in conſil. 46. per totum.* Clar. *in d. quæſt. 6. verſ. aut verò quæris.* Riminald. iun. *in rubric. Inſtitut. de donationibus. numer. 1336.* & *plur. ſequent.*

Iſte enim conſenſus † requiritur ratione patriæ poteſtatis, ad auferendum defectum, quem cauſat ipſa patria poteſtas, propterea ſi filius volens donare ſit ſub poteſtate aui, ipſe vnus debet huiuſmodi conſenſum præſtare, vt probat *in conſil. 129. volum. 2.* 14.

Idcirco ſi filiusfamilias donaret cauſa mortis ſine huiuſmodi conſenſu, etiam cum iuramento, † quamuis poſtea efficiatur ſui iuris, nihilominus dicta donatio, quæ abinitio nulla eſt, non confirmatur, Roland. *in conſil. 89. numer. 5. volum. 4.* Anton. Rub. *in conſil. 127. numer. 8.* & faciunt ſcripta per Franch. *in deciſion. 71. in princip.* & an filiis poſſit facere dictam donationem cauſa mortis per procuratorem, vide Corn. *in conſil. 73. volum. 3.* 15.

Secundus caſus eſt, filiafamilias † nupta non poteſt dictam donationẽ cauſa mortis facere, quoniam non apparet quòd ſit emancipata, vel aliter facta ſui iuris per nuptias, gloſſ. *in l. ſi vxor. C. de condit. inſert. §. 1.* & *ibi* gloſſ. *Inſtitut. ad Tertullianum,* & cùm ipſa remaneat ſub patria poteſtate, huius ratione in d. donatione requiritur patris conſenſus, & authoritas. *d. l. tam is. ff. de donat. cauſ. mort.* & probat Cepoll. *in conſil. ciuili 39. part. 2.* Curt. iun. *in conſil. 230.* Idem Curt. *in conſil. 152.* per totum, probat, quòd neque vidua, † ſi eſt filiafamilias, poteſt donare cauſa mortis dotem, quæ eſt ſuum proprium patrimonium. *l. 3. ff. de minor.* ſine patris conſenſu, ſub cuius poteſtate exiſtit, etiamſi appoſuiſſet iuramentum. Item Monteſperell. *in conſil. 276.* probat filiam poſſe donare † cauſa mortis dotem fratribus ſuis, de conſenſu patris communis, imò etiamſi pater ſtipulatus fuiſſet dotem ſibi reddi, nihilominus pater conſentiens dicitur remittere ius ſuum dictæ filiæ donatrici, & propterea ipſum patrem non poſſe poſtea † d. donationem reuocare; ſecus ſi pater præſtitiſſet conſenſum ſuper donatione rei, quæ poſtea futura erat ſua, quia tunc ipſe conſentiens dicitur donare; ergo d. donationem reuocare poteſt. 16. 17. 18. 19.

Tertius caſus eſt. Adultus † curatorem habens, poteſt donare cauſa mortis, quoniam ipſe poteſt teſtamentum facere. *l. Aurelio. §. Caius,* & *ibi* gloſſ. communiter approbata. *ff. de liberatione legata,* not. *in l. ſi frater. C. qui teſtament. fac. poſſ.* & *in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebellian.* & ita probat eſſe veriorem opinionem Gabriel *in conſil. 42. numer. 12. volum. 1.* adeò vt nulli detur reſtitutio, vt dicit Bartol. *in d. §. fuit quæſitum.* ergo poterit donare cauſa mortis, quæ quoad cauſam efficientem æquiparatur † vltimæ voluntati. Probatur, quia requiruntur quinque teſtes. *l. final. §. in omni. C. de codicill.* Item requirit mortem ad confirmationem, & poteſt reuocari, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.* & *ibi* gloſſ. & *in l. Senatus. ff. de donat. cauſ. mort.* Item quoad tranſlationem dominij. Item quoad falcidiam detrahendam, *l. in donationibus. C. ad leg. falcid.* Item, quoad Trebellianicam deducendam, Bartolus *in l. executorem. C. de execut. rei iudic.* Item quoad ſubrogationem fiendam. *l. vt hæredibus. de legat. 2.* vel ad ius accreſcendi, *l. vnica. §. hoc tantummodo. C. de caduc. toll.* & ita in omni alio effectu reſpectu executionis magis accedit vltimæ volũtati, cui magis æquiparatur, *§. 1. Inſtit. de donat. l. nõ videtur,* & *l. final. ff. de donat.* 20. 21.

cauſa

cauſa mortis. ergo etiam reſpectu cauſæ efficientis æquiparatur. *l. Marcellus. ff. de donat. cauſa mort.* ita vt qui poteſt teſtari, poteſt etiam donare cauſa mortis.

22. Quartus caſus eſt: Cœcus † poteſt facere donationem cauſa mortis non ſeruata ſollemnitate. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. qui teſtament. fac. poſſ.* quia d. lex diſponit, quòd non poſſit teſtari, neque codicillos facere, propterea poſſe facere huiuſmodi donationem, tenet Cyn. *in l. ſenium. C. eod. titul.* Bartol. *in d. l. tam is, in princip. ff. de donat. cauſ. mort.* & ita in puncto reſpondet Paſqualinus de Pincetis *inter conſil. vltim. volunt. volum. 1. conſil.* 158. Item confert ad hanc concluſionem pro-
23. bandam, quòd diſpoſitio *l. de his.* † *ff. de tranſact. & l. non eſt ferendus, & l. Imperatores. ff. eod. tit.* loquuntur de teſtamento, & de codicillis, nec formaliter loquuntur de alia vltima voluntate; ergo ſi lex voluiſſet, hoc expreſſiſſet, ſicut formaliter expreſſit *in l. cùm ij. ff. de tranſact.* ideo intrat regula *in l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff. de acquir. hæredit.* & hanc etiam probat Monteſperell. *in conſil.* 77. Quamobrem cùm reperiatur lege prohibitum, quòd cœcus non poſſit donare cauſa mortis ſine ſollemnitatibus, *d. §. ex imperfecto*; ergo debet cenſeri permiſſum, & hanc eſſe communem, probat Craſſ. *in §. donatio cauſa mortis. quæſt. 7.*

24. Quintus caſus eſt, coniuges non poſſunt † ſibi donare cauſa mortis, gloſſ. communiter ab omnibus approbata *in l. 2. ff. de dote prælegata.* & de hac communi atteſtatur Couar. *in rubric. de teſtamentis, parte 3. num. 2.* & Coſta *in cap. ſi pater, parte 1. in ver. legauit, in princip. de teſtament. lib. 6.* & alij plures, quos allegat Craſſ. *in d. §. donatio cauſa mortis. quæſtion. 6.* & quòd hæc concluſio ſit vera, etiam quan-
25. do eſſet appoſitum † iuramentum, & dicta donatio eſſet de omnibus bonis, probat eſſe veriorem concluſionem Seraphin *de priuileg. iuramenti, priuileg. 71. num. 5.*

26. Declaratur iſte articulus, nam vt donatio † cauſa mortis valeat, opus eſt ſtipulatione, vel pacto ad illius beneficium, in quem confertur donatio, gloſſ. *in l. cùm pater. §. Mæuio. de legat. 2. & in l. 2. C. de iure dot. & in l. 1. & ibi* Doctor. omnes. *C. de donat. cauſ. mort.* quia iſta donatio regulariter fit inter præſentes, *l. inter mortis. ff. eod. tit.* aut No-
27. tarius † pro abſente donatario ſtipulari debet. Guido Pap. *deciſion.* 224. & ideo in hac declaratione eſt aduertendum, quòd quædam ſunt de ſubſtantia donationis cauſa mortis, quæ ſimul cum ipſo actu donationis eodem tempore debeat in eſſe deduci, vt eſt numerus quinque teſtium ad probandam ipſam donationem fuiſſe in eſſe deductam,
28. & ideo requiruntur quinque teſtes, † quia ipſius effectus differtur poſt mortem, quo tempore cùm donans nihil poſſit dicere, periculum eſt, ne falſitas committatur, *l. final. C. de fideicommiſſ.* Alciat. *in l. 2. numer. 13. de legat. 1.* quædam ſunt ſubſtantialia, quæ ex poſtfacto poſſunt interuenire, quatenus actui dant robur, tamen non ſunt ſubſtan-
29. tialia actus, vt eſt præſentia, † & acceptatio donatarij, ideo non requiritur tanta probatio, quanta requiritur in probando ipſo actu, propter quam rationem fuit iudicatum in Rota, vt duo ſoli teſtes ſufficiant ad probandam præſentiam, & acceptationem donatarij, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titulo Donatio cauſa mortis, cap. Donatarij.* Tantò magis, quia ſi donatarius non fuiſſet præſens, dicta donatio in omnem euentum valebit vt fideicommiſſum. *l. miles ad ſororem. de legat. 2.*

Addo declarationem ad primum caſum huius articuli, nam in quæſtione prima huius partis, in articulo tertio, probaui, quòd filiusfamilias, qui habet bona libera, quorum pater non habet vſumfructum, non eſt prohibitus de illis poſſe diſponere, & teſtamentum facere, & ibi præſuppoſui terminos habiles, dummodo filiusfamilias pubes exiſtat, ad *d. l. ſi frater, in princip. ff. qui teſtament. fac. poſſ.* cum vulgaribus. Item ibi etiam declaraui, quòd in illis bonis filiafamilias, quorum pater habet vſumfructum, regula firma remanet, vt teſtamentum facere non poſſit, niſi in certis caſibus, prout in declarationibus ſcripſi. Dum autem dicitur in ſupradicto caſu primo huius articuli, quòd filiusfamilias donare poteſt cum conſenſu patris, ſed teſtamentum facere non poteſt, intelligendus eſt caſus, de illis bonis, quæ patri etiam quoad vſumfructum acquiruntur, vel quæ aliàs non ſunt libera ipſius filiifamilias, aut de filiofamilias impubere, qui ratione ætatis teſtamentum facere non poteſt, prout *ibi* declaraui.

ARTICVLVS II.

Ex quibus cognoſcatur eſſe donatio cauſa mortis, vel inter viuos.

SVMMARIA.

1. *Donatio cauſa mortis, vel inter viuos, ex quibus cognoſcatur.*
2. *..eſt quando donans reſeruauit ſibi facultatem alienandi.*
3. *Donationi inter viuos non conuenit reſeruatio facultatis alienandi.*
4. *Donatio cauſa mortis eſt, quando in ea ſit valida prohibitio alienationis.*
5. *Fideicommiſſum non fit in donatione inter viuos.*
6. L. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, *non diſponit de fideicommiſſo.*
7. *Donatio inter viuos an poſſit fieri in teſtamento.*
8. *Donatio cauſa mortis eſt, etiam ſi eſſet appoſitum pactum de non reuocando.*
9. *Pactum de non reuocando non impedit donationem cauſa mortis poſſe reuocari.*
10. *Donatio cauſa mortis eſt etiam ſi facta eſt pro ſe, & hæredibus.*
11. *..eſt etiamſi explicitus eſt titulus donationis cauſa mortis, licèt aliæ clauſulæ appoſitæ ſint, importantes inter viuos.*
12. *Clauſulæ, & coniecturæ recipiunt validitatem à titulo.*
13. *Donatio inter viuos eſt, ſi mentio mortis ſit poſita in executiuis ad differendum effectum.*
14. *..& quando limitatur.*
15. *Traditio in donatione cauſa mortis ſemper intelligitur, niſi fuerit donatio reuocata.*
16. *Conſtitutum nihil transfert in donatione cauſa mortis poſitum.*
17. *Donatio cauſa mortis quando eſt, iuramentum de non reuocando nihil impedit.*
18. *Promiſſio de non reuocando intelligitur ſecundùm ſubſtantiam donat. cauſ. mort.*
19. *Donatio cauſ. mort. eſt etiamſi facta ſit filiis, & deſcendentibus.*

20. *. . & an filij, qui habent ordine ſucceſſiuo, habeant vt filij, vel hæredes.*

21. L. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, *non habet locum in donat. cauſ. mort.*

22. *Donatio cum pacto de non reuocando eſt inter viuos.*

23. *. . tamen ſi fiat filiofam. eſt cauſa mortis.*

24. *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, aliquando valet vt donatio cauſa mortis.*

1. HVNC articulum pleniſſimè ſcripſe-
runt † Maſcard. *de probat. concluſion.*
561. Menoch. *in lib. 3. præſumpt. 35.*
& præſumpt. 36. & Tuſcus *in ſuo reper-*
torio, litera D. concluſ. 654. *& concluſ.*
661. ego autem nouiſſimus alios caſus ſuperadden-
dos cenſeo.
2. Primus eſt, quando domus reſeruauit † ſibi fa-
cultatem alienandi omnia bona donata, vel eorum
partem, ad eius electionem, vel ad arbitrium pro-
curatorum ad alienandum in ipſa donatione depu-
tatorum, hæc eſt donatio cauſa mortis, quoniam
3. iſta reſeruatio donationi inter viuos † non conue-
nit, ſed cauſa mortis, ita reſpondet Dec. *in conſil.*
470. & ſequitur Mantic. *de coniectur. lib. 1. tit. 13. num.*
8. quam opinionem ſequuti fuimus in Collegio
Piſano, vt eſt votum meum 77.
Secundus caſus eſt, quando in donatione fit pro-
4. hibitio alienationis, † cum cauſa vt dicta bo-
na donata perpetuo tempore conſeruentur in de-
ſcendētibus maſculis in decus nobilis ſuæ familiæ,
quo caſu eſſe inductum perpetuum fideicommiſ-
ſum, vt probant eſſe receptiſſimam ſententiam
Mantic. *lib. 6. titul.* 14. *verſ. aut procedit*, Craſſ. *in §.*
fideicommiſſ. quæſtion. 5. numer. 9. verſ. ſecundus caſus.
Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ. 9. numer.* 37. & ita
deciſum, Cacher. *in deciſ.* 49. & ego probaui ſu-
5. prà *in quæſt. 21. artic.* 8. ſed fideicommiſſum † non
fit in donatione inter viuos; ergo eſt donatio cau-
ſa mortis. Probatur antecedens, nam Petra *de fi-*
deicommiſſ. quæſt. 4. numer. 1. & Dec. *in conſil. 41. nu-*
mer. 4. & Franciſc. Marc. *in deciſ. 245. part.* 1. qui
tenent contrariam partem, mouentur per *l. vt hære-*
dibus. de legat. 2. & l. 1. C. de donat. cauſ. mort. quæ le-
ges expreſsè loquuntur de donatione cauſa mor-
6. tis. Item ad text. *l. quoties.* † *C. de donat. quæ ſub mo-*
do, reſpondetur, quòd ibi non eſt factum fideicom-
miſſum, ſed quædam ſubſtitutio impropria, & ano-
mola, Mandell. *in conſil. 321. num. 1. conſil. 461. nu-*
mer. 2. Beto. *in conſil. 84. numer. 7. volum.* 2. Caſſan.
in conſil. 53. numer. 65. Menoch. *in conſil. 85. numer.*
2. *& 28. volum.* 1. Nec valet argumentum, quòd do-
7. natio inter † viuos poteſt fieri in teſtamento, gloſſ.
Bartol. & cæteri *in l. hæredes palàm. §. final. de teſta-*
ment. Tiraquell. *de legib. connubial. gloſſ. 5. num.* 101.
ergo fideicommiſſum poteſt fieri in donatione in-
ter viuos, quia reſpondeo cum Euerardo in loco
à contractib. ad vltimas voluntates, quòd d. ar-
gumentum non valet, quando corrumpitur ſub-
ſtantia actus. *l. paciſci. ff. de pact. l. pacta conuenta. ff.*
de contrah. empt. l. cum precario, in 1. ff. de precario. l. vbi
ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort. Sed vbi fit dona-
tio inter viuos in teſtamento!, illa erit reuocabilis,
ſicut teſtamentum, vt probat Iaſ. *in conſil. 122. nu-*
mer. 2. volum. 4. Tiraquell. *in d. gloſſ. 5. numer.* 102.
Ita fideicommiſſum quod eſt reuocabile. *l. ſi quis in*
princip. teſtam. de legat. 3. ſi fieret in donatione inter
viuos, fieret irreuocabile, & ita contra naturam ip-
ſius corrueret, vel ipſa donatio inter viuos ſumeret
naturam fideicommiſſi, & ſic eſſet donatio cauſa
mortis.
Tertius caſus eſt, quando in donatione † appo- 8.
ſitum eſt pactum de non reuocando, idque in ſub-
ſtantialibus, tunc præſumenda eſt donatio inter
viuos, vt ſcribit Menoch. *in d. præſumpt. 35. numer.*
26. *& plur. ſequent.* Ego verò contrarium credo eſ-
ſe verius, quia pactum de non reuocando intelli-
gitur, rebus ita permanentibus, ſecus ſi donato-
rem pœnituerit iuxta terminos donationis cauſa
mortis, quæ per pœnitentiam reuocari poteſt. *l.*
non omnis. ff. ſi cert. pet. Bald. *in l. cum quis. ff. de con-*
dict. ob cauſ. & quantumuis ipſe donans † promi- 9.
ſerit non reuocare, adhuc poterit. *d. l. non omnis,*
& probat Dec. *in conſil. 521. numer. 13. & ſequent.*
& in conſil. 305. colum. 2. & ſequent. vbi etiam quòd
Notarij ſolent apponere huiuſmodi clauſulas de
conſuetudine, Rimin. ſen. *in conſil. 241. numer.* 4.
Idem ſi d. donatio † facta fuerit Titio, & eius 10.
hæredibus, nam intelligitur ſi donatio habuerit
effectum in perſona primi donatarij, ex cuius per-
ſona tranſeat ad eius hæredes, gloſſ. *in d. l. vt hære-*
dibus. in ver. non poterit, in fin. de legat. 2. & ita re-
ſpondet Bald. quem allegat, & ſequitur Dec. *in con-*
ſil. 471. numer. 10. & ſi legata tranſmittuntur ad hæ-
redes. *l. vnic. §. cùm igitur. C. de caduc. toll.* hoc fit le-
ge permittente, ſed inferri non poteſt, quòd dona-
tio cauſa mortis, quæ æquiparatur legatis. *l. final.*
C. de donat. cauſa mort. ipſa etiam non habita poſſit
ad hæredes transmitti, quia repugnat *l. quoties. C.*
de donat. quæ ſub modo; ergo cùm ſit reuocabilis, erit
cauſa mortis.
Quartus caſus eſt, vbi donator explicauit expreſ-
ſè, quòd donabat titulo puræ, ac meræ † dona- 11.
tionis cauſa mortis, licèt etiam dixerit, *omni meliori*
modo; item pro ſe, & hæredibus; item pleno iure, &
dicta donatio facta fuerit fratri, vel filio, ſemper
eſt interpretanda donatio cauſa mortis, quia illa
verba, titulo puræ, ac meræ donationis cauſa mor-
tis, qualificant totam diſpoſitionem, Dec. *in d. con-*
ſil. 470. numer. 6. verſ. præſumitur tamen, Pariſ. *in con-*
ſil. 26. numer. 7. volum. 2. Curr. iun. *in conſil.* 230. Ia-
ſon *in conſil. 5. colum. fin. & conſil. ſequent. colum. 3. vol.*
3. Clar. *in §. donatio. quæſt.* 4. & ita omnes prædictæ
aliæ clauſulæ, & coniecturæ perſonarum † recipiūt 12.
qualitatem ab ipſo titulo, quo donare voluit, & ita
pluries fuit in Rota iudicatum, vt *in Digeſt. No-*
uiſſ. tom. 5. tit. Donatio cauſa mortis. cap. 1. & ita poſſent
limitari ſcripta per Menoch. *in d. præſumpt. 35. num.*
4. *lib.* 3. vt ſit donatio inter viuos, quando mentio
mortis in executiuis appoſita fuerit quaſi per mo-
dum dilationis temporis adiecta, quia non proce-
dit, quando titulus meræ, ac puræ donationis cau-
ſa mortis eſt expreſſus in quacumque parte, nam
omnia alia adiecta inficit & qualificat.
Quintus caſus eſt, nam licèt mentio mortis po-
ſita in executiuis ſolùm per modum dilationis tem-
poris, † hoc caſu interpretanda eſt donatio inter 13.
viuos, ad tradita per Menoch. *in d. præſumpt. 35. num.*
4. Tamen quando dixit quòd donauit titulo cauſa
mortis, † ſequuta eius morte, eiúſque intentio ſit, 14.
quòd dicta donatio firma remaneat, ſemper eſt iu-
dicanda donatio cauſa mortis. Dec. *in conſil. 305. n.*
2. *& in d. conſil. 470. num. 6. verſ.* 1. Pariſ. *in conſil. 16.*
num. 7. volum. 2. Capella Tholoſan. *in deciſ. 454. num.*
2. *& ſeq.*
Declaratur iſte caſus, vt procedat etiam ſi rei
traditio facta fuerit, quia traditio † ſemper eſt in- 15.
telligenda cum conditione, niſi fuerit reuocata, &
niſi donantem pœniteat. *d. l. non omnis. ff. ſi cert. pet.*

& *ibi*

& ibi Dec. *num.* 10. Ancharan. *in conſil.* 36. *numer.* 3. Pariſ. *in d. conſil.* 16. *numer.* 10. *volum.* 2. & hoc procedit etiamſi donans reſeruaſſet ſibi vſumfructum. Pariſ. *in d. conſil.* 16. *numer.* 11. *& ſeqq.* Item cùm ſubſtantia donationis eſt collata poſt
16. mortem; ergo per conſtitutum † in ea appoſitum, non eſt tranſlatum dominium, quia ſicut ſubſtantia contractus, ita etiam conſtitutum cenſetur tranſlatum poſt mortem, Alexand. *in conſil.* 82. *vol.* 4. *& in conſil.* 153. *volum.* 6. Dec. *in conſil.* 247. Tiraquell. *in tract. de conſtituto. ampliat.* 17. *numer.* 11. *& limit.* 2. Item cùm poſt mortem effectus transfertur, poſſeſſio transferri non poteſt, Angel. & Alexand. *in l. quamuis.* §. *ſi conductor. ff. de acquir. poſſeſſ.* & declarat Claudius *in d. l. quamuis.* §. 1. & Tiraquellus *in d. limit.* 2. Gabriel *in conſil.* 141. *volum.* 1.

Secundò declaratur, vt donatio prædicta ſit in-
17. terpretanda cauſa mortis, † non obſtante quòd donator promiſerit cum iuramento non reuocare illam, quia talis promiſſio intelligitur ſecundùm naturam contractus, & adhuc poſſe reuocari, dicit gloſſ. *in l. ſi alienum.* §. *Marcellus, in ver. qui acceperit. ff. de donat. cauſ. mort.* Bald. *in l. cum quis. ff. de condict. ob cauſ. verſ. ſed quid ſi dixi*, Alexand. *in l. quæ dotis, in* 6. *limitat. ff. ſolut. matrim.* Angel. *in conſil.* 254. *colum.* 2. quem ſequitur Pariſ. *in d. conſil.* 16. *numer.* 17. *volum.* 2. Dec. *in conſil.* 305. *numer.* 7. qui concordat opiniones, & dictam clauſulam irreuocabilem habet vti acceſſoriam, & nihil operantem, quia iam conſtat voluiſſe donare cauſa mortis, Gozadin. *in conſil.* 80. *à numer.* 9. *vſque ad* 18. Item ſi ſubſtantiam donationis & ipſius effectum contulit poſt mortem; ergo etiam promiſſionem de
18. non reuocando, † ita arguit Corn. *in conſil.* 126. *propè finem, volum.* 1. qui reſpondet ad *l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſa mort.* Dec. *in d. conſil.* 305. *num.* 6. *verſ. & inſuper.*

Tertiò declaratur, vt procedat, etiam ſi d. do-
19. natio facta eſſet Titio, & eius filiis † ex corpore legitimè deſcendentibus, quia aut dicti filij ſtant de per ſe, & ita ſicut donatio reſpectu fratris eſt reuocabilis, ita reſpectu filiorum: aut conſiderandi ſunt vt hæredes, & tunc ſi donatio non habet effectum in perſona patris primi donatarij, tantò minus poterit habere effectum in perſona filiorum hæredum patris, Dec. *in d. conſil.* 470. *numer.* 10. *& plur. ſequent.* & licèt donatio facta patri, & filiis dicatur facta ordine ſucceſſiuo, ita vt filij ſint admittendi poſt portem patris, Bartol. *in l. quod dicitur, in* 2. *numer.* 6. *de verb. obligat.* Dec. *in conſil.* 662. *numer.* 3. Corn. *in conſil.* 47. *numer.* 5. *volum.* 4. qui probat eſſe communem obſeruan-
20. tiam, ſed quando ſucceditur ordine ſucceſſiuo, † tunc ſucceſſio fit per vulgarem, vt ſcripſi *in quæſtione . . . de ordine ſucceſſiuo*, & ita dicti filij immediatè capiunt à donante, gloſſ. Bartol. & cæteri *in rubric. ff. de vulgari*, Polit. *in tract. de ſubſtitut. in præludiis, numer.* 7. ergo dicti filij ſuccedunt vt filij, non autem vt hæredes, & dicuntur habere bona donata in vim pacti, & conuentionis, ex regula *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo.* Tamen etiam retentis dictis terminis *d. l. quoties*, prædicta non procedunt, quando pater ſtipulatus eſt pro filiis, vt probat Surd. *in deciſion.* 322. *& deciſion.* 324. qui plurimos allegat.

21. Item quia diſpoſitio † *d. l. quoties*, non habet locum in donatione cauſa mortis, ſed ſimplici, quia d. lex loquitur de donatione propriè, & ſtrictè, vt probat Anton. Corduba *in l. ſi quis à liberis.* §. *item reſcriptum, numer.* 31. *&* 51. *ff. de liberis agnoſcend.* etſi fiat donatio cauſa mortis alicui, vt poſt certum tempus reſtituat alteri, non acquiritur ius illi tertio, niſi præſens fuerit, *l. ſi cui. ff. de donat. cauſ. mort. l. ſi quis argentum.* §. *final. C. de donat.* quod procedit, vt poſſit competere ius ſubſtituto ex contractu donationis cauſa mortis, quia aliàs valeret tanquam legatum, & fideicommiſſum. *l.* 1. *C. de donat. cauſ. mort.* Aliter oporteret fateri, *d. l. ſi cui, & d. l. vt hæredibus. de legat.* 2. eſſe correctam per *d. l. quoties*, quod non eſt dicendum, quia, vt millies probaui in ſcholis, nulla lex Codicis corrigit aliquam legem Digeſtorum.

Sextus caſus eſt, vbi facta eſt donatio † cum 22.
pacto quòd non poſſit reuocari, tunc interpretanda eſt inter viuos. *l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſ. mort.*
Tamen ſi fiat filio in poteſtate, † qui non eſt 23.
capax donationis inter viuos, tunc fit interpretatio, vt ſit donatio cauſa mortis, vt potius actus valeat, quàm pereat, ita reſpondet Socin. *in conſil.* 137. *colum.* 1. *volum.* 1. quod eſt duplicatum *in conſil.* 232. *volum.* 2. & ſequitur Roland. *in conſil.* 8. *numer.* 23. *volum.* 1. Paul. de Caſtr. *in conſil.* 75. *volum.* 2. vbi ſi quis donauit omnia bona ſua præſentia, & futura cum promiſſione de non reuocando, non habet locum *d. l. vbi ita donatur.*
quia donatio † omnium bonorum præſentium, & 24.
futurorum non valet, *l. fin. C. de pact.* ſed eſt interpretanda donatio cauſa mortis, & hanc concluſionem etiam probat Afflict. *in tractatu de iure protimiſeos.* §. 3. *num.* 17. *& ſeq.*

ARTICVLVS III.

Quando donatio cauſa mortis valeat vt fideicommiſſum.

SVMMARIA.

1. *Donatio cauſa mortis facta abſenti, tranſit in naturam fideicommiſſi.*
2. *. . ſecus ſi fiat in teſtamento, vel codicillis ab infirmo.*
3. *Donatio ſimplex cum conditione ne hæres inferat moleſtiam, tranſit in naturam fideicommiſſi.*
4. *Donatione cauſa mortis, quæ actiones intentari poſſint.*
5. *. . ſi facta eſt per pactum nudum, competit condictio ex lege.*
6. *Ex donatione cauſa mortis quando transferatur dominium, & à quo tempore debeantur fructus.*

QVANDO donatio cauſa mortis non fit præſenti, neque Notarius ſtipulatur pro abſente, tunc tranſit in † naturam fideicommiſſi, & 1.
ita communiter receptum eſt per text. *l. miles ad ſororem, in princip. & l. cùm pater.* §. *dulciſſimis. de legat.* 2. *& l. ſi donatio. C. de donat.* vbi donatio inualida, ſi teſtamento confirmata fuerit, tranſit in naturam fideicommiſſi, per quas leges hanc ſententiam firmarunt Bartolus *in l.* 1. *in fin. ff. de donat. cauſ. mort.* & ibi Salyc. *in fin.* Dec. *in conſil.* 184. *numer.* 9. Roman. *in conſil.* 181. *numer.* 6. *& in conſil.* 513. *num.* 2. *verſ. igitur ſtat concluſio.* Cremenſ. *ſingular.* 13.

tu ſcis, quòd quando. Crauet. *in conſil.* 139. *in fin. &* *in rubrica de legat.* [illegible] *numer.* 129. & hæc ſententia fuit recept[illegible]. Boër. *deciſion.* 553. *colum.* 3. *in princip.* Ro[illegible] 245. *numer.* 6. *part.* 1. *in Nouiſſim. & deciſion.* 107. *numer.* 8. *in eiſdem*, quam eſſe communiſſimam, probat Dec. *in conſil.* 196. *col.* 1. *in fin.* Clarus *in* §. *donatio. queſt.* 5. *num.* 3. *verſ. ſed pone.*

Declaratur iſte caſus, quòd quando donatio facta abſenti eſt à ſano, tunc valet vt fideicommiſ-
2. ſum; ſi verò fiat in teſtamento, † vel codicillis ab infirmo, tunc eſſet ſimplex donatio cauſa mortis, ita probat Clar. *in* §. *donatio. queſtion.* 4. *numer.* 3.

Item declara, quia ſi eſt facta donatio ſim-
3. plex, † & donans grauauit hæredem ne donatarium moleſtet, quòd ſi moleſtauerit, bona donata eidem reliquit, tunc in tantum dicta donatio in caſu moleſtiæ habebit vim fideicommiſſi, in quantum quinque teſtes in ea interueniſſent, ita declarat Paul. de Caſtr. *in conſil.* 138. *dicta donatio, in fin. verſ. ſed an ſaltem, vol.* 1. Niſi donator ſe reſtrinxiſſet, in caſu moleſtiæ quod reliquit ex cauſa dictæ donationis, quia tunc non poterit valere in vim fideicommiſſi, Rota *d. deciſion.* 107. *part.* 1. *in Nouiſſim.*

4. Tertiò declaratur, nam ſi donatio † cauſa mortis eſt facta in teſtamento, vel codicillis, res donatæ peti poſſunt actione ex teſtamento. *l.* 1. *C. de donat. cauſ. mort.* & ideo habet effectum vltimæ voluntatis. Sed pro ea non dantur tres actiones, quæ competunt pro legatis, ex *l.* 1. *C. commun. de legat.* videlicet, non conceduntur actiones hypothecaria, perſonalis, & rei vendicatio, Bald. *in conſil.* 248. *verſ. tertiò dixi. volum.* 5. *& in l.* 2. *de legat.* 1. & hanc eſſe communem opinionem poſt Socin. *in d. l.* 2. *num.* 90. *&* 99. probat Craſſ. *in* §. *donatio cauſa mortis. queſt.* 19. Si verò facta ſit interueniente ſtipulatione, poſſunt peti res per actionem ex ſtipulatu, quia tunc magis accedit contractui, Bald *in conſil.* 249. *in princip. vol.* 5.

5. Si verò facta fuerit per ſimplex † pactum nudum, competit actio ex *l. ſi quis argentum. C. de donat.* quoniam ex pacto nudo non oritur actio, Bartol. & cæteri *in l. legitima. ff. de pact.* ſed quia hoc pactum nudum reſpectu donationis eſt à lege approbatum, ideo competit condictio ex ipſa lege, & licèt quoad tranſlationem dominij rerum donata-
6. rum non valeat, † niſi à die mortis donantis, qua dicta donatio confirmatur, tamen quoad fructus valet à die donationis, & ideo peti poſſunt, etiam pro tempore, quo vixit donans. Clar. *in* §. *donatio. queſt.* 5. *num.* 7. *verſ. ſed quæro nunquid hæc confirmatio.*

QVÆSTIO XXVII.

De iure accreſcendi, per quatuor articulos diuiſa.

1. An ius accreſcendi habeat locum inter legatarios, & fideicommiſſarios.
2. An ius accreſcendi habeat locum in legitima.
3. An ius accreſcendi tranſeat in ſucceſſorem.
4. Communia de iure accreſcendi.

ARTICVLVS I.

An ius accreſcendi habeat locum inter legatarios, & fideicommiſſarios.

SVMMARIA.

1. *Ius accreſcendi trahit originem à coniunctione hominis, vel legis.*
2. .. *habet locum in legatis, & fideicommiſſis.*
3. .. *& competit ex mente teſtatoris regulata à lege, & num.* 6.
4. .. *habet locum inter duos legatarios verbis coniunctos.*
5. *Coniunctio verbalis qualis ſit.*
7. *Ius accreſcendi inter quos prohiberi poſſit.*
8. *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, quando operetur.*
9. *Coniunctio verbalis habet opus expreſſione æquis portionibus.*
10. *Expreſſio partium operatur, ne faciant partes per concurſum.*
11. *Coniunctio mixta, & verbalis, quomodo differant reſpectu expreſſionis partium.*
12. *Coniuncti verbis non ſunt, qui in duabus orationibus cum copula coniuncti ſunt.*
13. *Ius accreſcendi habet locum in legatariis re coniunctis.*
14. *Coniuncti ſunt, quando eadem res legatur pluribus in diuerſis orationibus.*
15. .. *& an ſit exprimenda qualitas, ita quòd faciant ſibi partes per concurſum.*
16. *Legata plura vnius rei poſſunt fieri pluribus legatariis dupliciter.*
17. *Dictio* inſolidum, *differt ab ipſa ſolidare legata.*
18. L. inde Neratius. ff. de vſufruct. accreſc. *declaratur.*
19. L. item quod Sabinus. §. vnde idem. ff. de hæred. inſtit. *declaratur.*
20. *Ius accreſcendi habet locum inter legatarios mixtim coniunctos.*
21. *Accreſcere, & non decreſcere, an differant inter ſe.*
22. *Coniuncti mixtim, quando dicantur.*
23. *Ius accreſcendi non habet locum inter legatarios re, & verbis diſiunctos. Contrarium probatur num.* 26.
24. *Fundus conſtituitur ex vna eius parte, inſpecta iuris cenſura.*
25. *Legatum partis maiorem affinitatem habet cum hæreditate quàm cum legato alterius partis.*
26. L. Mæuio. de legat. 2. *verus intellectus.*
27. L. & Proculo. de legat. 2. *verus intellectus.*
28. *Legatum debetur ſeruo ex naturali æquitate.*
29. *Gloſſ.* in l. & Proculo. de legat. 2. *reprobatur.*
30. *Legatum vſusfructus cadit à die adita hæreditatis.*
31. *Domini vnius ſerui legatarij ſunt coniuncti in domino, ſed non honore expreſſo à teſtatore.*
32. *Coniunctio ad effectum iuris accreſcendi debet procedere à teſtatore.*
33. L. & Proculo. de legat. 2. *ratio dubitandi, & ratio decidendi.*
34. *Legata rei pars magis accedit alteri parti, quàm hæreditati.*
35. *Ius accreſcendi inducitur ad exemplum alluuionis.*

36. *Ius*

36. *Ius accreſcendi non habet locum in legatis per verbum diſtributiuum.*
37. *Nomen collectiuum inducit coniunctionem verbalem, quæ reſoluitur per diſtributiuum.*
38. *Ius accreſcendi non habet locum in legato annuo.*
39. *Legatum quod morte finitur non tranſmittitur ad hæredes.*
40. *Ius accreſcendi non habet locum in legatis limitatè factis.*
41. *Argumentum de re ad tempus eſt validum.*
42. *Ius accreſcendi non habet locum in portionibus cum diſtributione relictis.*
43. *Legati ſubſtantia conſiſtit in acceptatione.*
44. *Legatum annuum dicitur acceptari tam pro primo, quàm pro ſequentibus annis.*
45. *Legatarius ſub conditione, iſta pendente, habet ius conſiderabile.*
46. *Legatarius annui relicti poteſt petere ſatisfieri etiam pro ſequentibus.*
47. L.1.C.de fideicommiſſ. *habet locum in quibuslibet annuis relictis.*
48. *Legati annui acquiſitio quæ fit ſingulis annis eſt res accidentalis.*
49. *Legati annui tot eſſe legata, quot ſunt anni, quomodo intelligitur.*
50. *Legatarius quantitatis ſub conditione non habet hypothecam contra tertium poſſeſſorem pendente conditione.*
51. *Conditio quando retrotrahatur ad ſuum principium.*
52. *Ius non decreſcendi non habet locum in legato annuo acceptato.*
53. *Ius accreſcendi poteſt prohiberi à teſtatore, expreſſè, & tacitè.*

1. IVs accreſcendi à coniunctione † trahit originem, Bartol. *in l. re coniuncti, numer.* 19. *de legat.* 3. Iaſ. *numer.* 101. Rip. *numer.* 62. Crot. *numer.* 42.. Bolognet. *numer.* 229. Et quia coniunctio alia facta eſt ab homine, alia à lege conſiderata, ſuper vtroque capite omnes caſus ad hanc materiam pertinentes explicandi ſunt.

Primum caput de coniunctis ab homine in duas partes diuiditur, quia aliquando in vltima voluntate, aliquando inter viuos coniunctio facta eſt, agentes priùs de caſibus ad noſtram materiam pertinentibus.

Super hoc articulo regula affirmatiua conſtituenda eſt. In legatis † quidem probatur per *l. Mæuio. de legat.* 2. *l. ſi duobus.* §. *fin. l. planè.* §. *ſi coniunctim. de legat.* 1 *l. hæc ſcriptura.* §. 1. *& l. ſi ſeparatim. ff. de condit. & demonſtrat. l. vnic.* §. *vbi autem. C. de caducis toll.* §. *ſi eadem res. Inſtit. de legatis.* Verall. *deciſ.* 125. *incip. Ius non decreſcendi. part.* 2. Vbi etiam quòd dicitur competere ex coniectura mentis † teſtatoris. *d. l. vnic.* §. *ſi verò quidam. C. de caduc. tollend. l. planè, in princip. de legat.* 1. & declarat Iaſ. *in l. huiuſmodi.* §. *ſi Titio colum.* 2. *de legatis* 1. & ita pluries fuit deciſum, vt *in Digeſt. Noniſſim. tomo* 5. *titulo Ius accreſcendi. cap.* 3. *& plur. ſeq.* Idem in fideicommiſſis vniuerſalibus locum habet. Bartol. *in conſil.* 53. *part.* 1. & probatur *in d. l. vnic.* §. *hæc autem omnia. C. de caduc. tollend.* Fulgoſ. *in conſil.* 17. *propè finem.* Anania *in conſil.* 102. *propè finem*, Paul. de Caſtr. *in l. Lucius.* §. *puerum, in fin. & in* §. *quæ habebat, in fin. ff. ad Trebell.* Corn. *in conſil.* 307. *numer.* 9. *volum.* 1. *& in conſil.* 238. *numer.* 3. *volum.* 2. Iaſ. *in l. re coniuncti. numer.* 206. *de legat.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 10. *titul.* 3. *numer.* 2. & hæc opinio recepta eſt in tribunalibus. Peguer. *in deciſ.* 109. *& d. titul. Ius accreſcendi. cap. Fullanus.* Viuius *deciſ.* 406. Sed vt articulus clarior fiat, magis practicabiles caſus explicemus.

Primus eſt: Ius accreſcendi habet locum † inter duos legatarios verbis coniunctos. *l. vnic.* §. *vbi autem. de caduc. tollend. l. re coniuncti. de legat.* 3. Verbis 4.
autem † coniuncti dicuntur, quando in eodem 5.
contextu verborum eadem res duobus legatur, vt ſi dixerit Caio & Sempronio, fundum æquis partibus lego, nam licèt dictæ partes ſint à teſtatore diſtinctæ, ſunt tamen adhuc in confuſo, ita vt demonſtrari non poſſint. Ideo propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redacti videntur, *d. l. vnic.* §. *his ita. verſ. hoc ita tam variè. C. de caduc. tollend.* Quamobrem ius accreſcendi locum habere probant Bald. *in conſil.* 174. *num.* 1. *volum.* 1. Syluester Aldobrand. *in conſil.* 11. *numer.* 7. Socin. iun. *in conſil.* 139. *numer.* 23. *volum.* 1. Mantic. *de coniectur. lib.* 10. *titul.* 3. *numer.* 3. quod ius accreſcendi inducitur ex tacita voluntate † teſtatoris, *l. ſi Titio, & Mæuio.* §. *Iulianus. de legat.* 6.
2. quem ad hoc probandum allegat Socin. ſen. *in l. centurio, colum.* 7. *ff. de vulgar.* & idem dicit *gloſſ. fin. propè finem, in l. apud Iulianum.* §. *idem Iulianus. ff. ad Trebellian.* Iaſ. autem *in l.* 1. *C. de teſtament. milit.* dicit ius accreſcendi potius procedere immediatè ex diſpoſitione legis, quàm teſtatoris, & allegat Bartol. ita ſenſiſſe *in l. ſi teſtamento. ff. de vulgari*, & ita tenendo dicimus, quòd dicta tacita teſtatoris colligitur, quia eſt conformis diſpoſitioni legali, ſed quia expreſſum fuit ceſſare tacitam, poſſet ipſe teſtator prohibere ius accreſcendi † inter legatarios, & fi- 7.
deicommiſſarios, quia tunc non obſtaret regula *l. ius noſtrum. ff. de regul. iur.* Nam portio deficiens accreſceret hæredi. Ripa *in l. re coniuncti, numer.* 133. *de legat.* 3. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 9. *num.* 3.

Declaratur iſte caſus, nam licèt teſtator legando fundum Seio, & Titio æquis portionibus expreſſiſſet illud, quod tacitè ineſt, † contra regulam *l.* 3. *de* 8.
legat. 1. Tamen illa regula procedit in his quæ tacitè inſunt ex neceſſitate, vt dicit gloſſ. *in l.* 1. §. *final. ff. de vſufruct. accreſcend.* Sed inter legatarios ius accreſcendi procedit ex voluntate teſtatoris, ſecundùm quam partes poſſunt legari æquales, vel inæquales, idcirco expreſſio operatur; item quia poterunt prohibere, vt dixi. Item opus eſt † dicere æquis portio- 9.
nibus, ad differentiam coniunctionis realis inter vocatos, vt dicit Bald. *in d. l.* 1. *ff. de vſufruct. accreſcend.* Item niſi exprimerentur partes, dicerentur mixtim coniuncti, quia nominis, & rei complexus eos coniungeret. *l. triplici. ff. de verb. ſignificat. d. l. vnic.* §. *his ita. C. de caduc. tollend.* Nec obſtat *l. huiuſmodi.* §. *quibus. de legat.* 1. quia ibi ſingulis legatariis ſunt legatæ ſingulæ res, & ita ſunt omninò disiuncti. Item expreſſio † 10.
partium facta à teſtatore operatur ne faciant partes per concurſum, Bartol. *in l. re coniuncti. de legat.* 3. §. *ſi eadem res. Inſtit. de legat.* Item expreſſio partium operatur, vt legatariis verbis coniunctis inuitis accreſcat, *l. neminem, & ibi* gloſſ. declarat. *de legat.* 2. gloſſ. *in l. quidam elogio. C. de iure deliber.* Item inter mixtim coniunctos † licèt fiant partes per legis interpreta- 11.
tionem, ne hæres bis grauetur circa eandem rem, tamen hoc ſubintelligitur à lege, argum. *l. ſi tibi homo.* §. 1. *de legat.* 1. *& l. ſi pluribus. eodem titul. & l. Mæuius.* §. *eum qui. de legat.* 2. quoniam inſpectis verbis ſemper vnicuique ſolidum relictum videtur, *l. Mæuio, in principio. verſ. tutus. de legat.* 2. *d. l. vnic.* §. *vbi autem. C. de caduc. tollend. l. ſi ſeparatim. ff. de condit. & demonſtrat. l. hæc ſcriptura.* §. 1. *ff. eod. titul. l.* 1. §. *interdum. l. inde Neratius. ff. de vſufruct. accreſcend.* Sed inter verbis con-

iunctos fit partium diſtributio à teſtatore, vt *in d. l. re coniuncti. de legat. 3. & d. §. ſi eadem res. Inſtit. de legat. & d. l. ſi duobus. §. final. de legat.* 1. ergo in verbali coniunctione ſemper fit expreſſio partium tam inſpecta diſpoſitione, quàm executione; ſed in mixta, vel reali coniunctione non fit partium expreſſio in ipſa diſpoſitione *d. l. coniunctim. de legat.* 3. licèt fiat vel fieri poſſit in executione. Item in coniunctione verbali vnica oratio eſſe debet. Quamobrem ſi teſtator duas fecerit, etiamſi vniuerit cum copula, ni-
12. hilominus non ſunt verbis † coniuncti, vt ſi dixerit, Titio lego fundum, & Caio lego eundem fundum. Nam ſi dico, Titio fundum lego, eundem fundum lego Caio, ſine copula, iſti ſunt verbis diſiuncti, quia duæ orationes factæ ſunt. *d. l. re coniuncti. de legat.* 3. ergo idem ſi dixerit, lego fundum Caio, & eundem fundum lego Titio, & hanc opinionem tenet Bartol. contra antiquos *in d. l. re coniuncti, num.* 13. *de legat.* 3. quam eſſe communiter receptam atteſtantur *ibi* Polit. *numer.* 23. *& ſeq.* & Anton. Fum. *in tract. de coniunctionib.* rubric. *de verbali coniunctione numer.* 2. quam etiam optimè defendit Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 21. *num.* 41.

13. Secundus caſus eſt: Ius accreſcendi † habet locum in legatariis re coniunctis. *l. ſi duobus. §. fin. de legat.* 1. *§. ſi eadem res. Inſtit. de legat. l. hac ſcriptura. §. final. l. ſi ſeparatim. ff. de cond. & demonſt.* & hanc tenent communiter omnes *in l. re coniuncti.*

14. Declaratur iſte caſus. Nam re coniuncti † ſunt, quando eadem res duobus, vel pluribus in diuerſis orationibus relicta eſt. *d. l. re coniuncti, in princip. in verſ. ſeparatim.* vt ſi dixero, lego Titio fundum Sempronianum, lego Caio eundem fundum Sempronianum, iſtæ ſunt duæ orationes ſeparatæ, duoque legatarij, & vnus, & idem fundus Sempronianus relictus eſt, in quo ſunt coniuncti, & probatur *in l. 1. §. interdum. & l. 3. ff. de vſufruct. accreſcend. l. coniunctim. de legat. 3. l. vnic. §. ſi verò non omnes. C. de caduc. tollend.* Et licèt Bartol. *in d. l. re coniuncti, numer.* 8. velit quòd ad hoc vt dicantur re coniuncti, qualitas
15. exprimenda eſt, ita quòd ſibi faciant † partes per concurſum, aliter vnus dicitur vocati ad rem, alter ad æſtimationem rei. *d. l. ſi pluribus. in fin. de legat.* 1. Tamen text. *d. l. re coniuncti*, vbi per regulam declarantur re coniuncti, non additur qualitas, ita vt faciant ſibi partes per concurſum, ſed ſimpliciter dicitur, quibus ſeparatim, id eſt, in diuerſis orationibus res relicta eſt. Item probatur ex effectu. Nam ius accreſcendi habet locum ex tacita voluntate teſtatoris. *d. l. ſi Titio, & Meuio. §. Iulianus. de legat.* 2. ſed ſi teſtator pluribus eandem rem legauit, non inſolidum, inter eos habet locum ius accreſcendi. *d. l. ſi pluribus.* ergo multò magis locum habet, quando eandem rem duobus inſolidum legat, quia videtur magis dilexiſſe legatarios, quos maiori commodo proſequutus eſt, argum. *l. Publius. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* & tunc poſſunt dici, ſibi facere partes per concurſum, quia alteri debetur res, alteri æſtimatio ipſius rei, *l. Titia textores. §. 1. de legat.* 1. iuncta declaratione Bartoli quam facit ad illum text. *in l. quod te. ff. ſi cert. pet.*

16. Ego dico, quòd plura legata † vnius rei poſſunt fieri pluribus legatariis inſolidū dupliciter, vel explicitè dicendo inſolidum, & tunc conſtat manifeſtiſſimè, teſtatorem voluiſſe ſingulos legatarios habere totam rem, ſed quia hoc eſt impoſſibile, ideo vnus habebit rem, alter æſtimationem, & intrat
17. text. *d. l. ſi pluribus, in fine.* vel non explicitè † dixit dictionem *inſolidum*, ſed ipſam ſolidam rem ſingulis legauit, vt in ſupradicto exemplo, & tunc intrat diſpoſitio *l. coniunctim. de legat.* 3. vbi ſolida res ſeparatim legata erat, & ideo faciunt ſibi partes per concurſum, ita quòd facere ſibi partes per concurſum eſt effectus, quia ſingulis ſolida res legata erat, & iſtum intellectum eſſe verum, probat text. *d. l. vnica. §. ſin autem diſiunctim, verſ. ne blandiaris. C. de caduc. tollend.* vbi eadem res erat diſiunctim pluribus legata, ſed quia non erat appoſita dictio inſolidum, dicit Imperator, & non blandiantur, vt vnus quidem ſolidam rem, alij verò ſinguli ſolidam æſtimationem habeant, quoniam faciunt ſibi partes per concurſum, ex quo text. probatur, quòd ſi ſolida res pluribus diſiunctim legata eſt, faciunt iſti ſibi partes per concurſum. Nec obſtat *d. l. inde Neratius*, † quia iſte 18.
text. probat hunc intellectum, toties ius accreſcendi eſſe, quoties res, quæ inſolidum legata eſt, concurſu diuiſa eſt, nam ibi res inſolidum legata, intelligitur, id eſt, tota legata eſt duobus, ſed non per dictionem inſolidum, & ita dicit text. *d. l. coniunctim*, tota hæreditas duobus, tota legata duobus, per concurſum diuiſa ſunt, & totum, idem eſt quod ſolidum, ſed non eſt expreſſa dictio inſolidum, ita quòd manifeſtiſſimè appareret de intentione teſtatoris.
Non obſtat text. *l. item quod Sabinus.* † *§. vnde idem. ff.* 19.
de hæred. inſtit. Quia ego dico contrarium probare illum text. dum dicit, duos in vndecim vnciis hæredes fecerat, poſtea dixit, tertius hæres eſto, quartus hæres eſto, tunc per iſta verba, tertius, & quartus ſunt inſtituti in tota hæreditate, inſpecta vi verborum, ita intelligendo *d. l. coniunctim.* & ideo non magis coniunguntur inter ſe reſpectu vnius vnciæ, quàm reſpectu aliarum; & licèt iſte tertius, & quartus dicantur coniuncti in illa ſola vncia, quæ ſupereſt, hoc non colligitur ex verbis teſtatoris, ſed ex interpretatione legis, quæ fecit regulam vt in eo, quod deeſt aſſi, inſtituti ſine partibus cenſeantur facti hæredes, ſed ibi dicit text. quantum ad ius accreſcendi non ſunt coniuncti, qui ſine partibus inſtituuntur, ſed ſi teſtator dixiſſet, tertius in reliqua vncia hæres eſto, quartus in reliqua vncia hæres eſto, tunc iſti tertius, & quartus eſſent re coniuncti in illa vncia, & portio vnius accreſceret alteri.

Tertius caſus eſt, † Ius accreſcendi habet locum 20.
inter legatarios mixtim coiunctos, & licèt Doct. *in l. re cõiuncti*, dicant, portionẽ deficientem pertinere ad mixtim coniunctum per ius non decreſcendi. Angel. *in d. §. ſi eadem res. Inſtit. de legat.* & alij ad hoc allegari per Viuium *in deciſ.* 406. *numer.* 8. & Verall. *deciſ.* 125. *part.* 2. Tamen leges promiſcuè vtuntur iſtis verbis accreſcere, † & non decreſcere, & ſæpe illud di- 21.
cunt accreſcere, quod eſt non decreſcere. Item quòd tunc videatur accreſcere, cùm portio iam quæſita, & poſtea amiſſa collegatario accedit, tenet Bartol. *in d. l. re coniuncti. numer.* 22. vbi exponit *d. l. hac ſcriptura, & d. l. ſi ſeparatim, in verſ. accreſcat.* id eſt, non decreſcat. Item probatur, quia tunc fortuito caſu dicitur obuenire *l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſtam.*

Declaratur iſte caſus, vt mixtim † coniuncti di- 22.
cantur, ſi dixero: Lego Titio, & Caio fundum in vna oratione, & hanc tenent gloſſ. *in l. 1. §. final. ff. de vſufruct. accreſcend. & in l. ſi duobus. §. final. de legat.* 1. *& ibi* Bald. & Aretin. Bartol. *in d. l. re coniuncti, numer.* 16. *& ibi* Iaſ. *numer.* 58. Crot. *numer.* 11. *&* 41. Politus *numer.* 24. Bartol. Bald. & Caſtrenſ. *in d. l. vnic §. vbi autem. C. de caduc. tollend.* ſcribentes *in l. planè §. ſi coniunctim. de legat.* 1. Portius & Aretin. *in d. §. ſi eadem res. Inſtit. de legatis.* Alciat. *in d. l. triplici, in princip. ff. de verb ſignificat.* Zaſius *in lib.* 1. *reſponſorum cap.* 18. & iſta eſt communiſſima concluſio. Quia text. *d. l. re coniuncti*, dicit per verba, *æquis portionibus*, eſſe factos verbis

verbis coniunctos in vna oratione;ergo ſi ſine dicta clauſula eſſent etiam verbis coniuncti, ſuperfluè fuiſſet appoſita,contra text. *§. quibus in prima conſtit. Cod.& l.ſi quando.de legat.* 1.*& cap.ſi Papa. de reſcriptis.* Item text. *d.§.ſi eadem. Inſtit.de legat.* vbi ſi eadem res coniunctim fuerit legata duobus,ſcinditur ibi legatum, & ſic faciunt ſibi partes per concurſum,non autem ab initio ſcinditur,& ita text.loquitur de mixtim coniunctis,non autem de verbis coniunctis,quia inter iſtos fiunt partes ab initio,*l.planè. §.ſi coniunctim.de legat.*3. Item Imperator *in verb.coniunctim*, declarando qui ſunt iſti coniuncti, dicit vt ſi quis dicat,Seio,& Caio Stichum hominem do lego,iſti dicuntur mixtim coniuncti,quia vnica oratio eſt,non ſeparata,& vna res legata eſt.

23. Quartus caſus eſt,inter † legatarios,& fideicommiſſarios re, & verbis diſiunctos non eſt locus iuri accreſcendi,vt ſi teſtator legaſſet diuerſas res,diuerſis perſonis,vt eſt caſus *in l.huiuſmodi §. quibus.de legat.* 1. vbi duo ſerui erant legati duobus legatariis, & ita firmarunt *in d. l. re coniuncti.* Bart. *numer.* 25. Rip.*numer.*75. Iaſ. *numer.*112.Bolognet. *numer.*244. Doct. *in l.1.ff.de vſufruct.accreſcen.& in l.& Proculo.de legat.*2.Iaſ.*in l.qui quartã.§ ſi quis vnam.de legat.*1.*& in l.ſi duobus §. final.de legat.*2. *& in d.l.huiuſmodi.§.quibus,* Immol.& Alexand. *in l.qui filiabus. de legat.* 1. & hanc opinionem valdè comprobat Peregrin. *in conſil.*32. *numer.* 2. *volum.* 3. *& in tract. de fideicommiſſ. articul.* 9. *numer.* 2. vbi alios allegat. Item ſi teſtator legauerit vnam,& eandem rem duobus,factis partibus pro diuiſo,vt *l.rectè dicimus.§.final.ff.de verb.obli-*
24. *gat.* tunc enim quælibet pars fundi † vnum integrum fundum conſtituit inſpecta iuris cenſura, & interpretatione,*l.quod in rerum.§.*1.& *ibi* gloſſ. *de legat.*1.*& d l.rectè dicimus.§.final.* ergo pars repudiata,
25. quæ eſt omnino diſtincta à parte † acceptata,maiorem vicinitatem habet cum ſuo genere, quàm cum altera ſpecie diſtincta,quo fit,vt portio vacãs accreſcere debeat hæreditati,tanquam ſuo generi, continenti ſub ſe omnes ſpecies,& bona hæreditaria.*Inſt. de rebus corporalib. in princip. & l. hæreditas. ff. de petit. hæredit.*Item quia legatum eſt deliberatio hæreditatis,& res de facili reuertitur ad ſuam naturam.

26. Ego credo contrariam opinionem † eſſe veriorem,per text. *l.Mæuio.de legat.*2. vbi dicitur, Mæuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego,Titio eundem fundum lego, & ſi deficit portio Seij, diſponitur, quòd accreſcat vtrique. Et vt clariùs intelligatur,præſupponendum eſt,quòd lex iſta non loquitur de verbis coniunctis,vt *ibi* per gloſſ.in figuratione caſus,& gloſſ.*in l.*1.*§. idem ait, in verſ.ex ſociis,* vbi opponit de *d.l.Mæuio,* & dicit,quòd erant re coniuncti,ſed verbis diſiuncti.*ff. de vſufruct.accreſcend.*Item *in l.pen.ff.de vſufruct.accreſcend.* vbi verbalis coniunctio non operatur ad ius accreſcendi.Item aduertendum,quòd neque *d.l.Mæuio,*loquitur de re coniunctis, quia illi dicuntur re coniuncti, qui ab initio vocantur ad totam rem,vt probaui,& partes, quæ fiunt per concurſum,debent eſſe æquales. *§ vbi autem.C.de caduc. tollend. in verſ. pro virili omnibus legatariis accreſcit;*ſed *in d.l. Mæuio,* dicitur, quòd pro portione legati,cuique eorum,quibus fundus ſeparatim relictus eſt,accreſcit. Item quia bis dicitur ſeparatim, quia cùm ſeparatim & partes functi, & totus legatus ſit,neceſſe eſt,vt ea pars,quæ ceſſat, pro portione legati,cuique,quibus fundus ſeparatim relictus eſt,accreſcat;ergo loquitur de omnino diſiunctis,& tamen habet locum ius accreſcendi.

Item iſta opinio probatur per text. *d. l. & Procu-*
27. *lo.* † *ff. de legat.*2. quam Peregrin. vbi ſuprà, allegat pro contraria parte. Pro qua intelligenda, præſupponendum eſt,quòd legatum factum ſeruo duorum dominorum,vno ex eis repudiante non accreſcit alteri,& ita videtur probare primam opinionem, tamen ſi bene aduertatur, per neceſſe probat opinionem,quam ſuſtinemus. Primò, quia ibi pars vacua, quæ erat repudiata à condomino, non omninò vacabat, quoniam ipſi ſeruo naturali quadam † æquitate debebatur, vt probat Bartol. & communiter 28.
omnes *in l.huiuſmodi.§.Titio.de legat.*1.*& in l.planè.§. ſi coniunctim*, per text. *ibi.de legat.* 1. ſed ceſſante illa, ratione æquitatis reſpectu ſerui, qui poterat acquirere, inter dictos condominos eſt locus iuri accreſcendi,etiam in iſto caſu, videlicet legati facti ſeruo duorum dominorum, vt eſt caſus *in l.* 1.*§. idem ait. ff.de vſufruct. accreſcend.* Aliter iſtæ duæ leges non poſſent ad concordiam reduci.Nec eſt tenenda opinio gloſſæ,quæ tam *in d.l.& Proculo,*† quàm *in d.§.* 29.
idem ait, aliud dicit in proprietate, aliud in vſufructu, quoniam in vſufructu faciliùs procedit ius accreſcendi. Iſta ratio non eſt recipienda, quia vſuſfructus deſiderat proprietatem.*l.antiquitas.C.de vſufruct.* ideo difficilius eſt in vſufructu. Et dico rationem eſſe quare in vſufructu ceſſat ratio æquitatis conſiderata *in d.l.& Proculo,*quoniam legatum vſuſfructus † cedit ab adita hæreditate,vt dicunt Doct. 30.
communiter,per illum textum *l. vnic. §. libertatibus. C.de caduc. tollend.* ſecus in aliis legatis, quæ cedunt à die mortis,*l.à Titio.ff.de furt.* Ideo ſi tempore quo aditur hæreditas, ille ſeruus hoc legatum vſuſfructus acquirere non poteſt, nunquam poterit vlteriùs acquirere, quo fit, vt cùm ſeruus omni ſpe acquirendi careat, ius accreſcendi inter illius dominos eſſe debet,propter communem,quam habent in vſufructu;ergo in caſu *d.l.& Proculo,*ceſſante ratione æquitatis propter communionem, quam habent condomini,debent habere ius accreſcendi.Nec hoc poteſt peruenire ex illa ratione,quia ſunt re coniuncti,quoniam re coniuncti admittuntur ad totum,& diuiduntur per partes æquales,ſed dicti condomini † 31.
in caſu *d.l.& Proculo,*diuidunt pro ratione dominij. Ideo dicit, nam ſi ambo vendicarent, eam quiſque partem habebit,quam in ſeruo haberet. Item ad rationem *d.l. & Proculo,* factam pro contraria parte, reſpondeo, quòd quando nos loquimur de coniunctis, intelligimus de illis, qui fuerunt vocati & honorati à teſtatore. *l.*3. *§. hoc autem, & §. ſed ſi coniunctim.ff.de legat.præſtand.l.filium.§.final. ff. eod.* Sed *in d. l. & Proculo*, ille dominus qui partem ſuam non agnouit,neque fuit nominatus à teſtatore,† & fortè 32.
teſtator dominos illius ſerui non cognoſcebat,ideo illa lex non loquitur de illa ſpecie coniunctionis,de qua nos tractamus, & ideo pro intellectu illius legis, † ratio dubitandi poterat eſſe, quia illi erant 33.
coniuncti in dominio,ideo videbatur inter eos habere locum ius accreſcendi. Ratio deciſionis eſt, quia illi non ſunt coniuncti nec honorati à teſtatore,ſed tantùm coniuncti in dominio,*l.ſi duo patroni. ff. de iureiur.* ideo non habet locum ius accreſcendi; ex quo ſequitur,quòd ſi eſſent honorati à teſtatore, ſed non coniunctim,inter eos eſſet locus iuri accreſcendi.Item ad rationem maioris † vnionis cum hæ- 34.
reditate,reſpondeo,quòd hæreditas eſt quid iuris.*l. hæreditas.ff. de petit. hæredit.* legata autem ſunt quid facti. Item hæreditas eſt quid inuiſibile incorporeum,legata autem ſunt de rebus corporalibus, ſed ius accreſcendi eſt propagatio eiuſdem formæ, & naturæ,*l.ſi Titio.ff.de vſufruct.* ergo facilius accreſcere debet portioni rei legatæ, quàm hæreditati. Itẽ † 35.
ius accreſcendi inducitur ad exemplum alluuionis.

d.l.ſi

d.l.ſi Titio.ff. de vſufruct. Sed vna portio legati maiorem connexitatem habet cum altera, quàm cum hæreditate;ergo dictæ alteri portioni, ſicut alluuio accedere debet. Item hæres nullo modo cum legatariis coniunctus eſt,ſed ipſi collegatarij inter ſe habent coniunctionem, id eſt, communionem ſaltem communem reſpectu totius rei;ergo iure accreſcendi,argum.l.interdum.ff.de hæred.inſtit.& l.ſi quis Attio. ff.de vſufruct.accreſcēd. Iſta eſt quæſtio ſcholaſtica,ſed in iudicando durum eſt recedere à ſententia tantorum patrum.

36. Quintus caſus eſt: Ius accreſcendi † non habet locum in legatis per verbum diſtributiuum factis, puta ſi teſtator filiabus ſuis pro dote reliquit mille pro qualibet earum,quia licèt videantur coniunctæ verbaliter propter nomen collectiuum,& vnitatem orationis.d.l.vnica.§.hoc tam variè.C.de caduc.tollend. tamen in re ſunt omninò diſiunctæ,& vocatæ ad res diuerſas, & ita firmarunt Bartol. Cuman. & Caſtrenſ. in l.huiuſmodi.§.quibus, per illum text.ff. de legat.1.quam eſſe communiter receptam,probant in l. reconiuncti, Ripa numer.70. Bolognet. numer.236. Craſſ. in §.ius accreſcendi.quæſt. 8. numer.5. & latiùs per Vaſquium de ſucceſſ. creat.lib.1.§.10.numer. 150. qui plurimos refert, atque atteſtatur ab hac ſententia neminem vnquam diſcrepaſſe. 37. Item quia nomen collectiuum † filiabus inducit coniunctionem verbalem, & realem, quando teſtator ſimpliciter filiabus ſuis relinqueret mille pro dotibus, ſed addendo pro qualibet earum propter huiuſmodi diſtributiuum fecit omnimodam diſiunctionem rerum, & diſtributiuum extinguit collectiuum, & pro hac opinione facit, quia ſi eadem quantitas legetur duobus,non dicuntur coniuncti re.Bart. in d. l.re coniuncti,num.7.Ripa num.27.& propterea ceſſat ius accreſcendi.

38. Sextus caſus eſt: Ius accreſcendi † non habet locum in legato annuo, Ruin. in conſil. 86. numer. 4.& ſequent.vol.1. Surd.in conſil. 211. num. 3.vol. 3. & in conſil.123.n.21.vol.1.Natta in conſil.306.num.1. 39. quia quando legatum † morte legatariorum finitur, tunc non tranſmittitur ad hæredes;ergo non eſt locus iuri accreſcendi. Bald. in l. dominus. §. fin. ff. de vſufruct. Item quia ius accreſcendi non habet 40. † locum in diſpoſitionibus limitatis, Iaſ. in d. l. re coniuncti, numer. 147. & ibi Rip. numer.50. & 178. Iaſ. in l. 1. numer. 6. C. de teſtament. milit. Menoch. in conſil. 1069. numer. 18. & plur.ſequent. volum. 12. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 9. numer.4. Idem eſt quando limitatio concernit tempus,quia 41. valet argumentum de re † ad tempus. l. miles ita. §.& quia diximus, & ibi gloſſ. & Doctor. ff. de teſtament.milit. Sed legatum annuum finitur morte; ergo in eo non habet locum ius accreſcendi.

Declaratur iſte caſus, nam ſi teſtator Titio, & Mæuio legauerit annuos ducatos centum pro ſingulis, & ita cum diſtributione quantitatis,ſi alter ex dictis legatariis mortuus fuerit,portio deficiēs † 42. non accreſcit alteri, quoniam,vt dictum eſt in caſu præcedenti, diſtributio tollit ius accreſcendi.

43. Item, quia ſubſtantia † legati conſiſtit in ipſa acceptatione totius legati, quia legatum repudiatum non eſt legatum. l. legatarius. §. fin. de legat. 1. & ſubſtantia eſt ipſe conſenſus. l. ex pretio. & ibi Bald. C. ſi cert. pet. & dominium rei legatæ non acceptatæ remanet penes hæredem, vt not. per ſcribentes in l. legatum. de legat. 2. & in l. à Titio. ff. de furt. Quando autem alter ex dictis legatariis, vel ambo acceptauerint dictum legatum annuum ſcutorū centum pro ſingulis, tunc dicuntur acceptaſſe tam pro primo † anno,quàm pro ſequentibus,nam 44. vocatus ſub conditione † habet ius conſiderabile, 45. etiam ante euentum conditionis. Bartol. in l.is poteſt. numer.11.ff. de acquir.hæredit. Socin. iun. in conſil. 95.numer.3. volum. 3. & eſt text. l. nam & ſi ſub conditione. ff. de iniuſt.teſtam.vbi ſi quis ſit ſub conditione hæres inſtitutus, & ab eo poſthumus præteritus, ſi pendente conditione poſthumus naſcetur, gradus rumpitur, & ita conditionalis inſtitutio eſt conſiderabilis, nam ſi gradus non conſideraretur, non diceretur rumpi.Item niſi diceremus acceptantem legatum conditionale habere ius conſiderabile acquiſitum per acceptationem, diſpoſitio, vt legatorum, & fideicommiſſorum nomine caueatur, eſſet fruſtratoria. Item quia fideicommiſſum conditionale in multis caſibus tranſmittitur, de quibus per ſcribentes in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.ergo vana eſſet concluſio, ſi nullum ius eſſet acquiſitum fideicommiſſario conditionali acceptanti, quia quod nullum eſt, tranſmitti non poteſt. Item quia legatarius † annui relicti poteſt petere 46. in iudicio, vt ſibi fiat ſatis tam pro primo anno, quàm pro ſequentibus, & anni ſequentes ſunt acceſſorij ad primum.l. 1 C.de fideicommiſſ.† quæ lex 47. licèt loquatur in alimentis, tamen eſt communiter recepta,vt locum habeat in quibuſlibet annuis relictis, Surd. deciſ.120. vbi quòd Senatus ſecundùm hanc opinionem iudicauit, & ita fuit iudicatum in Camera Imperiali, Gaill obſeruat. 74. part. 2. Craſſ. in §. legatum. quæſt.44. qui cæteros referunt. Quare acceptario legati eſt ipſius ſubſtantia, & illa fit tam pro primo anno,quàm pro ſequētibus. Acquiſitio † 48. verò, quæ fit ſingulis annis,eſt quid accidentale ad legati ſubſtantiam, nam accidentia poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. l. naturalē. §. apium quoque. ff. de acquir. rer. domin. & latè per Calderin. in conſil.11. de feud. Sed legatum annuum poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionē, pro vt eſt caſus in l.pater Seuerinam.§.final.ff.de condit. & demonſtrat. Quamobrem præmoriente altero ex dictis legatariis, alter non poteſt prætendere portionem deficientem per ius accreſcendi,quia illa fuit acceptata pro omnibus ſequentibus annis durante vita, & ius accreſcendi ſiue non decreſcendi non habet locum in legatis agnitis, l. ſi duo patroni, in princip. ff.de iureiurand. Verall.in deciſ. 124.part.2.

Neque obſtat, quòd in legato annuo † tot ſunt 49. legata, quot ſunt anni,quia ratio deciſionis l.in ſingulis.ff. de annuis legatis,& l. cùm in annos.ff. quando dies legat. ced.eſt quia legatum pendente conditione non tranſmittitur ad hæredes,vt ff. & C.quando dies legat.ced. & §.final.C. de caduc.tollend.pro quo multa allegat Theſaur. quæſt.68. part. 1. Item ne fiat præiudicium illis, quibus medio tempore, cōditione pendente ius acquiſitum eſt. Bartol.in l. ſi is qui pro emptore in materia fictionis translatiua. ff. de vſucap. Bald. in l. 1. num.11.C. commun.de legat. Scribētes in l. filiusfamilias. ff. de verb. obligat.Paul.de Caſt. in conſil.446.dub.1.vol.2.Socin.in conſil.47.præſertim num.29.vol.4.Neguſant. de pignor. part. 5. membro 1. n.19. & 77.vbi quòd quando agitur de legato conditionali conſiſtente in quantitate,ſi pendente conditione bona ab hærede alienata fuerint, legatarius † adueniente conditione non habet hypothecā 50. in bonis alienatis,neq; illa poteſt auocare per actionem hypothecariam à tertio poſſeſſore;& ratio eſt, quia hypothecaria actio in legato conditionali non oritur,niſi à die euenientis conditionis, & interim tranſlatis bonis in aliū,ille efficitur potior in hypotheca dictorum bonorum, ſed circūſcripto intereſſe illius,

illius,cui medio tempore ius acquiſitum fuiſſet, iſta
conditio,ſi ſuperuixerit,in ſingulis annis à lege ſub
intellecta retrotrahitur ad ſubſtantiam legati,id eſt,
ad acceptationẽ factam tam pro primo anno,quàm
pro ſequentibus,ſi ſuperuixerit,& intrat communis
Doctorum cõcluſio, quòd conditione purificata per
ſuperuiuentiam, habetur tanquam legatum fuiſſet
ab initio purum. *l.potior.* §.1. *ff. qui pot.in pignor.hab.*
Ruin.*in conſil.* 139 *num.*7.*vol.*2.Socin.iun.*in conſil.*41.
num 5.*& conſil.*69 *num.*4.*& conſil.*71 .*num.*9.*volum.*3.
Neuizan.*in conſ.*81.*num.*5. & alij ad hoc allegati per
Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*43.*numer.*17.& non exi-
ſtente creditore medij temporis,extrema ſunt habi-
51. lia, ideo ſemper conditio retrotrahitur † ad ſuum
principium, prout eſt communis reſolutio, de qua
per Rot.*deciſ.*728. *num.*17. *part.* 1. *in Nouiſſim.* ergo
illud primum tempus,in quo fundata eſt ſubſtantia
huius legati,attendendũ eſt,ad quod dicta retrotra-
ctio facienda eſt, & hoc reſpectu verificata condi-
tione, ſemper vnicum legatum eſt, non plura,quia
eiuſdem ſubſtantia non eſt, & acceptatio tam pro
primo,quàm pro ſequentibus annis,ſi ſuperuixerit.
Non igitur locum habere poteſt ius decreſcẽdi.Ne-
52. que ius non decreſcendi, † quia poſtquam legata-
rius acceptauit legatum, ceſſat ius non decreſcendi,
etiamſi coniuncti eſſent,*l.*1.§.*pen.ff.de vſufruct.accreſ.*
l.aquam.§.*final.ff.quemadmod.ſeruit.amit.* Azo *in ſum-
ma tit.de aſſignatione libertorum*,Bartol.*in d.l.re coniun-
cti.num.*49.*verſ.quartò eſt conſiderãdum.* Idem Bartol.
Alex.& alij *in l.ſi mihi,& Titio.de verb.oblig.*Natt.*in d.
conſil.*306.*num.*1.Menoch.*in conſil.*1008.*num.*5.*vol.*11.
& ita fuit deciſum in Rota,vt *in Digeſt.Nouiſſ.tom.*5.
tit.Ius accreſcendi.cap.iuri, & eſſe verum etiam in le-
gato annuo.Ruin.*in d conſil.*86.*num.*4.*& ſeq. vol.*2.
53. Declarantur iſti caſus in quibus ius accreſcendi †
locum habet,vt non procedant ſi teſtator illud pro-
hibuerit, poteſt enim expreſsè prohibere, Bald. *in l.
vnic. numer.*23. *C. quando non pet.part.* Doct. *in d.l.re
coniuncti*, Iaſ. *numer.* 169. Peregrin. *de fideicomm. d.
artic.*9.*num.*3.Mantic.*de coniectur.lib.*10.*tit.*3. *num.*2.
Simon de Pret.*lib.*3.*ſolut.* 3.*num.*19.*fol.*108.quoniam
ius accreſcendi fuit à lege conſideratum ad effe-
ctum ne quis decedat pro parte teſtatus,& pro par-
te inteſtatus, idcirco reſpectu inſtitutionis teſta-
tor non poteſt prohibere, per regulam *l. nemo po-
teſt. de legat.* 1. Sed in legatis, & fideicommiſſis
ceſſat hæc ratio, vt præfati Doct. & alij ab eiſdem
allegati hoc probant. Item poteſt prohibere tacitè,
vel ſi reſtrinxerit ſuam diſpoſitionem cum taxatiua
tantùm, Menoch. *in d.conſil.*1069 *numer.*18.*& plur.
ſeq. volum.* 12. vel ſi aſſignatis partibus iuſſerit,
quòd ſint taciti, & contenti, & quòd nihil vlte-
riùs petere poſſint. Decian. *in conſil.* 40. *num.* 26. *&
ſeq.vol.*1.

ARTICVLVS II.

An ius accreſcendi habeat locum in legitima.

SVMMARIA.

1. *Ius accreſcendi habet locum in legitima,& num.*3.
2. *Portio filij exhæredati an accreſcat fratribus, vel hæredi.*
4. *.. accreſcit hæredi,& num.*10.
5. *Exhæredationis iuſta cauſa à teſtatore expreſſa,debet probari per hæredem.*
6. *Exhæredatio dicitur fieri ad cõmodiũ hæredis inſtituti.*
7. *Exhæredatus habetur pro mortuo, quandò cauſa eſt probata,& declarata per iudicem.*
8. *Argumentum de exhæredato per legem ad exhæredatum per teſtatorem, non valet.*
9. *Filia excluſa per ſtatutum, quando habeatur pro exhæredata.*

NVNC de coniunctione legali, & quia
filij ita ſunt in legitima † coniuncti, 1.
propterea Doct.communiter firmant
ius accreſcendi locum habere in le-
gitima. Alex. & Iaſ. *in l.plenè.*§. *ſi duo-
bus.de legat.*1.Ripa *in l.re coniuncti,num.*211.& alij per
Craſſum *in* §.*ius accreſcendi.quæſt.*23.
Alter caſus eſſe poteſt,cui accreſcat portio filij ex-
hæredati,an cæteris fratribus, † vel hæredi.Pro cæ- 2.
teris fratribus facit, quia filia per ſtatutum excluſa
dicitur exhæredata.Bald.*in conſ.*2.*vol.*1. & tamen fa-
cit partem in computatione liberorum, ad benefi-
cium filiorum,& hanc eſſe communem opinionem
probat Rot.*in deciſ.*266.*part.*1.*in Nouiſſim.*Item quia
Dyn.*in d.l.planè.*§.*ſi duobus*,dicit,quòd ſi teſtator ali-
quem filium iuſtè exhæredauerit, aliis reliquerit le-
gitimam,& alterum hæredem inſtituerit, portio le-
gitimæ,quam accepiſſet iuſtè exhæredatus,ſi ita non
fuiſſet,debet ad vocatos ad legitimam tantùm per-
uenire,& hanc ſequitur Alberic. *in d.l.ſi duobus, n.*1.
verſ. & allegatur,& *ibi* Aretin. *in verſ. extra gloſſam.*
Alex.*num.*3.Iaſ.*num.*21.Cror.*in l.re coniuncti,num.*17.
Rip.*num.*211.Aleiat.*num.* 60. Item quia in legitima
locum habet ius accreſcendi.† Salyc.*in Auth.nouiſ- 3.
ſima.C.de inoffic.teſtam.*Iaſ.*in d.l.planè.*§.*ſi duobus,n.*25.
Nam ſicuti tota hæreditas ab hærede repudiata ac-
creſcit filio in legitima inſtituto, ita & portio filij
exhæredati, aliis fratribus accreſcere debet. Bald.
in d.§.*ſi duobus,in* 3.*quæſt.& in auth.nouiſſima, quæſt.*7.
& in l.vnic.quæſtion. 28.*C. quando non pet.part.& in l.
vnic. in princip.numer.*11.*C.de caducis tollendis.*
Contrariam opinionem tenet Bartol *in l.*1.§.*ſi pa-
ter.num.*2.*verſ.hæc ſolutio.ff.de coniungend.cum emancip.
liber.& in l.*1.§.*qui habebat,num.*1.*ff.de bon.poſſeſſ.con-
tra tab.*videlicet, vt accreſcat hæredi, † & hanc ſe- 4.
quitur Bald.*in d.auth.nouiſſima num.*6. Angel.*in l.Pa-
pinianus.*§.*vnde ſi quis,num.* 3.*verſ.vltimò circa iſtam.ff.
de inoffic.teſtam.*Salyc.*in d.auth.nouiſſima,numer.*7. qui
dicit eſſe opinionem communem,& veriorem,Ro-
man.*in l.vnic.num.*3.*C.quando non pet.part.*Et pro hac
opinione comprobanda,præſuppono,quòd exhære-
datus cum expreſſione † iuſtæ cauſæ, iuxta §. *aliud* 5.
quoque capitulum. Auth.vt cum de appellat.cognoſc. non
ſtatim dicitur mortuus,ad *l.*1.§.*ſi pater.ff.de coniung.
cum emancip.liber.*Niſi hæres poſt mortem teſtatoris
probet illam exhæredationis cauſam eſſe veram,*d.*§.
aliud quoque capitulum,Angel.*in* §.*poſthumus,num.*6.*in
fin.Inſtit.de exhæredat. liber.* & hanc eſſe communem
opinionem,dicit Curt.*in auth.non licet,num.*17. *C.de
natural. liber.*
Ex quo præſuppoſito, duo ſequuntur. Primum,
quòd etiam exhæredatio † dicitur fieri ad commo- 6.
dum hæredis inſtituti,prout eſt caſus *in l.omni modo,*
& *ibi* gloſſ.*in ver.arguatur,& in l. ſi quis falſum. C. de
inoffic.teſtam.* Nam ſi ad eum pertinet incommodum
dictæ probationis; ergo debet pertinere commo-
dum partis legitimæ à qua exhæredatur, ſecundùm
quòd filius exhæredatus † non eſt habendus pro 7.
mortuo ab initio exhæredationis, ſed à cauſæ pro-
batione,& iudicis declaratione.Sed dicta declaratio
debet fieri ad commodum hæredis, qui probare te-
netur. *d.*§. *aliud quoque capitulum*, & probatur *in d.l.*
1. §. *ſi pater. ff. de coniungend. cum emancip. liber. & in*

d.l.ſi

d. l. ſi poſt mortem. §. liber, & l. pen. ff. de bon poſſeſſ. contra tab. l. ſi autem deportatus ff. de bon. libert.

Ad contraria reſpondetur. Ad primum, non valere argumentum de exhæredato † per teſtatorem,
8. vt probat Dec. *in conſil. 46.* & ratio eſt, quia exhæredato per hominem nihil penitus reſeruatur, ſed filiæ excluſæ per ſtatutum, quatenus dicenda eſſet exhæredata, præſeruatur dos loco legitimæ. Item poteſt dici, valere argumentum quando filiæ exhæ-
9. redatæ † à lege, nihil penitus reſeruaretur, quo caſu verè haberetur pro mortua, ex diſpoſitione legis, neque faciet partem in computatione liberorum, & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Alexand. *in d. §. ſi duobus,* vbi loquitur de moniali filia profeſſa in monaſterio bonorum incapaci, quæ habetur pro mortua, & non facit partem in computatione liberorũ. Ad aliud reſpõdetur Doctores allegatos loqui in diuerſis terminis, videlicet quando ex tribus filiis vnus eſt exhæredatus, concludentes
10. portionem exhæredati † accreſcere duobus aliis, aliud eſt quando ex quinque filiis vnus eſt exhæredatus, quas eſſe quæſtiones differentes, declarat Dyn. *in d. l. planè. §. ſi duobus,* & *ibi* Immol. *in verſ. ſecundò adducitur.* Alexand. *numer. 6.* Iaſ. *numer. 19.* Ratio differentiæ eſt, quia inter tres filios, tractatur de diminuenda legitima, & inter quinque de augenda, ita dicit Iaſ. *in d. §. ſi duobus, numer. 29. verſ. iſta queſtio,* Immola *num. 3. verſ. ſecundò adducitur;* quando enim tractatur de diminuendo, duo filij qui ſuperſunt, debent habere integrum trientem per remorionem obſtaculi, videlicet filij exhæredati. Alexand. *in d. §. ſi duobus, numer. 6.* Sed quando tractatur de augendo, eſt totum contrarium, quia augetur numerus filiorum ex perſona illius, qui habetur pro mortuo, quod eſt impoſſibile; ergo portio illius non poteſt aliis accreſcere. Item reſpondetur, quòd in prima quæſtione duo filij ſuperſtites vocantur ad ſolidum trientem ſuo iure, vt dicit Bartol. *in l. pater filium, numer. 7. verſ. nam ſi eſſet mortuus. ff. de inoffic teſtament.* quia legitima à quatuor filiis infrà vſque ad vnum, ſemper eſt ſolidum triens, ſed in ſecunda quæſtione, exhæredato filio, cæteri quatuor non vocantur ad ſemiſſem ſuo iure, ſed ex perſona exhæredati, ideo quæſtiones differunt. Ad vltimum reſpondetur, quòd ius accreſcendi habet locum in ea parte legitimæ, quæ inſolidum debetur, vt in exemplo primæ quæſtionis, ſecus in exemplo ſecundæ quæſtionis, cùm quatuor filiis ex propria perſona non debetur ſolidum ſemiſſe, ideo non poteſt habere locum ius accreſcendi.

Articvlvs III.

An ius accreſcendi tranſeat in ſucceſſorem.

SVMMARIA.

1. *Ius accreſcendi an tranſeat in ſucceſſorem vniuerſalem.*
2. *. . an tranſeat in ſucceſſorem ſingularem.*
3. *. . non tranſit ad emptorem hæreditatis.*
4. *Hæreditatis venditio intelligitur de ea quæ poſſidebatur tempore venditionis.*
5. *Ius accreſcendi non datur, niſi ei, qui fuit expreſsè honoratus.*
6. *Hæres qui vendidit hæreditatem, remanet hæres, & poſſeſſor illius.*
7. L. ſi totam. ff. de acquir. hæredit. *declaratur, & exornatur.*
8. *Ius accreſcendi accreſcit portioni ratione perſona.*

Commvniter receptum eſt ad ſucceſſorem † vniuerſalem tranſire re- 1.
ſpectu proprietatis, ſecus reſpectu vſusfructus, qui morte finitur, & ius accreſcendi non habet locum, quando ad hæredem tranſmitti non poteſt, ita Bartol. *in l. re coniuncti, num. 36.* & eſſe receptiſſimam opinionem atteſtatur Bolognett. *numer. 252. & ſeq.*

Difficultas eſt an tranſeat ad ſucceſſorem † ſin- 2.
gularem, puta ad emptorem hæreditatis, nam Bartol. *in d. l. re coniuncti,* dicit tranſire, & Dec. *in l. vnic. in vltim. not. C. quando non pet. part.* dicit eſſe communem vſque ad illius tempora, Duaren. *de iure accreſcendi lib. 2. cap. 6.* Sed contraria opinio eſt verior, & magis communis, videlicet ad emptorem † hæredi- 3.
tatis non tranſire. quam tenuit Petr. de Bella Pertic. *in d. l. re coniuncti,* & *ibi* ſequuti ſunt Rip. *numer. 90.* Iaſ. *numer. 125.* Alexand. *numer. 20.* Polit. *numer. 45.* Bolognet. *numer. 267.* Crot. *numer. 44.* qui omnes atteſtantur eſſe magis communem, Vaſquius *in lib. 3. de ſucceſſ. progreſſ. §. 21. numer. 65.* Fachin. *in lib. 10. controuerſ. 3. & cap. 69.* & alij plures allegati per Craſſ. *in §. ius accreſcendi, queſtion. 12.* & licèt Iaſ. *in d. numer. 125.* dicat eſſe quæſtionem pro amico, cùm pro vtraque parte videatur poſſe ſuſtineri, tamen Vaſquius *in d. numer. 65. verſ. denique,* probat hanc eſſe veriorem, & magis communem, atque dictum Iaſonis nequaquam eſſe attendendum.

Quoniam portio, de cuius iure accreſcendi tractamus, non erat in hæreditate tempore † venditio- 4.
nis, ſed ſola ratio eorum habenda eſt, quæ venditionis partis hæreditatis erant in venditore. *l. 2. ff. de hæredit. vel act. vendit.* Item comprobatur, quia ſi tempore venditionis res erat penes cohæredem; ergo ſi contrahentes intellexiſſent de illius portione, vtique conditio non valeret, quoniam pactum de hæreditate viuentis eſt contra bonos mores, *l ſin. C. de pact.* quod eſt verum etiamſi venderetur antequam ius eſſet viuenti acquiſitum, *l. 2. §. interdum. ff. de vulgari, & pupil.* Item quia ius accreſcendi non datur, † niſi ei, qui expreſsè ab ipſo teſtatore fuit ho- 5.
noratus, vel à lege inuitatus. *l. 3. §. 1. ff. de legat. præſtand.* Sed emptor portionis hæreditatis nõ fuit honoratus, nec inuitatus, ſed ipſe hæres ſcriptus; ergo iſti debet accreſcere, tantò magis quia per venditionem hæreditatis, ſiue portonis ſuæ, non deſinit eſſe hæres. *l. 2. C. de hæredit. vel act. vendit.* vbi quòd omnia iura actiuè, & paſſiuè remanent penes hæredem ſcriptum, neque tranſeunt in emptorem. Item quia venditor † hæreditatis, adhuc dicitur illam poſſi- 6.
dere. *l. 4. §. final. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtament.* Item quia hæreditas dicitur illa ficta perſona, penes quam reſident iura actiua, & paſſiua defuncto competentia. *l. nihil aliud. ff. de verb. ſignificat. l. hæreditas. ff. de regul. iur.* Bartol, & alij *in rubric. ff. de acquir. hæredit.* Sed portio deficiens debet accreſcere portioni. *l. ſi totam. ff. de acquir. hæredit. l. qui patri ff. eod. l. quidam elogio. C. de iure deliber. l. ſi Titio. ff. de vſufruct. l. hæc ſcriptura. ff. de condit. & demonſtrat.* ergo debet accreſcere hæredi, penes quem ſunt iura actiuè, & paſſiuè, qua ratione etiam portionem venditam poſſidere dicitur, vt probaui, non autem debet accreſcere emptori dictæ portionis, qui non cenſetur emiſſe portionem non adhuc obuentam, de qua cogitari non potuit repugnante lege fieri conuentionem de hæreditate viuentis.

Quam

7. Quamobrem non obſtat regula *d. l. ſi totam.*† *ff. de acquirend. hæred.* qua mouetur Bartol.quia portio hæreditatis ab eo ablata fuit velut ab indigno, & data fiſco, & tunc ipſo iure deſinit eſſe hæres directus,vt per Bartol.& alios *in l.ſi conſtante.§.fin.ff.ſolut. matr.*& ita procedit totus titulus *ff. & C.de his quib. vt indign.*Cùm ergo fiſcus fiat hęres directus,nó mirum ſi portio deficiens illi accreſcat. Item illa regula quòd portio accreſcat portioni, intelligenda eſt, quando portio cui altera accreſcit, eſt penes honoratum,*d.l.ſi Titio,& l.vnic.§.vbi autem.C.de caduc.toll.* quia ius accreſcendi non habet locum niſi inter perſonas honoratas à teſtatore,*l.3.§.1.& l.filium.§.final.*
8. *ff.de legat. præſtand.* Item quia ius accreſcendi † accreſcit portioni, ratione perſonæ,vt per Cagnol. *in l.vnic.num.38.& ſeq.C.quando non pet.part.*& ibi Dec. *numer.* 8. dicit potius accreſcere perſonæ, quàm rei, quia ratione perſonæ accreſcit rei,*§.pen.Inſtit.de bon. poſſeſſ.*Item regula intelligitur,quando portio eſt penes hæredem.*l.hæc ſcriptura. §. fin. ff. de condit. & demonſtr.* Item quando illa portio eſt penes fideicommiſſarium, cui iuſſum eſt à teſtatore reſtitui.*l.Papinianus.§.1.ff.ad Trebell.& d.l.3.§.1.ff.de legat.præſtand.* Item quando eſt penes fiſcum, argum. *l.ſi Titio pecunia.*& quòd *ibi* not.à Doct.*de legat.1.d.l.ſi totam. ff.de acquir.hæred.*Item quando eſt penes ſubſtitutum, argum.*l.ſi in teſtamento. ff. de vulgari, & pupill.*& ratio omnium eſt,quia portio quæ fuit penes honoratum aufertur ab eo,& transfertur in alterum, vel ex diſpoſitione teſtatoris,vel legis,& perinde eſt,ac ſi primò nominatus hæres,non fuiſſet nominatus,& portio accreſcat ei, in quem portio nominati tranſlata fuit.

ARTICVLVS IV.

Communia de iure accreſcendi.

SVMMARIA.

1. *Ius accreſcendi habet locum in donatione cauſa mortis,ſicut in legatis.*
2. *..habet locum inter cohæredes,etiamſi nulla eſſet facta coniunctio.*
3. *Portio deficiens accreſcit hæredi etiam inuito.*
4. *Hæres debet repræſentare perſonam defuncti in toto.*
5. *Portio deficiens quando accreſcat cum onere.*
6. *..etiam in legatariis coniunctis vel verbis tantùm, vel re & verbis,ſecus ſi re tantùm.*
7. *Ius accreſcendi habet locum inter inſtitutum in re certa,& inſtitutum vniuerſaliter.*
8. *..non habet locum poſt aditam hæreditatem.*
9. *..& procedit tam in filiis teſtatoris,quàm in extraneis.*
10. *Ius accreſcendi habet locum inter ſubſtitutos quomodolibet coniunctos.*
11. *..poteſt prohiberi in fideicommiſſis vniuerſalibus, & num.24.*
12. *..habet locum inter ſubſtitutos in re certa,& vniuerſaliter.*
13. *..habet locum in vſufructu.*
14. *..vincit ius conſolidationis in vſufructu.*
15. *Ius accreſcendi ceſſat poſt acceptationem partis.*
16. *..non impedit transmiſſionem ex benefic.* l. 1. C.de his qui ante apert.tab.
17. *..impedit tranſmiſſionem quæ fit ex potentia ſuitatis.*
18. *..ceſſat per ſubſtitutionem expreſſam.*
19. *..ceſſat per ſubſtitutionem tacitam vulgarem.*
20. *..ceſſat propter clauſulam,*Ad habendum,*&c.*
21. *..non habet locum inter ſuccedentes diuerſo iure.*
22. *..non habet locum ſi inſtitutio facta ſit de rebus alienis.*
23. L.cùm alienam. C. de legat. *non habet locum in inſtitutione hæredis.*
25. *Ius accreſcendi excludit ſucceſſorium edictum.*
26. *..quam actionem producat.*
27. *..non habet locum in contractibus.*
28. *..portio non tradita,non poteſt alteri accreſcere.*
29. *..an habeat locum quando intereſt promittentis.*
30. *Intereſſe patris non poteſt cogere aliquem ad emendum.*
31. *Ius non decreſcendi habet locum in contractibus.*
32. *..non habet locum niſi inter eos,qui faciunt ſibi partes per concurſum.*
33. L.proprium.ff.communi diuidundo,*declaratur.*
34. *Pactum de reemendo poteſt exerceri à ſingulis venditoribus inſolidum.*
35. *Ius accreſcendi habet locum in indiuiduis, & iure patronatus.*
36. *..habet locum in donatione facta pluribus à Principe.*
37. *..non habet locum in emphyteuſi.*
38. *Stipulatores cenſentur acquiſiuiſſe portionem pro virili.*
39. *Emphyteuta aliquando admittitur,etiam ſi nullam habet portionem.*
40. *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, ſed pactum ſucceſſorium in inueſtitura appoſitum.*
41. *Ius accreſcendi quomodo differat à pacto ſuccedendi in inueſtitura.*
42. *..an habeat locum in emphyteuſi conceſſa cum titulo oneroſo.*
43. L.fundus ille.ff.de contrah.empt.*non probat ius accreſcendi.*
44. L.Iulianus. §. idem Celſus.ff. de act. empt.*non probat ius accreſcendi.*
45. *Ius accreſcendi habet locum in feudo antiquo.*
46. *..ſed iſtud eſt potiùs pactum ſucceſſorium in inueſtitura appoſitum.*
47. *..non habet locum in feudis regulariter.*
48. *..nec habet locum in feudo conceſſo à ſupremo Principe.*

COMMVNIA de iure accreſcendi duo continent capita, primum reſpectu vltimatum voluntatum, ſecundum reſpectu contractuum. In primo exarandi ſunt aliqui caſus, in quibus locum habeat, deinde de excluſione illius iuris accreſcendi, denique quando locum habere non poſſit.Primi igitur capitis

Primus caſus eſt:Ius accreſcendi † habet locum 1.
in donatione cauſa mortis,ſicut in legatis, Bartol.*in l.ſi mihi,& Titio.verſ.an in legatis.ff.de verb.oblig.*& dicit eſſe caſum *in l.vnic.§.fin.verſ.nec in mortis cauſa donatione.C.de caduc.toll.*& *ibi* not.Bart.illum text. non eſſe alibi in iure,ſecundùm Bald.*in d.l.vnic.§.cùm autem,*Bart.*in l.re coniuncti.in fin.de leg.3.*& *ibi* communiter omnes,Bald.*in l.vnic.C.quando non pet.partes.*vbi ponit quæſtionem in puncto,Vaſquius *de ſucceſſ.progreſſ.in prima præfatione n.5.in princip.*Craſſ.*in §.ius accreſcendi. quæſt.* 26. vbi poſt Romuleum probat eſſe communem opinionem, intelligendo hunc caſum, prout ſuprà ſcripſimus *in primo articulo,*quando duo donatarij cauſa mortis ſunt coniuncti,vel verbis,vel re,vel mixtim.

Secundus caſus eſt: Inter cohæredes, inter quos nulla facta eſt ſubſtitutio,habet locum ius accreſcédi,

2. di,etiam vbi nulla eſt coniunctio, † prout eſt caſus
d.l.vnic.§.his ita diffinitis.C.de caduc.toll.l.hæreditas ſine
partibus.ff.de hæred.inſt.Doct.in d.§.his ita,Bartol.in d.
l.re coniuncti, in quarta quæſtione, de omnino disiunctis.
& ibi communiter omnes Doct.& in l.vnic.C.quando
non pet.part.Omnes ea ratione mouentur,quia in in-
ſtitutionibus ſemper eſt conſideranda ratio, ne te-
ſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inte-
ſtatus,& hanc opinionem defendunt, Polit.in d.l.re
coniuncti,n...& Dec.in d.l.vnic.C.quando non pet.part.

Declaratur iſte caſus,nam per ius accreſcẽdi por-
3. tio deficiens † accreſcit hæredi,etiam inuito,& vo-
lenti,vt probant per d.§ his ita. Crot.in d.l.re coniun-
cti,num.91.Bolognet.numer.355. poſt Bartol. ibid.&
hanc probat Anton.Gomeſ. in tom.1.var.reſolut.cap.
10.num.10.propter rationem dictam in caſu,ne con-
tingat teſtatorem decedere pro parte teſtatũ,& pro
4. parte inteſtatum.Ratio rationis eſt,quia hæres † de-
bet repræsẽtare perſonam defuncti.l.hæres quoque.ff.
de acqu.hæred l.hæres.ff.de vſucap. & ſi eſt hæres in to-
tum,repræſentat illum in totum, ſi verò ſint plures
hæredes, omnes repræſentant illum inſolidum. l.2.
& per tot.C.de hæred.act.l.2.§.fin.ff.de prætor.ſtipulat.l.
cùm à matre.C.de rei vend.Pinell.in l.1.part.3.col.3.&
ſeq.C.de bon.mater.Gomeſ.in tom.1.var.reſolut.cap.10.
num.8.verſ. ſed iſta. Sed ſi non accreſcerent aliæ par-
tes inſtituto, defunctus repræſentaretur pro parte,
non autem in totum, quod eſt impoſſibile, quia fi-
ctio imitatur naturam, & quod eſt impoſſibile per
naturam,eſt impoſſibile per fictionem. Bartol. in l.ſi
is qui pro emptore, numer. 22.ff. de vſucap. ergo ſicut
naturaliter non poteſt homo viuus eſſe pro parte,
ita per fictionem non poteſt repræſentari pro parte.

Secundò declaratur. Nam quando onus eſt in-
iunctum hæreditati,vel hæredibus, tunc portio de-
5. ficiens † accreſcit cum onere,l.vnica. §.his ita defini-
tis,in verſ.in his.C.de caduc.toll.ſecus ſi nominatim eſ-
ſet iniunctum, vt poſt Bartol. in d.l.re coniuncti,de-
clarat ibi Bolognett. num.368. Idem in legatis,nam
portio deficiens accreſcit, & tranſit cum onere,d.l.
vnic. §.pro ſecundo, in verſ. primo. C. de caduc.tollend.
& ibi gloſſ. in ver.ſentire, propè fin. & communiter
omnes, & in §. vbi autem legatarij. verſ. 1.C. eodem
titul. Et quòd hæc declaratio procedat quando le-
6. gatarij ſunt coniuncti † vel verbis tantùm, vel re
& verbis, non autem quando ſunt coniuncti re tan-
tùm,probat Gomeſ.in d.c.10.n.43.nam quando ſunt
re tantùm,non accreſcit cum onere. d.l. vnica.§. vbi
autem legatarij,verſ.ſin autem ad deficientis perſonam.C.
de caduc. toll. quod non procedit in coniunctis re,&
verbis,quia coniunctio verbalis operatur,vt accreſ-
cat cum onere,quia coniuncti ſunt in vna,& eadem
oratione,propterea viſus eſt teſtator eoſdem adinui-
cem ſubſtituere cum eodem onere. Bartol. in d.l.re
coniuncti,num.54.Iaſ.num.95.

7. Tertius caſus eſt:Ius accreſcendi habet locum †
inter inſtitutum vniuerſaliter, vel in quota hæredi-
tatis,qui repududiauerit hæreditatem, nam tunc d.
inſtitutio vniuerſaliter, vel in quota habetur pro
non facta, & inſtitutus in re certa perinde eſt, ac
ſi fuiſſet inſtitutus in tota,vt declarat Immol.in l.1.
§.ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. per illum text. Bald.
in l.quoties.§.ſi duo.ff.de hæred.inſtit.& ibi Salyc. & de
magis communi opinione atteſtatur Gomeſ. in d.
tomo 1.cap.10.n.13. Iſte tamen caſus non procede-
ret,ſi inſtitutus vniuerſaliter, vel in quota, non re-
pudiaſſet hæreditatem, aut illam tranſmiſiſſet ad
8. ſuos,quia poſt aditam † hæreditatem non eſt locus
iuri accreſcendi. Bartol. in d. l. quoties. §.ſi duo.n.4.
ff.de hæred. inſtit. dicit, quòd ſi teſtator inſtituit ali-
quem in feudo, nec adiecit, quòd plus petere non
poſſit, & alium inſtituit vniuerſaliter, qui tempore
teſtamenti mortuus erat,& teſtator credebat illũ vi-
uere,vel poſtea deceſſit, antequam adiret, ille inſti-
tutus in feudo,& ita in re certa,efficitur hæres inſo-
lidum.Idem ſcripſit Iaſ.in l.quoties.n.6.C.de hæred.inſt.
vbi alios allegat. & in conſil.72.vol.3. Ruin.in conſil.
83.num.7.& in conſil.92.num.2.& ſeq.vol.3.

Declaratur iſte caſus, vt procedat ſiue inſtitu-
tus vniuerſaliter,vel in quota,item inſtitutus † in re 9.
certa ſint de filiis teſtatoris,ſiue ſint extranei,Bartol.
in l.ex facto, in 2.num. 2. ff. de hæred. inſtit. & ibi Im-
mol. numer. 10. atteſtatur eſſe communem con-
cluſionem, & in l. 1.§. ſi ex fundo, numer.81.ff.de hæ-
red. inſtit. Alexand.in l.ſi quis priore,num.4. ff.ad Tre-
bell.Iaſ. in d.l.quoties, num.5.C. de hæred.inſtit. Crot.
in l. re coniuncti,numer. 165.de legat.3.& alij per Me-
noch. in conſil. 482.num.3.vol.5.

Quartus caſus eſt: Ius accreſcendi habet locum
inter † ſubſtitutos quomodolibet coniunctos,Bald. 10.
& Immol. in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vul-
gar. & pupill. Bald. in l. in teſtamento,per illum text.
C. de impuber. & aliis ſubſtit. & in l. vnic. quæſt. 9. C.
quando non pet. part. per text.l.Lucius.§. quæ habebat.
ff. ad Trebell. ſic inducendo, quòd teſtator poteſt
prohibere † ius accreſcendi in fideicommiſſo vni- 11.
uerſali; ergo ſi non prohibuit, locum habere po-
teſt, Bart. in conſil.53. Ceccharellus part.1.per text.
l. vnic.§. hac autem. C.de caduc.tollend. & in l.filius.§.
diuus Seuerus. de legat.1. Iaſon in l. re coniuncti, in 3.
quæſt.princip. de legat.3. & hanc concluſionem poſt
quamplures alios relatos probat Decian. in conſil.
40.num.8.& ſeq. volum. 1. per text. l. interdum, in
princip. l.ſi quis ita hæres.ff. de hæred. inſtit. l.Meuio.
de legat. 2. l. coniunctim. de legat. 3.l.triplici. de verb.
ſignificat. eandem concluſionem probat Bero. in fi-
deicommiſſariis, in conſil. 72. num.1.& conſil.73.num.
1.& conſil. 74.num.7. & conſil. 75.num.4. vol.2. qui
multos refert, & reſpondet contrariis, & ita fuit iu-
dicatũ,vt in D.N.tom.5.tit.Ius accreſcẽdi,c.pen.& fin.

Declaratur iſte caſus vt procedat, etiamſi alter
ex ſubſtitutis † eſſet in re certa,& alter in reſiduo, 12.
nam ſubſtitutus in re certa per ius accreſcendi to-
tum habere poſſet, l. cohæredi.§. final.ff.de vulgar.&
pupill.Angel.& Immol.in l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.
inſtit. Decian.in d.conſil.40.num.9.vol.1.

Quartus caſus eſt:Ius accreſcendi † habet locũ in 13.
vſufructu tã ex impedita acquiſitione, quã ex ſuper-
ueniente amiſſione.l.1.§.1.& §.interdũ.ff. de vſufruct.
accreſc.Bart.in l.re coniuncti,n.49. Rip.n.156. Crot.n.
81.Ruin.in conſ.60.n.13.& ſeq.vol.2.Peregr.in conſ.59.
n.2.& ſeq.vol.1.Gomeſ.in tom.1.variar.reſol.c.10.n.40.
Craſſ. in §.ius accreſc.quæſt.22. & ratio eſt, quia vſuſ-
fructus quotidie percipitur. Idcirco ſi alter ex fru-
ctuariis non inuenit alterum qui ſuam portionem
percipiat,ipſe toto vſufructu fruetur, d. §.interdum;
propterea in vſufructu poſt emolumentũ quæſitũ,
etiam habet locum ius accreſcendi,Ruin.in d.conſil.
60.n.13.in fin.vol.2.Aliam rationẽ addit Bald.in cap.
1.§.& quia vidimus.col.3.de his qui feud. dar.poſſ. vbi
quòd vſuſfr. pro futuro tempore eſt in fieri;& idem
eſt locus iuri accreſcendi, quia agitur de vſufructu
acquirendo,non autem acquiſito, ſequitur Ripa in
d. l.re coniuncti, num. 64. Curt. iun. in conſil.14.n.6.
Peregr.in d.conſ.59.n.1.in fin.vol.2. Vbi etiam, quia
in vſufructu ius accreſcendi † vincit ius conſolida- 14.
tionis. l. inde Neratius. §. non ſolum. & l. ſi tibi. ff. de
vſufruct.accreſcendo;ergo magis eſt vt accreſcat alteri
vſufructuario, quã vt conſolidetur cũ proprietate.

Nunc in quibus caſibus ceſſet ius accreſcendi re-
ſpectu

15. ſpectu vltimarum voluntatum. Et quidem ceſſat, †
poſtquam is, cui pars relicta fuit, illam acceptauit.
l. 1. §. pen. ff. de vſufruct. accreſcend. l. aquam. §. fin. ff.
quemadmod. vſusfruct. amitt. propterea res ipſa tranſit
ad hæredes acquirentis, gloſſ. *in l. ex contractu. ff. de*
rei vendic. & in l. mater decedens. C. de inoffic. teſtament.
Bartol. *in l. re coniuncti, numer. 49. de legat. 3.* Bald. *in*
d. l. vnic. quæſtion. 9. C. quando non pet. part. Alexand. *in*
conſil. 167. numer. 6. volum. 5. Dec. *in rubric. C. quand.*
non pet. part. numer. 6. in 2. lectura. Socin. iun. *in conſil.*
109. num. 5. & in conſil. 152. num. 9. volum. 2. Curt. iun.
in conſil. 14. Rip. *in d. l. re coniuncti, numer. 156.* Iaſ. *num.*
16. 220. Huc etiam pertinet, quòd tranſmiſſio † quæ
fit beneficio legis vnic. *C. de de his qui ante apert. ta-*
bulas, non impeditur per ius accreſcendi, quoniam
non impeditur per aditionem ſubſtituti; ergo multò
minus per dationem cohæredis, cùm potentius ſit
ius ſubſtitutionis, quàm ius accreſcendi, licèt tranſ-
17. miſſio quæ fit ex potentia ſuitatis, † per ius accre-
ſcendi impediatur, prout declarat Crot. *in d. l. re con-*
iuncti, numer. 151. Item ius accreſcendi ceſſat per da-
tionem ſubſtituti, Bartol. *in l. re coniuncti, numer. 33.*
& *ibi* Crot. *num. 48.* Ruin. *numer. 5.* Iaſ. *num. 154* Rip.
num. 125. Dec. *in rubric. C. quando non pet. part. in 2.*
lect. num. 8. & alij ad hoc allegati per Surd. *deciſ. 152.*
num. 1. & ſeq. & probatur per text. *l. 2. in princip. ff. de*
vulgari, & pupill. & l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſſeſſ. ſecun-
dùm tab. & l. vnic. §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de ca-
18. *duc. toll.* Item ratio eſt, quia ius accreſcendi † eſt ta-
cita ſubſtitutio. *l. Titio & Mæuio. §. Iulianus. de legat. 2.*
Sed vbi eſt facta ſubſtitutio expreſſa, facit ceſſare ta-
citam, ex regul. *l. cùm filio. § filio. ff. de vulgari, & pupill.*
& prouiſio expreſſa facit ceſſare tacitam. *l. & habet.*
§. cùm quis. ff. de precar. l. fin. C. de pact. conuent. Imò taci-
19. ta † vulgaris facit ceſſare ius accreſcendi. Bald. *in l.*
fin. num. 53. & ibi Iaſ. *num. 9. C. de hæred. inſt.* & hanc eſſe
communem concluſionem probat Gomeſ. *in d. tom.*
20. *1. cap. 10. num 39.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt. 13. num. 2.*
Mantic. *lib. 4. tit. 10. num. 17.* Item ſi teſtator † vſus
fuerit clauſula, *Ad habendum*, &c. *alienãdum*, &c. cen-
ſetur remiſiſſe ius accreſcendi, vt reſpõdet Menoch.
in conſil. 87. num. 19. vol. 1. & in conſ. 593. num. 3. vol. 6.
& in lib. 3. præſumpt. 115. num. 65. qui alios refert, quia
per dictam clauſulam cenſetur remiſſum omne ius
ſuccedendi ex fideicomiſſo, de quà pleniſſimè ſcripſi
in tract. de clauſulis, parte 2. clauſ. 2. Itẽ non habet lo-
21. cum inter † ſuccedentes diuerſo iure, *l. ſed cum pa-*
trono. ff. de bon. poſſeſſ. Roman. *in conſil. 308. in fin.* Ce-
phal. *in conſil. 126. num. 14. vol. 1.* vt eſt inter eum qui
ſuccedit iure hæreditario, & eum qui ſuccedit iure
legati, nam propter diuerſitatem titulorum non ha-
22. bet locum ius accreſcendi. Item ius accreſcendi †
non habet locum ſi inſtitutio facta eſſet de rebus
alienis, vt probat Vaſquius *de ſucceſſ. creatione lib. 1. §.*
10. num. 161. & ſeq. & Gomeſ. *in tom. 1. var. reſolut. cap.*
10. num. 16 quoniam ius accreſcendi nihil aliud eſt,
quàm portionis augmentum. *l. vnica. §. vbi autem.*
verſ. ſin verò. C. de caducis toll. ſi deficit portio rei te-
ſtatoris, nullum poteſt fieri augmentum, ſed deficit,
quia inſtitutio de re aliena fieri non poteſt. *l. final. in*
fin. C. de hæred. inſtit. l. conficiuntur. §. ſi poſt, in fin ff. de iu-
re codicill. ergo ceſſat ius accreſcendi, & quare in in-
23. ſtitutione hæredis non procedat text. *l. ad alienam* †.
C. de legat. vide Gomeſ. *in d. cap. 10. num. 16. verſ. item*
& vlterius. Item ceſſat in quinquaginta aliis caſibus
quos congerit Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib. 3. §. 23.*
24. *per totum.* Item poteſt prohiberi † per teſtatorem in
fideicommiſſariis & legatariis, vt ſcripſi, & probat
Peregr. *de fideicommiſſ. art 9. num. 3.* in hæredibus au-
tem non poteſt, quia eſſet contra regulam *l. ius no-*
ſtrum. de regul. iur. & ibi declarant Dec. & Cagnol. &
Maynerius, & ad hoc eſt text *l. ſi ſolus, in princip. ff. de*
acqu. hæred. & alia allegata per Vaſqu. *in d. §. 23. n. 105.*
Ius accreſcendi † excludit ſucceſſorium edictum. 25.
l. meminimus. C. de legit. hæred. l. final. ff. de ſucceſſor. edict.
notant omnes *in l. 1. C. quando non pet. part.* Dec. *in l.*
pactum dotali, num. 18. verſ. iſta concluſio. C. de collat.
Id quod augetur coniuncto per ius accreſcendi †, 26.
per illam actionem peti poterit, per quam res, quæ
ab initio relicta fuit, peti poterat, Vaſquius *de ſucceſſ.*
creat. lib. 1. §. 10. num. 118.
Circa ſecundum caput iuris accreſcendi reſpectu
contractuum, in quibus regula negatiua † conſti- 27.
tuenda eſt, *l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. l. fundus ille.*
ff. de contrah. empt. & hanc tenet Specul. *in tit. de donat.*
poſt princip. verſ. quid ſi pluribus. Rota *deciſ. 513. part. 1.*
in Nouiſſ. vbi quando ex contractu eſt acquiſitum ius
vtrique contrahenti, ius illud acquiſitum non reſol-
uitur, vt accreſcat alteri ex eodem contractu ius ha-
benti, *l. 1. §. interdũ. ff. de vſufruct. accreſ.* Rip. *in l re con-*
iuncti, n. 156. de leg. 3. Item probatur. Nam ſi ego pro-
miſi fundum Titio, & Caio, ante traditionem domi-
nium eis non acquiritur. *l. traditionibus. C. de pact.* cum
vulgaribus; ideo ſi alter ex dictis ſtipulationibus re-
pudiauerit, illa pars, quæ penes me erat, non vacat,
nec adhuc exiuit à me, quia non tradidi; ergo illa
portio non poteſt † alteri accreſcere. Probatur, quia 28.
vt ius accreſcendi locum habeat, oportet portionem
vacare, *l. ſi duo patroni, ibi* gl. *ff. de iureiur.* ſed vna por-
tio non vacat, quia non fuit tradita, nec exiuit à me
promiſſore, quia non tradidi; ergo alteri ſtipulatori
acquiri non poteſt, & ita argumentatur Vaſquius *de*
ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. n. 117. verſ ſed licet. ita etiam ar-
gumentatur Gomeſ. *in tom. 1. c. 10. n. 1.* tanto magis
ſi vnus ex eis ſtipulatus fuit alteri, contra regulam
l. ſtipulatio iſta. § alteri. ff. de verb. oblig. & §. alteri. Inſtit.
de inutil. ſtipulat.
Declaratur iſta concluſio, nam ſi interſit promit-
tentis, † vt vtrique acquiratur, tunc non procedit 29.
regula *d. l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* ſed habet lo-
cum ius accreſcendi, & hanc tenet Bartol. *ibi*, & ſe-
quuntur Paul. de Caſtr. Aretin. & Iaſon. eandẽ firmat
Bartol. *in l. re coniuncti in 6. quæſt.* & *ibi* Rip. *n. 217.* &
poteſt intereſſe promiſſoris, & vẽditoris, ne ipſe ha-
beat communionem cum vno ſolo emptore, & ad
euitandas diſcordias, ad *l. cùm pater. §. dulciſſimis. de le-*
gat. 2. Sed hæc opinio non videtur recipienda, quia
nemo inuitus cogitur emere. † *l. nec emere. C. de iure de-* 30.
liber. l. ſicut ab initio. C. de act. & oblig. l. ſiue mater C. de
repud. hæred. & intereſſe meum non debet eſſe cauſa
cogendi alterum ſtipulatorẽ ad ſoluendum pretium
totius rei, & inuitus totam rem emendam, propterea
ratio intereſſe non debet eſſe cauſa iuris accreſcẽdi.
Secundò declaratur, vt in contractibus non ha-
beat locum ius accreſcendi, ſed potiùs ius non de-
creſcendi, † ita dixit Bartol. *in l. proprium*, per illum 31.
text. *ff. communia prædiorum, & in d. l. re coniuncti, quæſt.*
6. princip. & ibi Iaſ. *n. 95.* dicit communem, Rip. *n. 225.*
Alex. *in l. eum qui ita. §. eum qui ita. ff. de verb. obligat.* &
alij ad hoc allegati per Craſſ. *in §. ius accreſcendi.*
quæſtion. 14. Sed nec iſta opinio videtur recipienda,
quoniam, vt probaui ſuprà, ius non decreſcendi ha-
bet locũ tantũmodo inter re coniunctos, non autem
verbis tantùm, vel mixtim coniũctos; ſed ius nõ de-
creſcendi non datur niſi inter eos, † qui ſibi faciunt 32.
partes per concurſum, ſecundùm theoricam eiuſdem
Bartoli *in d. l. re coniuncti, n. 8.* quæ eſt communiter re-
cepta quoad executionem, vt probaui ſuprà in pri-
mo capite, in caſu.. & iſti duo ſtipulatores, vel
donatarij non poſſunt ſibi facere partes per concur-
ſum,

ſum, quia ſi eiſdem promiſi, vel donaui inſolidum,
vni debetur res, alteri æſtimatio. *l. quoties. C. de rei*
vendicat. & probaui etiam ſuprà; ergo non facient
ſibi partes per concurſum in executione,& ideo in-
ter eos locus iuri non decreſcendi eſſe non poteſt.
33. Ideo ad *d.l.proprium.*† *ff.commun.præd.* reſponderi po-
teſt, quòd ibi agitur de integra ſeruitute ſtipulatori
danda, quoniam indiuidua eſt, nec tractatur, an ius
non decreſcendi dandum ſit. Item quia nec ipſi ſti-
pulatores ibi faciunt ſibi partes per concurſum; ergo
retentis terminis *d. l. proprium*, inter ſtipulatores
vnius ſeruitutis, non poſſet dari ius non decreſcen-
di, quia ſingulis ſtipulatoribus indiuidualiter debe-
34. tur tota ſeruitus. Sicut dicimus in pacto † de re-
uendendo facto pluribus venditoribus, nam po-
terit exerceri à ſingulis eorum inſolidum, ita vt
ſinguli totam rem indiuidualiter emant, & hanc
eſſe communem, & veriorem opinionem probant
Gaballin. *in tract. de indiuiduis parte 3.numer.* 578.
fol. 509. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſſ.* 6.
numer. 33. *&* 34. vbi allegat tenentes contrarium,
& *numer.* 37. probat hanc eſſe veriorem, Anton.
Rub. *in conſil.* 90. Follerius ſuper Bulla cenſuaria
in verſ. Instrumento gratiæ. numer. 39. & ita fuit
iudicatum in Senatu Burdegalenſi, in Regno Si-
ciliæ, & in Rota Peruſina, vt *in Digeſt. Nouiſſim.*
tomo 3. *titulo Pactum*, *cap. Alter.* Hoc addito,
quòd ipſe ſolus qui exercet pactum de reemendo
inſolidum, præſtet cautionem de reſtituendo re-
liquas portiones pro diuiſo aliis venditoribus, &
de conſeruando emptorem indemnem. Propter
quam fideiuſſionem dici poſſet, reſpectu dicti pa-
cti de reemendo, quòd facient ſibi partes per con-
curſum in executione, propter cautionem, quam
præſtitit de reſtituendo alias partes, vel habendo eas
pro diuiſis cum cæteris venditoribus.

Tertiò declaratur, nam eadem ratione indiuidui-
tatis, ius accreſcendi habet locum in iure patrona
35. tus,† prout eſt communis opinio Doct. *in l.re coniun-*
cti, de qua atteſtatur Craſſ. *in* §. *ius accreſcendi. quæſt.*
26. Lambertin. *de iure patronat. in 2.part. lib.1. artic.5.*
*quæſt.4.fol.*353. qui alios refert, & reprobat tenentes
partem contrariam.

36. Quartò declaratur in donatione † facta per Prin-
cipem pluribus, inter quos habet locum ius ac-
creſcendi. *l.vnica. C. ſi imperialis liberalitatis ſocius*
*ſine hærede deceſſerit.lib.*10. per quam legem ita firma-
runt *ibi* Odofred. Bartol. Luc.de Penn. & Ioan. de
Plat. Cyn. Alberic. & Bald. *in l.vnic.C.quando non pet.*
part. Iaſ. *in d.l.re coniuncti,numer.*177. Menoch. *in con-*
*ſil.*514.*numer.*1.*volum.*6. Gomeſ. *in tomo* 1.*var.reſolut.*
cap. 10. *numer.* 2. vbi hanc concluſionem probat,
etiamſi vterque viuens donationem acceptauerit,&
poſtea alter mortuus fuerit ſine ſucceſſore vſque ad
decimum gradum,& ſine eo qui poſſit ſibi ſuccede-
re vtroque iure ciuili, & prætorio, tunc coniunctus
in donatione admittitur, excluſo fiſco. Item quòd *d.*
*l.vnic.C.ſi liberalitat. imperial.lib.*10. habeat locum in
donationibus factis à Principibus inferioribus ab
Imperatore, Bald. *in conſil.*50.*col.*1.*vol.*4.& alij relati
per Menoch. *in d.conſil.*514.*num.*4.*vol.*6.

37. Quintò declaratur in emphytheuſi, † in qua
regulariter non eſt locus iuri accreſcendi, ideo ſi
conceſſio illius facta eſt duobus vel pluribus, etiam
ſi pro ſe, filiis,& nepotibus, vel tali generatione, vno
ex ipſis mortuo, & eius generatione finita, illius
portio redit ad dominum concedentem, quia vni-
cuique emphyteutæ cenſetur pro ſua tantùm por-
tione conceſſa. Specul. *de locato.* §. *nunc aliqua. quæ-*
ſtion. 148. *numer.* 175. Bartol. *in l. fraudati*, *in fin.*
ff. de publican. & in d. l. ſi mihi, & Titio, numer. 4.
ff. de verb. obligat. & *ibi* Alexand. *numer.* 11. Iaſ.
numer. 10. *in fin.* Alexand. *in conſil.* 13. *volum.* 5. *&*
*in conſil.*103. *volum.*2. Dec. *in conſil.*236. *circa princip.*
Clar. *in* §.*emphyteuſis, quæſtion.*33.*verſ.ſcias tamen.* Ce-
phal. *in conſil.*345.*numer.*4.*& ſeq.volum.*3. Craſſ. *in* §.
ius accreſcendi. quæſtion. 15. Omnes mouentur, vel
ea ratione, quia vnicuique ex ſtipulatoribus † cen- 38.
ſetur facta conceſſio pro virili: Ronchegall. *in l.*
reos. §. *cum in tabulis*, *numer.* 40. *& in l. eandem.num.*
128. *ff. de duob. reis.* Vel ab ipſa regula *d. l. ſi mihi &*
Titio, à qua non reperitur excepta emphyteuſis. Sed
alia ratio multò magis eſt amplectenda, quoniam
ius accreſcendi eſt augmentum portionis. *l.ſi totam.*
ff.de acquir.hæredit. Sed ad emphyteuſim admittitur
etiam is,† qui nullam habet portionẽ, vt *in cap.*1.*de* 39.
eo qui fin.fec.agnat. Itẽ *de feudo paterno,in princip.* Item
in cap.ſatis bene.de prohibita feud.alien.per Lothar. Item
*in cap.*1.*in fin.de nat.ſucceſſ.feud.* Item *in cap.*1.§.*final.*
ſi de feudo fuer. controuerſ. Ideo in emphyteuſi non
eſt propriè ius accreſcendi, ſed ius ſuccedendi ex in-
ueſtitura, & ex pacto ſucceſſorio, ex quo ſuperſtes
ſuccedit defuncto. Bald. *in cap.*1. §. *& quia vidimus.*
*numer.*4.*de his qui feud.dar.poſſ.& in cap.*1.*in primo no-*
tab. num. 5. *de feudo Marchiæ.* Alexand. *in d.l.ſi mihi,*
& Titio, num. 15. *de verb.obligat.* Ruin. *in conſil.*134.
numer. 2 *volum.* 1. Quare cùm portio emphyteuſis
pertineat ad illum, qui nullam portionẽ habet, ideo
non eſt propriè ius accreſcendi, ſed ſucceſſorium † 40.
pactum in inueſtitura factum, ideo portio non ac-
creſcit portioni, ſed accreſcit perſonæ. Alexand. *in d.*
*conſil.*13.*num.*3.*verſ.ſed prædictis non obſtantibus. vol.*5.
Idcirco ſi emphyteuſis cõceſſa fuit duobus, pro ipſis
& eorum filiis,& nepotibus, ita vt vnus ſuccedat al-
teri, dicunt propter dictam clauſulam habere locum
ius accreſcendi, vt declarat Mandoſ. *in addition. ad*
*Roman. in conſil.*315.*in additione magna, verſ.limita, vt*
non procedat. Ego dico quòd hoc non eſt propriè ius
accreſcendi,† ſed ius ſuccedendi ex pacto inueſti- 41.
turæ, ita vnus ſuccedat alteri; item ſi conceſſio facta
fuerit duobus inſolidum, tunc dicunt habere locum
ius accreſcendi, Socin. *in conſil.*50. *volum.*1. Gabriel
*in conſil.*87.*volum.*1. Alexand. *in conſil.*30.*numer.*9.*vo-*
lum. 3. Ego dico hoc non eſſe ius accreſcendi, quo-
niã portio non accreſcit portioni, ſed perſona ſucce-
dit perſonæ ex pacto ſucceſſorio, & ita in omnibus
caſibus in quibus Doct. cõmuniter limitant, ius ac-
creſcendi habere locũ in emphyteuſi, de quibus per
Deciã. *in cõſ.*73.*vol.*2.& per Craſſ. *in d.*§.*ius accreſcẽdi.*
*quæſt.*15. Dico omnes illos procedere non virtute di-
cti iuris accreſcendi, ſed virtute pacti ſucceſſorij in
inueſtitura appoſiti, per quod perſona ſuccedit
perſonæ, non autem portio accreſcit portioni.

Declaratur iſte caſus, nam ſi emphyteuſis † fuit 42.
conceſſa ex titulo oneroſo, cum tanta quantitate pe-
cuniæ, quæ correſpondeat vero ipſius pretio, &
cum contraria penſione, & talis conceſſio oneroſa
facta fuit Sempronio ſtipulanti pro ſe, & Titio ab-
ſenti, dicunt adiectionem Titij haberi pro non ap-
poſita, & totũ accreſcere Sempronio, per text. *l. fun-*
dus ille.ff.de contrahend.empt. & ita firmarunt, Bartol.
in d.l.ſi mihi & Titio, *numer.* 4. *verſ. quandoque conce-*
ditur vni tantùm, Paul.de Caſtr. *num.*3. Iaſ. *numer.*11.
verſ.ſecundus caſus. Alex.*n.*13.*verſ. ſi autem conceditur.*
Decian. *in conſ.*73.*n.*2.*vol.*2. vbi allegat† *l.fundus ille.* 43.
ff.de cõtrah.empt. Sed ibi nõ agitur de iure accreſcẽdi,
quia Titius abſẽs, cui emptor ſtipulatus fuerat, habe-
tur pro nõ appoſito, per regulã §. *alteri.Inſt.de inutil.*
ſtipul. ideo ipſe emptor totum acquirit, non autẽ per
ius accreſcendi poſt factam acquiſitionẽ partis. Item
allegat

44. allegat *l.Iulianus,* † *§.idem Celſus. ff.de act.empti.* Sed
ibi non agitur de iure accreſcendi, quia emptor
partis pro indiuiſo eſt ſuppoſitus actioni commu-
ni diuidundo, ideo dicit text. ſi facta diuiſione,
antequam venditor illi tradidiſſet, totus fundus
fuerit adiudicatus venditori partis; eiuſdem par-
tis emptor debet accipere totum, quia altera pars
pro indiuiſo empta, erat ſuppoſita dictæ actioni
communi diuidundo, & perinde eſt, ac ſi cum di-
cto emptore partis, fuiſſet actum communi diui-
dundo: non igitur per ius accreſcendi, quia priùs
non acquiſiuerat partem, ſed agitur de acquiſitio-
ne illius partis, quam emerat, equidem emerat par-
tem pro indiuiſo, ſubiectam actioni communi di-
uidundo, & cuilibet rei, quæ venit in conſequen-
tiam dictæ actionis. Item illa ratio, quòd emptor
partis debet recipere totum, quia intereſt vendi-
toris non habere communionem, eſt reprobata ſu-
prà in prima declaratione huius regulæ. Quare cir-
cumſcriptis iſtis legibus, quæ non probant intentio-
nem Deciani, iſta declaratio, quòd in emphyteuſi
cum titulo oneroſo, & cum promiſſione ſoluendi
annuum canonem, habeat locum ius accreſcendi, re-
manet ſine ratione, & erubeſcimus ſine lege, vel ra-
tione loqui, & debemus adhærere ipſi regulæ, quòd
in contractibus non habeat locum ius accreſcendi.

Sextò declaratur in feudis, nam ſi ſunt antiqua,
45. in eis ius accreſcendi † locum habet, vt dicunt
Doct. *in cap. 1. §.& quia.de his qui feud.dare poſſ.* Bar-
tol.*in d.l.ſi mihi & Titio, numer. 5.ff.de verb.oblig.*& *ibi*
Aretin.& Alexand.Crot.*in l.re coniuncti, num. 9.de le-
gat. 3.* Curt. *in tract. de feud. in 2. part. numer. 70.*
& alij plures ad hoc allegati per Surd. *in conſil.* 457.
numer. 3. volum. 4. & per Menoch. *in conſil.* 400.
numer. 66. volum. 4. & omnes mouentur per text.
*in cap. 1. de grad. ſuccedent. in feud. & cap. 1. de duob.
fratrib. de nouo benefic. inueſtit.* Sed, vt ſcripſi ſuprà
in quinta declaratione, iſti feudatarij & emphy-
teutæ non veniunt per rationem iuris accreſcendi,
46. ſed per pactum ſucceſſorium † in inueſtitura ap-
poſitum, quo circumſcripto, pars vacans rediret ad
47. dominum, & ita firmanda eſt regula negatiua quòd
in feudis † non habeat locum ius accreſcendi, Bald.
& Aluarott.*de fratrib.de nouo benefic.inueſtit.*Bald.*in l.
vnic.C.quando non pet.part.* & *ibi* Salyc.*num.*11. Curt.
in tract.de feud.in 3.particula 2.partis numer.70.& ſeq.
Clar. *in §.feudum. quæſt.77. in princip.* & alij allegati
ad hoc per Menoch.*in dicto conſil.400.num.67.& ſeq.
volum.* 4. Nam in feudo hæreditario ſuccedens de-
bet eſſe hæres; ergo non venit per ius accreſcendi.
Item in feudo antiquo filius debet eſſe hæres patris,
c.1.an agnatus. ergo non venit per ius accreſcendi, &
cæteri agnati ſuccedunt tanquam vocati in inueſti-
tura; ergo non per ius accreſcendi.

48. Declarant hanc regulam † non procedere ſi feu-
dum eſſet conceſſum à Principe ſupremo, tunc enim
ius accreſcendi locum haberet, pro qua declaratio-
ne multos allegat Ioan. Vinc. de Anna *in ſingulari*
195. & Loffred. *in conſil.15.num.3.* conatur eam de-
fendere, quia *l.vnic.C.ſi liberal.imper.ſoc.lib.*10.de qua
ſcripſi in quarta declaratione huius capitis, non re-
peritur correcta de iure feudorum, & ideo debet
etiam in feudalibus ſeruari, *cap.1.de feudi cogn.cap.1.*
& *ibi* gloſſ.& Bald.*de gradib.ſuccedent.in feudo.* Tamen
textus *cap.1.de fratrib.de nouo benefic.inueſtit.* expreſsè
diſponit quòd inter duos feudatarios non ſit locus
iuri accreſcendi, & quòd iſta opinio negatiua ſit ma-
gis communis in feudis, probat Emanuel Suarez *in
theſaur. receptar. ſententiarum, in verbo feudum, nu-
mer.68.*

Doct. Martæ ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

QVÆSTIO XXVIII.

De Falcidia, & Trebellianica, per ſex articulos diuiſa.

1. An falcidia, & Trebellianica in omnibus ſint æquiparata de iure, ita quòd diſpoſitum in vna, ſit etiam in altera.
2. De quibus relictis detrahatur Falcidia.
3. An falcidia poſſit per teſtatorem prohiberi.
4. De quibus relictis detrahatur Trebellianica.
5. An Trebellianica poſſit prohiberi filiis primi gradus.
6. De imputatione in Falcidiam, & Trebellianicam.

ARTICVLVS I.

An Falcidia, & Trebellianica ſint æquiparata de iure, ita quòd diſpoſitum in vna, cenſeatur etiam in altera.

SVMMARIA.

1. *Falcidiam & Trebellianicam eſſe æquiparata, quomodo probetur; contrarium eſſe verius, num. 5.*
2. *Trebellianica eſt inducta propter rationem falcidiæ.*
3. *Diſpoſitio vna eſt in æquiparatis, etiamſi ſit exorbitans.*
4. *Hæres non conficiens inuentarium an amittat Trebellianicam.*
6. *Falcidia, & Trebellianica quomodo differant.*
7. *Æquiparatio inter Falcidiam & Trebellianicam non inducitur* ex l.Marcellus.ff. ad Trebell.
8. *.. & ille text. habet locum etiam in caſibus in quibus ceſſat falcidia.*
9. *Legata particularia, & fideicommiſſa vniuerſalia non ſunt æquiparata.*
10. *Superfluitas non cauſatur ob verbi expreſſionem ad declarationem.*
11. *Falcidia, & Trebellianica fuerunt æquiparata in defalcando, & per quam rationem.*
12. *Ratio intenſionis non habet locum in materia pœnali, etiam ob identitatem rationis.*
13. *Argumentum de Falcidia ad Trebellianicam non valet.*
14. §. Sancimus. in Authent. de hæred. & falcid. *quare fuit factus.*
15. *Argumentum de amiſſione falcidiæ ad amiſſionem Trebellianicæ non valet.*
16. *Præſumptio ſubtractionis bonorum ob omiſſionem inuentarij non habet locum in Trebellianica.*
17. *Ius vniuerſale non poteſt occultari, neque minui per delictum hæredis.*
18. *Fideicommiſſum, hoc nomen, de quo ſit intelligendum.*
19. *Trebellianica ſecundùm veriorem opinionem non amittitur ob non confectionem inuentarij.*

PRo æquiparatione facit primò †, quia ap- 1.
pellatione falcidiæ continetur Trebel-
lianica. *l.cohæredi, §.cum filiæ. ff. de vulgar. &
pupill. l. pater filiam, in princip. l. Titia teſtamento.*

ff. ad leg. falcid. l. iubemus. C. ad Trebellian. gloſſ. in authent. vnde ſi parens. C. de inoffic teſtament. Euerard. in loco à falcidia ad Trebellianicam. Item æquiparatio probatur in l. Marcellus. verſ. quod autem. ff. ad Trebellian. & ibi communiter ſcribentes. Item text. in §. ſi verò non fecerit. in Authentic. de hæred. & falcid. qui inducitur ad hoc probandum à Romano in Authentic. ſimiliter. C. ad leg. falcid. in verſ. non retinet falcidiam, ſed complebit legatarios, & fideicommiſſarios, qui text. ſecundùm Roman. loquitur de fideicommiſſis vniuerſalibus, aliàs eſſet ſuperfluus, quia exprimit legatarios, ſub quibus comprehenduntur fideicommiſſarij particulares, vt commu-
2. niter omnes in l. 1. de legat. 1. Itẽ quia Trebellianica † eſt inducta propter eandem rationem, propter quam eſt inducta falcidia, §. ſed quia. Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit. & cùm militet eadem ratio in vtroque, æquiparatio procedit ex interpretatione intenſiua, potius quàm extenſiua, Dec. in conſil. 227. colum. 3. & in conſil. 301. num. 8. & in conſil. 371. num. 7.

Effectus eſt, quia ſi ſunt æquiparatæ de iure, & inter eas militat eadem ratio, ſequitur, quòd diſpoſitum in vna, cenſetur diſpoſitum in altera,
3. etiamſi diſpoſitio † eſſet exorbitans, & reſtringibilis, gloſſ. in clem. 1. & in clem. auditor. de reſcriptis, & gloſſ. in clem. 1. de elect. Nam lato ſumpto vocabulo appellatione beneficij venit dignitas, & tamen ſi conſtitutio exorbitans loquitur de beneficio, & eſt eadem ratio, comprehendit dignitatem. Item ad hoc text. in Auth. de Eccleſiaſtic. tit. §. ſi autem. in verſ. omni ceſſante falcidia, qui comprehendit etiam Trebellianicam, Bartol. in authent. ſed cùm teſtator. C. ad leg. falcid. & in l. Marcellus. verſ. quod autem. ff. ad Trebellian. Idcirco diſpoſitio §. ſancimus, in Authent. de hæred. & falcid. quæ habet quòd hæres non conficiens inuentarium amittat falcidiam, habet locum
4. etiam in amiſſione † Trebellianicæ propter dictam æquiparationem, & hanc opinionem eſſe veriorem dicit Cacheran. in deciſ. 147. præſertim num. 25. in fine, vbi atteſtatur pro hac opinione allegati ſexaginta vnum Doctores, & pro opinione negatiua allegari ſolos quadraginta octo.

Sed pro opinione contraria, quòd falcidia, &
5. Trebellianica † non ſint æquiparata, & quòd de iure Digeſtorum erat differentia inter vtramque, pro-
6. batur, † nam in teſtamento militis falcidia locum non habet. l. in teſtamento. C. ad leg. falcid. l. in teſtamento. §. 2. C. de teſtament. milit. Sed Trebellianica detrahenda eſt, l. 1. §. hoc autem. verſ. in filiis. ff. ad Trebell. intelligendo textum ſimpliciter, non autem reſtringendo, pro vt gloſſa facit in dictis legibus in teſtamento, quia d. l. 1. §. denique, propter quam gloſſ. facit dictam reſtrictionem, loquitur de detractione Trebellianicæ facienda à grauato alteri reſtituere, non autem ab ipſo hærede, & fideicommiſſarius non detrahit etiam eo caſu, in quo hæres reſtituendo detrahit, vt ibi in verſ. Inde Neratius. Nec eſt verum, quòd in d. l. Marcellus. ff. ad
7. Trebellian. fiat æquiparatio † inter eas, & quando ita fieret, negatur fieri per modum regulæ, & hoc probatur ex varietate intellectuum, qui dantur ad illam legem, vbi Iaſ. refert quinque, licèt Bartol. ibi probet iſtam æquiparationem, tamen magis communiter reprobatur. Idcirco Bartol. ibi ſequitur alium communem intellectum,
8. nimirum, quòd illius text. diſpoſitio habeat † locum etiam in caſibus in quibus falcidia ceſſat, videlicet in teſtamentis militum, & ſimilibus, & vera intelligentia d. verſ. quod autem, eſt, vt loquatur in eo hærede, qui coactè, & non ſponte adiuit, quo caſu I.C. dicit computationem falcidiæ ita debere iniri, ac ſi quadringenta eſſent relicta per fideicommiſſum, & trecenta fuiſſent legata, quo caſu diuiſio trecentorum facienda eſſet in ſeptem partes, quarum quatuor ferat fideicõmiſſarius, & tres legatarius, & ſic ſenſus d. verſic. eſt, quòd dicta diuiſio habet locũ in teſtamento militis, & ſi qui ſunt alij caſus ſimiles, ſicuti in teſtamento pagani, & hic ſenſus valdè diuerſus eſt ab eo, quòd æquiparatio fiat per modum regulæ, quam æquiparationem nullus omnino ſuper dictis verbis probare poterit, videlicet per modum regulæ, præſertim loquendo de legatis particulari-
bus † comparatiuè ad fideicõmiſſa vniuerſalia, quæ 9.
duo etiam hodie non reperiuntur æquiparata, nam regula l. 1. ff. de legat. 1. & l. 1. C. communia de legat. ſecundùm communiter ſcribentes intelligitur quòd vniuerſalia vniuerſalibus, & particularia particularibus ſunt æquiparata. Nec ratio ſupradicta per Roman. in authentic. ſimiliter. C. ad leg. falcid. deducta ex §. ſi verò non fecerit. Authentic. eiuſdem tituli. probat æquiparationem, nam ratio ſuperfluitatis eſt fruſtratoria, cùm legata, & fideicommiſſa olim differebant. Ideo expreſſio vnius verbi differentis ab alio ad maiorem declarationem non continet virium † ſuperfluitatis repre- 10.
henſibilis, Abb. in proœm. decretal. in princip. Item licèt falcidia, & Trebellianica ſint inducta ſub eadem ratione, vt dicebatur pro parte contraria: tamen conſtat adeſſe plurimas differentias inter eas.

Item dico, quòd in d. §. ſed quia. † Inſtit. de fi- 11.
deicommiſſ. hæredit. fit æquiparatio ſolùm in hoc, quòd ſicuti legata particularia defalcantur per falcidiam, ita fideicommiſſa diminuuntur per Trebellianicam, & hoc eſt diſpoſitum ſub eadem ratione, quia hæres ob nullum, vel minimum lucrum plerunque deſtituebant teſtamenta, & ſic corruebant legata, & fideicommiſſa: ſed ex hoc non ſequitur quòd falcidia, & Trebellianica ſint in omnibus æquiparata per modum regulæ, aut quòd diſpoſitum in vno habeat locum in altero. Item in d. §. ſed quia, conſtat quòd falcidia erat inducta ſub vna certa ratione, per quam non dicebatur inducta Trebellianica, ſed quod fuit inducta poſtea, & hoc dicit text. ibi fuiſſe factum ex multo interuallo ſubſequenti, temporibus Veſpaſiani, Pegaſo, & Pugione Conſulibus, quod fuiſſet ſuperfluum facere ſi ſola rationis identitas hunc effectum produceret, vt diſpoſitum in vno, cenſeretur diſpoſitum in altero. Nec obſtat ratio intenſionis, † ex 12.
identitate rationis, quia non habet locum in materia pœnali & correctoria. Authentic. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi Iaſ. probat eſſe communem. Item identitas rationis probatur ſolùm quò ad cauſam inductiuam vtriuſque quartæ, ſecus quo ad actum priuationis illarum. Propterea Ioan. de Immol. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per legem falcid. dicit quòd argu-
mentum † de falcidia ad Trebellianicam non re- 13.
net, quia eſt diuerſa ratio inter vtrumque.

Item Immol. in d. §. hæc ſtipulatio, vbi poſuit differentiam inter vtramque, dixit, illum tex-
tum d. §. ſancimus. † Authentic. de hæredit. & fal- 14.
cid. loqui tantùm de falcidia, non autem de Trebellianica, quia ille textus vult prouidere ex eo, quia hæredes per ſubtractionem rerum hæreditariarum tentabant deducere falcidiam, quæ aliàs, id eſt, non facta ſubtractione bonorum, non habuiſſet locum, quæ ratio nullo modo conuenit Trebellianicæ, quia vbi hæredi iniunctum

ctum eſt onus fideicommiſſi vniuerſalis, tunc deinde certum eſt, etiam ab initio huius diſpoſitionis Trebellianicam deberi ſuo tempore, etiam abſque eo, quòd fiat ſubtractio bonorum, vt colligitur ex eo textu, & ita tollitur argumentum de
15. amiſſione falcidiæ † ad amiſſionem Trebellianicæ. Et licèt hæres fideicommiſſo grauatus poſſit ſubtrahere bona, tamen ad id non inducitur vt poſſit ſubtrahere ſuam Trebellianicam, quia illam ſemper detrahet, ſed non ſemper poſſet detrahere falcidiã, niſi appareat non ſupereſſe trientem, ad quod probandum, lex ipſa præſumit bonorum ſubtractionem. Nec obſtat ſi dicatur, quòd hæres grauatus inducitur ad ſubtrahendum, vt bona habeat, quia hoc eſt poſſibile, ſed ad excludendum delictum, non eſt veriſimile, argum. *l. merito. ff. pro ſocio.*

Item altera differentia colligitur ex *d. §. ſancimus. in Authent. de hæred. & falcid.* Nam Imperator
16. præſumit † ſubtractionem bonorum ex omiſſione inuentarij, ſed hæc præſumptio non poteſt eſſe reſpectu Trebellianicæ, quia res particulares, in quibus ſiunt legata particularia, & à quibus detrahitur falcidia, poſſunt occultari, ſed ius vniuerſale, de quo in fideicommiſſo vniuerſali, cuius reſpectu
17. ſit detractio Trebellianicæ, non poteſt occultari, † neque tale ius poteſt minui per delictum hæredis, eo quia incorporalia non poſſunt ſubtrahi, *§. incorporales. Inſtit. de reb. corporal.* Item *d. §. ſancimus* loquitur de fideicommiſſo particulari, de vniuerſali autem nullum verbum reperitur, ideo non debet ſubaudiri, gloſſ. *in cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. in ver. petere. de elect. lib. 6.* Ioan. de Anan. *in conſil. 6. & ibi* Bolognin. *in Addit.* comprobat, poſt Angel. *in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid.* Item probatur, nam nomen *fideicommiſſa*
18. † licèt poſſit comprehendere vniuerſalia, & particularia, tamen latum à legiſlatore debet intelligi, prout ex coniecturis colligitur, eſſe mens proferentis, Socin. *in conſil. 88. vol. 1.* ſed ibi ſemper Imperator loquutus eſt de falcidia, & nunquam de Trebellianica, & falcidia, vt probatum eſt, differt à Trebellianica non ſolùm nomine, ſed etiam effectu, vt not. *Auth. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtam. & in l. in quartam. ff. ad leg. falcid.* & notatur per Politum *in l. filium quem habentem. C. famil. hercìſc.* ergo quando lex loquitur de vno termino, ille videtur habere iuris miniſterium, & excludit alios terminos ſaltem in aliquo diſſimiles, vt not. per gloſſ. *in clem. 1. in ver. diœceſanos. de iure patronat.* Quamobrem cùm falcidia differat à Trebellianica, illa declarat nomen *legatarios*, vt intelligatur de particularibus, in quibus habet locum falcidia, non autem de vniuerſalibus, in quibus habet locum Trebellianica. Item Imperator *in d. l. ſancimus,* loquitur de legatis trãſcendentibus ſubſtantiam, & quantitatem bonorum morientis, quæ trãſcendentia eſt in legatis particularibus, non autem vniuerſalibus. *l. ſi hæres ab eo. ff. ad Trebell.* ergo Imperator ibi non loquitur de fideicommiſſis vniuerſalibus, ſed de particularibus tantùm, & proprietas verborum ibi patitur iſtam reſtrictionem, & hac ratione vtitur Corn. *in conſil. 180. & conſil. 22. col. pen. vol. 2.*

Ille igitur effectus, qui inducitur ex æquiparatione, penitus negandus eſt, videlicet, quòd omiſſio inuentarij, quæ facit perdere falcidiam, faciat
19. etiam perdere Trebellianicam. † Hæc opinio recipienda non eſt, propter dictas veras rationes allegatas, quoniam de æquiparatione non conſtat, & plurimæ differentiæ inter eas demonſtratæ ſunt. Item quia Trebellianicæ amiſſio eſt pœna, quæ reſpectu falcidiæ impoſita, non eſt extendenda ad Trebellianicam. argum. *l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. & cap. odia. de regul. iur. lib. 6.* qua ratione Alex. *in conſil. 29. col. 3. vol. 5.* dicit hanc eſſe communem opinionem, & ab ea recedendum non eſſe. Item quia pœna priuationis non habet locum niſi expreſsè fuerit indicta. *§. optimum. verſ. nec eſt lex. Authent. de non eligend. ſecundo nub.* & declarat Iaſ. *in l. 1. in fin. C. de tranſact.* ſed nulla reperitur lex, quæ dicat Trebellianicam amitti, & erubeſcimus ſine lege loqui; ergo non valet argumentum de amiſſione falcidiæ ad amiſſionem Trebellianicæ.

Ad argumentum deductum ex authoritate communis opinionis, quam probat Cacheran. *in d. deciſ. 147.* reſpondetur non procedere, quoniam ipſe multos Doctores allegat, qui ſibi contradicunt, & illis circumſcriptis, opinio negatiua remanet magis communis, prout ita làtiſſimè ſcripſi *in voto 112.* vbi omnes allegaui, & ita in Collegio Piſano iudicauimus, & ſecundùm iſtã opinionem fuit ſæpe iudicatum in Camera Imperiali, item in Rota Romana, item in ſacro Conſilio Neapolitano, item in Parlamento Tholoſano, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titulo Trebellianica, cap. non conficiens, & cap. ſequenti.*

ARTICVLVS II.

De quibus relictis detrahatur falcidia.

SVMMARIA.

1. *Falcidia detrahitur de legatis particularibus,*
2. *& de fideicommiſſis particularibus.*
3. *Legata, & fideicommiſſa ſunt exæquata quoad naturam intrinſecam, & extrinſecam.*
4. *Falcidia detrahitur de rationibus inter virum, & vxorem.*
5. L. filiusfamilias. ff. ad leg. falcid. *inducitur ad probandum loqui de falcidia.*
6. §. Sed quia hæres. Inſtit. de fideicommiſſar. hæredit. *intellectus verus.*
7. *Hæres qui falcidiam detrahit, ſolus eſt implicatus oneribus hæreditariis.*
8. *ſed qui detrahit Trebellianicam, tenetur ad onera pro rata.*
9. *Falcidia quæ retinetur, non eſt naturaliter debita legatariis.*
10. *Trebellianica, quæ detrahitur, erat prius naturaliter debita fideicommiſſario.*
11. *detrahitur de fideicommiſſis particularibus attenta origine, ſecus attenta exæquatione.*
12. *Hæres quando habeat electionem detrahendi falcidiam, vel Trebellianicam, & quæ eſt vtilitas.*
13. *Falcidia ex quibus aliis caſibus detrahatur.*
14. *Hæres ſi integraliter ſoluit vnum legatum, ſibi non præiudicat in falcidia.*
15. *Falcidia an, & quando detrahatur de legato dotis.*
16. *detrahitur de commodo repræſentationis, id eſt, de intereſſe.*
17. *Gabella, quæ ſoluenda eſt de legato dotis, etiam eſt ſoluenda de commodo repræſentationis.*
18. *Falcidia detrahitur de legato ad pias cauſas, ſi pia cauſa ſit hæres facta.*
19. *Priuilegiatus cõtra priuilegiatũ vti. ur iure cõmuni.*

20. *Monteſperell.* in conſil. 105. *reprobatur.*
21. *Priuilegium in ſpecie ſuperat priuilegium in genere.*
22. *Legatorum defalcatio fit pro rata etiam in legatis ad pias cauſas, quando hæreditas non ſufficit.*
23. *Falcidia detrahitur de legato ad piam cauſam ad certum vſum, qui poteſt expediri ſimul cum detractione falcidiæ.*
24. *Legatum ad pias cauſas, non onerat cæteros legatarios pro falcidia.*
25. *..priùs detrahitur de hæreditate, tanquam æs alienum.*
26. *Falcidia quomodo detrahatur de legato vſusfructus.*
27. *..quando non debetur, nec habet locum remedium, quorum legatorum.*
28. *..neque cautio à legatario præſtari debet.*
29. *Falcidia detrahitur de legato pecuniæ ad alimenta.*

1. FALCIDIA regulariter † detrahitur de legatis particularibus. §. 1. & *ibi* gloſſ. *in ver. dodrantem. Inſtit. de lege falcidia. l. lineam Margaritarum. l. Plautius. ff. eod. tit. l. 2. C. eod. tit.* Socin. *in rubric. ff. ad Trebell. num* 4. Rip. *in l. in quartam, num.* 1. *ff. ad leg. falcid.* & *ibi* communiter omnes ſcribunt de hoc, item de prælegatis. *l. à cohæredibus. C. ad leg. falcid.* & quando ab vno legato falcidia non poteſt detrahi, tunc detrahitur ab altero pro vtroque, dummodo vtrumque legatum tam defalcabile, quàm non defalcabile, fuiſſent relicta vni, & eidem perſonæ, & ita intelligendi ſunt textus *l. planè, & l. ſeq.* §. 1. *ff. ad leg. falcid.* vt declarat Rota *in deciſion.* 12. *numer.* 5. *de teſtament. in antiq.*

Sed quia fideicommiſſa particularia ſunt exæquata legatis particularibus, vt communiter per ſcribentes *in l.* 1. *de legat.* 1. Idcirco primus caſus pro declaratione plena huius articuli eſt, quòd fal-
2. cidia detrahitur de † fideicommiſſis particularibus. Partem affirmantem tenet gloſſ. *Inſtit. de lege falcid. in princip. in ver. legare*, & *ibi* Ioan. Fab. Port. & Aretin. gloſſ. *in* §. *ſed quia hæredes. ver. perinde*, & *ibi* Portius, & Bellonus *Inſtit. de fideicommiſſ. hæredit.* gloſſ. Cyn. & alij *in rubric. C. ad Trebell.* & *ibi* omnes Doctor. excepto Socin. ſen. Item omnes Doct. *in rubric. C. ad legem falcid.* præſertim Alciat. *num.* 2. Item omnes Doctor. *in d. l. in quartam*, Picus *num.* 2. Berengar. *num.* 1. Rip. *num.* 2. Torniell. *numer.* 5. Socin. iun. *num.* 4. Vaſquius *de ſucceſſ. reſolut. lib.* 1. §. 11. *n.* 5. Craſſ. *in* §. *falcidia, quæſt.* 3. *num.* 2. omnes atteſtantes de communi, quia legata, & fideicommiſſa particularia ſunt in omnibus, & per omnia exæquata, per regulam *d. l.* 1. *de legat.* 1. *& l.* 2. *C. commun. de legat. &* §. *ſed non vſque. Inſtit. de legat*, & cùm d. exæquatio ſit facta per viam regulæ,
3. eſt intelligenda tam quoad naturam intrinſecam, † quàm quoad extrinſecam, id eſt, defalcationem, quia dicta exæquatio fuit potiùs vnio ſubſtantiæ vtriuſque, vt ego declaraui ſuper *d. l.* 1. *de legat.* 1. *in lectura Paduana.*

Item probatur per *l. in donationibus. C. ad legem*
4. *falcidiam. in verſ. falcidiam*, legem † locum habere in donationibus inter virum, & vxorem, quæ partibus fideicommiſſi funguntur: ſed illa donatio non potuit eſſe vniuerſalis omnium bonorum, quia fuiſſet nulla ipſo iure. *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* & tunc admittet reſecationem per hæredem, vſque ad dodrantem, argum. *l. pen. C. de donat. cauſa mortis.* & probat Rimmald. *Inſtitut. de donat. in princip. numer.* 576. Item ad hoc induco text. *l. filiusfamilias.* † *ff. ad leg. falcid.* 5.
quia Trebellianica non detrahitur, niſi aliquid fuerit relictum reſtituendum ab hærede. *l. mulier.* §. *fin. ff. ad Trebell.* Sed *in d. l. filiusfamilias*, ille miles deceſſit inteſtatus, quia in codicillis rogauit patrem, vt peculium reſtitueret; ergo non vt hæres, *l.* 1. *&* 2. *ff. de caſtrenſi pecul.* vbi quòd quando filiusfam. miles decedit inteſtatus, pater ei non ſuccedit vt hæres, ideo Paulus *in d. l. filiusfamil.* dicit, ſecus ſi feciſſet teſtamentum, & inſtituiſſet extraneum; & licèt hodie filiusfam. habeat hæredem. §. *ſi igitur defunctus. Authent. de hæredib. & falcid.* tamen nos loquimur inſpecto tempore iuris ff. Item I.C. ibi dicit: Ego dixi falcidiam, quæ ex conſtitutione diui Pij in ſucceſſionibus inteſtatorum locum habet; ſed hæc verba intelligenda ſunt de vera falcidia, non autem de Trebellianica, vt dicit *ibi* gloſſ. Probatur, quoniam Senatuſconſultum Trebellianum fuit inductum temporibus Neronis, vt probat Franc. Ottomannus de Senatuſconſultis, & Trebellianica deducebatur, etiamſi reſtitutio ab inteſtato facienda erat, Antoninus autem Pius introduxit, vt falcidia etiã ab inteſtato detrahi poſſit, qui fuit quartusdecimus Imperator poſt Neronem. Vt igitur ſua diſpoſitio non ſit fruſtratoria, illa verba I.C. de vera falcidia intelligenda ſunt. Item comprobatur ex rubrica, ſub qua illa lex ſituata eſt, argum. *l. Imperator. ff. de in diem adiect.* Neque obſtat *l. in teſtamento. C. de teſtament. milit. & l. in teſtamento. C. ad leg. falcid.* Quia vtrobique lex loquitur in ſucceſſionibus ex teſtamẽto, ſed *d. l. filiusfamil.* narrat ex conſtitutione diui Pij non habere locum in ſucceſſionibus ab inteſtato, & *in l. Marcellus.* §. *quod autem. ff. ad Trebellian.* falcidia intelligitur de Trebellianica, argumẽto rubricę ſub qua ſituata eſt, & ita intelligunt *ibi* gloſſ. & communiter ſcribentes.

Neque obſtat text. §. *ſed quia hæres.* † *Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* vbi poſt quam locutus fuerit de 6.
quarta Pegaſianica ad ſimilitudinem legis falcidiæ, dicit, ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt, hoc eſt per Trebellianicam; ergo de fideicommiſſis particularibus Trebellianica detrahitur. Reſpondetur enim, prætermiſſis pluribus intellectibus datis à Rip. à Cumano, & à Iaſone *in l. in quartam. ff. ad legem falcid.* Cæſar Fumagiolus *ibid. numer.* 18. *verſ. ipſe quidem*, meliùs omnibus mihi viſus eſt reſpondere, ita diſtinguendo: Aut loquimur de fideicommiſſo particulari relicto ab hærede, qui non eſt grauatus fideicommiſſo vniuerſali, ſed tantùm pluribus legatis, & fideicommiſſis particularibus, excedentibus dodrantem, & tunc eſt vera communis opinio, quòd in fideicommiſſis particularibus habet locum falcidia, quando vltra dodrantem facta ſunt fideicommiſſa: aut ſumus in fideicommiſſo particulari facto ab hærede, qui etiam grauatus fuit fideicommiſſo vniuerſali, & tunc eſt locus Trebellianicæ non ſolùm in fideicommiſſis ſingularibus ab hærede factis, & ita propriè loquitur *d.* §. *ſed quia. verſ. ex ſingulis.* Nam verſ. præcedens loquitur de quarta detrahenda per hæredem grauatum fideicommiſſo vniuerſali, Imperator ampliat, vt illud procedat, etiamſi vltra fideicommiſſum vniuerſale eſſet grauatus. fideicommiſſis ſingularibus, & hoc probatur per dictionem quoque *ibi* poſitam, quæ eſt implicatiua, &

repeti

repetitiua omnium qualitatum præcedentium, vt probat Gomeſ. *in §. in perſonam, numer. 6. Inſtitut. de actionib.* & hoc fortè fuit per extenſionem, nc diſpoſitio d. Senatuſconſulti Pegaſiani eſſet imperfecta, & hoc colligitur ex textu *ibi in ver. permiſſa.* Item comprobatur, quia ſi ad huiuſmodi relicta particularia vires ſuas non porrigeret S.C. Trebellianum, ſequeretur, quòd hæres nulla ratione granatus fideicommiſſo vniuerſali, ex relictis particularibus quartam habere poſſet, ſi non excederent dodrantem, ad *l. 1. in princip. ff. ad legem falcid.* Sed hoc eſt falſum, quia ex relictis vniuerſalibus, quorum nullum ferè onus ſuſtinet. *§. reſtituta. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* quartam detrahit; ergo multò magis ex relictis particularibus, quorum onus ſuſtinet, & ſi benè conſideretur doctrina Bartoli, iſtam opinionem tenet *in d. l. in quartam. numer. 7. in 2. quæſtion.* & eam credo eſſe amplectendam tam in conſulendo, quàm in iudicando.

7. Declaratur iſte caſus, nam hæres, † qui falcidiam detrahit, ſolus ipſe eſt implicatus oneribus hæreditariis, quia penes ipſum remanet omnis obligatio actiua, & paſſiua, quoniam obligationes non poſſunt in legatarios, & alios ſucceſſores ſingulares pertranſire, *l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. l. final. C. de hæredit. act.* Niſi actiones eſſent reales ratione hypothecæ deſuper conſtitutæ. *l. 2. C. de hæred. act. §. omnium. Inſtitut. de act.* Sed hæ-

8. res † qui retinet Trebellianicam pro quarta portione, iura perſonalia, & realia ſuſtinere debet. *l. 1. ff. ad Trebellian. §. ſed quia. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* quod eſt verum, facta reſtitutione, quia ante reſtitutionem omnes actiones remanent penes grauatum. *d. l. 1. ff. ad Trebell.* ſicut facta reſtitutione totius omnes tranſeunt in fideicommiſſarium. *l. quia poterat. ff. ad Trebell.*

9. Item declaratur, nam quarta † quæ per falcidiam retinetur, non eſt naturaliter debita ipſis legatariis, ſed quarta, quæ per Trebellianum

10. retinetur, † erat priùs naturaliter debita ipſi fideicommiſſario, ſed per legem ciuilem illius retentio fuit permiſſa hæredi grauato. Probatur vtrumque dictum, & primum de falcidia, quæ ipſo iure minuit legata. *l. 1. ff. ad leg. falcid. & §. 1. Inſtitut. eod. tit.* & ita lex reſiſtit ſolutioni illius quartæ, quam hæres retinere poteſt; ergo obligatio naturalis non oritur, *l. non dubium. C. de legib. l. ſi non ſortem, in princip. ff. de condict. indebiti. l. cùm lex. ff. de fideiuſſor.* Item quia ſi totum legatum aut fideicommiſſum particulare eſſet penes legatarium, hæredi pro ſua falcidia competit actio contra d. legatarium. *d. l. linea Margaritarum, & l. Plautius. ff. ad leg. falcid.* & legatarius ius retentionis non habet, ſed ſi eſſet naturaliter debita, vtique legatarius ius retentionis non haberet, *l. etiam. ff. de compenſat. l. naturaliter. l. frater à fratre. ff. de condict. indebiti.* Secundum probatur, quòd quarta Trebellianica naturaliter debeatur ipſi fideicommiſſario, *l. patrem. l. debitorem. ff. quæ in fraud. credit.* Item *l. ſi ſponſus. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. donari. ff. de donat.* ſi enim nullo modo debetur, donatio eſſet, quod *in d. l. ſi ſponſus.*, omnino negatur.

Item declaratur caſus, nam attenta origine, de fideicommiſſis particularibus detrahitur Tre-

11. bellianica, † ſed attenta exæquatione detrahitur falcidia, & eſt in electione actoris declarare quam voluerit retinere, vt poſt Aretin. *in d. §. ſed quia ſtipulationes. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæredit.* dicit Iaſ. *in rubric. ff. ad Trebellian. numer. 6. in fin. & numer. 7. in 2. lectura*; & erit magna vtilitas ſi habet † electionem, quia aliquando poteſt pete- 12.
re ſibi reſtitui res legatas, ad effectum detrahendi falcidiam. *d. l. linea Margaritarum, & d. l. Plautius. ff. ad leg. falcid.* aliquando intereſt, vt deducatur Trebellianica, ad effectum, vt onera diuidantur pro rata. *d. l. ſed quia ſtipulationes.*

Sequitur de aliis caſibus, in quibus falcidia detrahitur, ſi quidem ex donatione cauſa mortis. † 13.
l. cùm pater. §. 1. de legat. 2. l. ſi mortis. C. ad leg. falcid. & ibi Bald. & Bartolus *in d. l. cum pater. §. eorum. de legat. 2.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 28. volum. 2.* Purpurat. *in conſil. 68. volum. 1.* Item ex mortis cauſa capione. *l. penult. C. ad leg. falcid.* & dicitur mortis cauſa capio, vbicumque aliquid capitur occaſione mortis alterius. *l. mortis cauſa capitur. ff. de donat. cauſa mort.* & differt à donatione, quia illa denominatur à perſona honorata, quæ capit, hæc à perſona honorante, quæ dat. Item illa obligationem non inducit, hæc autem inducit mortuo donatore. Item detrahitur ex rebus deductis in contractibus, qui per mortem confirmantur, vt eſt donatio inter coniuges. Item inter patrem, & filium. *l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor.* & hic caſus probatur *in l. in donationibus. C. eod. tit.* Item detrahitur ſi legata relinquantur cohæredi, ſiue ſint prælegata. *l. à cohæredibus. C. ad leg. falcid.* Item detrahitur de eo, quod in pœnam dare cogitur. *l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. falcid. & d. l. cum pater. §. 1. ff. eod.* & hanc opinionem firmant Innnoc. Anton. de Butr. & Abb. *in cap. Raynaldus. de teſtament.* Gabriel *in conſil. 90. numer. 11. volum. 2.* vbi quòd ſi priuetur hæres propter inobedientiam, detrahit quartam, quia non deſinit eſſe hæres, & quòd grauatus in pœnam detrahat falcidiam, probat eſſe communem opinionem Peregrin. *de iure fiſc. lib. 2. cap. fin. numer. 21.* Item quòd detrahat etiam Trebellianicam, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 3. numer. 91.* licèt in Trebellianica ſit controuerſia, vt per Mangilium *in tract. de imputationibus quæſt. 138. fol. 624.*

Declaratur, nam in caſibus in quibus detrahenda eſt falcidia, ſi hæres totum legatum integraliter ſoluerit, † ſibi non facit præiudicium re- 14.
ſpectu aliorum legatorum, à quibus detrahenda eſt, *l. quod de bonis. §. 2.* & *ibi* ſummat Bartol. *ff. ad leg. falcid. l. in imponenda, in fin. C. eod. tit.* Sed hodie iure nouiſſimo contrarium eſt diſpoſitum. *Authent. ſed cùm teſtator. §. 1. C. ad leg. falcid.* vbi quòd facta ſolutione integri legati aliquibus legatariis, neque datur repetitio pro falcidia, neque ex aliis legatis poterit falcidiam detrahere, quia lex nouiſſima præſumit quòd teſtatoris voluntatem voluerit integraliter adimplere; ſed hæc noua diſpoſitio procedit ſi hæres ſubtiliter menſuram ſubſtantiæ teſtatoris agnouerit, ex quibus verbis colligitur, quòd ſi hæres talem cognitionem non habuerit, ille textus non procedit, & potiùs præſumitur per errorem legatum integraliter ſolutum, & datur repetitio. *l. error. C. ad leg. falcid.*

Tertius caſus eſt, falcidia regulariter detrahitur de legato † dotis. *l. tali. §. 1. verſ. & exactam* 15.
acceptam legatis referre. ff. de iure dot. & ibi gloſſ. *in ver. referre*, arguit, quòd ſi legatum dotis refertur cæteris legatis; ergo ſicut de cæteris detrahitur falcidia: ſed quando legatum dotis eſt factum mulieri pauperi, tunc eſt ad pias cauſas, nimirum quando ex qualitate perſonæ poteſt argui eſſe ad pias cauſas, & tunc de legato dotis non detrahi

trahitur falcidia, vt probat Boër. *deciſ.* 94. & eſt text. *Authent. ſimiliter. C. ad legem falcid.* Quamobrem ſi legatum dotis eſt factum à marito, hoc non eſt ad pias cauſas, quia agitur de ipſius reſtitutione, & tunc de commodo repræſentationis, id
16. eſt, de intereſſe medij temporis falcidia † detrahitur. Nam hæres de iure habet terminum vnius anni poſt mortem mariti ad dotem reſtituendam. *l.* 1. *§. exactio. C. de rei vxor. act.* Sed ſi legetur dos, cenſetur legatum intereſſe huius anni, quia ſtatim debetur, & de hoc intereſſe eſt detrahenda falcidia. *gloſſ.* 1. *l. cùm dotem. ff. ad leg. falcid.* Bartolus *in l.* 1. *§. per contrarium. ff. de dot. pralег.* Cyn. & Alberic. *in l.* 3. *C. de falſa cauſa adiecta legato*, & *ibi* Salyc. *numer.* 3. *l.* 1. *§. ſi creditori. ff. ad leg. falcid.* gloſſ. *in l.* 2. *§. idem Iulianus, in ver. ſic obſeruetur. ff. de dote prælegata.*

Item quia ſi de legato eſſet ſoluenda gabella,
17. etiam de legato † dotis reſtituendæ, id eſt, de commodo repræſentationis eſſet ſoluenda gabella. Bald. *in d. §. idem Iulianus.* Imò mulier poſſet grauari in legato dotis, quatenus aſcendit commodum repræſentationis. *d. l.* 2. *§. idem Iulianus. ff. de dote præleg.*

18. Quartus caſus eſt, falcidia † non detrahitur de legatis ad pias cauſas. *§. ſi autem hæres. Authent. de Eccleſiaſtic. titul. Authent. ſimiliter. C. ad leg. falcid.* Sed ſi inſtitutus eſt etiam pia cauſa, tunc detrahenda eſt falcidia, quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur iure ſpeciali, ſed iure communi. *l. ſed & ſimiliter. ff. de excuſat. tut. l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. l a' l. fin. de ordine cognit.* Dec. *in cap. in præſentia. numero* 51. *de probat.* Tiraquell. *de pia cauſa priuileg.* 26. tanto magis, quia Eccleſia legataria tractat de damno vitando, & altera pia cauſa inſtituta tractat de lucro captan-
19. do, quo caſu priuilegiatus † contra alterum vtitur iure communi, quia priuilegia conquaſſantur. Bartolus *in authent. quas actiones. numero* 3. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. final. C. de fruct. & lit. expenſis.* Alexand. *in conſil.* 55. *numero* 18. *volum.* 5. Ex quibus concludendum eſt, Eccleſiam vel aliam piam cauſam inſtitutam poſſe detrahere falcidiam de legatis ſacris vltra dodrantem ad piam cauſam, & hanc eſſe communem opinionem probat Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. *§.* 26. *num.* 15. & eius opinionem fuiſſe receptam in Rota Florentina, probatur *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Falcidia. cap. an de legatis pio loco.*

20. Non obſtant allegata per Monteſperell. † *in toto ſuo conſil.* 105. vbi defendit contrariam partem, quoniam multæ eius rationes allegatæ pro parte ſua, concludunt pro communi, ſi benè legantur. Cæteræ rationes ſunt facilis digeſtionis, & omnibus reſponderi poteſt, quoniam Eccleſia circa falcidiam detrahendam eſt priuilegiata paſſiuè, id eſt, non poteſt pati defalcationem, ſed actiuè quoad falcidiam detrahendam nullum habet priuilegium; ergo Eccleſia inſtituta, & grauata vltra dodrantem vtitur iure communi;
21. ſed Eccleſia legataria, quæ habet priuilegium † ne patiatur defalcationem, excipit de ſuo priuilegio, cùm ſit priuilegium in ſpecie, ipſa debet obtinere, quam exceptionem non potui munire in tractatu de exceptionibus legatorum à modernis edito. Comprobatur, quando Eccleſia non eſt in ſpecie priuilegiata, ius commune obſeruandum eſt, vt quando hæreditas non eſt ſoluen-
22. do, tunc fit diminutio † legatorum pro rata. *l. ſi verò compoſita. §.* 1. *ff. de milit. teſtament.* quod ius habet locum etiamſi legata eſſent ad pias cauſas, Iaſon *in l. ſi quis teſtamento. §.* 1. *ff. de legat.* 1. Franch. *deciſion.* 236. *in princip.* & latiùs per Vaſquium *lib.* 3. *de ſucceſſ. progreſſ. §.* 26. *numer.* 24 *verſ. ſecundò limita*, etiamſi vnus legatarius eſſet primò nominatus. Roland. *in conſil.* 25. *volum.* 4. ergo cùm non ſit in ſpecie priuilegiata, paſſiuè patitur defalcationem, ita cùm non ſit in ſpecie priuilegiata actiuè etiam contra Eccleſiam priuilegiatam paſſiuè, non detrahit falcidiam, & obſeruandum eſt ius commune.

Declaratur, nam de legato ad pias cauſas non detrahitur falcidia, ſed ſi illud legatum eſſet factum ad certum † vſum piæ cauſæ, quo adimple- 23.
to adhuc ſupereſt detractio falcidiæ, illa detrahi poteſt, vt poſt Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ*, & alios quos allegat, probat Vaſquius *in d. lib.* 3. *de ſucceſſ. progreſſ. §.* 26. *ante num.* 25.

Item declaratur, vt legatum ad pias cauſas, quod eſt indefalcabile, non oneret cæteros † le- 24.
gatarios, vt pro rata patiantur detractionem falcidiæ, etiam reſpectu legati ad pias cauſas, gloſſ. *in d. authent. ſimiliter, in fin.* Bartolus *in l. ex aſſe*, & *ibi* Caſtrenſ. Alexand. & cæteri *ff. ad leg. falcid.* & alia ad hoc allegata per Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 4. *numero* 31. quia legatum ad pias
cauſas † priùs detrahitur ab hæreditate tanquam 25.
æs alienum, Bartolus *in d. l. ex aſſe, & in l. ſi poſt miſſionem. ff. ad leg. falcid.* & ita hæredi, & aliis legatariis nocet, quoniam detracto legato ad pias cauſas ab hæreditate, tantò minus in ea remanet, & dodrans minuitur ad effectum onerandi alios legatarios, vt hæres integram quartam falcidiæ habeat de eo dodrante, qui ſupereſt, ſecus ſi legatum non defalcabile, & alterum defalcabile eſſent facta vni, & eidem perſonæ, quia tunc ab eodem legatario detrahitur falcidia, etiam reſpectu legati non defalcabilis, vt ſcripſi in principio huius articuli.

Quintus caſus eſt, falcidia † detrahitur de le- 26.
gato vſusfructus omnium bonorum, quando vſusfructus excedit dodrantem. *l.* 1. *§. ſi vſusfructus. ff. ad leg. falcid. l. omnium. ff. de vſufruct. & quemadmod.* Bartol. *in l. vxori meæ. ff. de vſufruct. legat.* & de modo æſtimandi vſumfructum ſcribunt gloſſ. Bartol. & cæteri *in d. l. omnium, & in l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.* & quando vſusfructus non excedit dodrantem, tunc de eo non eſſe falcidiã detrahendam, ſæpè in pluribus locis iudicatum fuit, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 5. *tit. Falcidia. cap.* 1. Item
cùm non debetur falcidia, nec intrat remedium, † 27.
Quorum legatorum, videlicet quando ſumus in claris. Surd. *in conſil.* 265. *numer.* 12. *volum.* 2. Nec eſt
præſtanda cautio † quæ à legatario præſtari debet. 28.
Surd. *in tract. de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 18. *numer.* 9.
Niſi eſſemus in legato pecuniæ ad alimenta, † de 29.
quo eſt habenda falcidia. *l.* 4. *ff. de aliment. & cibar. legat. l. diui. ff. ad leg. falcid.* & declarat Surd. *in d. tit.* 8. *priuileg.* 18. *num.* 2. & *tit.* 9. *quæſt.* 40. *num.* 3.

ARTICVLVS III.

An falcidia poſſit per teſtatorem prohiberi.

SVMMARIA.

1. *Falcidia non poterat prohiberi de iure Digeſtorum.*

2. .. *hodie*

2. *. . hodie poteſt de iure nouiſſimo.*
3. *Teſtamentum, hæreditate repudiata, quare hodie non infirmetur.*
4. *Falcidia poteſt prohiberi ſi teſtator non ignoret vires ſui patrimonij.*
5. *Legata non debentur hæreditate non adita.*
6. *Falcidia prohibenda eſt, expreſſis verbis, quòd teſtator patrimonij ſui non eſt ignarus.*
7. *Teſtator an præſumatur eſſe ignarus ſui patrimonij.*
8. *Lex ampliatur per ſuam rationem generalem.*
9. *Falcidia poteſt prohiberi etiam tacitè, & ex coniecturis.*
10. *. . an ſit prohibita ſi teſtator inſtituit hæredem exceptis ſupradictis legatis.*
11. *. . non cenſetur prohibita quando verba generalia non accommodantur ad quantitatem.*
12. *. . non cenſetur prohibita ſi legatis locis montium eſt grauatus hæres ad dandum ſchedulas ſuis ſumptibus.*
13. *. . nunquam cenſetur prohibita, quando verba generalia poſſunt aliud importare.*
14. *. . non cenſetur prohibita, ſi teſtator mandat non inferri moleſtiam legatariis.*
15. *Contradictio ſemper intelligitur de moleſtia facti, non iuris.*
16. *Moleſtia prohibita ſub pœna, poteſt deduci legitima, & Trebellianica.*
17. *. . comprehendit etiam moleſtiam iuris, quando teſtator prohibet quandocumque, & qualitercumque.*
18. *Falcidia non cenſetur prohibita ſi teſtator mandauit reſtitui tota legata, vel integraliter.*
19. *. . cenſetur prohibita, quando verba aliam interpretationem habere non poſſunt.*
20. *Teſtatoris voluntas eſt interpretanda ſecundùm regulam.*
21. *Argumentum à Trebellianica ad falcidiam non valet reſpectu prohibitionis.*
22. *Trebellianica non cenſetur prohibita, ſi teſtator mandet reſtitui totam hæreditatem.*

1. OLIM de iure Digeſtorum † non
poterat. *l. quod de bonis. §. fratre. ff.*
ad leg. falcid. ſed de iure nouiſſimo
permiſſum fuit teſtatori prohibere
2. poſſe, † *Authent. ſed cùm teſtator. C.*
ad leg. falcid. & *ibi* communiter ſcribentes ita firmant, omnes Doctor. *in l. nemo poteſt. de legat.* 1. Bartol. *colum.* 1. Alexand. *numer.* 10. Rip. *num.* 42. Iaſ. Crot. & cæteri, & eſſe communiſſimam ſententiam probant poſt alios relatos, Craſſ. *in §. falcidia. quæſtion.* 10. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. *§.* 8. *colum.* 1. *& ſequenti.* Addentes rationem, quoniam olim ſi hæres repudiabat hæreditatem, quia nullum commodum ſentiebat, teſtamentum infirmabatur, *l. ſi nemo. ff. de teſtament. tutel.* Sed
3. hodie † teſtamentum non infirmatur, quoniam
Iuſtinianus de iure nouiſſimo diſpoſuit, vt ſi hæres repudiet, legatarij obſeruata certa forma hæreditatem adeant, *§. ſi verò expreſſim, & §. ſi quis non implens. in Authent. de hæredib. & falcidia.* Idcirco ceſſat intereſſe publicum circa conſeruationem teſtamentorum. Sed hæc ratio videtur non eſſe recipienda.

Quoniam hodie non eſt permiſſum teſtatori
4. ſimpliciter prohibere falcidiam, † ſed ita demum
ſi non ſit ignarus ſui patrimonij. *d. Authent. ſed cum teſtator. C. ad leg. falcid.* id eſt, vt hæres ſciat, quòd ſit habiturus quartam. Probatur, quia ratio quare de iure Digeſtorum falcidiam prohibere non poterat, videlicet, ne decedat deteſtatus, etiam hodie locum habet. Bartolus *in d. l. nemo poteſt*, in quarta oppoſitione. Item quia *in d. authent. ſed cùm teſtator*, ponitur verbum *hæres*, quod ſi-
gnificat hæreditatem adiuiſſe, aliàs ipſa legata † 5.
non deberentur. Gutierez *in l. nemo poteſt, numero* 310. *& in §. ſi verò expreſſim, in Authent. de hæred. & falcid.* licèt non ponatur verbum *hæres*, tamen *d. Authent. ſed cùm teſtator*, eſt Authentica, & debet intelligi prout iacet. Item quia *l. ſi vt allegas, & l. ſi quis quadringentorum. C. ad leg. falcid.* ſunt poſitæ poſt *d. authent. ſed cùm teſtator*, & *ibi* diſponitur quòd iure Codicis falcidia detrahi debet.

Sed ratio communis defendi poteſt, quia text. *d. §. ſi quis non implens. in Authent. de hæred. & falcid.* magis expreſsè dicit, ſi hæres ſcriptus non adeat hæreditatem, propterea communis intelligentia ita interpretatur. *d. Authent. ſed cùm teſtator.* Quamobrem ſi teſtator falcidiam prohibet, illa prohibitio eſt valida, & hanc opinionem dicit eſſe veram Paulus de Caſtr. *in d. authent. ſed cùm teſtator, numero* 3. Alberic. *numero* 2. *in fine*, dicit, quòd ipſe obſeruari fecit in teſtatore qui falcidiam pro-
hibere volebat, vt iſta verba in prohibitione † ap- 6.
poneret, quòd ſui patrimonij non erat ignarus, quia hæc verba faciunt ceſſare illam præſumptionem, quòd d. prohibitio per errorem facta fuerat. Nec eſt recipienda interpretatio gloſſæ *ibi, in verb.*
non ignarus, quòd ſemper teſtator † præſumitur non 7.
eſſe ignarus quis ſit modus ſui patrimonij, quoniam obſtat text. *§. præualuiſſe. Inſtitut. quib. ex cauſ. manumitt. non licet*, vbi quòd in dubio quis præſumitur ignorare vires ſui patrimonij, & hæc videbatur ratio dubitandi *d. authent. ſed cùm teſtator*, & quia errantis nullus eſt conſenſus. *l. non idcirco. de iur. & fact. ignor.* & *ibi* gloſſ. quæ allegat concordantes, & gloſſ. *ibi* non reſpondet *d. §. præualuiſſe.* Nec eſt recipienda reſponſio Salyc. *in d. authent. ſed cùm teſtator, numero* 2. & Angeli *num.* 3. quòd diſpoſitio *d. §. præualuiſſe*, facta eſt ad euitandam præſumptionem fraudis, quia licèt ille textus loquatur de fraude, tamen ratio illius eſt generalior, & tunc ſtandum eſt rationi, quia di-
ctum ſiue lex † ampliatur per eius rationem. *l. re-* 8.
gula. §. ſi quis, & *ibi* Bartol. *ff. de iuris, & facti ignor.* Imò Angel. *in d. authent. ſi quis rogatus*, dat multa exempla, in quibus quis præſumitur ignorare vires ſui patrimonij. Quamobrem ad euitandam præſumptionem erroris, in prohibitione falcidiæ addenda ſunt illa verba, quòd non erat ignarus ſui patrimonij.

Declaratur iſte articulus, vt non ſolùm expreſ-
sè teſtator poſſit falcidiam prohibere, † ſed etiam 9.
tacitè, Paul. de Caſtr. *in d. authent. ſed cùm teſtator, colum.* 1. & alij plurimi, quos refert Gabriel *in titulo ad Trebellianum. concluſion.* 2. qui atteſtatur eſſe magis communem concluſionem, Boër. *deciſion.* 44. *num.* 33. Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 10. vbi alios plurimos refert: ſed quia circa iſtam tacitam prohibitionem ſæpe ſolet dubitari; idcirco aliqui caſus pro pleniori declaratione ſubnectendi ſunt.

Primus caſus eſt, quando teſtator † inſtituit 10.
hæredem ſuum in tota hæreditate, exceptis omnibus ſupradictis legatis, tunc videtur prohibita illorum diminutio, & ita interdicta falcidia, Angel. *in d. Authent. ſed cùm teſtator, numer.* 2. *verſ. ſi*

tamen

tamen teſtator. C. ad leg. falcil. Bald. *in l. precibus, nu-*
mer. 60. C. de impuber. ſubſti. Sed veritas eſt in con-
trarium, quia illa verba, exceptis ſupradictis le-
gatis, non ſunt relatiua quantitatis, ſed relatiua
numeri legatorum, ita vt legata debeantur omni-
bus legatariis quibus relicta ſunt, & in puncto,
11. quòd quando generalia † verba non accommo-
dantur ad quantitatem præciſè, tunc non intelli-
gatur falcidia tacitè prohibita, poſt alios probant
Gabriel *in titulo ad Trebellian. concluſ. 3. num. 1. in fine,*
& Rota *in deciſ. 438. num. 3. parte 2.* in vltimò impreſ-
ſis, vbi iſte caſus ita deciſus fuit.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator legauit alicui loca
montium, & addidit, quòd hæres debeat ſuis pro-
12. priis † ſumptibus ſchedulas locorum montium,
ex iſtis verbis non poteſt inferri, ergo dicta loca
montium legata, integrè præſtanda ſunt, & ita cen-
ſeatur tacitè falcidia prohibita, quia Doctores cō-
muniter concluſerunt, quòd quando verba gene-
13. ralia † legatorum aliud poſſunt importare, præter
prohibitionem falcidiæ, tunc nunquam ad dictam
prohibitionem ſunt trahenda, Paul. de Caſtr. *in d.*
auth. ſed cùm teſtator. Fulgoſ. *in auth. ſimiliter. C. eod.*
tit. & poſt alios per Gabriel. *ad Trebell. concluſion. 2.*
Paul. de Caſtr. *in conſil. 27. num. 3. & ſeq. & in conſil.*
77. num. 3. verſ. ad aliud. volum. 2. Bertrand. *in conſil.*
144. *num. 14. & ſeq. part. 2. vol. 3.* Sed iſta verba
quòd hæredes teneantur conſignare ſchedulas ſuis
propriis ſumptibus, videntur eſſe nouum legatum,
quia eſt nouum onus, additum in oratione diuer-
ſa; ergo hoc onus inductum à teſtatore non poteſt
probare onus inductum à lege, videlicet diminu-
tionem falcidiæ. Rota *d. deciſ. 438. num. 4. part. 2.* in
vltimò impreſſ.

14. Tertius caſus eſt, quando teſtator † prohibuit
hæredem ne moleſtiam inferret legatariis, & in e-
uentum moleſtiæ, impoſuit pœnam, tunc videtur
voluiſſe integra legata præſtari, & per conſequens
falcidiam prohibuiſſe, Crauet. *in conſil. 174. numer.*
1. Mantic. *lib. 9. tit. 13. numer.* 17. Item quia de-
tractio falcidiæ eſt quædam contradictio, quam
facit hæres voluntati defuncti, quia contra eam
detrahitur. *cap. Raynaldus, in fin. & ibi gloſſ. final.*
de teſtament. & ibi Couar. *in §. 3. numer. 1. in fin.* Sed
contraria opinio verior viſa eſt, & ſecundùm eam
in Rota iudicatum, referente eodem Mantica, vt
in Digeſt. Nouiſſim. tomo 5. titulo Falcidia. cap. fina-
15. *li.* Quoniam contradictio † ſemper intelligitur de
ea quæ facti eſt, & malo animo fit, non autem
de ea quæ fit lege permittente, Bald. *in l. 1. numer.*
27. ff. de his, quæ pœnæ nomine, Dec. *in conſil.* 581.
numer. 11. Purpurat. *in conſil.* 14. *numer.* 18. Item
16. quia ſi moleſtia † ſimpliciter ſit prohibita ſub pœ-
na, poteſt deduci legitima, & Trebellianica, quæ
de iure debentur. Niſi teſtator prohibuiſſet mo-
leſtiam, & contradictionem quomodocumque, &
qualitercumque, vt reſponderunt in eadem cauſa
Ruin. *in d. conſil. 77. num. 3. & ſeq. & 7. vol. 2.* & So-
cin. iun. *in conſil. 113. num. 8. & 28. vol. 1.* & dicit De-
cian. *in conſil. 89. num. 46. vol. 5.* quòd nihil commu-
ne habet contradictio cum falcidia, ideo poterit
hæc detrahi, abſque incurſu pœnæ.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quan-
do teſtator grauauit hæredem, ne inferat mole-
ſtiam quocumque modo ſub pœna priuationis hæ-
17. reditatis, † tunc enim intelligitur de omni mole-
ſtia ſiue iuris, ſiue facti, ſiue agendo, ſiue excipien-
do, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, ſiue ante,
ſiue poſt litis conteſtationem, gloſſ. quam ſequun-
tur communiter Doctor. *in l. Lucius. §. tres hæredes.*
ff. ad Trebellian. in ver. mouerit, & ibi Dyn. *& in l. ſed*
etſi lege. §. ſi ante litem. ff. de petit. hæredit. & in l. non
ſolùm. §. ſi ſtatutum. ff. de procurator. notat Bart. *in l.*
amplius. ff. rē rat. haber. in l. cauſas. C. de tranſact. in l. cum
poſtea, per illum text. *C. de pact.* Angel. *in l. 1. C. de præ-*
ſcript. longi tēp. notatur *in l. qui fidē. ff. de tranſact.* Butr.
in c. ſi diligenti. de foro compet. Alex. *in conſ. 52. num. 2.*
ſequent. volum. 2. Barbat. *in conſil. 56. colum. 5. verſ. ſed*
licèt iſtè. volum. 3. Dec. *in cap. in præſentia, num. 1. de*
probat. Felin. *in cap. cauſam quæ. numer. 65. verſ. ſimi-*
liter dicit Immol. de reſcript. extendit huiuſmodi mo-
leſtiam iuris, & iudicialiter illatam, quando ver-
borum amplitudo, ſiue ſubiecta materia id ſuadent.
Marſil. *in l. vnius quæſtionis. §. cogniturum ff. de quæſt.*
Capyc. *deciſ. 69. num. 9.* Afflict. *deciſ. 329. numer. 4.*
Item quando verba prohibitionis moleſtiæ, & con-
tradictionis generalia ſunt, tunc intelliguntur
etiam reſpectu moleſtiæ iuris. Abb. *in conſil. 45. col.*
1. & conſil. 56. verſ. ſecundò principaliter. lib. 1. & de
hac declaratione ſcripſi latiùs ſuprà, & in quæſtio-
ne de hærede, articulo. .

Quartus caſus eſt, ſi teſtator mandauit dari
tota legata, vel legata integraliter, † tunc falci- 18.
dia prohibita non cenſetur, & hæc eſt verior, &
magis communis opinio, pro qua Mandoſ. *in Ad-*
dit. ad Roman. in conſil. 75. in ver. Tota, plurimos
Doctor. allegat. Item Alexand. *in conſil. 5. in 2. dub.*
volum. 3. & ibi Addentes Galli, *in ver. Tota,* pluri-
mos alios allegant. Item omnes allegatos à præ-
dictis, atque etiam alios, allegat Mangil. *in tract.*
de imputationib. quæſtion. 113. numero 17. vbi pro-
bat hanc eſſe magis communem, & veriorem, &
Roman. *in Authent. ſimiliter. in vltima quæſtion.* di-
cit, quòd omnes Doctores Italiæ in hac opinio-
ne conuenerunt; & ratio eſt, quia cùm teſtator
poſſit expreſsè prohibere falcidiam, ſi non eſt
ignarus ſui patrimonij; ergo ſupradicta opinio,
quòd cenſeatur etiam ex coniecturis prohibuiſſe,
debet intelligi, quando verba, † ex quibus fun- 19.
dantur coniecturæ, ſunt adeò clara, vt aliam in-
terpretationem habere non poſſint, ſed ſi aliam
quamlibet patiantur, etiam à remotiſſimis, ita
quòd opinio poſſit poni in controuerſiam, illa
verba generalia non poſſunt importare dictam
prohibitionem, tum quia non eſt veriſimile, quòd
per dicta verba, *tota*, vel *integraliter*, voluiſſet de-
rogare iuri communi: tum etiam, quia in dubio
ſemper debemus interpretari voluntatem † teſta- 20.
toris ſecundùm regulam, & ita vt de legatis fal-
cidia detrahatur, niſi expreſſim, non ignarus ſui
patrimonij prohibuiſſet, & hanc partem doctè de-
fendit Decian. *in conſil. 89. volum.* 5. licèt Menoch.
in conſil. 374. volum. 4. qui reſpondit in eadem cau-
ſa, conetur probare contrariam partem, ſed leges
quas *ibi* Menoch. pro ſua opinione allegat, fuerunt
priùs allegatæ ab Alexandr. *in d. conſil. 5. in 2. dub.*
numer. 15. verſ. non obſtant. volum. 3. Quibus reſpon-
det quòd procedunt de iure Digeſtorum, quo iure
falcidia prohiberi non poterat. Item cæteri Docto-
res, qui ſolent allegari pro contraria parte, loquũtur
in Trebellianica, quæ vt poteſt prohiberi, ita dicunt
per verba, *reſtituat totam hæreditatem,* vel *integraliter,*
fuiſſe prohibitam. Sed argumentum † à Trebellia- 21.
nica ad falcidiam reſpectu prohibitionis non valere
probat Iaſ. *in conſ. 84 num. 9. verſ. tum quia diuerſa eſt*
ratio, vol. 1. Imò ipſamet ratio reſpectu Trebelliani-
cæ recipienda † non eſt, quia niſi dixerit teſtator, 22.
reſtituat pleno iure, non cenſetur prohibita, ſi ſolū
verbum *totam*, vel aduerbium *integraliter*, abſque
verbis *pleno iure*, dixerit, & ita fuit deciſum, vt *in*
Digeſt.

Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titulo Trebellianica, cap. etiam quod teſtator.

ARTICVLVS IV.

Trebellianica de quibus relictis detrahatur.

SVMMARIA.

1. *Trebellianica detrahitur de fideicommiſſis vniuerſalibus.*
2. *.. & poteſt detrahi à quocumque grauato, ſiue ſubſtituto, ſiue pupillo.*
3. *..in fideicommiſſo conditionali detrahitur tempore euenientis conditionis.*
4. *.. ante conditionis euentum non debetur.*
5. *.. detrahitur de bonis, quæ reſtituenda ſunt.*
6. *.. non detrahitur de legatis quæ ſtatim ſoluuntur, & Trebellianica, verificata conditione.*
7. *..detrahitur de legatis, & fideicommiſſis purè relictis.*
8. *.. ſed portio legatorum ſeruat naturam falcidiæ, & portio fideicommiſſi naturam Trebellianicæ.*
9. *.. detrahitur etiam de legatis vniuerſalibus.*
10. *Legata vniuerſalia quæ ſint.*
11. *Falcidia non fuit inducta pro legatis vniuerſalibus.*
12. *Trebellianica detrahitur à venientibus ab inteſtato propter clauſulam codicillarem.*
13. *..ſecus à poſthumo ignoranter præterito, qui illam legitimam detrahit.*
14. *.. non eſt detrahenda de rebus melioribus.*
15. *..non poteſt detrahi de maioratu, & primo genitura.*
16. *.. debet detrahi de illis rebus, prout teſtator ordinauerit.*
17. *..non detrahitur ab inſtituto in re certa.*
18. *..niſi ſuſtineret vicem hæredis, nullo dato cohærede.*
19. *..non detrahitur, quando inſtitutus eſt grauatus de reſtituendo hæreditatem creditori teſtatoris.*
20. *.. non detrahitur ex contractu inter viuos.*
21. *Fideicommiſſum non poteſt fieri in contractibus.*
22. *Trebellianica non detrahitur, quando quis per iudicem adire compellitur.*
23. *..non detrahitur quando in pœnam priuatus eſt à teſtatore.*
24. *Priuatio, & beneficium non poſſunt ſequi ex eodem facto.*
25. *Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo, quod ſuccedit loco pupillaris ſubſtitutionis.*
26. *Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo fauorabili.*
27. *.. non detrahitur, quando teſtator illam prohibuit.*
28. *..illius prohibitio poteſt etiam per coniecturas induci.*
29. *Coniecturæ quales eſſe debent ad prohibendam Trebellianicam.*
30. *Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo reſtituendo piæ cauſæ.*
31. *..etiam ſi reſtitutio eſſet facienda mediante tertia perſona.*
32. *..ſecus ſi reſtitutio facienda eſt ſub conditione.*

TREBELLIANICA detrahitur † 1.
de fideicommiſſis vniuerſalibus. *§.*
ſed quia heredes. Inſtit. de fideicommiſ-
ſar. heredit. quia eſt quarta eius quod
per fideicommiſſum reſtituendum
eſt, Iaſ. *in rubric. ff. ad Trebellian. column.* 1. Dec. *in*
conſil. 236. *numer.* 12. Cephal. *in conſil.* 189. *num.* 9.
Quamobrem iſtam detrahit quicumque grauatus
eſt per fideicommiſſum reſtituere alteri, *l. 1. ff. ad*
Trebellian. d. §. ſed quia hæredes. Bald. *in l. quamquam.*
C. de fideicommiſſ. Paul. de Monte Pico *in l. Titia. §.*
Titia cùm nuberet. numer. 106. *in fin. de legat.* 1.
Natta *in conſil.* 528. *numer.* 34. Roland. *in tractatu*
de inuentario. §. quia in præcedenti, numer. 31. Id-
circo poſſe detrahi Trebellianicam ſiue fideicom-
miſſum ſit factum à ſubſtituto, † ſiue à pupillo, 2.
Paul. de Caſtr. & Fulgoſ. *in l. ex tribus. C. de inoffic.*
teſtam. Bartol. & Immol. *in l. cohæredi. §. cùm filiæ.*
ff. de vulgari, & pupill. Capra *in conſil. 7. in fin.*
Ripa *in l. hæredes mei. §. cum ita, numer. 54. ff. ad*
Trebellian. Crauett. *in conſil.* 348. *numer.* 11. Pere-
grin. *de fideicommiſſ. articul.* 8. *numer.* 41. Menoch.
in præſumpt. 193. *numer.* 5. *verſ. Trebellianicam verò.*
libr. 4.

Declaratur hæc regula per multos caſus. Nam
in fideicommiſſo puro quod ſtatim reſtituendum
eſt, detrahitur ſtatim tempore reſtitutionis; ſed
in fideicommiſſo † conditionali, ante conditio- 3.
nis euentum Trebellianica non poteſt dici debita,
quia ſi fideicommiſſum fieret caducum, illa non
deberetur, & præmatura eſſet petitio antequam
deberetur. *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonorum.*
Item quòd ante conditionis † euentum non de- 4.
beatur, *l. ſed & ſi ante. ff. ad Trebellian.* & not. *in l.*
quoties. C. de fideicommiſſ. Bald. *in l. filium quem haben-*
tem, numer. 35. *in fin. C. famil. herciſc.* Bartol. *in l.*
quamquam. §. 1. C. ad leg. falcid. vbi quòd etiam fi-
lius illam detrahit tempore reſtitututionis. Alex.
in conſil. 185. *numer.* 12. *volum.* 2. Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. articul. 3. *numer.* 24. *& ſeq.* Item quia fi-
deicommiſſarius ante conditionis euentum agere
non poteſt ad fideicommiſſum, vt probaui ſuprà *in*
quæſtione 22. *articul.* .. ergo neque hæres grauatus de
reſtituendo ante reſtitutionem detrahere poteſt,
quoniam fructus interim percipiendos in illam de-
bet imputare, vt ſcribam inferiùs.

Secundò declaratur, nam d. Trebellianica † 5.
detrahenda eſt de bonis quæ reſtituenda ſunt, non
autem eorum quæ non pertinent ad fideicommiſ-
ſarium, ſed ad legatarios, vel alias perſonas, ita
reſpondet Crauett. *in conſil.* 16. *num.* 3. *& ſeq.* quem
ſequitur Cephal. *in conſil.* 322. *numer.* 11. *& plur.*
ſeq. volum. 3. vbi multos allegat. Nàm legata deben- 6.
tur purè, & ſtatim, fideicommiſſum eueniente con-
ditione, & interim antequam conditio eueniat, ve-
rum eſt dicere quòd tota hæreditas reſtituenda eſt,
& legata reſtituta non ſunt ampliùs in conſidera-
tione totius. Item quando fideicommiſſum † etiam 7.
eſſet purè debitum, tunc ab omnibus vna quarta
deducenda eſt, prout eſt caſus *in l. Marcellus. §. idem*
Pomponius. ff. ad Trebellian. ita vt reſpectu legatorum
portio illius quartæ ſeruet naturam † falcidiæ, & 8.
reſpectu fideicommiſſi ſeruet naturam Trebelliani-
cæ. Bartol. & cæteri *in d. §. idem Pomponius.* Rip. *in d. l.*
in quartam, num. 89. *ff. ad legem falcid.*

Tertiò declatatur, nam Trebellianica detrahi-
9. tur † eiiam de legatis vniuerſalibus, gloſſ. *in l.mu-
lier.§.final.ff.ad Trebeliian.* qualia ſunt legata quo-
tæ hæteditatis, vel quotæ bonorũm. *d. l.mulier.§.
final. l.ſi quis ſeruum. §. final. de legat. 2. l. cùm ex*
10. *filio. ff. de vulgar.& pupill.* Iiem legatum totius †
hærediratis, vel omnium bonorum ſimpliciter.
Bartol. & alij, *in d. l.ſi quis ſeruum. §. final.* Poli-
tus *in l.filium quem habentem, numer. 45. C. famil.
herciſc.* Picus *in d. l. in quartam, numer. 2.* Ripa *nu-
mer. 3.* qui atteſtatur eſſe communem opinionem,
& omnes mouentur, quia communiter receptum
eſt, vt legata vniuerſalia ſint exæquata fideicommiſ-
ſis vniuerſalibus, Bartol. & cæteri *in l. 1. de legat.
1.* ergo de eiſdem Trebellianica detrahi poteſt.
Item quia author legis falcidiæ nullo modo potuit
11. legatorum vniuerſalium † intuitu inducere ipſam
falcidiam, quoniam tempore dictæ legiſlationis
relicta vniuerſalia non vigebant, ſed illa emana-
runt ex prouiſione Senatuſconſulti Trebelliani,
diſponentis ex legaio quotæ hæreditatis actiones
tranſire in legatarium actiuè, & paſſiuè, ſed antea
erat ſolùm legatum generale. *l.ſubſignatum.§.bon.1.ff.
de verborum ſignificat.*

Quartò declaratur, nam in caſibus, in quibus
venientes ab inteſtaio propter clauſulam codicil-
larem cenſentur rogati reſtiiuere hæredi ſcripto in
teſtamento nullo, tunc ipſi detrahent Trebellia-
12. nicam, † quæ detrahitur iure reſtitutionis; ergo
is qui cenſetur rogatus, illam detrahit, Berengar.
in l. in quartam. part. 1.numer. 227.ff. ad leg.falcid.
poſt Bartol. quem allegat *in l. 1. ff. de iure codi-
cill.* per text. *l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſis.*
13. Secus eſt in poſthumo ignorantet † præterito,
qui propter dictam clauſulam cenſetur rogatus
reſtiiuere hæredi ſcripto, quia legitimam tantùm
detrahit; Trebellianicam verò non detrahit, Paul.
de Caſtr. *in auth.ex cauſa, columm. final.* Curt. iun.
numer. 73. in fin. Dec. *in conſil. 320.numer. 4.* Hon-
dedeus *in conſil. 74. numer. 68. & ſeq. volumin. 1.*
Menoch. *in conſil. 499. numer. 7. volumin. 5.* qui alios
referunt, Simon de Pret. *lib. 3. ſolut. 6. numer. 35.
fol. 367.*

Quintò declaratur, nam in caſibus, in quibus
14. Trebellianica detrahi poreſt, non eſt † detra-
henda de rebus melioribus, ſicut dicimus de legiti-
ma, Bartol. *in d. l. in quartam, numer. 9. ff. ad leg.
falcid.* Bald. *in d. l. filium quem habentem*, & *ibi* Bu-
trigarius, *C. famil. herciſc.* Propterea non poteſt de-
15. trahi de maioratu, ſiue primogenitura, † etiam ſi
non fuerit appoſita prohibirio alienationis. Mo-
lin. *in lib. 1. de primogen. capit. 17. numer. 18. &
26. & ſeq.* Peralta *in l. 3. §. qui fideicommiſſum,
numer. 37. & ſeq. ff. de hæred. inſtit.* Idcirco pru-
16. dentes † teſtatores ſolent iubere de quibus re-
bus Trebellianica detrahenda ſit, *l. deducta. §. nu-
mis. ff. ad Trebellian.* Rip. *in l. in fideicommiſſariam,
numer. 36. ff. ad Trebell.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 3.
num. 27.*

Nunc de caſibus, in quibus regula limitetur.
17. Primus eſt, Trebellianica † non detrahitur ab in-
ſtituto in re certa, Bald. *in l. filium quem habentem,
numer. 27. C. famil. herciſc.* Alexand. *in l. in ra-
tione. §. quod vulgo, numer. 9. ff. ad leg. falcid.* Iaſ.
in auth. res quæ, numer. 3. C. comm. de legat. Couar.
in cap. Raynutius. §. 1. numer. 10. de teſtament. & alij
allegati per Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 15. numer.
185.* & Menoch. *libr. 4. præſumpt. 198. num. 36.*
Molin. *de primogen. d. lib. 1. capit. 17. numer. 22.*
Mantic. *lib. 7. tit. 11. numer. 5.* & ita fuit deciſum,
*Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Trebellianica. cap. pater
filiam.*

Declaratur iſte caſus, vt non procedat †, 18.
quando quis inſtitutus in re certa, vel in quota
hæreditatis, & nullus alius datus eſt cohæres
vniuerſalis, quia tunc eſt hæres in toto. *l. 1. §. ſi
quis ex fundo. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit.* & totam
hæreditatem ex mente teſtatoris reſtituere de-
bet, Menoch. *in conſil. 1023. numer. 26. volu-
min. 11.*

Secundus caſus eſt, quando inſtitutus fuit gra-
uatus de reſtituendo hæreditatem credirori † te- 19.
ſtatoris, qui in tanta quantitate erat creditor,
quanti valebat hæreditas, quæ tunc in recompen-
ſationem debiti relicta cenſetur, idcirco Trebel-
lianica non detrahitur, *l. 1. §. ſi quis debitori. ff. ad
leg. falcid.* per quem text. ita in puncto firmat Be-
rengarius *in l. in quartam part. 1. num. 244. ff. ad leg.
falcid.* & ſequuntur Craſſ. *in §. Trebellianica. quæſt. 5.
numer. 4.* & Mangil. *de imputationib. quæſt. 118. nu-
mer. 28.*

Tertius caſus eſt, Trebellianica † non detrahitur 20.
ex contractu inter viuos. Bald. *in rubric. C. de reuoc.
his quæ in fraud. credit.* Berengar. *in d. l. in quar-
tam. numer. 144.* Craſſ. *in d. quæſt. 5. numer. 5.* De-
cian. *in conſil. 41. numer. 19. volum. 1.* Gabriel *in
conſil. 137. numer. 49. volumin. 1.* Crauett. quis alios
refert, *in conſil. 130. num. 11.* quoniam in contracti-
bus fideicommiſſum † fieri non poteſt, Paul. de 21.
Caſtr. *in l. qui Romæ. §. cohæredes, numer. 2. ff. de verb.
obligat.* & *ibi* Alex. *num. 4.* Iaſ. *num. 15.* Socin. ſen. *num.
19.* Dec. *in conſil. 488. num. 18. in fin.* Alciat. *in conſil.
64. & conſil. 65. lib. 9.* Menoch. *in conſil. 85. num. 28. &
ſeq. vol. 1. & conſil. 315. num. 7. & conſ. 369. numer. 1.
& ſeq. volum. 4.* vbi reſpondet contrariis, Peregr.
de fideicommiſſ. articul. 1. numer. 15. & de hoc ſcripſi
latiùs ſuprà *in quæſt. 21. articul...* ſed quarta Tre-
bellianicæ deducitur ex his, quæ per fideicom-
miſſum vniuerſale reſtituenda ſunt, vt probaui;
ergo, &c.

Quartus caſus eſt, Trebellianica † non detrahi- 22.
tur, quando quis à iudice compellitur adire hære-
ditatem, *l. nam quod. §. qui compulſus. ff. ad Trebel-
lian.* quoniam non adeundo ſponte præſumitur ha-
bere animum repudiandi hæreditatem. Item quia
non parit præcepto teſtatoris, ideo hæreditate pri-
uandus, & ita Trebellianicam † non detrahit, vt 23.
probat Mangil. *in d. tract. de imputationib. quæſtion.
115. numer. 19. & plur. ſequent.* quia quando teſta-
tor hæredem priuat hæreditate in pœnam, cenſe-
tur etiam priuaſſe deductione Trebellianicæ. Si-
mon de Pret. *lib. 3. ſolut. 1. numer. 30. fol. 367.* Me-
noch. *in conſil. 1084. numer. 20. & ſequent. volum. 11.*
& licèt teneatur reſtituere fideicommiſſum, tamen
Trebellianicam non deducet, nam etiam coactus
per iudicem reſtituit, & tamen illam non dedu-
cit, dicta *l. nam quod. §. qui compulſus. ff. ad Trebel-
lian.* Item quia ſi priuatus eſt tota hæreditate; er-
go etiam Trebellianica. Probatur, quia per eam iu-
ra tranſeunt actiuè, & paſſiuè, aliàs ex eodem facto
ſequeretur priuatio, † & beneficium, contra *l. ſi* 24.
cui. ff. ex quib. cauſ. maior. & l. ita demum. ff. de arbitr.
Capra *in conſil. 163. num. 8. & ſeq.* Ruin. *in conſil. 48.
num. 18. verſ. ſed iſtis non obſtantibus, vol. 2.* qui reſpon-
det contrariis.

Quintus caſus eſt, Trebellianica † non detrahi- 25.
tur de fideicommiſſo, quod ſuccedit loco pupillaris
ſubſtitutionis, quoniam eſt fauorabile, non odio-
ſum, *l. Scæuola. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. l. multi
non notæ. ff. de liber. & poſthum.* ſed Trebellianica
non

non detrahitur † de fideicommiſſo fauorabili. *d. l. Scæuola, in verſ. totum. ff. ad Trebell.* & probat Iaſ. *in d. l. multi non nota. ff. de liber. & poſthum.* qui alios refert. Rationem dicit Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. *§.* 18. *num.* 72. quia ſubſtitutio pupillaris, quæ continet bona teſtatoris & pupilli, tanquam inutiliter facta tranſiret in naturam fideicommiſſi, & ita contineret ſolùm bona teſtatoris, reſpectu illorum diceretur fauorabile; ergo Trebellianica non eſt deducenda.

27. Sextus caſus eſt, Trebellianica non detrahitur, † quando teſtator illam detrahi prohibuit, quoniam poſſe illam prohibere eſt magis communis, & verior ſententia, quam probarunt Vaſquius *de ſucceſſ. creat. libr.* 1. *§.* 8. *numer.* 5. *verſ. contrariam, & ſeq.* vbi relatis Doctoribus, probat eſſe magis communem opinionem, & ſuperadditis multis rationibus, probat eſſe veriorem. Ceuall. *in ſuis communibus quæſt.* 28. probat hanc eſſe magis communem, & magis veram, & ſecundùm eam fuiſſe in diuerſis tribunalibus iudicatum. Craſſ. *in §. Trebellianica. quæſt.* 8. Mangilius *in tract. de imputation. & detraction. quæſt.* 114. per totam, eandem probat plurimorum authoritate, & rationibus, & hanc concluſionem fuiſſe in tribunalibus receptam, probatur *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *titulo Trebellianica*, in pluribus capitibus, in quibus ita præſupponitur, vt licèt non deſint contradictores, tamen hodie hæc opinio eſt obſeruanda tanquam iuris elementum.

28. Declaratur iſte caſus, vt prohibitio Trebellianicæ, † etiam per coniecturas facta dici poſſit, Bartol. *in l. centurio, numer.* 27. *ff. de vulgari, & pupill.* & *ibi* Galiaul. *numer.* 88. dicit eſſe communem opinionem, Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *tit.* 11. *numer.* 6. *& ſeq.* Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 198. *numer.* 8. *& ſeqq.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 15. *numer.* 190. Craſſ. *in §. Trebellianica, quæſt.* 8. *numer.* 2. Maſcard. *de probation. concluſ.* 1389. *numer.* 3. qui cæteros referunt, & omnes probant concluſionem
29. eſſe magis communem. Sed dictæ † coniecturæ debent eſſe vrgentes, ita quòd nihil aliud importare poſſint, niſi ſolam prohibitionem, quoniam ſi aliud quid ſignificare poſſint, vel contradictio veriſimilem dubitationem inducat, prohibita non cenſetur, & ita in dubio iudicandum, vt probaui de falcidia in articulo præcedenti, & quòd quando mandauit reſtitui totam, vel integram, non cenſeatur prohibita, niſi dictum fuerit, pleno iure, dixit Rota, vt per Pur. *deciſ.* 439. *part.* 2. & ſcripſi de hoc latiſſimè *in voto* 115. multos huiuſmodi caſus cumulat Mangil *in tract. de imputation. quæſt.* 115.

30. Septimus caſus eſt, Trebellianica † non detrahitur de fideicommiſſo reſtituendo piæ cauſæ, hanc opinionem, vti magis communem, & veriorem probant, Gabriel *in titulo ad Trebellian. concluſ.* 1. 1. Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſæ. cap.* 27. Coſta *in cap. ſi pater. ver. Trebellianica, numer.* 25. Craſſ. *in §. Trebellianica. quæſt.* 6. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 3. *numer.* 63. Simon de Prer. *lib.* 3. *ſolut.* 6. *numer.* 27. *fol.* 366. *& ſeq.* Mangilius *in tract. de imputationibus, quæſt.* 119. qui cæteros Doctores, & infinitos cumulant, atque probant eſſe magis communem, & diu ſemper obſeruatam, atque temerarium eſſe ab ea recedere, & ita ſemper fuit in tribunalibus recepta, vt *in Digeſtis Nouiſſi. titulo Trebellianica. capit.* 1. *& capit.* 2. eandem etiam magis communem aſſerit Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu. §.* 26. *numer.* 22. licèt ipſe contra-
Doct. Marta ſumma ſucceſſ. leg. pars 4.

rium teneat, per rationes aliquas, quas Mangilius reſoluit.

Declaratur iſte articulus, † vt procedat, etiam 31.
ſi reſtitutio facienda eſſet piæ cauſæ mediante tertia perſona, videlicet grauato hærede de reſtituendo Titio, qui reſtituere debeat piæ cauſæ, nam ſi dicta reſtitutio purè eſt ordinata, Trebellianica non detrahitur, Ripa *in Auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid.* & alij allegati per Craſſ. *in d. quæſt.* 6. *num.* 3. Sed ſi reſtitutio facienda eſſet ſub conditione, † 32.
puta ſi Titius ſine liberis deceſſerit, quia tunc in pendenti eſt ipſa conditio, & poteſt non verificari, idcirco interim Trebellianicam detraher, Decian. *conſil.* 44. *num.* 90. *vol.* 3. Eugen. *conſ.* 6. *n.* 39. Tiraquell. *d. priuileg.* 26. præſtita priùs per eum cautione idonea de reſtituenda illa, in caſu, quo conditio ad beneficium piæ cauſæ verificaretur, & ita aliquando in foro obſeruaui, & hanc probat poſt alios relatos Burſat. *in conſil.* 151. *numer.* 84. *volum.* 2.

Articvlvs V.

An Trebellianica poſſit prohiberi filiis.

Svmmaria.

1. *Trebellianica non poteſt prohiberi liberis primi gradus.*
2. . . *& in quibus tribunalibus fuerit ita iudicatum.*
3. . . *& deciſiones contrariæ quomodo refellantur.*
4. . . *etiam deciſio Rotæ Romanæ contraria.*
5. . . *non poteſt prohiberi filiis, etiamſi relicta legitima, reliquum relinquatur extraneo.*
6. . . *non poteſt prohiberi filiis ſecundùm conſuetudinem iudicandi per totum mundum.*
7. *Argumentum de falcidia ad Trebellianicam non valet reſpectu* l. iubemus. C. ad Trebellian.
8. *Trebellianicam non poſſe prohiberi filiis eſſe opinionem æquiorem.*
9. *Æquitas ſemper in iudicando eſt amplectenda.*
10. *Trebellianica prohibitio non poteſt fieri ex* l. iubemus. C. ad Trebell.
11. L. iubemus. C. ad Trebellian. *non eſt correcta per* Auth. ſed cùm teſtator.
12. Auth. ſed cùm teſtator. C. ad leg. falcid. *loquitur de hærede extraneo.*
13. L. iubemus. C. ad Trebell. *declaratur.*
14. . . *habet locum etiam quando ſunt detrahendæ duæ quartæ.*
15. . . *etiam ſi legitima filiarum eſſet ſemis.*
16. . . *non procedit in nepotibus, etiam ſi ſint hæredes ſui.*
17. . . *non habet locum in filiis approbantibus teſtamentum.*

Yy 2 IN

1. IN hoc articulo † magis communis opinio eſt pro parte negatiua, vt apparet ex dinumeratione Doctorum facta per Eugenium *in conſil.* 33. *numer.* 15. *vſque ad* 20. & ipſe Eugenius allegat duodecim Doctores atteſtantes de magis communi. Idem faciunt Petra *de fideicommiſſis quæſt.* 15. *numer.* 152. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 3. *numer.* 107. Mantic. *de coniectur. lib.* 7. *titul.* 12. *numer.* 22. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 8. *numer.* 12. licèt ipſe teneat contrariam opinionem, & nouiſſimè Mangil. *in tract. de imputat. quæſt.* 216. qui omnes allegat, præter votum meum 113. quod decem annis ante ſuum librum impreſſum fuerat. Item Oddus *in conſil.* 8. & Fab. de Anna *in conſil.* 25. qui poſt enumerationem omnium Doctorum allegant omnes atteſtantes hanc eſſe magis communem opinionem.

2. Item quia ſecundùm iſtam † opinionem fuit iudicatum in multis tribunalibus totius orbis, in curia Delphinali, Guidopap. *deciſ.* 51. Item in Senatu Montisferrati, vt atteſtatur Roland. *in conſil.* 12. *numer.* 6. *volumin.* 1. *& in conſil.* 52. *eod. volum.* Item Venetiis, Socin. *in conſil.* 28. *volum.* 1. Item in Senatu Mantuæ, vt per Burſat. *in conſil.* 44. *numer.* 19. Item Paduæ, Peregrin. *d. articul.* 3. *numer.* 107. *verſ. In cauſis hîc Paduæ agitatis.* Item in collegio Bergomenſi, Cardinal. Alban. *in conſil.* 1. *numer.* 14. *& in Additionib.* ad Bartol. *in l. filiusfamilias.* §. *diui*, *numer.* 6. *de legatis* 1. Idem fuiſſe iudicatum Neapoli, atteſtatur Vrſill. ad Afflict. ſuper *deciſ.* 363. *num.* 10. Item Florentiæ, Roman. *in l. Marcellus.* §. *quod autem. ff. ad Trebellian.* Item Veronæ, Socin. iun. *in conſil.* 28. *numer.* 2. *volum.* 2. Item in Senatu Pedemontano, Neuizan. *in conſil.* 1. Item in Rota Senenſi, Phanuc. *de inuentario part.* 7. *numer.* 124. Item Cagnol. *in l. Papinianus.* §. *meminiſſe*, dicit ſemper vidiſſe obſeruari, vt iudicetur pro hac opinione negatiua, & Socin. iun. *in conſil.* 131. *numer.* 65. *volumin.* 1. dicit, quòd iſta opinio eſt vſu recepta per totum mundum.

3. Neque obſtat quòd reperiatur deciſum etiam pro opinione affirmatiua, nimirum Neapoli, vt per Franch. *deciſ.* 11. *numer.* 19. *verſ. & hanc opinionem*, quia Vrſill. *in d. deciſ.* 363. *numer.* 10. dicit in ſacro Conſilio Neapolitano fuiſſe iudicatum pro negatiua in anno 1562. ergo non poteſt allegari authoritas tribunalis, cuius contrarium reperitur in eodem tribunali deciſum. Item deciſio Viuij 3. vbi dicit ſe iudicaſſe pro affirmatiua, quia idem Viuius in ſuo primo libro communium opinionum, *opinion.* 358. *numer.* 4. dicit magis communem opinionem eſſe pro negatiua; ergo illiuſmet deciſio ſibi contradicit, vltra quòd nullo bono innititur fundamento, quod ego non reprobauerim ſuprà *in articul.* 3. *huius quæſtionis.* Item deciſio Rotæ Marchiæ 11. de qua per M. Anton. de Amatis. Quia, vt ipſe idem atteſtatur *in d. deciſ.* 11. *numer.* 16. eadem Rota aliàs tenuit pro negatiua, & ideo non poteſt dici eſſe inductam conſuetudinem iudicandi in eodem tribunali. Vltra quod ipſe putat quinquaginta duos Doctores tenere opinionem affirmatiuam, quod eſt falſum, & perlegenti Eugenium, & ſuprà citatos, patere poteſt contrarium, & multo plures eſſe pro negatiua.

4. Neque obſtat quòd Rota Romana † iudicauerit pro affirmatiua, vt per Creſcent. *in deciſ.* 2. *de teſtament.* Item *deciſ.* 313. *parte* 2. *in Nouiſſimis.* Item *deciſ.* 693. *parte* 1. *in eiſdem*, & aliæ Rotæ deciſiones allegatæ per Marzarium *de fideicommiſſ. quæſt.* 49. *verſ. & quoniam nouiſſimè.* Quia etiam dicta Rota aliquando iudicauit contrarium, vt dicit Caſſador. *deciſ.* 4. *de teſtam.* & alias reſponſiones dat Eugen. *in d. conſil.* 35. *numer.* 13. *verſ. non obſtat*, & Seraphin. *in deciſ.* 570. dicit, quòd in hoc articulo vario eſt iudicandum ſecundùm conſuetudinem tribunalis. Ego dico quòd *d. deciſio* 2. *de teſtament.* Creſcentij, eſt contra magis communem opinionem Doctorum. Item Rota mota eſt ad ita decidendum ea ratione, nam ſi teſtator relicta legitima filiis poteſt de bonis ſuis ad libitum diſponere, cur non poteſt relicta eadem legitima filiis, eiſdem prohibere Trebellianicam, & omnem aliam detractionem. Sed iſta ratio † eſt contra caſum *l.* 5.
iubemus. C. ad Trebellian. vbi filium vniuerſalem hæredem inſtitutum, & granatum reſtituere non poteſt granare, vt fructus imputet in Trebellianicam, vnde reſoluitur ratio cum diſtinctione: aut pater hæredem vniuerſalem inſtituit, & procedit opinio negatiua, & *d. l. iubemus*, aut pater filium hæredem vniuerſalem non inſtituit, & tunc relicta legitima tantùm, poteſt de reſiduo ſui patrimonij diſponere ad libitum, & alteri relinquere, & ratio diuerſitatis inter vtrumque caſum eſt, nam Trebellianicam conſequitur iure hæreditario. *l.* 1. *& per totum titulum ff. ad Trebellian.* ergo non poteſt grauari in ea, *d. l. iubemus.* Sed quando hæres non inſtituitur, nulla Trebellianica detrahenda eſt, ideo poteſt reſiduum alteri relinquere. Reſponſio eſt ſenſata, & colligitur ex dictis per Gabriel. *in conſil.* 93. *volumin.* 1. & per Eugen. *in d. conſil.* 35. *numer.* 52. Peregrin. *d. articul.* 3. *numer.* 108. *in fin.* Odd. *d. conſil.* 8. *numer.* 17. *& ſeq.*

Quare reſtat, vt ſecundùm opinionem negati-
uam ſit iudicandum, quia iſta eſt conſuetudo † 6.
iudicandi per totum mundum, licèt attento ſtylo Romano, qui cauſatur ex magna authoritate Rotæ, poſſet inibi iudicari ſecundùm illas deciſiones, ad tradita per Gabriel. *in d. conſil.* 93. *in fine*, quouſque Rotæ fortè aliter videbitur, quæ aliquando rotare ſolet, & ſtylus in ſeipſo eſt variabilis, & opiniones communes creſcunt, & decreſcunt.

Item non poſſe deſumi argumentum † de fal- 7.
cidia ad Trebellianicam reſpectu *Auth. ſed cùm teſtator. C. ad leg. falcid.* probaui *in d. articul.* 3. Item opinio quòd Trebellianica hodie poſſit prohiberi, de qua ſcripſi *in articul. præcedenti*, *caſu* 6. limitatur in liberis primi gradus, in quibus propter æquitatem non poſſe prohiberi firmarunt Dec. *in conſil.* 84. *numer.* 3. & *in conſil.* 218.
column. 2. dicit opinionem habere æquitatem † fi- 8.
liis fauorabilem. Pariſ. *in conſil.* 132. *numer.* 1. inter conſilia Socin. iun. *volumin.* 1. dicit hanc eſſe æquiorem, Socin. *in conſil.* 131. *numer.* 58. *vol.* 1. dicit eſſe æquiorem, & veriorem, Gabriel *in conſ.* 96. *numer.* 4. dicit eſſe opinionem æquiorem, & magis communem, Petra *in d. quæſt.* 15. *numer.* 52. & in pluribus locis dicit quòd opinio eſt magis æqua, & amplectenda, & de eadem æquitate atteſtatur Riminald. iun. *conſil.* 187. *num.* 39. *volum.* 2. Eugen. *in d. conſil.* 33. *numer.* 19. Roland. *in d. conſil.* 12. *numer.* 6. *vol.* 1. & alij per eoſdem allegati, quos ſuper-
fluū eſt repetere. Sed æquitas ſemper in iudicando † 9.
eſt amplectenda, quæ naturalis iuſtitia appellatur.

l. ſcire

l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tut. Item quando duæ opiniones allegantur communes pro vtraque parte, ſemper illa eſt amplectenda, quæ maiorem continet æquitatem. Oddus in d. conſil. 8. numer. 9.

10. Præterea hæc opinio probatur ex d. l. iubemus, † vbi pater grauando filium de reſtituendo, non poteſt illum grauare, vt fructus perceptos imputet in Trebellianicam, prout regulariter fiebat. l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebellian. ergo multò minus ipſam Trebellianicam poterit in totum prohibere, nam cui denegatur quod eſt maius, multo magis denegatur quod eſt minus. l. non debet. ff. de regul. iur. Neque dicetur hæc lex correctoria extendi, quia verſamur circa eundem caſum, & eandem rem, in qua permiſſum quod eſt maius, cenſetur permiſſum quod eſt minus, licèt prohibitum quod eſt minus, cenſetur prohibitum quod eſt maius, quo caſu legem correctoriam extendi, probat Gabriel in d. conſil. 93. numer. 19. volumin. 1.

11. Neque valet reſponſio tenentium affirmatiuam, quòd d. l. iubemus, † hodie ſit correcta per d. auth. ſed cùm teſtator, quia in contrarium eſt communis opinio, quòd non ſit correcta, vt atteſtatur Gabriel in d. conſil. 93. numer. 23. volum. 1. Socin. in d. conſil. 131. numer. 58. volumin. 1. Eugen. in d. conſil. 35. numer. 33. qui ſex validiſſimis rationibus probat legem non eſſe correctam Item ſi tota die in tribunalibus iudicatur Trebellianicam poſſe prohiberi, quia communiter, id eſt, inter Doctores receptum, & tamen vrgentes ſunt rationes pro altera parte; cur non idem dicendum eſt in hoc articulo, nimirum d. l. iubemus, non eſſe correctam, quod frequentiori Doctorum calculo receptum eſt, & hanc rationem in ſpecie conſiderauit Gabriel in d. conſil. 93. numer. 23. volum. 1. Addo rationem Oddi in d. conſil. 8. numer. 15. valdè ſtringere. Nam §. ſi verò expreſſim. Auth. de hæred. & falcid.

12. vnde deſumpta eſt d. auth. ſed cùm teſtator, loquitur in hærede extraneo, non autem in filiis primi gradus, & ſi de illis etiam intelligeretur, diſpoſitio eſſet ſuperflua, aut iniqui, quia filij non detrahunt falcidiam cum legitima, ſicut poſſunt Trebellianicam, vt probat Bartol. in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. Socin. iun. in conſil. 136. num. 10. volum. 1. Couar. in cap. Raynutius. §. 11. numer. 7. ergo textus loquendo de falcidia ſeparatim à legitima eſt ſuperfluus; ſi verò loquitur de falcidia prout ingreditur locum legitimæ, & ſic virtualiter de legitima, hoc eſt contra omnia iura, quæ negant patrem poſſe filios priuare legitima.

13. Neque obſtat quòd d. l. iubemus, † loquitur quando vna tantùm quarta detrahitur, quia dicit, dodrans reſtituatur. Nam cùm filius ſub conditione grauatus detrahat duas quartas ſecundùm communem concluſionem, quælibet detractio conſideratur de per ſe, & in ſuo tempore; ergo ſtatim ac filius ſuccedit patri, detrahit legitimam, tanquam æs alienum. Bald. in l. ſcimus, in princip. C. de inoffic. teſtam. Canoniſtæ in cap. Raynutius, & in cap. Raynaldus. de teſtam. quod autem ſupereſt remanet pro eſſe hæreditario, & cùm euenit conditio reſtitutionis, ex hoc ipſo quod ſupereſt reſtituendo detrahitur Trebellianica, quæ eſt dodrans iſtius reliqui aſſis, & ſic ſtat ſimul, quòd filius detrahat duas quartas, & dodrans reſtituatur, & hunc eſſe intellectum d. l. iubemus, dixere Bald. in l. filium quem habentem. column. 9. verſ. non obſtat d. l. iubemus. C. famil. herciſc. Paul. de Caſtr. ibi column. 1. Alexand. in l. quod de bonis. §. quod auus. column. 2. ff. ad leg. falcid. & aliæ, de quibus per Picum in l. in quartam, numer. 281. ff. ad leg. falcid. & per Socin. in d. conſil. 131. numer. 59. & ſeq. volumin. 2. quam reſponſionem Franch. in d. deciſ. 11. numer. 9. verſ. & quod. l. iubemus, † impugnare non potuit. 14.

Item quòd diſpoſitio d. l. iubemus, habeat locum quando ſunt detrahendæ duæ quartæ, probat eſſe communem opinionem, poſt plurimos, quos allegat, Peregrin. in d. articul. 3. numer. 12. verſ. quorum aſſertio. Eugen. in d. conſ. 35. numer. 45. Craſſus in §. Trebellianica, quæſt. 11. numer. 3. & nouiſſimè Angelus Mattheacius in lib. de legatis & fideicommiſſis lib. 4. cap. 14. numer. 10. & ſeq. vbi probat eſſe communem opinionem, etiamſi legitima † eſſet ſemis, 15.
& ſic minus haberet honoratus, quàm grauatus. Vnde ſententia iſta poteſt ſubſiſtere etiam ſi reſtitutio facienda eſt extraneo, in quibus terminis habet locum d. l. iubemus, ſecundùm magis communem, & veriorem opinionem, vt atteſtantur Gabriel in d. conſil. 93. numer. 3. volum. 1. Eugen. in d. conſil. 35. numer. 8. Peregrin. in d. articul. 3. numer. 14.

Declaratur iſte articulus, vt diſpoſitio d. l. iubemus, † non procedat in nepotibus, etiam ſi filij 16.
præmortui ſint, & ipſi teneant primum locum, iuxta l. ſed & in conditione. §. nepotes. ff. de hæred. inſtit. gloſſ. ita tenet in d. l. iubemus. ver. hæreditariis, in fin. & ibi etiam Cyn. columm. 1. Angel. in §. final. in princip. Ruin. in conſil. 80. col. fin. volumin. 3. Gabriel in tit. ad Trebellian. concluſ. 12. numer. 14. verſ. decimò limita, Hieronym. Gabriel in conſil. 122. numer. 8. volum. 1. Surd. in conſil. 77. numer. 4. vol. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. articul. 4. numer. 117. & ita fuiſſe deciſum in Rota atteſtatur Viuius deciſ. 401. num. 10.

Declaratur ſecundò, vt diſpoſitio d. l. iubemus, habeat locum, † etiam in liberis primi gradus, 17.
ſi ipſi approbauerint teſtamentum, Signorol. in conſil. 80. Rubeus in conſil. 43. numer. 12. verſ. Nos ſumus extra diſputationem, & in conſil. 72. numer. 8. vbi quòd ſufficit ad hoc generalis approbatio teſtamenti, Guidopap. deciſ. 96. in primo dubio, & in conſil. 133. numer. 1. circa finem, vbi quòd ſatis eſt ſi filius dixerit ſe velle ſequi voluntatem patris, & in conſil. 140. numer. 5. verſ. ratio quia. Cagnol. in d. l. Papinianus. §. meminiſſe, numer. 17. ff. de inoffic. teſtam. Pariſ. in conſil. 1. numer. 103. & ſeq. vol. 1. Bertrand. in conſil. 307. numer. 12. lib. 3. Cephal. in conſil. 153. numer. 173. volumin. 2. Item quòd quando filius expreſsè approbauit teſtamentum, in quo Trebellianica erat prohibita, quòd filia grauati nihil poſſit petere à vocatis. Roland. in conſil. 78. num. 13. volumin. 1. Peregrin. in d. articul. 3. num. 119.

Articulus VI.

De imputatione in falcidiam, item in Trebellianicam.

Summaria.

1. *In falcidiam imputantur omnia quæ iure hæreditario capiuntur, ſecus ſi alio titulo.*

2. Feuda

2. *Feuda hæreditaria imputantur in falcidiam.*
3. *Hæres in feudo tenetur ſoluere omnia legata ſine detractione falcidiæ.*
4. *Inuentarium non prodeſt filio, neque agnato in feudo hæreditario.*
5. *..ſed releuat, vt teneatur ad ſolam quantitatem valoris feudi.*
6. *Feudatarius hæres tenetur præſtare facta defuncti.*
7. *Inuentarium non facit, vt hæres habeatur pro non hærede.*
8. *In falcidiam imputantur omnia quæ teſtator mandat imputari.*
9. *Dos imputatur in falcidiam, etiam ſi pater ſtipulatus fuerit illam ſibi reddi.*
10. *Dos capitur à filia inter viuos iure hæreditario.*
11. *Legitima aliquando imputatur in falcidiam.*
12. *Quarta vna quando detrahenda ſit, & non duæ.*
13. *Prælegata imputantur in falcidiam pro portione hæreditaria.*
14. *Prælegati portio, quæ à cohærede accipitur, imputatur in falcidiam ope exceptionis.*
15. L. Neſennius. ff. ad leg. falcid. *declaratur.*
16. .. . verſicul. planè, d. legis, *declaratur.*
17. *In falcidiam non imputantur data cauſa conditionis implendæ pro legato, vel fideicommiſſo.*
18. *Data cauſa conditionis implendæ non ſunt in hæreditate tempore mortis teſtatoris.*
19. *In Trebellianicam imputantur quæ capiuntur quocumque titulo, iudicio teſtatoris.*
20. L. in quartam. ff. ad leg. falcid. *declaratur in omnibus caſibus reſpectu Trebellianicæ.*
21. *In Trebellianicam imputatur tota pecunia hæreditaria.*
22. *.. & quæ ſit differentia inter pecuniam, & corpus hæreditarium.*
23. *In Trebellianicam imputantur accepta à grauato per ablatiuum abſolutum.*
24. *Imputantur in vtramque quartam, quæ vniformiter capiuntur.*
25. *..& quæ dicantur capitulo vniformi, vel difformi.*
26. *Fructus percepti ante conditionis euentum imputantur in Trebellianicam.*
27. *.. accedunt rebus hæreditariis, non autem hæreditati.*
28. *.. idem in nepotibus, aſcendentibus, & ſubſtitutis pupillariter.*
29. *Fructus omnes totius hæreditatis, conditione pendente, pertinent ad hæredem, etiamſi ſint plures Trebellianicæ, ſed in eam imputantur.*
30. *Hæres non poteſt reſtituere fructus perceptos, & detrahere Trebellianicam in corporibus hæreditariis.*
31. *Fructus pertinent ad fideicommiſſarium propter moram grauati.*
32. *..ſi non æquant quantitatem Trebellianicæ, poteſt ex aliis rebus peti illius ſupplementum.*

CIRCA imputationem in falcidiam duæ regulæ conſtitutæ fuere à I. C. *in l. in quartam. ff. ad leg. falcidiam.* Altera affirmatiua,
1. quæ iure hæreditario † capiuntur, imputantur in falcidiam: altera negatiua, quæ iure legati, vel fideicommiſſi, aut conditionis implendæ cauſa, aut quouis alio titulo, non imputantur in falcidiam. Pro quarum regularum declaratione, plures caſus explicandi ſunt.

Primus caſus eſt, feuda, † quæ habent naturam 2.
hæreditariam, imputantur in falcidiam, quia ſi feudatarius eum inſtituit hæredem, qui eſt ſibi proximè ſucceſſurus, quia eſt hæres ſanguinis, & eum grauat legatis vltra dodrantem, non poteſt ab eiſdem detrahere trientem pro falcidia, niſi in eam imputet valorem feudi, quod iure hæreditario capitur, idcirco tenetur ad ſolutionem legatorum, &
onerum hæreditariorum, quia eſt hæres † in feudo, 3.
Andr. *in cap. 1. §. quid ergo, in fin. de inueſtit. de re alien. fact.* ideo in omnibus tenetur habere ratum factum defuncti, ex regula *l. cùm à matre. C. de rei vendic.* Item hæc regula etiam eſt vera in feudo antiquo, & paterno reſpectu filij, qui illud habere non poteſt, niſi ſit hæres patris. *cap. 1. an agnatus,* & tanquam hæres tenetur ad omnia legata, & onera, & ita in puncto probat Ioan. Franciſc. de Ponte *in conſ. 34. & in conſil. 52.*

Declaratur iſte caſus, vt feudatarius, qui eſt hæres feudi, factus hæres à feudatario defuncto teneatur ad omnia onera, & legata, etiam ſi fecerit inuentarium bonorum allodialium, quoniam in
feudo hæreditario inuentarium † non prodeſt filio, 4.
neque agnato, Frecc. *in 2. lib. de ſubfeud. in 7. different. inter feuda hæreditaria, & ex pacto,* Franch. *deciſ.* 387. Non enim releuat ſi valor bonorum allodialium non ſufficiat ad onera, quia ipſe tenetur
vſque ad quantitatem † valoris feudi, Andr. *in d. cap.* 5.
1. an agnatus, Loffred. *in conſil. 46.* Franc. de Ponte *in conſil. 13. num. 24. in fine, & in conſil. 10. numer. 43.* Roland. *in conſil. 44. vol. 3.* Nec prodeſt filio quo ad reuocationem alienatorum, ſecus agnatis. Surd. *in conſil. 577. num. 15. vol. 4.* quoniam filius eſt hæres ſanguinis, & debet eſſe hæres in feudo hæreditario,
ſecùs agnatus. Quare etiam feudatarius hæres † te- 6.
netur præſtare factum defuncti, nec poteſt vendicare rem ſibi aliunde debitam, Barbatia *in conſil. 66. col. 4. vol. 4.* Cagnol. *in l. ex qua perſona. de regul. iur.* & eſt communis opinio Bart. *in l. final. §. in computatione. C. de iure deliber.* vbi notatur rem hæredis à defuncto alienatam, non poſſe per eundem hæredem cum inuentario vendicari, quatenus res non excedit vires
feudi hæreditarij, quia inuentarium † non facit, vt 7.
actiones non confundantur, neque vt hæres habeatur pro hærede quo ad ſibi debita, Bald. *in l. final. §. in computatione, & in l. fin. C. de pact.* ſed facit, vt fingantur non confuſæ, quatenus ei confuſio damnum afferat, vt per gloſſ. Bartol. & alios *in d. §. in computatione,* & hanc opinionem eſſe magis communem, & ſequendam, probat Gabriel *in conſ. 125. à n. 12. per totum, vol. 1.* cum declaratione, dummodo nullum damnum notabile ſentiat, vt ibi per Gabrielem, ſed imputando valorem feudi in falcidiam nullum damnum ſentiret.

Secundus caſus eſt, quando teſtator mandat ac-
ceptum ab eo imputari in falcidiam, † ſiue ſint le- 8.
gata, ſiue fideicommiſſa, ſiue data cauſa conditionis adimplendæ, *l. quod autem. ff. ad leg. falcid.* etiam ſi inter viuos dediſſet, cum conditione imputandi in falcidiam. *l. cum quo. ff. ad leg. falcid.* Ripa *in d. l. in quartam, num. 68. ff. ad leg. falcid.* & ſequuntur *ibi* omnes communiter. Idcirco ſi pater dat dotem filiæ, & mandat eam compenſari cum ſua portione ſimpliciter, tunc illa imputabitur in falcidiã. *l. filiam teſtamento. C. de collat. l. pater filiam, in verſ. ad miſſa*

compenſa

compenſatione.ff.ad leg.falc.& ratio eſt, quia voluntas teſtatoris ſeruanda eſt.*l.ſi debitor.ff.ad leg. falcid. l. ſequens quæſtio. de legat.*2.

9. Tertius caſus eſt, in dote † vtique imputatur in falcidiam,etiam ſi pater dans dotem ſtipulatus fuerit ſibi illam reddi, quia tunc ius ſibi reſtituendæ dotis dicitur eſſe in bonis, & hæreditate patris. *l. quoties.ff.ſolut.matrim.* Idem ſi actio fuiſſet communis patri & filiæ,& pater illam petiiſſet, & deſuper conteſtatus eſſet, vt *in d.l.pater filiam*, quia tunc illud ius dicitur eſſe in hæreditate. Idem ſi pater dictam dotem exegiſſet, quia tunc dicitur eſſe in hæreditate patris, licèt pater iterum dotare teneatur. *l. final.C. communia vtriuſque iudic.* ergo quæ capi-

10. tur † à filio etiam inter viuos iure hæreditario, in falcidiam imputare debet.*d.l.in quartam.* Item quia ſi pater dotans mandat illam imputari, hoc ius mandati eſt in hæreditate, quia eſt reſeruatum. *l. ſi tibi liberum. ff. de act. empt. l. ſi binarum. ff. de ſeruit. vrb. præd.* ideo imputatur.*d.l.in quartam.* Item quia ſi pater poteſt prohibere falcidiæ detractionem, *d. auth.ſed cùm teſtator*; ergo poteſt mandare vt in illam imputetur.

Declaratur iſte caſus, nam dos ſuccedit loco legitimæ.*l.quoniam nouella.C. de inoffic. teſtam.* Bartol. *in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condit. & demonſtrat.* & habetur *in Auth.res quæ.C.communia.de legat.* Sed

11. legitima † imputatur in falcidiam; ergo dos imputatur in falcidiam. Minor probatur per text. *l.* 1.*§. final.ff.ſi cui pluſquam per leg.falcid.* vbi patronus non detrahit, niſi legitimam, quæ imputatur in falcidiam. Item probatur, quia in facidiam imputatur quidquid iure hæreditario capitur: ſed legitima capitur iure hæreditario. *§. aliud quoque.Auth. vt cùm de appell.cognoſ.* Item in legitimam imputatur, quidquid ex ſubſtantia patris capitur. *l.ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſtam.* & ad hoc

12. conferunt † *l.cohæredi.§.quod ſi hæredem.ff.de vulgari, in verſ.ſalua falcidia,* & non dixit,ſaluis quartis,quia vna imputatur in alteram. Item *l.filium quem habentem.C.famil.herciſc.verſ. quartam habens reddere compellitur,* & ſic vnam tantùm retinet. Item *l. iubemus. C. ad Trebellian. in verſ. dodrans tantùm reſtitui debet.* Item *l. quamquam.C.ad leg. falcid. in verſ. hæres grauatus,*id ſolùm retinet,quod legis beneficio cōpetit. Sed non reperitur iure cautum quòd duæ quartæ retineri poſſint, & diſpoſitum reperitur, quòd vna quarta imputetur in alteram; ergo dos, quæ ſuccedit loco legitimæ,debeat in falcidiam imputari. Per quas leges Doctores communiter concluſerunt, quòd quando filius eſt grauatus purè de reſtituendo,tunc ſolùm quartam retinet, quia legitima imputatur in falcidiam;ſecùs ſi eſſet grauatus ſub conditione, quia tūc diuerſis temporibus detrahit duas quartas,& procedit *cap. Raynutius, & cap. Raynaldus. de teſtamentis*, & vna non poteſt in alteram imputari.

13. Quartus caſus eſt. Prælegata † imputantur in falcidiam pro portione hæreditaria, ſed pro portione, quam à cohærede accipit, non imputantur. *l. in fideicommiſſariam. §. final. ff. ad Trebell. l. Titius. de legat.* 1. vt ſi inſtitui mihi duos hæredes, & vni prælegaui domum, tunc propter inſtitutionem,domus pertinebat ad vtrumque: cùm autem alteri prælegaſſem, ipſe prælegatarius partem domus capit iure hæreditario, quoniam erat inſtitutus, & à ſeipſo legari non poterat ſibimet.*l.legatum eſt.§.*1.*de legat.* 1. & partem habebit iure legati, quia virtute dicti prælegati recipit partem domus à cohærede. *l.deducta.§.numis.ff.ad Trebell.* ergo pro parte hæreditaria prælegatum imputatur, pro parte verò legati non imputatur in falcidiam, prout eſt caſus *in l.quod autem, & in l. id autem.ff. ad leg. falcid.* Ripa *in d.l. in quartam,num.*68.& cæteri ſcribentes communiter ita concludunt.

Declarâtur iſte caſus,vt portio prælegati, † quam à cohærede accipit,imputetur in falcidiam ope exceptionis, quando mutua,& reciproca acceptio interuenerit, vt in caſu *leg. Neſennius.* † *ff. ad leg. falcid.* vbi ſinguli tres hæredes erant grauati de dando binas vncias ſingulis cohæredibus, & ideo tantum vnus dabat, quantum ab altero accipiebat: ſed ſi à primo ex dictis cohæredibus inſtitutis fuiſſent legatæ duæ vnciæ extraneo, & ita erat grauatus vltra dodrantem, tunc legata accepta à cohæredibus proſunt illis tantùm,à quibus accepta fuerunt,& ab eis non poteſt deducere falcidiam, quia repellitur ope exceptionis,ſed non proſunt legatario extraneo, cui legatæ erant duæ vnciæ, ideo ab eo quartam partem vnus detrahere poterit, & hic eſt caſus *d.l. Neſennius*, prout illam induxit Bartol. *in d. l. in quartam,in* 3. *oppoſitione*, & licèt text. *d. l. Neſennius,in verſ...* † planè diſponat, quòd legata à cohæredibus capta proſunt cæteris legatariis; nihilominus ille verſic. ita interpretandus eſt:planè cæteris legatariis, id eſt, extraneis, primus à quo legatum factum eſt, non imputabit, id eſt, non computabit vniuerſum quod cohæredibus præſtat, id eſt, non computabit in hæreditate illas duas vncias,quas aliis cohæredibus præſtat;ſi enim illæ duæ vnciæ eſſent computandæ in hæreditate reſpectu defalcationis faciendæ, tunc tota portio dicti primi inſtituti eſſet exhauſta, quia duæ vnciæ ſunt legatæ extraneis, duæ aliæ ſunt legatæ cohæredibus, & ita iſte primus à dictis legatariis extraneis debuiſſet detrahere vnam integram vnciam, quæ eſt quarta totius ſuæ partis: ſed dicit text. ſed quantum daturus eſſet, ſi nihil ab eis accepiſſet, vtique ſi nihil ab eis accepiſſet, deduxiſſet quartam partem vnciæ reſpectu cuiuſlibet cohæredis, quo fit, vt dimidia vncia remaneat penes hunc primum hæreditariū, & alia dimidia deducenda eſt à legatariis extraneis; ergo legata habita à cohæredibus proſunt aliis legatariis, quia propterea non tantum defalcatur de dictis legatis factis legatariis extraneis. Bartol. dicit, non prodeſt aliis collegatariis, vt minuat quartam ab eis detrahendam, quia ſemper detrahitur quarta pars legatorum factorum extraneis, ſed prodeſt,quo ad hoc,quia videtur quartam detraxiſſe de legatis cohæredis, id eſt,ex quarta detrahenda de legatis cohæredum, quæ virtute compenſationis eſt detracta, non augetur quarta detrahenda ab aliis legatariis extraneis, & hanc ſolutionem eſſe magis communiter receptam atteſtantur Fumagiol. *in d. l. in quartam, numer.* 100. licèt variis modis illam declarent, Ripa *num.*44.Berengarius *num.*54.Bolognett.*num.*114.

Quintus caſus eſt †, data cauſa conditionis adimplendæ pro legato, vel pro fideicommiſſo, non imputantur in falcidiam pro legato.*l. in quartam, in* 1.*& vltim. reſponſo.ff.ad leg. falcid. l. in ratione. §. tametſi. l. quod autem. l. id autem.ff. eod. tit.*quia falcidia eſt quarta bonorum exiſtentium tempore mortis defuncti, vt dicit Bald. *in l. filium quem habentem, num.*7.*C.famil.herciſc.* Sed iſta data cauſa † conditionis adimplendæ, tempore mortis non erant in hæreditate, ex quo ſequitur, quòd ſi pecunia peculiaris fuerit data à ſtatulibero cauſa conditionis adimplendæ, illa quidem imputabitur in falcidiam, *d. l. id autem, in* 2. *reſponſo. ff. ad leg. falcid.* quoniam,

Margin numbers (right column): 14. 15. 16. 17. 18.

vt ibi deciditur, erat in hæreditate, & ſi fuerint data à cohærede, minuunt falcidiam eius qui dedit, ope exceptionis, prout eſſe communem opinionem probat Ripa *in d.l.in quartam.num.68.*

19. Circa Trebellianicam, † omnia, quæ capiuntur ſiue iure hæreditario, ſiue iure legati, vel fideicommiſſi, aut conditionis implendæ cauſa, ſiue alio quocumque titulo, ex iudicio teſtatoris, imputantur in eam, & hanc regulam conſtituit I. C. *in d. l. in quartam.ff.ad leg.falcid.in verſ. ſed in fideicommiſſaria*, & ratio eſt, quia attento fauore relictorum vniuerſalium, ſatis eſt, quòd quarta recipiatur per hæredem quocumque relicti titulo, dummodo habeatur ex propria portione hæreditaria, cùm retinenda ſint in actu reſtituendæ hæreditatis. Item non ſolùm accepta iure hæreditario, ſed etiam prælegata, & præaccepta, quatenus tangunt portionem hæreditariam in gratiam relictorum vniuerſalium imputanda ſunt, ſed non ſunt imputanda quatenus
20. ſunt de portione cohæredis, *d. l. in quartam.* † *verſ. ſiue percipere*, & ratio eſt, quia iſta iuris intellectu dicuntur haberi iure hæreditario, non autem iure legati. *d. l. id autem in 2. reſponſo. l. qui filiabus. §. final. & l. ſeq. de legat. 1. l. eum. §. pro parte. ff. de his quib. vt indign.* & ideo non mirum ſi ſupradicta non modò imputantur in Trebellianicam, ſed etiam in falcidiam. *d. l. id autem, ſuprà eod. & l. deducta. §.*
21. *numis. ff. ad Trebellian.* Item pecunia † hæreditaria integraliter imputatur in Trebellianicam, *d. l. in quartam, verſ. ſed ſi accepta, vſque ad verſ. ſed quod implendæ*, & ratio eſt, quia I. C. *in d. l. deducta. §. numis*, dicit, tota pecunia de propria portione retineri poteſt, ideo, vt quantò minus recedatur à voluntate teſtatoris, voluerunt Iuriſconſulti, totam pecuniam reſpectu imputationis intelligi haberi iure hæreditario. Item in hoc puncto eſt differentia
22. inter pecuniam, † & corpus hæreditarium, vt colligitur ex *d. §. numis*, quia corpus hæreditarium, poſt aditam hæreditatem, non poteſt intelligi eſſe extra dominium cohæredis; pecunia verò tota poteſt intelligi eſſe extra dominium cohæredis, & ſic tota in dominio illius cohæredis, qui illam percipit, tum quia pecunia in genere ſuo recipit functionem, *l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet.* tum quia pretium in vniuerſalibus ſuccedit loco rei. *l. ſi rem, & pretium. ff. de petit. hæredit.* quæ rationes non conueniunt corporibus hæreditariis. Item accepta ab eo, qui non eſt hæres, ſed per ablatiuum abſolutum grauatus eſt, vt reſtituat hæredi grauato, im-
23. putatur † in Trebellianicam. *d. l. in quartam, in verſ. ſed quod implendæ, vſque ad verſ. ſi quid verò*, vtputa reſtituas hęreditatem Titio, accepto ab eo fundo Corneliano, vel acceptis pecuniis ſiue hæreditariis, ſiue non hæreditariis, quoniam omnia iſta, inſpecta voluntate teſtatoris dicuntur haberi iure fideicommiſſi, argum. *l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. de legat. 3.* Verè tamen dicuntur haberi cauſa conditionis adimplendæ, quia fideicommiſſarius ſimplex ante agnitionem fideicommiſſi non poteſt grauari. *l. ab eo. C. de fideicommiſſ.* & nihilominus textus diſponit, quòd iſta veniunt in imputationem quartæ, quia attenta voluntate teſtatoris iure fideicommiſſi haberi dicuntur. *d. §. cùm eſſet*, ideo, vt quantò minus recedatur ab eius voluntate, præſertim fauore relictorum vniuerſalium, in actu reſtituendæ hæreditatis veniunt imputanda in Trebellianicam.

Declarantur iſti caſus, vt procedant, dummodò
24. illud quod capitur ab hærede grauato, † vniformiter capiatur, non autem difformiter, vt docet Bartol. *in d. l. in quartam*, quem communiter omnes ſequuntur, Berengar. *part. 2. numer. 44.* Craſſ. *in d. §. Trebellianica. quæſt. 10.* Dicitur autem vniformiter
capi, † quando titulus hæreditarius, & titulus par- 25.
ticularis non concurrunt ſimul, ſed vel per ſolam inſtitutionem res habenda eſt, vel per ſolum quemuis alium titulum particularem. Difformiter verò, quando titulus hæreditarius concurrit ſimul cum particulari, vt ſi duo hæredes inſtituti fuerint, & alteri eorum domus prælegata fuerit, quia reſpectu dictæ domus concurrit titulus hæreditarius, videlicet in medietate ipſius, & alter titulus in alterius medietate, & ita declarant Bartol. Paul. de Caſtr. Picus, & Berengar. *in d. l. in quartam.* Quo caſu, id tantùm quod iure hæreditario capitur, & ſic vniformi imputatur in vtramque quartam, ſc. Trebellianicam, & falcidiam; quod verò alio titulo difformi non imputatur, non imputatur in Trebellianicam, vt probat *d. l. in quartam*, & declarat *ibi* Picus *num. 9.*

Alter caſus eſt de fructibus, in quibus pro regu-
la † diſponitur quòd percepti ante conditionis 26.
euentum, omnes pertinent ad hæredem, ſed tempore reſtitutionis debet eos in Trebellianicam imputare, prout eſt caſus *in l. fideicommiſſariam. ff. ad Trebellian. l. deducta ante diem. l. mulier. §. alia cauſa. ff. eod. tit. l. quod his verbis. de legatis. 3.* gloſſ. *in l. iubemus. ver. hæreditariis. C. ad Trebellian.* quia
dicti fructus † capiuntur iudicio teſtatoris, & ac- 27.
cedunt rebus hæreditariis, non autem hæreditati, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 4. tit. fructus. cap. hæres conditionali*, quæ regula eſt ſeruanda in omnibus perſonis, præterquam in filiis, ſiue liberis primi gradus, vt de iure Codicis fuit diſpoſitum *in l. iubemus. C. ad Trebellianum*, & ideo nepotes ex filiis, etiam ſi tenerent primum locum in gradu ſuitatis, debent fructus perceptos imputare in Trebellianicam, vt ſcripſi in prima declaratione præcedentis
articuli. Item aſcendentes imputant † fructus in 28.
Trebellianicam. *l. filiusfamilias. ff. ad legem falcid.* & *ibi* declarat Bartol. & Alexand. Sed ego probaui ſuprà in tertio articulo huius quæſtionis, quòd illa lex loquitur de falcidia, non autem de Trebellianica, prout communiter allegatur. Item ſubſtitutus pupillariter filio primi gradus, qui fuerit per fideicommiſſum grauatus, imputabit fructus perceptos in Trebellianicam, quia diſpoſitio *d. l. iubemus*, non habet locum niſi in ſolis liberis primi gradus, & quòd non extendatur ad alias perſonas, firmant *ibi* communiter omnes, & *in Digeſt. Nouiſſim. tomo 4. tit. Fructus. cap. ſiue filiis.*

Declaratur iſte caſus, nam dicti fructus † pen- 29.
dente conditione percepti, etiamſi excedant quartam Trebellianicæ detrahendæ de tempore reſtitutionis, omnes pertinent ad hæredem, quia iudicio teſtatoris percipiuntur. *l. mulier. §. ſi hæres. l. alia cauſa. ff. ad Trebellian.* & accedunt rebus hæreditariis, non autem hæreditati, vt ſcripſi; ſed dictam Trebellianicam extinguunt propter imputationem neceſſariam, ita vt hæres non poſſet dice-
re, † volo reſtituere fructus, & Trebellianicam de- 30.
trahere de corporibus hæreditariis, quoniam grauatus non poſſet permutare dominium fructuum, quod habet cum rebus hæreditariis, quorum dominium incepit pertinere ad fideicommiſſarium, & hanc opinionem tenet Immol. *in d. l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian.* quem ſequitur Ripa *in l. in fideicommiſſariam, numer. 25. ff. ad Trebellian.* Sed ſi grauatus fuiſſet in mora reſtituendi fideicommiſ-
ſum, tunc fructus interim † percepti ad fideicom- 31.
miſſarium

miſſarium pertinebunt,vt not.*in d. l. in fideicommiſſariam*, & fuit deciſum,vt *in d.titulo Fructus.cap.hæres conditionali.* Hoc addo quòd ſi fructus percepti
32. non æquarent † quantitatem Trebellianicæ, tunc grauatus tempore reſtitutionis,poteſt ex aliis bonis hæreditariis deducere complementum dictæ Trebellianicæ.

QVÆSTIO XXIX.

De ſubſtitutione reciproca, per ſex articulos diuiſa.

1. Ex quibus verbis ſubſtitutio reciproca inducta cenſeatur.
2. An ſubſtitutio reciproca inducatur inter inſtitutos, quorum vltimo morienti fuit datus ſubſtitutus.
3. An ſubſtitutio reciproca inducatur inter filios in conditione poſitos.
4. An ſubſtitutio reciproca inducatur inter inſtitutos cum prohibitione alienationis.
5. Subſtitutio reciproca quando contineat vulgarem,& quando pupillarem.
6. Subſtitutio reciproca quando contineat fideicommiſſariam.

ARTICVLVS I.

Ex quibus verbis ſubſtitutio reciproca inducta cenſeatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio reciproca expreſſa, quibus verbis facta dicatur.*
2. *Verbum* perueniat,*eſt commune, ſicut verbum* ſubſtituo.
3. *Reciproca dicitur etiam ſi verba non conueniant ſubſtitutioni pupillari.*
4. *.. poteſt continere ſolam vulgarem reciprocam.*
5. *.. & poteſt habere effectum ante aditam hæreditatem.*
6. *Reciproca poteſt fieri,etiam ſi inæqualitas portionum interueniat.*
7. *Portiones in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione.*
8. *.. niſi aliqui fuerint coniuncti re, & verbis.*
9. *Inæqualitas temporis,& rerum non impedit ſubſtitutionem reciprocam.*
10. *Inæqualitas titulorum impedit effectum ſubſtitutionis reciprocæ.*
11. *Reciproca non inducitur inter filiam inſtitutam in dote, & maſculos vniuerſaliter inſtitutos.*
12. *.. ſecus inter inſtitutos in quota, & inſtitutos in cæteris bonis.*
13. *Reciproca inducitur ſi verba aliter verificari non poſſunt.*
14. *Numerus pluralis requirit ſaltem duos.*
15. *Excluſa ab inſtitutione vniuerſali dicitur excluſa à ſermone generali.*
16. *Numerus pluralis quando ſumitur pro ſingulari.*
17. *Reciproca facta verbis ſingularibus, vel ſpecialibus nunquam extenditur ad perſonas non nominatas.*
18. *Subſtitutus excluditur, niſi probet ſe eſſe de vocatis.*

SVPER iſto articulo ſcripſerunt Mantic. *de coniectur. lib. 7. cap. 5.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 13.* Pretus *lib. 3. ſolut. 9. fol. 263.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 11. numer. 571. & ſeq.* Trentacinq. *de ſubſtit. part. 5. cap. 2. & ſeq.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 2. quæſt.70. & ſeq.* Ripa, & Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. part. 6. ff. ad Trebellian.* Polit. Zaſ. & Bart. de Hucio: ſed quia plura ſunt negotia quàm vocabula, nequid materiæ deſit, quod à Nouiſſimis deſiderari poſſit, ali-
qua ſuperaddam. Quibus igitur verbis † reciproca 1.
facta dicatur, reſpondeo, ſi per hæc verba, vos inuicem ſubſtituo, *l. iam hoc iure. §.1. ff. de vulgar. l. Lucius.eod. tit.l.in teſtamento. C.de milit. teſtam.* Item ſi iſtis aliis verbis, Vter eorum viuet, vel,Vter eorum ſuperuixerit, *l. Titius. l. ſemper. ff. de condit. inſtit. l. fundum ſub conditione. §. his verbis. de legatis* 1. Item ſi his verbis: Vos inuicem ſubſtituo, hæredes ſunto, *l. in teſtamento. §.hæc verba.ff.de hæred. inſtit. l. ſi pater impuberis. ff. de vulgari*, ſecundùm lecturam gloſſ. Item his verbis: Vos hæredes meos inſtituo, & ſi quis veſtrûm deceſſerit, volo bona mea ad alium peruenire. Et licèt Doct. antiqui dicant hanc eſſe ſubſtitutionem fideicommiſſariam. *l. fideicommiſſa. §. hæc verba.de legat. 3.* tamen verius eſt vt ſit reciproca, quoniam vna verborum conceptione plures hinc inde ſubſtituuntur, & verbum
perueniat, † ita eſt commune, ſicut verbum *ſubſtituo*, 2.
vt Bart. ſcribit *in l.centurio.ff.de vulgari.* Item iſtarum formarum reciprocæ,aliquas vocant ſpeciales, aliquas generalibus verbis factas, Alberic. *in rubric. ff.de vulgari.num.82.* Couar. *in cap.Raynutius.§.7.num. 2.de teſtament.* Paulus Leonius *in tract. de ſubſtitut. titulo de reciproca, num. 11.* & Menoch. *in lib. 4. præſumpt.59.*

Declarantur iſti caſus, vt ſemper dicatur ſubſti-
tutio reciproca, etiamſi verba non † conueniant 3.
ſubſtitutioni pupillari, quia ſaltem reciprocat vulgarem, ſub qua tacita contineri poſſet pupillaris in genere, gloſſ. *in l.1.verb.Caius.ff. de vulgari*, & probat Menoch. *in d. præſumpt. 59.num. 5. in fine.* Neque ad eſſentiam reciprocæ requiritur, vt continere debeat pupillarem, quoniam indubitati iuris eſt,quòd quando ſubſtitutio reciproca æqualiter omnibus conuenire non poteſt, tunc non continet pupilla-
rem, ſed ſolam † vulgarem reciprocam, *l. iam hoc* 4.
iure.ff.de vulgari.l. 2. C. de impuber. ſubſtit. in verſ. in vnum caſum duntaxat, vbi hoc notant Bartol. Paul. de Caſtr.& Alex. *l.Lucius.ff.de vulgari, in verſ. non ad ſequentem*, & *ibi* notant Bartol. & alij communiter,& Iaſ.*num.29.* atteſtatur eſſe communem. Alciat. *num.46.* dicit veriſſimam, Ripa *num. 41.* Couar. *in cap.Raynutius. §. 7. num.3.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 4. num. 5.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. part. 3. num. 17.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 70.* Coſta *in cap. ſi pater. part. 3. in verb.obliqua.numer. 4. de teſtam.* & tali caſu continebit ſolam vulgarem, non autem fideicommiſſariam, & ſola vulgaris dicitur reciprocè facta. Item dicta reciprocatio in

vulgari

5. vulgari poteſt habere effectum ante aditam † hæ-
reditatem, ſed poſt aditionem expirat, *l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit.* Quamobrem ad eſſentiam reciprocæ non requiruntur verba conuenientia pupillari, quia ſatis eſt vt reciprocatio poſſit verificari ante aditam.

Secundò declarantur, nam inæqualitas portio-
6. num non impedit ſubſtitutionem reciprocam, †
Bartol. *in l. Lucius, numer. 17. ff. de vulgari,* & *ibi* Alex. Ripa, & cæteri omnes, Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis moreretur, in ſecundo, numer.* 30. & ad hoc eſt text. *l. 1. C. de impuber.*
7. *ſubſtit.* vbi portiones in inſtitutione adiectæ, † cenſentur in ſubſtitutione repetitæ, & *ibi* gloſſ. allegat concordantes, quod eſt verum, niſi aliqui ex hæ-
8. redibus inſtitutis eſſent coniuncti re, † & verbis, vt quia teſtator in ipſa prima inſtitutione duos coniunxerit in beſſe, & duos alios in triente, nam moriente altero ex dictis coniunctis, admittitur alter, & morientibus ambobus, cæteri hæredes æqualiter admittuntur, *l. cohæredi. §. qui diſcretas,* & *ibi* Bald. & cæteri, *ff. de vulgari,* Bartol. *in d. l. Lucius, in vltima quæſt. ff. eod.* Bald. Angel. & Salyc. *in l. in teſtamento. C. de teſtam. milit.* & eſt communis opinio, Decian. *in conſil. 95. numer. 1. volum. 2.* Partes igitur aſſignatæ in inſtitutione, cenſentur repetitæ in ſubſtitutione reciproca, niſi à teſtatore aliqui in vna portione coniuncti ſint. Quando igitur inæqualitas portionum interuenit in ſubſtitutione reciproca, de illa curandum non eſt, quia dicta inæqualitas non impedit ſub reciproca contineri ſubſtitutiones, quæ perſonis inſtitutorum inuicem ſubſtitutorum conuenire poſſunt. *l. ſi plures, & l. ſeq. ff. de vulgar. & pupill.* quoniam inſtitutus in minori portione ita dicitur ſubſtitutus alteri, ſicut inſtitutus in maiori portione, Benedict. *in d. verbo ſi abſque liberis moreretur, in ſecundo, numer.* 30. vbi
9. ita arguit. Sicut inæqualitas † temporis, puta ætatis, non impedit ſubſtitutionem reciprocam contineri, quia fortè impuberes, quibus fit dicta reciproca, ſunt diuerſæ ætatis, ita inæqualitas portionum, & rerum impedit effectum dictæ reciprocæ ſubſtitutionis, arguendo de tempore ad res, quod argumentum eſt validum. *l. miles ita. §. 1. ff. de milit. teſtamento.*

Secus dicendum eſt de inæqualitate titulo-
10. rum, † nam iſta impedit effectum ſubſtitutionis reciprocæ: vt ſi teſtator filiæ legauerit certam quantitatem pro dote, & maſculos hæredes inſtituerit, quos inuicem ſubſtituerit, tunc filia lega-
11. taria † non cenſetur ſubſtituta dictis filiis maſculis vniuerſaliter inſtitutis, etiam ſi ipſa filia fuiſſet in dote inſtituta, quia datis hæredibus vniuerſalibus habetur loco legatarij. *l. quoties. C. de hæred. inſtit.* & inter diſpares titulos non cadit ſubſtitutio reccipra, hanc opinionem firmarunt, Bartol. *in d. l. Lucius, numer. 18. ff. de vulgari,* & *ibi* Ripa *numer.* 36. qui atteſtatur eſſe communem opinionem, Bald. Angel. & Salyc. *in d. l. in teſtamento. C. de teſtam. milit.* & poſt plurimos Doctores ab eiſdem allegatos hanc concluſionem probant communiſſimam Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt. 55. num. 9.* Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 60. numer.* 11. Oddus *de compendioſa ſubſtitut. part. 6. quæſt.* 5. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 2. quæſt.* 77. Pretus *lib. 3. ſolut. 9. numer. 8. fol.* 264. quoniam ſubſtitutio cenſetur facta in portionibus hæreditariis. *l. qui plures. ff. de vulgari.* Sed inſtitutus in re certa non habet portionem hæreditariam, quia habetur loco legatarij, *d. l. quoties,* ita arguit Bartol. *in d. l. Lucius, numer.* 18. Ideo non poteſt dici propriè inſtitutio, ſed legataria, Menoch. *in d. præſumpt. 60. num. 13. lib. 4.* Secus ſi eſſet inſtituta in quota hæreditaris, † & maſculi in cæteris bonis, quia tunc in 12.
eam tranſirent iura hæreditaria pro ſua quota, & reciproca locum habere poſſet pro dictis quotis, *d. l. 1. C. de impuber. ſubſtit,* Menoch. *in d. præſumpt. 60. numer. 21.* Intrigliol. *in d. quæſt. 77. numer. 16.*
Idem ſi verba † ſubſtitutionis non poſſent aliter 13.
verificari, niſi etiam filia diceretur reciprocè ſubſtituta, vt quia vnus tantùm eſt inſtitutus in re certa, & alter in cæteris bonis, & ſunt adinuicem ſubſtituti, vt in caſu *cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* quia tunc inter eos reciproca facta cenſetur, vt poſt plurimos relatos probat Simon de Pret. *in d. lib. 3. ſolut. 9. numer. 8. fol.* 264. Item ſi inſtituis duobus maſculis vniuerſaliter, & inſtituta filia in dote, teſtator dixerit, & moriente altero ſuperſtites
ſubſtituo, quia numerus † pluralis requirit ſal- 14.
tem duos, *l. vbi numerus. ff. de teſtib.* Item non poteſt verificari in vno, *l. final. ff. ad Trebellian.* ſic è contra ſingularis non verificatur in pluribus. Ioan. Andr. *in cap. pluralis locutio. de regul. iur. lib. 6. & in cap. 1. de filiis presbyt. lib. 6.* & cùm non ſuperſit niſi ſolus maſculus, & ipſa femina, opus eſt dicere illam etiam appellatione ſuperſtitum ſubſtitutorum contineri, & hanc opinionem firmauit Bartol. *in l. fin. num. 2. ff. ad Trebellian.* Rip. *in d. l. Lucius, numer.* 38. Iaſ. *numer.* 20. Simon de Pret. *in d. ſolut. 9. numer. 8. fol.* 264. Menoch. *in d. præſumpt. 60. numer. 15. lib. 4.* qui omnes dicunt eſſe magis communem opinionem. Sed ego de hac communi ſemper dubitaui, quia ſi citra verbum *ſuperſtites,* reciproca non dicitur facta inter filiam & maſculos, quia non datur inter vocatos diuerſo titulo; ergo idem debet eſſe, etiam quòd per numerum pluralem ſuperſtites ſubſtituerit. Nam ex quo fi-
lia fuit excluſa ab inſtitutione † vniuerſali, debet 15.
etiam dici excluſa à ſermone generali, ſeu à verbis pluralibus ipſius ſubſtitutionis, ita arguit Beto. *in conſil. 70. numer. 11. volum. 2.* Et ita numerus
pluralis † eſt intelligendus pro ſingulari, vt ſolet 16.
aliquando, *l. 2. §. dolo, ff. de vi bonorum rapt. l. diuus. §. final. ff. de petit. hæredit. l. 2. §. exactis. ff. de origin. iur. l. 1. §. vt initio. ff. de poſtulando,* & *ibi* gloſſ. *in ver. capientis,* Bald. *in l. 1. C. de condit. inſert.* Iaſ. *in l. ſingularia, columm. 3. ff. ſi cert. pet.* Ruin. *in conſil. 14. numer. 6. volumin. 5.* Zabarell. *in conſil. pen.* vbi loquitur de ſcriptura priuata, in qua fit mentio de ſociis, & dicit, quòd verificatur etiam in vno ſocio, per *l. non eſt ſine liberis. ff. de verb. ſignificat. & l. 3. ff. de negot. geſt.* & quando adſunt rationes, & coniecturæ, ſemper numerus pluralis ſumitur pro ſingulari, Menoch. *in conſil. 1248. numer. 14. volumin.* 13. Sed in hoc caſu plures ſunt adductæ rationes ad probandum, quòd filia non cenſetur reciprocè ſubſtituta, quæ militant etiam in caſu quo vocauerit ſuperſtites, quæ à nobis adducta ſunt ad probandum, quòd diſparitas tituli impedit reciprocam fuiſſe inductam, nam limitationes firmant regulam.

Tertiò declaratur, nam ſi reciproca † facta fue- 17.
rit verbis ſingularibus, aut ſpecialibus, ſemper reſtringenda eſt ad ipſos nominatos, & nunquam ad alias perſonas extendenda: vt ſi teſtator inſtituit duos filios ſuos, eóſque inuicem ſubſtituit, & poſt eorum mortem vocauit nepotes ex eis, vti propinquiores, dicta reciproca non poteſt extendi ad dictos propinquiores, quia de eis neque verba, neque mens teſtatoris hoc ſuadent, ideo intrat vulgaris

vulgatis concluſio Doctor. Subſtitutio de vobis non loquitur, & qui vult dicere aliquem caſum includere, vel perſonam, probare debet. † Ioan. Andr. ad Specul. *tit. de teſtamentis. §.* 1. *verſ. occurrit, in fine*, cum ſimilibus, per Socin. *in conſil.* 62. *numer.* 6. *volumin.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 102. *numer.* 33. *volumin.* 1. Crauett. *in conſil.* 161. *num.* 16. Roland. *in conſil.* 68. *numer.* 34. *volumin.* 4. Mantic. *lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 18. Nec ſufficit dicere, quòd teſtator ita præſumitur voluiſſe, & quòd ita cogitauerit, quoniam hoc non ſufficit, niſi ſuam cogitationem deduxerit in diſpoſitionem. *l. quidam cùm filium*, & *ibi* Bald. & Immol. *ff. de hæred. inſtit.* Socin. iun. *in conſil.* 111. *numer.* 28. quos ſequitur Rimin. iun. *in conſil.* 110. *numer.* 16. *volumin.* 1. Sed de hac re latiùs in materia fideicommiſſariæ reciprocæ ſcribam.

ARTICVLVS II.

An ſubſtitutio reciproca inducatur inter inſtitutos, quorum vltimo morienti fuit datus ſubſtitutus.

SVMMARIA.

1. *Reciproca ſubſtitutio inter inſtitutos, vigore ſubſtitutionis facta de vltimo moriente in omnibus bonis, an habeat locum in vulgari.*
2. *.. an habeat locum in pupillari facta ſuis impuberibus.*
3. *.. & quid ſi mater ſit in medio.*
4. *Subſtitutio pupillaris non cenſetur reciprocè facta inter inſtitutos.*
5. *Subſtitutiones directa non inducuntur præſumptionibus, & coniecturis.*
6. *.. & qui teneant contrariam partem.*
7. *.. & quomodo iſta opiniones contraria poſſint ad concordiam reduci.*
8. *Reciproca pupillaris nunquam inducitur attentis terminis* l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2.
9. *In pupillari mortuo pupillo fingitur non adiuiſſe hæreditatem, & num.* 13.
10. *Reciproca inter pupillos non eſt inducta, quando mater non eſt in medio.*
11. *Mater ſemper eſt excluſa à ſubſtituto pupillari in bonis paternis.*
12. *.. & in quibus bonis poſſit ſuccedere ſimul cum fratre.*
14. *Pupilli hæreditas accreſcit cohæredi pupillo.*
15. *Subſtitutio per fideicommiſſum quando probet reciprocum inter inſtitutos.*
16. *Verba poſt illorum mortem æquipollent poſt mortem omnium, ad inducendam reciprocam.*
17. *.. præſertim quando inſtitutus ab inteſtato excluderet ſubſtitutum.*
18. *Verba*, ſi nullus eorum extaret, *æquipollent verbis*, poſt mortem omnium, *ad inducendam reciprocam.*
19. *Peregrini authoritas deficit ex falſis allegationibus.*
20. *Verba*, finita linea vocatorum, *æquipollent verbis*, poſt mortem omnium, *ad inducendam reciprocam.*

NVNC dicendum ex quibus coniecturis reciproca ſubſtitutio inducta cenſeatur. Quarum prima frequentiſſimè inter Doctores tractata eſt, nimirum de ea, quæ ſumitur ex *l. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat.* 2. de qua ego ſcripſi diffusè ſuprà *in parte* 2. *quæſt.* 9. *articul.* 5. Sed vt articulus clarior fiat, per tres caſus exarandus eſt.

Primus caſus eſt, reſpectu vulgaris ſubſtitutionis, hæc enim coniectura tunc videtur † fruſtratoria, vt dicit Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita, numer.* 20. *ff. ad Trebellian.* Nam ſi pluribus inſtitutis ab vltimo repudiante ſubſtituatur quis in tota hæreditate, vana eſt quæſtio an etiam aliis hæredibus repudiantibus, dicatur ſubſtitutus, quoniam iure accreſcendi totum eſt habiturus. *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legitim. l. vnic. C. quando non pet. part.* Alciat. *in l. vel ſingulis, numer.* 3. *ff. de vulgari, & pupillari.* Oddus *de ſubſtit. compendioſa. part.* 5. *fol.* 75. *verſ. puto.* Ruin. *in conſil.* 92. *in fin. volumin.* 2. 1.

Secundus caſus eſt reſpectu pupillaris, † in qua fit reciproca retentis terminis *d. §. Seia libertis*, vt in exemplo figurato per Menoch. *in d. præſumpt.* 61. *numer.* 3. *lib.* 4 Si pater inſtitueret tres filios ſuos impuberes, & vltimo ex eis decedenti ſubſtituat Mæuium, & mater † ſit in medio, tunc dicit Menoch. eſſe inductam reciprocam inter dictos filios, quia niſi eſſet inducta, tunc vno ex pupillis moriente ſuccederet mater ſimul cum aliis fratribus, per *Auth. defuncto. C. ad Trebellian.* & ita Mæuius ſubſtitutus non haberet totam hæreditatem teſtatoris, iuxta *d. §. Seia libertis.* Cùm autem totam illam conſequatur, opus eſt fateri, dictos pupillos inter ſe eſſe adinuicem pupillariter ſubſtitutos, atque matrem excluſam, & cùm portiones deficientium per reciprocam deueniant ad vltimum, iſti quidem ſuccedet Mæuius, & ita in tota hæreditate teſtatoris, & pro hac opinione Menoch. multos allegat, etiam Ripam *in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, numer.* 21. *ff. ad Trebellian.* atteſtantem de communi, licèt opinionem contrariam valdè defendat Torniell. *in d. §. cùm ita*, tamen Menoch. *in d. præſumpt.* 61. *numer.* 11. ſe remittit ad Zanchum reſpondentem Torniello, *in d. §. cùm ita, part.* 6. *numer.* 41. 2. 3.

Ego verò credo opinionem contrariam eſſe veriorem, videlicet quòd ſubſtitutio † pupillaris non ſit inducta inter dictos fratres impuberes inſtitutos, quam firmarunt antiquiores Doctores, Dyn. Oldradus, Angelus, Romanus, & Paul. de Caſtr. *in d. l. vel ſingulis. ff. de vulgari, & pupill.* & *ibi* Fulgoſius atteſtatur hanc opinionem fuiſſe communiter receptam inter antiquos Doctores, moti hac ratione, quia ſubſtitutiones † directæ non inducuntur præſumptionibus, & coniecturis, gloſſ. *in l. cùm proponeretur, in fin. gloſſæ magnæ. de legat.* 2. Dyn. relatus per Bald. *in l. vnica. §. pro ſecundo, numer.* 8. *C. de caduc. tollend.* Paul. de Caſtr. *in l. pen. colum.* 1. *C. de impuber. ſubſtit.* Angel. *in l. antequam. C. communia de ſucceſſ.* Socin. *in l. cùm auus. col. antepen. & in conſil.* 77. *volumin.* 3. omnes mouentur per *l. iubemus. C. de teſtamentis.* Socin. iun. *in conſil.* 102. *column.* 4. *& conſil.* 108. *volumin.* 1. & alij plurimi ad hoc relati per Zanch. *in d. §. cùm ita, parte* 4. 5.

parte 4. num. 74. verſ. contrariam. Et licèt ibi plurimos
6. alios allegauerit ad probandum † directas ſubſti-
tutiones etiam ex coniecturis factas dici poſſe,
quam ſequitur Mantica lib. 5. tit. 1. numer. 16. & hæc
eſt communis opinio. Tamen iſta communis intel-
7. ligenda eſt, vt directa † ſubſtitutio per coniecturas
induci poſſit, quando dictæ coniecturæ colliguntur
ex verbis generalibus in teſtamento ſcriptis, vt in
caſu l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & pupill. Sed in caſu
d. §. Seia libertis, nulla adſunt verba generalia, quæ
ad reciprocam ſubſtitutionem aptari poſſint, idcir-
co reciproca pupillaris inducta dici nullo modo
poteſt, ita firmat Socin. iun. in d. conſil. 102. col. 3.
volum. 1. quem in hoc puncto ſequitur Zanch. in d.
§. cùm ita. part. 4. numer. 74. verſ. pro concordia, &
ita ratio allegata ab antiquis tenentibus, directam
non poſſe per coniecturas induci, remanet vera,
etiam inter tenentes contrariam partem, † atten-
tis terminis d. §. Seia libertis, & hanc eandem ra-
tionem valdè probat Torniell. in d. §. cùm ita, num.
22. verſ. dum igitur quærimus. qui colligit conclu-
ſionem ex d. l. iam hoc iure, in verſ. ſi non adierit,
quæ verba generalia ſunt, & poſſunt etiam conue-
nire ſubſtituto pupillari, vel in caſu quo pupillus
inſtitutus non adierit hæreditatem, vel in caſu,
quo adierit, & in pupillari mortuus fuerit, quo-
9. niam † tunc per legem fingitur non adiuiſſe, & ſic
ex coniecturis verborum generalium probatur pu-
pillaris; ſed in caſu d. §. Seia libertis, nulla ſubſti-
tutio explicita fuit, nulla verba generalia, ex qui-
bus reſpectu pupillaris ſubſtitutio reciproca inducta
dici poſſit. Ideo opinio antiquorum eſt verior, & re-
tinenda.

Præterea idem Menoch. in d. præſumpt. 61. nu-
mer. 11. ponit ſecundum caſum, quando teſtator
inſtitutis impuberibus ſubſtituit vltimo morien-
10. ti, & in tota hæreditate, & mater † non eſt in
medio, & tunc concludit, non poſſe dici indu-
ctam reciprocam inter dictos impuberes inſtitu-
tos, ſed habere locum d. l. vel ſingulis, & §. vel ſin-
gulis. Inſtitut. de pupill. ſubſtitut. vbi quòd cenſe-
tur reſeruatum ius ſucceſſionis ab inteſtato, & ita
pupillus ſuperuiuens ſuccedit fratri. Item vltimo
ex eis morienti ſuccedit ſubſtitutus, & ſic in tota
hæreditate.

Sed inter hunc caſum, in quo mater præſup-
ponitur, & primum in quo non præſupponitur,
nulla ratio differentiæ aſſignari poteſt, quoniam
11. ſemper mater † à fratre ſuperſtite cenſetur ex-
cluſa à bonis paternis, ſiue ille frater ſuccedat ex
reciproca pupillari tacita, per coniecturas indu-
cta, vt tenet communis, ſiue ſuccedat ab inteſta-
to, vt diſponit text. d. l. vel ſingulis. ff. de vulgari,
& probat gloſſ. in l. qui duos, in ver. ſuperſtites. ff.
de reb. dub. per text. l. pater filiam. §. fin. ff. ad
leg. falcid. Et licèt poſſit ſuccedere ſimul cum fra-
tre, per d. Auth. defuncto. C. ad Tertull. in bonis
12. aliunde † quæſitis ipſi filio, tamen in bonis pa-
ternis, ſtante dicta ſubſtitutione, nunquam ſuc-
cedet, quoniam cenſeri debet, ac ſi ille filius præ-
defunctus non fuiſſet hæres patris, & ita frater
ſuperſtes habeat hæreditatem per ius accreſcen-
di, & matrem excludat, & hoc probatur per text.
in l. in ratione. §. quod vulgo, in fin. & §. ſi filio. verſ.
ſed verior. ff. ad leg. falcid. Nam ad hoc vt ſub-
ſtitutus pupillo poſſit tanquam inſtitutus in te-
13. ſtamento patris † quartam detrahere, & ad hoc
vt ab illo ſubſtituto legata fieri poſſint, lex fin-
git ac ſi ſubſtitutus fuiſſet inſtitutus in teſtamen-
to patris, ſub illa conditione, ſi filius deceſſerit
in pupillari ætate, & filius habeatur, ac ſi nun-
quam fuiſſet hæres; ergo ſi cohæres pupilli fuit ſibi
ſubſtitutus, hæreditas pupilli † per ius accreſcendi 14.
accedit portioni cohæredis ſubſtituti. l. qui patri.
ff. de acquir. hæredit. & ita mater, in medio exi-
ſtens remanet excluſa, & propterea diuerſitas ca-
ſuum figuratorum à Menochio de iure non ſub-
ſiſtit, quia reſpectu bonorum paternorum ſem-
per ſubſtitutus excludit matrem. Neque intro
diſputationem, vtrùm ſubſtitutus in caſu d. §.
Seia libertis, habeat totum vigore reciprocæ priùs
inductæ inter inſtitutos, vt tenet communis,
vel iure accreſcendi, vt doctiſſimè probat Tor-
niell. in d. §. cùm ita, numer. 28. quia non perti-
net ad hunc caſum reſpectu pupillaris, & ego in re-
petitione d. §. cùm ita, in lectura Paduana, defendi
Torniellum à reſponſionibus Zanchi in d. ſexta par-
te, num. 38. & ſeq.

Tertius caſus eſt, reſpectu † fideicommiſſa- 15.
riæ, de qua ſcripſi ſuprà in parte 1. quæſt. 9. ar-
ticul. 5. quòd ad arguendam reciprocam vigore
d. §. Seia libertis, inter plures inſtitutos, opor-
tet ſubſtitutum fuiſſe vltimo morienti, & in tota
hæreditate, & ibi probaui, quòd indefinita lo-
cutio non ſufficiat. Item ibidem applicaui di-
cta requiſita ad plures caſus, pro declaratione ma-
teriæ.

Declaratur iſte caſus reſpectu vltimi morien-
tis, vt procedat, etiam ſi dictum fuerit, poſt illo-
rum † mortem indefinitè, non dicendo poſt mor- 16.
tem omnium, quia nulla conſtituenda eſt differen-
tia inter has verborum formulas, vt ſcripſi ſuprà
in d. parte 1. quæſt. 9. articul. 5. circa ſecundum ca-
ſum. Et hæc opinio multò magis procedit, ſi ſuper-
eſſet perſona, † quæ ab inteſtato ſubſtitutum ex- 17.
cluderet, ex quo colligeretur etiam præſumptio
voluntaris teſtatoris, Alexand. in l. pen. C. de impub.
ſubſtit. Bartol. in l. codicillis, in princip. ff. de. vſufruct.
legat. & in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.
per text. l. final. §. filium. de legat. 2. vt quia alter
ex filiis ſupereſſet, tunc ipſi filij, poſt quorum
mortem ſubſtitutio facta fuit, dicuntur inter ſe
reciprocè ſubſtituti, & ita altero ex eis decedente
non eſt admittendus ſubſtitutus, ſed alter filius co-
hæres, & hanc opinionem poſt quàm plurimos re-
latos probat eſſe communem Riminald. iun. in
conſil. 661. numer. 7. & ſeq. volum. 6. qui neque ad-
mittendus eſt ex iure accreſcendi, nec ab inteſtato,
vt probat Bero. in conſil. 68. numer. 11. & per totum
conſilium, volum. 2. & in conſil. 69. & conſil. 71. vol. 1.
Idem dicendum eſt, ſi teſtator inſtitutis hæredi-
bus, dixerit, ſi nullus eorum † extaret, ſubſtituo 18.
Titium in omnibus bonis, quia ſecundum requiſi-
tum d. §. Seia libertis, videlicet poſt mortem omnium,
æquipollet iſti, ſi nullus ex eis extaret, vt probaui
in d. artic. quinto. Et in hoc mirandum eſt de Peregri-
no, † qui in conſil. 63. num. 7. vol. 2. ad probandum 19.
quòd ſi teſtator dixerit, ſi nullus extaret, fideicom-
miſſaria inducta ſit, allegat Alex. in conſil. 105. verſ.
ſecundò principaliter, vol. 1. & Ruin. in conſil. 140. n. 9.
vol. 3. & Socin. iun. in conſil. 110. n. 16. vol. 3. & poſtea
idem Peregrin. in eodem caſu, in conſil. 108. verſ. in ter-
minis, vol. 3. ad probandum quòd per iſta verba, ſi
nullus ex eis extaret, ſubſtituo, &c. non ſit inductum
reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos, allegat
eoſdem Doctores, videlicet Alexandrum, Ruinum,
& Socinum. Et quod peius eſt nullus ex iſtis Docto-
ribus ad libitum à Peregrino allegatis probat alte-
rutram opinionem, quæ à nobis adducuntur, ad con-
cludendum nunquam Doctores eſſe allegandos niſi
eius

eius verba perlegantur, & qui aliter facit, ſcriptoris
10. æſtimationem amittit. Item ſi teſtator † finita linea vocatorum ſubſtituit, perinde eſt, ac ſi dixerit, poſt mortem omnium, vt probat Riminald. ſen. *in conſil.* 189. *num.* 19. & ſequitur Riminald. iun *in conſil.* 661. *num.* 9. *vol.* 6. quia cùm quilibet eorum poſſit eſſe vltimus, in quo linea finietur, propterea quilibet eorum cenſetur vocatus, & ita reciprocè ſubſtituti.

ARTICVLVS III.

An ſubſtitutio reciproca inducatur inter filios in conditione poſitos.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio reciproca an reſultet inter filios poſitos in conditione.*
2. *..reſultat quando teſtator vocauit ſuperſtites.*
3. *..& quando vocauit in ſtirpes, & non in capita, & num.* 5.
4. *Filij fratrum, vel ſororum ſuccedunt in capita.*
5. *Clauſula,* in ſtirpes, *inducit reciprocum fideicommiſſum, quando appoſita ſunt verba denotantia tractum temporis in infinitum.*
6. *Poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis cenſentur vocati.*
7. *..& quando ſint reciprocè ſubſtituti.*
8. *..ſecus ſi ſint poſiti ſimpliciter in conditione.*
9. *Reciprocum fideicommiſſum, quando non reſultat, tunc portio deficiens vadit ad ſucceſſores.*
10. *..reſultat ſi ſubſtituti ſint ſuperſtites in compendioſa.*

HVNC articulum ego exaraui ſuprà *in parte prima, quæſtione nona, artic.*
1. *quinto*, vbi explicaui tres caſus, † quando filiis, in conditione poſitis eſt ſubſtituta Eccleſia. Item quando in filiis in conditione poſitis teſtator vſus fuerit verbis tractum tẽporis in futurum ſignificantibus. Item quando teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus digreſſus fuerit, tunc inter filios in conditione poſitos fideicommiſſum reciprocum cenſeri inductum. Nunc addo alios caſus.

Quartus eſt, quando teſtator inſtitutis filiis, ſi
2. deceſſerint ſine filiis, vocat deſcendentes † ſuperſtites maſculos, in ſtirpes, & non in capita, ita vt agnationem ſuam in ſtirpes conſeruare voluerit, tunc fideicommiſſum reciprocum inter eos induxiſſe cenſetur, & hanc opinionem optime probat Socin. *in conſil.* 104. *numer.* 3. *verſ. capio nunc capitulum. volum.* 3. & ſecuti ſunt Socin. iun. *in conſil.* 89. *numer.* 17. *volum.* 3. Pariſ. *in conſil.* 36. *numer.* 5. *volum.* 2. Burſat. *in conſil.* 202. *numero* 25. *volum.* 2.

3. Nam vocando eoſdem in ſtirpes †, & non in capita, ſignificauit, ſe nolle reſeruare ius legitimæ ſucceſſionis, tunc enim clauſula in ſtirpes verbis, & voluntati teſtatoris non conueniret, imò illius menti repugnaret, contra text. *l.* 3. *C. de liber. prae-*
4. *rit.* quoniam filij fratrum, † vel ſororum ſuccedunt in capita, non autem in ſtirpes, vt probaui eſſe veriorem opinionem ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 20. *artic. ſecundo*, & quia hæc clauſula vtplurimum habet locum in ſucceſſione tranſuerſalium, & tunc capita diuerſorum fratrum, vel ſororum excludit

ab hæreditate alterius, quia permittit, & ordinat ſucceſſionem non viriliter, & per capita, ſed per ſtirpes, ordine ſucceſſiuo, attenta proximitate eorum, & de hac re ſcribo pleniſſimè *in tractatu de clau-*
ſulis part. 3. *clauſula,* † *In ſtirpes.* vbi licet *num.* 21. al- 5.
legauerim Decium *in conſil.* 384. *num.* 4. & Berouum *conſil.* 65. *num.* 1. *volum.* 2. ad probandum quòd per dictam clauſulam non cenſeatur inductum fideicommiſſum reciprocum, ſed tantùm fideicommiſſum ſimpliciter, ita vt filij ſuccedant parentibus; tamen, vt Berous *ibi* aduertit, hæc opinio non procedit quando teſtator vſus fuerit verbis tractũ temporis in infinitum ſignificantibus, prout in figuratione huius caſus nos præſuppoſuimus.

Quintus caſus eſt, quando teſtator filios poſuit
in conditione cum qualitate † maſculinitatis, tunc 6.
eos vocaſſe cenſetur, vt ſcripſi ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 9. *art.* 4. & quando teſtator in infinitum vocauit maſculos, & in defectum lineæ maſculinæ vocauit feminas, & earũ lineam, tunc maſculi in conditione
poſiti cenſentur reciprocè † ſubſtituti, quia cenſe- 7.
tur facta vltimo ex maſculis morienti, & in tota hæreditate, quæ inducunt reciprocationem inter eos, & hanc concluſionem pleniſſimè probarunt Riminal. ſenior *in conſil.* 289. *per totum, vol.* 1. Socin. *in conſil.* 249. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 2. Socin. iun. *in conſil.* 151. *num.* 12. *vol.* 2. *& conſil.* 110. *num.* 20. *vol.* 3. Decian. *in conſil.* 44. *num.* 68. *& conſil.* 89. *per totum, vol.* 3. Crauet. *in conſil.* 130. Rimin. iun. *in conſil.* 146. *num.* 18. *& ſeq. vol.* 2. Peregrin. qui alios refert, *in conſil.* 54. *num.* 7. *vol.* 1. *& conſil.* 60. *per totum. vol.* 5.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat inter ſim-
pliciter poſitos in conditione, † inter quos regula- 8.
riter non inducitur reciprocum fideicommiſſum. Alex. *in conſil.* 105. *col.* 3. *verſ. ſecundò principaliter. vol.* 1. Socin. *in conſil.* 69. *col. pen. & conſil.* 104. *col. pen. volum.* 3. Ancharan. *in conſil.* 121. Riminald. ſen. *in conſil.* 121. *numer.* 17. *volum.* 1. Ruin. *in conſil.* 96. *numer.* 11. *volum.* 2. Roland. *in conſil.* 34. *numer.* 59. *volum.* 4. & alij ad hoc allegati per Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. artic. 13. *num.* 70. Quamobrem cùm non
reſultat reciprocum fideicommiſſum, † tunc por- 9.
tio præmorientis tranſit ad ſuos ſucceſſores, Paul. de Caſt. *in l. qui duos. ff. de vulgari, & pupill.* Alex. *in l. pen. numer.* 5. *C. de impuber. ſubſtit. & in l. hæredes mei. §. cùm ita, in* 3. *not. ff. ad Trebellian.* & *ibi* Rip. *numer.* 121. Socin. iun. *in conſil.* 150. *num.* 14. *vol.* 2. Alba *in conſil.* 31. *num.* 7.

Sextus caſus eſt, nam ſi teſtator poſt ſubſtitutionem compendioſam explicitam, ſuperſtitem ſiue ſuperſtites ſubſtituerit, dicitur feciſſe ſubſtitutionem reciprocam inter compendioſè vocatos, vt ſi dixerit, & ſi aliquis ex dictis filiis meis inſtitu-
tis deceſſerit ſine filiis, tunc ſuperſtitem † ſiue ſu- 10.
perſtites ſubſtituo, nam per prima verba compendioſam feciſſe dicitur, Bartol. & alij *in l. centurio, quæſt.* 3. *ff. de vulgari, & in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* Abbas *in cap. Raynutius. de teſtam.* & Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 51. Item per alia verba ſuperſtitem, ſiue ſuperſtites, dicitur feciſſe reciprocam, quæ poteſt continere & pupillarem, & fideicommiſſariam. Bartol. *in l. Lucius. ff. de vulgar.* Item quòd ſupradicta verba important reciprocam, colligitur ex ſcriptis per Bartol. *in l. final. in fin ff. ad Trebellian. & in l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulgari, & in l. hæredes mei. §. cùm ita, & ibi* Alex. & cæteri. *ff. ad Trebell.* Idem Alexand. *in d. l. Lucius. col.* 3. *ff. de vulgari.*

ARTICVLVS IV.

An ſubſtitutio reciproca reſultet inter inſtitutos cum prohibitione alienationis.

SVMMARIA.

1. *Fideicommiſſum reciprocum per prohibitionem alienationis nunquam inducitur inter vocatos, ne in caſu quidem contrauentionis.*
2. *Prohibitio alienationis ſemper regulatur infra terminos fideicommiſſi præcedentis.*
3. *Verba*, vt bona vadant integraliter ad vocatos, *quomodo interpretanda.*
4. *Prohibitio alienationis eſt intelligenda diſcretiuè reſpectu filiorum prohibiti.*
5. *Prohibitio alienationis vbi eſt realis, inducit reciprocum fideicommiſſum.*
6. *..contrarium eſſe verius, probatur.*
7. *Feudum conceſſum pluribus, intelligitur diſcretiuè, non autem inter ſe.*
8. *Prohibitio alienationis realiter facta cum requiſitis reciprocæ inducit fideicommiſſum reciprocum.*
9. *Reciproca non inducitur per clauſulam de hærede in hæredem, de deſcendentibus in deſcendentes.*
10. *..non inducitur per rationem agnationis conſeruandæ.*
11. *Prohibitio alienationis in caſum contrauentionis non inducit fideicommiſſum reciprocum.*
12. *..niſi vltimo prohibitorum morienti quis ſit ſubſtitutus in tota hæreditate.*
13. *Succeſſio ab inteſtato non impeditur per prohibitionem alienationis.*
14. *Subſtitutio reciproca non poteſt eſſe, niſi inter vocatos concurrat reciprocatio tam actiuè, quàm paſſiuè.*
15. *Prohibitio alienationis cum verbis denotantibus perpetuitatẽ inducit reciprocum fideicõmiſſum.*
16. *..contrarium eſſe verius probatur.*
17. *Clauſula*, de hæredibus in hæredes, & de deſcendentibus in deſcendentes, *non importat reciprocum fideicommiſſum.*
18. *Clauſula*, de linea in lineam, *non importat fideicommiſſum reciprocum.*
19. *..ſed intelligitur reſpectu deſcendentium cuiuſque lineæ.*
20. *Fideicommiſſum reciprocum inducitur, quando in defectum deſcendentium in infinitum, alij fuerint ſubſtituti.*
21. *..contrariam opinionem probatur eſſe veriorẽ contra Peregrinum* in conſil. 54. vol. 1.
22. *Reciprocæ ſubſtitutionis requiſita neceſſaria omnino exprimenda ſunt, vt illa inducatur.*
23. *..nec ſufficiunt verba æquipollentia.*
24. *Peregrin.* in d. conſil. 54. vol. 1. *reprobatur ex ſuiſmet ſcriptis* in conſil. 30. vol. 3.
25. *Clauſula* de gradu in gradum, *non operatur repetitionem fideicommiſſi.*
26. *Peregrin.* in conſil. 54. vol. 1. *reprobatur per falſas eius allegationes.*

QVANDO ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum ſimplex, perpetuum, & abſolutum, ſcripſi ſuprà *in quæſt.* 21. *art.* 8. & *ibi* etiã quando cenſeatur inductum in caſum cõtrauentionis tantùm. Nunc ſupereſt videre an in vtroque caſu inducatur fideicommiſſum reciprocũ † 1.
inter vocatos. In quo articulo regulam negatiuam conſtituendam eſſe affirmo, quam firmarunt Cuman. *in l. peto. §. fratre. de legat.* 2. Dec. *in conſil.* 291. *numer.* 5. *verſ. venio ab ſextum*, & poſt alios plurimos relatos ab eis, Cephal. *in conſil.* 17. *volum.* 1. *&* *in conſil.* 401. *num.* 7. *&* 43. *vol.* 3. Oddus *in conſil.* 65. *in princip. & num.* 46. *&* 55. *& in conſil.* 66. *num.* 60. *& in conſil.* 68. *num.* 8. *& plur. ſequent.* Menoch. latiſſimè ſemper hanc regulam defendit *in conſil.* 85. *numer.* 103. *& ſeq. vol.* 1. *& in conſil.* 327. *numer.* 73. *& in cõſil.* 376 *num.* 39. *& ſeq. volum.* 4. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 62. *num.* 40. & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tomo* 5. *tit. Subſtitutio. cap. ad excludendum.* Quoniam prohibitio † alienationis ſemper regulatur iuxta terminos fideicommiſſi præcedentis, Dec. *in conſil.* 636. Idem ſi poſt prohibitionem teſtãtor addidiſſet hæc verba, ita vt bona vadãt † integraliter ad quoſcumque vocatos, quia iſta verba potiùs reſpiciunt prohibitionem detractionis Trebellianicæ, vel falcidiæ, aut alterius cuiuſcumque quartæ. Item quia eſt impoſſibile vt tota hæreditas vadat integraliter ad quoſcũque vocatos, ideo pluralitas debet reſolui in ſingularitates, ad notata *in l. Lucius. §. Caio. ff. de vulgar.* & per Doct. *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell.* Alex. *in conſil.* 93. *num.* 9. *vol.* 3. Quamobrem prohibitio alienationis non poteſt inducere reciprocũ fideicommiſſum inter vocatos, propterea ſemper intelligenda eſt facta diſcretiuè, reſpectu propriorũ filiorum, & deſcendentium vniuſcuiuſque inſtituti, non autem de aliis, Ruin. *in conſil.* 121. *numer.* 8. *vol.* 2. Pariſ. *in conſil.* 18. *num.* 60. *vol.* 2. & nunquam cenſenda ſunt inducta noua fideicommiſſa, *l. pater. § pater. de legat.* 3. Verùm vt iſta regula pleniùs explicetur, plures caſus exarandos propono.

Primus eſt, vbi prohibitio alienationis † fuerit 5.
realis, & in rem ordinata, tunc ſemper bona tranſeunt cum onere ſuo ad quoſcumque peruenerint, & ita inducta eſt reciproca ſubſtitutio inter eos, hanc opinionem ita deſcripſit Peregrin. *de fideicommiſſis. art.* 13. *num.* 81. pro qua allegauit Bald. *in l. precibus, numer.* 49. *C. de impuber. ſubſtit.* Curt. Pariſ. Gozadin. Albam, & Decianum, quam ſequuti fuerunt moderni pediſſequi eiuſdem Peregrini, ita tranſcribendo.

Sed reuera † opinio non eſt recipienda, quo- 6.
niam onus reale per prohibitionem alienationis inductum ſemper cenſendum eſt diſcretiuè de propriis filiis, & deſcendentibus ipſius inſtituti, vt dicit idem Pariſ. *in d. allegato conſilio* 18. à Peregrino *ſub numero* 60. *volum.* 2. non autem inducendo nouum fideicommiſſum inter inſtitutos.

Item comprobatur iſta opinio, per ſimilem concluſionem de feudo † conceſſo pluribus, 7.
eorúmque ſucceſſionibus, vt ſemper intelligatur diſcretiuè, non autem inter ſe, Bartol. & alij *in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. cùm acutiſſimi, numero* 2. *C. de fideicommiſſ.* Alexand. *in conſil.* 24. *numer.* 3. *volum.* 2. Item quia in huiuſmodi prohibitione alienationis realiter facta, † non interueniunt requiſita à *lege, Titia* 8.
Seio. §. Seia libertis. ff. de legat. 2. quæ ſunt neceſſaria ad inducendum nouum fideicommiſſum reciprocum. Quamobrem ſi facta ſubſtitutione vltimo decedenti in tota hæreditate mox facta fuiſſet huiuſmodi prohibitio alienationis, tunc non ex vi prohibitionis, ſed ex virtute requiſitorum ad inducendam reciprocam ſubſtitutionem, illa inducta dici poteſt, ſed citra dicta requiſita, prohibitio

quan

quantumcumque realis, additis etiam quibuſcum-
9. que verbis, de hærede † in hæredes, vel de deſcen-
dentibus in deſcendentes, ſemper intelligenda eſt
facta diſcretiuè reſpectu filiorum, & deſcenden-
tium cuiuſque inſtituti, & ita referendo ſingula
ſingulis, non autem pariendo effectum multiplica-
tionis noui fideicommiſſi reciproci inter inſtitu-
tos. Denique aduerto, nullum ex Doctoribus à Pe-
regrinò, & modernis allegatis loqui ad inducen-
dum reciprocum fideicommiſſum, ſed omnes lo-
qui reſpectu deſcendentium inſtitutorũ, imò etiam
10. ſi teſtator addidiſſet rationem agnationis † conſer-
uandæ, ſemper illa intelligenda eſt reſpectu deſcẽ-
dentium cuiuſque lineæ, & dicta ratio reſtringen-
da eſt ad caſum expreſſum, Puteus *deciſ.* 175. *part.*
2. non autem ad multiplicandum fideicommiſſum,
& inducendum reciprocum.

Secundus caſus eſt, vbi prohibitio alienationis
non inducit fideicommiſſum perpetuum, ſimplex,
& abſolutum; ſed ſolùm in caſum contrauentio-
11. nis, † tunc per dictam prohibitionem non indu-
citur fideicommiſſum reciprocum inter inſtitutos,
ita firmauit Iaſ. *in l. filiusfamilias. §. diui. numero*
20. *& in 2. lect. numer. 32. de legat.* 1. & licèt Socin.
iun. *in d. §. diui. numer.* 50. digrediatur contra Ia-
ſonem, tamen verior eſt opinio Iaſonis, quia tunc
inter prohibitos alienare eſt inductum fideicom-
12. miſſum reciprocum, quando vltimo prohibitorũ †
morienti quis eſt inſtitutus in tota hæreditate. Bur-
ſat. *in conſil.* 300. *num.* 75. *vol.* 3. Sed ſi ſimpliciter fa-
cta eſt prohibitio, tanquam nudum præceptum nõ
valet, vt omnes concludunt *in d. §. diui.* ſi verò fa-
cta eſt fauore prohibitorum, vel fauroe familiæ, ita
vt inducatur fideicommiſſum in caſum alienatio-
13. nis, † tunc non impeditur ab inteſtato ſucceſſio,
reſpectu prohibiti contrauenientis, nam alienatio
quæ fit ab homine cenſetur prohibita, non quæ fit
à *l. cùm pater. §. cùm inter. l. pater filium. §. Iulius A-
grippa. de legat.* 3. Socin. *in conſil.* 249. *numer.* 26.
volum. 2. Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ.* 10. per to-
tam. & latiſſimè hanc opinionem probaui ſuprà *in
quæſt.* 21. *artic.* 8. in primo capite; ideo niſi fuerit
ſubſtitutus vltimo morienti in tota hæreditate,
nunquam inter prohibitos inducitur reciprocum
fideicommiſſum. Item quia ſubſtitutio reciproca
eſſe non poteſt, niſi reciprocatio † inter inſti-
14. tutos concurrat tam actiuè, quàm paſſiuè, vt eſt
communis concluſio omnium Doctorum *in c.
Lucius. ff. de vulgari*; ſed ſi per prohibitionem alie-
nationis induceretur iſta reciprocatio, & nõ eſſet ex
omni parte, daretur inæqualis ſucceſſio, ita vt vnus
eorum eſſet inſtitutus actiuè, & non paſſiuè; er-
go, &c.

15. Tertius caſus eſt, quando in prohibitione † alie-
nationis adſunt verba denotantia perpetuitatem,
vt quia dictum fuerit, quia volo bona mea perpe-
tuò remanere inter prohibitos, vel in familia mea,
vel de hærede in hæredem, vel de deſcendentibus
in deſcendentes, tunc eſſe inductum reciprocum fi-
deicommiſſum, firmauit Peregrin. *in d. art.* 13. *nu-
mer.* 76. *verſ. ſed contra, & numer.* 77. *& numer.* 79. qui
plures refert, & moderni allegant ad hoc Oddum
in conſil. 65. *num.* 48. qui ad hoc probandum allegat
quamplurimos; ſed hoc facit in ratione dubitan-
di, & quia ipſe Oddus firmat contrariam opinio-
nem eſſe veriorem, idcirco *in d. conſil.* 65. *num.* 57.
verſ. ad tertium, reſpondendo declarat, quomodo in-
telligantur Doctores ab eo allegati.

16. Sed contraria opinio † eſt verior & communior,
videlicet, quòd per quæcumque verba denotantia
perpetuitatem, nunquam intelligatur inductum fi-
deicommiſſum reciprocum, quam præuia diſputa-
tione probarunt Menoch. *in conſil.* 376. *numer.* 49.
& 55. *& plur. ſeq. vol.* 4. *& in lib.* 4. *præſumpt.* 62. *num.*
40. Cephal. *in conſil.* 401. *volum.* 3. Oddus *in d. con-
ſil.* 65. *num.* 65. *& plur. ſeq.* Burſat. *in conſil.* 300. *vol.*
3. qui latiſſimè diſpungentes hunc caſum reſpondẽt
omnibus Doctoribus tenentibus contrariam par-
tem. Item quia d. clauſulæ, *de † hæredibus in hæredes,* 17.
& *de deſcendentibus in deſcendentes*, importabunt fi-
deicommiſſum de vno in alium, id eſt, quòd qui-
libet ex grauatis teneatur conſeruare portionem
ſuam in ſuos deſcendentes, & in ſuos hæredes ſan-
guinis, ſed non reciprocum fideicommiſſum inter
dictos deſcendentes, & hæredes, & ita probant, Ri-
minald. ſen. *in conſil.* 763. *per totum. vol.* 4. & Cephal.
in d. conſil. 401. *vol.* 3. Crauett. *in conſil.* 328. *num.* 1.
verſ. non obſtat ſecundum, quia huiuſmodi verba ſub-
ſtitutionis non ſignificant adeſſe reciprocam, ne-
que illa poteſt induci ex tacita mente, quia verba
adaptantur ad fideicommiſſum ſimplex, non autem
ad reciprocum, & coniecturæ ſolæ, quæ ſunt appro-
batæ per *d. §. Seia libertis*, non applicantur verbis hu-
ius caſus. Item clauſula *de linea † ad lineam*, non po- 18.
teſt importare reciprocum fideicommiſſum, vt pro-
bant Oddus *in conſil.* 45. *numer.* 42. Cephal. *in d.
conſil.* 401. Menoch. *in d. conſil.* 376. *numer.* 40. *&* 55.
Decian. *in conſil.* 26. *numer.* 86. *volum.* 2. Pariſ. *in conſil.*
72. *n.* 35. *vol.* 3. Roland. *in conſ.* 34. *n.* 64 *vol.* 4. Rubeus
in conſil. 120. *col. final.* & alios refert Caualcan. *deciſ.*
5. *num.* 67. & per totam *parte* 3. & hanc opinionem
amplexa eſt Rota *in deciſ.* 466. *n.* 5. in nouiter No-
uiſſ. vbi quòd d. clauſula † intelligitur reſpectu de- 19.
ſcendentium cuiuſque lineæ, non autem ad indu-
cendum reciprocum inter ipſas lineas. Item quia
verba ſignificantia perpetuitatem habent relatio-
nem ad fideicommiſſum ſimplex & abſolutum in
caſum mortis, non autem ad inducendum recipro-
cum inter deſcendentes diuerſarum linearum, vt
ſcripſi ſuprà *in d. quæſt.* 21. *artic.* 8. Item conſilium
Crauet. 130. quod ſolet allegari pro parte contraria,
probat, quòd teſtator voluit fauere agnationi cu-
iuſlibet lineæ in bonis, & portione ſui aſcendentis,
non autem in portione alterius lineæ. Item in caſu
ſuo concurrebant coniecturæ ad inducendum reci-
procum fideicommiſſum, vt probat Oddus *in d. conſ.*
45. *num.* 42. Nec eſt recipienda diſtinctio moderno-
rum, quòd quando in diuerſis orationibus, & ſub-
ſtitutionibus filij, & deſcendentes in infinitũ vocati
ſunt, tunc nõ intelligatur inducta reciproca ſubſti-
tutio de linea ad lineam, ſecus ſi in vna, eadémque
oratione vocatio facta fuerit, hæc enim diſtinctio
eſt contra communem doctrinam, & iure non pro-
batur, ideo recipienda non eſt.

Quartus caſus eſt, quando teſtator in defectũ de-
ſcendentium † ſubſtitutorũ in infinitũ, feciſſet alios 20.
gradus ſubſtitutionis, tũc reciprocum fideicommiſ-
ſum cenſetur inductum, inter ipſos primo loco inſti-
tutos, hanc opinionem firmauit Peregr. *in conſ.* 54.
per tot. vol. 1. vbi teſtator inſtitutis filiis maſculis in
infinitũ, in defectum dictæ lineę maſculinæ ſubſti-
tuit feminas, tunc dicit maſculos inter ſe eſſe reci-
procè ſubſtitutos, idem reſpondit *in conſil.* 62. *vo-
lum.* 1. *& in conſil.* 150. *n.* 11. *& ſeq vol.* 1. vbi atteſtatur
fuiſſe iudicatum per duas conformes, per *d. conſilium
ſuum* 54. & idem dicit *in tract. de fideicommiſſ. artic.* 13.
num. 72. *in fine.* & hanc opinionem probat *in conſil.*
54. *num.* 7. vbi allegat Socin. ſen. Cepoll. Rimin.
ſen. Curt. iun. Socin. iun. Port. Torniell. Decian. &
Crauet.

21. Sed iſta opinio † ſtare nullo modo poteſt, neque
recipienda eſt, quoniam ſubſtitutio reciproca non
inducitur, niſi per expreſſa verba reciprocationem
importantia, & vbi deficiunt verba expreſſa, per re-
22. quiſita † neceſſaria pro tacita reciproca inducenda,
vt probaui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 9. *artic.* 5. & *ibi*
probaui, quòd indefinita locutio ad hanc proban-
dam non ſufficiat. Imò ipſe idem Peregrin. *in conſil.*
30. *num.* 10. & *ſeq. volum.* 3. probat quòd illa tria
requiſita debent expreſſis verbis fieri, & *numer.* 11.
probat quòd dicta requiſita nominatim fieri de-
23. bent, adeò † vt non ſufficiat ſi poſt mortem vltimi
fideicommiſſum relictum fuerit, quoniam nulla
neceſſitas cogit, vt inter honoratos ſit inductum
reciprocum fideicommiſſum. Item Peregrinus *in*
d. numer. 11. dicit, ſi teſtator dixerit, poſt mortem
omnium deſcendentium, vel poſt mortem vltimi
ex deſcendentibus, omnia bona mea deueniant, &c.
tunc bona, ſiue hæreditas grauata dicitur, & ideo
bona ad quemcumque tranſibunt cum tali onere, &
eueniente caſu fideicommiſſi per mortem vltimi
maſculi, bona poterunt vendicari à quocumque
poſſeſſore. Nec erit locus textui *in d.* §. *Seia libertis*,
& ad hoc probandum allegat Socin. Iaſ. Ruin. Al-
ciatum, Rip. Zanch. Mantic. Anguiſciolam, Me-
noch. & Decian. & hanc opinionem veluti veram
probat *ibidem num.* 12. & *per totum conſilium* 30. *vo-*
24. *lum.* 3. & *in conſil.* 33. *num.* 8. *eod. volum.* 3. † ex cu-
ius ſcriptis apparet clariſſimè non eſſe veram opi-
nionem, quam perſuaſit illis iudicibus, qui per bi-
nas conformes illam primam opinionem approba-
runt. Item quia ſemper verba interpretanda ſunt,
vt euitetur nouum fideicommiſſum, vt probaui.
Item quia dicta verba, deficiētibus omnibus maſcu-
lis ſubſtituit lineam femininam, important ſubſti-
tionem de linea ad lineam, & inter dictas lineas
non datur ſubſtitutio reciproca, vt probaui in
25. caſu præcedenti. Item quia clauſula † de gradu
in gradum non operatur quòd primum fideicom-
miſſum ſit repetitum de primo ſubſtituto in alte-
rum, nec de linea vnius ſubſtituti in alteram li-
neam, vt probat Menoch. ita fuiſſe iudicatum *in*
conſil. 433. *num.* 37. *numer.* 4. de qua etiam ſcripſi
in tract. de clauſulis parte 3. *deciſion.* 14. & *ibi* quòd
per huiuſmodi clauſulas non inducitur nouum fi-
deicommiſſum.

26. Nec omiſi videre allegatos Peregrin. † *in d. con*
ſil. 54. quos placuit hîc inſerere, ne decipiantur
ſtudioſi, Curt. *in d. conſil.* 59. item Cepoll. *in conſil.*
56. ne verbum quidem ſcribunt de hac materia. Itē
Rimin. ſen. *in conſil.* 189. *num.* 17. *volum.* 1. loquitur
in caſu, quo vltimo de linea maſculorum facta fue-
rit ſubſtitutio de tota hæreditate, & ita probat opi-
nionem Peregr. *in d. conſil.* 54. Item Ruin. *in conſ.* 99. *n.*
14. & *ſeq.* nihil ſcribit de reciproca, ſed tantū de po-
ſitis in cōditione ad euitādum abſurdū, vt cenſean-
tur vocati. & *in conſil.* 167. *num.* 13. *vol.* 3. dicit maſcu-
los deſcendentes dici ſubſtitutos, ex quo ſunt voca-
ti nomine collectiuo, & ita ordine ſucceſſiuo, pro vt
quiſque eſt proximior, ita vt vno ex illis moriente
ſuccedat alter; ſed per iſtam rationem Ruin. nō pro-
bat, quòd inter vocatos nomine collectiuo ſit indu-
cta reciproca; & ille ordo verificatur in deſcēdenti-
bus ab hæredibus inſtitutis, ita vt teſtator reſerua-
uerit ius legitimæ ſucceſſionis, non autem ad exclu-
dendum inſtitutos ſuperuiuentes adinuicem. Item
Socin. iun. *in conſ.* 151. *vol.* 2. loquitur de ſubſtitutione
vltima facta poſt mortem omniū in omnibus bo-
nis, licèt diſputet an indefinita locutio ſufficiat; ſed
iſte nō eſt caſus Peregr. qui præſupponit ſubſtitutos
fuiſſe deſcendentes maſculos, nec aliquid fuiſſe ex-
preſſum de vltimo moriente, nec de omnibus bo-
nis. Item Portus *in conſil.* 40. loquitur quando filiis,
ac deſcendētibus poſitis in cōditione, ſubſtituit vl-
timo loco Eccleſiam, quo caſu eſſe inductam reci-
procā, probaui ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 9. *art.* 5. *in* 1. *caſu.*
Sed hic nō eſt caſus de quo diſputamus, Torniell. *in*
cōſil. 43. inter conſilia Porti loquitur, quādo vltimo
loco poſt mortem omnium inſtitutorū ſubſtituit ex-
traneum, quo caſu eſſe inductam reciprocā, probaui
in d. quæſt. 9. *ar.* 5. *in* 2. *caſu.* Sed neque iſte eſt caſus, de
quo diſputamus. Decian. *in conſil.* 44. inter conſilia
Porti, loquitur, quando vltimo loco ſubſtitutus eſt
extraneus, & ſupereſt perſona, quæ illū excluderet,
quia tunc inter primos cenſetur reciproca inducta,
vt ſcripſi eſſe veriorem opinionem *in hac quæſt. art.*
2. *num.* 17. & *ſeq.* Sed nec iſte caſus pertinet ad Pere-
grinum, Crauet. *in conſil.* 130. loquitur, in diuerſo
caſu, pro vt ſcripſi in fine præcedentis caſus. Item
Socin. *in conſil.* 249. *vol.* 2. loquitur de ſubſtitutione
pupillari facta poſt mortem omnium, & ab vltimo
moriente, & in caſu, quo ſubſtitutio facta erat in
tota hæreditate. Sed an fideicommiſſaria facta poſt
mortem omnium intelligatur facta ab vltimo mo-
riente, ipſe dubitat, & licèt conetur probare, tamen
etiam ſi cenſeretur facta ab vltimo moriēte, hoc eſt
interpretatiuè, & deficiunt requiſita *d.* §. *Seia liber-*
tis, quæ neceſſariò exprimenda ſunt, ad inducendam
neceſſitatem tacitæ ſubſtitutionis, vt ego probaui *in*
d. art. 5. & latiùs probat idem Peregr. *in d. conſil.* 30.
vol. 3. ex quibus clarè oſtenſum eſt, reciprocā ſubſti-
tutionem non fuiſſe inductam in caſu à Peregrino
in d. conſil. 54. *vol.* 1. figurato, & perperam iudicaſſe il-
los iudices. Quamobrem concludendum eſt, quòd
in omnibus caſibus reciprocæ inducendæ neceſſa-
rium eſt omninò exprimere illa tria requiſita, & æ-
quipollentiam verborum per indefinitam locutio-
nem non ſufficere, quoniam ſemper verba inter-
pretanda ſunt pro vno fideicommiſſo, non autem
ad inducendum nouum fideicommiſſum.

ARTICVLVS V.

Quando ſubſtitutio reciproca contineat vulgares, pupillares, & alias.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio reciproca ad minus continet duas, vel plures ſubſtitutiones.*
2. *.. quando continet duas vulgares.*
3. *Compendioſa facta imparibus non continet pupillares.*
4. *Subſtitutio pupillaris propter inæqualitatem non poteſt contineri ſub compendioſa, etiamſi teſtator pupillarem expreſſerit.*
5. *.. an contineatur ſub compendioſa, ex eo quia continetur fideicommiſſaria.*
6. *Pupillaris reciproca requirit reciprocationem pro vtraque parte.*
7. *Reciproca facta duobus impuberibus continet pupillares.*
8. *.. ſecus ſi facta fuerit imparibus, ſiue inæqualitas procedat à natura, ſiue ex accidenti.*
9. *Diſpoſitio non debet habere effectus inæquales.*
10. *Subſtitutio pupillaris non habet locum inter filios impuberes, quando etiam extraneus eſt ſubſtitutus.*
11. *.. ſecus ſi impuberes eſſent coniuncti in inſtitutione.*

12. ..pu

12. ..pupillaris non habet locum inter filios impuberes in poteſtate, & emancipatum.
13. Voluntas teſtatoris eſt interpretanda de tempore teſtamenti.
14. Pupillaris reciproca euaneſcit ſi alter ex impuberibus fuerit emancipatus.
15. ..idem ſi alter ex impuberibus factus ſit maior ætate.
16. Mantica doctrina circa rationem inducendi reciprocam, non eſt recipienda.
17. ..pupillaris expreſſa excludit matrem, item ea quæ continetur in reciproca.
18. Mater non excluditur in illis caſibus, in quibus pupillaris non continetur in reciproca.

SVBSTITVTIO reciproca nun-
quam continet ſingularem ſubſtitu-
tionem, ſed ad minus duas, † vel plu-
1. res, Benedict. in cap. Raynutius, titulo de
ſubſtitut. breuiloqua, numer. 15. quoniam
reciprocatio ex vtraque parte interuenire debet,
vt ego ſim ſubſtitutus tibi, & tu mihi æqualiter,
cuius exempla proponantur per diuerſos caſus.
Primus eſt de vulgaribus, nam ſi duo ætate ma-
2. iores fuerint inſtituti, & inuicem ſubſtituti, † con-
tinebit duas vulgares, l. iam hoc iure. ff. de vulgar. Be-
nedict. in d. tit. de reciproca, num. 16. Craſſ. in § ſubſti-
tutio. quæſt. 65. Menoch. lib. 4. præſumpt. 60. num. 4. effe-
ctus huius ſubſtitutionis erit, ſi alter hæres nõ erit,
alter admitterur. Item eaſdem vulgares contineret
ſi alteri maiori, alteri minori facta fuiſſet, dummo-
do minori altera ſubſtitutio non cõueniret, vt quia
non eſſet in poteſtate, quod eſt proprium pupillaris,
ſed eſſet emancipatus, vt per text. l. 1. ff. de vulgari,
declarat Zaſius in tract. de ſubſtit. cap. 4. num. 3. Vbicũ-
que igitur alicui altera ſubſtitutio conuenire non
poteſt, præterquam vulgaris, tũc, licèt ætate eſſent
impares, vulgariter inuicem ſubſtituti dicuntur,
Bart. in l. Lucius, num. 5. per illum text. ff. de vulgari.
d. l. cùm hoc iure. §. 1. eod. tit. l. hæreditatem. C. de impu-
ber. ſubſtit. Benedict. in d. tit. de reciproca, num. 16.
Declaratur iſte caſus vt procedat, etiam ſi ſubſti-
tutio per compendioſam, facta eſſet imparibus,
3. quia vulgares dumtaxat continet inter eos, † & pu-
pillaris contineri non poteſt, Bartol. in d. l. Lucius,
num. 8. & ibi Ripa num. 17. verſ. quid tenendum. Alciat.
num. 26. & eſſe communem opinionem atteſtatur
Socin. in conſil. 290. vol. 2. & in l. 1. num. 38. verſ. ſecun-
dò limita. ff. de vulgari. Ratio eſt, quia reciprocatio æ-
qualiter conuenire debet, idcirco facta per compẽ-
dioſam continet duas fideicommiſſarias, quoniam
alter alteri æquè grauatus reſtituere, cenſeri poteſt,
ſed non poteſt continere duas pupillares, quia hæc
ſubſtitutio ętati maiori non conueniret, & recipro-
cæ ſubſtitutionis præcipua eſt æqualitas. d. l. iam hoc
iure. ff. de vulgari, & pupill. & ex defectu poteſtatis
arguimus teſtatorem non ita voluiſſe, & inæqua-
liter ſubſtituere voluiſſe, argum. l. in teſtamento, in
1. C. de milit. teſtam. Imò etiam ſi teſtator in cõpen-
4. dioſa † expreſſerit pupillarem ſubſtitutionem, illa
in perſona impuberis contineri non poteſt, quo-
niam qualitas perſonæ non concurrit, l. cohæredi. §.
cùm filia. ff. de vulgari. cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6. &
ita firmarunt Ripa in d. l. Lucius, numer. 48. verſ. vnde
ergo. Benedict. in d. tit. de reciproca. num. 36. & eſſe o-
pinionem communiter receptam, probat Oddus in
tractatu de compendioſa. part. 5. fol. 154. num. 3. Neque
5. obſtat, quòd contineat fideicommiſſariam; † ergo
& pupillarem, quæ ſimul conueniunt, vt poſt aditã
hæreditatem effectũ habeant, vt poſt Paul. de Caſt.
in d. l. in teſtam. num. 4. C. de teſtam. milit. & Dec. ibidẽ,
probat latiùs Simon de Pret. in conſil. 61. n. 21. Quia
iſta conuenientia reſpicit vim, & tempus ſucceſſio-
nis, ſed non concludit reſpectu eſſentiæ, & ſubſtãtię
reciprocationis, quæ non poteſt fieri, niſi æqualiter
reciprocet. Minus obſtat ratio maioris fauoris, cõ-
ſiderati in continẽda pupillari, per quã pupillo pro-
uidetur, quia ad inducendam reciprocam † etiam 6.
reſpectu pupillaris, opus eſt concurrere requiſita
pupillaris pro vtraque parte, verum eſt quòd pupil-
laris continet fauorem pupilli, & eius prouiſionem:
ſed iſta prouiſio non potuit fieri reciprocè; ergo pu-
pillaris non continetur. Item coniecturæ quæ ſolẽt
allegari, non ſtringunt reciprocã pro vtraque parte;
ergo ceſſante reciprocatione, dictæ coniecturæ, (de
quibus per Menoch. in d. præſumpt. 60. num. 34. lib. 4.)
tranſibunt in aliam ſpeciem diſpoſitionis, non autẽ
probabunt veram reciprocam pupillarem.
Secundus caſus eſt, ſubſtitutio reciproca, quãdo
facta eſt duobus filiis impuberibus, † tunc cõtinebit 7.
pupillarem, l. iam hoc iure, & l. Lucius. ff. de vulgar. &
pupill. l. quamquã. C. de impuber. ſubſtit. etiamſi pupilli
inſtituti eſſent in partibus inæqualibus, l. qui plures,
& l. ſeq. ff. de vulgari ſubſtit. Bartol. in d. l. Lucius. numer.
17. ff. de vulgar. & ibi Ripa num. 35. Alex. numer. 18.
Zaſ. num. 12. Benedict. in d. cap. Raynutius. in tit. de
reciproca. num. 30. Oddus de ſubſtit. cõpendioſa. part. 6.
quæſt. 5. num. 4. Craſſ. in §. ſubſtitutio. quæſt. 51. num.
9. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 2. n. 67. Menoch. in d.
præſumpt. 60. numer. 46. lib. 4. omnes atteſtantur de
communi.
Declaratur iſte caſus, vt non procedat quoties-
cumque ſubſtitutio reciproca eſſet facta impari-
bus, † ſiue inæqualitas eſſet à natura, ſiue ex accidẽ- 8.
ti. Nam ſi pater habens duos filios impuberes, &
vnum vel duos puberes, eoſdem inſtituerit, & in-
uicem ſubſtituerit, hæc reciproca facta cum impari-
tate ſubſtantiæ non continebit pupillarem, ne inter
impuberes quidem, gloſſ. in d. l. Lucius ff. de vulgar.
& ibi Bart. num 8. Rip. num. 22. Alex. num. 14. Iaſ.
num. 14. atteſtantur eſſe communem, quoniam, vt
ſcripſi in præcedenti articulo, ceſſat reciprocatio
æqualiter, & vna determinatio non haberet effectus
æqualiter, ſed inæqualiter, † contra regulam d. l. 9.
quamuis. C. de impuber. ſubſtit. & d. l. iam hoc iure. ff. de
vulgar. & hanc concluſionem latiſſimè firmant Be-
nedict. in d. cap. Raynutius. in materia reciprocæ. n.
16. Craſſ. in d. § ſubſtitutio. quæſt. 55. num. 1. Mantic. de
coniectur. lib. 5. tit. 8. Menoch. in d. præſumpt. 60. num.
24. lib. 4. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 34. num. 48.
Ruſticus in l. cùm auus. lib. 2. cap. 10. n. 6. & ſequent.
ff. de condit. & demonſtr. Simon de Pret. lib. 3. ſolut.
9. numer. 2. fol. 263. qui cæteros conſulentes refe-
runt, & hanc concluſionem eſſe veram, etiam ſi
ſubſtitutio reciproca eſſet admixta cum compen-
dioſa, probaui in præcedenti articulo. Item hæc
opinio procedit etiam conſiderata inæqualitate in-
ter filios † impuberes, & extraneum inſtitutos, & 10.
inuicem ſubſtitutos, nam inter dictos filios impube-
res non dicitur facta pupillaris, Alex. in d. l. Lucius,
num. 12. ff. de vulgari, & ibi Iaſ. num. 14. Alciat. numer.
29. & poſt alios relatos hanc opinionem probãt In-
trigliol. de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 69. num. 11. Ruſtic. in
l. cùm auus. lib. 2. cap. 10. num. 2. ff. de condit. & demonſtr.
Menoch. in lib. 4. præſumpt. 60. num. 37. Simõ de Pret.
lib. 3. ſolut. 9. num. 2. fol. 263. Et licet Vaſquius de ſuc-
ceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 19. numer. . poſt Baldum in l. in
teſtamento, in 1. C. de teſtam. milit. teneat opinionem
contrariam, tamen ipſe Vaſquius fatetur hanc eſſe
communem opinionem, & ſumma ratione fundata

eſt,

eſt, ratione æqualitatis ſeruandæ in ipſa diſpoſitione, quæ æqualitas non ſeruaretur inter impuberes,
11. & extraneum. Quando autem ipſi impuberes † in inſtitutione coniuncti eſſent, ſecus eſt, & tunc haberet locum *l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulgari*, & hanc tenet Bart. *in d. l. Lucius, num. 8. de vulgari*, propter rationem coniunctionis in inſtitutione, & eſſe communem opinionem probat Couar. *in c. Raynutius. § 7. num. 4. de teſtam.* Idem dicendum eſt, quando imparitas, & inæqualitas eſſet ex accidenti, vt quia
12. teſtator habens duos filios puberes, † alterũ emancipauit, eóſq; hæredes inſtituit, & inuicẽ ſubſtituit, tunc ſubſtitutio reciproca eſſe non poteſt, cũ emancipato impubere, qui requiſita pupillaris nõ habet, de quibus *in l. moribus*, & Doctores concludunt hãc opinionem eſſe veram, etiam ſi pater poſt ſubſtitutionem filium emancipatum adoptauerit, quoniam ſubſtitutio antea facta non retrotrahitur ad interpretandam voluntatem teſtatoris, quæ interpreta-
13. tio † de tempore teſtamenti facienda eſt, & hanc probat Menoch. *in d. præſumpt. 60. num. 39. lib. 4.* & Intrigliol *de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 63.* Item ſi imparitas erat ex accidenti, quia alter ex impuberibus erat furioſus, vel mente captus, vt probat Intrigliol. *in d. centur. 2. quæſt. 65.* Item ex accidenti ſi inæqualitas reſultaret ex poſt facto, vt quia poſt reciprocã ſub-
14. ſtitutionem † impuberum, emancipauerit alterũ ex eis, tunc ipſa pupillaris extinguitur ex parte vtriuſque, quoniam non remanet æqualiter inter inuicem ſubſtitutos. quæ ratio eſt fundamentum reciprocæ ſubſtitutionis, vt probat Menoch. *in d. præſumpt. 60. num. 54.* poſt plurimos ab eo relatos, eandem probat Intrigliol. qui diſputando reſpondet contrariis, *in d. centuria 2. quæſt. 62.* Ergo idem dicendum eſt,
15. quando inuicem ſubſtitutis duobus impuberibus, † alter eorũ, qui maior ætate erat, pubes factus fuerit, nam reſpectu ipſius ſtatim pupillaris expirat. *§. qua ratione, in fin. Inſtit. de pupill. l. in pupillari. ff. eod. tit.* ergo debet expirare reſpectu alterius, quia ſtatim ceſſat ratio mutuæ reciprocationis, quæ eſt fundamentum reciprocæ, vt dixi, & hanc opinionem probat Ioan. Fab. *in d. § qua ratione, num. 29. Inſtit. de pupill.* & Paul. Leon. *in tract. de ſubſtitut. tit. de reciproca. num. 70.* qui reſpondet omnibus rationibus contrariis, quarum impugnationes relatas per Menoch. *in d. præſumpt. 60. numer. 53. propè finem lib. 4.* ego inuenire non potui. Nec poteſt reddi ratio diuerſitatis, quare finiatur pupillaris reſpectu filij, qui emancipatus fuerit poſt ſubſtitutionem, & non finiatur reſpectu alterius, altero pubere facto, imò maior ratio debet eſſe, pubere facto altero, quia indubitati iuris eſt, ſtatim pupillarem extingui, ſed per emancipationem extingui firmamus per rationes legis. Item ſi reſpectu emancipati eſt communis opinio, illa etiam, imò multò magis locum habere debet, altero pubere facto, ita vt in vtroque caſu idem ius ſit, quoniam ratio mutuæ reciprocationis ceſſat, quæ æqualis eſſe debet in omnibus inuicem ſubſtitutis, in quo non eſt recipienda do-
16. ctrina Manticæ † *in lib. 5. titulo 12. numero 22.* dicentis rationem æqualitatis eſſe cauſam productiuam reciprocæ, ſed cauſam conſeruatiuam eſſe voluntatem teſtatoris, quæ non præſumitur mutata. *l. cùm tacitam, & l. eum qui. ff. de probat.* quoniam hæc lex procedit, quando lex non repugnat. Sed in hoc caſu lex repugnat, quæ definiuit, pupillarem pubertate finiri; ergo reſpectu vtriuſque, & teſtator non poteſt facere reciprocam, niſi attenta mutua reciprocatione; ergo eius voluntas non poteſt illam conſeruare contra propriam naturam.

Secundò declaratur, nam ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem. † *l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam. cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6.* Sed pupillaris contenta ſub reciproca dicitur expreſſa, *gloſſ. 1. circa medium, in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* gloſſ. *in l. in teſtamento. C. de teſtament. milit.* quia ſaltem eſt partim expreſſa, & partim tacita, vt dicit Bartol. *in l. 2. in princip. num. 33. ff. de vulgari.* Propterea concludit, quòd cùm dicta pupillaris in reciproca colligatur ex verbis teſtatoris excludit matrem, quam opinionem eſſe cõmuniter receptã probat Socin. iun. *in d. l. 2. num. 99.* & alij plures ad hoc allegati per Menoch. *lib. 4. præſũpt. 38. num. 34.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 1. quæſt. 93. num. 4.* Quamobrem in illis caſibus, in quibus pupillaris † non continetur ſub reciproca propter inæqualitatem, mater non excluditur, & filio ſuo pupillo ſuccedit. Pro qua concluſione conferunt etiam ea quæ ſcripſi ſuprà *in parte 2. quæſtion. 3. articul. 7.* 17. 18.

ARTICVLVS VI.

Quando ſubſtitutio reciproca contineat fideicommiſſarias.

SVMMARIA.

1. *Reciproca ſubſtitutio regulariter non continet fideicommiſſarias.*
2. L. iam hoc iure, in verſ. tantummodo. ff. de vulgari, *declaratur.*
3. *Fideicommiſſum purum æqualiter inter omnes factum eſt fruſtratorium.*
4. *Reciproca facta in codicillis reſoluitur in fideicommiſſum.*
5. *Tractus temporis in futurum colligitur à natura codicillorum.*
6. *Teſtamentum patris inter filios valet etiam in codicillis factum.*
7. *Verba directa in codicillis obliquantur, quando voluit facere codicillos.*
8. *Teſtator in codicillis quando præſumitur voluiſſe facere teſtamentum.*
9. *Pupillaris facta in codicillis valet inter liberos.*
10. *Subſtitutio directa non valet in codicillis inter extraneos, ſecus inter liberos.*
11. *Reciproca compendioſa eſt fideicommiſſaria.*
12. *Reciproca facta in teſtamento cum clauſula codicillari continet fideicommiſſum.*
13. *.. contrarium eſſe verius probatur.*
14. *Clauſula codicillaris nihil operatur, vbi deficit voluntas.*
15. *.. operatur quando teſtamentum eſt inualidum, vt debeatur ab inteſtato.*
16. *Subſtitutio quæ non poteſt valere iure directo, propter clauſulam codicillarem valet iure fideicommiſſi.*
17. *Grati opinio* in conſil. 8. vol. 2. *reiicitur.*
18. *Reciproca ſine compendioſa, & ſine tractu temporis non importat fideicommiſſariam.*
19. *.. non egreditur effectum ſubſtitutionis directæ.*
20. *.. cum clauſula* vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, *continet fideicommiſſariam.*
21. *.. & hoc procedit quando ſubſtitutio poteſt verificari in omnibus caſibus in clauſula expreſſis.*

22. Pu

22. *Pupillaris ſubſtitutio quando non poteſt verificari, neque poteſt fideicommiſſaria.*
23. *Reciproca quando non poteſt valere niſi per modum vulgaris.*
24. *Fideicommiſſum purum data portionum æqualitate eſt fruſtratorium.*
25. *.. niſi conditio mortis adiecta fuerit.*
26. *Clauſulæ quando cenſentur appoſitæ de ſtilo Notariorum.*
27. *Reciproca admixta cum compendioſa continet fideicommiſſariam.*

REGVLA à Doctoribus conſtituta eſt, 1. reciprocam † fideicommiſſarias continere non poſſe, per text. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. in verſ. in vulgarem tantummodo caſum. & l. 2. C. de impuber. ſubſtit. in verſ. in vnum tantùm caſum*, & ita firmarunt Bartol. *in l. Lucius, numer. 20. ff. de vulga.* & cæteri omnes. Mantic. *de coniectur. lib. 7. titul. 4. num. 5.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 60. numer. 67.* Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. cap. 10. part. 5.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 61.* Simon de Pret. *de interpretat. vltim. voluntat. lib. 3. ſolut. 5. numer. 47. fol. 240.* Oddus *de compendioſa parte 6. quæſtion. 5. verſ. de fideicommiſſaria*, qui omnes referunt infinitos conſulentes, & atteſtantur omnes eſſe receptiſſimam ſententiam. Et licèt Ripa *in d. l. Lucius, numer. 41.* & *ibi* Aretin. item Decius *in l. in teſtamento, in 1. num. 15. C. de teſtament. milit.* dixerunt taxatiuàm *d. l. iam hoc* 2. *iure*, † *& d. l. 2.* non excludere ſimiles caſus. gloſſ. *in l. ob æs. C. de præd. minor.* & ideo Ripa dicit, quòd excludit alias directas cæteris non conuenientes, ſed non excludit fideicommiſſariam, quæ omnibus conuenire poteſt, tamen iſta conſideratio non eſt recipienda, quoniam per dictas leges reiiciuntur omnes ſubſtitutiones, excepta vulgari, ſed illa potiùs, quæ eſt eiuſdem Ripæ, & Alciati, quòd *ibi* verbum *ſubſtituo*, ſecundùm ſui naturam ad directas tantùm referatur, non etiam ad fideicommiſſarias, quoniam præſentis temporis eſt, neque tractùm temporis in futurum continet, quia tunc fideicommiſſum pu- 3. rum † eſſet, & fruſtratorium, quia ſi omnes eſſent æqualiter ſubſtituti, quilibet tantum cohæredi daret, quantum reciperet, & ita fruſtrà fieret, *l. ab omnibus. §. 1. de legat. 1.* Aut inæqualiter, & tunc magis dilectus in inſtitutione, eſſet pariter in ſubſtitutione, quod non eſt veriſimile à teſtatore fuiſſe ordinatum, ad *l. Pollius, in fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Sed pro declaratione huius communis regulæ, plures caſus exarandi ſunt.

4. Primus eſt, quando reciproca † eſt facta in codicillis, tunc reſoluitur in fideicommiſſum, quia directæ ſubſtitutiones non poſſunt fieri in codicillis, ideo ex benigna interpretatione, vt actus potius valeat, quàm pereat, trahitur ad fideicommiſſum *l. Scæ-* 5. *uola. ff. ad Trebell.* & ille tractus † tẽporis in futurum, qui requiritur in fideicommiſſis, colligitur à natura codicillorum, & hanc opinionem probarunt omnes de hac materia reciprocæ pertractantes, Mantic. *de coniectur. lib. 7. titul. 4. numer. 8.* Menoch. *in d. præſumpt. 60. numer. 71. lib. 4.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt. 54. numer. 5.* Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. part. 5. cap. 10. num. 8.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſu lib. 2. §. 19. numer. 17.* omnes ſequentes Bartol. *in l. Lucius, num. 20. ff. de vulgar.* & allegantes plurimos conſulentes, probant hanc eſſe receptiſſimam opinionem.

Declaratur iſte caſus vt procedat in extraneis reciprocè ſubſtitutis, ſed in filiis non procedat, quo- 6. niam pater † quomodolibet poteſt teſtamentum facere inter liberos, *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, & auth. quod ſine. C. de teſtament.* ergo etiam in codicillis poteſt facere ſubſtitutionẽ, vt valeat iure directo. Item quia in tantum verba dicta † in codicillis 7. obliquantur, in quantum teſtator ſciebat ſe facere codicillos, ſecus ſi credebat ſe facere teſtamentum. *gloſſ. fin. in fin. in l. 1. ff. de iure codicill.* gl. *in l. 2. ver. eundem. ff. eodem tit.* gloſſ. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari*, & ibi Angel. *numer. 1. verſ. Item in gloſſ.* per text. *l. illud. §. tractari. ff. de iure codicill.* vbi eſt caſus de hoc, *& l. ne codicillum, C. de codicill.* quia *in d. §. tractari* diſponitur, quòd quando teſtator facit ſubſtitutionem in codicillis, † tunc præſumitur voluiſſe facere teſta- 8. mentum; ergo in caſu propoſito teſtator inter liberos præſumitur voluiſſe facere teſtamentum, quia fecit reciprocam ſubſtitutionem inter eos, & ita ſubſtitutio directa inter filios, etiam facta in codicillis valebit iure directo, non autem iure fideicommiſſi, & hanc tenet Angel. *in conſil. 159.* gloſſ. *in §. qua ratione. Inſtit. de pupillari ſubſtit.* Bartol. *in d. l. ne codicillum.* Et comprobatur, quia ſubſtitutio † pupilla- 9. ris facta in codicillis, valet, quia inter liberos, Bartol. *in l. militis teſtamento, in princip. ff. de milit. teſtament & in l. 2. ff. de iniuſt. teſtament.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 6. numer. 72. fol. 255.* Et hanc eſſe communem opinionem, probat Iaſ. *in d. l. Lucius, numer. 11. ff. de vulgari*, & ſecundùm illam reſponderunt Alexand. *in conſil. 146. num. 10. volum. 2.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 93. in fin. volum. 2.* Crot. iun. *in conſil. 70. numer. 4.* & plures alios refert Boër. *in deciſ. 241. numer. 2.* Item regulæ generales, quòd ſubſtitutio directa † non datur in codicillis *l. 2. ff. de iure codicill. & §. fin. Inſtit. eodem. tit.* Item *l. Scæuola ff. ad Trebell.* quòd 10. verba directa traduntur ad fideicommiſſum, non habent locum inter liberos, inter quos credebat pater factum teſtamentum, ita faciendo reciprocam directam, & propterea Doctores qui allegantur ab Intrigliolo pro contraria parte *in centur. 2. quæſt. 63.* loquuntur ſine iuſto teſtamento. Imò multi ex allegatis pro contraria parte loquuntur, † quando reci- 11. proca eſt mixta cum compendioſa facta in codicillis, tunc enim quia habet tractum futuri temporis, ſemper eſt fideicommiſſaria, etiam poſt pubertatem, vt probat Vaſquius *lib. 2. §. 18. numer. 69.* Sed nos loquimur, quando reciproca ſola facta eſt in codicillis, quo caſu, vt probaui, non continet fideicommiſſariam, ſed pubertate finitur, Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 19. numer. 17.* Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. lib. 5. cap. 10. num. 10. verſ. tertius caſus.*

Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutio † recipro- 12. ca facta eſt in teſtamento cum clauſula codicillari, continet fideicommiſſum, Bartol. *in l. verbis ciuilibus, numer. 3. ff. de vulgari*, & ibi ſequuntur omnes, & hanc opinionem probarunt, Mantic. *lib. 7. titul. 5. num. 8. verſ. ſed contrariam.* Simon de Pret. *lib. 3. ſolut. 6. num. 4. fol. 278.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 18. numer. 8. & ſeq.* Alexand. Trentacinq. *d. lib. 5. cap. 10. numer. 8. in fine.*

Sed ego ſemper in hoc caſu † ſequutus ſum opi- 13. nionem contrariam, & ita pluries conſului, ſequendo opinionem Rotæ *in deciſ. 486. numer. 27. & deciſ. 519. num. 6. part. 1.* in vltimò impreſſ. quia teſtator faciendo reciprocam, & ita directas ſubſtitutiones, præſertim inter liberos, nunquam cogitaſſe dicitur de fideicommiſſaria. Sed clauſula codicillaris † ni- 14. hil operatur, vbi deficit volũtas teſtatoris, & in quibus non diſponit. quia d. clauſula tendit ad confirmandum quod factum eſt, non autem ad ampliandum quod à teſtatore cogitatum non fuit, Dec. *in l. precibus, numer. 18. C. de impuber. ſubſtit.* Ripa *in l. hæ-*

redes.§.peto.num 9 ff.ad Trebell.Socin iun.in conſil.166.
in princip.& in conſil.180.num.77.volum.2.Riminald.
iun.in conſil.50.numer.66. volum.1. Petra de fideicom-
miſſ.quæſt.5.numer.168.verſ.rurſus, Cephal.conſil.420.
numer.6.in fin.volum.3. & alij plures ad hoc allegati
per Rot.in deciſ.486.numer.27.Item qui ad. clauſula
codicillaris operatur,vt quod ex teſtamento inuali-
15. do nō debetur,ab inteſtato † debeatur,ita vt ſolem-
nitatis defectus ſuppleat,non autem voluntatis,Ga-
briel in conſil.129. numer. 12. & 16. volum. 2. Me-
noch. in conſil. 326. numer. 40. volum. 4. Peregrin.
de fideicommiſſ.articul.18.numer.8.Sed in caſu propo-
ſito præſupponitur reciprocam factam valere poſſe;
ergo propter d. clauſulam non eſt trahenda ad fi-
deicommiſſum,de quo teſtatorem cogitaſſe,probari
non poteſt.

Et licèt Rota in deciſ. 320. numer. 8. part. 1. in
vltimò impreſſis, allegetur à modernis pro contra-
ria parte, tamen aduertatur, quòd illa opinio eſt
alleganda pro opinione, quam ſuſtinemus, nam
16. ibi deciditur, quòd quando ſubſtitutio † non po-
tuit valere iure directo,tunc propter clauſulam co-
dicillarem verba ciuilia important fideicommiſſum,
& ita Bariz.in deciſ 9.numer. 10. verſ. quòd ſi ſubſti-
tutio non valet iure directo, valeat iure fideicommiſſi,
& ita etiam loquitur Theſaur. in deciſ. 128. numer.
5. in verſ. Nam ſubſtitutio, quæ non potuit valere
iure directo, propter dictam clauſulam, valet iure fi-
deicommiſſi. Sed nos præſupponimus reciprocam va-
lere vt vulgarem, quæ de directo opponitur fidei-
commiſſariæ; ergo clauſula codicillaris non poteſt
inducere effectum non cogitatum à teſtatore,& qui
illius menti repugnat.

17. Nec eſt amplectenda reſponſio Grati † in con-
ſil. 8. numer. 11. & ſeq. colum. 2. quòd reciproca eſt
apta ex ſui natura comprehendere fideicommiſſa-
riam, præſertim propter verbum ſubſtituo, quod
eſt commune; ergo teſtator dicitur cogitaſſe in
genere,de fideicommiſſaria, & ita addendo dictam
clauſulam dicitur producere effectum fideicom-
miſſariæ ſecundùm voluntatem, & mentem teſta-
toris, expreſſam in genere, quia hæc reſponſio
procedit, quando reciproca eſt mixta cum com-
pendioſa, nam tunc, quia contineret tractum tem-
poris in futurum, poteſt comprehendere fideicom-
18. miſſariam, ſed ſola reciproca, † de qua agimus,
continet vulgarem tantùm. d l. iam hoc iure. ff. de
vulgar. & d.l.2. C. de impuber. ſubſtit. & ſcripſi in
princip. huius articuli. Neque verbum ſubſtituo, quod
eſt commune, importabit fideicommiſſariam, quia
19. in reciproca † non egreditur effectum ſubſtitu-
tionis directæ, & vulgaris, ſi hæres non erit, vel
non potuerit eſſe, Bartol. in d.l. Lucius, num. 20.
ff. de vulgar. & probat Theſaur. in quæſt. forenſi. 42.
numer.2.part.2.Quamobrem cùm natura reciprocæ
repugnet fideicommiſſariæ;ergo non poteſt trahi ad
fideicommiſſum.

Tertius caſus eſt, quando facta eſt ſubſtitutio
20. reciproca, & addita eſt clauſula,† vulgariter,& pu-
pillariter,& per fideicommiſſum, tunc d. reciproca ex
verbis teſtatoris dicitur continere fideicommiſſa-
riam, quia teſtator expreſſit, & hanc eſſe commu-
neni doctrinam,probant Mantica in d.lib. 7.titulo 5
num.7.Menoch.in d.præſumpt. 60. num.84. Simon de
Pret.lib.3 ſolut.5.num.30.in fin. fol.236. Intrigliol. de
ſubſtit. centur. 2. quæſt.79. Trentacinq. in d. cap. 10.
numer.12.part.5. qui cæteros referunt, & alij etiam
latè relati per Zuccard. in conſil. 74. numer. 4. &
ſeq.

Declaratur iſte caſus,vt procedat, quando ſubſti-
tutio † poteſt verificari in omnibus caſibus in clau- 21.
ſula expreſſis: ſed ſi non poteſt verificari in pupil-
lari, quia patruus non habet nepotes in poteſtate,
quod eſt præcipuum requiſitum ſubſtitutionis pu-
pillaris, Inſtitut. de pupill. in princip. & l. 2. ff. eodem
titul. ſi deeſt pupillaris, † quæ refertur ad tem- 22.
pus in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quod om-
ninò requiritur pro ſui validitate, Peregrin de fi-
deicommiſſ. articul. 34. numer. 99. verſ. cùm autem
adiecta fuerit pupillaris, & eo caſu, neque pupil-
laris, neque fideicommiſſaria locum habere po-
teſt, vt reſpondit Bero. in conſil. 63. numer. 3. &
ſeq. & numer. 8. colum. 2. & latiùs alios allegat
Mantic. lib. 3. titul. 14. numer. 6. Item quia nul-
lum adeſt verbum denotans dilationem temporis,
propterea non poteſt valere niſi per modum vul-
garis † ſubſtitutionis, Socin. iun. in conſil. 10. 23.
numer. 48. volum. 1. Raudenſ. in deciſ. Piſana 34.
numer. 20. verſ opponebatur, & hoc per text. l. vbi pu-
rè. ff. ad Trebellian. Quamobrem ſi teſtator plures
habens filios, eoſdem inſtituerit, atque inuicem
ſubſtituerit vulgariter, pupillariter,& per fideicom-
miſſum, data portionum æqualitate, illa ſubſti-
tutio per fideicommiſſum eſt fruſtratoria, † & 24.
nullius momenti, quia viciſſim tantum vnius da-
ret, quantum acciperet, Bartol. & Alexand. in l.
1. in princip. C. de pactis, per textum l. ab omnibus.
§. ſi à Titio. de legat. 1. Idem Bartol. in l. ſi quis ſer-
uum. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. 1. in quæſtion.
11. ff. de iure codicillorum, Aretin. in l. ſi plures. nu-
mer. 5. ff. de vulgari, Dec. in l. in teſtamento. numer.
5. C. de milit. teſtament. Socin. iun. in conſil. 105.
numer. 46. volum. 3. Ruin. in conſil. 7. numer. 11. vo-
lum. 3. Crot. in conſil. 62. per totum, volum. 1. Ce-
phal. in conſil. 326. numer. 22. volum. 3. Quare, vt
ſubſtitutio fideicommiſſaria reciproca valeat in-
ter habentes plures portiones æqualiter, conditio
mortis adiecta eſſe debet, † ſaltem in præceden- 25.
te, vel ſubſequente oratione, Ruin. in conſil. 120.
numer. 4. & plur. ſeq. volum. 3. Et hoc caſu, quan-
do dicta clauſula non conuenit perſonis, quibus
adiecta fuit, puta quia non fuerint ſubſtituti im-
puberes, nec in poteſtate teſtatoris, tunc cenſetur
appoſita † de ſtilo Notariorum, Mantic. lib. 3. 26.
titul. 14. numer. 6. Honded. conſil. 46. numer. 3. &
ſeq. volum. 2. Cagnol. in l. precibus, numer. 235. C.
de impuber. ſubſtit. Item quando d. clauſula repu-
gnat menti teſtatoris, omnino eſt reiicienda, vt
probat Sylueſt. Aldobrand. in conſil. 37. numer. 7. &
Mantic. in nouis additionibus ad d. titulum 14. num. 6.
in fin. conſil. 155. num. 8. volum. 1. conſiliorum vltimarum
voluntatum.

Quartus caſus, quando reciproca eſt admixta
cum compendioſa, vt dicendo, quandocunque al-
ter veſtrûm deceſſerit, vos inuicem ſubſtituo, tunc
dicta reciproca † continet fideicommiſſariam. Bar- 27.
tol. in d. l. Lucius, numer. 5. & 20. ff. de vulgari,& ibi
Ripa numer. 46. Roland. qui plurimos refert in con-
ſil. 25. numer. 12. & ſeq. volum. 1. Mantic. d. lib. 7.
titul. 4. numer. 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 60. nu-
mer. 84. Trentacinq. de ſubſtit. lib. 5. cap. 10. numer.
12. Simon de Pret. lib. 3. ſolut. 5. numer. 30.
in fin. fol. 236. & ſolut. 8. fol. 279. Intri-
gliol. cent. 2. quæſt. 79. alios plu-
res refert Monteſeperell.
in conſil. 102. num. 3.
& ſeq.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXX.

De compendioſa ſubſtitutione, per octo articulos diuiſa.

1. Subſtitutio compendioſa cur introducta fuerit, & quàm variè facta dicatur.
2. Vtrùm ſubſtitutio compendioſa militaris per verba directa valeat omni tempore iure directo, & quid ſi facta eſt verbis obliquis, vel communibus.
3. Vtrùm ſubſtitutio compendioſa, verbis directis facta à pagano, poſt pubertatem euaneſcat in totum.
4. An ſubſtitutio compendioſa facta à Pagano per verba obliqua ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel aliquando poſſit valere vt vulgaris, aut pupillaris.
5. De ſubſtitutione compendioſa facta à pagano per verba communia, an contineat vulgarem, item an pupillarem.
6. Quando ſubſtitutio compendioſa eſt facta per verba directa, & communia ſimul, in perſona vnius appoſita, vtrùm ſubſtitutus habeat electionem ſuccedendi ex ſubſtitutione directa, vel obliqua.
7. Quando compendioſa facta ſub diuerſis formis ſolam fideicommiſſariam contineat.
8. Quando ſubſtitutio compendioſa extinguitur.

ARTICVLVS I.

Subſtitutio compendioſa cur introducta fuerit, & quàm variè facta dicatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio compendioſa quare fuerit introducta, & quid ea ſit.*
2. *..poteſt fieri etiam ſine dictione* quandocumque.
3. *..ex quibus verbis dicatur in eſſe deducta.*
4. *..non eſt, ſi ſola mentio pupillaris ætatis facta fuerit, ſed pupillaris.*
5. *..non eſt, ſi dictum ſit, rogo vt reſtituas, ſed fideicommiſſaria.*
6. *.. non eſt ſi teſtator inſtituto extraneo ſubſtituerit Caium quandocumque, ſed eſt vulgaris.*
7. *..facta à pagano non eſt propria ſpecies ſubſtitutionis, ſed adiectio.*
8. *..contrarium eſſe verius probatur.*
9. *Subſtitutio militaris eſt ſeparata ab aliis.*
10. *Compendioſa non dicitur adiectio reſpectu effectus*
11. *..an ſit ſubſtitutio mixta ex duabus.*
12. *..eſſe quartum genus, quod prædicatur de ſuis ſpeciebus.*
13. *..eſt ſpecies diſtincta, licèt ſecundùm varia accidentia varietur.*
14. *Compendioſa directa militaris ſuccedit loco fideicommiſſariæ facta à Pagano.*
15. *Pupillaris ſub compendioſa facta à milite transmutatur in militarem.*

CVm multi ſint rerum euentus, † & teſtatores filiis ſuis in omni tempore prouidere deſiderent, ſiue moriantur ante aditam, ſiue poſt aditam & in pupillari ætate, ſiue poſt aditam in pubertate, introductum eſt vt plures ſubſtitutiones quæ in dictis temporibus fieri potuiſſent, vniantur ſub verborum compendio, ita vt ſi teſtator dixerit, quandocumque filius meus deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Caium, tunc compendioſam feciſſe dicatur, & perinde eſt, ac ſi teſtator omnes ſubſtitutionum ſpecies comprehendiſſet. Hæc eſt doctrina communis, Couar. *in cap. Raynutius. §. 9. numer.* 1. Gomeſ. *in lib. 1. var. reſolut. cap. 7. n. 1.* Villalobos *in Theſauro communium litera S. numer.* 150. *&* 152. & propterea magis communiter deſcripta eſt, compendioſa eſt ſecunda inſtitutio, qua ſub compendio temporum, & non perſonarum plures ſubſtitutionum ſpecies cōprehēdere apta eſt, ita deſcripſerunt Bald. Alberic. Curt. Cagnol. & cæteri *in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* Socin. iun. & cæteri moderniores *in l. centurio. ff. de vulgari, & pupill.* 1.

Vt autem plenior notitia generalis de compendioſa habeatur, in primis aduertendum eſt, non requiri ad ſui eſſentiam dictionem *quandocumque*, † 2.
quoniam ſi ſola mortis mentio facta fuerit, compendioſa in eſſe deducta dicitur, gloſſ. *in l. in teſtamento, in 1. ff. de milit. teſtament. cap. ſi pater, in verſ. abſque deductione. de teſtament. lib. 6.* Bartol. *in l. centurio, num. 9. ff. de vulgari,* Curt. iun. *in l. precibus, numer. 47. verſ. circa hunc, & numer. 65. C. de impuber. ſubſtitut.* Coſta *in d. cap. ſi pater, in 1. parte, verb. ſi decederet, num. 14.* Couar. *in cap. Raynutius. §. 9. numer. 1. verſ. vndecimo illam, & numer.* 3. dicit eſſe compendioſam verbis generalibus factam, eandem ſententiam amplexi fuere Bald. *in conſil. 55. volum.* 3. Dec. *in conſil. 227. numer. 3. & in conſil. 573. num.* 1. Socin. iun. *in conſil. 27. numer. 11. volum.* 3. Neuizan. *in conſil. 53. numer.* 3. Oddus *de compendioſa ſubſtiut. part. 6. quæſt. 1. artic.* 1. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 51. numer.* 8. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt.* 60. & ita fuit iudicatum, vt *Digeſt. Nouiſſ. tom. 5. tit. Subſtitutio compendioſa. cap. 3.*

Quando autem compendioſa † in eſſe deducta 3.
dicatur, exempla cumulo, vt ſi teſtator dicat, quandocunque deceſſerit filius meus, ſubſtituo Caium, tunc eſſe factam, dicit Bart. *in d. l. centurio. numer.* 17. Alexand. *numer.* 27. Iaſ. *numer.* 33. Rip. *num.* 6. Couar. *in d. l. Raynutius. §. 9. numer. 2. verſ. vndecimam iſtam, & numer.* 3. vbi dixit eſſe compendioſam verbis ſpecificis factam, quoniam dictio *quandocunque* idem operatur, ac ſi ſingula tempora ſpecificè enumerata eſſent, Coſta *in d. cap. ſi pater, in princip. numer. 13. de teſtament. lib. 6.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 51. numer. 6.* Item ſi teſtator dixerit, poſt mortem filij mei ſubſtituo Caium, eſſe compendioſam, dixit Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 29. Ripa *numer.* 150. Sapia *in repetit. l. precibus, in fine.* Item ſi teſtator dicat, inſtituo filium meum, & poſt eum ſubſtituo Caium, quoniam verba *poſt eum*, intelliguntur poſt mortem, ita vt faciant compendioſam, Torniell. *in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 97. verſ. ſecundò etiam poteſt. ff. de liber. & poſthum.* Menoch. *in d. præſumpt. 51. numer. 7. & lib. 4. præſumpt. 71. numer.* 2. Item ſi teſtator dicat, filio meo impuberi, ſi deceſſerit, ſubſtituo Caium, tunc eſſe compendioſam, probat Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 31. & poſt alios quos refert *ibi* Ripa *numer.* 140. Aquilinus *in 4. parte numer.* 202. qui atteſtatur eſſe communem opinionem. Item ſi teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit intra pupillarem ætatem, aut pòſt, ſubſtituo Caium, tunc eſſe factam compendioſam verbis

verbis ſpecialibus,dicit Couar. *in d.cap. Raynutius.§.*
9.numer.3. Menoch. *in d.præſumpt,51. numer.3. lib.4.*
Item ſi teſtator dixerit,ſi filius meus deceſſerit intra
vigeſimum quintum annum,ſubſtituo Caium, tunc
eſſe factam compendioſam verbis ſpecialibus, dicit
Bartol. *in d.l.centurio,numer.9.* & Couar. *in d.§.9.nu-*
mer.3. & Menoch. *in d.præſumpt.51.*

Sunt etiam alia cõpendioſæ ſubſtitutionis exem-
pla à Doctoribus exarata,quæ ad aliam ſpeciem ſub-
ſtitutionis pertinere videntur. Nam ſi teſtator dixe-
4. rit,ſi filius meus in ætate pupillari † deceſſerit,ſub-
ſtituo Caium, hanc eſſe compendioſam ſcripſerunt
Bald. & Paul. de Caſtr. *in d.l.precibus,* & Iaſ. *in l.2.in*
fin. ff. de vulgari. Sed hoc exemplum recipiendum
non eſt, quoniam dicta verba ad inducendum pu-
pillarem pertinent,ita dicit Bartol. *in l.2. numer.27.*
ff.de vulgari, Ripa *numer.4.& in d.l.centurio,num.60.*
verſ.ex quo infertur, & Iaſ. *numer.23.* Dec. *in d.l.preci-*
bus,numer.15. Couar. *in d.cap.Raynutius.§ 9.verſ.tertiò*
ex hoc, & hanc opinionem eſſe amplectendam Me-
noch. *in d.præſumpt.51.numer.14. lib.4.* Item dicunt
compendioſam eſſe,quòd ſi teſtator dicat, quando-
5. cumque filius meus deceſſerit, † rogo vt reſtituat
hæreditatem Caio, Bartol. *in d.l.centurio, numer.20.*
Iaſ. *numer. 38.* Quæ opinio non eſt amplectenda,
quoniam per dicta verba,dicitur inducta fideicom-
miſſaria,vt probant Socin.ſen. *in d.l.centurio.num.25.*
& Rip. *numer.61.* Galiaul. *numer.220.* Politus *in titul.*
de ſubſtitutione compendioſa, numer.4. Couar. *in d.cap.*
Raynutius.§.9.numer.1.verſ.inde ſit. quoniam iſta for-
mula non poteſt continere diuerſa tempora neque
actu, neque habitu, ideo deficit principale requiſi-
tum compendioſæ, & ſemper erit fideicommiſſaria.
l.cohæredi.§.cum filia ff.de vulgari. Item ſi teſtator ex-
6. traneum hæredem faciat,eique ſubſtituat Caium †
quandocunque deceſſerit, tunc eſſe compendioſam
dixit Curtius iun. *in d.l.precibus,numer.44* Sed opinio
non eſt amplectenda, quoniam ſolùm vulgarem, &
fideicommiſſariam continet,& duos duntaxat caſus
diſtinguit, videlicet aditæ hæreditatis, non autem
diuerſas ſubſtitutiones ſub diuerſis temporibus fa-
ctas,vt probat Coſta *in d.cap. ſi pater,in princip. num.*
13.verſ.ex quà recepta traditione, de teſtament. lib.6. Et
licèt *ibi* Coſta dicat eſſe quæſtionem de nomine,ta-
men hoc eſt illud de quo diſputamus, videlicet, an
ex dicta formula reſultet nomen compendioſæ. Item
ſi teſtator dixerit, vulgariter, pupillariter, & per fi-
deicommiſſum ſubſtituo, hæc clauſula plures ſub-
ſtitutionum ſpecies, & plura tẽpora complectitur,
licèt, quando ſubſtituto expediat, alterius ſubſtitu-
tionis tantùm effectum eligere poteſt,vt plenè ſcri-
pſi *in tract.de clauſulis parte 3.clauſula vltima.*

Declaratur iſte articulus. Nam ſi ſubſtitutio com-
pendioſa fiat à pagano, tunc non eſt propria ſpecies
7. ab aliis diſtincta, ſed potiùs † quædam adiectio, &
cumulatio aliarum ſubſtitutionum, quia ſemper in
alteram ſpeciem reſoluitur, vel in vulgarem ante
aditam, vel in pupillarem poſt aditam, vel in fidei-
commiſſariam ſi poſt pubertatem deceſſerit; ſi verò
fiat à milite, tunc eſt propria ſubſtitutionum ſpe-
cies, quoniam ſolam militarem continet, quæ eſt
propria ſpecies, nam miles poſt tempora pupillaris
ætatis directò ſubſtituere poteſt, vt *in d.l.centurio,* &
ita diſtinguit Bartol. *in d.l.centurio.num.11.*

8. Sed hæc doctrina magis communiter † reproba-
tur, *in d.l.centurio,* Socin.iun. *numer.180.* poſt Aretin.
Iaſ. & Rip. Bolognett. *numer.118.* Cephal. *numer.392.*
& ſeq. Quia non poteſt eſſe adiectio, cùm hoc ver-
bum non ponatur in eius definitione, licèt Alberic.
in rubric.ff.de vulgari,numer.87. illud verbum addat.
Item quia adiectio eſt quædam qualitas, quæ præ-
ſupponit eius ſubiectum priùs natum eſſe, *l.3. §. cui*
congruit ff.de pecul. vbi actio mandati eſt nata ex con-
tractu mandati, & ideo recipit illam adiectionem de
peculio: ſed hæc ſubſtitutio compendioſa non præ-
ſupponitur nata, ſed quòd tempore ſuæ creationis
creat alias ſubſtitutiones, quamobrem potius dicen-
da eſt cauſa efficiens aliarum, quàm adiectio ipſa-
rum, item reprobatur in eo, quòd ſi fiat à milite, di-
catur ſpecies de per ſe, quia ipſa militaris † eſt ſpe- 9.
cies ſeparata à vulgari, & à pupillari, & à fideicom-
miſſaria non eſt compendioſa, ita nec ſola militaris
eſt compendioſa, & in hac reprobatione concor-
dant Alberic. *in d.rubric.numer.87.* Aretin. Iaſ. Rip. &
Socin. *in d.l.centurio.* Politus Trentacinq. *in titul.de*
ſubſtitut.compendioſa, & ex hoc reprobatur doctrina
Peregrini *in tract.de fideicommiſſ.articul.34.numer.15.*
qui firmauit ſaltem reſpectu effectus † dici adie- 10.
ctionem, imò addit hanc opinionem tenere Bal-
dum, cuius contrarium nunc oſtendam. Hæc opinio
ſtare non poteſt, quoniam etiam actio in rem ſcripta
eſt tertia ſpecies, & aliquando habet effectum realis,
videlicet quando eſt affecta ſuper re, & datur in
ſubſidium, vt communiter per ſcribentes *in rubric.*
ff.ſi cert.pet.

Præterea gloſſ. *in d.l.centurio,* tenet, compendio-
ſam † eſſe ſubſtitutionem mixtam ex duabus, ſcili- 11.
cet pupillari, & fideicommiſſaria, quaſi neget eſſe
ſpeciem de per ſe. Aliqui dicunt non eſſe ſpeciem
mixtam, ſed de per ſe, verùm ſi proferatur à pagano,
ſemper eſſe fideicommiſſariam; ſi verò à milite, ſem-
per eſſe directam etiam poſt pubertatem. Aliqui di-
cunt, quòd ſi fiat per verba, quandocumque dece-
dat ſine liberis, tunc ratione euentuum, qui poſſunt
contingere in variis temporibus, continet ſub ſe
plures ſubſtitutionum ſpecies, & iſti euentus licèt
ſint incerti teſtatori, tamen ipſi legi ſunt certi. *l.cùm*
quidam.§.ſuum.ff.de acquir.hæredit. l.conditio.§. final.ff.
de condit.& demonſtrat. Sed ſi fiat hoc modo, ſi dece-
dat infra vigeſimum quintum annum, ſemper eſt
ſpecies diſtincta, ſiue directa ſit, ſiue fideicommiſſa-
ria, Socin. *in d.l.centurio, numer.180.* poſt Socin. ſen.
in d.rubric. Aretin. & alios firmant, quoad formam
eſſe ſpeciem ab aliis ſeparatam, ſed quoad effectus
nequaquam, & hanc etiam probauit Caccialup. *in d.*
l.precibus.numer.31. & *ibi* Cagnol. *num.173.*

Sed Bald. *in d.l.precibus,numer.49.* omnes malè di-
cere aſſerit, quia ſicut breuiloqua ſubſtitutio non eſt
adiectio, ſed tertium genus, ita compendioſa † eſt 12.
quartum genus, quod prædicatur de ſuis ſpeciebus,
& ſicut genus non dicitur adiectio ſpecici, ſed de
ipſa prædicatur, vt homo de Petro. *l.1.ff.ſi cert.pet.* ita
in hoc caſu, Salyc. *in d.l. precibus, numer.17.* dicit ve-
rius eſſe quòd ſpecies diſtincta exiſtat. Neque ideo
valet dicere, quòd ſi fiat à milite ſpecies, diſtincta ſit,
quia hæc ſubſtitutio prius eſt in intellectu ſcienti-
fico, quàm practico; ſed ſcientificus non quærit de
ea in concreto, ſed in abſtracto, prout nulli termino
ſupponitur; ergo in ſe ſecundùm ſuam ſingularem
ſubſtantiam, & eſſentiam ſpecies † diſtincta eſt, li- 13.
cèt ſecundùm varia accidentia, & iure directo, & iu-
re fideicommiſſi valere poteſt. Hanc eandem ſen-
tentiam probat Politus *in d. titul.de compendioſa, nu-*
mer.2. Trentacinq. *in eodem tract.part.4.cap.1.* Franch.
in cap.ſi pater.colum.26.verſ.circa tertium. de teſtament.
lib. 6.

Et hanc opinionem ego ſequor. Primò, quia com-
pendioſa non eſt pupillaris ſimpliciter, non fidei-
commiſſaria ſimpliciter, quia pupillaris non requi-
rit, quòd excedat tempus pubertatis, fideicommiſſa-

ria

ria requirit, vt ſemper ſit obliqua, nunquam directa, ſed compendioſa vtrumque continet; ergo eſt ſpecies diſtincta, & de per ſe. Neque obſtat doctrina Aretin. & Alexand. *in l. in teſtamentô. ff. de milit. teſt.* quam ſequitur Socin. *in d. num. 180. in d. l. centurio,* quòd reſpectu effectus non poſſit dici ſpecies diſtincta, quia aliud eſt eſſe tale, aliud incidere in effectum, & naturam talis; ideo compendioſa non eſt pupillaris, non eſt fideicommiſſaria; ergo interim donec incidat in naturam & effectum alterutrius, eſt ſpecies de per ſe. Adoptio in genere incidit in effectum alicuius ſpeciei, vt *Inſtit. de adopt.* & donec incidat retinet nomen, & naturam generis. Item quia in iure, quando vna ſpecies ex duabus aliis ſpeciebus conſtituitur, ſemper conſideratur, vt ſeparata ſpecies. *l. 1. in princip. ff. de prætor. ſtipulat. & Inſtit. de diuiſ. ſtipulat. in princinp.* & facit *l. iam hoc iure. ff. de vulgari.* ergo compendioſa erit ſpecies diſtincta à pupillari, & fideicommiſſaria. Item quia quãdo ſimplicia vnita mutãt nomẽ, & alio vocabulo appellantur, tunc conſtituunt tertiam ſpeciem, quamuis retineant propriam ſubſtantiam, *l. idem Pomponius. §. 1. ff. de rei vendic.* vbi ex melle, & vino fit mulſum, quæ corpora liquida in commixtione ſecundùm Philoſophos incorrupta remanent; ſed ſubſtitutiones in compendioſa contentæ mutant nomen, quoniam pupillaris, & fideicommiſſaria dici non poſſunt; ergo tertiam ſpeciem conſtituunt. Item quia compendioſa habet diuerſam formam; ergo eſt propria ſpecies. *l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibend.* Item habet aliud nomen ab aliis ſeparatum. *l. ſi idem. C. de codicillis.* Et licèt compendioſa ex qualitate perſonæ, quæ illam facit, contineat iſtam aliam ſpeciem, quæ militaris appellatur, vltra alias quæ ſub compendioſa à pagano facta continentur, tamen non ideo magis noua ſpecies dici poteſt, quàm illa, quæ à pagano fiat, quoniam maior ratio reſolutionis non eſt in vna, quàm in altera, & ſemper eodem modo in vnam ex ſpeciebus reſoluitur. Item quia plus, & minus non variant ſpeciem, *l. final. ff. de fundo inſtruct.* Præ-
14. terea directa † militaris ſuccedit loco fideicommiſſariæ à pagano factæ; ergo cõpendioſa à milite facta non continet vnam aliam ſpeciem plus. Probatur, quia paganus poſt aditam non facit directam, ſed tantùm fideicommiſſariam, ad *l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit. & l. cohæredi §. cùm filiæ. ff. de vulgari.* Imò ſi faciat ſubſtitutionem per verba merè directa, vt, quandocumque filius meus decedat, talis ſit hæres, & hæc ſubſtitutio infra tempora pupillaris ætatis potuit valere iure directo, mox adueniente pubertate filij, aditáque per eum hæreditate, expirat in totum, ita vt ne fideicommiſſi quidem iure valere poſſit, *l. verbis ciuilibus, & ibi* Bartol. & communiter omnes. *ff. de vulgari, & pupill.* de quo infrà diſputabo. Sed ſi talis ſubſtitutio à milite fiat, poſt aditam hæreditatem, & poſt pubertatẽ iure directo valet, & ſubſtitutus omnia teſtatoris bona habere debet, imò etiam fructus in hæreditate inuentos, vt *in d. l. centurio,* diſponitur, & hæc eſt militaris, quæ ſuccedit in locum fideicommiſſariæ, quæ à pagano fit; ergo compendioſa à milite facta, non continet vnã aliam ſpeciem ſubſtitutionis, plus quàm contineat compendioſa à pagano facta.

Secundò declaratur, nam compẽdioſa facta à milite ſemper valet iure directo, ſed illa pupillaris poſt
15. pubertatem tranſmutatur in ſubſtitutionem † militarem, quia omnes ſunt directæ, & in habẽtibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, item quia iſtæ formæ non ſunt adeò inter ſe pugnantes, quin dicta tranſmutatio fieri poſſit, vt probant Cyn. Alberic. Caſtrenſ. & Iaſ. *in l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſtament.* Bartol. *in l. final. ff. de iure codicill.* Immol. *in l. 1. § ſin autem. ff. de hæred. inſtit.* Afflict. *in deciſ. 143. num. 3.* Item quia quando fit variatio de pupillari ad militarem, fit ad ſuum ſimile, non autem ad contrarium, quia ambæ tendunt ad eundem effectum, Bartol. *in l. in pupillari. in 1. oppoſit. ff. de vulgar. & pupill.* Quamobrem compendioſa quæ eſt vna ſubſtitutio, & facta à milite habet vnum effectum, variatur de pupillari ad militarem, tendens ad eundem effectum.

ARTICVLVS II.

Vtrùm ſubſtitutio compendioſa militaris per verba directa valeat omni tempore iure directo, & quid ſi facta eſt verbis obliquis, vel communibus.

SVMMARIA.

1. *Compendioſa militaris facta verbis directis, omni tempore valet iure directo.*
2. L. centurio. ff. de vulgari, *explicatur.*
3. *Compendioſa militaris ſemper valet iure directo, etiamſi mater ſit in medio.*
4. *Regula limitatur, vbi ſuadet æquitas.*
5. *Matris fauor conſideratur ſolùm vbi tractatur de luctuoſa hæreditate filij.*
6. L. precibus. C. de impuber. ſubſtit. *non contradicit* l. centurio.
7. *Subſtitutus militaris capit hæreditatem teſtatoris ſimul cum fructibus, excluſa matre.*
8. .. *& de quibus fructibus intelligatur* l. centurio.
9. *Fructus non recollecti augent hæreditatem militis teſtatoris.*
10. *Compendioſa militaris facta verbis obliquis omni tempore eſt fideicommiſſaria.*
11. .. *facta verbis communibus matre non exiſtente in medio, ſemper eſt directa.*
12. *Pupillaris expreſſa in genere ſub compendioſa militari excludit matrem.*
13. *Compendioſa militaris per verba communia poſt pubertatem matre exiſtente in medio, valet iure fideicommiſſi.*

PRimvs caſus eſt, quando compen-
dioſa militaris facta † eſt verbis di- 1.
rectis, tunc communis opinio eſt, quòd omni tempore valeat iure directo, ſiue mater ſit in medio, ſiue non ſit, quia ſuperexiſtentia matris in hoc nihil releuar, de communi atteſtatur Couar. *in cap. Raynutius. §. 8. numer. 7.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. §. 18. in fin.* nimirum quòd ante aditam valeat, vt vulgaris, poſt aditam ante pubertatem, vt pupillaris, poſt pubertatem, vt militaris. Gabriel *in l. centurio, numer. 245. ff. de vulgari,* dixit, quòd hanc opinionem omnes ſequuti ſunt poſt Bartol. licèt ante Bart. tenebant contrarium. Hanc igitur tenuit Bartol. *in l. centurio. numer. 12. & ſeq.* Bald. *in verſ. tertia opinio,* Caſtrenſ. *num. 6.* Alexand. *numer. 52.* Socin. ſen. *numer. 27. in fin.* Iaſ. *numer. 19. & ſeq.* Ripa *numer. 45.* Galiaul. *numer. 255.* Idem tenent omnes *in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* Alexand. *num. 10.* Iaſ. *num. 19.* Caſtrenſ. *num. 14.* Dec. *numer. 15.* Curt. iun. *numer. 39.* Cagnol. *numer. 145.* Coraſ. *numer. 54.* Eandem tenent ſcribentes tracta-

tus de ſubſtitutionibus, Bartholom. de Hucio *num.* 4. Aretin. *numer.* 8 Paul. Leon. *de compendioſa numer.* 93. Benedict. *in d. cap. Raynutius, numer.* 9. Vaſquius *in d.* §. 18. *in fin.* Oddus *de compendioſa, parte* 5. *artic.* 3. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio. queſt.* 65. *in fine.* Menoch. *in lib.* 4. *præ ſumpt.* 52. Et hæc opinio fundatur ex ipſa lege *cen-*
2. *turio*, † in qua certum eſt, quòd miles voluit directò ſubſtituere poſt pubertatem, & poſt aditionem filij: ſed hoc non potuit facere de iure communi, quia non traheretur ad fideicommiſſariam, ſed extingueretur. Item quia miles poteſt directò ſubſtituere poſt pubertatem, vt valeat iure directo; ergo non eſt facienda interpretatio de iure communi. Item quia *d. l. centurio*, generaliter loquitur; ergo non
3. eſt ſuperaddenda diſtinctio ſi mater † in medio exiſtat, quoniam perſona extrinſecus adiecta non præſumitur. *l. ſi ſtipulatus.* §. *Chryſogonus, in fin. ff. de verb. obligat.* Item *l. de pretio. ff. de public. in rem act.* vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Item ex *d. l. centurio* colligitur regula, quòd ſubſtitutio compendioſa militaris poſt pubertatem eſt directa; ergo qui vult dicere quòd matre exiſtente in medio ſit fideicommiſſaria, debet probare, ita arguit Ioan. Andr. *in cap. ſalubriter. numer.* 1. *de vſuris.* Nec
4. valet dicere quòd regula † fallit, vbi ſuadet æquitas. *cap. intelleximus. de iudic.* gloſſ. not. *in Auth. vt ſine prohibitione matres debitrices, in verſ. exiſtimamus*, quæ dicit, nota vnum mirabile, quòd impoſſibile eſt dicere regulam non fallere vbi ſuadet æquitas. Quia fa-
5. uor matris † conſideratur dumaxat de iure, vbi tractatur de luctuoſa hæreditate filij, non autem quando tractatur de hæreditate teſtatoris, quia tunc non magis fauetur matri, quàm cuilibet extraneo, gloſſ. *in l. final. C. de inſtit. & ſubſtit. in ver. prior, in fin.* & *in d. l. centurio*, tractatur de ſola hæreditate militis teſtatoris cum fructibus repertis in hæreditate. Neque
6. poteſt induci pro limitatione regulæ text. *l. precibus.* † *C. de impub. ſubſtit.* quia contradictio inter *d. l. centurio*, & *d. l. precibus.* vario modo reſoluitur à Doctoribus vtrobique. Sed communis opinio eſt, quòd *in d. l. centurio*, fuit ſubſtitutio facta per verba communia. Sed meliùs dici poteſt, quòd *in d. l. centurio*, ſubſtitutio compendioſa militaris facta fuit vſque ad viginti quinque annos, ſed *in d. l. precibus* facta fuit ſimpliciter, & indefinitè, ideo *in d. l. precibus* obliquatur, & *in d. l. centurio* nequaquam, & hanc opinionem dixit primus Benedictus de Plumbino *in d. l. precibus*, quam *ibi* ſequuti ſunt Doc. *numer.* 15. *fin.* & Coraſius, item Aleiat. *in d. l. centurio, num.* 43. & *in l. verbis ciuilibus, numer.* 11. & Menoch. *præſumpt.* 52. *num.* 11. *lib.* 4. Quamobrem matre excluſa ſubſtitutus à mi-
7. lite † capiet hæreditatem teſtatoris ſimul cum fructibus in hæreditate repertis.

Declaratur iſte caſus reſpectu fructuum, vt intel-
8. ligantur de illis, qui erant in hæreditate tempore † mortis hæredis filij, vt colligitur ex verbis *d. l. centurio, in fin.* & eſt intellectus communis, vt atteſtatur Ripa *in d. l. centurio, numer.* 38. quem tenent Dyn. Bartol. Bald. Immol. Aretin. Socin. & reliqui repetentes, item Bald. Angel. Salyc. & Curt. *in d. l. precibus.* Sed iſte intellectus communiter reprobatur, vt dicit Polognet. *in d. l. centurio numer.* 74. quia tales fructus nati viuente pupillo, effecti ſunt ſui proprij patrimonij, ideo tranſmittit ad hæredes ſuos, ſicut hæres granatus retinet omnes fructus vſque ad diem teſtitutionis. *l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebell.* & ſicut iſte pupillus tranſmittit alia ſua bona ad hæredes ſibi ſuccedentes ab inteſtato, ita & iſtos qui ſui proprij ſunt. Sed Immol. *in d. l. centurio*, intelligit de fructibus inuentis in hæreditate inſtituti, id eſt, qui erant nati antequam moreretur inſtitutus, ſed non erant conſumpti, & ſic verificātur illa verba, in hæreditate inuenti, & hunc intellectum tenuit Bartol. *in l. in teſtamento, in fin. C. de milit. teſtament.* & ſequitur Socin. *in d. l. centurio. numer.* .. & omnes repetentes, item Bald. & Salyc. & cæteri *in d. l. precibus*, & probatur, nam *d. l. centurio*, dicit, patris duntaxat bona capiet cum fructibus repertis in hæreditate: ſed fructus hæreditatis teſtatoris dicuntur eſſe bona ipſius teſtatoris; ergo verbum *cum fructibus*, intelligendum eſt de hæreditate inſtituti: ſed hanc opinionem intelligatis procedere non de omnibus fructibus qui reperiuntur tempore mortis, ſed de illis, qui non erant percepti, neque facti de proprio matrimonio ipſius pupilli, nam cùm regula ſit, fructus maturi habentur pro collectis. *l. diuortio.* §. *interdum. ff. ſolut. matrim.* ideo ſi reperti fuerint fructus maturi in hæreditate pupilli, videbantur ſpectare ad eius hæredem, ſicut alia bona pertinent de iure communi, tamen quia priuilegium militis eſt, vt hæredes poſſit inſtituere ad certum tempus. *l. miles ita.* & *l. quærebantur. ff. de teſtam. milit.* ſtatim quòd hæres inſtitutus mortuus eſt, illa bona effecta ſunt vacantia, & appellatur hæreditas iacens, ſicut erat poſt mortem teſtatoris, & ante aditam hæreditatem. Quamobrem iſti fructus, † qui 9.
non erant collecti, augebant hæreditatem teſtatoris, & ſpectabant ad ſubſtitutum, & ita intelligendus eſt text. *d. l. centurio*, cum fructibus inuentibus in hæreditate, id eſt, cum fructibus natis, qui recolligi potuerunt à die mortis inſtituti vſque ad diem, quo ipſe ſubſtitutus capiet hæreditatem, & ita vtraque opinio eſt ſuſtentabilis, ſcilicet, quòd loquatur de fructibus hæreditaris teſtatoris, & de fructibus hæreditatis inſtituti, nam vna eſt hæreditas delata inſtituto ad totum tempus vitæ ſuæ, quæ poſt eius mortem deſinit eſſe hæreditas ſua, & ex militis priuilegio defertur ad ſubſtitutum.

Secundus caſus eſt, ſubſtitutio † compendioſa 10.
facta à milite verbis obliquis, vt ſi dixerit teſtator: Quandocunque filius meus deceſſerit, rogo vt reſtituat hæreditatem Caio, hoc caſu, omni tempore erit fideicommiſſaria, ſiue mater viuat, ſiue mortua ſit, Bartol. *in l. centurio, numer.* 12. & *ibi* Socin. ſen. *numer.* 21. qui atteſtatur eſſe receptiſſimam ſententiam, Ripa *numer.* 68. Galiaul. *numer.* 251. Conar. *in d. cap. Raynutius.* §. 9. *numer.* 18. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. §. 18. *numer.* 68. Politus *in titul. de compendioſa, numer.* 22. Oddus *de compendioſa, parte* 5. *articul.* 1. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio. queſt.* 64. Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 52. *num.* 17.

Tertius caſus eſt, quando d. compendioſa fit à milite verbis communibus, vt quandocunque filius meus deceſſerit ſubſtituo † Caium, tunc matre non 11.
exiſtēte, ſemper erit directa, & hoc iure directo, perinde ac ſi iure militari facta eſſet, Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 12. Galiaul. *num.* 249. Corn. *in l. precibus, numer.* 26. & *ibi* Coraſ. *numer.* 34. & plurimi relati per Conar. *in d. cap Raynutius.* §. 9. *num.* 13. Gomeſ. *in lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 7. *num.* 6. *verſ. ſecundùm.* Antonius Fumeus *in tract. de ſubſtit. numer.* 81. Politus *in titul. de compendioſa, numer.* 22. Oddus *de compendioſa part.* 5. *artic.* 2. *de compendioſa à milite facta*, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 52 *num.* 18. quam concluſionem eſſe veriſſimam, tum quia ſubſtitutio ſemper in dubio interpretanda eſt directa, tum quia in dubio miles ſemper iure directo teſtatus præſumitur, Craſſ. *in d.* §. *ſubſtitutio. queſt.* 63. *numer.* 2. Sed quando † mater 12.
eſt in medio, ſi inſtitutus filius decedat in ætate pupillari, omnes concludunt, quòd ſubſtitutus capiet omnia

omnia bona cum fructibus, excluſa matre vigore pupillaris, quæ dicitur expreſſa verbis generalibus, quæ matrem excludit. Zaſ. *in tractatu de compendioſa.* §.
13. *quòd ſi mater.* Sed ſi decedat poſt pubertatem, † & mater ſuperuiuat, Doctores communiter concluſerunt, vt d. compendioſa fiat obliqua, & trahatur ad fideicommiſſum fauore matris, ita vt mater in bonis per filium relictis ſuccedat, ſed iure fideicommiſſi debeat reſtituere ſubſtituto. Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 12. poſt gloſſ. *in d. l. precibus. in ver. fideicommiſſi. C. de impuber. ſubſtitut.* quam opinionem eſſe communiter approbatam, atteſtatur Socin. ſen. *in d. l. centurio. numer.* 26. *verſ. quintus caſus*, Galiaula *numer.* 246. Couar. *in d.* §. 9. *numer.* 13. Zaſius *in d. verſ. quòd ſi mater*, Oddus *de compendioſa facta à milite. part.* 5. *articul.* 2. Menoch. *in d. præſumpt.* 52. *num.* 18. *lib.* 4. Alexand. Trentacinq. *de ſubſtitut. part.* 4. *cap.* 8. *num.* 12. *& ſeq.*

ARTICVLVS III.

Vtrùm ſubſtitutio compendioſa verbis directis facta à pagano poſt pubertatem euaneſcat in totum.

SVMMARIA.

1. *Compendioſa à pagano verbis directis facta poſt pubertatem euaneſcit.*
2. L. verbis ciuilibus. ff. de vulgari, *declaratur.*
3. *Subſtitutionis effectus eſt duplex, & quando non eſt directus, valet vt fideicommiſſaria.*
4. *Pupillaris vſque ad certam ætatem, poſt illam nullo iure valebit.*
5. .. *& quare non poſſit valere iure fideicommiſſi.*
6. *Indefinita prolata à lege æquiparatur vniuerſali, & quando, num.* 8.
7. *Pupillaris tempus à lege definitum non poteſt extendi.*
9. *Argumentum ab inſtitutione ad ſubſtitutionem, non valet.*
10. L. ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de legat. 1. *declaratur.*
11. *Teſtatoris voluntas aliquando præſumitur mutandi verba directa in obliqua.*
12. L. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de legat. 1. *declaratur.*
13. *Libertas ſeruo alieno ex quibus verbis poſſit intelligi data per fideicommiſſum.*
14. L. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ff. de fideicommiſſ. libert. *declaratur.*
15. *Compendioſa facta à pagano per verba directa, poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi.*
16. L. Scæuola. ff. ad Trebell. *declaratur.*
17. *Paganus non poteſt directò ſubſtituere in codicillis, neque poſt pubertatem.*
18. *Verbum commune vnitum impuberi facit ſubſtitutionem directam.*
19. *Subſtitutio fideicommiſſaria comprehenditur ſub verbis ſubſtit. directa.*
20. *Verba ſunt impropriãda, vt aliquid operentur.*
21. *Fideicommiſſarius aliquo modo eſt hæres.*
22. *Voluntas aliquando arguitur ex poteſtate.*
23. *Subſtitutionem directam trahi ad fideicommiſſariam conuenit intentioni teſtatoris.*
24. *Compendioſam verbis directis factam trahi ad fidei commiſſum, de æquitate.*
25. *Teſtator poteſt mandare, vt teſtamentum non interpretetur de rigore iuris.*
26. *Compendioſa cum dictione* quandocunque, *quando trahitur ad fideicommiſſum.*
27. .. *trahitur ad fideicommiſſum propter clauſulam codicillarem.*
28. .. *item propter iuramentum.*
29. *Iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris.*
30. *Clauſula codicillaris vim habet amor liciti amoris.*
31. *Compendioſa verbis directis facta maiori, vel extraneo, ſemper trahitur ad fideicommiſſum.*
32. .. *idem ſi teſtator prohibuiſſet detractionem Trebellianica.*

SEQVITVR videre de eadem compendioſa verbis directis à pagano facta, & frequentiſſimè receptum eſt, in totũ euaneſcere, † vt firmauit Bart. *in* 1.
d. l. centurio, num. 12. *ff. de vulgari*, quem ibi ſequuntur omnes, Ripa *num.* 69. Socin. iun. *num.* 208. *verſ. duodecimo*, Alex. *num.* 70. Iaſ. *num.* 29. *&* 32. Galiaul. *num.* 262. Alciat. *num.* 40. Quam opinionem firmarunt antiqui Gloſſatores, Azo *in ſumma tituli de impuber. ſubſtit. num.* 18. Accurſ. *in l. verbis ciuilibus, in gloſſ. fin. ff. de vulgar. & in d. l. centurio in ver. duntaxat, & in l. in pupillari. ff. eod. tit. & in l. Scæuola. in verſ. obligentur, in fin. ff. ad Trebell.* Item alij antiqui, Iacob. Butrigar. *in l. ex tribus. C. de inoff. teſta.* Iacob. de Aren. Nicolaus de Neapoli, Iacob de Bellouiſu, & Guglielm. de Cun. tam *in d. l. centurio*, quàm *in d. l. precib.* Angel. *in d. l. centurio. n.* 2. Alberic. *in rubric. ff. de vulgari, num.* 92. Aretin. *in* § *extraneo, num.* 8. & *ibi* Chriſtophor. Port. poſt *num.* 25. *Inſtit. de pupill.* Alciat. *in lib.* 1. *paradox. cap.* 5. Matheſilan. *ſingulari* 139. *num.* 3. Bald. *in tractatu de compendioſa num.* 5. *&* 7. Anton. Fumeus *in eodem titulo. num.* 77. Aretin. *de ſubſtit. num.* 9. Zaſ. *in eod. tractatu. numer.* 27. Couar. *in cap. Raynutius.* §. 9. *num.* 15. Craſſ. *in* § *ſubſtitutio, quaeſt.* 71. *num.* 4. Item antiqui gloſſatores iuris Canonici, gl. *in cap.* 1. *ver. abſque deductione. de teſtam. lib.* 6. *& in cap. Raynutius. verſ. ſubſtitutionis. eod. tit.*

Hæc opinio ab omnibus fundatur per *l. verbis* † 2.
ciuilibus. ff. de vulgari, & pupill. vbi expreſsè diſponitur, quòd poſt 14. annum fruſtrà fieri conuenit, id eſt, ſine effectu; ergo ſi effectus eſt extinctus, etiam ipſa ſubſtitutio corruit. Confirmatur, quia per aditionem hæreditatis bona ſunt confuſa, & factum vnicum patrimonium adeuntis. *l. ſed ſi plures.* § *filio. ff. de vulgari. l.* 1. §. *veteres. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ergo ſi produceret effectum poſt pubertatem, tunc videretur teſtator diſponere de bonis alienis, contra text. *in Authentic. ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſatis enim eſt, quòd poſſit de bonis ſuis poſt mortem diſponere, & ſic eo tempore, quo amplius hæres non eſt, ad gloſſ. *in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtituend.* neque ſunt multiplicanda priuilegia, vt etiam poſt pubertatem directò ſubſtituere poſſit.

Reſpondetur, quòd effectus † ſubſtitutionis 3.
eſt duplex, & cùm ipſa lex loquatur de effectu directo, & dicat fruſtrà fieri conuenit, hæc verba interpretanda ſunt, id eſt, vt ſit directus, ſed non impeditur, vt ſit obliquus, & ſic per fideicommiſſum, ita reſpondet Immola, quem refert Socin. iun. *numer.* 215. illa enim lex loquitur quando ſubſtitutio facta eſt verbis ciuilibus ei, qui erat pubes, tempore teſtamenti, & ideo tunc teſtamentum valet iure fideicommiſſi, vt eſt communis opinio, de qua per Mantic. *lib.* 7. *titul.* 3. *numer.* 9. Confirmatur, quia dicit lex poſt 14. annum, qui non admittitur vt ſubſtitutus, vt

adiectus quandoque non erit, ne fiat contra voluntatem teſtatoris, &c. Sed hæc ratio non excludit ſubſtitutum, vt poſt mortem filij non poſſit ſuccedere iure fideicommiſſi. Imò tacitè videtur hoc dicere, quia eſt ſecundùm voluntatem teſtatoris: ergo fruſtrà poſt pubertatem iure directo, non autem fruſtrà per fideicommiſſum. Item reſpon-
4. detur ſecundùm Alciat. *in d. l. centurio*, † *numer.* 40. Aut pupillaris fit vſque ad certam ætatem, puta ſi pupillus mortuus fuerit infra vigeſimum quintum annum, & tunc poſt quartumdecimum non valebit iure directo, neque iure fideicommiſſi: aut eſt facta ſimpliciter ſine præfinitione temporis, & tunc infra pubertatem valebit iure directo, poſtea per fideicommiſſum. Ra-
5. tio differentiæ † eſt, nam qui facit pupillarem vltra decimumquartum annum, non poteſt videri induxiſſe fideicommiſſum, quia tunc pupillaris, quæ inducitur ad fauorem pupilli, conuerteretur in grauamen fideicommiſſi, contra *l. quod fauore. C. de legib. & l. nulla iuris ratio. ff. eodem titul.* ergo poſt pubertatem non valet iure directo, quia hoc teſtator facere non potuit, neque valebit per fideicommiſſum, quia non præſumitur filium impuberem grauare voluiſſe, niſi hoc expreſſerit. *l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulgari.* Sed quando teſtator pupillarem fecerit ſine præfinitione temporis, tunc ceſſat fauor pupilli, & conſtat de intentione teſtatoris, quòd fideicommiſſariam facere voluerit, ideo per fideicommiſſum valebit. Item Paulus Leonius *in d. titulo de compendioſa*, *numer.* 339. quem ſequitur Socin. iun. *in d. l. centurio. num.* 216. & eius doctrina paſſim à moderníoribus recipitur, firmat, quòd *in d. l. verbis*, non eſt facta compendioſa, ſed tractetur quibus verbis fiat pupillaris, nam dicitur verbis ciuilibus, id eſt, illis verbis à iuriſprudentia inuentis, quibus fit pupillaris, de quibus *in l.* 1. & 2. *ff. eodem.* ideo dicitur, fruſtrà fieri conuenit, id eſt, decimumquintum annum, deinde ſubdit, quòd iſte qui non poteſt admitti vt ſubſtitutus, neque admittitur vt adiectus, id eſt, cohæres. Nam per iſta verba pupillaris ſubſtitutionis, ſi filius meus hæres erit, & in pupillari deceſſerit, apparet, quòd totam ſuam hæreditatem ad ſubſtitutum peruenire voluerit. Sunt etiam quædam verba apta tam ad vulgarem, quàm ad pupillarē, vt ſi dixiſſet, quiſquis mihi hæres erit, vt notant Doct. *in l.* 1. *in fin. ff. eod. tit.* ideo aliud eſt, vt fiat pupillaris per verba apta ad pupillarem tantùm, & dicuntur ciuilia, & tunc fruſtrà fieri conuenit poſt decimumquintum annum: ſed quando fit compendioſa à pagano abſque aliqua expreſſione verborum pupillarium, ſed per verba compendioſæ, quæ ſunt generica ad omnes ſubſtitutiones, tunc poſt pubertatem poſſunt trahi ad fideicommiſſum.

Item pro iſta opinione inducitur text. *in l. pupillari. ff. de vulgari, & pupill.* vbi quòd omnis ſubſtitutio pupillaris finitur pubertate; ergo ſi poſt pubertatem eſt extincta, non poteſt valere iure fideicommiſſi.
6. Antecedens probatur, † quia illa lex indefinitè loquitur, ſed indefinita prolata à lege æquipollet vniuerſali. Bartol. *in l. pluribus. de legat.* 2. *& in l. ædificium. ff. de ſeruit. vrban. præd.*

Reſpondetur, quòd ibi agitur de pupillari, ſed nos loquimur de compendioſa, & ibi habetur, quòd non licet in pupillari tempus à lege ſtabilitum protende-
7. re, † vt §. 1. *Inſtitut. de pupill. & l.* 2. *ff. eodem titul.* ſed compendioſa poſt pubertatem poteſt fieri validè per fideicommiſſum. Item nos tractamus de mutandis verbis directis in fideicommiſſaria, ſed *in d. l. in pupillari*, agitur de extendendo tempore pupillaris à lege ſtabilito, quod non licet. Ad formam argumenti, quòd indefinita æquipollet vniuerſali; reſpondetur hoc argumentum † procedere in cauſa 8.
neceſſaria, gloſſ. *in cap. vt circa, in ver. aliorum, de elect. lib.* 6. & ſcripſi *in methodo probandi cap.* 4. *numer.* 9. Item immutatio verborum, de quibus in concluſione, non continetur ſub extenſione temporis pupillaris, ideo cùm non ſit cauſa neceſſaria ad illud, non æquipollet vniuerſali.

Item pro dicta opinione inducitur *l.* 1. *ff. de iure codicill.* vbi teſtamentum, quod non valet iure teſtamenti, non trahitur ad codicillos; ergo diſpoſitio, quæ non valet vt directa, non trahitur ad fideicommiſſum. Probatur conſequentia, quia in teſtamento fit inſtitutio directa, ſed in codicillis per fideicommiſſum.

Reſpondetur, quòd nos loquimur in ſubſtitutione, † ſed contrarium procedit in inſtitutione, & ra- 9.
tio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu teſtator eſt habilis ad teſtandum, ſed in ſecundo caſu non eſt habilis ad ſubſtituendum directò poſt pubertatem, & ideo licèt vſus fuerit verbis directis, non ideo dicitur voluiſſe valere iure fideicommiſſi. Eodem modo reſponderi poteſt ad *l. illud. §. tractari. ff. de iure codicill.* & ad *l. final. §. illud. C. de codicill.* & ad *l. cohæredi. § cùm filia. ff. de vulgari*, in quibus locis tractatur de inſtitutione. Item in dictis contrariis conſtabat teſtatorem teſtari, non autem codicillari voluiſſe.

Item inducitur *l. ſi ſeruus* † *legatus. §. ſi ſeruus alie-* 10.
nus. de legat. 1. vbi ſi directa libertas relinquatur ſeruo alieno, remanet in totum nulla, & illa diſpoſitio neque trahitur ad fideicommiſſum; ergo compendioſa facta per verba directa poſt pubertatem non eſt trahenda ad fideicommiſſum. Probatur conſequentia, quia cauſa libertatis eſt fauorabilis, cuius fauore multa conceduntur cōtra regulas iuris communis. *l. generaliter. § ſi quis ſeruo. ff. de fideicommiſſ. libert. l. pœnales. §. final. ff. ad leg. falcid. §. final. Inſtitut. de donat.* cum ſimilibus, & tamen ibi dicitur diſpoſitionem penitus nullam exiſtere; ergo multò magis remanebit nulla diſpoſitio, & penitus extincta, quæ non eſt ita fauorabilis. ita arguendo à fortiori *Authentic. multò magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Item ad hoc eſt text. *l. ſeruo ſuo, cum gloſſ. C. de teſtamentaria manumiſſione.* Item confirmatur; quia in diſpoſitione pro libertate teſtator præſumitur vti verbis aptis. *l. libertates. ff. de fideicomm. libert.* ergo *in d. §. ſi ſeruus alienus*, verba ad libertatem dandam, erant apta, & tamen non trahuntur ad fideicommiſſum.

Pro reſponſione Socin. iun. *in d. l. centurio*, *numer.* 219. per duas columnas laborat multum, Alexand. Galiaula affert octo, quas repetit *in d. l. precibus*. Sed omiſſis cæteris, diſtinguendum eſt: aut teſtatoris voluntas † præſumitur de mutando verba 11.
directa in obliqua: aut non præſumitur. Primo caſu procedit concluſio noſtra, ſecundo caſu procedit contrarium; quando enim teſtator dixit, quandocunque filius meus deceſſerit, ille ſit hæres, quæ ſunt verba directa, non ita dixit, quia voluerit poſt pubertatem directò ſubſtituere; ſed caſus, qui ante pubertatem euenerit, per illa verba prouiſus fuerit, & cùm non poſſit verificari poſt pubertatem, quia paganus directò non ſubſtituit, ideo præſumitur mutaſſe voluntatem, eámque aptaſſe ſecundùm variationem caſus, & temporis, ad *l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condit. & demonſtr.* Sed *in d. l. ſeruus alienus*, nulla eſt ratio,

quare

quare poſſit teſtatorem legantem ſeruum alienum per verba directa, præſumi mutaſſe voluntatem in verba obliqua, quia regula eſt, quòd ſeruo alieno libertas iure directo dari non poteſt. *d. §. ſi ſeruus alienus, & d. l. ſeruo ſuo, & §. qui autem. Inſtit. de ſingulis reb. per fideicommiſſum relictis*, quæ regula procedit etiam in ſeruo proprio, ſi libertatis datio conferatur in illud tempus, quo ſeruus proprius futurus eſt ſeruus alienus. Item ſunt aliæ coniecturæ, propter quas non poteſt præſumi libertatem iure fideicommiſſi valere voluiſſe, quia *in d.*
12. *§. ſi ſeruus alienus*, † verba teſtatoris vnum tantùm tempus, ſiue vnum tantùm caſum reſpiciebant, cuius reſpectu teſtator præſumitur ſolùm directam voluiſſe relinquere libertatem. Sed in caſu noſtro verba poterant comprehendere vtrumque tempus, & vtrumque caſum, ideo extenduntur de vno tempore ad alterum. Item ibi teſtator diſponebat de re aliena, in hoc caſu de propriis. Item ibi de re particulari, in hoc caſu de tota hæreditate, quæ tota ſimul corrueret, niſi verba traherentur ad fideicommiſſum. Item quòd iſtæ coniecturæ ſint ſufficientes ad probandum quòd teſtator non intendebat libertatem dare per fideicommiſſum, probatur per *l. libertates. ff. de fideicommiſſ. libert.* Vbi vt libertas intelligatur data ſeruo alieno per fideicommiſſum, debet expreſsè con-
13. ſtare de verbis † fideicommiſſi; ſed *in d. §. ſi ſeruus alienus*, non conſtat expreſsè teſtatorem voluiſſe libertatem relinquere per fideicommiſſum, & regula eſt in contrarium, ideo dicta verba non poterant trahi ad fideicommiſſariam libertatem, neque obſtat text. *l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ff. de fi-*
14. *deicommiſſ. libert.* vbi propter fauorem † libertatis, quæ data eſt per verba directa, poteſt valere iure fideicommiſſi. Quia ibi non fuerat relicta libertas ſeruo alieno, ſed ſuo proprio, pignori dato, qui adhuc remanet ſub dominio pignorantis. *l. reſcriptum. ff. de diſtract. pignor. l. quis ſit fugitiuus. §. pignore. ff. de ædilit. edict. l. cùm & ſortis. §. pignus. ff. de pignorat. action. l. pignus. C. eodem titul.* & ipſe text. *d. §. ſi quis ſeruo*, expreſsè dicit, quòd cùm ipſe ſeruus remaneat in dominio pignorantis, iuſta poteſt relinqui libertas; & ſi dicatur *in d. §. ſi quis ſeruo*, eſſe caſum ſpecialem, dico hoc eſſe ad temperandum rigorem regulæ, quæ habet, quòd ſeruo alieno directa libertas relinqui non poteſt, limitatur, vt *ibi*, in ſeruo pignori dato, propter fauorem libertatis.

15. Contrariam igitur opinionem, † ſcilicet, quòd in caſu propoſito poſt pubertatem valeat iure fideicommiſſi, tenet Accurſ. ſibi contrarius, *in §. final. Inſtitut. de pupill. ſubſtit.* Ioan. Andr. *in cap. ſi pater. de teſtament. lib. 6.* Bald. *in l. ex tribus vnciis. numer. 4. C. de inoffic. teſtament.* Angel. *in l. 1. in princip. ff. de hæredib. inſtituend.* Alexand. *in d. l. centurio. numer. 66.* Socin. iun. *numer. 224.* Galiaul. *numer. 287.* Item *in l. precibus.* Dec. *numer. 17. in princip.* Cagnol. *numer. 190.* Et hæc eſt magis communis opinio inter Canoniſtas, vt atteſtatur Anton. de Butr. *in cap. Raynutius. numer. 42. de teſtament.* & *ibi* Abbas, & cæteri. Item eandem ſequuti fuere omnes ſcribentes tractantes de ſubſtitutionibus. Paul. Leon. *in titul. de compendioſa numer. 307.* Polit. *numer. 25.* Zaſius *numer. 7.* & ita fuiſſe iudicatum Florentiæ, atteſtatur Anton. de Butr. *in d. cap. Raynutius*, & Socin. iun. *in d. l. centurio. numer. 208. verſ. & iſta opinio obſeruatur*, alios conſulentes refert ad hoc probandum Mantica *in d. titul. 3. lib. 7.* Oddus *de compendioſa, part. 5. articul. 1.* per totum. Vaſquius *de ſucceſſ. §. 18. numer. 107.* Gomez *in lib. 1. var. reſolut. cap. 7. numer. 4. verſ. ſed his non obſtantibus.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſtion. 71. articul. 4.* Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 55. numer. 7. verſ. retinenda eſt.* Alexand. Trentacinq. *de ſubſtitut. part. 4. cap. 9.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul. 34. numer. 71. & ſeq.* qui omnes atteſtantur hanc opinionem eſſe magis communem, item æquiorem, item in conſulendo, atque iudicando eſſe amplectendam.

Pro hac opinione inducitur *l. Sceuola.* † *ff. ad* 16.
Trebellian. hoc modo, quemadmodum pagano eſt prohibitum poſt pubertatem directò ſubſtituere, ſed ſolùm per fideicommiſſum. *§. final. Inſtitut. de pupill. ſubſtitut.* ita pariter in codicillis eſt prohibitum directò ſubſtituere. *§. pen. Inſtit. de codicill. l. 2. C. de codicill.* Sed ſi teſtator directò in codicillis diſponat, cùm non poſſit ſuſtineri iure directo, ideo valebit iure fideicommiſſi. *d. l. Sceuola*; ergo ita quando poſt pubertatem directò ſubſtituit, quod non poterat, debet trahi ad fideicommiſſum, neque vlla diuerſitatis ratio aſſignari poteſt. Item quia aſſignatur ratio conuenientiæ, quare in vtroque caſu permiſſum ſit pagano, vt trahatur ad fideicommiſſum, nam *in l. quoniam indignum. C. de teſtament.* dicit Imperator indignum eſſe, vt ob inanem verborum obſeruantiam irrita fiant teſtamenta, & iudicia mortuorum, propterea ibi concludit, non eſſe faciendam differentiam, quibus verbis facta fuerint, an directis, vel obliquis, ſed quocunque verborum genere facta valeant. Tunc ſic, ratio *d. l. quoniam indignum*, ineſt *in d. l. Sceuola*, vt teſtatoris voluntas, quæ iure directo valere non poteſt, valeat iure fideicommiſſi, & hæc ratio locum habet etiam in ſubſtitutione facta per verba directa, vt poſt pubertatem valeat iure fideicommiſſi, & per *d. l. quoniam indignum*, non auferatur differentia verborum directorum à non directis, quia aliud eſt dicere, vt verba directa habeant effectum directum, & obliqua obliquum: aliud eſt dicere, quòd ſi verba directa non poſſunt habere effectum directum, quòd tunc, vt voluntas teſtatoris conſeruetur, valeant, & effectum habeant iure obliquo, & ſic eſt cauſa fideicommiſſi, & hoc diſponit *d. l. quoniam indignum.* Nec valet apponere differentiam inter iſtos caſus, ex eo, quia *in d. l. Sceuola*, facta fuit ſubſtitutio per verbum *ſubſtituo*, quod eſt commune, quia ibi hoc verbum non profertur à teſtatore, ſed à Iuriſconſulto, & ſicut *in d. l. centurio*, certi ſumus quòd ſubſtitutio facta eſt per verba directa, & tamen adeſt etiam verbum *ſubſtituo*, quod à Iuriſconſulto probatum eſt, ita dicendum eſt in caſu *d. l. Sceuola.* ita etiam *in cap. Raynutius. de teſtament.* vbi verbum *ſuccederent*, profertur à Papa: ſed communis opinio eſt, quòd eo loci ſubſtitutio per verba directa, neque valet apponere differentiam inter eoſdem caſus, ex eo, quia aliud eſt, an teſtator poſſit ſubſtituere poſt pubertatem, & hic eſt defectus potentiæ, & ſubſtantiæ: aliud eſt, an teſtator poſſit in codicillis relinquere hæreditatem, & hic eſt defectus in accidenti, & probatur, quia ſi *in d. l. Sceuola*, teſtator ſubſtituiſſet in teſtamẽto, potuiſſet directò ſubſtituere illi impuberi; ſed in caſu quæſtionis propoſitæ neque in teſtamẽto, neq; in codicillis potuiſſet ſubſtituere poſt pubertatem: nam reſpõdeo, quòd iſtæ duæ cauſæ impedientes ſunt diuerſæ, aut circa diuerſos effectus, tamẽ ſemper effectus idem, puta, quia directa ſubſtitutio fieri non poteſt, ſiue quia in codicillis facta eſt, ſiue quia poſt puberta-

17. pubertatem, † Non enim magis eſt pagano prohibitum directò ſubſtituere poſt pubertatem, quàm in codicillis hæreditatem directò dare; ergo ſicut in vno caſu valere per fideicommiſſum diſponitur, *d. l. Scæuola*, eodem modo in quæſtione propoſita dicendum eſt, propter rationem *d. l. quoniam indignum*.

Item pro hac opinione communiter inducitur *d. cap. Raynutius. de teſtament.* vbi, ſi impubes inſtituta abſque liberis deceſſerit, Alterocha, & eius ſoboles eidem impuberi ſuccedant, & poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi. Nec valet dicere, quòd verbum *ſuccedat* eſt commune, tum quia, vt dictum eſt, à Papa narrante profertur, tum
18. quia eſt vnitum cum verbo *impuberi*, † cui non niſi per directam ſubſtitutionem ſuccedi poteſt. Bald. *in l. final. §. idem dico. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in conſil.* 12. *volum.* 2. Fulgoſ. *in conſil.* 25. Barbatia *in conſil.* 32. *volum.* 2. Aretin. *in §. extraneo. Inſtit. de pupillari ſubſtit.* Et ex iſtis duobus iuribus probatur expreſsè, hanc opinionem eſſe veriorem, & amplectendam.

Allegant etiam communiter ſcribentes, *l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. de legat.* 1. *& l. ex facto. ff. ad Trebellian.* Vbi verba directa, *hæres eſto*, vel *hæredem facio*, ſi non poſſunt verificari in diſpoſitione directa, verificantur in fideicommiſſaria. Alexand. reſpondet, quòd ibi eſt verbum *rogo*, quod importat fideicommiſſum. Leonius *in d. titul. de compendioſa, num.* 311. impugnat, quia illa verba *hæres eſto*, ſunt verba ſubſtitutionis, quæ cùm effectum ſuum in ſenſu directo operari non valent, ideo trahuntur ad fideicommiſſum, & interpretantur à verbo *quandocunque*. Sed in dictis legibus verba directa dicta fuere inſtituto, dicendo, rogo te, vt hæredem inſtituas, quo caſu idem operantur, ac ſi dictum fuiſſet, rogo te, vt hæreditatē reſtituas, & iſta eſt cōmunis opinio.

Item inducitur, quòd ſubſtitutio fideicommiſſa-
19. ria † comprehenditur ſub verbis ſubſtitutionis directæ; ergo poſt pubertatem valebit iure fideicommiſſi, quia verba ſunt improprianda, vt aliquid operentur, Anchar. *in conſil.* 74. *verſ. ſed certè. & in conſil.* 96. *ver. in contrarium, & in conſil.* 138. *& in conſil.* 219. *verſ. his non obſtantibus*, vbi probat, quòd ver-
20. ba † etiam ad ſenſum extraneum trahenda ſunt, vbi alter ſenſus eſſe non poteſt, *& in conſil.* 81. *numer.* 6. *& ſeq.* Oldrad. *in conſil.* 67. & per hanc rationem Bald. *in conſil.* 41. *volum.* 1. probat, quòd ſubſtitutio verbis directis facta, trahatur ad fideicommiſſum. Antecedens probatur, quia fideicommiſſa-
21. rius † quodammodo eſt hæres. *l. ſi filiusfamilias. §. 1. ff. quod cum eo.* & appellatur hæres. *l.* 1. *C. quando, & quib. quarta pars debeatur, lib.* 10. ideo quando teſtator dicit, quandocumque filius meus deceſſerit, Titius ſit hæres, etiam de hærede fideicommiſſario intelligi poteſt, cùm propria hæredis ſignificatio locum habere non poſſit. Item quia in vltimis voluntatibus latior fit interpretatio. *l. in teſtamentis. ff. de regul. iur.* ergo fideicommiſſarius, qui eſt hæres largo modo, comprehenditur ſub dicta ſubſtitutione, per verba directa facta, quando totum corrueret. Præterea, aut volumus ponderare verba inſtitutionis, ſcilicet, quandocumque deceſſerit, aut verba ſubſtitutionis, ſcilicet, Titius ſit hæres. Primo caſu poſſunt verba verificari etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutione poſt pubertatem, quia poſt pubertatem fideicommiſſariam facere poteſt, non autem directam. *§. final. Inſtitut. de pupill.* nam ex poteſtate metimur
22. voluntatem, † & præſumitur teſtatorem illam viam elegiſſe, quam de iure poteſt. *l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verbor. obligat. l. quoties idem ſermo. ff. de regul. iur. l. ſi miles qui deſtinauerat. ff. de milit. teſtament.* Secundo caſu, ponderando verba ſubſtitutionis, *hæres eſto*, & iſta terminantur à dictione *quandocumque*, & ita poſſunt verificari poſt pubertatem; ergo ab eo aduerbio regulanda ſunt, à quo dependent. Pro hac etiam opinione facit, quia vulgarem comprehendi ſub pupillari, & è contra, procedit ex præſumpta mente teſtantis, qui ſi ita interrogatus fuiſſet, pariter ita reſpondiſſet, & hæc eſt ratio communiter à ſcribentibus tradita *in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill.* Sed verba vulgaris repugnant verbis pupillaris, & econtra; ergo multò magis idem dicendum eſt, vbi verba conueniunt, quia etiam fideicommiſſarius dicitur hæres, vt probatum eſt.

Quare iſta vltima opinio videtur magis congrua intentioni teſtatoris, & ſummopere cauendum eſt, ne dum † nimia verborum ſubtilitate vtimur, iudicia teſtantium defraudentur, *l. ſi quis hæredem, in fin. C. de inſtit. & ſubſtitut.* Sed ſi dicimus talem ſubſtitutionem directam non trahi ad fideicommiſſariam poſt pubertatem, tunc magis conſiderarentur verba, quàm ſenſus & voluntas, quæ fuit ſubſtitutum debere admitti quandocunque deceſſerit inſtitutus. 23.

Denique hæc vltima opinio confirmari poteſt, quoniam Doctores etiam communiter firmarunt, illam primam opinionem contrariam non procedere de æquitate, propter quam ſubſtitutio † facta verbis directis trahitur ad fideicommiſſariam. Dec. *in d. l. precibus, numer.* 17. *verſ. & prædicta opinio,* & *ibi* Sebaſtian. Sapia *numer.* 72. Cagnol. *numer.* 204. Ripa *in d. l. centurio, numer.* 77. Socin. iun. *numer.* 204. Idem ſi teſtator mandaſſet eius teſtamentum non eſſe interpretandum † de iuris ſubtilitate, Ripa *in d. l. centurio, numer.* 87. Bolognett. *numer.* 165. *verſ. limitatur*, Oddus *de compendioſa parte* 4. *numer.* 141. *verſ. limitatur* 17. Item Doctores firmarunt, illam opinionem contrariam non procedere, quando ſubſtitutio compendioſa facta eſſet per dictionem *quandocunque*, nam tunc poſt pubertatem non expiraret, ſed valeret iure fideicommiſſi, Angel. *in l. in pupillari, & in d. l. centurio, & in d. l. precibus,* & *ibi* Alexand. *numer.* 6. Ripa *in d. l. centurio, numer.* 74. Galiaul. *numer.* 296. Et licèt multi in hoc teneant contrarium, tamen quando ſimul cum dictione *quandocunque*, † addita eſt dictio *mihi*, vt dicendo, quandocunque decederet Caius, mihi hæres eſto, tunc poſt pubertatem trahitur ad fideicommiſſariam. Bald. *in d. l. precibus. numer.* 35. Caſtrenſ. *numer.* 15. Cagnol. *numer.* 211. qui atteſtatur eſſe communem opinionem, Lanfranc. de Oriano *in d. l. centurio, numer.* 20. Ripa *numer.* 37. licèt iſta communis habeat magnam difficultatem, propter text. *l. ſi ita ſcriptum. §. quod filio. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul.* vbi verbum *mihi*, non alterat naturam ſubſtitutionis, & ſicuti ibi non alterat in pupillari; ergo nec in compendioſa alterare debet, cùm compendioſa ex ſui natura contineat pupillarem, & fideicommiſſariam: niſi dicamus, quòd in d. §. *quod filio*, loquitur de expreſſa pupillari, vel vulgari, quæ non continent fideicommiſſariam: ſed in hoc caſu loquimur de compendioſa, quæ etiam fideicommiſſariam ex ſui natura continet, in qua ſi teſtator voluit vt quandocumque inſtitutus decederet, ſubſtitutus admittatur, etiam poſt puber- 24. 25. 26.

pubertatem, & ſic omnia tempora comprehendit,
omnis difficultas ceſſare debet, cùm declarauit, vt
ſibi teſtatori ſuccedatur, quia per fideicommiſſa-
riam ſucceditur teſtatori. *l. cohæredi. §. cum filia. ff.*
de vulgari. Item limitatur illa prima opinio, quan-
27. do in teſtamento eſſet appoſita clauſula † codi-
cillaris, quia tunc compendioſa verbis directis
facta, trahitur ad fideicommiſſariam, Bartol. *in*
l. 1. numer. 21. ff. de iure codicill. Bald. *in l. verbis*
ciuilibus, numer. 2. ff. de vulgari, & *ibi* Angel. *nu-*
mer. 1. in fin. Immol. *numer. 3.* Paul. de Caſtr. *nu-*
mer. 3. Alexand. *numer. 2.* Iaſ. *numer. 13.* & alij lon-
ga ſerie relati à Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 55. nu-*
mer. 12. & præſumpt. 69. numer. 74. & ſeq. Peregrin.
de fideicommiſſ. articul. 34. numer. 69. Alexand. Tren-
tacinq. *de ſubſtitut. part. 4. cap. 5. numer. 7.* Craſſ. *in*
§. ſubſtitutio. quæſtion. 71. numer. 6. vbi probat eſſe
communem opinionem. Idem ſi teſtator in teſta-
28. mento † iurauerit, quia tunc compendioſa per
verba directa trahitur ad fideicommiſſum, Bald.
in d. l. precibus, numer. 11. & *ibi* Cagnol. *num. 199.*
Oddus *de compendioſa parte 5. quæſtion. 3. titul. de*
compendioſa à pagano facta. articul. 11. numer. 46. Et
licèt Menoch. *in d. præſumpt. 55. numer. 21. lib. 4.*
contradicat, dicens ſe non poſſe cognoſcere quo-
modo iuramentum ſiue à teſtatore, ſiue ab hære-
de præſtitum poſſit operari hunc effectum: tamen
29. reſpondetur quòd iuramentum † habet vim d. clau-
ſulæ codicillaris, vt probat Seraphin. *de iurament.*
priuileg. 97. Idem ſi teſtator appoſuiſſet clauſulam
omni meliori modo, quæ habet effectum clauſulæ
codicillaris, vt plenè ſcripſi *in tractat. de clauſu*
lis parte 1. clauſul. 84. Et quòd propter d. clau-
ſulam ſubſtitutio verbis directis facta poſſit obli-
quari, firmarunt Ripa *in d. l. centurio, numer. 87.*
Galiaul. *numer. 270.* Benedict. *in cap. Raynutius. in*
verſ. ſi abſque liberis in 2. numer. 36. Durant. *de ar-*
te teſtandi titul. 5. cautela 9. Oddus *de compedioſ.*
part. 9. verſ. limitatur 14. Aquilin. *in l. centurio, in*
4. part. numer. 65. Bolognet. *numer. 165. verſ. ſe-*
ptimò limitatur. Et quia in teſtamento inter liberos
ſemper cenſetur appoſita clauſula codicillaris, gloſſ.
in l. final. verſ. valuit. C. famil. erciſcund. gloſſ. *in d.*
l. cohæredi. §. cum filio. in verſ. non valuit. ff. de vulga-
ri. & *ibi* Iaſ. atteſtatur de communi, & alij plu-
rimi ad hoc relati per Surd. *in conſil. 232. numer.*
14. & in conſil. 258. numer. 5. & 28. volum. 2. &
plures alij relati per Turretum *in tractatu de clau-*
ſulis quæſtion. 145. & per Roman. *in l. ſi verò. §. de*
viro, in 26. fallentia. ff. ſolut. matrim. vbi quòd ar-
30. dor † liciti amoris habet effectum clauſulæ codi-
cillaris. Iaſ. *in l. eam quam. colum. 2. C. de fideicom-*
miſſ. Felin. *in cap. 1. circa finem, de teſtibus*, & alij
plures adhuc relati per Vaſquium *de ſucceſſ. creat.*
lib. 3. §. 21. numer. 160. ergo ſemper inter liberos
ſubſtitutio verbis directis facta, trahitur ad fidei-
commiſſum. Iaſ. *in d. l. verbis ciuilibus, numer. 15.*
& in d. l. precibus, numer. 11. ad fin. Galiaul. *in d. l.*
centurio, numer. 295. Rip. *numer. 86.* Seyſell *nu-*
mer. 26. Bolognet. *numer. 165. verſ. decimo limitatur.*
Item propter eandem rationem ſi perſona valdè
dilecta ſubſtituta eſſet; tunc compendioſa verbis
directis facta trahitur ad fideicommiſſum poſt pu-
bertatem. Caccialup. *in d. l. precibus, num. 57.* &
ibi Dec. *numer. 17. verſ. iſta opinio*, Curt. iun. *nu-*
mer. 56. Sapia *numer. 69.* Cagnol. *numer. 205.* Ga-
liaul. *in d. l. centurio, num. 291.* & eſſe communem
opinionem probat Menoch. *in d. præſumpt. 55. nu-*
mer. 16. lib. 4. Item limitarunt illam primam opi-
nionem non procedere, quando ſubſtitutio facta

fuiſſet maiori, † vel extraneo, quia tunc cùm non 31.
poſſit valere iure directo, ſemper valebit iure fidei-
commiſſi. Bartol. *in d. l. verbis ciuilibus, numer. 2.* &
ibi Bald. *numer. 3.* Aretin. *numer. 4.* Paul. de Caſtr.
numer. 7. Idem ſi teſtator prohibuiſſet detractio-
nem Trebellianicæ, † nam tunc compendioſa ver- 32.
bis directis facta, trahitur ad fideicommiſſum, quia
teſtator prohibendo Trebellianicam, de fideicom-
miſſo cogitaſſe dicitur, ita probat Menoch. *in d. præ-*
ſumpt. 55. num. 28. lib. 4.

Quæ à nobis ita plenè adducta fuere, vt oſtendamus, etiam ſi primam opinionem teneremus, ad nihilum illam reduci, propter tot limitationes, quæ communiter à Doctoribus receptæ fuere. Ego nunquam diſcedam à ſecunda, tum quia voluntati teſtatoris magis conuenit, tum etiam, quia de æquitate procedit.

ARTICVLVS IV.

An ſubſtitutio compendioſa facta à pagano per verba obliqua, ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel aliquando poſſit valere vt vulgaris, aut pupillaris.

SVMMARIA.

1. *Compendioſa facta à pagano per verba obliqua, ſemper eſt fideicommiſſaria.*
2. *Verba obliqua quæ ſint.*
3. *Compendioſa facta per verba obliqua à pagano an contineat vulgarem.*
4. *Verbum obliquum, quando poſſit fieri directum.*
5. *Verbum* reſtituas, *non poteſt referri ad ſubſtitutionem vulgarem.*
6. *Reſtitutio quando principaliter non eſt ordinata ad acquirendum, non importat aditionem.*
7. *Compendioſa per quæ verba poſſit importare vulgarẽ.*
8. *Clauſula* vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, *quas ſubſtitutiones importet.*
9. *Compendioſa facta à pagano per verba obliqua an importet pupillarem.*
10. *Verbum* reſtituat, *non poteſt conuenire ſubſtitutioni pupillari.*
11. *Verbum* reſtituo, *quando ſit directum.*
12. *Compendioſa quando habeat vim papillaris, matre exiſtente in medio.*
13. *Verba obliqua, quando poſſint eſſe directa.*
14. *Diſpoſitio ſi non eſt integraliter explicata, aliquod verbum ſubaudiendum eſt.*
15. *Voluntas non expreſſa aliquando habetur pro expreſſa, ad fideicommiſſum inducendum.*
16. *Executores quando habentur loco hæredum.*
17. *.. & poſſunt conueniri actione ex teſtamento.*
18. *Grauatus alteri dare videtur priùs honoratus.*
19. *Verbum* accipiant, *quando faciat ſubſtitutionem directam.*
20. *Verba* dentur, & diſtribuantur, *ſunt obliqua, & non faciunt directam.*
21. *Verbum directum ſubauditum inter obliqua, eſt obliquum.*
22. *Contrietas eſt euitanda etiam per ſubauditam interpretationem.*
23. *Verba ſubaudita non poſſunt operari pluſquam expreſſa.*
24. *Obligatio Cameralis non poteſt habere executionem in non expreſſis.*
25. *Pia cauſa non dicitur priuilegiata contra expreſſas regulas iuris communis.*

26. *Piæ cauſæ non eſt fauendum per verba ſubintellecta.*
27. *Interpretatio quando facienda ſit contra piam cauſam, in vltimis voluntatibus.*
28. *Executores in quibus ſint æquiparati hæredibus.*
29. *Clauſulæ in exequutiuis non alterant diſpoſitionem.*
30. *Perſona ſola capientis, non autem intermedia, conſideranda eſt.*
31. *In ſubſtitutionibus is qui dicit caſum comprehenſum, probare debet.*
32. *Verbum* accipiant, *an repugnet naturæ fideicommiſſi.*
33. *Executores ſunt miniſtri hæredum, non autem pauperum quibus diſtribuendum eſt.*
34. *Verbum obliquum non trahitur ad directum, propter mentionem pupillaris ætatis.*
35. *Compendioſa an valeat iure fideicommiſſi, quando bona ſunt diſtribuenda pauperibus, & numer.* 46.
36. *Verbum* detur, *eſt obliquum.*
37. *Executor ad pias cauſas cenſetur datus à lege.*
38. *Epiſcopus eſt executor ad pias cauſas, etiam ſi teſtator prohibuiſſet.*
39. *Voluntas permiſſiua, & voluntas vocatiua quæ ſint, & quando differant.*

NVNC de compendioſa facta verbis obliquis, quam eſſe omni tempore fi-
1. deicommiſſariam, † probat Bartol. *in l. centurio, numer.* 52. *ff. de vulgari,* Ripa *numer.* 101. Galiaul. *numer.* 349. Socin. iun. *numer.* 142. Cephal. *numer.* 774. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 58. *numer.* 6. Mantic. *lib.* 7. *titul.* 3. *numer.* 10. *verſ. porrò.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 34 *num.* 11. *& numer.* 63. *& ſeq.* omnes mouentur per text. *l. co-*
2. *hæredi. §. cùm filio. ff. de vulgari.* Verba † autem obliqua ſunt, *Rogo, volo, mando, fideicommitto,* vt *in §. final. Inſtitut. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict.* Item verba, *volo dari. l. fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. legat.* item, *grauo vt reſtituas. d. §. cum filio,* dummodo huiuſmodi verba habeant reſpectum ad hæredem grauatum, quia ſi habent reſpectum ad teſtatorem, vt ſi dixerit, quandocunque deceſſerit, reſtituo, vel do, tunc ſunt verba directa, Bald. *in l. humanitatis. col.* 11. *C. de impuber. ſubſtit.*

Iſte articulus vt pleniùs exaretur, duo capita explicanda ſunt, primum an alias directas continere poſſit, ſecundum quando teſtator iuſſit, vt bona inter pauperes diſtribuantur.

3. In primo capite primus caſus eſt, compendioſa † verbis obliquis facta, non continet ſubſtitutionem vulgarem, Bartol. *in d. l. centurio. num.* 32. Ripa *numer.* 101. Galiaul. *num.* 421. per text. *l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellian.* vbi quòd hæres cogitur adire hæreditatem, ne moriendo decipiat fideicommiſſarium; ergo non continetur vulgaris, quia hærede repudiante, ſuccederet ex vulgari, & ſequitur Iaſ. *in l.* 1. *in* 3. *effectu. ff. de vulgari.* Corn. *in conſil.* 199. *numer.* 13. *volum.* 2. Socin. *in conſil.* 180. *numer.* 72. *volum.* 2. Crauett. *in conſil.* 210. *num.* 2. & ad hoc ſunt contextus *l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellian. l. eam quam. C. de fideicommiſſ. §. ſed quia. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat. l. ſi nemo. ff. de regul. iur.* quia remedium cogendi hæredem ſcriptum, atque reſtituendi, aliàs non fuiſſet neceſſarium, cùm eo repudiante adiri potuiſſet.

Contrariam opinionem tenet Dec. *in d. l. precibus, num.* 16. *C. de impuber. ſubſtit.* quia compendioſa formatur per dictionem *quandocunque*, quæ continet omnia tempora; ergo & tempus ante aditam hæreditatem, aliàs illa dictio eſſet ſuperflua, contra *l. ſi quando. de legat.* 1. Item quia etiam tenentes opinionem Bartoli firmarunt propter dictionem *quandocunque* contineri pupillarem, vt dicant in ſequenti caſu, per quam denotatur enixa voluntas teſtatoris; ergo eodem modo debet contineri vulgaris. Item
quia verbum † obliquum ex teſtatoris voluntate, 4.
poteſt fieri directū, *l. quærebatur. ff. de teſtam. milit.* vbi Bartol. hoc notauit, per regulam *l. quoniam. indignum. C. de teſtament.* & ſequitur Bald. & Angel. *in d. l. quærebatur*, Socin. ſen. *in l.* 1. *numer.* 16. *ff. de inoffic. teſtament.* Socin. iun. *in l. centurio, numer.* 242. *& numer.* 312. Bald. *in l. humanitatis, numer.* 53. *C. de impuber. ſubſtitut.* vbi dicit ſubſtitutionem directam poſſe fieri per verba obliqua, ſi teſtator dixerit, ſi filius deceſſerit in ætate pupillari, vel in furore, ego reſtituo hæreditatem Titio, nam directa eſt, quia teſtator manu ſua confert hæreditatem Titio. Item quia ſi teſtator, nullo hærede ſcripto, dixerit, relinquo meum fideicommiſſarium Titium, tunc Titius erit hæres directus. gloſſ. Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. quamuis. ff. de iudic.* ergo verba directa poſſunt fieri obliqua ſecundùm voluntatem teſtatoris.

Et tenendo hanc opinionem, non obſtat *d. §. ſi teſtamento*, cum aliis allegatis, quia loquuntur de forma ſimplicis fideicommiſſi, ſed nos loquimur de compendioſa, quæ continet plura tempora, & ſubſtitutiones variis temporibus conuenientes; ergo verbum *reſtituas*, importabit, vt ante aditam improprietur, & ſubſtitutionem directam faciat vulgarem, quæ voluntas præſumitur ex coniectura dictionis *quandocunque*, vt meritò alteretur in ſubſtitutionem directam, per *d. l. quærebatur.*

Sed defendendo Bartol. reſponderi poteſt ad regulam *d. l. quærebatur*, quòd non ſufficit ſola voluntas præſumpta, vt verba obliqua trahantur ad directa, ſed oportet, quòd concurrat cauſa fauorabilis, videlicet libertatis, & quòd teſtator non potuerit aliter prouidere in illo caſu, vt ibi habetur. Item quòd opinio Bart. ſit vera, probat Ripa, quia non ſufficit verbum diſtributiuum temporis continens varia tempora, ſed requiritur habilitas verborum, & mens multùm clara; ſed verbum *reſti-*
tuas † non poteſt ad vulgarem adaptari, quia il- 5.
le, qui non adit, non poteſt reſtituere, *l. cogi. ff. ad Trebellian.* ergo verbum *reſtituas*, non poteſt continere vulgarem, quia tunc contineret repugnantiam: niſi dicamus, quòd hæres reſtituendo d. hæreditatem in neceſſariū antecedens, videtur adire, & priùs acquirere dicta iura, ſaltem ordine intellectus, alioqui reſtitutio nihil continuiſſet, vt probat Ruin. *in conſil.* 170. *col.* 2. *vol.* 1. Sed Rota *deciſ.* 47. *part.* 1. *in Nouiſſim.* firmauit contrarium, quia reſtitutio videatur priùs acquirere, tamen quia reſtitu-
tio † non eſt principaliter ordinata ad adeundum, 6.
ſed potiùs ad reſtituendum, illa acquiſitio momentanea non eſt habenda in conſideratione, Socin. *in conſil.* 53. *volum.* 4.

Declaratur opinio Bartol. vt non procedat, quando conſtaret de intentione teſtatoris, vt quia feciſſet
compendioſam cum expreſſa † mentione vulgaris, 7.
videlicet, quandocunque hæres non erit, vel erit, & poſtea morietur, reſtituat hæreditatem Titio, tunc enim compendioſa per verba obliqua continet vulgarem, Bald. *in l. humanitatis, numer.* 53. *C. de*

de impub. ſubſtit. Socin. ſen. in conſil. 116. numer. 24.
volum. 1. Menoch. in d. præſumpt. 58. numer. 5. lib.
8. 4. Idem ſi appoſuerit clauſulam, vulgariter, † pu-
pillariter, & per fideicommiſſum, per quam quælibet
ſubſtitutio expreſſa, & ſpecialis, iuxta caſuum con-
tingentiam inducta cenſetur, Bartol. in d. l. centurio.
num. 32. Bald. in l. ſi pater, num. 1. C. de fideicommiſſ.
Dec. in d. l. precibus, numer. 20. Guido Pap. deciſion.
553. & alia quæ ſcripſi in tract. de clauſulis parte 3.
cap. 95.

9. Secundus caſus eſt, compendioſa † facta à paga-
no per verba obliqua, non continet pupillarē. Bar-
tol. in l. centurio, num. 20. & ſequuntur communiter
omnes, Socin. iun. ibi num. 242. Rip. num. 101. Bo-
logn. num. 186. Galiaul. num. 349. Vt ſi teſtator di-
xerit, quandocumque in pupillari ætate, vel poſtea
deceſſerit, reſtituat, &c. adhuc non dicitur pupilla-
ris, ſed fideicommiſſaria. d. l. cohæredi. §. cum filio. ff. de
vulgari. l. credēdum. §. ſi verò maritus. ff. qui pet. tut. Ra-
tio autem, cur ſi exprimatur vulgaris, poteſt habere
effectū ipſius, vt dixi in præcedēti caſu in fine; ſi ve-
rò exprimatur pupillaris, non poteſt, aſſignatur à
Doctoribus, quia impoſſibile eſt, quòd verbum re-
10. ſtituat adaptetur † pupillari, cùm per illud verbum
teſtator velit ſibi ſuccedi, non autem filio, d. §. cum
filio; ſed per pupillarem ſuccedit ipſi pupillo. l. ſed
ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulgari. Sed in vulga-
ri ita ſuccedit teſtatori, ſicut per fideicommiſ-
ſum, propterea ſi teſtator dixerit poſt mortem filij
11. mei, ego reſtituo hæreditatem Titio, tunc verbum †
reſtituo eſt directum, Bald. in d. l. humanitatis, numer.
53. & Rip. num. 101. & tunc ſubſtitutio poteſt eſſe
directa.

Declaratur iſte caſus. Nam ſi teſtator dixerit,
quandocumque filius meus ſine liberis deceſſerit,
bona mea vendantur, & pretium diſtribuatur inter
pauperes Chriſti per fideicommiſſarios meos, hoc
caſu, dicit Bartol. vltra verba obliqua oportet
ſupplere aliquod verbum directum non ciuile, &
12. ideo tunc valebit in vim pupillaris, † etiam matre
exiſtente in medio, & ita diſtribuentur inter pau-
peres bona patris, & filij, excluſa matre. Hanc opi-
nionem tenet etiam Bartol. in l. fundi Trebelliani. ff. de
vſufruct. legat. & ſequuntur, in d. l. centurio, Alex. nu-
mer. 78. Angel. numer. 6. Anton. num. 8. & Iaſ. num.
38. Galiaul. numer. 352. Seiſell num. 38. & eſt com-
munis opinio, vt atteſtatur Oddus de compendio-
ſa, numer. 20. Et ratio eſt, quia licèt verba expreſ-
13. ſa ſint obliqua, tamen mentaliter ſunt directa, †
quia in neceſſarium antecedens implicantur ver-
ba directa naturalia. l. alio, & ibi gloſſ. ff. de ali-
ment. & cibar. legat. l. denique. §. interdum. ff. de pe-
cul. legat. §. ſi quis autem pro redemptione. in Authent.
de Eccleſiaſt. titul. & tunc erit ſenſus, ſi filius meus
moriatur quandocumque, tales fideicommiſſarij
accipiant, & capiant bona mea, atque vendant, &
pretium diſtribuant inter pauperes Chriſti, ita
quòd reſpectu pauperum ſunt obliqua, ſed reſpe-
ctu ipſorum capientium ſunt directa, & ita infra
tempora pubertatis valebunt iure directo, quia ipſi
fideicommiſſarij ſunt loco hæredum, nullo alio
dato hærede. cap. ſi pater. de teſtament. lib. 6. cap. Ray-
nutius. eod. tit. vbi verbum accipiat, relatum ad v-
niuerſitatem bonorum, trahitur ad directam pupil-
larem, & not. in l. his verbis. ff. de hæred. inſtit.

14. Confirmatur, quia quando verba † diſpoſi-
tionis non ſunt integraliter explicita, ſemper ad
ipſam perficiendam ſubaudiendum eſt aliquod ver-
bum, aut aliqua alia vox, ad l. ſi in teſtamento. de
legat. 1. l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa. de legat. 2. &
per gloſſ. Bartol. & Doctor. ibi & cùm text. ibi di-
cat, exemplo inſtitutionis, & legatorum, infertur,
quòd regula procedit in omnibus, ſi ad exemplum
inſtitutionis, & legatorum hoc conſtitutum fuit, l.
cùm pater. §. cùm imperfecta. de legat. 2. l. cùm filius. §.
pater. ff. eod. tit. vbi qui grauat hæredem dari plus
vni, ex pluribus, cenſetur mandari dari omnibus,
licèt plus illi. Item l. cùm in teſtamento. ff. de reb. dub.
vbi cùm in teſtamento ambiguè, ſiuè perperā ſcri-
ptum eſt, benignè interpretatur, ſecundùm quod
congruè cogitatum credendum eſt. Item facit alia
concluſio, quòd quando teſtatoris diſpoſitio ali-
ter effectum ſuum conſequi non poteſt, tunc, vt lo-
cum habeat teſtatoris voluntas, quamuis non ex-
preſſa, † habenda tamen eſt pro expreſſa, etiam ad 15.
fideicommiſſum inducendum, ad l. Titia Seio. §. Seia
libertis. de legat. 2. & l. denique. §. interdum. ff. de pe-
cul. legat. & quod notat gloſſ. in l. alio. ff. de aliment.
& cibar. legat. l. ſi cui. §. final. & l. ſequent. ff. de condit.
& demonſtrat. l. quamuis. C. de fideicommiſſ. ſcribit
Bartol. in l. ex hac ſcriptura, num. 4. & 6. ff. de donat.
& hoc argumento vtitur Bartol. in d. l. centurio, num.
37. ad probandum quòd filij, in conditione poſiti,
atque grauati, cenſeantur vocati, quia aliàs gra-
uari non potuiſſent, l. ab eo. C. de fideicommiſſ. Item
in aliis caſibus argumentati ſunt Corn. in conſ. 273.
colum. 1. & ſequent. volum. 4. Dec. in conſil. 23. num.
2. Curt. iunior in conſil. 22. in 2. dub. Crauet. in conſil.
130. num. 6. & in conſil. 114. num. 2. & ſeq. Decian.
in conſil. 1. num. 258. & conſil. 50. numer. 28. volum. 1.
Riminald. iun. in conſil. 23. num. 103. vol. 1. Socin.
in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligat. Sed in
hoc caſu fideicommiſſarij, & exequutores non poſ-
ſunt dare, & diſtribuere, niſi priùs accipiant; er-
go verbum accipiant, ex ordine intellectus ſubin-
telligendum eſt priùs, & ita erit directa, & non fi-
deicommiſſaria. Præterea Bartol. ita argumenta-
tur, vbi nullus alius hæres reperitur ſcriptus, tunc
fideicommiſſarij, & exequutores habentur † loco 16.
hæredum. cap. cùm tibi. de teſtament. ſecundùm in-
tellectum Innocentij communiter ibi receptum,
Speculator poſt Roffredum in tit. de inſtrument. edi-
tione. §. nunc verò aliqua. verſ. pone, quòd aliquis non
inſtituit, & verſ. ſequent. Bartol. in l. ſi quis ad decli-
nandum, per illum text. C. de Epiſcop. & cleric. & in l.
hæredibus, in 2. ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi quis Titio. de
legat. 2. & in ſua diſputatione, quæ incipit, Filium, Bal-
dus in Authent. licet. C. de natural. liber. & ideo di-
cti † exequutores, & fideicommiſſarij poſſunt con- 17.
ueniri actione ex teſtamento, tanquam hæredes.
Alexand. in conſil. 98. numer. 10. volum. 2. Sed in
hoc caſu poſt mortem filij, nullus alius reperitur
hæres inſtitutus, ideo pater cenſetur eoſdem com-
miſſarios hæredes facere voluiſſe, & ita facere ſub-
ſtitutionem directam. Item per d. l. denique. §. inter-
dum. ff. de pecul. legat. vbi grauatus † alteri dare 18.
videtur priùs honoratus in peculio, & dominus ef-
fectus, & probat Bartol. in d. l. alio. ff. de aliment. & ci-
bar. legat. in vltima quæſt. Item facit d. §. ſi quis autem
pro redemptione. Auth. de Eccleſiaſticis titulis, in verſ.
eos, qui iuſſi ſunt. & in verſ. OEconomus, vel Epiſcopus
accipiat, & in verſ. vendicare Epiſcopum, &c. ergo ipſe
eſt dominus. Item facit ratio Alexandri, quia etiā ſi
verbum accipiant, † ſubaudiretur in perſona paupe- 19.
rum, adhuc diceretur ſubſtitutio directa, quaſi di-
xerit, quandocumque filius meus deceſſerit ſine fi-
liis, pauperes accipiant bona mea, d. cap. ſi pater. de
teſtam. lib. 6. ergo debet eſſe pupillaris ſubſtitutio in
perſona pauperum, quorum contemplatione ipſi
exequutores vocantur, l. annua. §. à Titia. ff. de an-

nnis legat.l. fideicommiſſa.§.interdum.de legat. 3. *l.peto.*
*§. mater. de legat.*2.

Contrariam ſententiam tenent Bald. & Salyc.*in*
d. l. precibus. Bald.*in d.cap.ſi pater.* Immol. Zabarell.
& Barbatia *in d. cap. cùm tibi. de teſtament.* Immol.
diffusè,*in d.l.centurio colum.*10.*& ſequent.* Calderin.
*in conſil.*10. *tit. de teſtament.* Cuman.*in conſil.*225.A-
lexand. ſibi contrarius *in conſil.* 162.*numer.*8.*volum.*
2. atteſtatur hanc eſſe magis communem, contra
Bartol. ſimiliter Iaſon *in d. l. centurio, numer.*38. Ce-
phal. *numer.*815. *&* 822. atteſtatur etiam de magis
communi, quidquid dicat Socin. iun. *in d.l. centu-*
rio, & Socin. ſen.*in conſil.*116. *num.*9.*volum.*1.quòd
opinio Bartoli ſit communis, nam reuera ex dinu-
meratione Doctorum, & atteſtantium de magis
communi, apparet eſſe contrarium, Angel.*in tract.*
de teſtamentis.in gloſſ.& ſi omnes filij,vbi dicit, quòd
hæc opinio conſiderata mente teſtatoris eſt verior,
& hanc opinionem tenendam eſſe in conſulendo,
& iudicando,probat Hieronym.de Ceuallos *in ſuis*
*communibus contra communes, quaſt.*482.*in fine.*

20. Primò, quia illa verba,† *dentur, & diſtribuantur,*
ſunt obliqua;ergo non poſſunt importare directam
ſubſtitutionem aliquando,ſed ſemper fideicômiſſa-
riam. *d.l.cohæredi.§.cum filio.& d.l.fundi Trebatiani.ff.*
de vſufruct.legato. & quatenus eſſet ſubintelligendũ
verbum *accipiant*,quod eſt directum,tamen quando
21. verbum directum in oratione † imperfecta eſt inter
verba obliqua, illud ſemper ſtat oblique, ita probat
Socin. *in conſil.*230.*colum.final.*& Addentes ad Ga-
liaul. *in d.l.centurio, ſub numer.*338. incipit, *in contra-*
rium, & rationem aſſignant, quia in non habẽtibus
ſymbolum, tranſitus non poteſt eſſe ita facilis, ex
regula *l. ſi acceptilatum.ff. de acceptilat. & l.ſi rem. §.*
item quæcumque.ff. de rei vendic. & l.ſi vnus. §. pactus.
ff. de pact. & per Bartol. *in d.l. centurio. in* 1.*opposit.*&
ita licèt verbis *dentur, & diſtribuantur*, ſubintelli-
gatur verbum *accipiant*, tamen id ſtare debet obli-
22. què,non autem directè.Nam ſemper contrarietas †
eſt euitanda, quantò magis fieri poteſt, ideo per a-
liquam ſubauditam interpretationem non eſt indu-
cenda,vt probat Alexand.*in conſil.*141.*num.*7.*volum.*
2.Dec.*in l. pacta nouiſſima, num.*5.*C.de pactis*,& in te-
ſtatorum diſpoſitionibus.*l.talis ſcriptura.de legat.* 1.
l. non ad ea. ff. de condit.& demonſtrat. & diffusè pro-
bat Iaſ.*in conſil.*38.*vol.*1.Alciat.*in conſil.*47.*col.*1. *lib.*
9.Berous *in conſil.*80.*num.*15.*volum.*3.Riminald.iun.
*in conſil.*23.*num.*203. *volum.* 1. & latiùs *in conſil.*80.
*num.*31.*& ſequent. volum.*1. & ideo faciliùs permit-
titur ad euitandam contrarietatem,Bald.*in cap.*2.*de*
reſcriptis. Abbas *in cap.ſuper quæſtionum,in princip. in*
2. *not. de offic. delegati*,& *ibi* Ripa,text.*in cap.inter di-*
lectos. de fide inſtrument. Sed hîc induceretur contra-
rietas, quia verba *dentur,& diſtribuantur*, ſunt obli-
qua, quæ non poſſunt cenſeri mutata per verbum
accipiant, quod eſt directum ſubintellectum,neque
poſſunt ſimul ſtare, quia eſſent contraria. Illa quæ
23. expreſſa fuerunt † à teſtatore,declararunt eius mẽ-
tem;quæ verò ſubintelliguntur,non poſſunt opera-
ri pluſquam expreſſa,vel effectum contrariũ ab ex-
24. preſſis. Sicut dicimus, quòd obligatio † in forma
Cameræ habet exequutionem in expreſſis,non au-
tem in ſubintellectis, vt pluries in Rota iudicatum
fuit,*deciſ.*131.*col.final. part.*2.*in Nouiſſim.*ergo verbũ
accipiant,directum,non poteſt mutare naturam ver-
borum *dentur, & diſtribuantur*, quæ obliqua, & illi
contraria ſunt,&quia iſta expreſſa fuere,ipſa decla-
rant mentem diſponentis, vt accipiantur in ſenſu
obliquo,tantò magis,quia verbum *accipiant*,aliquã-
do habet naturam obliquã, vt in caſu *l.*2.*C.commu-*
nia de legatis. Neque pia † cauſa dicitur priuilegiata 25.
contra expreſſas regulas iuris communis *d.cap.ſi pa-*
ter, vbi nihil fauetur piæ cauſæ ſubſtitutæ, & com-
munis opinio eſt contra piam cauſam, de qua *in l.*
pen.C.de impuber.ſubſtit. & atteſtatur Pariſ.*conſil.* 80.
*num.*74. *vol.*2.Nam tunc fauemus piæ cauſæ,quãdo
verba † expreſſa patiuntur, non autem per verba 26.
ſubintellecta. *l. libertas §. final.ff. de manumiſſ.teſtam.*
in verſ.fauor libertatis exigit,& verba patiũtur.& quòd
verba hoc caſu non patiantur,eſt ratio, quia magis
communis opinio eſt contra Bartol.poſtquam om-
nes Doct. ita interpretati fuere. Et quòd etiam in
qualibet vltimarum voluntatum ſpecie,vbi pia cau-
ſa non reperitur expreſsè priuilegiata, † ſemper in- 27.
terpretatio eſt facienda contra piam cauſam,firma-
runt Pariſ. *in conſil.*86.*numer.*70.*& ſeq.volum.*2.*& in*
*conſil.*77 *num.*44.*vol.*1. Paul. de Caſtr.*in conſil.* 236.
*vol.*1.Aretin.*in conſil.*53.*num.*4.Dec.*in conſil.*273. qui
alios allegat, *in conſil.*391.*col.fin.verſ. non obſtat,& in*
*conſil.*159. Socin. *in conſil.*77.*& conſil.*80.*volum.*1.*&*
*conſil.*26.*numer.*7 *vol.*4. Decian.*in conſil.*19. *num.*74.
vol. 4. Bertazol. *in conſil.ciuil.*58. *numer.*25. Oldrad.
219. & hanc opinionem in dubio contra piã cau-
ſam, firmarunt Bartol. & cæteri *in l. hæredes mei. §.*
*cùm ita.ff.ad Trebell.*volentes quòd diſpoſitio *l. cùm*
acutiſſimi. C. de fideicommiſſis, & l.cùm auus.ff.de con-
*dit. & demonſtrat.*procedat,etiam ſi ſubſtituta ſit pia
cauſa, & Socin. *in d. l.cùm auus*, aſſerit eſſe commu-
nem, *& in l.*2.*ff.de vulgari.*Dec.*in d.l.precibus*, & re-
petentes omnes *in d. l.centurio.*cõcludentes,quòd ta-
cita pupillaris non habet locum matre exiſtente in
medio, etiamſi pia cauſa ſubſtituta fuerit. Paul. de
Caſtr.*in l.cùm ſtipulamur, num.*3.*ff.de verb.obligat.*

Item quia ſi datio, & diſtributio fieret per hære-
des, omninò dicenda eſt fideicommiſſaria;ergo idẽ
dicendum eſt,vbi fit per exequutores, quia iſti,nul- 28.
lo alio dato hærede, ſunt hæredes,vt probatum eſt.
Item quia ſicut hæredes tenentur exequi contenta
in teſtamento. §.1.*Inſtit. de legatis. Authent.amplius.*
C. de fideicommiſſis, ita exequutores, qui ſubintrant
in locum hæredum;& ſicut hæres capit propria au-
thoritate, ita exequutores. Item ſicut hæres con-
uenitur actione ex teſtamento, ita exequutores,vt
probatum eſt. Item quia exequutores non ſunt mi-
niſtri pauperum, ſed teſtatoris, & hæredis,vt pro-
bat Immol. *in d.l.centurio*, & Alex. *num.* 64. & Iaſ.
ergo ſi exequuntur vigore verborum *dentur, & di-*
ſtribuantur, neceſſariò concludendum eſt, per fi-
deicommiſſum. Tantò magis, quia electio exequu-
torum non alterat naturam ſubſtitutionis, quo-
niam † quæ in executiuis poſita ſunt, diſpoſitio- 29.
nem nullatenus alterant principalem, *Clem.* 1. *in*
fin. de præbendis. Cacheran. *deciſ.* 164. *num.* 3. Ve-
rald. *deciſ.* 83.*num.*3.*part.* 1. & ſcripſi latiùs *in tra-*
ctatu de clauſulis part. 4.*cap.* 20. &ita verbum *acci-*
piant, quod eſt ſubintelligendum ſecundùm Bar-
tol. non debet alterare naturam verborum *dentur,*
& diſtribuantur,obliquorum in præcedentibus poſi-
torum. Item pro hac ſententia facit *l. cùm dotem. ff.*
ad leg. falcid. vbi ſi maritus relinquat alicui dotem,
vt vxori reſtituat,facidia non detrahitur, quoniam
omiſſa perſona intermedia, conſideratur ſola per-
ſona capientis,& ſic vxoris. Item *l. legatum. ff. quib.*
mod.vſusfruct. amitt. & l.ſi quis vſumfructum. ff. de v-
ſufruct.legat. Vbi ſi legatum vſusfructus legatarius
alteri reſtituere rogatus eſt,perſona accipientis in-
ſpicitur,quia cùm capitur ex diſpoſitione hominis,
ſola capientis perſona inſpicienda eſt, *l.cùm ei, qui*
*partem.de legat.*2.ſecus ſi capiat ex diſpoſitione legis:
*l.cùm filio.de legat.*1.ergo perſonæ fideicômiſſariorũ
qui

qui debent diſtribuere in hac diſpoſitione teſtato-
ris, non eſt habenda in conſideratione, ſed perſonæ
pauperum, quibus pretium bonorum teſtatoris di-
ſtribuendum eſt. Et ſicut quando pauperes ſunt in-
ſtituti, ipſi exequutores tenent locum pauperum. *l.
ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcop. & cleric.* ita etiam
quādo ipſi pauperes ſunt vocati per verba obliqua,
& ita ſunt fideicommiſſarij, ipſi exequutores debēt
tenere locum fideicommiſſariorum. Bartol. *in d. l.
centurio.*

Denique pro regula ponitur, in ſubſtitutioni-
31. bus, † qui dicit ſubſtitutionē includere aliquē caſū,
probare debet, Io. Andr. ad Specul. *tit. de teſtam.* §. 1.
Sed in caſu propoſito verba ſubſtitutionis non cō-
prehendunt pupillarem; ergo deberet oſtendi con-
trarium. Item cùm loquutus fuerit tantùm de bo-
nis ſuis, & præſupponatur matrem eſſe in medio,
neque expreſſit aliquod verbū directum; ideo nul-
lo modo percipi poteſt, neque ex coniecturis, neque
ex verbis, quòd matrem excludere voluerit à lu-
ctuoſa filij hæreditate, argum. *d. l. precibus, & l. final.
C. de inſtit. & ſubſtit.*

Et ex his patent reſponſiones ad contraria; ſed
reſpondendo in forma, ad primum, etiam dici po-
teſt, quòd verbum *accipiant*, ſubintellectum, poſſit
32. intelligi quantum ad hoc, † vt ipſi hæredes poſſint
agere ad dandum bona diſtribuenda pauperibus,
ad Bartol. *in l. ſi quis Titio. de legat. 2.* Socin. iun. *in d.
l. centurio, ante num. 247.* Et quamuis propria autho-
ritate poſſint hoc facere, non tamen repugnat fi-
deicommiſſariæ ſubſtitutioni. Angel. *in l. Paulus. ff.
ad Trebell.* & nos ſuperiùs probauimus. Ad ſecundū
reſpondetur, prout Socin. *in d. num. 247.* Nec obſtat,
quòd executores ſunt nudi miniſtri, quia fateor,
33. quòd ſunt nudi † miniſtri hæredum, non autē pau-
perum, vt probaui. Non obſtat regula *d. l. peto. §. ma-
ter,* cum aliis allegatis, quia tutor eſt miniſter pu-
pilli, ideo illis acquiritur; ſed exequutores nō ſunt
miniſtri pauperum, ſed hæredis, quem repræſentant.
Et quamuis ſecundùm aliquos hęc noſtra concluſio
non procedat, ſi teſtator dixerit, quandocumque fi-
lius meus decedat in pupillari ætate, tūc bona mea
dentur pauperibus, &c. vt poſt Bald. *in d. l. ſi quis ad
declinandam. col. 3. C. de Epiſc. & cleric.* probat Corn.
in conſil. 137. col. 3. vol. 3. Tamen mentio pupillaris æ-
34. tatis non eſt ſufficiens coniectura, † vt verbū obli-
quum trahatur ad directum. *d. §. cùm filia*; ſed requi-
ritur, quòd expreſsè teſtator hoc dicat. Nam quādo
vult ponere vnum vocabulum pro alio penitus di-
uerſo, opus eſt, quòd expreſsè exprimat, neque ſuf-
ficiunt coniecturæ, vt per gloſſ. & Bart. *in l. ſi quis
in fundi vocabulo. de legat. 1.*

Et retenta hac magis communi opinione contra
Bartol. non oportet diſputare articulum ab ipſo
diſputatum, vtrùm illius opinio procedat, quando
mater eſt in medio, nam cùm omni tempore ſit
fideicommiſſaria, ideo ipſa mater contra piam cau-
ſam detrahet legitimam.

Sed quia Bartol. retenta ſua opinione, illā diſpu-
tat in duabus caſibus, videlicet, ſi teſtator dixerit,
quandocumque filius meus decedat, bona mea dē-
35. tur, & diſtribuantur † inter pauperes. Secundò, ſi
dixerit, quandocumque filius meus deceſſerit, bona
mea vendantur, & pretium detur, & diſtribuatur
inter pauperes per meos fideicōmiſſarios, vtrū iſtis
duobus caſibus compendioſa ſemper valeat iure fi-
deicommiſſi, quæ limitationes ab omnibus recipiū-
tur, ideo ſingulariter de ipſis caſibus agendum eſt.

Primus caſus eſt, vbi teſtator dixerit, quandocum-
que filius meus decedat, bona mea dentur, & diſtri-
buantur inter pauperes, & tunc ſemper valebit iure
fideicommiſſi, & ratio communiter aſſignatur ab
omnibus, quia cùm non dederit fideicommiſſarios,
& exequutores, & ita non ſunt nominati illi, per
quos diſtributio facienda eſt, verbum *dentur*, † re- 36.
manet in ſui propria natura, quæ obliqua eſt. *d. l.
fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. legat.* & hanc ſequitur
Bald. Angel. & Immol. *in d. l. centurio,* Angel. *in §. fi-
nal. Inſtit. de pupill. ſubſt.* Item Bald. & Salyc. *in d. l. pre-
cibus,* Socin. iun. *in d. l. centurio. numer.* 248. Galiaul.
num. 247. & ita fuit deciſum in Capella Tholoſana
deciſ. 217.

Replicari poteſt, quoniā in diſpoſitionibus piis,
vbi nullus eſt datus exequutor à teſtatore, tūc ipſo
iure cenſetur datus † à lege. *l. ſi quis ad declinandam.* 37.
*l. nulli. C. de Epiſc. & cleric. §. ſi quis pro redemptione. in
Auth. de Eccleſiaſtic. tit.* & probat Franch. *in cap. 2. n.
63. & ſeq. de teſtam. lib. 6.* vbi, quòd ita ſeruat conſue-
tudo, quia lex committit Epiſcopo declarationem
pauperum, Geminian. dicit communem *in conſ. 139.
num. 9. verſ. quod autem exequutores,* & ratio eſt, quia
pauperes ſunt corpus myſticum, & æquiparātur in-
fantibus, & Epiſcopus tanquam pater, & tutor eo-
rundem, poteſt hęreditatē pro eiſdem adire, & pro
eis acceptare. Bald. *in conſil. 453. per totum, volum. 2.*
Et hoc eſt verum, etiamſi teſtator prohiberet, ne
Epiſcopus † ſe intromitteret in exequutione ſui te- 38.
ſtamenti, quia nihilominus ipſe poteſt compellere
deputatos ad diſtribuēdum in vſus pios deſignatos.
Calder. *in conſil. 65.* aliàs eſt vnicum ſub tit. *De ſup-
plenda negligent. prælat. num. 2.* & ad hoc eſt text. *d. §.
ſi quis pro redemptione, in verſ. licet, & in Auth. licet. C.
de Epiſc. & cleric.* text. *cap. tua. de teſtam.* & licèt gloſſ.
ibi, & Alex. *in conſil. 206. num. 7. ad finem, vol. 6.* dicāt
contrarium, tamen non eſt verum, ſicut dicimus,
quòd Epiſcopus habet fundatam intentionē de iu-
re circa viſitationem, *Clem. quia plerique. de religioſis
domibus. cap. de Xenodochiis. eod. tit.* Ideo poteſt viſita-
re, etiamſi fundator illorum locorum ordinauerit
viſitationem per alterum faciendam eſſe, quia for-
tè voluit excludere Epiſcopum, cùm non ſit con-
ueniens, quòd duo eundem locum viſitare poſſint,
& ita fuit reſolutum in Ciuitaten. Iuriſdictionis 11.
Februarij 1594. coram Pamphilio, & probat An-
charan. *in c. tibi qui, num. 2. de reſcript. lib. 6.* Item
hodie habet fundatam intentionem ex Concilio
Tridentin. vt tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ,
hoc faciat. *ſeſſ. 22. cap. 8. & ſeſſ. 7. cap. 5.* & declarat
Rota *in deciſ. 743. & deciſion. 776. part. 1. in Nouiſ-
ſimis.* Ideo in hoc caſu, cùm Epiſcopus non ſit pro-
hibitus à teſtatore, propter diſpoſitionem legis,
dicitur venire ex tacita voluntate ipſius, & ita ſu-
mus certi de exequutore, & intrant dicta per Bar-
tolum in præcedenti concluſione.

Pro reſolutione communiter diſtinguunt, aliud
eſſe venire ex voluntate permiſſiua, aliud ex vo-
luntate vocatiua, † Bartol. *in l. cum filiofamilias.* 39.
de legat. 1. Ideo Epiſcopus dicitur vocatus à lege
cum conſenſu teſtatoris, non autem quòd ſit à te-
ſtatore vocatus. Item quia ſi teſtator vocaſſet Epi-
ſcopum, etiam illum grauare potuiſſet, per regu-
lam *l. ab eo. C. de fideicommiſſ.* Quamobrem ponen-
da eſt differentia inter exequutores à teſtatore vo-
cato à lege, & dicunt ad hoc eſſe argumentum *l.
conficiuntur. ff. de iure codicill.* vbi quòd faciens co-
dicillos, tacitè videtur vocaſſe venientes ab inteſta-
to, quos teſtamentum faciendo potuiſſet exclu-
dere.

Secundus caſus eſt, quando teſtator dixit, bona
mea vendantur, & pretium diſtribuatur inter pau-
peres,

peres,quorũ electio fiat per fideicõmiſſarios meos, nam cùm iſti ſint duo actus, bona vendantur,item pretium, &c. hunc vltimum actum fieri voluit per fideicommiſſarios, ideo videbatur, quòd ſemper
40. ſubſtitutio eſſet † fideicommiſſaria. Sed Bartol. determinat contrarium, ſcilicet, quòd dicatur pupillaris,quia ſunt vocati ad vtrumque actum, venditionis,& diſtributionis pretij,ideo in neceſſariũ antecedens videntur inſtituti per verbum *accipiant*, vt in concluſione principali dictum eſt, & verbum *fideicommiſſarios* in fine poſitum refertur ad omnes actus præcedentes, *l. mulieri & Titio.ff. de condit. & demonſtrat. l.1.*& *ibi* Iaſ. *num.4.C. de liber. præterit.* Bartol. *in l. 3.§.filius. num.7.ff. de liber. & poſth.* Iaſ. qui latè exornat hanc regulam, *in l. talis ſcriptura,n. 36. & ſeq. ff. de legat.1.* Capyc. *deciſ.* 108. *num. 9.*& ſcripſi de hoc *in tract. de clauſulis part. 4. cap. 23.* de ampliationibus,& limitationibus huius clauſulæ in fine poſitæ.

Sed quia ſuprà in ipſa concluſione principali acerrimè probauimus ſemper eſſe fideicommiſſariã, ideo etiam in huiuſmodi caſu per eaſdem rationes idem tenendum eſſe reſpondemus.

ARTICVLVS V.

De ſubſtitutione compendioſa facta à pagano per verba communia, an contineat vulgarem, item an pupillarem.

SVMMARIA.

1. *Compendioſa verbis communibus facta non continet vulgarem, contrarium num.4.*
2. *Subſtitutio vulgaris nunquam ſubintelligitur ſub fideicommiſſaria.*
3. *Verbum* pertinere,*eſt commune.*
5. *Compendioſa ſecundum omnes continet pupillarem, ergo, & vulgarem.*
6. *Pupillaris dicitur expreſſa in genere ſub compendioſa.*
7. *Expreſſum quibus modis dicitur,& num.9.*
8. *Vulgaris continetur ſub pupillari, etiamſi verba pupillaris repugnent.*
10. *Compendioſa per verba communia intelligenda eſt, etiam ante aditam.*
11. L.3.ff. de adimend. legat.*declaratur.*
12. L. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff.ad Trebel. *declaratur.*
13. *Hæreditates ſunt fauorabiliores, quàm legata.*
14. L. centurio. ff. de vulgari,*quas ſubſtitutiones complectatur.*
15. Cap. ſi pater. de teſtam. lib. 6. *de qua ſubſtitutione loquatur.*
16. *Compendioſa per quæ verba non contineat vulgarem.*
17. *. . à pagano verbis communibus de tota hæreditate non continet pupillarem, ſed omni tempore eſt fideicommiſſarium, contrarium numero 19.*
18. *Verbum reſpiciens plures perſonas,& plura tempora, pariformiter determinat.*
20. *Verbum continens plura tempora quomodo interpretandum.*
21. *Lex eſt certa de euentu,& vniformiter determinatur.*
22. *Compendioſa per verba communia non cõtinet pupillarẽ,quãdo cõſtat per verba expreſſa teſtatoris.*
23. *. . . verbis communibus facta aliquando ſemper eſt fideicommiſſaria.*
24. *. . neque matri ſola legitima aſſignanda eſt, ſed vtraque quarta.*
25. Cap. ſi pater. de teſtament. lib. 6. *declaratur.*
26. *Matri fauendum eſt in dubio.*
27. *Pupillaris verbis generalibus ſub compendioſa expreſſa, non eſt directa, quando mater eſt in medio.*
28. *Communis interpretatio quando ſit recipienda pro lege.*
29. *Compendioſa verbis communibus facta cum expreſſa dinumeratione temporum excludit matrem.*
30. *Mater excluditur, quando perſona magis dilecta teſtatori eſt ſubſtituta per compendioſam verbis communibus factam.*
31. *Mater ſuperuiuens qua ratione non eſt excludenda.*
32. *. . facta inimica,& odioſa teſtatori excluditur.*
33. *Pupillaris ſub compendioſa excludit matrem ſecundo nubentem.*
34. *Mater excluditur ſi quid ei à teſtatore relictum eſt in compenſationem portionis debitæ in bonis filij.*
35. *Compendioſa verbis communibus facta in parte hæreditatis, ſemper eſt fideicommiſſaria.*
36. §. Aliud quoque capitulum. Auth. vt cùm de appellat.cognoſc.*declaratur.*
37. L.Lucius Titius.§.filiam.de legat.2.*declaratur.*
38. *Verba directa relata ad certam rem,an importent ſolum legatum,non autem inſtitutionem.*
39. *Verba communia adiecta certæ rei,quando non importent inſtitutionem.*
40. *Subſtitutio in re certa ſimpliciter aliquando continet vniuerſitatem bonorum.*
41. *Pupillaris dicitur procedere ex intentione teſtatoris, quando pupillaris ætatis compendioſa mentio facta eſt.*
42. *Subſtitutus ſimpliciter filio in re certa inſtituto, dicitur ſubſtitutus in tota hæreditate.*
43. *. . videlicet ſi filius nihil aliud habebat in bonis.*
44. *Compendioſa per verba communia in quota hæreditatis, vel in quota bonorum quando contineat ſolam pupillarem.*
45. *. . ſecus ſi hæreditas non fuiſſet diſtributa per quotas,ſed per partes bonorum.*
46. *Verbum commune trahitur ad inſtitutionem, quando nullus alius eſt hæres inſtitutus.*
47. *Teſtator quando cenſeatur voluiſſe prouidere filio pupillo de eius legitimo ſucceſſore.*
48. *Verbum commune adiectum totalitati bonorũ non trahitur ad directam ſubſtitutionem.*

PRIMVS caſus huius articuli pertinet ad ſubſtitutionem vulgarẽ, quam non contineri † ſub compendioſa facta verbis communibus à pagano, acerrimè defendunt Politus *in tit. de compendioſa in* 4.*dubio*,& Vaſq.*de ſucceſſ.progreſſ. lib.2.* §. 18. 1.

Monentur per *l.centurio.ff.de vulgari, & pupill. in verſ.poſt eam ætatem ex priuilegio militum patris dũtaxat eum fructibus inuentis in hæreditate,& in verſ.intra decimum quartum annum,etiam propria bona filij ſubſtitutus iure communi capiet.* In quibus verbis probatur, quòd ſubſtitutio compendioſa eas comprehẽdit ſubſtitutiones,quæ poſt aditam hæreditatẽ locũ habent,non autem eas,quæ ante aditam,& ita non comprehendit vulgarem,nec reciprocam. Item per *l.precibus, in verſ.ſi vero ſubſtitutio in ſecundum caſum, vel expreſſa, vel compendioſa facta fuerit*, in quibus verbis

verbis Politus aſſerit, compendioſam ſubſtitutionẽ
fieri tantùm in ſecũdum caſum, qui ſecundus caſus
eſt aditæ hæreditatis, vt ibi probatur, & eſt communis
intellectus, ſed vulgaris expirat per aditionem.
l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit. ergo illam non po-
teſt continere. Et confirmatur à modernioribus,
quia vna determinatio reſpiciens plura determina-
bilia, debet pariformiter determinare. *l. iam hoc iu-
re. ff. de vulgari.* Sed illa verba *in ſecundum caſum,*
reſpiciunt expreſſam pupillarem; ergo ſicut pupil-
laris in ſecundũ caſum tantùm, inſpectis verbis fieri
dicitur, ita & compendioſa in ſecundũ caſum inſpe-
ctis verbis fieri debet, & ita vulgarem continere nõ
poteſt. Item ad hoc probandum inducunt *c. ſi pater.
de teſtam. lib. 6. in verſ. ſilio ſubſequenter, & filia defun-
ctis,* vbi non per explicationem primi nominati, ſed
per mortem ipſorum fit locus ſubſtitutioni; ergo nõ
poteſt intelligi de tacita vulgari, quæ ante aditam
tantùm locum habet, videlicet per repudiationem,
vel mortẽ. Item inducitur ille text. *in verſ. abſque de-
ductione Trebel.* vbi hæreditas præſupponitur adita
per primò nominatos, & quæritur an ex cauſa fidei-
2. commiſſi illa reſtituenda ſit; ergo vulgaris † locum
habere non poteſt, quæ ſub fideicommiſſaria nun-
quam ſubintelligitur, *l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff.
ad Trebel.* Item per text. *l. codicillis, in princ. ff. de vſufr.
legat. in verſ. poſt cuius nouiſſimi deceſſum ad rempubli-
cam Arelatenſium pertinere volo, & in verſ. poſt mortem
eorum, & in verſ. reipublicæ fideicommiſſum, & in verſ.
reipublicæ non deberi, & in verſ. fideicommiſſum voca-
3. tur,* vbi licèt verbum *pertinere* † ſit commune, ad
Bartol. *in d. l. centurio,* tamen illud verbum ad cau-
ſam fideicommiſſi duntaxat, non autem ad ſubſti-
tutionem vulgarem refertur. Et confirmatur *ibi in
verſ. ſi deceſſerit.* Item ſi vnuſquiſque à principio no-
minatus, & grauatus decederet, ſtatim eius portio
ad fideicommiſſarium, non autem ad coniunctum
pertineret. *l. final. §. filium. de legatis 2. l. Lucius. §. Ca-
io. ff. ad Trebell.* & hoc eſt argumentum Vaſquij *in
d. §. 18. num. 33.*

Contrariam opinionem tenet Bartol. *in d. l. cen-
4. turio, num. 32.* videlicet quòd compendioſa † verbis
communibus à pagano facta contineat vulgarem,
quam ſequuti fuere *ibidem* Alexand. *num.* 70. Ripa *n.*
101. & 146. Iaſ. *num.* 23. Socin. iun. *num.* 273. Lan-
franch. *num.* 29. Galiaul. *num.* 422. Bolognet. *num.*
245. eandem opinionem tenuit Cyn. *in l. precibus, n.*
20. *C. de impuber. ſubſt.* quem ſequuti ſunt *ibi* Albe-
ric. *num.* 121. Alex. *num.* 12. Iaſ. *num.* 12. Curt. *num.*
44. & 46. Dec. *num.* 19. item Bartol. *in l. quandiu, in*
3. *num.* 10. *ff. de acquir. hæredit.* & *ibi* Bald. *circa fin.
verſ. is autem.* Angel. *num.* 8. Paul. de Caſtr. *num.* 7.
Alex. *num.* 7. Immol. *num.* 3. item Immol. *in cap. Ray-
nutius, num.* 176. *de teſtament.* Franch. *in cap. ſi pater.
col.* 35. *de teſtam. lib. 6.* & hanc opinionem ſequuti
fuere omnes ſcribentes tractatus *de ſubſtitutionibus.*
Aretin. *in tit. de compendioſa, num.* 8. Bartholom. de
Hugutio *in eod. tract. cap.* 5. *num.* 22. Alexand. Tren-
tacinq. *in eod. tractatu part.* 4 *cap.* 2. *num.* 2. Oddus *de
compendioſa part.* 5. *art.* 1. Intriglol. *centur.* 3. *quæſt.*
22. Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt.* 61. Menoch. *de præ-
ſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 53. qui referunt omnes con-
ſulentes, quæ opinio fuit in tribunalibus obſeruata,
Surdus *deciſ.* 37. *num.* 9. vbi multos alios refert Boër.
deciſ. 38. *num.* 10. & aliæ deciſiones, vt *in Dig. No-
uiſſ. tom.* 5. *Subſtitutio. cap. ſi cuiuſcumque, & c. inſtitutio.*

Omnes mouentur, quoniam certi iuris eſt, pu-
pillarem expreſſam continere tacitam vulgarem. *l.
5. iam hoc iure. ff. de vulgari;* ſed compendioſa † ſecun-
dùm omnes continet pupillarem; ergo etiam con-
tinet vulgarem. Non obſtat reſponſio Vaſquij *in d.
lib.* 2. §. 18. *num.* 48. *verſ. quòd antè intelligendum cen-
ſeo,* vbi quòd procedit, quando pupillaris eſt ex-
preſſa; ſed in compendioſa ipſa pupillaris non eſt
expreſſa, ſed tacita, & vnum tacitum non poteſt al-
terum tacitũ continere, quia tunc concurrerent duę
ſpecialitates, contra regulam *l. 1. C. de dotis promiſſ.*
Quoniam replicatur, quòd in cõpendioſa facta im-
puberi per iſta verba, quandocumque filius meus
deceſſerit, ſubſtituo Caium, ipſa pupillaris † dicitur 6.
in genere expreſſa, prout eſt cõmunis omnium do-
ctrina, & expreſſum in genere, dicitur expreſſum in
omnibus ſpeciebus, quia genus cõplectitur omnes
ſuas ſpecies. *l. 1. §. quod autem. ff. de alea vſu, & aleator.
l. quod autem. §. final.* & *ibi* Bald. *ff. de milit. teſtam.* Soc.
in l. 1. §. ex his, in princ. ff. de verb. oblig. & perinde eſt,
ac ſi ſingulæ ſpecies fuiſſent expreſſæ, nã expreſſũ † 7.
eſt, quod verbis generalibus demonſtratur, *l. ſi duo.
ff. de adminiſtr. tut.* Bart. *in l. 1. n. 7. ff. de vulgari,* & *ibi*
Rip. *n.* 50. & *ſeq.* Sed iſta verba dicta impuberi inſti-
tuto, *quandocumque deceſſerit,* comprehendũt caſum
ſi deceſſerit in ætate pupillari; ergo ſubſtitutio pu-
pillaris expreſſa dicitur, nã expreſſum dicitur, quod
reſultat ex aliquo expreſſo, Felin. *in cap. translato, n.
5. de conſtitut.* Item expreſſum dicitur quod reſultat
expreſſis, & multò magis ſi militat eadem ratio, vt
latè ſcribit Surd. *deciſ.* 250. *n.* 37. & *ſeq.* ergo pupilla-
ris hoc caſu dicitur expreſſa, non autẽ tacita, & ita
pupillaris expreſſa continet vulgarem tacitam. Item
Oddus *in d. art. 1. in fine,* mouetur alia ratione, quia ſi
per dicta verba ſubſtitutionis teſtator præſumitur
voluiſſe prouidere filio, ſi deceſſerit in ætate pupil-
lari, & ſic poſt aditam; ergo multò magis credendũ
eſt, voluiſſe prouidere per vulgarem, quoniam per
vulgarem ſucceditur ſibi teſtatori, non autẽ pupil-
lo, & ordinata charitas magis incipit à ſeipſo. *l. præ-
ſes. C. de ſeruit. & aqua.* Item quia ſi vulgaris † conti- 8.
neretur in pupillari, vbi verba pupillaris illi repugnãt;
ergo multò magis vulgaris dicitur contineri in cõ-
pendioſa, cuius verba relata non repugnant vulga-
gari. Item cùm ex dictis verbis expreſſis in compẽ-
dioſa colligatur ita teſtatorem voluiſſe vulgarem
comprehendere; ergo compendioſa illam compre-
hendit, quia expreſſum † dicitur, quod ex mente 9.
colligitur, ex regula *l. tale pactum. ff. de pact.* & latè
probat Riminald. iun. *in conſil.* 639. *num.* 101. & *ſeq.
vol.* 6. & ad hoc conferunt ſcripta per Vetall. *deciſ.*
295. *num.* 1. *part.* 2. qui alios refert. Ad hanc conclu-
ſionem pertinet, quòd compendioſa, ſi ſine filiis,
quandocumque continet vulgarem, in caſu impo-
tentiæ, pro vt fuit deciſum in Rota, vt *in Digeſt.
Nouiſſ. tom.* 5. *tit. Subſtitutio compendioſa, cap. etiam.*

Nec eſt amplectenda interpretatio Politi, & Vaſ-
quij, dicentium verba † *quandocumque deceſſerit,* eſſe 10.
intelligenda, quandò deceſſerit poſt aditam, quia
dictam interpretationem non probant, & omninò
credendum eſt magis communi Doctorum conclu-
ſioni, quæ intelligit, etiam ante aditam hæreditatẽ.
Multóque magis, quia Vaſquius expreſsè ſibi con-
tradicit, vt probaui; item Politus etiam ſibi repu-
gnare videtur, nam *in tit. de reciproca, num.* 2. vult re-
ciprocam continere vulgarem, & tamen verba reci-
procæ ſunt, vter eorum viuet, eum ſubſtituo, *l. Ti-
tius. ff. de hæredib. inſtit.* ergo & compendioſa quæ fit
per eadem verba mortis, *quandocunque deceſſerit,* vul-
garem continere debet.

Pro communi etiam allegatur altera communis
à Doctoribus firmata, *in l. 3. ff. de adim. legat.* † vbi illa 11.
verba, ſi primò nominatus decedat, ſubſtituo ſecun-
dum, ita interpretantur, ſi primò nominatus dece-
dat

dat etiam ante aditam hæreditatem., & ita com-
pendioſa ibi facta, etiam in caſu mortis, continet
vulgarem, videlicet ſi ante conditionem moritur,
capiet ſubſtitutus, & in eo textu videtur caſus pro
reſolutione huius articuli. Reſpondet Vaſquius *in*
d.§.18.num.34. quòd *in d.l.3.* compendioſa erat facta
in legatis; ſecus eſſe dicit, ſi facta fuiſſet in tota hæ-
reditate, quia tunc vulgarē non continebit, pro qua
12. allegat text. *l. ille à quo.*† §. *ſi de teſtamento. ff. ad Treb.*
vbi dicit eſſe caſum, quòd ſi compendioſa facta eſſet
de tota hæreditate, hæres priùs debet adire, antequā
fideicommiſſarius obtineat; ſed iſta reſponſio con-
tradicit certis principiis iuriſprudentiæ, primò *d.§.*
ſi teſtamento, non loquitur de compendioſa, ſed de
fideicommiſſaria, nam hæres erat grauatus, de reſti-
tuendo fideicōmiſſum, & ipſe hæres opponebat il-
lud eſſe inualidum, & I.C. decidit, quòd ſi exceptio
requirit altiorem indaginē, ipſe priùs adeat hæredi-
tatē, ex quo apparet legem non allegari ad propoſi-
tum cōpendioſæ, de qua agimus, & de qua tractatur
in d.l.3. Item dicta allegatio repugnat principiis iu-
riſprudentiæ, nā ſi procedit in legato, multò magis
debet procedere in ſubſtitutionibus totius hæredi-
13. tatis, quia hæreditates † ſunt fauorabiliores, quàm
legata, & fideicommiſſa. *l. pen. §. cùm igitur, & §. illo.*
C. de neceſſ. ſeruis hæred. inſtit. & probat Iaſ. *in l. quæ*
de legato. de legat. 1. Item in caſu *d.l.3.* conditio, ſi de-
ceſſerit Titius, habet locum, etiamſi decedat ante a-
gnitum legatū; ergo multò magis in caſu quæſtio-
nis noſtræ, in qua dictum eſt, quandocumque de-
ceſſerit hæres, quæ dictio ex ſui natura comprehen-
dit caſum ante aditam hæreditatem, quia compre-
hendit omnia tempora, & retenta hac opinione
communi, quæ eſt veriſſima,

Ad contraria reſpondetur. Ad primum, quòd in-
14. ductio *d.l. centurio,*† quæ præciſè loquatur de ſubſti-
tutionibus, quæ poſt aditam hæreditatem locū ha-
bēt, videlicet iure militari; dico, quòd nō propterea
excluduntur cæteræ ſubſtitutiones ſub eiſdē verbis
factæ, quæ locum habere poſſunt ante aditā hęredi
tatem. Ad legem *precibus*, reſpondetur, quòd ibi
diſponitur, quando ſubſtitutio in ſecundum ca-
ſum, vel expreſſa, vel compendioſa facta eſt, non vſ-
que ad certam ætatem, ideo præſupponit, quòd
etiam in primum caſum fieri poſſit, non autem diſ-
ponitur, quòd in ſecundum caſum tantùm fieri
debeat, & cùm in ſecundum caſum facta reperi-
tur, matre exiſtente in medio, vtrumque caſum
15. æqualiter reſpicit. Ad *cap. ſi pater,* † *de teſtament.*
lib. 6. reſpondetur loqui de directa ſubſtitutione
pupillari expreſſa, non autem de pupillari con-
tenta in compendioſa, vt nos diſputamus. Item
ibi facta fuit ſubſtitutio per verba directa, ſed nos
agimus quando ſubſtitutio facta fuit per verba
communia, vt etiam reſpondet Bartol. *in d. l. cen*
turio, numer. 29. verſ. contra. & Corn. *in d. l. pre-*
cibus. colum.7. & Ripa *in d. l. centurio.* Item ibi ſub-
ſtitutio facta fuit verbis directis ciuilibus, vt pro-
batur per illa verba, *pauperes Chriſti inſtituendo, ſi*
vtrumque, &c. vt probat Coſta *in d. cap. ſi pater. par-*
te 1. ver. conſtituendo, numer. 1. verſ. ego autem, &
Menoch. *lib. 4. præſumpt. 54. numer. 1. in fin. & ſe-*
quent. vbi ſubiicit, Papam eo loci, retuliſſe ver-
ba in eo ſenſu, quo à teſtatore prolata ſunt, & ita
non eſſe verba Papæ, vt multi ſcripſerunt, & hanc
opinionem ſequutus ſum *in d. cap. ſi pater*, quan-
do legebam ius Canonicum in prima cathedra ſtu-
dij Patauini. Item quòd ſint verba ipſius teſtato-
ris, probat Aretin. *in tractatu de teſtament. gloſſ. 80.*
num. 15. Ad *l. codicillis. ff. de vſufruct. legat.* dico, quòd
à Vaſquio illa allegari non debebat, quia de fidei-
commiſſo tractat, & ipſe intricat terminos, ſicut
etiam dixit reſpondendo ad *d. l. 3. ff. de adim. le-*
gat. Sed nos loquimur de compendioſa facta per
verba communia, quæ aliquo caſu directa eſſe po-
teſt; ſed ſi teſtator † huiuſmodi ſubſtitutionem 16.
faceret per verba, quæ vulgarem excluderent, vt
quia dixiſſet, inſtituo filium meum impuberem, &
ſi poſt aditam hæreditatem infra vigeſimumquin-
tum annum, vel aliàs quandocumque decederet
ſine liberis, ſubſtituo Caium, tunc vulgarem ex-
cluſum non comprehenderet, & vtrique compen-
dioſa adhuc exiſteret, quia plures ſubſtitutiones,
& tempora complectitur, vt ſcripſi in primo arti-
culo huius quæſtionis.

Secundus caſus eſt, quando fit ſubſtitutio com-
pendioſa † verbis communibus, & agimus de tota 17.
hæreditate, & tunc à pagano facta non continet
pupillarem, ſed omni tempore eſt fideicommiſſaria,
ita firmarunt Azo *in rubric. C. de impuber. ſubſtitut.*
Accurſ. *in d. l. centurio, in ver. duntaxat*, Oldrad. *in*
conſil. 99. Innoc *in cap. Raynutius. de teſtament.* Ar-
chidiacon. *in cap. ſi pater. in verſ. vltimò quæritur. de*
teſtament. lib. 6. Bald. *in l. ex tribus vnciis. numer. 2.*
C. de inoffic. teſtament. Alberic. *in rubric. ff. de vulgari,*
numer. 9 & ita reſpondendo in diuerſis caſibus ſcri-
pſerunt Angel. *in conſil.* 151. Signorol. *in conſil. 107.*
numer. 24. & 28. Zabarell. *in conſil.* 107. Paul. de Ca-
ſtro *in conſil. 142. num. 2. volum. 1.* Berous *in conſ. 123.*
numer. 5. & in conſil. 125. numer. 9. volum. 2. Natta in
Additionib. ad Alexand. ad *conſil. 17. volum. 2.* Ru-
beus *in conſil.* 129. Omnes mouentur, quia argu-
mentum de perſonis ad tempus eſt validum. *l. vel*
ſingulis, & l. ſeq. ff. de vulgari. Sed vnum verbum
reſpiciens plures perſonas † debet pariformiter il- 18.
las determinare; ergo & verbum reſpiciens plura
tempora, & ita poſt aditam hæreditatem hæc ſub-
ſtitutio eſt fideicommiſſaria; ergo & ante aditam
debet eſſe fideicommiſſaria; quamobrem pupillarē
ante aditam continere non poteſt. Et confirmatur,
quia non debet fieri voluntatis diuiſio. *l. eum qui, in*
fin. ff. de his quib. vt indign. Item quia vna, & eadem
res non debet diuerſo iure cenſeri. *l. eum qui ædes.*
ff. de vſucapion.

Contrariam opinionem in hoc caſu tenet Bartol.
in d. l. centurio, num. 26. & 29. & ſequent. videlicet,
quòd dicta ſubſtitutio intra † tempora impuberta- 19.
tis ſit pupillaris, & poſt eam ætatem ſit fideicom-
miſſaria, gloſſ. *in §. qua ratione, & §. final. Inſtit. de*
pupill. ſubſtit. Ioan. Andr. *in cap. ſi pater. de teſtament.*
lib. 6. & *in d. l. centurio*, Angel. *num. 1. in fin.* Paul.
de Caſtr. *num. 7. verſ. tu dic.* Immol. *num. 23.* Aret.
num. 13. verſ. vnde attende. Iaſ. *num. 45.* Ripa *num.*
117. in fin. Zaſ. *numer. 30. verſ. quam ſententiam,*
Seiſell *numer. 38.* Alciat. *numer. 84. & 90.* Lanfranc.
numer. 136. verſ. quibus ex omnibus. Item *in d. lege pre-*
cibus, eandem concluſionem firmarunt Cyn. *colum.*
pen. verſ. quidam moderniores, Bartol. *numer. 12. in fin.*
Bald. *num. 41.* Angel. *num. 10.* Salyc. *num. 9. verſ. ex*
his ergo. Paul. de Caſtr. *col. 6. verſ. ſi verò compendioſa.*
Alex. *num. 11.* Zaſius *num. 15.* Curt. iun. *num. 9.* Ca-
gnol. *num. 213.* Corn. *num. 72.* Sebaſtian. Sapia *num.*
81. Coraſ. *numer. 61.* Caccialup. *num. 78.* Eandem
opinionem firmarunt omnes ſcribētes tractatus de
ſubſtitutionibus, Bald. *in materia compēdioſæ, num. 23.*
Polit. *in tit. de compendioſa, num. 29.* Barthol. de Hu-
cio *in tit. de compendioſa, cap. 13. num. 5.* vbi dicit, quòd
omnes Doct. iſtam ſequuntur, Aretin. *in materia cō-*
pendioſæ, in fine, Zaſius *in tract. de ſubſtit. c. 5. col. 9. verſ.*
quòd autem. Vaſquius *in materia compendioſa, num. 61.*
Paul.

Paul. Leon. *de compendioſa, numer.* 380. vbi probat hanc eſſe magis communem concluſionem. Oddus *de compendioſa part.* 5. *artic.* 3. *numer.* 6. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 21. Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. parte* 4. *cap.* 1. Et præfati ſcriptores tractatuum referunt omnes conſulentes, qui in diuerſis caſibus reſponderunt, & ſecundùm hanc opinionem fuit in diuerſis tribunalibus iudicatum. Guidopap. *deciſ.* 525. Idem in Senatu Pedemontano, & in regno Neapolis, videlicet, quòd durante impubertate ſit pupillaris, & poſtea ſit fideicommiſſaria, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *titulo Subſtitutio compendioſa. cap.* 1. *& ſeq.*

Omnes mouentur, quia illud quod regitur ſecundùm curſum temporum variatur, variato tempore. *l. pretia rerum.* §. *nonnullam. ff. ad leg. falcid. l. Titia Seio.* §. *vſuras. de legat.* 2. *l. penult. C. de vſufruct.* Sed iſta ſubſtitutio facta impuberi quandocumque deceſſerit, reſpicit diuerſa tempora, videlicet vulgaris, & pupillaris, & pubertatis poſt aditam; ergo debet variari, prout variatur qualitas perſonæ. *l. pater Seuerinam.* §. *conditionum. ff. de condit. & demonſtr. l. Pomponius. ff. de negot. geſt.* Sed pupilli perſona inſtituti variat in tempore; ergo & ſubſtitutio eidem facta, debet variare in tempore. Item quia natura ſubſtitntionis compendioſæ eſt, vt ſub temporum pluralitate plures ſubſtitutiones contineat, quam eſſe communiſſimam opinionem probat Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio. quæſt.* 61. & Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 18. *num.* 103. & quælibet ſubſtitutio dicitur in potentia contineri ſub iſta, habito reſpectu ad ætatem, nam facta pupillo ante aditam eſt vulgaris, poſt aditam intra impubertatem, eſt pupillaris, & poſt pubertatem fideicommiſſaria, ita vt eueniente tempore illa potentia reducatur ad actum, Socin. iun. *in d. l. centurio, n.* 259. *verſ. & pro concluſione.* Sed tenentes primam opinionem reſpondent, rationes procedere, quando ſaluis verbis ſubſtitutio poteſt eſſe vniformis; ſed in hoc caſu non ita eſſet, de quo ſcribam paulò infrà. Item pro communi, nam quando pater ſubſtituit filio, præſumitur voluiſſe facere actum illi fauorabilem. *l. quidã cùm filium. ff. de hered. inſtit. l. ſemper in dubiis. ff. de regul. iur.* Sed ſubſtitutio pupillaris dicitur fauor filij, vt ipſe decedat teſtatus. *l. pupillus. ff. de acquir. heredit.* gloſſ. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* & fideicommiſſum eſt onus. *l. cohæredi.* §. *cum filio. ff. de vulgari.* Item pro dicta communi eſt caſus *in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* vbi decedente pupillo intra pupillarem ætatem, ſubſtitutio erit pupillaris, poſtea verò erit fideicommiſſaria. Nec valet reſponſio aduerſariorum, quòd ille text. loquitur de compẽdioſa facta à milite, & nos loquimur de facta à pagano, quia, vt probauimus in præcedentibus, miles poteſt teſtari de iure communi, & de iure militari; ſed miles non habet priuilegium vt poſſit teſtari de bonis pupilli iure militari, *l. cum filiusfamilias. l. milites etiam. ff. de milit. teſtam. l. impuberi. ff. de adminiſtr. tut.* & *in d. l. precibus*, miles teſtatus fuit non ſolùm de bonis ſuis, ſed etiam de bonis filij, quia ſubſtituti dicuntur eius hæredes; ergo cenſetur hoc feciſſe de iure communi. Item cùm hoc potuerit facere de iure communi, non eſt quærendum, an hoc feciſſet ex priuilegio. *l. Imperatoris. ff. de priuileg. credit. l.* 1. *C. de theſaur. lib.* 10.

Ad fundamentum contrariæ partis reſpondet Bartol. *in d. l. centurio, num.* 30. quem impugnat Iaſ. *n.* 44. & Oddus *in d. art.* 3. defendit Bartol. Sed iſtis circumſcriptis, reſponderi poteſt, quòd tunc vnum verbum debet pariformiter determinare, quando ex ſui natura continet vniformem naturam; ſed dictio *quandocumque*, non habet vniformem naturam, & quãdo verbum poteſt referri ad plura tempora, † in dubio eſt iudicandum, vt ab initio prolatum fuerit, illud referendo ad futuros euentus. *l.* 3. *in princip. ff. de adim. legat. l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtrat. l. Iulianus.* §. *proinde. ff. ad Macedon. l. qui res, in princip. ff. de ſolut.* Item quia euentus huius ſubſtitutionis poſſunt eſſe varij, videlicet in pupillari, & poſt pubertatem; lex autem eſt certa de euentu, † *l. cum quidam.* §. *ſuum. ff. de acquir. haredit.* ideo lex ipſa interpretatur vniformiter, iuxta naturam verbi prolati à teſtatore. *d. l.* 3. *ff. de adim. legat.* nec fit diuiſio voluntatis, ſi ipſa ſubſtitutio variatur, tempore variato, Polit. *in materia compendioſæ, num.* 29. Item diuerſo tempore poteſt diuerſo iure cenſeri, quia variatur per tempora, vt declarat Socin. iun. *in d. l. centurio, num.* 263. *verſ. demum.* & ita ipſa communis opinio remanet benè probata non ſolùm ex allegatorum authoritatibus, ſed etiam ex ipſis legibus, quas induximus cum communi ſchola. 20. 21.

Declaratur iſta communis, vt non procedat, quando conſtat † de voluntate expreſſa teſtatoris, quia eius verba non poſſunt comprehendere pupillarem ſubſtitutionem: vt ſi dixerit, quandocumque filius meus pubes factus, filióſque non habens deceſſerit, ſubſtituo Caium, tunc apparet voluiſſe excludere tempus pupillaris ætatis. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 54. *num.* 19. qui dicit hunc caſum nullam probabilem habere difficultatem. Item ſi teſtator habens filium impuberem, & furioſum, per hęc verba ſubſtituiſſet, & ſi filius meus in furore, vel aliàs quandocumque deceſſerit, Cæſar hæreditatem habeat, nam cùm filio impuberi non poſſit ſubſtitui exemplariter intra tempus pubertatis, ſecundùm Bartol. & alios magis communiter *in l. ex facto. ff. de vulgari*, & *ibi* Ripa *n.* 60. atteſtatur eſſe communem opinionem; ergo pater non creditur voluiſſe pupillariter ſubſtituere, ſed tantùm exemplariter, Oddus *in d. art.* 3. *n.* 9. Menoch. *in d. præſumpt.* 54. *n.* 19. quos ſequitur Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 3. *quæſt.* 21. *n.* 41. & ita fuit iudicatum in Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.* 5. *titulo, Subſtitutio compendioſa, cap. ſi propter.* Huius declarationis plures alij caſus dari poſſunt, ſed quia non ſunt ita certi, & à Doctoribus diſputantur ad partes more ſcholaſtico, illos omitto. 22.

Secundò declaratur, vt non procedat, quando mater pupilli ſuperuiuebat, & ſubſtitutus non erat illius conditionis, vt teſtator præſumatur magis illud diligere, quàm pupilli matrem. Nam hoc caſu ipſa compendioſa † verbis communibus facta, ſemper erit fideicommiſſaria, ita firmarunt Bartol. *in d. l. centurio, n.* 28. Ruin. *num.* 58. Galiaul. *num.* 81. Idem Bartol. *in l. precibus, num.* 16. & *ibi* Bald. *num.* 41. *in fin.* Dec. *num.* 10. qui atteſtatur communem, Curt. iun. *num.* 63. Sebaſtian. Sapia *num.* 82. Bartol. *in l. ſi arrogator. col. pen. verſ. reuertendo. ff. de adoptionib.* & hanc opinionem ſequuti ſunt Dyn. Iacob. de Rauenn. Cyn. Oldrad. Martin. Silimanus, Iacob. de Belloviſ. Odofred. Gulielm. de Cun. Raynerius de Forliuio, Alberic. Petr. de Bellapertic. Angel. Ioan. de Plat. Hoſtienſ. Innoc. Archidiacon. Ancharan. Signorol. Anton. de Butr. Zabarell. Fulgoſ. Aretin. Ioan. de Anania, Florianus, Curtius, Lancellottus, Ferdinand. Barbatia. Bolognet. Rubeus, Gomeſius, Afflictus, Vaſquius, & alij quamplurimi, quos refert Burſat. *in conſil.* 8. *numer.* 39. *verſ. affirmatiuam tenentes*, vbi allegat viginti duos Doctores atteſtantes de communi, atque illam Burſati conſultationem ab omnibus impugnationibus defendit Hieronymus Valla *in conſ.* 327. inter conſilia eiuſdem 23.

Burſati, & hanc eandem concluſionem doctiſſimè defendunt Cephal. *in conſil.429.numer.* 116. *& ſeq.* Item Decian. *in conſil,*82.*per totum,vol.*3.Item Purpurat. *in conſil.*229. *num.*2. & Menoch. *in conſil.* 144. *volum.*2.*& conſil.* 551.*num.*4.*vol.*6.*& lib.* 4. *præſumpt.* 54.*num.*29.*& præſumpt.*56. *numer.* 9. eandem etiam ſequuti fuere Paul.de Caſtr. *in conſil.* 142. *numer.* 2. *vol.*1. vbi dicit magis communem, Aretin. *in conſil.* 154.*in fin.* Beronsi *in conſil.*45.*num.*8.*volum.*2.*& conſil.* 125.*num.*5.*vol.*2. Corn. *in conſil.* 322.*numer.*1. *vol.*3. Item Bald.*in tract. de ſubſtit. in materia compendioſa, num.*41. *in fin.* Bartholom.de Hucio *in eod. tract. tit. de compendioſa,num.*18. Angel.Aretin.*in tract.de teſtament.gloſſ.* 80. *num.* 25. *& ſeq.* Craſſ. *in* §.*ſubſtitutio. quæſt.*74.*col.*3. Qui Doctores ita à nobis ſingulariter inducuntur,quoniam multi ex prædictis etiam pro parte contraria allegantur, ſed aut loquuntur in diuerſis terminis,videlicet de compendioſa directis verbis facta, aut ſibi contradicunt, & pro nulla parte allegari merentur, ita non poſſunt numerum Doctorum allegatorum diminuere, atque negari nullo modo poteſt, quòd iſta ſit verè magis communis Doct. opinio; & ſecundùm ipſam ſemper in tribunalibus fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5 *tit.Subſtitutio compendioſa. cap.* 2.*& ſeq.* & ibi quòd in Senatu Pedemontano,multi mediam viam eligendam eſſe dicebant,atque matri ſolam legiti-
24. mam dare.† Sed obtinuit ibi iudicari ſecundùm deciſionem Sacri Conſilij Neapolitani, videlicet, quòd legitima, & Trebellianica illi danda ſit, & ita ſit merè fideicommiſſaria, & hanc ſententiam etiam ſequuta eſt Rota Romana,vt *in d. tit. Subſtitutio compendioſa.*§.*hac verba.*

Et licèt aliquæ tribunalium deciſiones allegentur pro contraria parte, tamen, ſi benè aduertantur, non loquuntur de compendioſa facta per verba communia, matre exiſtente in medio, & nulla alia perſona teſtatori chariora ſubſtituta, in quibus terminis tractamus in præſenti caſu. Nam Surdus *in deciſ.* 273. qui allegatur pro illa, loquitur quando teſtator ſubſtituit nepotes ex filio. Item ibi non erat vxor teſtatoris, ſed nurus. Item eidem alimenta legauerat,& extra domum nihil ſibi dari voluit, prout illam compilaui *in Digeſt. Nouiſſim. d. tit. Subſtitutio compendioſa, cap. ex coniecturis.* Item Guidopap. *deciſ.* 555. pro illa allegatus, loquitur, quando ſubſtitutio facta eſt puberi per verba directa. Et qui vult videre omnes caſus deciſos in hac materia, perlegat d. titulum *de compendioſa, in Digeſt. Nouiſſim.* vbi omnes deciſiones compilaui.

Præterea pro opinione contra communem alle-
25. gatur *d. cap.* † *ſi pater. de teſtam. lib.*6. vbi dicunt eſſe caſum, nam ibi mater erat in medio, & tamen intra pupillarem ætatem valet vt pupillaris. Sed reſpondent communiter, ibi ſubſtitutionem fuiſſe factam per verba directa, ſed nos loquimur,quando facta eſt per verba communia. Item ibi ſubſtituti fuerunt pauperes Chriſti, erga quos maior affectio præſumitur, quàm erga matrem, propter fauorem animæ, & concurrente maiore affectione, ceſſat ratio actionis maternæ. Item quia pro communi non reperitur textus in iure, ſed rationes allegantur, quòd interpretatio ſemper matris fauore facienda eſt, ne à luctuoſa filij hæreditate excludatur, propter quam regulam aliquando receditur à iure communi, *l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. & d.l.precibus.* Item quia in dubio debemus tenere
26. illam opinionem,quæ fauet † matri, vt filio ſuccedat, *l.qui duos, in princip. & ibi gloſſ.final. &* §.1. *& ibi gloſſ. in ver. patris.ff. de rebus dubiis.* Et licèt tenentes contrariam reſpondeant, primam procedere, quando agitur de ſubſtitutione omnino tacita, ſed nos verſari in extendenda ſubſtitutione pupillari verbis generalibus expreſſa, in aliam ſpeciem, videlicet in fideicommiſſariam. Quamobrem cùm verba ſubſtitutionis clarè oſtendant excluſionem matris,ceſſat ratio dubij, propter quam illi fauendum ſit,tamen replicari poteſt,non eſſe verum quòd nos agimus de extendenda pupillari in fideicommiſſariam, quia imò verſamur in interpretanda illa
pupillari † verbis generalibus comprehenſa,vt non 27.
ſit directa, quando mater eſt in medio, nam cùm verba communia vtramque ſignificationem habeant, aliquando propter mentem interpretatio ſit in directam, aliquando etiam verba directa in obliquam trahuntur, vt ſcripſi in præcedentibus articulis, & tenet Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim.tom.* 5. *tit. Subſtitutio compendioſa, cap. ſuper eo.* Et licèt in hac nulla lex expreſſa allegari poſſit, tamen ſatis
eſt, vt in iſta interpretatione communi, † quæ 28.
non eſt contra legem expreſſam, habeamus tam immenſum Doctorum numerum, qui pro lege obſeruandus eſt, vt probat Coratia *in tractatu de communi opin. lib.* 1. vbi agit de authoritate communis, cui contradicere temerarium eſt, non enim de aliquibus curandum eſt,qui contra tam communiſſimam ſententiam loquuntur, & fruſtrà cum eorum rationibus allegantur.Poſſet tamen iſta reſponſio contra communes rationes eſſe vera, quando teſtator ver-
bis communibus † feciſſet compendioſam cum ex- 29.
preſſa temporum dinumeratione: vt ſi dixerit ſi filius meus in pupillari,vel aliàs quandocumque deceſſerit,nam hoc caſu teſtator dicitur per pupillarem prouidere voluiſſe, & ita in pupillari decedente, mater excluditur, Menoch.*in conſil.*362. *n.*6.*& ſeq. vol.*4.Sed non eſt iſte caſus de quo agimus, nam verſamur in compendioſa verbis communibus facta, abſque temporum dinumeratione,quo caſu illa pupillaris verbis generalibus expreſſa hanc recipit interpretationem ab authoritate tot ſapientiſſimorum I C.vt ſi mater ſit in medio,illius fauore fideicommiſſaria exiſtat.

Item declaratur, nam quando eſſet ſubſtituta † 30.
perſona magis dilecta teſtatori, vtpura alter filius, dicti pupilli frater, tunc præſumitur directò voluiſſe pupillariter ſubſtituere,& ita mater excluderetur, Bartol. *in d. l. precibus, num.*14. *C. de impuber. ſubſtit.* & *ibi* Doctor. Sebaſtian. Sapia *numer.* 83. Cagnol. *numer.* 224. Alexand. *in d.l. centurio, num.*90. Ripa *numer.* 137. & ita in pluribus caſibus reſponderunt Angel. *in conſil.*131.*numer.*2. Fulgoſ. *in conſil.* 33. *in fin.* Paul. de Caſtr. *in conſil.*375.*num.*3.*vol.*1. Anton. de Butr.*in conſil.*13.*num.*1. Corn. *in conſil.* 28.*num.*3. *verſ.ſecunda coniectura.vol.*4.& licèt multi diſſentiant, tamen ab iſta non eſt recedendum,quia magis communis,& ſecundùm iſtam fuit in pluribus tribunalibus iudicatum, vt *D.N. tit Subſtitutio compendioſa, in plurib. capit.* Et ideo quando plures filij impuberes fuerunt inuicem ſubſtituti,tunc pupillaris continetur ad excluſionem matris.Simon de Pret.*in conſ.*61. *n.*30.Menoch.*in conſ.*362.*n.*10.*vol.*4.Item quia ratio
quare mater † ſuperuiuens non excluditur,iuxta do- 31.
ctrinam cõmunem eſt propter affectionem;ergo per contrarium,quando facit actum,per quem cenſetur facta odioſa,& inimica teſtatori, tunc illa cõmunis non procedit,ſed ipſa mater excluditur,Angel.*in d. l.precibus,*& *ibi* Dec.*n.*16.*verſ.retenta,*Aret *in conſ.*154. *n.*7.Corn.*in conſ.*28.*n.*3.*vol.*4.Odd.*d.art.*3.*verſ.ſublimitatur ergo primò,*Aquil.*in l.cẽturio.in* 5.*parte,n.*199.

&

& omnes ponunt exemplum,vt ſi ipſa pertranſiuiſ-
ſet ad ſecundas nuptias, nam tunc præſumitur facta
32. inimica,† & odioſa ipſi teſtatori,cuius memoriã ne-
glexiſſe dicitur. Idem ſi in loco teſtamenti eſſet ſta-
tutum excluſiuum fœminarum, nam tunc teſtator
cum illo conformem ſe reddidiſſe creditur, & dicta
pupillaris excluderet matrem. Bero. in conſil. 126.
num. 3. vol. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 56. n. 13. quod
eſt verum, quando filij vigore dicti ſtatuti in ſpecie
excluderent matrem. Alter caſus ſimilis præcedenti
eſt, quando teſtator vxorem ſuam vſufructuariam
feciſſet, donec in viduitate permanſiſſet, eo verò nu-
33. bente, excluſam eſſe voluit, per pupillarem † in com-
pendioſa contentam, de quo per Menoch. in d. conſil.
362. num. 13. verſ. ſexto, vol. 4. & lib. 4. præſumption. 65.
num. 26. Item alterum ſimilem hîc ſubnectunt, ſi te-
34. ſtator aliquid ſpecificè vxori reliquiſſet † in com-
penſationem portionis ſibi debitæ in bonis filij ſui,
tunc enim ipſa mater excluſa cenſetur, Simon de
Prec. d. conſil. 61. n. 35. Pancirol. in conſil. 155. num. 6.
verſ. alia eſt, Menoch. lib. 4. præſumpt. 56. num. 25.

Tertius caſus eſt principalis, quando compendio-
ſa verbis communibus facta eſt non de tota, ſed de
parte hæreditatis, vel bonorum, puta in re certa, vt
ſi teſtator dixerit, quandocumque filius meus deceſ-
ſerit ſine liberis, eidem ſubſtituo Caium in tali fun-
do, vel talis fundus perueniat ad Caium, tunc ſo-
35. lam † fideicommiſſariam continere, reſpondet Bar-
tol. in d. l. centurio, num. 33. ita quòd decedente filio
inſtituto impubere, dictus ſubſtitutus non capiet
omnia bona impuberis, ſed tantùm rem illam per fi-
deicommiſſum habere debet, quam concluſionem
ſequuti ſunt ibi Socin. iun. n. 286. Galiaula num. 431.
Ripa n. 152. Alciat. n. 97. Cephal. n. 686. Bolognett.
n. 251. Bald. in tract. de ſubſtit. in materia compendioſa,
n. 27. Bartholom. de Hucio in eod. tit. cap. 5. n. 22. Od-
dus de compendioſa parte 5. art. 3. n. 35. Intrigliol. in eod.
tractatu centur. 3. quæſt. 24. Trentacinq. in eodem tract.
part. 4. cap. 2. n. 16. Craſſus in § ſubſtitutio, quæſt. 76. n. 1.
qui omnes atteſtantur eſſe communiſſimam ſen-
tentiam, & tot conſulentes allegant, qui vix tran-
ſcribi poſſunt. Mouentur omnes per text. l. cogi. §.
& generaliter. ff. ad Trebell. Sed iſte text. non facit, quia
ibi alius erat inſtitutus heres, & grauatus per verba
merè obliqua reſtituere hereditatem, ſed nos agi-
36. mus quando per verba communia ſubſtitutio in re
certa facta eſt. Item per text. in § aliud † quoque capi-
tulum, verſ. caterùm, Auth. vt cùm de appellat. cognoſc.
reſpondent omnes, quòd nec iſte text. probat in-
tentionem Bartoli, quia etiam alius fuit vniuerſali-
ter heres inſtitutus, atque rogatus de reſtituendo, &
ita verba erant obliqua, & iſta eſt cõmunis omnium
reſponſio. Sed ſi benè aduertantur verba Bartoli, il-
le text. videtur probare eius intentionem, ſic indu-
cendo. Si dicerem, relinquo talem rem filio meo,
etiam ſi valeret pluſquam legitima ſibi debita, ad-
huc diceretur filius præteritus, quia cùm verbum re-
linquo, ſit commune, quando eſt adiectum certæ rei,
non trahitur ad inſtitutionem, & in filio requiritur
quòd legitima habeatur iure inſtitutionis. d. §. aliud
quoque capitulum, & in Auth. Nouiſſima. C. de inoffic. te-
ſtam. & ita inducendo probat ille textus.

Item pro dicta communi, allegatur à Ripa in d. l.
37. centurio, text. l. Lucius Titius. § filiam. † de legat. 2. vbi
facta fuit ſubſtitutio in re certa, per verbum pertine-
re, quod eſt commune, & nullus alius fuit heres in-
ſtitutus, vel ſubſtitutus, & ibi deciditur, quòd non
habet locum vt vulgaris, à qua illud teſtamentum
validitatem habere poterat, ſed debetur à venienti-
bus ab inteſtato per fideicommiſſum. Ratio dubi-
tandi poterat deſumi à l. ille à quo. § ſi de teſtamento. ff.
ad Trebell. per cuius regulam d. ſubſtitutio debebat
expirare. Ratio decidendi fuit, quia verba directa † 38.
antiquitus relata ad certam rem importabant ſo-
lum legatum, & licèt poſtea per l. quoniam indignum.
C. de teſtament. poterant importare etiam directam
inſtitutionem, quando referuntur ad vniuerſitatem,
tamen quando referuntur ad certam rem, retinue-
runt propriam naturam, vt importarent legatum, &
ita communiter per omnes Doct. ampliatur conclu-
ſio Bartoli, vt procedat non ſolùm quando per verba
directa naturalia, ſubſtitutio de re certa facta fuit.
Item quòd verba communia † adiecta certæ rei non 39.
poſſunt habere vim inſtitutionis, aut ſubſtitutionis,
ſed ſolùm important legatum, firmarunt gloſſ. &
communiter Doct. in l. his verbis. ff. de hæred. inſtit. &
in l. 1. § ſi ex fundo, & in l. ex facto. ff. eod. tit. Et hoc eſt
verum, etiam ſi ſubſtitutus fuiſſet coheres inſtituti,
quia neque per ius accreſcendi poſſet vniuerſam
hereditatem capere, Roman. in conſil. 58. num. 1. & in
conſil. 200. num. 1. Oddus in d. art. 3. num. 41. per text.
l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari, Trentacinq. in d. cap. 2.
num. 18.

Pro contraria parte allegatur text. cap. ſi pater. de
teſtam. lib. 6. vbi filia fuit inſtituta in re certa, & ta-
men frater, & pauperes ſuccedunt illi pupillariter.
Reſpondetur, quòd licèt ibi inſtitutio fuiſſet in
re certa, tamen ſubſtitutio † fuit ſimpliciter fa- 40.
cta, & ita potuit continere vniuerſitatem bono-
rum, per regulam d. § ſi ex fundo. Item inſtitutio
facta fuit per verba directa, ſed nos loquimur,
quando per verba communia. Quare non eſt diſ-
cedendum ab opinione Bartoli, quæ communis
eſt, & ex allegatis vera apparet, & ſecundùm eam
fuit iudicatum in Rota Rom. vt in Digeſt. Nouiſ-
ſim. tomo 5. tit. Subſtitutio fideicommiſſaria. §. hæc
verba.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quan-
do vel ex verbis in ipſa ſubſtitutione appoſitis, vel
ex qualitate rei, vel ex qualitate ſubſtituti apparet,
quòd pupillarem etiam facere voluit. Primò, quan-
do ex verbis. nam ſi teſtator in compendioſa, etiam
pupillaris † ætatis mentionem fecerit, vtique illa 41.
contineri dicitur, Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 4. ff. de
vulgari, & ibi Aretin. in verſ. aliquando eſt facta ſub-
ſtitutio, Socin. num. 11. verſ. aliquando, & ſecundò, Po-
litus de compendioſa, verſ. quæritur ſecundò, quid ſi te-
ſtator, Ripa in d. l. centurio, num. 154. quando teſta-
tor addiderit clauſulam, vulgariter, pupillariter, & per
fideicommiſſum. Corn. in conſil. 35. num. 10. volum. 2.
Oddus in d. artic. 3. num. 45. Idem ſi filio inſtituto
in re certa, feciſſet ſubſtitutionem compendioſam
ſimpliciter †, quandocunque deceſſerit, quia tunc 42.
perinde eſt, ac ſi facta fuiſſet in tota hereditate,
Franch. in d. cap. ſi pater, per illum text. qui eſt in
puncto, & alij relati per Oddum in d. articul. 4. num.
46. & per Intrigliol. in d. cap. 24. num. 33. Item ex
qualitate rei relicta, quæ non excederet legitimam,
quia tunc valebit vt pupillaris. Bald. in d. l. ex tribus
vnciis, n. 2. verſ. ego ſemper. C. de inoffic. teſtam. Ripa in d.
l. centurio, num. 154. verſ. limita tertiò, & alij ad hoc re-
lati per Oddum in d. articul. 3. num. 43. Intrigliol. in d.
centur. 3. q. 24. n. 23. & per Trentacinq. in parte 4. c. 1.
n. 21. quia cùm in legitima filius non poſſit grauari,
l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. Ideo, vt
actus potius valeat quàm pereat, ex regul. l. quoties.
ff. de reb. dub. & l. miles qui deſtinauerat. ff. de milit.
teſtam. dicendum eſt huiuſmodi compendioſam,
pupillarem continere. Sed hæc concluſio intelli-
gitur, quandò † filius nihil aliud habebat in bo- 43.
nis

nis tempore mortis ipſius teſtatoris, tunc enim ſubſtitutio illi facta in re certa, quam eidem teſtator reliquit, trahitur ad omnia bona pupilli filij, & ideo directam pupillarem continebit, vt declarat Paul. de Caſtr. *in l. 1. numer. 4. ff. de vulgari.* Item ex qualitate ſubſtituti, qui ſi eſſet alter filius teſtatoris, tunc fauore ipſius, ſub dicta compendioſa in re certa, dicitur contineri pupillaris, & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. tit. Subſtitutio. cap. extraneo.*

Quartus caſus eſt, quando ſubſtitutio facta eſt in
44. quota † hæreditatis, vel in quota bonorum, quia diſtributio portionum bonorum ſignificat idem, ac ſi dixiſſet omnia bona; ſed idem eſt dicere totam hæreditatem, & omnia bona. *l. nam quod, in fin. & l. fin. ff. ad Trebellian.* & poteſt eſſe exemplum, quandocumque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Caium in triente, vel in tertia parte bonorum, quo caſu diſtinguendum eſt: aut tota hæreditas, vel omnia bona ſunt diſtributa per quotas, puta Titius habebat tertiam partem bonorum, & Caius habebat duas partes, vel Titius habebat trientem hæreditatis, & Caius habebat beſſem, & tūc receptiſſima eſt ſententia, quòd ſub huiuſmodi compendioſa continetur pupillaris, Bartol. *in d. l. centurio, num. 36.* & cum eo tranſire omnes Doctores, atteſtatur Socin. iun. *numer.* 289. & Immol. *num.* 24. Ripa *num.* 154. Galiaul. *num.* 444. Bolognet. *num* 253. Seiſell *num.* 32. Alciat. *num.* 98. Bald. *de ſubſtit. in materia compendioſæ, num.* 27. Bartholom. de Hucio *de compendioſa, num.* 23. *in fin.* Oddus *in d. artic. 3. num.* 19. Trentacinq. *in d. parte 4. cap. 2. num.* 15. Intrigliol. *in d. centur. 3. cap.* 25. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 61. *numer.* 1. Omnes atteſtantes de communi, & pro hac concluſione eſt text. *l. 1. §. diuus. ff. de hæred. inſtit.* vbi fit diſtributio aſſis, & ille text. procedit ſiue fiat per quotas hæreditatis, ſiue per quotas bonorum, & Doct. præfati concludunt, eo caſu ſubſtitutionem compendioſam continere etiam pupillarem. Et ratio eſt, quia diuidendo totam hæreditatem per quotas, perinde eſt, ac ſi vnum tantùm in totum ſubſtituiſſet, quia aſſignatio portionum habet vim inſtitutionis, etiam ſi non apponatur, hæres eſto, *l. diuus autem. ff. de hæred. inſtit.*

Aut tota hæreditas non fuit diſtributa per quo-
45. tas, † vt ſi teſtator dixerit, quandocumque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Caium in tribus vnciis, vel in tertia parte bonorum, & de reſiduo nihil dixit, & tunc non continebitur pupillaris, ſed ſola fideicommiſſaria. Bartol. *in d. l. centurio, n.* 36. & ſequuntur omnes atteſtantes eſſe communiſſimam, Socin. iun. *num.* 290. Ripa *num.* 156. Galiaula *num.* 439. Alciat. *num.* 98. Seiſell *num.* 42. Bolognett. *num.* 253. *verſ. ampliatur.* Bald. *in materia compendioſæ, numer.* 27. Bartholom. de Hucio *in d. cap. 5. n.* 23. Trentacinq. *in d. part. 4. cap. 2. numer.* 16. Intrigliol. *in d. centur 3.*
46. *cap.* 25. Et ratio eſt, quia verbum commune † trahitur ad inſtitutionem, quando nullus alius eſt hæres inſtitutus. gloſſ. *in l. his verbis, & ibi not. ff. de hæred. inſtit.* Sed nos præſupponimus filium eſſe hæredem inſtitutum vniuerſaliter, quæ inſtitutio durat etiam poſt mortem ipſius; ergo non poteſt valere iure directo, ſed tantùm iure fideicommiſſi. Huic rationi Bartoli Immola contradicit, quia licèt reperiatur hæres inſtitutus quò ad ſucceſſionem teſtatoris, tamen quò ad ſucceſſionem pupilli nullus alius reperitur hæres ſubſtitutus, ideo non debet obſtare, quin poſſit trahi ad ſubſtitutionem pupillarem, per quam ſuccedimus pupillo. Reſponderi poteſt, quòd Bartol. non facit fundamentum, quòd pupillus ſit inſtitutus in hæreditate ipſius, & quòd nullus ſit inſtitutus in hæreditate pupilli, vt verbum commune trahatur ad directam ſubſtitutionem, quia facit fundamentum in hæredibus legitimis ipſius pupilli, † & cenſetur voluiſſe, quòd venientes ab inteſta- 47.
to ſint eius hæredes. *l. Lucius. §. filiam. de legat. 2.* & ita tacitè dicuntur inſtituti in illius bonis, nam cùm teſtator poſſet illos in totum excludere, ſubſtituendo pupillariter in omnibus bonis pupilli, hoc non faciendo, videtur hæredibus legitimis ipſius pupilli hæreditatem relinquere. *l. conficiuntur. ff. de iure codicill.* & ita inſtitutio pupilli durat etiam poſt mortem ipſius, & cùm legitimi hæredes pupilli videantur tacitè inſtituti, intrat doctrina gloſſ. *in d. l. his verbis.* Nec obſtat, quòd ſi verbum commune eſſet adiectum totalitati bonorum, † tunc etiam non trahe- 48.
retur ad directam ſubſtitutionem, quia Bartol. *in d. l. centurio*, reſpōdet, ſi teſtator ſubſtituit pupillo in omnibus bonis, tunc quia in totum excludit hæredes pupilli, ideo trahitur ad directam ſubſtitutionem: ſed quando ſubſtituit in certa portione tantùm, ſecus eſt, quia non excludit legitimos hæredes pupilli; ergo facta ſubſtitutio in quota bonorum, vel hæreditatis, debetur ab eiſdem iure fideicommiſſi, & hoc voluit dicere Bartol. *in d. l. centurio, in fine huius quæſtionis.* Et confirmatur, quia verbum commune, vbi non eſt adiectum totalitati bonorum, & nullus alter eſt hæres inſtitutus, non poteſt trahi ad hæredis inſtitutionem, pro quo Bartol. allegat *l. eum autem. de legat. 2.* vbi ſi dico, do partem bonorum meorum, non eſt hæredis inſtitutio, & firmat Immol. *in d. l. his verbis. col. 2. verſ. ſed aduerte. ff. de hæred. inſtit.* & latiùs declarat Galiaul. *in d. l. centurio, num.* 440.

ARTICVLVS VI.

Quando ſubſtitutio compendioſa eſt facta per verba directa, & communia ſimul, in perſona vnius appoſita, vtrùm ſubſtitutus habeat electionem ſuccedendi ex ſubſtitutione directa, vel obliqua.

SVMMARIA.

1. *Compendioſa poteſt fieri per verba directa, & communia ſimul.*
2. *Subſtitutus ſimul per verba directa, & obliqua habet electionem per quam ſuccedere velit.*
3. *Verbum nullum debet eſſe fruſtratoriè appoſitum ſine effectu.*
4. *nec ſufficit operari maiorem mentis declarationem.*
5. *Teſtator poteſt facere, vt ſubſtitutio valeat iure directo, & obliquo.*
6. *Interpretatio voluntatis ſemper facienda eſt ſecundùm potentiam diſponentis.*
7. *Verba adinuicem contraria non poſſunt eſſe appoſita declaratiuè.*
8. *Subſtitutus habet electionem per quam ſubſtitutionem ſuccedere velit, & num.* 11.
9. *Hæres legitimus habet electionem ſuccedendi vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.*
10. *Actor habet electionem per quod remedium agere velit.*
12. *Verbum commune, quod eſt ambiguum, an poſſit declarari per directum.*
13. *Compendioſa non eſt reſtringenda quando ſimul fit per verba directa, & obliqua.*

14. Subſtitu

14. *Subſtitutus habet electionem quando plures ſuſtitutiones ſunt factæ in vna oratione.*
15. *Verbum commune quando determinandum ſit per verbum directum.*
16. *Verbum directum in compendioſa quando intelligendum ſit demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè.*
17. *Subſtituti quando ſunt plures, quando vnus eſt hæres, & alter fideicommiſſarius.*
18. .. *& quando vterque eſt hæres directus.*

SI teſtator dixerit, quandocumque
filius meus deceſſerit ſine liberis, Ca-
1. ium ſubſtituo, & eum ſibi hæredem †
facio. Vel dixit, bona mea ad Caium
perueniant, in quibus eum hæredem
inſtituo. In iſtis verbis adeſt *directa*, & *communia*
ſimul; ideo eodem tempore continebit directam,
& fideicommiſſariam. Bartol. *in l. centurio, n.* 38. quem
ſequuntur communiter omnes, Socin. iun. *num.* 308.
Alex. *num.* 95. Immol. *num.* 24. Iaſ. *num.* 59. Galiaul.
num. 480. Aretin. *num.* 16. Seiſell *num.* 45. Rip. *n.* 170.
Bald. *in d. tit. de compendioſa. num.* 30. Bartholom. de
Hucio *in eod. tract. cap.* 5. *num.* 25. Zaſius *in eod. tractatu in materia compendioſæ col.* 11. *verſ. quæro ſecundò*,
Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 27. Crentacinq.
in eod. tractatu, parte 4. *cap.* 13. *num.* 1. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 78. *num.* 1. qui omnes, quaſi innumerabiles conſulentes referunt, omnéſque atteſtantes
de communi, & de magis communi, & iſta opinio
fuit recepta in Rota, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom.* 5. *tit. Subſtitutio compendioſa, cap. ſi compendioſa.*

Item Bartol. *ibidem num.* 38. *verſ. vel melius*, fir-
mauit alteram concluſionem, quòd cùm vtraque
2. ſubſtitutio in perſona vnius facta fuerit, habebit †
ille electionē ſuccedēdi vel ex ſubſtitutione directa,
vel fideicommiſſaria, quem ſequuti ſunt communi-
ter Doctores, vt atteſtatur Socin. iun. *num.* 310. &
ſequuntur Alex. *num.* 95. Iaſ. *num.* 59. Immol. *n.* 24.
Aretin. *numer.* 16. Seiſell *numer.* 45. Galiaul. *num.*
485. Alciat. *num.* 103. Bald. *in d. materia compendioſæ*, *num.* 30. Zaſ. *in eod. tit. cap.* 5. *num.* 11. omnes at
teſtantes eſſe communem. Oddus *de compendioſa part.* 5. *titulo de compendioſa facta à pagano*, *artic.* 4. *num.* 7.
Bartholom. de Hucio *in d. materiæ compendioſæ numer.* 25. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 78. *numer.* 1. vbi
etiam de communi, Conſtant. Roger. *in materia compendioſæ quæſt.* 4. *num.* 86. Trentacinq. *in d. part.* 4.
cap. 13. *numer.* 2. *& parte* 5. *cap.* 10. *numer.* 11. vbi
atteſtatur eſſe magis communem, & ſecundùm eam
fuit iudicatum in pluribus tribunalibus, vt in Rota
Rom. *d. tit. Subſtitutio compendioſa. cap. ſi compendioſæ*,
& in Senatu Grationopol. vt *Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Subſtitutio. cap. ſi quis*, & in Parlamento Del-
phinali, vt *d. tom.* 5. *tit. Teſtamentum. cap. vltimum ex tribus.*

Mouentur per *l. ſi quando. de legat.* 1. vbi ſemper
verba quæcumque adiecta debent aliquid operari,
3. alioqui fruſtrà † appoſita eſſent, & *ibi* communiter
omnes ſcribentes hanc regulam exornant. *l. generaliter.* §. 1. *ff. de vſufruct. legat. c. ſi Papa, in princip. de priuileg. lib.* 6. Item quælibet ſyllaba debet
habere effectum, & ſine eo ſtare non debet, non
enim fruſtrà membranas occupare debemus, gloſſ.
in cap. ſi Romanorum. diſtinct. 19. gloſſ. *in l.* 1. *ff. de eo quod met. cauſa.* Bald. *in rubric. ff. de contrah. empt. num.* 9. *& in l. Titia.* §. 1. *de legat.* 2. & hanc regulam
exornat Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib* 2. *ſolut.* 5. *fol.* 150. Nec eſt recipienda reſponſio
Ripæ *ibid. num.* 170. quod non eſt ſine effectu
4. operandi, quia operatur † maiorem mentis de-
clarationem, *cap. ſuper quæſtionum. de offic. delegati.*
Quia teſtator poteſt facere vt compendioſa valeat
iure directo & iure obliquo; ergo d. verba compen-
dioſæ debent habere illum effectum, quem habere
poſſunt, vt ſcilicet valeat iure directo, & iure obli-
quo. Antecedens † de potentia teſtatoris probatur, 5.
quia teſtator apponendo clauſulam, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, cenſetur electionem
dediſſe ſubſtituto, vt poſſit eligere per quam ſub-
ſtitutionem ſuccedere velit, Decian. *in conſil.* 41.
numer. 10. *& ſeq. volumin.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 2. *numer.* 67. *& ſeq.* & ſcripſi de hoc *in tract. de clauſulis. parte* 3. *clauſula finali*; ergo dicta verba
compendioſæ, Caium ſubſtituo, & eum ſibi hæredē
facio, quæ ſunt directa, & communia, ſunt interpre-
tanda prout ipſe teſtator facere poteſt, quia ſemper
interpretatio facienda eſt † ſecundùm potentiam 6.
diſponentis, *l. Lucius.* §. *penult. ff. ad municip.* Dec.
in conſil. 218. *num.* 3. Socin. iun. *in conſil.* 112. *num.* 17.
vol. 1. Quia vbi verba non poſſunt operari, non ope-
rantur, Capra *in conſil.* 87. *n.* 8. *& conſil.* 222. *n.* 12. Sed
hîc poſſunt operari vtrumque effectum, vt probaui;
ergo non debent eſt ſine effectu operandi, & intrat
regula *l. ſi quando. de legat.* 1. Bald. *in l.* 1. *num.* 1. *C. de pact. pignor.* dicit, verba operari, ſi de iure poſſunt,
Marſilius *in rubrica de probat. num.* 19. Item quia ver-
ba † ad inuicem contraria non poſſunt eſſe appo- 7.
ſita declaratiuè, quoniam contrariorum vno poſito,
tollitur alterum. *l. ſi inter. ff. de except. rei iudic.* gloſſ.
in l. ſed etſi pupillus. §. *ſi inſtitoria. ff. de inſtitor. act.* Sed
Doctores in hac quæſtione etiam dant exemplum,
quādo teſtator dixit verba directa, & obliqua ſimul;
ergo iſta contraria non poſſunt ſtare declaratiuè, vt
dicebat Ripa, ſed quælibet debent habere ſuum effe-
ctum, iuxta potentiam teſtatoris, & erit in electione
ſubſtituti, per quam ex eis ſuccedere velit. Præterea
pro dicta communi allegatur *l. ſi quis ſeruo ff. de manumiſſ. teſtam.* vbi diſponitur, quòd ſi libertas data
fuerit directò, vel per fideicōmiſſum, eſt in electione
ſerui per quem modum velit libertatem conſequi,
& ita iſte text. probat vtrumque dictum Bartoli, vi-
delicet, quòd compendioſa poſſit fieri per verba di-
recta, & per verba obliqua ſimul, & quòd ita ſubſti-
tutio habeat electionem † per quam ſuccedere velit. 8.
Nec eſt recipienda reſponſio Ripæ, quòd ibi ſubor-
dinationi locus eſſe non poſſit, cùm libertas, aut di-
rectò, aut per fideicōmiſſum dari debeat, nec magis
vnus caſus quàm alius poſſit eſſe ſuſpenſus; ſecus di-
cit eſſe in hoc caſu, quia Ripa hanc diuerſitatem nō
probat, imò termini ſunt æquales, propter d. poten-
tiam teſtatoris, vt dixi, ſubſtituendi ſimul & directò,
& per fideicommiſſum, & non magis vnus caſus
quàm alter in ſuſpenſo eſſe poteſt, quia datur electio
ipſi ſubſtituto, per quam ſuccedere velit; quamobrē
illa plenè probat. Item per text. *l. recuſare.* §. *Titius. ff. ad Trebell.* vbi Titius inſtitutus erat, cui Sēpronius fuit
ſubſtitutus, & idem Titius fuit rogatus de reſtituen-
do hereditatem Sempronio. Quamobrem erat dire-
cta vulgaris, & fideicommiſſaria, & diſponitur eſſe
in poteſtate Sempronij, per quam velit ſuccedere, &
ita eſt caſus pro ipſa communi, prout ita aſſerunt
omnes ſuprà citati Doctores. Nec eſt recipienda
reſponſio Ripæ, quòd ibi ſingulæ ſubſtitutiones in
diuerſis capitulis factæ erant, quia hæc eſt diuina-
tio, quæ non apparet in textu. Item probatur com-
munis per text. *l. nec is.* §. 1. *ff. de acquir. hæredit.*
vbi ſi legitimus hæres ex teſtamento inſtitua-
tur, † habet electionem vel ſuccedendi ex teſta- 9.
mento, vel ab inteſtato, ſi repudiauerit ex teſta-
mento; ergo iſte ſubſtitutus etiam electionem

habere debet, ex vtra illarum ſuccedere velit, vel ex directa, vel ex obliqua. Item *l. illud. ff. eod. tit.* Quia regulariter vbi duo remedia alicui compe-
10. tunt, ſemper actor † habet electionem ex quo agere velit, *l. cum filius. §. variis. de legat. 1. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributor. actione*, & ideo ſi teſtator dixerit, ſi filius meus ſine liberis deceſſerit, Caium inſtituo, & ſubſtituo, tunc vtroque iure valebit, & Caius habebit electionem, quia verbum *inſtituo* eſt directum, vt per Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 38. per text. *l. 1. ff. de vulgari.* Item ſi teſtator vſus fuerit verbo communi, & obliquo ſimul, vt ſi dixerit, volo bona mea peruenire ad Caium, iure ſubſtitutionis, & fideicommiſſi, quia tunc erit electio ſub-
11. ſtituti †, per quam velit ſuccedere, ex directa, vel ex obliqua, cùm verbum *ſubſtituo* ſit commune, & verbum *fideicommiſſum* ſit obliquum. Bartol. *d. num.* 38. Socin. iun. *numer.* 315. Bald. *in materia compendioſæ, numer.* 31. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 76. *numer.* 2.

Contrariam opinionem tenet Ripa *in d. l. centurio. num.* 170. *ff. de vulgari*, & Politus *in materia compendioſa, num.* 44. per text. *l. ſi ſeruus plurium. §. final. de*
12. *legat. 1.* vbi quòd verbum commune, † quod eſt ambiguum, declaratur per verbum directum, & ſic minus potens, & minus dignum declaratur à digniori, & potentiori. Ad idem text. *l. ſed ſi adiiciatur. ff. pro ſocio.* Reſpondet Alexan. poſt Immol. *in d. l. centurio*, quòd *d. l. ſi ſeruus plurium. §. final.* procedit, quia non reſultat ſuperfluitas alicuius verbi, ſed quodlibet operatur ſuum effectum, cùm ſint poſita in diuerſis orationibus: ſed in hoc caſu eſſet contrarium, quia vnum remaneret ſuperfluum, quod non debet eſſe ſine effectu operandi. Cephal. *in d. l. centurio, numer.* 989. aliter reſpondet, & fortè meliùs, quòd *in d. §. final.* dictio *nimis* indigebat declaratione, quæ declaratio non eſt neceſſaria in hoc caſu. Ad *d. l. ſed ſi adiiciatur*, reſpondent Alexand. & Immol. *in d. l. centurio*, illud eſſe, quia ſocietas ſimpliciter inita, cenſetur inita de lucris duntaxat ex quæſtu prouenientibus. *l. coiri. ff. pro ſocio*, & ideo ſocietas reſtringitur ad lucrum quæſtus: ſed in mate-
13. ria compendioſæ non eſt facienda iſta reſtrictio, † quia pariformiter fit tam directa, quàm obliqua, & non eſt magis reſtricta ad vnam, quàm ad aliam, & illam continere dicitur, quam verba important. Nec eſt recipienda reſponſio Ripæ, quod continet directam & obliquam ſucceſſiuis temporibus, quia, vt aduertit Cephal. *ibidem num.* 993. non reſpondet rationibus Bartoli de ſuperfluitate.

Tenendo igitur opinionem Bartoli, quæ vera eſt, declaratur, procedere quando teſtator compendioſè ſubſtituens, vſus fuerit verbis directis, & obliquis, vel communibus, & obliquis in diuerſis orationi-
14. bus, vt ſi dixiſſet, ſubſtituit, † & hæredes eſſe voluit, quia tunc duæ orationes ſunt, cauſatæ à duplici verbo principali; ſecus eſſe, ſi in vna oratione poſuiſſet verbum cōmune, & directum, vt quia dixiſſet, ſubſtituit hæredes (verbum enim *ſubſtituit*, eſt cōmune, & verbum *hæredes*, eſt directum,) nam tunc iſta vna oratio abſolutè ſumenda eſt pro directa, & ita dixit Rota, vt per Cæſarem de Graſſis *in deciſ. 7. de teſtamentis*, verbum enim *ſubſtituo*, quod eſt commu-
15. ne, † non poteſt operari fideicommiſſum, quia venit determinandum per verbum *hæredes*, quod eſt directum, ſibi adiunctum, Alexand. Iaſ. Seiſell *in d. l. centurio*, Socin. iun. *num.* 509. Bald. *in l. precibus, numer.* 45. *C. de impuber. ſubſtit.* Cuman. *in conſil.* 2. *col. final.* Ruin. *in conſil.* 98. *col.* 1. *volum.* 2. Angel. *in conſil.* 101. *col.* 2. Pariſ. *in conſil.* 41. *num.* 20. *vol.* 2.

Ex contrario, quando verbum directum † in com- 16.
pendioſa appoſitum poteſt ſe habere per modum diſpoſitionis, & demonſtrationis, vt ſi dixerit, ſubſtituo Titium infrà ſcriptum meum hæredem, (quem poſtea hæredem ſcripſerit) tunc debet intelligi demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè, & ita compendioſa non dicitur facta per verba directa, & communia, ſed per verba communia tantùm, Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 39. per text. *l. final. §. Titia. ff. de liberat. legat.* Bald. *in materia compendioſa numer.* 31. & eſſe communem opinionem probat Bartholom. de Hucio *in d. cap. 5. numer.* 25. *in fine.*

Item declaratur, nam quando per compendioſam plures ſubſtituti fuerint per verba duplicia, tunc diſtinguendum eſt: aut vnus eſt ſubſtitutus per verba directa, alter per verba communia in certa portione, & tunc ſubſtitutus ſimpliciter erit directò hæres vniuerſalis, † & ſubſtitutus per ver- 17.
ba communia erit fideicommiſſarius. Bartol. *in d. l. centurio, numer.* 40. & eſſe communem opinionem probat *ibi* Socin. iun. *numer.* 319. quia ſubſtitutus per verba communia in certa portione, dato inſtituto vniuerſali, non poteſt trahi ad ſubſtitutionem directam, Bart. *ibid.* & probat Oddus *in d. part. 5. in fin. numer. 11. verſ. tertia eſt*, Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 78. *numer.* 3. Idem eſt, ſi tota hæ-
reditas fuerit diſtributa per portiones, quia tunc 18.
vterque erit hæres directus; † ſecus eſt ſi vnus fuerit inſtitutus per verba directa in certa portione, & alius in reſiduo per verba communia, quia tunc verbum commune trahitur ad vniuerſitatem, & dicitur directò ſubſtitutus per vulgarem, vel pupillarem. Bart. *ibid.* & Socin. *d. numer.* 319. atteſtatur communem. Aut ſubſtitutio eſt facta per verba directa in certa portione, & alia ſubſtitutio per verba merè obliqua in alia portione, & tunc ſubſtitutus per verba directa erit hæres vniuerſalis, alter per verba obliqua erit fideicommiſſarius. Bartol. *ibid. numer.* 40. per *l. cohæredi. §. final. ff. eod. tit.* & eſſe communem, probat Socin. *in d. l. centurio, numer.* 223. Craſſ. *in d. quæſt.* 78. *numer.* 5. Aut vna ſubſtitutio eſt facta per verba communia in certa portione; & alia compendioſa eſt facta per verba obliqua in alia portione, & tunc tota ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria, Bartol. *ibid. numer.* 41. & eſſe communem, probat Socin. iun. *numer.* 324. Craſſ. *in d. quæſt.* 78. *num.* 5. Sed ſi ſubſtitutio per verba communia eſſet facta ſimpliciter, & ſubſtitutio per verba obliqua de parte hæreditatis, tunc ſubſtitutus ſimpliciter erit hæres in toto, quia verbum commune additum vniuerſitati bonorum trahitur ad directam, Bartol. *d. numer.* 41. & alter erit fideicommiſſarius. Idem ſi illa pars, quæ relinquitur per verba obliqua, eſſet præſtanda ab eo, qui eſt ſubſtitutus per verba communia, quia tunc ſubſtitutus per communia, & rogatus de reſtituendo illam certam partem, erit hæres vniuerſalis, & directus, Bartol. *ibid. numer.* 41. Socin. iun. *numer.* 324. *verſ. limita ſecundò.* Aut ſubſtitutio eſt facta per verba communia in perſona diuerſorum, ſubſtituendo eos in certis portionibus, & diuidendo hæreditatem inter eos, & tunc trahitur ad ſubſtitutionem directam. Bartol. *d. num.* 41. *in fin.* per text. *l. 1. §. diuus. ff. de petit. hæredit.*

ARTI

Articvlvs VII.

Quando compendioſa facta ſub diuerſis formis ſolam fideicommiſſariam contineat.

SVMMARIA.

1. *Subſt. compendioſa facta filio impuberi ſi deceſſerit ſine filiis, poſt aditam hæreditatem, eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
2. *Pupillus dicitur ſine liberis decedere.*
3. *Impubes aliquando filios ſuſcepit.*
4. *.. quando contrahat matrimonium.*
5. *Conditio, ſi ſine filiis moriatur, habet locum illis non natis.*
6. *Conditio, ſi moriatur, & conditio, ſi non naſcatur, inter ſe non differunt.*
7. *Conditio, ſi omnes prædicti ſine filiis morerentur, non habet effectum, ſi vnus tantùm ſine filiis moriatur.*
8. *Conditio, ſi ſine filiis legitimis & naturalibus, verificatur in clerico.*
9. *Subſtitutio, ſub conditione, ſi ſine liberis, poſt venditam hæreditatem reſoluitur in fideicommiſſariam.*
10. *Fideicommiſſum ſemper tranſit cum onere in alterum fideicommiſſarium.*
11. *Subſtitutionum pluribus gradibus caducatis, ſemper ſit locus alteri gradui ſubſequenti.*
12. *Conditio, ſi ſine filiis, regulariter comprehendit filias feminas.*
13. *Subſtitutio compendioſa facta impuberi ſine dinumeratione ætatum eſt omni tempore fideicommiſſaria.*
14. *.. quando per verba communia, & in bonis teſtatoris facta eſt.*
15. *Verba teſtatoris in dubio ſunt referenda ad teſtatorem, non autem ad hæredem.*
16. *Fideicommiſſum inter agnatos cenſetur factum, quando teſtator vocauit ſtipitem, ſeu cippum domus.*
17. *.. & tunc feminæ non continentur.*
18. *.. nec continentur filij maſculi, qui erant odio habiti à teſtatore.*
19. *Fideicommiſſum factum ad commodum agnationis, & familiæ, non comprehendit perſonas odioſas.*
20. *Cæſar Manentus* in conſil. 115. *reprobatur, & defenditur Surdus.*
21. L. Lucius. §. Lucius Titius. de legat. 2. *declaratur.*
22. *Fideicommiſſum non comprehendit odioſos, nec eorum deſcendentes.*
23. *Hæres habens facultatem eligendi, non poteſt eligere perſonam teſtatori odioſam.*

POst theoricam fideicommiſſariæ explicatam in præcedentibus articulis, quam poſt illam hîc exararam, etiam legendo Papiæ *legem, centurio. ff. de vulgari*, de anno 1623. in publicum edidi, ante nouiſſimos modernos, nunc ad practicam dictæ fideicommiſſariæ deſcendo, & per plures caſus explico.

Primus eſt, compendioſa † facta filio impuberi 1.
ſi deceſſerit ſine filiis, poſt aditam hæreditatem, eſt
omni tempore fideicommiſſaria, gloſſ. *in l. precibus.
C. de impuber. ſubſtit.* & licèt Surdus *in conſil.* 200.
numer. 12. dicat illam gloſſam eſſe communiter reprobatam, tum quia pupillus † dicitur ſine liberis 2.
decedere, Bartol. *in l. centurio, numer.* 17. *ff. de vulgari*, & *ibi* Immol. *num.* 15. *in fin.* Aretin. *num.* 1.
Alexand. *num.* 27. *& ſeq.* Socin. *num.* 4. Iaſ. *num.* 33.
& ſeq. Alciat. *num.* 11. *& ſeq.* Socin. iun. *num.* 227.
qui atteſtatur de communi: tum etiam quia impubes † aliquando filios ſuſcepit, gloſſa *in ſumma*, 20. 3.
quæſt. 1. Couar. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 5. *numer.* 4.
Coſta *in cap. ſi pater, parte* 1. *verb. vxorem. numer.* 10.
qui alios referunt, Mantic. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 3. Item
quia impubes † contrahit matrimonium, quando 4.
malitia ſupplet ætatem, *cap. de illis, in* 2. *cap. puberes, cap. final. de deſponſation. impuber.* Couar. Coſta, & Mantic. *in locis allegatis.* Tamen iſta reprobatio communis habet reſpectum ad ſolam conditionem, ſi ſine filiis, non autem poſt aditam hæreditatem, reſpectu cuius temporis cùm paganus non poſſit directò ſubſtituere, ideo tranſit in naturam fideicommiſſi, vt ſcripſi ſuprà *in quæſt.* 21. *artic.* 2. *caſu* 6. *& in hac quæſt. artic.* 5. *num.* 19.

Declaratur iſte caſus. Nam ſi teſtator dixerit, ſi
ſine filiis moriatur, etiam illis non natis †, locum 5.
habet: nam cùm iſta ſubſtitutio propter ſimplicem mentionem mortis dicatur compendioſa, vt probaui *in primo articulo huius quæſtionis*, hoc caſu habebit effectum vulgaris, nam ſub iſta conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, nedum continetur caſus, ſi nati noluerint eſſe hæredes, ſed etiam ſi non potuerint, vt quia nati non fuiſſent, Bartol. *in l.* 3. §. *final. ff. de liber. & poſthum.* Bald. *in l. cùm proponas. col. pen. C. de hæredib. inſtit.* & hanc concluſionem latiſſimè probant Decian. *in conſil.* 1. *vol.* 1. vbi allegat viginti tres Doctores ad ipſam, ex authoritate, comprobandam, Riminald. iun. *in toto conſil.* 512. *vol.* 5. vbi reſpondet omnibus contrariis, Cephal. *in conſil.* 349. *num.* 38. *vol.* 3. Crauett. *in conſil.* 361. *num.* 15. *& conſil.* 363. *num.* 28. *& ſeq. & conſil.* 904. *columna.* 6. Eandem ego etiam comprobaui ſuprà in hac parte *quæſt.* 21. *artic.* 16. Viglius *Inſtit. de pupillari*, probat hanc eſſe communem, & veriorem, Cephal. *in d. conſil.* 349. *num.* 38, probat non eſſe differentiam in-
ter hos † caſus, ſi moriatur, & ſi non naſcatur, alle- 6.
gat Corn. Alciat. Zanch. & alios. Menoch. *in conſil.* 1062. *vol.* 11. probat verbum *deficere* poſſe intelligi etiam de eo, qui nunquam incepit, & ita etiam ſi non naſceretur, pro qua concluſione allegat 38. Doctores, & idem Menoch. *in conſil.* 1063. *vol.* 11. reſpondet omnibus rationibus Cacherani *in conſil.* 74. qui defendebat contrarium, & omnibus motiuis ſibi in contrarium à iudice allegatis; ego etiam *in d. articul.* 16. probaui textum *l. Titio*, vſusfructus non habere locum in huiuſmodi ſubſtitutione.

Secus eſſet, ſi teſtator habens filium, & vxorem prægnantem, illum, & poſthumum hæredes inſti-
tuir, & ſi omnes † prædicti eius filij morerentur 7.
ſine filiis, ſubſtituit eorum patruum. Nam hoc caſu ſi poſthumus natus non eſſet, d. patruus admitti non poteſt, quoniam mutatus fuit in caſu, quo omnes morerentur ſine filiis; ergo ſtante caſu omiſſo, proximior illius admittendus eſt. ita firmat Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de teſtament.* §. *in primis, in vltima additione, verſ. quarta quæſtio.* vbi refert fuiſſe iudicatum, quòd excluſo ſubſtituto, mater admittenda eſt, quia illa pluralitas omnium,

in vno ſaluari non potuit, & poſt Oldrad. Alberic.
& Paul. de Caſtr. qui eandem concluſionem firmarunt, latiùs eam defendit Riminald. iun. *in conſil.*
110. *per totum. vol.* 1. Ruin *in conſil.* 104. *num.* 9. *vol.* 2.
vbi quòd quando teſtator inſtituit filium iam natum, & naſciturum, ſubſtitutio ſequens intelligitur
concepta ſub duplici conditione, videlicet, ſi plures
extiterint, & ſi omnes ſine filiis deceſſerint, ſub qua
intelligitur d. prima conditio, ſi plures filij extabunt, quæ non poteſt formaliter impleri, niſi plures extent, & per ſuperexiſtentiam vnius non poteſt dici impleta, ſed defecta; quamobrem ſubſtitutio locum habere non poteſt, ex regul. *l. ſi hæredi
plures. ff. de condit. & demonſtrat.* Secus eſſet, ſi ſubſtituiſſet filiis iam natis, & exiſtentibus tempore teſtamenti, quia tunc ſubſtitutio reſoluitur in ſingularitates, & procedit *l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* & hanc etiam defendit bene Riminald. iun.
in d. conſil. 110. *num.* 24. *& plur. ſeq. vol.* 1. qui reſpondet omnibus contrariis.

Secundus caſus eſt, quando teſtator plures filios
ſuos hæredes inſtituit, nomine proprio appellando,
& ſi vnus, vel plures deceſſerint ſine filiis ſubſtituit
ſuperuiuentes, tunc compendioſa reſoluitur in fideicommiſſum, quo caſu ſi vnus ex dictis filiis erat
presbyter, etiam fideicommiſſum eſt validum, quo-
8. niam ſine filiis legitimis, † & naturalibus mori dicitur, qui eos habere non poteſt, Ruin. *in conſil.* 144.
col. pen. volum. 3. & ego probaui ſuprà in primo caſu.
Item hoc caſu fideicommiſſum valebit vti purum.
Bald. *in l. generaliter. §. cùm autem. numer.* 3. *C. de inſtit.
& ſubſtit.* & *ibi* Salyc. *in fin.* Aretin. *in l. ſi quis poſthumum*, quem ad hoc allegat pro hac opinione Gabriel *in conſil.* 126. *num.* 5. *vol.* 2. vbi probat literam
Aretini eſſe corruptam, Mantic. *lib.* 11. *titulo* 9. *in fin.*
Ripa *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, numer.* 19. *ff. ad
Trebell.* Bero. *in conſil.* 73. *num.* 12. *vol.* 2. qui alios referunt.

9. Tertius caſus eſt, ſubſtitutio † facta, ſi ſine liberis deceſſerit, poſt aditam hæreditatem, reſoluitur
in fideicommiſſariam, Bartol. *in l. centurio, col.* 10.
*verſ. quæro vtrùm ſubſtitutio compendioſa. ff. de vulgari,
& in l. hæredes mei. §. cùm ita, circa fin. ff. ad Trebell.*
Alexand. *in conſil.* 1. *col. pen. vol.* 1. *& in conſil.* 13. *col.* 1.
vol. 4. *& in conſil.* 165. *col.* 1. *vol.* 5. & in hoc omnes
Doctores ſunt concordes *in d. l. centurio, & in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit. & in cap. Raynutius. de teſtam. & in cap. ſi pater. de teſtam. lib.* 6. vt atteſtatur
Socin. iun. *in conſil.* 92. *num.* 4. *vol.* 1. Dec. *in conſil.*
238. *numer.* 2 *& in conſil.* 427. *numer.* 5. Quo caſu ſi
verba ſubſtitutionis etiam diriguntur ad filios filiorum, vt in caſu, quo reſpondet Curt. iun. *in conſil.*
10. 261. tunc ſemper fideicommiſſum † tranſit cum
onere in ſecundum, vel tertium fideicommiſſarium,
& ſi ſine liberis decedat, alteri reſtituere tenetur,
Dec. *in d. conſil.* 238. *& in conſil.* 427. quia fideicommiſſum poteſt incipere etiam à quarto gradu, Paul.
de Caſtr. *in conſil.* 422. *volum.* 2. vbi quòd caducatis
11. duobus gradibus ſubſtitutionum † poteſt fieri locus quarto gradui, quam doctrinam ſequuti ſunt
Iaſ. *in conſil.* 148. *col.* 6. *verſ. non obſtat etiam tertium.
vol.* 2. Dec. *in d. conſil.* 427. *num.* 13. Pariſ. *in conſil.*
73. *num.* 37. *&* 39. *vol.* 1. Socin. iun. *in conſil.* 42.
num. 20. *vol.* 1. Molin. *de primogeniis. lib.* 3. *cap.* 6.
numer. 9. Menoch. *in conſil.* 1088. *numer.* 15. *volumin.* 11.

12. Declaratur iſte caſus, vt conditio, † ſi ſine filiis,
regulariter comprehendat filios, ita vt filiæ feminæ faciant deficere conditionem ad excluſionem
ſubſtituti, de qua declaratione, & quando limitetur, ſcripſi ſuprà in parte prima; *quæſt.* 2. *articul.* 2.
Item declaratur, nam ſi dictum fuerit, ſine filiis legitimis & naturalibus, vt tunc comprehendantur
etiam filij putatiui, de qua declaratione ſcripſi *in
d. parte* 1. *quæſt.* 7. per tres articulos.

Quartus caſus eſt, ſubſtitutio compendioſa † fa- 13.
cta impuberi ſine dinumeratione ætatum, eſt omni
tempore fideicommiſſaria, ſi per verba communia
facta fuerit, Bald. *in l. precibus numer.* 44. *verſ. præterea attende. C. de impuber. ſubſtit.* & *ibi* Salyc. *num.* 26.
Ripa *in d. l. centurio, numer.* 120. Corn. *in conſil.* 93.
& conſil. 114. *& conſil.* 322. *num.* 9. *vol.* 3. *& conſil.* 152.
num. 28. *vol.* 2. Alexand. *in conſil.* 162. *col. final. volum.* 2.
Ruin. *in conſil.* 103. *num.* 15. *&* 26. *vol.* 2. Crauett. *in
conſil.* 98. *num.* 10. *&* 141. *in fin.* Oddus *de compendioſa part.* 5. *artic*... Mantic. *lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 12. *&
lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 18. & hanc concluſionem eſſe communem, & veram, plenè probat Socin. *in d. l. centurio, num.* 289.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, quando ſubſtitutio compendioſa per verba communia impuberi ſine dinumeratione ætatum facta eſt in bonis † 14.
teſtatoris tantùm, quia tunc continet fideicomiſſariam, vt firmarunt omnes præcitati Doctores, &
Socin. *in d. l. centurio. num.* 289. vt ſi teſtator dixerit,
eius bona remaneant, vel in ſuis bonis ſubſtituit,
&c. *l. ex facto, in princip.* & *ibi* Bartol. *numer.* 2. *ff. ad
Trebellian.* Alexand. *numer.* 3. Ripa *numer.* 5. Bartol.
in l. cum teſtamento. numer. 3. *& ſeq. ff. de auro & arg.
legat.* de communi atteſtatur Roland. *in conſil.* 70.
numer. 27. *vol.* 3. Mantic. *lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 20. & ita
fuit deciſum in Rota; vt per Seraphin. *deciſ.* 553.
vbi quòd verba concepta in tertiam perſonam, quæ
poſſunt referri ad teſtatorem, & ad hæredem, in
dubio referenda ſunt ad teſtatorem, † poſt Immol. 15.
Alex. & alios, quos allegat. Quando autem conſtaret ex coniecturis teſtatorem voluiſſe pupillariter
ſubſtituere, tunc procederet doctrina Immolæ *in d.
l. ex facto, num.* 1. *verſ. ſed vbi ratio.* Sed vbi de hoc
non conſtat per bonas coniecturas, tunc cenſendum
eſt per fideicommiſſum tantùm in eius bonis, vel
ſuis bonis ſubſtituere voluiſſe.

Quintus caſus eſt, cùm teſtator poſt mortem inſtituti ſine filiis vocauit ſtipitem, ſeu ſtirpem ſeu
cippum domus, quæ ſunt ſynonyma. Angel. *in l.
final. in princip. C. de verb. ſignificat.* & *ibi* Paul. de
Caſtr. *num.* 7. Bald. *in l peto. §. fratre. col.* 2. *in* 2. *notab.
de legat.* 2. tunc dicitur feciſſe † fideicommiſſum 16.
inter agnatos ſuos ſecundùm gradus prærogatiuam, ad *l. cùm ita. §. fideicommiſſo,* & *ibi* gloſſ. & communiter ſcribentes, *de legat.* 2. Curt. iun. *in conſil.* 172.
num. 3. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 11. *num.* 19. *fol.* 289.
& tunc ſi teſtator voluit conſeruare agnationem,
vel extet ſtatutum excludens feminas propter maſculos, cum quo teſtator conformem ſe reddidiſſe
creditur, eo caſu cippi, vel ſtirpis, aut ſtipitis appellatione, non continentur † feminæ, cùm agna- 17.
tio conſeruetur per maſculos, non autem per feminas, quæ ad alienas familias tranſeunt. *l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. ſignificat.* Cephal. *in conſil.*
134 *num.* 11. *& ſeq. vol.* 1. Surd. *in conſil.* 443. *n.* 17.
& 21. *vol.* 3. Mantica *lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 16. & ſcripſi
pleniùs ſuprà *in parte* 1. *quæſt.* 2. & ita fuit iudicatum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Conditio. cap. ſi
ex verbis.*

Declaratur iſte caſus, vt huiuſmodi fideicommiſſum non comprehendat eos maſculos, † qui 18.
erunt odioſi teſtatori, nam regulariter diſpoſitum
eſt, quòd in generali vocatione, teſtator non cenſetur intelligere de odioſis, *l. Lucius, la* 2. *§. Lucius*

Titius

Titius Damam, ff. de legat. 2. vbi ad legatum libertis relictum, non veniunt liberti, quos teſtator præcedenti anno de domo expulerat, & *ibi* Bartol. notat, quòd verba generalia non comprehendunt perſonas odioſas, & in puncto Alexand. *in conſil.* 213. *num.*
19. 4. *vol.* 6. vbi quòd fideicommiſſum † factum ad commodum agnationis, & familiæ, non comprehendit perſonas odioſas, per quas doctrinas, & alias multas, quas allegat, Surdus facit deciſionem 41. quòd fideicommiſſum ad fauorem agnationis, & familiæ, non comprehendit agnatum odioſum teſtatori, eſt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Fideicommiſſum, cap. vbi factum.*

20. Nec eſt recipienda doctrina Cæſaris Manenti † *in conſil.* 115. impreſſo poſt ſuas deciſiones, vbi reſpódet in eodem caſu contra Surdum quòd odioſus teſtatori comprehenditur in fideicommiſſo facto ad
21. familiæ fauorem, motus, quia text. *d. l. Lucius.* † §. *Lucius Titius Damam. de legat.* 2. procedit ſolùm quando diſpoſitio in aliis perſonis non odioſis verificari poteſt, & ideo dixit, quòd *d.* §. *Lucius Titius*, non procedit, quando diſpoſitio teſtatoris in aliis verificari non poteſt, Paul. de Caſtr. *in d.* §. *Lucius Titius*, in illis verbis, *ſed ſatis eſt, quòd poſſit verificari in aliis non odioſis.* Sed iſta allegatio fuit multum æquiuoca, quia *ibi* Caſtrenſis per iſta verba non ſe refert ad diſpoſitionem principalem textus, ſed ad adiectiuum *omnibus.* Ratio dubitandi erat, quia qui dicit omnes, nullum excludit; ratio decidendi fuit, quia ſatis eſt, quòd omnes contineantur, qui non ſunt odioſi: ſed ex hac doctrina ridicula eſt illatio; ergo quando nulli alij ſuperſunt, ille textus non procedit. Hoc nullatenus ex illo textu colligi poteſt, ne argumento quidem à contrario ſenſu, & qui regulam limitare vult, probationes habere debet. Item opinio Manenti eſt vana, quia ſimilia per ipſum allegata, non ſunt ad propoſitum, cùm aliud ſit, an excludatur à diſpoſitione hominis, aliud eſt, an includatur ſub diſpoſitione legis, & multa ex ſuis ſimilibus allegatis, de iure non probantur. Item eius opinio non eſt recipienda ſine authoritate, quia contra eum obſtat communis Doctorum ſententia, nam per *d.* §. *Lucius Titius*, ita firmarunt Bald. *in l. in ipſius, num.* 4. *C. famil. herciſc.* Dec. *in conſil.* 361. *num.* 4. Menoch. *in conſil.* 30. *num.* 15. *& ſeq. vol.* 1. Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo.* 22. *num.* 99. Simon de Pret. *lib.* 1. *ſolut.* 4. *num.* 10. *& ſeq. fol.* 59. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 13. & alij plures ab eiſdem allegati, ita vt faciant communem opinionem pro deciſione Surdi. Qua ratione concludunt, quòd
22. non ſolùm odioſi, † ſed etiam ab eo deſcendentes, tanquàm à radice infecta, cenſentur excluſi, Surd. *d. deciſ.* 41. *numer.* 7. Simon de Pret. *d. ſolut.* 4. *numer.* 12. *fol.* 59. Angel. *in* §. *reliquum. Auth. de hæredib. ab inteſt. venientib.* Dec. *in conſil.* 872. *numer.* 7. Pariſ. *in conſil.* 20. *numer.* 47. *vol.* 3. Ita vt nec hæ-
23. redi quidem habenti facultatem † eligendi, permittatur facere electionem de perſona teſtatori odioſa, Simon de Pret. *in d. ſolut.* 4. *numer.* 10. *fol.* 59. Alexand. Raudenſ. *in deciſ. Piſana* 37. *numer.* 291. Nec eſt admittenda diſtinctio, vtrùm cauſa odij, & inimicitiæ perueniat culpa teſtatoris, vel ipſi odioſi, quia in vltimis voluntatibus ſolam voluntatem inſpicimus, ideo etiam ſi ſimpliciter iratus fuerit, odioſus excluditur, etiam ſi cauſa odij, & inimicitiæ ab ipſo teſtatore originem traxerit, Bartol. *in l. ex parte. ff. de adim. legat.* Simon de Pret. *in d. ſolut.* 4. *num.* 14. *fol.* 59. vbi poſt alios probat eſſe concluſionem veriorem.

ARTICVLVS VIII.

Quando ſubſtitutio compendioſa expiret.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio vulgaris habet locum præmoriente inſtituto ante teſtatorem.*
2. *.. habet locum quando inſtitutio habetur pro non ſcripta, vel quia incapax fuit inſtitutus.*
3. *Teſtamentum poteſt habere validitatem à ſubſtitutione vulgari.*
4. *Compendioſa extincta eſt præmorientibus ſubſtituto, & inſtituto ante aditionem.*
5. *Fideicommiſſum non debetur, niſi hæreditas adeatur.*
6. *.. non debetur, niſi eueniat caſus, ſub quo relictum fuit.*
7. *.. non debetur à venientibus ab inteſtato, qui non ſuccedunt nomine appellatiuo hæredum.*
8. *Compendioſa reſpectu pupillaris expirat, mortuo pupillo ante teſtatorem.*

SCripsi de extinctione fideicommiſſi ſupra *in hac parte quæſt.* 21. *artic.* 15. ad quem locum iſta exaratio pertinebat; ſupereſt, nunc ſuperaddere quomodo compendioſa extinguatur reſpectu vulgaris, & pupillaris. In cuius articuli examinatione, plures caſus explicandi ſunt.

Primus eſt, ſi teſtator dixerit, quandocumque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Titium, tunc quia in compendioſa continetur vulgaris, præmoriente
filio ante teſtatorem, † Titius admittendus eſt per 1.
vulgarem, *l. vnic.* §. *pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* & *ibi* Angel. declarat, & ita vulgaris habet locum, quia non potuit eſſe hæres. *l.* 3. *C. de hæredib. inſtit.* Bartol. *in l.* 1. *num.* 17. *ff. de vulgari, & in l. centurio num.* 32. *ff. eod.* Sicut enim admittendus eſt ſubſtitu-
tus, quando inſtitutio habetur pro non ſcripta, † 2.
vel quando inſtitutus eſt incapax, vt quia ſpurius, *d. l. vnic.* §. *& cum triplici. C. de caducis toll.* Gabriel *in conſil.* 104. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 45. *num.* 4. *part.* 1. *in Nouiſſim.* Ita admittendus eſt ſubſtitutus, quando inſtitutus eſt mortuus, viuente teſtatore. Immol. *in l.* 3. §. *final. in princip. ff. de liber. & poſthum.* Aretin. *Inſtit. de vulgari, in princip. numer.* 12. *verſ. quæro an ſit locus*, vbi allegat de hoc eſſe caſum *in l. pater filium*, & *ibi* not. gloſſ. & Bartol. *ff. de vulgar.* Quare hoc caſu ſubſtitutio compendioſa non expirabit,
quoniam teſtamentum † poteſt incipere à ſubſtitu- 3.
tione vulgari, Bartol. *in l.* 1. *num.* 28. *ff. de vulgari*, Ripa *num.* 161. atteſtatur de communi. Couar. *in cap. Raynutius.* §. 5. *numer.* 6. *verſ. ex proximè*, vbi etiam atteſtatur communem. Et hunc caſum plenè probant Trentacinq. *de ſubſtitut. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 27. Oddus *de compendioſa part.* 6. *quæſt.* 1. *artic.* 1. & ita fuit iudicatum in Senatu Mantuano, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *tit. Subſtitutio. cap. ſi cuiuſcumque.* Item quomodo hic caſus procedat, etiam ſi inſtitutione facta poſthumis, illi non naſcantur, ſcripſi *in articulo præcedenti*, in declaratione primi caſus.

Poſt

Poſt hæc ſcripta, addo parum accuratè in hoc caſu ſcripſiſſe modernos, dicentes ſecundum caſum eſſe, quando prima ſubſtitutio eſt vulgaris, & ſecunda compendioſa, in qua continetur vulgaris, allegantes Bald. *in conſil.* 170. *vol.* 5. Trentacinq. *in d. parte* 4. *cap.* 14. *num.* 28. & Menoch. *in conſil.* 106. *num.* 375. *volum.* 2. qui Doctores nullatenus loquuntur de duplici vulgari, altera ſimpliciter facta, altera ſub compendioſa comprehenſa, ſed tantùm de vnica vulgari ſub compendioſa comprehenſa.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator dicat: Inſtituo Caium, & quandocunque deceſſerit, ſubſtituo Titium, quem grauo, vt reſtituat hæreditatem Sempronio, tunc ſi Titius moriatur antequam Caius adeat hæreditatem, item idem Caius ante aditam moriatur,
4. compendioſa † extincta eſt, eóque caſu, ne Sempronius quidem fideicommiſſum habere poteſt, ita probant Simon de Pret. *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 2. *num.* 2. *verſ. quinta limitatio fol.* 332. & Menoch. *in d. conſil.* 106. *num.* 387. *volum.* 2. quo-
5. niam fideicommiſſum † non debetur, niſi hæreditas adeatur. *l. ita tamen.* §. *qui ſuſpectam. ff. ad Trebell.* & poſt alios relatos probant Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum. quæſt.* 66. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 1. *num.* 7. *fol.* 308. Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.* 2. *num.* 6. *& ſeq.* Rota *deciſ.* 459. *num.* 1. in nouiter nouiſſim.
6. Item fideicommiſſum † non debetur, niſi eueniat caſus ſub quo relictum fuit. Ancharan. *in conſil.* 137. Ruin. *in conſil.* 180. *num.* 5. *& ſeq. vol.* 2. Sed in hoc caſu relictum eſt à Titio ſubſtituto, qui caſus non habuit effectum, quia præmortuus fuit ante hæredem, item hæres præmortuus ante aditionem; ergo non poteſt dici, quòd venientes ab inteſtato de-
7. beant fideicommiſſario reſtituere †, quoniam non ſucceſſerunt ſub nomine appellatiuo hæredum, qui grauati fuerant, ita probat Pretus *lib.* 3. *ſolut.* 4. *numer.* 2. *fol.* 371. *l. cùm in teſtamento. ff. de hæred. inſtit.* Oddus *de compendioſa part.* 2. *quæſt.* 6. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 1. *quæſt.* 46. *num.* 4.

Tertius caſus eſt, quando compendioſa ſubſtitutio facta eſt impuberi, & tunc mortuo pupillo ante teſtatorem, compendioſa expirat † reſpectu
8. pupillaris, quia pupillaris requirit aditionem hæreditatis, *l.* 2. §. *adeò. ff. de vulgari*; ſed patris teſtatoris viuentis non adhuc eſt hæreditas. *l. ſi alienum.* §. *in extraneum. ff. de hæredib. inſtit.* & hunc caſum valdè comprobant Oddus *de compendioſa part.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 7. qui dicit, non reperiri contradictorem, Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 28. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 43. & cæteri ab eis allegati. Sed quando expiret pupillaris, quæ duntaxat ſola facta fuit, dicam infrà in quæſtione de pupillari.

QVÆSTIO XXXI.

De vulgari ſubſtitutione, per quinque articulos diuiſa.

1. Subſtitutio vulgaris quando facta dicatur.
2. .. quas ſubſtitutiones complectitur.
3. ... in quibus rebus fieri poſſit.
4. .. facta pluribus, quando locum habeat.
5. .. quando expiret.

ARTICVLVS I.

Subſtitutio vulgaris quando facta dicatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio vulgaris poteſt fieri ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis.*
2. *.. & non facit illam fideicommiſſariam.*
3. *.. facta ſub conditione intrinſeca non eſt conditionalis, ſed pura.*
4. *Subſt. pupillaris facta ſub conditione, ſi hæres erit, non eſt conditionalis.*
5. *Conditio voluntaria eſt extrinſeca, & facit actum conditionalem.*
6. *Conditio, ſi ſine filiis, quare ſubintelligatur in filiis, non autem in extraneis.*
7. *.. in vulgari non ſubintelligitur.*
8. *.. etiam in vulgari contenta in compendioſa.*
9. *Ius accreſcendi iunctum cum vulgari, tribuit illi ſuam naturam.*
10. *Subſtitutio vulgaris eſt, ſi dictum ſit, & ſi non extiterit, nec inſtitutus, nec eius filij.*
11. *Teſtamentum poteſt incipere à ſubſtitutione vulgari, & num.* 24.
12. *Subſtitutus vniuerſo gradui non eſt admittendus, niſi deficiat totus gradus perſonarum.*
13. *Subſtitutio intelligitur vulgaris, ſi fuerint ſubſtituti Titius, & eius filij.*
14. *.. idem ſi dixerit, ſi contingeret aliquem ex inſtitutis præmori ante teſtatorem ſine filiis, & num.* 16. *&* 19.
15. *Caſus impotentiæ eſt in eo, qui per mortem præuenitur.*
17. *Caſus impotentiæ trahitur ad caſum voluntatis.*
18. *Subſtituti vulgariter non poſſunt venire per fideicommiſſum, & num.* 21.
20. *Subſt. pupillaris eſſe non poteſt facta filiis ſi prædecederent teſtatori abſque filiis.*
22. *Fideicommiſſaria locum habere non poteſt, ſi inſtitutus moriatur ante aditam hæreditatem, & ante præceptum de adeundo.*
23. *Subſt. eſt vulgaris, ſi inſtituit Titium, & poſt eius mortem Caium.*
25. *Teſtamentum poteſt incipere habere validitatem à quocumque vulgari, etiam tacita.*
26. *Subſt. vulgaris eſt, ſi dictum eſt, inſtituo Titium, & Caium ſubſtituo.*
27. *.. ſecus ſi dictum ſit, inſtituo Titium hæredem.*

IN hac quæſtione ſubiiciam aliquos caſus, vel à ſcribentibus non exaratos, vel rationibus ſufficientibus non
deſcriptos. Et primus eſt, ſubſtitutio † 1.
vulgaris poteſt fieri ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, hoc modo, & ſi Titius hæres non erit, & ſine filiis deceſſerit, ſubſtituo Caium;
tunc hæc conditio, † ſi ſine filiis, non facit illam fi- 2.
deicommiſſariam. Mantic. *lib.* 11. *titulo* 1. *num.* 2. & tunc ſubſtitutus non poteſt eſſe hæres, ſi inſtitutus cum filiis deceſſerit; Simon de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 5. *num.* 63. *fol.* 241. qui plures allegat, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 33. *num.* 17. Menoch. qui probat eſſe communem opinionem, *in lib.* 4 *præſumpt.* 65. *num.* 40.

Declara

Declaratur iſte caſus, nam ſubſtitutio vulgaris,
3. quæ fit ſub conditione intrinſeca †, non eſt conditionalis, ſed pura: vt ſi diceretur, ſi hæres non erit, quæ habet duplicem ſenſum, ſi noluerit, & ſi hæres eſſe non potuerit, ſemper eſt pura *l. cùm in teſtamento,* & *ibi* gloſſ. *ff. de hæred. inſtit.* gloſſ. Bartol. & cæteri *in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum.*
4. Sicut pupillaris facta ſub conditione, † ſi hæres erit, & in pupillari deceſſerit, non erit conditionalis, ſed pura. *l. qui liberis. l. in pupillari. ff. eod. & Inſtit. eod. tit. in princip.* quia d. conditio eſt intrinſeca ſuæ naturæ, & conditiones intrinſecæ non faciunt actum conditionalem, *l. conditiones quæ extrinſecus. ff. de condit. & demonſtr. l. 3. de legat. 1. l. non rectè. C. de fideiuſſor.* Sed ſi apponatur conditio volunta-
5. ria, † ad arbitrium diſponentis, quæ eſt extrinſeca, puta ſi ſine filiis deceſſerit, & tunc vulgaris ita facta eſt conditionalis, & adimplenda eſt, gloſſ. & Bartol. *in d. l. in pupillari.* Aliud eſt in fideicommiſſaria, quoniam ſemper d. conditio ſubintelligitur. *l. cùm auus. ff. de condit. & demonſtrat. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Sed in cæteris d. conditio eſt voluntaria, &
6. extrinſeca. Ratio diuerſitatis eſt, quia † in filiis ſubintelligitur, ne contingat extraneam ſucceſſionem anteferri propriæ, quæ ratio non militat in cæteris.
7. Quòd autē d. conditio, ſi ſine filiis, in vulgari non † ſubintelligatur, firmarunt gloſſ. *in d. l. generaliter. §. cùm autem, in ver. ſubſtituit. C. de inſtit. & ſubſtit.* Socin. *in d. l. cùm auus, num. 18. & ſeq.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt. 29.* vbi dicit eſſe communem concluſionem, Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 34. num. 94. & ſeq.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 89. num. 127.* Simon de Præt. *lib. 3. ſolut. 10. num. 17. fol. 270.* Ruſtic. *in d. l. cùm auus. lib. 1. cap. 11. num. 8. ff. de condit. & demonſtrat.* qui cæteros conſulentes referunt. Quare cùm d. conditio in vulgari omnino adimplenda eſt, Corn. *in conſil. 1. col. pen. vol. 4.* ſubſtitutus non admittitur, cùm inſtitutus decedit cum filiis.

Secundò declaratur, vt hæc doctrina procedat
8. etiam in vulgari † contenta in compendioſa, quando conditio, ſi ſine liberis, à teſtatore expreſſa fuit, Bartol. *in l. centurio, n. 32. ff. de vulgari,* Socin. iun. *in conſil. 106. n. 4. & 21. vol. 1.* Crauett. *in conſil. 62. col. 1.* Ruin. *in conſil. 93. n. 11. vol. 2.* & hoc eſt propter virtutem vnionis omnium ſubſtitutionum in compen-
9. dioſa; ſicut dicimus, quòd ius accreſcendi † vnitum cum vulgari ſubſtitutione, tribuit illi ſuam naturam, Socin. *in l. Marcellus. §. quidam liberis, num... ff. ad Trebellian.* & hæc declaratio non habet difficultatem, quando compendioſa eſt facta filiis, propter rationem explicatam in præcedenti declaratione; ſecus ſi facta eſſet extraneis, tunc enim procedit opinio contraria, quæ eſt magis communis, vt atteſtantur Mantic. *lib. 10. tit. 8. num. 3.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 15. num. 45.* Simon de Pret. *lib. 3. d. ſolut. 10. n. 17. fol. 270.* Ruſtic. *in l. cùm auus. lib. 1. cap. 12. ff. de condit. & demonſtration.*
10. Secundus caſus eſt, ſi teſtator inſtituerit Iulium, † & ſuos filios, legitimos, & naturales, & ſi non exiſteret Iulius, nec dicti ſui filij legitimi, & naturales, inſtituit Camillum, per hæc verba dicitur facta ſubſtitutio vulgaris, quia vulgariter ſubſtituti ſunt hæredes inſtituti. *l. 1. ff. de vulgari, & pupill.* & *ibi* Bartol.
11. *in 4. quæſt. princip. de effectu vulgaris,* à qua vulgari † poteſt incipere teſtamentum. *l. 3. in fin. ff. de liber. & poſthum.* & probat Rota *deciſ. 57. part. 1. in Nouiſſim.* Quo caſu, ſi Iulius adiuerit, quamuis deceſſerit ſine
12. filiis, nihilominus ſubſtitutus † non eſt admittendus, quoniam inſtitutus eſt vniuerſo gradu deficiente, adeò, vt niſi euaneſcat totus gradus, ſubſtitutus vulgariter non eſt admittendus, Bartol. *in l. hæredes mei. §. cùm ita, num. 4. verſ. ibi loquitur in ſubſtitutione vulgari. ff. ad Trebell. & in l. in hoc articulo, numer. 2. verſ. vel dic quòd fauor filiorum. ff. de hæred. inſtit.* Bald. *in l. pen. num. 4. & ſeq. verſ. oppono, & videtur, quòd ex perſona. C. de impuberum ſubſtit.* Gomeſ. *in tomo 1. var. reſolut. cap. de ſubſtitut. vulgari, in fine,* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt. 15. numer. 2.* Pariſ. *in conſil. 44. num 9. & ſeq. vol. 3.* qui atteſtatur eſſe communem concluſionem, Ripa *in d. §. cùm ita. num. 94.* & *ibi* Zanch. *part. 8. numer. 74. & 78.* qui cæteros referunt.

Tertius caſus eſt, quando hæredi inſtituto, † 13.
ſubſtituti fuerunt Titius, vel eius filij, tunc dicuntur ſubſtituti per vulgarem, adeò, vt ſi Titius adierit hæreditatem, expirat ſubſtitutio, Ripa *in l. hæredes mei. §. final. num. 9. ff. ad Trebell.* Galiaul. *in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 10. ff. de liber. & poſthum.* & *ibi* Alciat. *in 1. lect. num. 46.* Idem Alciat. *in conſil. 83. num. 1. & in conſil. 89. numer. 4. lib. 9.* Socin. *in conſil. 113. num. 7. verſ. quartò hanc opinionem, vol. 1.* Ruin. *in conſil. 92. num. 7. vol. 2.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 71. numer. 5.* & ſcripſi de hoc ſuprà *in quæſtione de ordine ſucceſſiuo.*

Quartus caſus eſt, ſi teſtator, inſtitutis † ſuis fi- 14.
liis hæredibus, dixerit, & ſi contingeret aliquem, vel aliquos ex ſuis filiis prædecedere ipſi teſtatori ſine liberis, vel cum liberis, prædictis ſuperſtitem, vel ſuperſtites ex iis, & prædecedentis, vel præcedentium liberos ſuperſtites inſtituit, & ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, hæc ſubſtitutio valet ſolùm tanquam vulgaris, & ita reſpondet Berous *in conſil. 63. volum. 2.* Nam illa verba, ſi inſtitutus moriatur viuo teſtatore, ad nullam aliam ſubſtitutionem pertinet, niſi ad vulgarem, quæ per dicta verba ſingulariter facta dicitur, Bartol. *in l. 1. colum. 2. & 3. de vulgari, & pupill.* Immol. *in cap. Raynutius,* in materia vulgaris, *de teſtament. & in l. Gallus, in princip. & §. quidam rectè,* & per totam legem *ff. de liber. & poſthum.* & *ibi* communiter Doctor. Alexand. *in conſil. 188. in 2. dubio. volum. 2.* quia vulgaris fit, ſi inſtitutus non ſit hæres, vel quia non vult, vel quia non poteſt. Sed qui per † mortem præuenitur, non 15.
poſſe dicitur, ad Bald. *in l. cùm proponas. C. de hæred. inſtit.* Anchar. *in conſil. 157.* & alij per Beroum allegati. Item Ruin. *in conſil. 97. numer. volum. 2.* vbi quòd ſubſtitutio facta ſi inſtitutus in vita teſtatoris deceſſerit, eſt vulgaris, quæ non habet locum ſi poſt mortem teſtatoris mortuus fuerit, hæreditate non adita. Idem Ruin. *in conſil. 102. numer. 5. volum. 2.* vbi quòd filio inſtituto præmo-
rienti ſine filiis, † ſubſtituit alios filios ſuperſti- 16.
tes, & filios filiorum ſuorum ſic præmortuorum, in ſtirpes, & non in capita, & dicit Ruin. quòd ſenſus iſtius ſubſtitutionis eſt, quòd ita demum admittantur nepotes ex filio ſubſtituto, ſi filius non viuit tempore teſtamenti, & ſic quòd dicantur patri vulgariter ſubſtituti in caput impoten-
tiæ, † quæ etiam trahitur ad caput voluntatis, & 17.
ſic ad caſum, quo filius teſtatoris ſubſtitutus viueret, tempore cedentis diei, & illud nollet, ſed vbi eo tempore filius teſtatoris ſuperuiueret, & admitti vellet ad hæreditatem, nepotes ex eo remanerent excluſi, argum. *l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit.* Idem Ruin. *in conſil. 125. n. 5. verſ. ſecundò prædicta, vol. 2.* vbi quòd ſi filij Petræ ſunt ſubſtituti, ſi ipſa Petra viuente teſtatore moriatur, dicuntur ſubſtituti vulgariter, & in caſum impotentiæ, videlicet, ſi ipſa viuente teſtatore

ſtatore moriatur,& ibi poſt multa probat, quòd di-
18. cti filij non poſſunt venire per fideicommiſſum, †
& poſt aditam hæreditatem vlteriùs admittendi
non ſunt, quoniam vulgariter ſubſtituti fuerunt,
Dec. *in conſil.* 394. qui conſuluit in eodem facto, in
quo reſpondit Bero. *in d. conſil.* 63. *vol.* 2. nimirum
19. ſi ſubſtitutio facta ſit, ſi contingat inſtitutos † vel
aliquem ex eis decedere ante mortem teſtatoris,
cum liberis, vel ſine liberis, quo caſu vocauit ſuper-
ſtitem, vel ſuperſtites ex eis, quos ſubſtituit vulga-
riter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & tamen
concludit huiuſmodi ſubſtitutionem eſſe vulgarem
tantùm, & quia fuit limitata in filiis decedentibus in
vita teſtatoris. Si igitur inſtitutus ſuperuixit teſta-
tori, ceſſat ſubſtitutio, & teſtator illos ita ſubſti-
tuendo, obſeruauit conſilium Galli Aquilij, ſibi
prouidendo, ne teſtamentum eius rumpatur. Nec in
aliquo impedit dicta clauſula, *vulgariter, pupillari-
ter, & per fideicommiſſum*, quia dicta ſubſtitutio non
20. potuit eſſe pupillaris, † quoniam facta fuit filiis in-
ſtitutis, ſi prædecederent teſtatori, abſque liberis, &
ita illis filiis, qui non poterunt eſſe hæredes, neque
hæreditati ſe immiſcere, quia ſuperuiuentis nulla eſt
hæreditas. *l. qui ſuperſtitis. l. qui hæreditatem*, cum ſimi-
libus *ibi* notatis. *ff. de acquir. hæredit.* & pupillaris ita
demum locum habet, ſi inſtituti ſint hæredes, alio-
qui ſubſtitutus admitteretur ex vulgari tacita, vt
Inſtit. de vulgari, & pupill. in princip. Nec poteſt vale-
21. re vt fideicommiſſaria, † quia, vt dixi, nulla dici
poteſt hæreditas viuentis, & vt potuiſſet valere per
fideicommiſſum, opus fuiſſet, hæreditatem per
grauatum adiri potuiſſe, *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de
vulgari. l. quia poterat, l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff.
ad Trebell.* Bartol. *in l. quamdiu, in vltima. ff. de ac-
quir. hæredit.* & hanc concluſionem probat Immol.
22. *in d. cap. Raynutius*, quòd ſubſtitutio † fideicommiſ-
ſaria locum habere non poteſt, ſi grauatus ante adi-
tam hæreditatem decedat, vel antequam ei iubea-
tur de adeundo, vt latiùs per Dec. *in d. conſil.* 394.
& per Beroum *in d. conſil.* 63. *vol.* 2. & iſtam compro-
bat Menoch. *conſil.* 399. *num.* 2. *vol.* 4.

Quintus caſus eſt, vbi teſtator inſtituit hæredem
23. Titium, † & poſt eius mortem inſtituit Caium,
tunc Caius dicitur ſubſtitutus vulgariter, quo-
niam ſubſtitutio vulgaris eſt inſtitutio directa, vt
probat Rota *in deciſ.* 57. *parte* 1. *in Nouiſſim.* & te-
24. ſtamentum à ſubſtitutione † vulgari poteſt habere
validitatem, Bartol. *in l.* 1. *numer.* 28. *ff. de vulgari,
& pupill.* & *ibi* Ripa *numer.* 161. Benedict. *in cap.
Raynutius, in* 2. *parte, in verbo, ſi abſque liberis, in* 2.
in materia vulgaris. num. 96. *de teſtamentis.* Craſſ.
in §. ſubſtitutio, quæſt. 10. *in princip.* vbi atteſtatur eſſe
communem opinionem, Mantic. *lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 4.
Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 4. *numer.* 7. *fol.* 225. vbi
25. quòd hoc procedit in quacunque vulgari † etiam
tacita in alia ſubſtitutione comprehenſa; ergo in-
ſtitutus poſt mortem inſtituti, dicitur inſtitutus in
caſum impotentiæ, qui trahitur ad caſum volunta-
tis. *l. Gallus. §. & quid ſi tantùm*, & *ibi* omnes ſcri-
bentes. *ff. de liber. & poſthum.* & ita exiſtentibus
qualitatibus vulgaris, vt *Inſtit. de vulgari, in prin-
cipio*, iſta dicenda eſt vulgaris, & verbum *inſti-
tuit*, interpretandum eſt, *ſubſtituit. l. Gallus. §. qui-
dam rectè*, & *ibi* gloſſ. & Doct. *ff. de liber. & poſthum.*
26. Sextus caſus eſt, vbi teſtator dixit, inſtituo † Iu-
lium, & Camillum ſubſtituo, iſta ſubſtitutio eſt
vulgaris, Ripa *in l.* 1. *numer.* 110. *ff. de vulgari*, gloſſ.
Bartol. & cæteri *in d. l. Gallus. §.* 1. & latiùs hanc
probant, Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt.* 8. *numer.* 8.
Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. *§.* 11. *numer.* 4. &
numer. 36. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 5. *numer.* 10.
fol. 233. qui appellant huiuſmodi ſubſtitutionem
informem, & poſt alios Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 34.
num. 8. Secus ſi dixiſſet †, Iulio hæredi ſubſtituo 27.
Camillum, quia vulgaris non habet locum poſt adi-
tam hæreditatem. *d. l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit.*
Idem ſi eſſet appoſitum aliquod verbum tractum
temporis in futurum ſignificans, quia tunc contine-
ret etiam fideicommiſſariam.

ARTICVLVS II.

Subſtitutio vulgaris, quas ſubſtitutiones complectatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam, etiamſi mater ſit in medio.*
2. *Mater non excluditur à ſubſtituto pupillariter tacito.*
3. *Diſpenſatio de pupillari expreſſa ad tacitam, non eſt extendenda.*
4. *Subſt. pupillaris tacita cenſetur facta ſub conditione intrinſeca, ſi mater pupilli non ſuperuiuat.*
5. *Subſtitutus tacitè pupillariter admittitur, matre pupilli repudiante.*
6. *Subſt. vulgaris continet pupillarem, etiam ſi pater pupilli ſuperuiuat.*
7. *.. ſi fuerit datus illi cohæres.*
8. *Legitima ab inteſtato non debetur, niſi totam hæreditatem habeat.*
9. *Subſt. vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam, etiam ad excluſionem fratris.*
10. *Mater excluditur à fratre ſubſtituto tacitè pupillariter.*
11. *Subſt. vulgaris expreſſa non continet pupillarem tacitam, quando ſubſtituit vulgariter tantùm.*
12. *Clauſulæ taxatiuæ non excludunt illud quod venit ex natura ſubſtitutionis vulgaris.*
13. *Subſt. vulgaris expreſſa non continet pupill. tacitam, ſtante ſtatuto quòd teſtamenta intelligantur ad literam.*
14. *Statutum quòd verba intelligantur ad literam, quomodo intelligendum.*
15. *Statutum quòd verba intelligantur ſine interpretatione, quomodo intelligendum.*
16. *Subſt. pupilli tacita comprehenditur ſub expreſſa vulgari, ex præſumpta mente teſtatoris.*
17. *.. & vbi lex non poteſt præſumere, non cenſetur inducta.*
18. *.. non præſumitur ſi in vna teſtator expreſſit pupillarem, in altera non.*
19. *Repetitio maſculinitatis in filiis non cenſetur facta de vna oratione in alteram.*
20. *Teſtator quod non expreſſit, non præſumitur voluiſſe.*
21. *Præſumptio æqualitatis ſeruandæ excludit præſumptionem pupillaris tacitæ.*
22. *Subſt. vulgaris reſoluitur in fideicommiſſariam ſi teſtator dixit, volo, vt hæreditatem reſtituas.*
23. *Verba, ſi hæres non eris, quomodo trahantur ad fideicommiſſariam, & num* 26.
24. *Verbum* reſtituere, *reſpectu ſubſtitutionis differt, ſi habet relationem ad teſtatorem, vel ad ſubſtitutum.*
25. *Fideicommiſſaria eſt, ſi dictum ſit, ſubſtituo per fideicommiſſum.*
26. *Subſtitutio filiorum, & poſt eos ſubſtitutio Caij, eſt fideicommiſſaria.*

28. *Clauſula*

28. *Clauſula codicillaris mutat verba directa in fideicommiſſariam.*
29. *Subſtitutio de filiis, & poſt eos ſubſtitutio ſui, eſt vulgaris, non autem fideicommiſſaria.*
30. *Alternatiua inter genus, & ſpeciem exponitur, pro id eſt.*
31. *Subſtitutio in dubio eſt interpretanda directa potius, quàm fideicommiſſaria.*
32. *Subſtit. vulgaris facta muto, quando non contineat exemplarem, ſed ſit fideicommiſſaria.*
33. *Fideicommiſſo non poteſt grauari mutus, & ſurdus, ſicut pupillus.*
34. *Subſtit. exemplaris in omnibus eſt ad inſtar pupillaris, & qui dicit contrarium, probare debet.*
35. *Subſtitutio vulgaris expreſſa continet exemplarem tacitam.*
36. *.. & ex quibus coniecturis probari poſſit, illam contineri.*

PRIMVM caput huius articuli pertinet ad tacitam pupillarem, quæ cõtinetur in vulgari expreſſa, de quo *in l. 2. §. final. & l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & l. quamuis. C. de impuber. ſubſtit.* & in hoc capite plures caſus exarandi ſunt.
1. Primus eſt, ſubſtitutio † vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam, etiamſi mater ſuperexiſtat, nam cùm *in l. iam hoc iure*, pro regula ſit conſtitutum, vt d. pupillaris contineatur, nec expreſsè reperitur limitata, quando mater ſuperuiuit, ideo adhærendum eſt regulæ *l. omnis definitio. ff. de regul. iur.* & ita firmarunt Bartol. *in l. centurio, numer. 5. ff. de vulgari,* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſtion. 11. numero 4.* qui probat eſſe communem, Mantic. *lib. 5. tit. 13. numer. 18. & titulo 14. numer. 16.* Vaſquius *de ſucceſſion. progreſſ. lib. 15. numer. 50.* Oddus *de compendioſa, quæſt. 5. in 2. effectu 9* & latiùs aliis Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 1. quæſt. 39.* vbi omnes Doctores refert, & reſoluit contrarias leges.

Declaratur iſte caſus, vt d. pupillaris tacita, propter exiſtentiam matris remaneat ſine effectu,
2. quoniam mater non excluditur à d. ſubſtituto † pupillariter tacito, prout eſt receptior ſententia, Bartol. Alexãd. Iaſ. Socin. Rip. & Alciat. *in d. l. 2. ff. de vulgari.* Item gloſſ. Bartol. Bald. Caſtrenſ. & Iaſ. *in l. final. C. de inſtit. & ſubſtit.* Benedict. *in cap. Raynutius*, in materia vulgaris ſubſtitutionis, *numer. 103. & ſequent.* & in materia pupillaris *numero* 88. Couar. *in d. cap. Raynutius. §. 4. numer. 6.* Gomeſ. *in lib. 1. var. reſolut. cap. 4. numer.* 8. Coſta *in cap. ſi pater, in 2. parte, in ver. ſuperſtite matre, num. 4. de teſtament. lib. 6.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 5. numer. 55. fol.* 241. Mantic. *lib. 5. titul. 13. numer.* 18. Politus *in tit. de vulgari ſubſtit. quæſtion. 7. principali, in 2. effectu*, Zaſius *in eod. tit. in §. ſextus effectus. verſ. limitatur primò*, Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 39. num. 1. & 39.* Afflict. *deciſion. 38. numer. 5.* quam concluſionem firmant communiter, quia aliter imperfectum eſſet Imperatoris reſcriptum *in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.* ſi omnes caſus ſubſtitutionis non complecteretur, cùm Imperatores ad matrem pertinere filij ſucceſſionem reſcripſerunt. Item quia lex diſpenſat, vt pater filio teſtamentum condat, & illi quemcumque ſubſtituere poſſit, atque matrem à luctuoſa filij hæreditate excludat, etiam ſine cauſa, quòd ipſi filio facere non permittitur. *l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtament. cap. ſi pater. de te-*
3. *ſtament. lib. 6.* & cùm hæc diſpenſatio † ſit odioſa, ideo non eſt extendenda à pupillari expreſſa ad tacitam, quæ nulla alia ratione, quàm iuris interpretatione nititur, quoniam diſpenſationes ſunt reſtringendæ potius, quàm de caſu ad caſum extendendæ, præſertim multiplicando ſpecialia, de vulgari expreſſa ad pupillarem tacitam, & de excluſione matris pupillarem expreſſam ad excluſionem eiuſdem per pupillarem tacitam.

Secundò declaratur, quòd vulgaris expreſſa contineat pupillarem tacitam ex mente ipſius te- 4.
ſtatoris, † ſub conditione intrinſeca, videlicet, ſi mater præmortua fuerit, & ita non poſſit, aut, quia non vult adire hæreditatem, & hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, probat Menoch. *in lib. 4. præſumpt.* 40. præſertim *colum. final.* quæ opinio in tribunalibus recepta fuit, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tom. 5. titulo Subſtitutio. cap. etiam matre*, & huius declarationis vtilitas eſt, quòd matre præmoriente, vel repudiante, ſubſtitutus † tacitè pupilla- 5.
riter admittendus eſt ad ſucceſſionem, qui nequaquam admitteretur, ſi non poſſet ex mente ſuccedere, quoniam potiùs venientibus ab inteſtato locus fieret, Menoch. *d. præſumpt. 40. numero* 20. Sed ex quibus coniecturis poſſit cẽſeri teſtatorem, per ſubſtitutum tacitè pupillariter excludi, vt quia concubuerit cum aliquo, vel ex aliis cauſis, ſcribit Mantic. *lib. 5. tit.* 15. & Menoch. *de præſumpt. 39.* & Craſſus *in §. ſubſtitutio, quæſt. 31.*

Secundus caſus eſt, ſubſtitutio † expreſſa con- 6.
tinet pupillarem tacitam, etiamſi pater inſtituti ſuperuiuat, vt quia auus inſtituerit nepotem impuberem, quem, emancipato filio, retinuerit in poteſtate: ſed dicta ſubſtitutio pupillaris tacita, patre ſuperuiuente, non habet effectum, niſi repudiauerit, ſicut de matre dictum eſt, Bartol. *in d. l. 2 num. 34. ff. de vulgari, & ibi* Socin. *num.* 100. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 34. qui atteſtantur eſſe communem concluſionem.

Declaratur iſte caſus, quando pater, filio emancipato dederit ſuam legitimam, aliàs, illo præterito, teſtamentum eſſet nullum, & ideo dicit Immol. *in d. l. 2.* quòd iſte caſus procedit, quando pater impuberis hæredis inſtituti, fuit illi datus † 7.
cohæres, tunc enim, ſicut auus teſtator noluit excludere filium à portione hæreditaria ſibi debita in bonis patris teſtatoris, ita dicendum eſt, quòd noluerit filium ſuum, qui eſt pater impuberis inſtituti, excludere ab hæreditate nepotis, quam declarationem ſequuntur Alexand. Aretin. & Iaſon *in d. l. 2.* & idem Immol. *in cap. Raynutius, numero* 114. *de teſtament.* & licèt hæc declaratio videatur procedere tantùm reſpectu legitimæ debitæ patri dicti impuberis inſtituti in bonis ſuis, tamen Ripa *in d. l. 2. num. 47. in fin.* optimè ſatisfacit, quoniam legitima † ab inte- 8.
ſtato non poteſt eſſe ſalua patri dicti nepotis inſtituti, niſi totam ſucceſſionem habeat, ne contingat decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra *l. ius noſtrum. ff. de regul. iur.* Sed ſi auus mala mente dictum filium exhæredauerit, iuxta text. *§. exhæredatos. Authent. de hæredib. & falcid. & l. ſi patronus teſtamento. §. ſi quis mala mente. ff. de bonis libert.* tunc nulla dubitatio eſſe debet, quin d. exhæredatus à ſubſtituto tacitè pupillariter excludatur, vt poſt alios probat Mantic. *lib. 5. tit. 14. num.* 25.

Tertius caſus eſt, ſubſtitutio vulgaris † expreſſa, 9.
continet pupillarem tacitam, etiam ad excluſionem fratris, quia ſicut pater voluit præferre ſubſtitutum alteri filio ſuo, ita cenſetur illum præferre

voluiſſe etiam in bonis filij impuberis inſtituti, &
hanc eſſe communem opinionem probat Ripa *in
d. l. numero* 49. *ff. de vulgari*, quem caſum intelligas
cum declaratione præcedentis caſus, aut alter fi-
lius fuit præteritus, aut datus cohæres, aut exhære-
datus.

Item declaratur, vt non procedat reſpectu ma-
tris, nã ſi fuit ſubſtitutus alter frater, vel vtrinque
10. coniunctus, vel ex parte patris, etiam matrem †
ſuperuiuentem excludit, gloſſ. *in l. Lucius. ff. de
vulgari, gloſſ. final. in l. precibus. C. de impuber. ſubſtit.*
Bartolus *in d. l.* 2. *numer.* 44. *ff. de vulgari*, & *ibi* Ale-
xand. Socin. Iaſ. & cæteri. Ripa *numer.* 60. qui atte-
ſtatur eſſe communem, quam valdè probarunt
Craſſ. *in d. §. ſubſtitutio. quæſt.* 31. *numer.* 5. Mantic.
lib. 5. *tit.* 15. *numer.* 30. *& ſequent.* Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 39. *numer.* 77. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 1.
quæſtion. 92. *numer.* 114. & ita fuit ſæpe iudicatum.
Franciſc. Marc. *deciſ. Delphinal.* 175. *part.* 2. Caſſador.
deciſion. 1. *numer.* 11. *de teſtament.* omnes mouentur,
quia non eſt præſumẽdum teſtatorem filio proprio
vxorem præferre voluiſſe.

Quartus caſus eſt, ſubſtitutio vulgaris expreſſa
11. non continet † pupillarem tacitam, quando teſta-
tor ſubſtituit vulgariter tantùm, vel ſi dixerit, &
ſi hæres non erit, tunc, & eo caſu ſubſtituit. Nam
huiuſmodi dictiones taxatiuæ excludunt tacitam
pupillarem contineri ſub vulgari expreſſa, & hanc
opinionem eſſe communem poſt alios relatos, pro-
bant, Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſtion.* 11. *numero* 5.
Mantic. *lib.* 5. *tit.* 14. *numero* 28. Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 36. *numero* 19. Oddus *in præludiis compendio-
ſæ parte* 2. *quæſtion.* 5. *effectu* 3. *limitat.* 5. Vaſquius *de
ſucceſſ. progreſſu. §.* 15. *numer.* 51. Intrigliol. *de ſubſtit.
centur.* 1. *quæſt.* 21. Ego etiam probaui hanc conclu-
ſionem *in tract. de clauſulis. parte* 3. *clauſula* 88. *num.*
6. & *ibi* probaui, Rotam Romanam tenere con-
12. trariã opinionem, quia clauſulæ † taxatiuæ non ex-
cludunt illud quod venit ex natura ſubſtitutionis
vulgaris, Caſſador. *deciſion.* 1. *ſub titulo de teſtamen-
tis*, vbi probat hanc opinionem eſſe veriorem, & re-
ſpondet omnibus contrariis, niſi concurreret mens
diſponentis, vt quia ſupereſſet perſona, quam teſta-
tor veriſimiliter noluit excludere, vt mater, frater,
& ſimiles, vt ibi per Caſſadorum.

Quintus caſus eſt, quando ſtatutum diſponit,
quòd verba teſtatoris intelligantur ad literam, pro
13. vt leguntur, & tunc vulgaris expreſſa † non con-
tinet pupillarem tacitam, nec è contra pupillaris
expreſſa continet vulgarem tacitam, Bald. *in l.
precibus numer.* 15. *C. de impuber. ſubſtit.* Alexand. *in
l.* 1. *numer.* 35. *& in l. iam hoc iure. ff. de vulgari*, &
poſt alios relatos probant, Mantic. *lib.* 5. *titul.* 14.
numer. 31. *vſque ad finem.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.*
36. *numer.* 45. *& ſequent.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur.*
1. *quæſt.* 22. *numer.* 75. *& ſequent.* ego ſuprà *in parte*
1. *quæſtion.* 23. *artic.* 3. *in tertio caſu*, vbi probaui,
quòd tunc ſtatutum intelligendum eſt ſecundùm
14. literam, † quæ legitur oculo corporeo, non au-
tem oculo intellectus, & nullam aliam expoſitio-
nem admittere poteſt, niſi vulgarem, id eſt, in vul-
gari ſermone. Alexand. *in conſil.* 45. *numer.* 2. *& ſe-
quent. volum.* 7. *& in conſil.* 50. *numer.* 2. *verſ. & præ-
ſertim. volum.* 1. vbi quòd admittit ſolùm expoſitio-
nem grammaticalem. Nec admittit interpretatio-
nem extenſiuam de perſona ad perſonam, Signo-
rol. *in conſil.* 37. *numer.* 7. *verſ. venio ad tertium*, &
hanc eſſe communem opinionem probat Alexand.
in conſil. 80. *numer.* 5. *volum.* 1. Ideo ſtante hoc ſta-
tuto filius non intrat locum patris, quia non ex-
tendendum eſt de perſona ad perſonam, nec de ca-
ſu ad caſum, pro vt eſſet de vulgari ad pupillarem,
& è contra, & latiùs hoc probaui ſuprà *in parte* 3.
quæſtion. 7. *articulo* 1. *num.* 13. *& ſequent.* per multa
ſimilia.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi ſtatu-
tum diſponeret, quòd verba teſtatoris intelligan-
tur † ſine interpretatione, quia tunc intelligitur 15.
excludere interpretationem friuolam, hominis,
non autem legis, Bartol. *in l. omnes populi. quæſtion.
7. principali. verſ. vltimò quæritur. ff. de iuſtitia, & iu-
re*, Bald. *ibid. numer.* 35. Iaſ. *in* 2. *lectur. numer.* 53.
Menoch. *de adipiſcenda poſſeſſ. remed.* 4. *numer.* 225.
& in d. præſumptione 36. *num.* 41. *verſ. cæterùm. lib.*
4. vbi alios allegat: ſed vt vulgaris expreſſa conti-
neat pupillarem tacitam, & è contra, hæc eſt in-
terpretatio legis, *d. l. iam hoc iure. ff. de vulgari, &
d. l. quamuis. C. de impuber. ſubſtit.* vnde ſumus in
caſu, in quo lex inducit tacitam ſubſtitutionem
omiſſam ex veriſimili mente ſubſtituentis, ita
quòd ad hunc ſenſum omnia verba ſunt intelli-
genda, aliter ſtante d. ſtatuto, numquam poſſet
eſſe locus tacitæ ſubſtitutioni à lege inductæ, &
ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam à le-
ge inductam. *l.* 1. *§. lex falcidia. ff. ad legem falcid.*
Item quia verba dictæ ſubſtitutionis expreſſæ ha-
bent hunc ſenſum, illa numquam cenſentur reie-
cta, Bald. *in l.* 1. *§. domini, in* 3. *ff. ad Syllanianum
& in Authent. ſi qua mulier, in fin. de ſacroſanct. Ec-
cleſ.* ſed hæc eſt certa ſignificatio à lege firmata; er-
go numquam per dictum ſtatutum cenſetur re-
iecta.

Item confirmatur ex opinione illa, quam com-
muniter omnes firmant, quòd vt d. ſubſtitutio † 16.
tacita comprehendatur ſub expreſſa, hæc eſt præ-
ſumptio iuris, procedens ex tacita voluntate te-
ſtatoris, qui ſi interrogatus eſſet, ita reſpondiſ-
ſet, Bartolus *in l.* 3. *numero* 5. *de legat.* 1. Aretin. *in
d. l. iam hoc iure. ff. de vulgari*, Socin. ſen. *in l.* 1. *numer.*
18. *eod. titul.* & *ibi* Ruin. *numero* 7. Politus *in titulo
de vulgari, parte* 1. *in fin.* Ripa *in l.* 1. *numero* 81. *&*
84. *&* 164. *& in l. centurio, numero* 34. *verſ. iſta re-
ſponſio*, & *ibi* Bolognet. *numero* 90. *ff. de vulgari*,
Berous *in cap. Raynutius, numero* 447. *de teſtament.*
Cagnol. *in l. precibus, numer.* 111. & *ibi* Coraſius
num 40. *C. de impuber. ſubſtit.* Zaſius *de ſubſtit. tit. de
vulgari, numero* 2. *&* 23. Bellon. *in libr.* 4. *ſupputa-
tionum iuris, cap.* 17. *numero* 10. Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 35. *numero* 4. licèt alij velint, quòd d. tacita
ſubſtitutio à lege fingatur; ſed verior, & receptior
eſt prior ſententia, quòd à lege præſumatur ex
præſumpta diſponentis voluntate, ſed ſtatutum
prohibens interpretationem, numquam illam pro-
hibere cenſetur, quæ procedit ab ipſa teſtatoris vo-
luntate.

Sextus caſus eſt, vbi lex non poteſt præſumere
teſtatorem ſub vulgari cogitaſſe de pupillari, tũc iſta
tacita non comprehenditur ſub vulgari expreſſa. † 17.
Nam ſi teſtator inſtituiſſet duobus filiis impuberibus
in diuerſis orationibus, alteri ſubſtituiſſet vulgari-
ter, ſi hæres non erit, ſubſtituo Caium, alteri ſubſti-
tuiſſet pupillariter, ſi hæres erit, & in pupillari ætate
deceſſerit, ſubſtituo Cæſarem, hoc caſu in ipſa ſub-
ſtitutione vulgari non præſumitur teſtatorẽ cogi-
taſſe † etiam de pupillari, quoniam vbi cogitauit 18.
expreſſit, vt poſt Bart. & alios relatos probant Me-
noch. *in d. præſumpt.* 36. *numer.* 29. *lib.* 4. Mantica
in d. lib. 5. *titulo* 14. *numer.* 25. Intrigliol. *in d. quæ-
ſtion.* 22. *numero* 32. *centur.* 1. & ratio deſumitur
à præſumptione contraria, quia vbi voluit illam
facere

facere, illam expreſſit; ergo vbi non expreſſit, non cenſetur voluiſſe. Sic in ſimili, ſi teſtator in vna o-
19. ratione perfecta † mentionem fecit de filiis maſculis, in alia verò parte, & oratione perfecta, de filiis ſimpliciter, non fit repetitio maſculinitatis, quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, vt latè probat Riminald. iun. *in conſil. 59. numer. 56. volum.* 1. vbi atteſtatur eſſe magis communem opinionem. Eandem vti talem probant Gabriel *in conſil. 97. numer. 28. volum.* 1. qui alios refert: ſed teſtator in vna oratione intellexit de ſubſtitutione pupillari reſpectu vnius filij, quam expreſſit, & in alia ſubſtitutio-
20. ne, vbi non expreſſit, † non præſumitur voluiſſe, vt probant, Decian. *in conſil. 1. numer. 21. volum.* 1. Lanar. *in conſil. 60. numer. 7. & plur. ſeq.* Socin. iun. *in conſil. 111. numer. 28. volum.* 1. qui probant non præſumi voluiſſe, quod non expreſſit, præſertim ſi intellexit; ergo iſta præſumptio tollit alteram precedentem, ex *d. l. 2. ff. de vulgari, & d. l. quamuis. C. de impuber. ſubſtit.* quia vna præſumptio tollit alteram. *l. diuus, & ibi* gloſſ. *in ver. æſtimari. ff. de reſtit. in integr.* Riminald. iun. *in conſil. 38. numer. 29. volum.* 1. Sic etiam, quando duobus filiis imparibus ætate teſtator feciſſet ſubſtitutionem vulgarem, hoc eſt, puberi, & impuberi, tunc lex non præſumit in perſona impuberis teſtatorem voluiſſe facere pupillarem, quoniam præſumptio æqualitatis ſeruandæ inter eius
21. filios facit ceſſare præſumptionem † pupillaris tacitæ contentæ ſub vulgari expreſſa. *d. l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & d. l. quamuis. C. de impuber. ſubſtit.* Ripa *in d. l. numer. 170. ff. de vulgari*, & alij ad hoc allegati per Intrigliol. *in d. quæſtion. 22. numer. 48. centur.* 1. Mantic. *d. lib. 5. tit. 14. num. 25.* Menoch. *d. præſumpt. 36. num. 31. lib. 4.*

Secundum caput huius articuli pertinet ad fideicommiſſariam, in quam vulgaris aliquando reſoluitur. Et primus caſus eſt, ſi teſtator hæredi inſtituto dixerit, & ſi hæres non eris, volo, vt hæ-
22. reditatem † meam reſtituas, hæc eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, ita poſt Guglielm. de Cun. Cuman. & Rainerium, tenet Albertic. *in rubric. ff. de vulgari, numer. 25. verſ. ſed pone ſubſtitutio*, Ripa *in l. 1. numer. 113. ff. eod.* Paul. Leonius *in tit. de vulgari, numer. 51.* Trentacinq. *in titul. de vulgari. cap. 2. numer. 6. verſ. tertio, & vltimo.*

23. Nam iſta verba, ſi hæres non eris,† non habent hunc ſenſum vulgaris, id eſt, ſi non poſſis, vel non velis, ſed fideicommiſſariæ, videlicet ſi hæres non eris ſpontanea voluntate, ſed coactus adire hæreditatem, vt fideicommiſſario reſtituas, Bald. *in l. humanitatis, numero 53. verſ. mirabile dicam. C. de impuber. ſubſtit.* Alexand. *in l. verbis ciuilibus, num. 7. ff. de vulgari*, Anton. Gomeſ. *in lib. 1. var. reſolut. cap. 3. numer. 5.* Zaſius *in tract. de ſubſtitut. cap. 6. & vltim. in princip. in verſ. tertia regula.*

24. Declaratur iſte caſus. Nam verbum *reſtituere*, † aut eſt conceptum in perſonam teſtatoris, puta ſi dixerit, & ſi hæres non eris, ego reſtituo hæreditatem Titio, & hæc ſubſtitutio eſt vulgaris, quia non interuenit media perſona quæ reſtituat, ſed ipſe teſtator immediatè dat. Aut eſt conceptum in perſonam hæredis, cum expreſſa vulgari, vt ſi dixerit, & ſi hæres non eris, reſtituas hæreditatem Titio quem vulgariter ſubſtituo, & tunc erit vulgaris, Mantic. *libr. 5. titul. 2. numer. 9.* Maſcard. *concluſ. 1346. numer. 14. verſ. ampliatur ſecundò.*
25. Sicut ſi dixerit, † ſubſtituo per fideicommiſſum, erit fideicommiſſaria. Ruin. *in conſil. 103. in fine* *volumin.* 2. Mantic. *lib. 5. tit. 14. numer.* 14. Menoch. *præſumpt. 36. numer. 51. lib.* 4. Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 1. quæſt. 22. numer.* 88. Trentacinq. *de ſubſtit. vulgari. capit. 2. numer.* 2. Nam illa verba, & ſi hæres non eris, id eſt, nolueris, propter verba adiuncta, reſtituas hæreditatem Caio, ſunt interpretanda, id eſt, ſi non adieris † hæreditatem ad tui 26.
beneficium, quia cogendus es adire, *l. quia poterat, in princip. l. recuſare. §. 1. l. nam quod. §. ſi quis compulſus. & §. final. l. cogi & l. debitor. ff. ad Trebellian.* volo, vt ad alterius vtilitatem, te cogentis, adeas, & hæreditatem reſtituas, & tunc vulgaris tranſmutatur in fideicommiſſariam: ſed ſi quis vulgariter, & per fideicommiſſum ſimul ſubſtitutus fuerit, quia vtraque ſubſtitutio valet, & in arbitrio ſubſtituti eſt per quam, adueniente caſu ſubſtitutionis, velit admitti. *l. accuſare. §. Titius. ff. ad Trebellian.* Gomeſ. *in lib. 1. variar. reſolut. cap. 3. numer.* 7. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt. 8. numero* 12.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator inſtituit filios hæredes, & poſt eos quoſcumque eorum filios 27.
maſculos, hæc ſubſtitutio vulgaris tranſmutatur in fideicommiſſariam, quia vocati poſt mortem alicuius dicuntur vocati per compendioſam, & ita poſt aditam hæreditatem, per fideicommiſſum, Rota *in deciſ. 457. numer. 6. part.* 1. in vltimò impreſſ. & rationem addit Dec. *in conſil. 431. numer.* 6. quia dictio *poſt*, habet tractum temporis in futurum, Bartol. *in l. 2. § creditum. ff. ſi cert. pet.* ergo per aditionem dictorum hæredum non eſt extincta ſubſtitutio vulgaris, ad *l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit.* ſed propter virtutem temporis in futurum tranſmutatur in fideicommiſſariam, & tali caſu, etiamſi teſtator vſus fuerit verbis directis, tamen ſuperaddendo clauſulam codicillarem, illa tranſmutantur in obliqua, † & in ſubſtitutio- 28.
nem fideicommiſſariam, Socin. *in l. Gallus. §. 1. in fin. ff. de liber. & poſthum.* vbi quòd propter dictam clauſulam, etiam verba ciuilia important fideicommiſſum, & ita firmarunt Bartol. & Bald. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari*, Fulgoſ. *in l. precibus. colum. 10. C. de impuber. ſubſtit.* Socin. *in conſil. 14. & conſil. 144. volum.* 1. Curt. qui prædictos, & alios refert *in conſil. 48. numer. 6. verſ. ex alio etiam fundamento*, Cranet. *in conſil. 22. numero 8. & conſil. 210. numero 4. & conſil. 131. numero* 10. Pariſ. *in conſil. 41. numer. 53. volum.* 2. Menoch. *in lib. 4 præſumpt. 71. numer.* 36. Grat. *in conſil. 8. numer. 13. volum.* 2. Nenizan. *in conſil. 53. num.* 14. & alij infiniti, quos omitto. Quamobrem cùm ſubbſtituti non poſſint ſuccedere per vulgarem, quæ expirauit per aditionem hæreditatis, poterunt per fideicommiſſum ſuccedere, quia illud comprehendit, & virtute dictæ clauſulæ codicillaris in fideicommiſſariam tranſmutatur. Et quotieſcumque in vulgari exprimitur caſus poſt aditam, ſemper reſoluitur in fideicommiſſariam, vt poſt Alexandr. & alios probat Veggius *in conſil.* 35.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, ſi teſtator dixerit, inſtituo filium meum, & poſt eum, vel eo † mihi præmoriente, aut hærede non exiſten- 29.
te, inſtituo illius filios, nam hæc eſt vulgaris tantùm, non autem fideicommiſſaria. Nam illa verba, *& poſt eum*, quæ ſunt apta comprehendere caſum poſt aditam hæreditatem, & ita trahi ad fideicommiſſum, declarantur per verba ſequentia, vel eo mihi præmoriente, aut hærede non exiſtente, quæ referuntur ad ſolam vulgarem. *l. 1. §. 1. de vulgari.* Itē quia alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem

30. exponitur pro † id eſt, gloſſ. & Bartol. *in l. 2. in princip. ff. ad lege Aquil.* & ita ſuper iſta declaratione reſpondit Ruin. *in conſil. 99. volum. 2.* Item quia quando verba poſt eam coarctantur ad caſum vulgaris per alia verba, tunc ſignificant ſecundum gradum, quia vulgaris ſubſtitutio, eſt inſtitutio in ſe-
31. cundo gradu, & in dubio potius debet † interpretari directa, quàm fideicommiſſaria. *c. ſi pater. de teſtam. lib. 6. l. final. C. de hæred. inſtit.* Item propter neceſſitatem inſtituendi, ne rumperent teſtamentum, & ſequendo conſilium Galli, verba poſt eum debent ſignificare vulgarem directam, intelligendo, & poſt eum ſublatum de medio viuente teſtatore, ſicut intelligitur inſtitutus nepos poſt filium, ſecundùm dictum conſilium Galli. *l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.* & prædicti nepotes intelliguntur ſubſtituti vulgariter tantùm, non autem per fideicommiſſum, & ita etiam reſpondit Ruin. *in conſil. 102. vol. 2.*

Tertius caſus eſt, ſi teſtator in omnibus bonis ſuis inſtituit filium, ſiue hæredem, & quandocum-
32. que ſine filiis decederet, ſubſtituit Titium, † ſi filius primo loco inſtitutus erat mutus, in hac compendioſa non comprehenditur exemplaris, ſed erit duntaxat fideicommiſſaria, quoniam ſubſtitutio exemplaris fit de bonis furioſi, vel mente capti, ſicut pupillaris de bonis pupilli, ad cuius exemplum introducta eſt exemplaris. *l. humanitatis. C. de impuber. ſubſtit. §. qua ratione. Inſtit. de pupillari ſubſtit.* Sed hæc ſubſtitutio facta eſt in bonis teſtatoris, ideo non continet exemplarem, ſed ſolùm fideicommiſſariam, & ita reſponderunt Ancharan. *in conſil.* 8. & Dec. *in conſil.* 371. Item quia fideicommiſſaria, quæ continetur ſub dicta compendioſa, nõ poſſet habere locum in exemplari, quia mutus, vel
33. mente captus † grauari non poteſt, ſicut pupillus onere fideicommiſſi grauari non poteſt, vt not. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam. & in l. cohæredi.* §.
34. *cùm filia. ff. de vulgari,* & exẽplaris in omnibus † inducta fuit ad inſtar pupillaris, Ripa *in l. ex facto, num. 56. ff. de vulgari*; ideo bonum eſt argumentum de vna ad aliam, & qui allegat differentiam, debet probare, quia habens regulam pro ſe, habet intentionem fundatam. Bart. *in l. quoties. ff. ſi quis cautionibus, & in l. ab ea parte. ff. de probat.* Contraria opinio eſt verior, de qua ſcribam infrà *in quæſt. 33. art. 2. caſu 2.*

35. Tertium caput huius articuli pertinet ad exemplarem † ſubſtitutionem, quam cõtineri ſub vulgari expreſſa, firmarunt Bartol. *in l. ex facto, num. 23. ff. de vulgari*, nimirum ſi tempore teſtamenti erat furioſus, vel mente captus, & eſſe illius doctrinam communiter receptam, atteſtatur *ibi* Iaſ. *numer.* 30. Bald. *in l. humanitatis, quæſt. 1. C. de impuber. ſubſtit.* Alberic. *in rubric. num. 70. ff. de vulgari.* Cephal. *in conſil. 423. num. 98. vol. 3.* Socin. iun. *in conſil. 103. num. 4. vol. 1.* Paul. Leon. *in tractatu de ſubſtitut. in materia exemplaris. num.* 10. quos refert, & ſequitur Riminald. iun. *in conſil. 541. vol. 5.* Menoch. *conſil. 303. num. 212. vol. 4. & lib. 4. præſumpt. 41.* Odd. *de compendioſa part. 4. quæſt. 5.* Trentacinq. *de ſubſtit. part. 3. cap. 2. n. 3.* Item Riminald. *ibi, & in conſil.* 542. probat quòd
36. exemplaris poteſt † ex coniecturis iudicari eſſe inducta ſub vulgari; ſed ego certè illas coniecturas non ſequor, præſertim ſtante fideicommiſſo, & prohibitione alienationis, quibus ſubſtitutus vulgaris grauari non poteſt, vt ſcripſi in præcedenti caſu.

ARTICVLVS III.

Subſtitutio vulgaris in quibus rebus fieri poſſit.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio vulgaris poteſt fieri in legato.*
2. *Legatum tranſit ad ſubſtitutum cum onere, etiam reſpectu temporis.*
3. *Subſtitutus vulgariter in re certa, quando admittatur ad omnia.*
4. *. . poteſt fieri in legitima filij.*
5. *. . non continet onus filij.*
6. *Subſtitutus filio pupillo poteſt grauari de reſtituenda legitima alteri.*
7. *. . poteſt fieri in dote.*
8. *Dos reuerſura ad patrem, dicitur eſſe in patrimonio dotantis.*
9. *Fideicommiſſum aliquando poteſt fieri ſuper dote.*
10. *Filia grauata de reſtituenda dote habet actionem conſequendi legitimam ſuper aliis bonis.*
11. *Dos computatur in legitimam ſi pater vult illam imputari.*
12. *. . ſecus ſi non ſupereſſent alia bona pro legitima.*
13. *Filia habet electionem acceptandi dotem, vel petendi legitimam.*
14. *Dos, quando eſt permanſura penes filiam, dicitur illius patrimonium, & grauari non poteſt.*
15. *Fideicõmiſſum ſuper dote fieri non poteſt, etiam ſuper portione, quæ excedit legitimam, quando eſt remanſura penes filiam.*

NON ſolùm generaliter in tota hæreditate, ſed etiam in certis rebus particularibus ſubſtitutio vulgaris fieri poteſt; quarum Primus caſus eſt, ſubſtitutio † vulgaris poteſt fieri in legato. *l. vt hæredibus. de legat. 2. l. vnica. §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* Ruin. *in conſil.* 100. *num.* 4. *vol.* 2. 1.

Et legatum † tranſit ad ſubſtitutum cum ſuo onere, & ſua conditione, & tempore, *l. legatum ſub conditione. ff. de condit. & demonſtr. l. quæ conditio. ff. eod. d. l. vnic. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll.* Bart. *in l. ſub conditione*, & ibi Immol. *ff. de hæred. inſtit. l. legatum. ff. de adim. legat.* Item *l. Publius. §. 1.* & *ibi* Bartol. & Paulus de Caſtr. vbi factum fuit legatum filio cùm ad annos ſedecim perueniſſet, & ſi antè deceſſiſſet, voluit teſtator illud legatum deberi Mæuio; filius autem deceſſit ante 16. annum, & ità factus eſt locus ſubſtitutioni, & ibi quæritur an ſubſtitutus poſſit ſtatim petere eum effectu legatum, an debeat expectare tempus ætatis ſexdecim annorum; reſpondet I.C. quòd debet expectari dictum tempus, quia non eſt veriſimile, teſtatorem voluiſſe, vt ſubſtitutus citius conſequatur legatum, quàm is, cui facta erat ſubſtitutio. 2.

Secundus caſus eſt, quando ſubſtitutio vulgaris facta eſt in re certa, † vel in quota bonorum, tunc nullo alio dato ſubſtituto admittitur ad omnia. *l. cohæredi. §. final. ff. de vulgari*, Bartol. 3.

tol. in l. centurio, & *ibi* Ripa *num. 95. ff. de vulgari*, Curt. iun. *in l. final. num. 41. C. de edicto diui Adriani toll.* Cephal. *in conſil. 231. num. 4. & 11. vol. 2.* & quòd ſubſtitutio in re certa per verbum directum ciuile, ſi nullus alius reperitur ſubſtitutus vniuerſaliter, admittatur ad vniuerſalem hæreditatem, firmarunt Roman. *in conſil. 200. num. 1.* Iaſ. *in l. quoties. numer. 1. verſ. quod vltimum ſingulariter intelligitur. C. de hæredib. inſtit. & in conſil. 72. colum. 2. verſ. ſecundò ad iſtud. volum. 3.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 5. numer. 41.* Mantic. *lib. 5. tit. 7. numer. 13.*

4. Tertius caſus eſt, ſubſtitutio † vulgaris poteſt fieri in legitima filij, ita vt illo non adeunte hæreditatem, ſubſtitutus etiam in ea admittatur, *l. ſi poſthumus. §. quod vulgo. ff. de liber. & poſthum.* Bald. *in l. ſi arrogator, in 6. oppoſit. ff. de adoptionib.* & hanc probant Ruin. *in conſil. 118. num. 23. volum. 3.* & Bero. *in conſil. 124. numer. 14. vol. 2.* & eſſe magis communem concluſionem poſt plurimos ad hoc allegatos probat Simon de Pret. *lib. 3. ſolut. 5. numer. 60.*
5. *fol. 241.* Et ratio eſt, quia d. ſubſtitutio † vulgaris non continet onus filij, Alex. *in d. l. ſi poſthumus. §. quod vulgo. ff. de hæred. inſtit.* per text. *l. ſequent. & l. final. ff. de condit. inſtit.* & ſubſtitutus vulgariter admittitur ad omnia bona, excluſis venientibus ab inteſtato, qui ſucceſſiſſent teſtatori, ſiue hæredi. *l. ſi teſtamento. C. de milit. teſtament.* per fideicommiſſum ſecus eſt, vt ſcripſi ſuprà *in quæſtion. 21. art. 11.* Item quia ſubſtitutus filio pupillo, poteſt ab illius
6. patre grauari onere † reſtituendi alij legitimā filij, cui ſucceſſit, quia ſubſtitutus dicitur legitimā illam habere à patre pupilli, ex quo ab eo ſubſtitutus datus eſt, cùm pater alium dare poſſet, *l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. final. & l. ſeq. de legat. 1.* Caſtrenſ. *in l. ex tribus, numer. 3. C. de inoffic. teſtament.* & alij ad hoc relati per Surd. *in conſil. 572. num. 28. & ſeq. volum. 4.*

7. Quartus caſus eſt, ſubſtitutio † vulgaris poteſt fieri in dote, quoniam dicitur eſſe in patrimonio dotantis, nam etiam pater dans dotem poteſt ſtipulari illam ſibi eſſe reſtituendam. *l. 2. ff. ſolut. matrim.* ergo perinde eſt, ac ſi eſſet in bonis patris, argum. *l. 1. & l. quod ſponſæ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Cùm
8. igitur ad patrem, † vel eius hæredes reuerſura eſt, non ſolùm vulgariter poteſt in illa ſubſtitui ſi illam nollet, ſed etiam per fideicommiſſum † gra-
9. uari. Bald. *in l. quoniam nouella, in fine. C. de inoffic. teſtament. & in conſil. 301. volum. 4.* Albert. Brun. *de ſtatuto excluſiuo feminarum. articul. 11. quæſtion. 3. numer. 12.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 260. & ſequent.* Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 3. & vltima. num. 8. verſ. ſi verò fol. 304.* Et licèt filia cui datus eſt ſubſtitutus vulgariter in dote non poſſit conqueri, quia, vt dixi in caſu præcedenti, ſubſtitutio vulgaris non eſt grauamen inſtituti, ſed prouiſio teſtatoris, tamen etiamſi eſſet
10. grauata per fideicommiſſum d. reſtituenda † dote, neque conqueri poteſt, quia adhuc ei ſupereſt actio conſequendi legitimam ſuper aliis bonis, quia vt dos ſuccedat loco legitimæ. *l. quoniam nouella, & omni modo. §. imputari. C. de inoffic. teſtament. & l. vt liberis, & l. illud. C. de collat. bonorum, & toto tit. C. eod.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 10. numer. 261.*
11. Nam iſta regula † procedit patre volente. Sed quando grauat filiam de reſtituenda dote, ſignificat dictam dotem non eſſe imputandam in legitimam, & propterea filia grauata per fideicommiſſum, poſſet legitimam petere in aliis bonis, & ſi
12. non ſupereſſent, poſſet imputari in legitimam, † & grauamē eſſe validum in eo quod excedit legitimam, *l. final. §. filiæ. de legat. 2.* & *ibi* Bartol. & cæteri, *& in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell.* Paul. de Caſtro *in auth. res quæ, numer. 6. C. commun. de legat.* Mantic. *lib. 7. tit. 8. numer. 27.* Craſſ. *in §. legitima, quæſt. 41. num. 4.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 194. num. 13.* Sed in ſubſtitutione vulgari reſpectu dotis, nullum poteſt conſiderari grauamen, quia eſt in electione filiæ † acceptare dotem, & eam in le- 13.
gitimam imputare, pro vt eo caſu præſumitur patrem voluiſſe; ſed ſi non acceptat, vel non poteſt, prouiſio de ſubſtituto vulgari eſt facta reſpectu patris, in cuius patrimonio eſt ipſa dos, qui eam ſibi reddi ſtipulari poteſt.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando dos † eſt permanſura penes filiam, quia illam do- 14.
tauit, & ſtipulatus fuit illi eſſe reſtituendam, quia tunc iure conſolidationis eſt permanſura penes filiam, & factum eſt proprium illius patrimonium; ergo ſuper ea ampliùs grauari nō poterit, † nec ſuper 15.
portione quidem, quæ excederet iuſtam ſuā legitimam, Bald. *in l. quoniam nouella, quæſt. 2. C. de inoffic. teſtament.* Immol. *in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebell.* Alexand. *in conſil. 20. num. 2. volum. 3.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. in d. §. 10. num. 260.* Mantic. *lib. 3. tit. 8. num. 27. in fin.* Simon de Pret. *lib. 3. d. ſolutione 3. & vltima, num. 8. in fin. fol. 304.*

ARTICVLVS IV.

Subſtitutio vulgaris facta pluribus quomodo locum habeat.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio vulgaris facta de illis, qui ſuccedere poſſunt, quomodo intelligenda.*
2. *.. facta de proximioribus comprehendit tam maſculos, quàm feminas.*
3. *.. & intelligitur de proximioribus teſtatoris.*
4. *Proximioribus vocatis per fideicommiſſum, attendenda eſt proximitas grauati.*
5. *.. ſecus ſi vocentur poſt prohibitionem alienationis, nam intelliguntur de proximioribus teſtatoris.*
6. *.. Item ſi ſubſtituerit proximiores ſuos, intelliguntur de proximioribus teſtatoris.*
7. *Subſtituti plures, inter quos cadit ordo charitatis, intelliguntur per vulgarem.*

Intelligendum, quando illi ſubſtituti fuerint, qui de iure ſuccedere poſſunt. † Nam iſta verba magis in- 1.
ducunt excitationem iuris communis, quàm aliquam diſpoſitionem, vt in ſimili dicitur *in cap. licet, de officio ordinarij*, quam ſolent teſtatores facere, ad euitandum odium contra ſeipſum, & maledictiones poſt mortem, prætermiſit declarationem, & cenſetur voluiſſe, vt proximiores ſibi ſuccedant, vt declarat Purpurat. *in conſil. 212.*

Secundus caſus eſt, ſi ſubſtituit † proximiores, 2.
tunc tam maſculos, quàm feminas comprehendit, & licèt vocauerit in vulgari, *li pium proſſimi*, & ita in genere maſculino, tamen quia materia ſucceſſionis eſt indifferens, & comprehendit tam maſculos, quàm feminas, qui æqualiter de iure ſuccedunt. *l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* ideo hoc caſu maſculinum concipit femininum.

Brun. *de ſtatuto excluſiuo femin. art.5. principali,quæſt.* 13. *numer.* 80. *verſ. pro reſolutione,* Dec. *in l.* 2. *num.* 90.*&* 94.*ff. de reg. iur.* Iaſon *in l. ſi quis id quod.num.* 6. *in* 4. *ampliatione. ff. de iuriſdict.omn. iudic.* Cephal. *in conſil.* 53. *num.*81. *& ſequent.* qui atteſtatur eſſe communem opinionem, Pariſ. *in conſil.* 47. *numer.*66. *&* 112. *volum.*3. Socin. iun. *in conſil.*3. *num.* 18. *& ſequent. & conſil.* 10. *num.* 17. *& ſequent. volum.* 1. Gabriel *in conſil.* 14. *num.* 23. *& ſequent. volum.*1. qui dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem.

3. Declaratur iſte caſus, vt intelligatur de proximis † teſtatoris, *l. ſi cognatis*, & *ibi* Bart. *propè finem. ff. de reb. dubiis*, & *ibi* Socin. Item *l. cum teſtamento*, & *ibi* Bart. *ff. de auro, & arg. leg.* Idem Bart. *in l. ex facto, in princ. ff. ad Trebellian. & in l. filiusfamilias. §. cùm pater. de legat.* 1. *& in l. peto. §. fratre. de legat.* 2. Alexand. *in conſil.* 213. *volum.* 6. Socin. *in conſil.* 249. *verſ. poſtremo, vol.* 2. Ripa *in l. filiusfamilias. §. diui, num.* 31. *de legat.*1. Cephal. *in conſil.* 318. *num.* 14. *volum.* 3.

4. Sed ſi proximiores † ſint vocati in fideicommiſſo, vel in ſucceſſionibus habentibus tractum in futurum, tunc attendenda eſt proximitas grauati. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.*3.*§.* 26. *num.* 6. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. Trentacinq. *de ſubſtit. part.*4. *cap.* 12. probat eſſe communem, & veriorem, & ita etiam atteſtantur Burſat. *in conſil.* 170. *num.* 23. *& ſequent. volum.*2. Decian. *in conſil.* 26. *num.*74. *vol.* 2. & ita fuit ſemper iudicatum in omnibus Tribunalibus, vt eſt *in Digeſt. Nouiſſ. tom.*5. *tit. Fideicommiſſum. cap. proximitas.*

Secundò declaratur. Nam ſi teſtator poſt ſubſtitutionem, fecerit alienationis prohibitionem, &
5. ad excluſionem prohibiti vocauerit proximiores, † illi intelliguntur de proximioribus ſuis, non autem de proximioribus grauati, Rota *deciſ.* 22. *parte* 3. *lib.* 3. *in Nouiſſimis.* Nam ſicut odio habuit contrauenientem, ita & eius filios, propterea non ſuccedunt proximiores ſubſtituti.

6. Tertiò declaratur, † nam ſi teſtator ſubſtituerit proximiores ſuos, tunc non poſſunt intelligi proximiores ſubſtituti, Ripa *in l. ex facto. §.* 1. *numer.*6. *& ſequent. ff. ad Trebell.* Ruin. *in conſil.* 96. *num.* 16. *volum.* 2. Menoch. *in conſil.* 106. *num.*181. *& num.* 221. *& in conſil.*124. *num.*27. *in* 8. *argumento.* Surd. *in conſil.*241. *num.*47. *vol.*2.

Tertius caſus eſt, quando teſtator ſubſtituit plures perſonas, inter quas conſideranda eſt charitas, & affectio, propter quam eſt obſeruãdus ordo ſucceſſiuus, vt inter patrem, & filios, & alias perſonas, de quibus ſcripſi ſuprà in quæſtione de ordine ſucceſſiuo, & probaui ſemper dici ſubſtitutos per vulgarem, & nunquam per fideicommiſſariam.

ARTICVLVS V.

Subſtitutio vulgaris quando expiret.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio vulgaris quare expiret poſt aditam hereditatem.*
2. *..primo gradu vulgaris extincto, cæteri extinguuntur.*
3. *.. dummodo omnes ſequentes ſubſtitutiones ſint ſub ordinatæ ad primam.*
4. *Inſtitutione ſublata, expirant omnes fideicommiſſariæ ſubſtitutiones.*
5. *Vulgari facta pluribus copulatiuè, altero adeunte expirat in totum.*
6. *..tollit ius accreſcendi etiam inter coniunctos re, & verbis.*
7. *..etiam ſi eſt vulgaris tacita.*
8. *..non expirat per aditionem alterius ex inſtitutis ſeparatim.*
9. *..ſecus ſi inſtitutus eſt perſona valde dilecta.*
10. *..tollit ius accreſcendi etiamſi filius eſſet coniunctus, & num.* 12.
11. *..aliquando non tollit ius accreſcendi ſi ex coniecturis apparet.*
13. *Subſtituti reciprocè poſſunt ſuccedere per vulgarem, & per ius accreſcendi.*
14. *Subſtitutio vulgaris non tollitur per ſuitatem, niſi ſequatur immiſſio.*
15. *..& tunc ſi neque ſe immiſceat, neque abſtineat, ex euentu apparebit vtrùm ſubſtitutus ſit admittendus.*
16. *Subſt. vulgaris contenta ſub compendioſa non tollit ſuitatem, & num.*20.
17. *..facta in caſum impotentiæ tantùm, non tollit ſuitatem.*
18. *..facta iuxta conſilium Galli, dicitur facta in ſolo caſu impotentiæ.*
19. *..contenta ſub reciproca ſuitatem tollit.*
21. *..vulgaris facta in legitima non tollitur per ſuitatem.*
22. *..vulgaris an, & quomodo dicatur facta in legitima.*
23. *Subſtitutus vulgaris admittitur poſt aditam hereditatem, ſi inſtitutus aduersùs illam obtinet reſtitutionem.*

POST aditam hæreditatem, † expirare ſubſtitutionem vulgarem, indubitati iuris eſt. *l. poſt aditam. C. de impuber. ſubſtit.* quam regulam latiſſimè exornat Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 1. *quæſt.* 46. quoniam qui ſub conditione inſtituitur, ſub contraria conditione cenſetur excluſus, vt poſt alios declarat Dec. *in d. l. poſt aditam.* Sed ſubſtitutio vulgaris cenſetur facta ſub conditione, ſi inſtitutus hæres non erit; ergo ſi inſtitutus adiuerit, ſubſtitutio expirat. Hanc rationem pleniſſimè exararunt omnes ſcribentes *in d. l. poſt aditam.* Pro pleniori autem huius regulæ declaratione, plures caſus ſimul cum Doctoribus de hac re ſcribẽtibus exarandos eſſe cenſeo, quoniam in multis ab eis diſſentio. 1.

Primus caſus eſt, ſi teſtator fecerit plures gradus ſubſtitutionis vulgaris, vt quia inſtituit Iuliũ, & ſi iſte hæres non erit, ſubſtituit Caium, & ſi iſte hæres non erit, ſubſtituit Camillum, & ita deinceps
plures alios, tunc adeunte † primo, omnes huiuſce 2.
ſubſtitutionis gradus expirant, *l. cùm in teſtamento. ff. de hered. inſtit. l. ſi mater. §. final. ff. de vulgar.* Bartol. *in l.*1. *num.*47. *ff. eod. tit.* Oddus *in præludiis compendioſæ part.*2. *quæſt.*6. *verſ. ampliatur ſecundò*, Trentacinq. *de ſubſtit. part.*1. *cap.*16. *num.*2. Intrigliol. *in d. quæſt.*46. *num.* 5.

Declaratur iſte caſus, vt procedat quando omnes ſubſtitutiones ſequentes † ſunt ſubordinatæ ad 3.
primam, quia prima extincta, ceſſant dictæ ſubſequentes ſubalternatæ, *l. ſi mater. §. final. ff. de vulgari*, Anchar. *in conſil.*137. Alexand. *in conſil.*74. *num.* 5. *vol.* 3. *& in conſil.* 119. *num.*4. *vol.* 6. Socin. *in conſil.* 62. *num.*7. *vol.* 3. Pariſ. *in conſil.*18. *col.*1. *volum.*2. *& conſil.* 44. *col.* 1. *volum.*2. Doctores *in l. qui habebat. ff. de vulgari, & pupill.* Aretin. *in conſil.* 155. *colum.*4.
verſ. quarto. Sicut ſublata † inſtitutione, expirant 4.
etiam

etiam fideicommiſſariæ ſubſtitutiones illi ſubordinatæ, Ancharan. *in d. conſil.* 137. Secus quando ſubſtitutio prima effectum non habuit, & ſubſtitutiones ſubſequentes non ſunt illi ſubordinatæ, quia tunc iſtæ non expirant, vt in caſu, quo pleniſſimè conſuluit Gabriel *in conſil.* 117. *volum.* 1. vbi vide. Vbi teſtator, relicta certa quantitate Victoriæ ſuæ filiæ iure inſtitutionis, deinde titulo vniuerſali inſtituit Franciſcam eius vxorem, & poſt eius mortem inſtituit Victoriã præfatam ſi ſuperuiueret, & ſi non ſuperuiueret eius filios, & caſu quo omnes filij quandocumque deceſſiſſent ſine filiis, voluit, vt bona peruenirent ad Paulum, & eiuſdem Pauli filios, abſque detractione Trebellianicæ, quo caſu, mortua Franciſca, ſuperſtite Victoria, deinde mortua eſt Victoria, relicta vnica ſola filia, nomine Baptiſta, & poſtea mortua eſt Baptiſta ſine filiis; reſpondet Gabriel filios Pauli debere ſuccedere vigore tertiæ ſubſtitutionis, de eis factæ; quæ non habet dependentiam à prima, nam quando hæreditate adita, & hærede grauato plures ſubſtitutiones fiunt, vel ipſi ſubſtituto, onere impoſito, plures item gradus ſubſtitutionum fiunt, ſublatis præcedentibus, ſequentes ſuccedunt in locum anteriorum, & conſequenter ſubſtitutionum, quæ ſunt intermediæ peremptio, nihil obeſt ſequentibus, imò viam aperit, vt notat Bald. *in conſil.* 43. *volum.* 4. & ipſe Gabriel latiſſimè probat per totum *d. conſ.* 117. *volum.* 1.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator inſtituto Titio, &
5. Caio hæredibus, dixerit, & ſi Titius, † & Caius hæredes non erunt, ſubſtituo Sempronium, hoc caſu altero ex inſtitutis adeunte, expirare ſubſtitutionem, dicit Bartol. *in l.* 1. *num.* 48. *ff. de vulgari*, Bald. *in l. quamuis per illam legem. C. de impub. ſubſtit.* & eſſe communem probant Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſtion.* 15. *num.* 1. *verſ. aut facta*, Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 17. *in fin.* Intrigliol. *de ſubſtit. centuria* 1. *quæſt.* 46. *numer.* 7. *& ſequent.* qui alios referunt.

Sed hæc opinio non eſt amplectenda, quoniam
6. vulgaris ſubſtitutio tollit ius accreſcendi, † etiam inter coniunctos re, & verbis. Gomeſius *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 26. & *ibi* Suarez *in additionib. num.* 33. *verſ. item quæro, & cap.* 10. *num.* 36. Duaren. *in tract. de iure accreſc. libr.* 2. *cap.* 16. Nam prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & expreſſum facit ceſſare tacitum. Imò etiamſi eſſemus in ſubſtitutione dubia, de qua *in l. final. C. de hæred. inſtit.* nam etiam illa ſubſtitutio excludit ius accreſcẽdi. Iaſ. *in l. re coniuncti, num.* 156. *& ibi* Bolognet. *numer.* 289. *& ſequent. de legat.* 3. Gomeſ. *in d. cap.* 3. *num.* 26. *verſ. & in tantum, & in d. cap.* 10. *numer.* 36.
7. Item quia hæc concluſio † procedit etiam in ſubſtitutione vulgari prorſus tacita. *l. final. C. de inſtitut. & ſubſtit.* Gomeſ. *in d. cap.* 3. *num.* 26. *verſ. ex quo ſingulariter, & d. cap.* 10. *num.* 36. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 13. *numer.* 2. Et hanc opinionem contra communem tenet Oddus *in præludiis compendioſa part.* 2. *quæſt.* 6. *num* 6. quia cùm vulgaris ſubſtitutio excludat ius accreſcendi; ergo altero tantùm ex dictis coniunctim, & copulatiuè inſtitutis adeũte, ſubſtitutio expirare non poteſt, quia ceſſante iure accreſcendi, habebit locum in altero inſtituto non adeunte.

Tertius caſus eſt, quia ſi teſtator vſus fuerit ſer-
8. mone ſeparato, vt ſi dixerit, & ſi Titius † hæres non erit, ſubſtituo Caium. Item ſi Sempronius hæres non erit, ſubſtituo eundem Caium, tunc vera concluſio eſt, quòd per aditionem alterius non expirat ſubſtitutio reſpectu alterius, Bartol. *in d. l.* 1. *num.* 48. *ff. de vulgari*, per text. *in l. penult. ff. de iniuſt. teſtam.*

Declarant tamen, non procedere, quando perſona eſt inſtituta, quæ veriſimiliter tantùm † erat 9.
à teſtatore dilecta, vt ex veriſimili mente ſubſtitutum excluderet, Craſſ. *in d. §. ſubſtitutio. quæſt.* 15. *num.* 3. & alij plures ad hoc relati per Intrigliol. *in d. quæſt.* 46. *numer.* 23. qui probat eſſe communem concluſionem.

Sed declaratio non eſt recipienda per ſcripta in declaratione præcedentis caſus, nam ſubſtitutio vulgaris † excludit ius accreſcendi, etiamſi is qui 10.
per ius accreſcendi admitti deſiderat, eſſet filius teſtatoris. *l. ſi poſthumus. §. quod vulgo, & ibi* Iaſ. *num.* 8. *ff. de liber. & poſth.* Mantic. *de coniectur. lib.* 4. *titulo* 10. *num.* 19. Et licèt Bartol. *in l. final. num.* 4. *C. de inſtit. & ſubſtit.* dicat aliud eſſe in ſubſtitutione vulgari tacita, ſi perſona quæ vult ſuccedere per ius accreſcendi, ſit valdè coniuncta teſtatori, vel cohæredi, per *d. l. final. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi quòd vulgaris tacita matrem teſtatoris non excludat, etiã ſi cohæres inſtituto data non ſit; ergo multò minus filium teſtatoris cohæredem datum excludere debet. Tamen contraria ſententia eſt verior, quòd imò ſubſtitutus ex tacita vulgari excludat volentem ſuccedere per ius accreſcendi, etiam filium teſtatoris cohæredem datum. Gomeſ. *in l.* 1. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 27. & *ibi* Suarez *in additionib. num.* 36. *& ſeq.* qui dicit hanc eſſe opinionem veriorem, & magis communem, Craſſ. *in §. ſubſtitutio quæſt.* 13. *num.* 2. quoniam veniens ex ſubſtitutione vulgari tacita habet diſpoſitiuam voluntatem teſtatoris, ſed veniens per ius accreſcendi nititur ſola iuris authoritate, & diſpoſitiuam teſtatoris voluntatem non habet. Item quia teſtator in ſubſtitutione pupillari expreſſa, in qua etiam ſua hæreditas continetur, dicitur prætuliſſe ſubſtitutum omnibus coniunctis; ergo multò magis cenſendus eſt prætuliſſe dictum ſubſtitutum in parte, id eſt, in ſuis bonis, Alciat. *in d. l.* 1. *num.* 20. *ff. de vulgari.* Suarez *in loco allegato. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* vbi quòd intellectus Bartoli *ad d. l. final. C. de inſtit. & ſubſtit.* ex qua fundauit ſupradictã ſuam opinionem, eſt communiter reprobatus, & quòd illa concluſio de matre teſtatoris ſubſtitutum per tacitam vulgarẽ excludẽte, ſimul corruat. Et licèt ſubſtitutio vulgaris † non excludat ius accreſcendi, quando ex 11.
coniecturis liquet teſtatorẽ voluiſſe, vt coniunctus præferatur ſubſtituto. Mantic. *lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 2. Oddus *in præludiis compendioſa. part.* 2. *cap.* 6. Trentacinq. *de vulgari cap.* 15. *num.* 17. Tamen quando ſingulariter, & nominatim ſubſtitutio vulgaris facta eſt vni, vt ſi dixerit, inſtituo Titium & Seium hæredes, & ſi Titius hæres non erit, ſubſtituo illi Caium: Titius autem non vult, aut non poteſt eſſe hæres, hoc caſu coniunctus Seius non admittitur per ius accreſcendi, ſed ſubſtitutus vulgaris præfertur, etiamſi coniunctus † eſſet valde dilectus 12.
teſtatori, Zaſ. *in l.* 1. *num.* 44. *ff. de vulgari.* Aliud eſt, quando ſubſtitutio eſt facta pluribus in tota hæreditate, nimirum per verba, quæ requirerent factum vtriuſque, vel omnium ad exiſtentiam conditionis: vt ſi diceretur, ſi nullus hæres erit, vel ſi neque Titius, neque Sempronius hæredes erunt, de quibus *in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* & declarat Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. *§.* 24. *per totum.* Craſſ. *in d. §. ſubſtitutio. quæſtion.* 13. *num.* 3. *in fine.*

Quartus caſus eſt, quando hæredes inſtituti, ſunt

13. reciprocè ſubſtituti, † tunc altero non adeunte, alter poteſt & per vulgarem ſuccedere, & per ius accreſcendi, item altero adeunte & per fideicommiſſariam, & per ius accreſcendi ſuccedere, quia teſtator, ita diſponendo, videtur in hæredum electione poſuiſſe, vtrùm ex iure accreſcendi, vel ex ſubſtitutione ſuccedere velit, Iaſ. *in d.l.re coniunctis.num.162. verſ.tertiò limitatur.de legat.3.* & *ibi* Bolognett.*numer. 292.verſ.tertiò limitatur.* Mantic.*lib.4.tit.10.num.24.* Trentacinq.*de vulgari,cap.15.num.18.*

14. Quintus caſus eſt, vulgaris ſubſtitutio † non tollitur per ſuitatem, niſi ſequatur immiſſio, quia licèt patre mortuo, ſtatim acquiratur hæreditas filio iure ſuitatis, & ideo extinguitur vulgaris ſubſtitutio, *l. poſt aditam. C.de impuber. ſubſtit.* tamen ad effectum, vt tollatur vulgaris ſubſtitutio, requiritur, vt filius ſe immiſceat in hæreditate, *l.cum bonis.ff.de acquir. hered.* Quamobrem, ſi abſtineat, remanet hæres nomine, ſed non effectu, & ideo ſubſtitutus admittitur *l.ex contractu.ff.de re indic.*

Declaratur iſte caſus. Nam ſi filius hæres ſuus, neque ſe immiſceat, neque abſtineat, tunc interim fit hæres filius cum beneficio abſtinendi à prætore

15. conceſſo, & ex euentu † apparebit vtrùm ſubſtitutus vulgariter admittendus ſit, ſed ſi mortuus fuerit antequam ſe immiſceat, vel abſtinuerit, fiet locus tranſmiſſioni; & pro maiori declaratione, dicendum eſt, quòd aut ſuus ſe immiſcuit, & vulgaris extinguitur, aut ſe abſtinuit, & fit locus ſubſtitutioni vulgari: aut neque ſe immiſcuit, neque abſtinuit, & ex euentu apparebit, vtrùm ſubſtitutus admittendus ſit: aut mortuus eſt antequam ſe immiſcuerit, & fiet locus tranſmiſſioni, ita firmarunt Paul.de Caſtr. *in l.ſi filius,numer.13.ff.de liber.& poſthum.* Aretin.*in §. ſui.Inſtit.de hæred.qualit.& different.*

16. Declaratur ſecundò, vt vulgaris contenta † ſub compendioſa non tollat ſuitatem, Vaſquius *de ſucceſſ.creat.lib.3.§.21.numer.189.* Gomeſ. *in lib. 1. variar.reſolut.cap.3. numer.16. & cap.9. numer.36.verſ. ſecundò principaliter.* Craſſ.*in §.ſuitas,quæſtion.10.numer.4.* ſi enim in hoc caſu ſuitas ſublata eſſet, nullum haberet effectum; ſed habet effectum, nam confirmat tabulas pupillares. *l.Iulianus.ff. de acquir.hæredit.* ergo non poteſt dici ſublata.

Declaratur tertiò. Nam ſi teſtator in ſubſtitutio-

17. ne vulgari expreſſit caſum impotentiæ † tantùm, qui caſus licèt trahatur ad caſum voluntatis, tamen caſus, ad quem fit extenſio, non tollit ſuitatem, ſicut nec vulgaris tacita, contenta ſub pupillari expreſſa patit hunc effectum, tunc enim per vulgarem ſuitas tollitur, quando aut vulgaris facta eſt per verba generalia, ſi hæres non erit, aut vterque caſus ſpecialis expreſſus fuerit, ſi hæres eſſe nolit, aut eſſe non poſſit, aut ſaltem caſus voluntatis expreſſus fuerit: ſecus eſt ſi caſus impotentiæ tantùm in vulgari expreſſus fuerit, nam tunc caſus voluntatis ad quem fit extenſio, ſuitatem tollere non poteſt. Vaſquius *d. lib.3.§.21.numer.190.verſ.ſecundus caſus.* Gomeſ.*lib.1. var.reſolut.cap.3.num.16.verſ.ſecundus,& cap.9. num. 35.verſ.limitatur primò.* Craſſ. *in d. §.ſuitas. quæſt.10.*

18. *num.3.* Ex quo infertur, quòd quando fit vulgaris, † iuxta conſilium Galli, aut legis Velleiæ, vt ſi teſtator dixerit, ſi filius me viuo morietur, nepotem ſubſtituo, tunc vulgaris iſta ſolum caput impotentiæ complectitur, ſed reſpectu capitis voluntatis eſt tacita; ergo ſuitatem non tollit, vt probant præcitati Doctores. Idem infertur eſſe in reciproca, quoniam vulgaris ſub ea contenta non dicitur expreſſa ex vi, & natura verborum, ſed ex legis interpretatione, Angel.*in l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffic.teſtam.* Gomeſ.*in d.lib.1.cap.3.numer.16. verſ. quartò limita,* vbi probat hanc opinionem eſſe veriorem, & communem, & ideo ſuitatem iſta vulgaris non tollit: ſed in hac illatione contrariam opinionem ego credo eſſe veriorem, videlicet, quòd vulgaris † ſub 19. reciproca contenta, ſuitatem tollat, nam vulgaris procedens ab expreſſa voluntate teſtatoris, quæ ex verborum proprietate elicitur, continet vtrunque caput, impotentiæ, & voluntatis, & per conſequens tollit ſuitatem; ſed vulgaris contenta ſub reciproca, procedit ex expreſſa voluntate teſtatoris, cùm ſit in genere, & generalibus verbis expreſſa, & genus comprehendit omnes ſuas ſpecies, citra extenſionem, & hanc opinionem firmarunt Alexand. *in l.ſi filius hæres,num.5.verſ. vndecimo,* & *ibi* Iaſ. *num.56.ff.de liber. & poſthum.* Benedict. *in cap. Raynutius.verbo,mortuo itaque teſtatore, in 2.numer.203.* Vaſquius *de ſucceſſ. creat.lib.3.§.21.numer.201. verſ tertius decimus caſus,* Gomeſ. *in lib.1.var.reſolut.cap.9.numer.37.verſ.tertiò.* Item infertur, quòd vulgaris contenta ſub compendioſa, † ſuitatem non tollit, nam vulgaris ſolam illam tollit, ſed iuncta cum fideicommiſſaria hunc 20. effectum non habet, ſed ſub compendioſa contenta, iungitur cum fideicommiſſaria, ſiue fiat verbis communibus, ſiue directis. Paul. Leon.*de ſubſtitut. quæſt.23. num.275. & quæſt. 24. numer. 380.* & propterea compendioſa non tollit ſuitatem. Angel *in l. Papinianus.§.quarta, numer.7. ff. de inoffic. teſtament.* Alexand.*in d.l.ſi filiusfamilias hæres.numer.5.verſ.vndecimo,* & *ibi* Iaſ.*numer.56.ff.de liber.& poſthum.* Alexand.*in conſil.17.* & *ibi* Addentes *volum.3.* Socin.*in l.1. numer. 47. verſ. ſeptimò limita. ff. de vulgari.* Benedict. *in d.verbo mortuo itaque teſtatore, in 2.numer. 203.* Vaſquius *in d.lib.3.§.21. numer. 200. verſ. decimus caſus,* Trentacinq.*de vulgari ſubſtitut. cap.14.numer.7.verſ.hæc declara.* Craſſ. *in d.§.ſuitas, quæſt. 10. numer.5.*

Declaratur quartò, vt ſubſtitutio † vulgaris facta in legitima non tollatur per ſuitatem, quoniam 21. vulgarem poſſe fieri in legitima, eſt communis, & verior opinio, vt probaui *in articulo tertio huius quæſtionis,* ideo ſtandum eſt regulæ, vt vulgaris ſuitatem tollat, non autem tollatur à ſuitate. Et licèt aliqui teneant vulgarem in legitima fieri non poſſe, quoniam in vulgari includitur conditio ſi voluerit, tollens ſuitatem in filio, & per conſequens tranſmiſſionem, ſed non poſſe tràſmittere, eſt grauamen. *l.Panthonius.ff.de acquirend. hæredit.* & omne grauamen de legitima auferendum eſt. *l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtament.* Nihilominus † in hoc pla- 22. cet reſponſio Gomeſij *in lib.1.var.reſolut.cap.13.numer.17.* quòd vulgaris nò tollat ſuitatem, nec tranſmiſſionem, nec aliquem eius effectum, ſed tantùm tollat neceſſitatem, & hoc tam in legitima, quàm in aliis bonis. Quamobrem ſi filius patri ſit ſuperſtes, dicta vulgaris continebit tantùm caſum voluntatis, non impotentiæ, ſi filius decedat poſt mortem patris hæreditate non adita, quia grauaretur, & non tranſmitteret, ſed de legitima tollitur omne grauamen. Continet igitur caſum voluntatis, quia ex hoc nullum grauamen cenſetur in legitima appoſitum, cùm ipſe filius ſua ſponte illam repudiat, & ſe abſtinet, præſertim cùm legitima repudiata, non eſt amplius legitima, nec habet ampliùs eius priuilegia, & qualitates, ſed eſt propriũ patris patrimonium, ſicut alia bona, *l. cùm pater.de legat. 2.* quam opinionem etiam comprobat Gomeſ. *in lib.1.variarum reſolut.cap.9.num.40.verſ. ſexto.*

Declaratur iſte articulus, nam aliquando adita per hæredem hæreditate, aduersùs aditionem † re- 23. ſtituitur,

ſtituitur, vt quia erat minor, & tunc quia reſtitutio reddit caſum ad primos terminos, ſi poſtea d. hæres reſtitutus repudiat, ſubſtitutus vulgaris admittendus eſt, Bartol. *in l. 1. num. 49. ff. de vulgari*, per text. *l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor.* & hanc concluſionem etiam per alias leges comprobatunt, Bartol. *in l. 1. §. ſi quis adita. ff. ad Tertull. & in l. 1. §. poſt ſuos. ff. de ſuis, & legitim. & in l. ex contractu ff. de re iudic. & in l. quiſe patris. C. vnde liberi*, Odd. *in præludiis compendioſæ. part. 2. quæſt. 6. numer. 9. & in tractat. de reſtit. in integrum. parte 2. quæſt. 62. articul. 1. numer. 36. & articul. 8. numer. 97. verſ. ſed in contrarium*, vbi atteſtatur eſſe magis communem opinionem. Alios Doctores referunt Craſſ. *in § ſubſtitutio, quæſt. 15.* & Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 1. quæſt. 47.* omnes atteſtantes de communi, & ibi Intrigliol. probat, declarat, & reſoluit contraria.

QVÆSTIO XXXII.

De ſubſtitutione pupillari; per quatuor articulos diuiſa.

1. Quando ſubſtitutio pupillaris facta dicatur.
2. Quibus perſonis fieri poſſit pupillaris ſubſtitutio.
3. Pupillaris ſubſtitutio quando excludat matrem.
4. Quando expiret pupillaris ſubſtitutio.

ARTICVLVS I.

Quando ſubſtitutio pupillaris facta dicatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio pupillaris facta dicitur filio impuberi decedenti in pupillari ætate.*
2. *..requiſita ipſius quot ſint.*
3. *Requirit poteſtatem in liberis ſolùm tempore mortis.*
4. *..pupillaris facta extraneo non eſt valida ſi poſtea adoptetur.*
5. *..non confirmatur per exiſtentiam ſuitatis dato cohærede extraneo, aut ſubſtituto vulgariter.*
6. *Subſtitutus pupillo, & extraneo, quando habeat bona teſtatoris, & quando pupilli.*
7. *Subſtitutio pupillaris eſt, ſi impuberi inſtituto, ei ſit datus ſubſtitutus.*
8. *..ſed ſi dictum fuerit, ſit mihi & ei hæres, tunc facta dicitur vulgaris, & pupillaris.*
9. *Subſtitutio facta in forma pupillaris, eſt talis, & dictio* mihi, *vel* meus, *eſt reiicienda.*
10. *Dictiones contra ſubſtantiam actus ſunt remouendæ.*
11. *Verba habentia relationem ad pupillarem, auferunt relationem ad teſtatorem.*
12. *Subſtitutio pupillaris facta filio exhæredato, per verba, mihi ſuccedat, eſt omnino inutilis.*
13. *..facta dicitur pupillo per hæc verba, che la mia robba non vadi ad altri, che alle ſorelle.*
14. *Dictio niſi, poſtpoſita negatiuæ, affirmat.*
15. *Subſtitutio pupillaris reſtricta ad bona teſtatoris, trahitur ad omnia bona etiam pupilli.*
16. *..facta dicitur per verba communia relata ad perſonam pupilli.*
17. *Verba communia relata ad bona ſunt obliqua, ſed relata ad perſonam ſunt directa.*
18. *Subſt. pupill. cognoſcitur ex forma ipſius ad excluſionem matris.*
19. *..poteſt fieri à parentibus, etiam in codicillis, vt valeat iure directo.*

PRIMVS caſus pertinens ad hunc articulum eſt, ſi teſtator dixerit: Inſtituo Titium filium meum impuberem, & ſi deceſſerit in pupillari ætate, ei pupillariter ſubſtituo Semproniũ, tunc dicitur factã ſubſtitutio † pupillaris ſingularibus verbis. *l. 2. ff. de vulgari*, & *ibi* Bartol. & communiter omnes Doct. Couar. *in cap. Raynutius. §. 5. numer. 4. verſ. ſit deinde. de teſtament.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 34. numer. 2.* Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 1. quæſtion. 36. numer. 45.* Trentacinq. *de ſubſtit. part. 2. cap. 4. col. 1.* 1.

Declaratur hic caſus, vt procedat, ſi concurrant requiſita ad pupillarẽ † ſubſtitutionem, videlicet, vt is cui pupillariter fit, de liberis ſit. *d. l. 2. §. ſed & ſi quis*, etiam ſi eſſet de legitimis tantùm, vt adoptatus, vel arrogatus ab aſcendente, *Inſt. de pupill. ſubſt.* quod etiam de nepotibus, & aliis deſcendentibus intelligendum eſt, *l. 2. in princip. ff. de vulgar.* ita vt etiam poſthumi includantur. *d. l. 2. verſ. poſthumis.* Item vt ſit impubes, *d. l. 2. in princip.* Item vt ſit in poteſtate teſtatoris. *d. l. 2. ff. de vulgar.* & illa patria poteſtas conſideranda eſt de tempore teſtamenti. Polit. *in titulo de ſubſtit. pupill. num. 31.* Couar. *in d. cap. Raynutius. §. 5. numer. 2.* Coraſius *in l. ſi teſtamento, numer. 30. C. de impuber. ſubſt.* Zaſius *in d. l. 2. num. 30. ff. de vulgari, & pupill.* Bartol. autem poſt gloſſ. *in d. l. 2. ff. de vulgari*, dicit ad validitatem pupillaris ſufficere ſi ſolo tempore † mortis fuerit in poteſtate, licèt de tempore teſtamenti non extiterit, & hanc eſſe communem opinionem probat Alexand. *ibi numer. 10.* Iaſ. *numer. 17.* Socin. *numer. 46.* Alciat. *numer. 17.* & eſſe concluſionem obſeruandam, probat Coſta *in cap. ſi parte 1. verſ. habens. num. 6.* & Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt. 23. numer. 5.* dummodo pupillaris fuerit ſpecialiter expreſſa, ſecus ſi eſſet tacita in reciproca, & facta filio impubere, & extraneo, † nam licèt extraneus poſtea adoptaretur, non diceretur ab initio facta pupillaris, Craſſ. *in d. quæſt. 23. numer. 7.* Item requiritur, vt morte ſubſtituentis filius, cui pupillariter ſubſtituitur, efficiatur ſui iuris, & non incidat in poteſtatem alterius. *l. 2. verſ. nepotibus. ff. de vulgar.* & *ibi* Bartol. & Alexand. *num. 18.* Iaſ. *numer. 20.* Ripa *numer. 27.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. §. 14. numer. 92.* Oddus *in præludiis part. 3. quæſtion. 4.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt. 23. numer. 8.* Aliter in milite concluſum fuit, quoniam pupillariter ſubſtituere poteſt, etiam ſi ſit recaſurus in poteſtatem patris ſui, prout eſt communis opinio, de qua per Coſtam *in d. cap. ſi pater. in verſ. pater habens, numer. 9. part. 1. de teſtament. lib. 6.* Item requiritur, quòd ipſe impubes remaneat ſub poteſtate parentis quandiu vixerit, *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulgari*, & eſſe communem opinionem, atteſtatur Socin. iun. *ibidem numer. 65.* Iaſ. *numer. 21.* Ripa *numer. 27.* Zaſ. *in tractatu de ſubſtitut. pupill. verſ. quartò requiritur.* Item requiritur, vt pater ſibi priùs fecerit teſtamentum. *l. 2. §. prius. ff. de vulgari.* Item vt ille cui pupillariter ſubſtituitur, debeat inſtitui, vel exhæredari, *d. l. 2.* Item requiritur aditio ad validitatem pupillaris. *d. l. 2. §. vſque adeò. ff. de vulgari*, & ibi

ibi Socin. iun. *numer.* 78. poſt alios atteſtatur eſſe
communem, quoniam pupillaris fit per illa verba,
ſi hæres erit, propterea deficit conditio, ſi hæredi-
tas non adeatur: vbi autem teſtator inſtituerit ſuos
pupillos hæredes, qui beneficio pretoris abſtineant,
adhuc ſuſtinetur ſubſtitutio pupillaris, quoniam
exiſtentia ſui hæredis confirmat tabulas pupillares,
5. ſecus ſi fuiſſet datus cohæres extraneus, † aut ſub-
ſtitutus vulgaris, Bartol. *in d.l.2.& in l.filius qui patri.*
ff.de vulgari. & eſſe communem opinionem, atteſta-
tur ibi Socin. iun. *numer.* 78. Vaſquius *de ſucceſſ. pro-*
greſſ. d. §. 14. *numer.* 138. quia licèt ſit ſuus hæres,
tamen per ſubſtitutionem vulgarem, aut cohære-
dis extranei dationem de neceſſario fit voluntarius,
ſuúſque ex teſtamento eſſe deſinit, vbi ſe bonis pa-
ternis non immiſcet; ſed ſi hæreditas fuerit adita ex
tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pupillari,
tunc confirmantur tabulæ pupillares, quando pu-
pillus habuit cohæredem, Bartol. *in d.l.2.numer.* 25.
& eſt communis, Socin. iun. *ibi numer.* 78. Ideóque
impubere cum extraneo inſtituto, ſi extraneus re-
pudiat, & pupillus abſtineat, ſi quidem pupillaris
6. ſubſtitutus † hæreditatem teſtatoris ex tacita vul-
gari adiuit, teſtamentum per aditionem illius ſuſti-
netur, & ita etiam teſtamentum pupillare; quam-
obrem ſtatim habebit bona teſtatoris, & ſi pupil-
lus poſtea in pupillari ætate deceſſerit, conſequetur
etiam bona pupilli ex pupillari ſubſtitutione, Bart.
in d.l.2.numer.29.ff.de vulgari, Vaſqu. *in d.§.14.nu-*
mer. 140.

Secundus caſus eſt, ſi teſtator dixerit, ſi filius
7. meus intra pubertatem deceſſerit, † Sempronius ſit
ei hæres, per hæc verba eſſe factam ſubſtitutionem
pupillarem, firmarunt Bald. Paul. de Caſtr. Aretin.
Caguol. *in l.precibus.C.de impuber.ſubſtit.* Alexand. *in*
l.1.numer.2.ff.de vulgari, Socin. ſen. *numer.* 34. & alij
ad hoc allegati à Trentacinq. *de ſubſtitut. part.2.cap.*
3. num.3 verſ.ex prædictis. Intrigliol. *de ſubſt.centur.1.*
quæſt.86. num 46.

Tertius caſus eſt, ſi teſtator dixerit, ſi filius meus
in ætate pupillari deceſſerit, Titius ſit ei hæres, nam
propter d. dictionem *ei*, facta dicitur pupillaris, ita
vt ſuccedatur pupillo, non autem teſtatori, ita poſt
omnes Doctores relatos probat Intrigliol. *centur.1.*
quæſt.86.numer.46. & ſeq. & *ibi* declarat quãdo dictio
ei, poſſit etiam habere reſpectum ad teſtatorem, &
quomodo verba in dubio ſint potiùs referenda ad
8. teſtatorem; ſed ſi mixtim, & coniunctim † expreſſe-
rit, ſit mihi & ei hæres, tunc vulgaris, & pupillaris
expreſſa facta dicitur, Curt. iun. *in l.pen.numer.6.C.*
de impuber.ſubſtitut. Ripa *in l.1.numer.42.* & *ibi* Al-
ciat. *num.165.ff.de vulgari.* Coſta *in cap.ſi pater in 3.*
parte, in ver.pupillares, n.12. de teſtam. lib.6. Menoch.
in lib.4.præſumpt.34.num. 20. Intrigliol. *in d.quæſt.86.*
*numer.*86.

Quartus caſus eſt, ſi teſtator dixerit, ſi filius meus
9. in ætate pupillari deceſſerit, Titius ſit † mihi hæres,
tunc iſta ſubſtitutio erit pupillaris, quia facta eſt in
forma pupillaris, & illa dictio *mihi*, vel *meus*, eſt de-
trahenda, tanquam appoſitæ contra ſubſtantiam
ſubſtitutionis celebratæ in forma pupillaris, gloſſ.
in l.1.verſ.Caius.ff.de vulgari, & *ibi* Iaſ. *num.*12. Ripa
*numer.*33. Alciat. *in princip. & numer.*163. Iaſ. *in l.ſi*
quis à filio.numer.3.ff.de legat.1. Couar. *in cap Raynu-*
tius.§.5.numer.5.verſ.ex quibus infero.de teſtam. Coſta
in d.cap.ſi pater, in 3.parte, verſ.pupillares, numer.2.de
teſtam.lib.6. Item quia dictæ dictiones *mihi*, & *meus*,
10. auferendæ ſunt, velut vitioſæ, † & contra ſubſtan-
tiam actus geſti in forma pupillaris. *l.cohæredi.§.fin.*
ff.de vulgari.l.ſi ita ſcriptum.§.qui filio.ff.de bonor.poſſeſ.
ſec.tabul.l.pen.C.de impub.& aliis ſubſtit. ex forma
enim interpretatur teſtatoris voluntas, & ideo di-
ctio *mihi* habetur pro non adiecta, *d.§.qui filio.* Idẽ ſi
dixerit, bona mea deueniant in Titium, nam pro-
pter formam pupillaris, cenſenda eſt talis, Bartol. *in*
d.l.ſi ita ſcriptum.§.qui filio.ff.de bon poſſeſſ.ſec.tab. So-
cin. iun. *in conſil.95.numer.26.& conſil.102.num.10.*
volum.1. Socin. ſen. *in l.1.numer.11.in 2 caſu.ff.de vul-*
gari, Boër. *deciſ.38.numer.*16. Imò etiam ſi teſtator
ſciuerit pupillum habere bona propria, nam pro-
pter verba habentia † relationem ad pupillarem, de- 11.
tracta dicta dictione *mihi*, erit pupillaris, Aretin. *in*
d.l.1.num.3.ff.de vulgari, Socin. ſen. *in conſil.116.vol.1.*
Ripa *in l.1.numer.42.ff.de vulgari*, vbi atteſtatur eſſe
communem opinionem, Mantic. *lib.5.tit.7.num.*11.
Menoch. *in lib.4.præſumpt.34.num.16.verſ.extenditur*
tertiò.

Declaratur iſte caſus, vt locum non habeat,
quando teſtator dictam ſubſtitutionem feciſſet filio
exhæredato, † tunc enim non eſt tractandum an 12.
iſtæ dictiones *mihi*, & *meus*, detrahendæ ſint, quia
ſubſtitutio nullatenus valet, non enim vt vulgaris,
quia exhæredato fieri non poteſt, vel ex pupillari,
quia taliter ſubſtitutus non poſſet capere bona
ipſius teſtatoris, ſed ſolius pupilli, §.*non ſolum. Inſtit.*
de pupillari, nec vt fideicommiſſaria, quia grauari
non potuit filius, qui honoratus non eſt, *l.ab eo.C.de*
fideicommiſſ. & ita declarant Paul de Caſtr. *in l.1.nu-*
mer.9.ff.de vulgari, & in l.precibus.numer.13.C.de im-
puber.ſubſtit. Iaſ. *in l.1.numer.12.ff.de vulgar.* Ruin.
*ibidem numer.*40. Coraſ. *in l.cùm quidam, numer.17.C.*
de impuber.ſubſtit. Coſta *in d.cap.ſi pater.in 3.parte,*
verbo, pupillares.numer.3.de teſtam.lib.6.

Quintus caſus eſt, ſi teſtator inſtituto filio impu-
bere dixerit, ſi ſine filiis in ætate pupillari deceſſe-
rit, *che la mia robba non poſſa andare ad altri*, † 13.
che alle ſue ſorelle, hæc eſt ſubſtitutio pupillaris,
quia per iſta verba fieri ſolet, *l.qui liberis, in princip.ff.*
de vulgari, gloſſ. *in d.l.precibus.in ver. in ſecundum ca-*
ſum.C.de impuber ſubſtit.§.1.Inſtit. de pupill. Mantic.
lib.5.titul.7.numer.4.verſ.& ſi teſtator ſpecialiter. Item
quia concepta per verba negatiua, perinde exiſti-
manda eſt, ac ſi per affirmatiua facta eſſet, & illa
verba *che non poſſa andare*, ſignificant idem quod
niſi, † & poſtpoſita negatiuæ affirmant, *l.actione*, & 14.
ibi Bartol. *numer.*1. & cæteri, *C.de tranſact.* Rota *de-*
ciſ.322.numer.4.part.1.in Nouiſſim. ergo perinde eſt,
ac ſi dixiſſet, *la mia robba vada*, quod verbum eſt di-
rectum ad tradita, per Bald. *in rubric. numer. 2. C.de*
impub.ſubſtit. & Simon de Pret. *lib.3.ſolut.2.num.9.*
*fol.*299. & ita in puncto eſt deciſio Rotæ 639. *part.1.*
in vltimò impreſſis. Nec refert quòd ſit reſtricta ad
bona teſtatoris, quia cùm appareat teſtatorem vo-
luiſſe pupillariter † ſubſtituere, illa verba trahuntur 15.
ad omnia bona, & verè dicitur pupillaris expreſſa,
Bald. *in d.l.cohæredi.§.final. in primo not. ff.de vulgari.*
Item propter expreſſionem pupillaris ætatis, dicta
verba, ad bona teſtatoris, pro non ſcriptis habenda
ſunt, vt probat Rota *in d. deciſ.639.num.5.* vbi alle-
gat alias Rotæ deciſiones ad excluſionem matris,
quando verba pupillarem ſubſtitutionem deno-
tant.

Sextus caſus eſt, ſi teſtator dixerit, ſi filius meus
impubes in ætate pupillari deceſſerit, eidem ſubſti-
tuo, vel eidem ſuccedat Titius, hæc ſubſtitutio di-
citur † pupillaris, quamuis facta per verba com- 16.
munia, quia cùm referantur ad perſonam, faciunt
pupillarem, & ſunt directa, prout eſt caſus *in cap.ſi*
pater.de teſtam.lib.6. Et Bald. *in l.final.numer.17.verſ.*
idem dico.C.de ſacroſ. Eccleſ. diſtinguit, aut verbum
commu

commune refertur ad bona, & eſt obliquum,& in-
17. telligitur † ſubſtitutio fideicommiſſaria: aut refertur ad perſonam, & eſt directum, & facit ſubſtitutionem pupillarem, & ita fuit deciſum. Mantic. *deciſ.367.num.*8.Surd.*deciſ.*273. *numer.*61. *& ſeq.* vbi quòd ſicuti verbum directum demonſtrat pupillarem, ita verba, quæ ad pupillum diriguntur, eandem demonſtrant,& ex hac forma ſubſtituendi co-
18. gnoſcitur pupillaris,† ad excluſionem matris.Crauett.*in conſil.*623.*numer.*11. poſt Bald. & alios,quos allegat, & dicta verba communia relata ad perſonam pupilli, dicuntur executiua ſubſtitutionis pupillaris, Oddus *de compendioſa. part.*5. *articul.*3.*verſ. ſublimitatur ſextò,& verſ.ego puto veram limitationem,* Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*34.*num.*5.vbi reprobat contrarium ſentientes.

Cæteros caſus probandæ ſubſtitutionis pupillaris pleniſſimè exarauerunt Menoch. *in d. præſumpt.* 34.*lib.* 4.& Intrigliol. *de ſubſtitut. quæſtion.* 86. *centur.* 1.

Declaratur iſte articulus,vt parentes iuxta requiſita ſcripta in declaratione primi caſus, poſſint fa-
19. cere ſubſtitutionem pupillarem,etiam † in codicillis,Bartol.*in l.militis codicillis.ff.de milit.teſtament.& in l.hac conſultiſſima.§. ſi quis autem.colum. final. C.de teſtament.* quia ſicuti hoc eſt permiſſum militibus, ita etiam permiſſum dicitur parentibus teſtamentum facientibus inter liberos, & ſequuntur Fulgoſ. Paul.de Caſtr.& Alexand.*in d.* §. *ſi quis autem.* Aret. *in authentic.hoc inter liberos. C. de teſtam. & in l. cohæredi.§.cùm filia.ff.de vulgari,* Cuman.*in l.*2.poſt Bartol. *ibi.ff.de inoffic.teſtam. & in d.l.militis codicillis.*

Articvlvs II.

Quibus perſonis poſſit fieri pupillaris ſubſtitutio.

Svmmaria.

1. *Mater poteſt facere ſubſtitutionem pupillarem filio impuberi.*
2. *..contraria opinio eſt verior,& num.*5.
3. *Conſuetudo in exorbitantibus non eſt extendenda,vbi eſt diuerſa ratio.*
4. *Subſtitutus pupillariter capit omnia bona,vndecunque proueniant.*
6. *Mater non dat tutorem filiis.*
7. L.ſi mater,in princip.ff.de vulgari,*declaratur.*
8. *Argumentum ab exemplari ad pupillarem, non valet.*
9. *Mater ſi vigore ſtatuti habet filios in poteſtate, an poſſit pupillariter ſubſtituere.*
10. *Subſtitutio pupillaris facta à matre,an transmutetur in fideicommiſſariam.*
11. *Conditio impoſſibilis an & quando vitiet diſpoſitionem,vel ipſa vitietur.*
12. *Subſtitutio pupillaris eſt contraria fideicommiſſaria.*
13. *..an poſſit fieri puberi,ſtante ſtatuto, quòd minor* 25.*annis non poſſit teſtari.*
14. *..non poteſt fieri furioſo.*
15. *..an poſſit fieri puberi, ſtante ſtatuto quòd pupillaris ætas duret ad* 25.*annos.*
16. *Statutum interpretandum eſt,vt quantò minus corrigat ius commune.*
17. *Statutum quod pupillaris ætas duret ad* 25.*annos, in quibus caſibus intelligitur.*
18. *Ætas pubertatis non eſt definienda de iure ciuili.*
19. *Subſtitut. pupill. non poteſt fieri impuberi emancipato.*
20. *..poteſt fieri impuberi exhæredato.*
21. *Exhæredatio etiam hodie poteſt fieri impuberi doli capaci.*
22. *Subſt.pupill.conſeruatur teſtamento reſciſſo per contra tabulas.*
23. *Bonorum poſſeſſio non tollit, ſed conſeruat ea, quæ pupillis vtilia ſunt.*
24. *Subſt.pupillaris remanet valida,ſi alter filius præteritus approbat teſtamentum patris.*
25. *..conſeruatur filio præterito, per Authent. ex cauſa.*
26. *..idem ſi pupillaris fieret ſoli filio præterito.*
27. *..non poteſt fieri filio ſpurio.*
28. *..ſed prius facta ſpurio, conualidatur, ſi ille legitimetur.*
29. *..etiam ſi legitimetur,mortuo patre.*
30. *Legitimatio fingit medio tempore filium non fuiſſe ſpurium.*
31. *Subſt.pupillaris facta extraneo, valebit, ſi tempore mortis reperietur ſuus.*
32. *..ab initio valebit,vt vulgaris.*
33. *Subſt.pupillaris tollitur,ſi adeſt defectus patriæ poteſtatis de tempore mortis.*
34. *..facta poſthumo eſt valida, etiamſi non naſceretur.*
35. *..facta filia in re certa inſtituta eſt valida.*
36. *..& complectitur omnia bona pupilli.*
37. *..dicitur facta filia per hæc verba,ſi moriatur antequam ſit nubilis.*
38. *..debet fieri à patre, habili ad teſtandum, cui non fuerit interdicta adminiſtratio bonorum.*
39. *Parentes qui non poſſint facere ſubſtitutionem pupillarem.*

Resolvtio omnium caſuum præſentis articuli dependet à requiſitis ſubſtitutionis pupillaris, de quibus ſcripſi in principio præcedentis articuli: ſed quoniam multi ex eis declarationibus indigent,idcirco breuiter exarandi ſunt, quoniam tædet aliorum ſcripta repetere, vbi aliquid noui afferre non poſſum. Primus igitur caſus
eſt,† mater poteſt facere ſubſtitutionẽ pupillarem. 1.
l.ſi mater,in princip ff. de vulgari, vbi habetur, quòd mater filio in pupillaribus tabulis ſubſtituit, & ita firmat Barrell.*in controuerſ.*36.*numer.* 4. *& ſeq.* Item quia,vt ſcripſi ſuprà in hac parte, *quæſtion.*1. *artic.*3. filiusfamilias non eſt prohibitus teſtari ratione patriæ poteſtatis,cui ſubeſt;ſed quia nihil habet in bonis, quia omnia acquirebat patri, cuius poteſtati ſubiicitur,ideo in illis caſibus,in quibus ſibi acquirebat,& non patri, & erat pubes, ipſe poterat condere teſtamentum; ergo ceſſante d. ratione patriæ poteſtatis, mater filio ſuo impuberi debet poſſe facere teſtamentum, & tabulas pupillares. Item quia in ſubſtitutionibus,quæ fiunt filiis,leges confidunt ita de matre, ſicut de patre, propterea qua ratione fuit introducta pupillaris, eadem & exemplaris. §. *qua ratione.Inſtitut. de pupill. ſubſtitut.* Sed exemplarem facit mater filio mente capto;ergo & pupillarem,item quia ſtante ſtatuto quòd mater habeat filios in poteſtate,ipſa poterit facere ſubſtitutionem pupillarem,vt firmarunt,Oddus *in præludiis compendioſæ,parte* 3.*quæſtion.*4.*num.* 4.*ver.limitatur autem.*vbi probat eſſe communem opinionem,Alexand.*in l.*2. *num.*15.*& ſeq.ff.de vulgari,*Benedict.*in cap.Raynutius,*

in materia pupillaris, *numer.* 33. Vaſquius *de ſucceſſ.*
progreſſ.§.14.*numer.*85.Trentacinq. *de ſubſtitut.part.*
2.*cap.*15.*num.*3.*verſ.ex ſupradictis.*

2. Contraria opinio eſt verior, † quòd mater nullo
modo faciat ſubſtitutionem pupillarem filiis im-
puberibus,quia text.*d.l.*2.*ff. de vulgari*;declarat mo-
res vrbis, circa pupillares tabulas, quibus introdu-
ctum fuit,vt liberis impuberibus,ſi in poteſtate ex-
titerit,illas facere poſſint, cæterùm emancipatis,&
puberibus non poſſunt. Quamobrem liberi impu-
beres poſiti ſunt relatiuè ad parentes habentes fi-
lios in poteſtate,ſed mater illos non habet in pote-
ſtate.§.*femina.Inſt.de adoptionib.l.nulla.ff.de ſuis,& le-*
gitim.§.*cæteri.Inſt.de hæred.qualit.& different.l.illud.*§.
ad teſtamenta.ff.de bon.poſſ.contra tabul. & conſuetu-
3. do non eſt extendenda † de perſona ad perſonam,
præſertim in exorbitantibus, & in quibus eadem
ratio locum habere non poteſt, vt ſcribunt omnes,
*in Authent. quas actiones. C.de ſacroſanct. Eccleſ.*exor-
bitat enim à iure, vt quis pro alio teſtamentum fa-
ciat. *l.illa inſtitutio. ff.de hæred. inſtit.* & ratio patriæ
poteſtatis,propter quam conſuetudo vrbis introdu-
cta eſt,non habet locum in matre; ergo nullatenus
4. extendenda ad matrem.Item quia ſubſtitutus † pu-
pillariter capit omnia bona pupilli, vndecumque
perueniant,Surd.*conſil.*48.*numer.*7.*volum.*1.ſed ma-
ter non eſt habilis facta ad diſponendum de bonis
pupilli filij ſui. Propterea Doct. communiter con-
5. cludunt matrem filiis ſuis impuberibus † pupillari-
ter ſubſtituere non poſſe,Bartol. Ripa,Socin. & cæ-
teri *in d.l.*2.*ff.de vulgari*, Coraſ. *in l.ſi teſtamento,nu-*
*mer.*25.*C.de impuber.ſubſtit.* Vaſquius *de ſucceſſ.pro*
greſſu.d.§.14.*numer.*8. Craſſ.*in* §.*ſubſtitutio.quæſt.*23.
Intrigliol. *de ſubſtitut.centur.*1.*quæſtion.*66.*numer.*3.
Et propter eandem rationem diſpoſitum eſt, ma-
6. trem † tutorem filiis ſuis impuberibus dare non
poſſe,& ab ea datum,non eſſe tutorem, niſi confir-
metur à iudice,*l.*1.*ff.& C.de confirmand. tut. l. mater*
teſtamento,& *ibi gloſſ.*1.*ff. de teſtament.tut.* gloſſ. *in l.*
*final.Inſtit.de tutel.*Caualcan.*in tract.de tutor.num.*10.
& alij plures ad hoc allegati per Valenzuol. *in con-*
ſil. 37.*per totum*, & per Paſcalem *in tract. de viribus*
*patriæ poteſtatis.part.*3.*cap.*10.*num.*65.

7. Neque obſtat *d.l.ſi mater.*† *ff. de vulgari*,quia, vt
ibi gloſſa interpretatur,tota illa lex loquitur de vul-
gari,ſed in principio legis facta fuit pupillo in pu-
pillari ætate, ideo dicuntur tabulæ pupillares, non
reſpectu ſubſtituti, ſed reſpectu pupilli, cui factæ
fuerunt,aliàs deſtruerentur plurima principia iuriſ-
prudentiæ,& quòd tota illa lex loquatur de vulga-
ri,comprobatur ex §.*ſequenti*, vbi filio adeunte, ex-
pirat ſecundus gradus vulgaris,& hunc intellectum
eſſe communiter receptum, probat Intrigliol. *in d.*
quæſtion 66.*numer.* 5. Nec facit, quòd filius non ſit
prohibitus teſtari ratione patriæ poteſtatis, vt ego
ſcripſi, quia ex hoc non poteſt inferri conſequen-
tia;ergo mater illi poteſt pupillariter ſubſtituere,id
eſt,facere teſtamentum in bonis pupilli impuberis,
ſolus enim pater fuit ad hoc admiſſus ratione pa-
triæ poteſtatis,quæ deficit in matre, & ideo ego *in*
*d.artic.*3. probaui,quòd ſi filius eſt pubes, & habeat
bona libera,ipſe quidem teſtari poterit. Quamob-
rem hæc ratio ſubſtituendi pupillariter impuberi
propter patriam poteſtatem habet locum ſolùm in
patre,non autem in matre. Nec valet argumentum
8. ab exemplari † ad pupillarem, quoniam latior po-
teſtas conceſſa fuit omnibus parentibus in exem-
plari propter minus præiudicium quod per illam
inferri debebat proximioribus ab inteſtato ſucce-
dentibus,*l.humanitatis. C.de impuber. ſubſtitut.* ſed in
pupillari ſtrictior fuit conceſſio poteſtatis,nimirum
ſolis parentibus habentibus liberos in poteſtate,
quoniam omnem perſonam ſubſtituere poterant,
etiam in præiudicium proximiorum; quare argu-
mentum ab exemplari ad pupillarem, reſpectu po-
teſtatis actiuæ,nullo modo valet, quam opinionem
dicunt eſſe veram, etiamſi mater ex forma † ſtatuti 9.
haberet filios in poteſtate, vt firmarunt, Bald. *in l.*
precibus,verſ.ſed nunquid mater.C.de impuber.ſubſtitut.
& Bartol.*in d.l.*2. Zaſius *in tract.de ſubſtitut.in* 3.*re-*
quiſito. verſ. quid autem, dicit hanc eſſe veritatem,
plures ad hoc allegat Intrigliol. *in d.quæſtion.*66.*nu-*
*mer.*7.*centur.*1.Imò Lancellot.Polit.*de ſubſtitutioni-*
*bus,*in materia pupillaris *numer.*29. & Paul.Leon.*in*
eodem tractat.& in de pupillari,*numer.*115.hanc opi-
nionem defendunt, & reſpondent contrariis, quo-
niam in patre non ſolùm conſideratur patria pote-
ſtas,ſed perfectius animi iudicium,ideo tutor à pa-
tre datus omnino confirmandus eſt, §.*final.Inſtitut.*
de tutel. ſed à matre datus, non niſi præcedente in-
quiſitione *l.*1.*C.de confirmando tut l.mater.ff de teſta-*
ment.tutel.& quando mater filium non inſtituit,pro
confirmando tutore ab ea dato, maior inquiſitio à
iudice adhibenda eſt,Paul.de Caſtr.*in l.peto.*§.*mater,*
*numer.*5.*de legat.*2.gloſſ.*in d.l.mater.in verſ.ſolet.C.de*
teſtament.tut. Imò ſi pater dediſſet tutorem filio im-
puberi, tunc datus à matre non eſt recipiendus, &
nullo modo confirmandus eſt, vt probat Franciſc.
de Ponte *in conſil.* 93.*volum.* 2. ergo leges conſide-
rant minus iudicium patris, quod additum patriæ
poteſtati, fuerunt cauſæ iunctæ ad facultatem ſub-
ſtituendi pupillariter,propterea deficiente ratione,
non eſt propterea ſtatutum extendendum ad ma-
trem ad hunc effectum.Sed contrariam opinionem
ego probaui eſſe veriorem ſuprà *in parte* 2.*quæſt.*3.
*artic.*11.*num.*14.*& ſeq.*

Declaratur iſte caſus,vt ſubſtitutio pupillaris fa-
cta à matre,quæ non valet iure pupillaris,† & dire- 10.
ctæ, tranſmutetur in obliquam & fideicommiſſa-
riam ſubſtitutionem. Idem ſi fieret à quolibet ex-
traneo, ita firmarunt Gomeſ. *in tomo* 1.*var. reſolut.*
*cap.*4.*titul.de pupillari ſubſtitutione,numer.*6.Benedict.
*in cap.Raynutius.ver.ſi abſque liberis.numer.*36.*& ſeq.*
Paſcalis *de iuribus patriæ poteſtatis. part.*1.*cap.* 9. *n.*38.
Morotius *in conſil.*56.*per totum.*allegat Vaſquium *de*
ſucceſſ.§.15.*num.*25.

Sed contraria opinio eſt verior, videlicet, quòd
pupillaris facta puberi,vel extraneo, aut emancipa-
to, aut filiis à matre, nullo modo poſſit valere iure
fideicommiſſi,Bartol.*in l.verbis ciuilibus, numer.*7.*ff.*
*de vulgari.*Bald.*in tract.de ſubſtit.in materia pupillaris,*
*numer.*6.Paul.Leon.*in materia pupillaris,num.*105.&
latiùs Intrigliol *in centur.*1.*quæſt.*65.qui cæteros re-
fert, quia ſubſtitutio pupillaris adueniente puber-
tate finitur, §.*qua ratione,in fin. Inſtitut.de pupill.l. in*
pupillari.ff.de vulgari;ergo non poteſt valere iure fi-
deicommiſſi,quod incipit à pubertate, ex reg. *l. v-*
ſumfructum cùm moriar. ff. de vſufruct. legat.& l.Titio
cùm morietur.ff.de vſufruct.& quemadmod. & reſpon-
ſio ad dictas leges, quam dat Trentacinq. *de ſubſtit.*
*part.*2.*cap.*10.*numer.*9. quòd dictæ leges loquantur,
quando conditio cõfertur in tẽpus poſſibile ratio-
ne perſonæ,quia certũ eſt perſonã eſſe morituram,
ſecus quando confertur in tempus impoſſibile,quia
impoſſibile eſt, vt pubes moriatur impubes,& tan-
quam impoſſibilis non vitiat diſpoſitionem, † ſed 11.
ipſa vitiatur,*l.cùm tale.*§.*pen.ff. de condit. & demonſtr.*
l.ſi Mæuia mater.ff.de hæred.inſtituẽd. Hæc reſponſio
non applicatur ad caſum de quo agimus, quoniam
ſubſtitutio pupillaris facta eſt impuberi, & ita nos

tracta

tractamus, quòd iure fideicommiſſi valere non poſſit, quia adueniente pubertate finitur; ergo finitur conditio, quæ erat collata in tempus poſſibile, videlicet pubertatis aduenientis. Poſſet procedere diſtinctio Trentacinquij, quando teſtator ſciens filium ſuum eſſe puberem, pupillariter eidem ſubſtituiſſet, tunc enim iſta conditio, ſi deceſſerit in pupillari ætate, eſſet impoſſibilis, vt qui eſt maior, intra pubertatem moriatur, & tunc dicta conditio reiicienda eſſet, & dicta ſubſtitutio pupillariter facta, traheretur ad fideicommiſſum. Intrigliol. *d. quæſt. 65. num. 3.* Neque eſt applicanda illa communis, de qua ſcripſi ſuperiùs in articulis de compendioſa, quòd ſubſtitutio facta à pagano verbis directis, poſt pubertatem trahatur ad fideicommiſſum, quia ibi egimus de compendioſa facta à pagano verbis ciuilibus directis, & in hunc ſenſum loquuntur multi ex allegatis à Craſſo *in d. §. ſubſtitutio, quæſtion. 21 numer. 4.* & allegati per Trentacinq. *in d. part. 2. cap. 10.* Sed nos agimus hîc de mera pupillari, videlicet ſi filius morietur in pupillari ætate, quam nullo modo à matre, vel ab extraneo facta poſſe valere in vim fideicommiſſi concludimus, nulla enim diſpoſitio, neque per naturam, neque ex præſumpta mente teſtatoris, poteſt transmutari in ſpeciem ſibi
12. contrariam; ſed pupillaris ſubſtitutio eſt contraria † fideicommiſſariæ, nam in fideicommiſſaria ſemper ineſt onus reſtituendi, & non alienandi, *l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebellian. auth. res quæ. C. communia de legatis.* ſed pupillus adhibitis ſollemnitatibus poteſt alienare in præiudicium ſubſtituti, vt probat Gaill *obſeruat. 137. numer. 13. & ſeq. part. 2.* quia pupillaris eſt teſtamentum filij, quod non prohibet, neque impedit alienationem. *l. cùm hic ſtatus. §. cùm oratio. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Alex. *in d. l. Marcellus. §. res quæ,* & *ibi* Iaſ. *num. 5. ff. ad Trebell.*

Secundus caſus eſt, ſubſtitutio pupillaris non poteſt fieri puberi proximo ætati viginti quinque an-
13. norum, etiam ſtante ſtatuto, quòd minor † viginti quinque annis teſtamentum facere non poſſit, quoniam pupillus ſecundùm Grammaticos dicitur à pupo, id eſt, infante, & ideo iure ſancitum eſt, vt pupillus ſit impubes, *l. pupillus. ff. de verb. ſignificat.* Quamobrem licèt vigore dicti ſtatuti non poſſit facere teſtamentum, tamen, quia eſt pubes, pater non poteſt eidem pupillariter ſubſtituere, & ita firmarunt Bartol. *in l. 2. numer. 5. ff. de vulgari, & pupill.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſtion. 22. numer. 3.* vbi atteſtatur hanc eſſe veriorem, & communem opinionem, Lancellot. Polit. *de ſubſtitut. in materia pupillaris, numer. 24.* qui habuit titulum huius quæſtionis pro ridiculo, alios plurimos ad hoc refert Intrigliol. *in centur. 1. quæſtion. 64.* Et comprobatur, quia † furioſus non po-
14. teſt condere teſtamentum, *l. furioſum. C. qui teſtament. facere poſſunt. §. præterea. Inſtit. eod. titul.* & tamen pater non poteſt illi pupillariter ſubſtituere, Couar. *in cap. Raynutius. §. 6. numer. 1.* Craſſ. *in d. §. ſubſtitutio, quæſt. 44.* Nec eſt recipienda ratio quòd furioſo non poteſt ſubſtitui pupillariter, quia diſpoſitum eſt poſſe fieri exemplarem, quoniam ſatis eſt, vt pupillaris fieri non poſſit non valenti facere teſtamentum, cuiuſmodi ſunt furioſus, & pubes prohibitus vigore ſtatuti. Nec eſt vera dicta ratio, quoniam ſi furioſus eſt impubes, & in poteſtate patris, nihil prohibet etiam pupillarem fieri poſſe, vt probat Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt. 41.* quia ad eſſentiam pupillaris, impubertas, & patria poteſtas inter alia præcipua requiſita ſunt.

Declaratur iſte caſus, nam ſi ſtatutum diſpone-
ret, quòd pupillaris † ætas duret vſque ad 25. annũ, 15.
tunc pater poterit eidem pupillariter ſubſtituere, prout eſſe communem concluſionem, probat Craſſus *in d. §. ſubſtitutio, quæſt. 22. num. 4.* quoniam tempus pubertatis vt eſt à lege taxatum infra quatuordecim annos, ita per ſtatutum vſque ad vigeſimum quintum taxari potuit. Sed iſta declaratio quamuis communis, mihi non arridet, quoniam ſemper ſtatutum correctorium † iuris communis interpre- 16.
tandum eſt, vt quantò minus corrigat, *cap. cum dilectus. de fide inſtrum.* gl. & Doct. *in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxalib.* Gozadin. *in conſil. 19.* Roland. *in conſil. 72. n. 37. & ſeq. vol. 3.* ſed tenendo dictam declarationem multa iura corrigerentur, videlicet *Inſt. quib. mod. tutela finitur,* vbi pubertas in maſculo in 14. & in femina in 12. anno finitur. Item quòd matrimonium quod poteſt inter dictos puberes à iure communi declaratos, *Inſtit. de nupt. in princip.* contrahi, vlteriùs non poſſet. Item quòd ſubſtitutio pupillaris quæ finitur pubertate, *l. in pupillari. ff. de vulgari. §. qua ratione. Inſtit. eod. tit.* duraret vigore dicti ſtatuti vſque ad 25. annos. Item quòd puberes qui poſſunt facere teſtamentum, *l. ſi frater. C. qui teſtam. facere poſſunt,* non poſſent niſi poſt 25. annũ. Quamobrẽ, vt quantò minus corrigat ius commune, intelligo dictum
ſtatutum † habere locum in omnibus aliis caſibus, 17.
qui particulari lege de iure communi diſpoſiti non fuerunt. Item quia ſtatutum non poteſt tollere ius naturale. *§. ſed naturalia. Inſt. de iur. natur. gent. & ciuil.* Sed hoc ſtatutum illud tolleret, quoniam pubertas
non eſt definienda † de iure ciuili, ſed prout natura 18.
diſponit, & illi puberes dicendi ſunt, qui coire poſſunt. *c. puberes. de deſponſ. impub.* ergo pubertas non eſt extendenda ad 25. annum, & licèt de iure ciuili ſit definita in quarto decimo, vel duodecimo anno, *Inſtit. quib. mod. tut. finitur;* tamen hæc lex eſt fundata in ipſo iure naturæ, quia vtplurimum eo tempore naſcitur coitus, & facit *l. nã ad ea. ff. de legib.* ſed tempus 25. annorum excedit metam iuris naturalis, propterea ad euitandas tot correctiones dictum ſtatutum intelligendum eſt, in omnibus aliis caſibus, qui de iure ciuili definiti nõ fuerunt, quorum omnium correctio ſequeretur, contra certam iuris regulam.

Tertius caſus eſt, licèt hodie ſit ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, tamen ho-
die pater filio † emancipato impuberi ſubſtituere 19.
pupillariter non poteſt, Bartol. *in l. 1. num. 7. ff. de vulgar. & pupill.* & eſſe receptiſſimam ſententiam, probant Craſſ. *in d. §. ſubſtitutio. quæſt. 23. in princip.* Intrigliol. *in d. centur. 1. quæſt. 66. in princip.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. §. 14. num. 8.* qui cæteros referunt, omnes mouentur, quia d. differentia eſt ſublata ſolùm reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato, & ideo adhuc remanet reſpectu ſucceſſionis ex teſtamento, vt latiùs ſcripſi ſuprà in parte prima in pluribus quæſtionibus, & articulis.

Quartus caſus eſt, ſubſtitutio pupillaris † exhæ- 20.
dato filio impuberi fieri poteſt, Bart. *in l. 2. n. 22. ff. de vulgari,* vbi quòd ſi exhæredatio fiat bona, ſiue mala mente, ſemper filio exhæredato impuberi pater pupillariter ſubſtituere poteſt, & hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur *ibi* Alex. *num. 26.* Iaſ. *num. 27.* Zaſius *num. 42.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. §. 14. numer. 158.* Coſta *in cap. ſi pater. verbo eidem filio, num. 7. de teſtam.* quoniam teſtamenti fauor eſt magnus, & ne pupillus inteſtatus decedat, patri etiã inimico hoc conceſſum intelligitur; & licèt hodie ſit ſublata facultas exhæredãdi, niſi ex iuſta cauſa. *§. aliud quoque capitulũ. Auth. vt cùm de appell. cognoſ.* tamen gl. *in d. l. 2. ff. de vulgari,* vult filio doli † capaci poſſe d. exhære- 21.

dationem fieri poſſe, Socin iun. *num.* 71. Rip. *num.*
30. Craſſ. *in d. §. ſubſtitutio, quæſtion.* 25. *num.* 2. Secus
eſt ſi impubes non eſt doli capax, quoniam exhære-
dari non poſſe, neque ipſi exhæredato pupillarem
fieri, eſt receptiſſima ſententia, de qua plenè ſcri-
bit Trentacinq. *de ſubſt. part.* 2. *cap.* 14. *numer.* 6. &
ideo infanti exhæredato, qui nullam ingratitudinis
cauſam committere potuit, neque exhæredari, ſub-
ſtitutio pupillaris fieri non poteſt, vt *ibi* probat
Trentacinq. & reſpondet contrariis.

Declaratur iſte caſus, nam in caſu, quo teſtamen-
tum reſcinderetur per bonorum poſſeſſionem con-
22. tra tabulas, adhuc conſeruari dicitur pupillaris †
ſubſtitutio, nam ſi poſtea pupillus in pupillari de-
ceſſerit, eidem ſubſtitutus conſequeretur hæredita-
tem ipſius ex pupillari teſtamento. Bartol. *in d. l.* 2.
num. 18. *& ſeq.* & eſſe opinionem communiter rece-
ptam, probarunt Coſta *in l. Gallus. §. & quid ſi tan-*
tùm. in 3. *parte, num.* 142. *& in d. cap. ſi pater, in* 3. *part.*
numer. 8. *verſ. cenſendum.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ.*
23. §. 14. *numer.* 136. quia bonorum poſſeſſio † non tol-
lit ea, quæ pupillis vtilia ſunt, ſed illa conſeruat; er-
go conſeruabitur ſubſtitutio pupillaris, quæ pu-
pillis eſt vtilis, & hanc rationem eſſe communiter
receptam, probat Coſta *in d. §. & quid ſi tantùm,*
numer. 143. Item ſi filius præteritus nollet impu-
gnare, ſed approbabit teſtamentum patris, eum tu-
24. toris authoritate, ſubſtitutio pupillaris † valebit,
Bartol. *in d. l.* 2. *num* 21. & eſt doctrina communi-
ter recepta, vt *ibi* atteſtatur Ripa *num.* 32. Vaſq. *in d.*
§. 14. *num.* 137.

Quintus caſus eſt, ſi ſubſtitutio pupillaris facta
fuerit alteri filio inſtituto, & alteri præterito, tunc
25. conſeruatur † pupillaris, per *Auth. ex cauſa. C. de*
liber. præter. gloſſ. *in l.* 1. *§. final. ff. de vulgari,* & *ibi* Ale-
xand. *numer.* 5. atteſtatur eſſe communem opinio-
nem, Ripa *in l.* 2. *num.* 33. *ff. de vulgari,* & *ibi* Zaſ. *num.*
20. dicit periculoſum eſſe ab iſta communi recede-
re, Gomeſ. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 4. *num.* 4. Vaſquius
de ſucceſſ. progreſſ. d. §. 14. *numer.* 137. Clar. *in §. teſta-*
26. *mentum. quæſtion.* 54 *verſ. quæro etiam.* Idem † ſi pupil-
laris fieret ſoli filio præterito, Ripa *in d. l.* 2. *num.* 35.
poſt Alexand. & Aretin. quos refert. *ff. de vulgari,* Be-
nedict *in cap. Raynutius. part.* 2. *num.* 69. & alij, quos
refert Clar. *in d. §. teſtamentum. quæſtion.* 54. Curt.
iun. *in d. Authent. ex cauſa, num.* 22. Gomeſ. *in d. cap.* 4.
Coſta *in d. cap. ſi pater. verſ. cenſendum. num.* 11. *de te-*
ſtament. lib. 6.
27. Sextus caſus eſt, pater † nô poteſt ſubſtituere pu-
pillariter filio ſpurio, quia non eſt in poteſtate pa-
tris, vt *Inſtit. de patr. poteſt. in princip.* idcirco ſubſtitu-
tio pupillaris non valet. *l. Lucius.* & *ibi* Doct. *ff. de*
vulgar. Bartol. *in d. l.* 2. *n.* 3. *ff. eod. tit.* Sed ſi pater poſt-
28. ea illum legitimauerit, † tûc ſubſtitutio pupillaris
priùs facta conualidatur, Bartol. *in l.* 2. *col.* 2. *verſ. item*
quæro. ff. de vulgari, quoniam legitimatus cenſetur re-
ſtitutus primis natalibus, Angel. & Immol. *in l. ſi alie-*
num. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit. Alexand. *in l. Gal-*
lus. §. inſtituens. colum. 3. *poſt numer.* 2. *ff. de liber. & poſt-*
hum. Iaſ. *in conſil.* 127. *numer.* 2. *circa finem, volum.* 4. *&*
in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. numer. 87. Gozadin.
in conſil. 21. *num.* 35. *ver. ad quintum,* vbi atteſtatur eſ-
ſe communem opinionem, Natta *in conſil.* 504. *num.*
19. *& in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto numer.* 101.
C. de teſtament. vbi etiam atteſtatur de communi.
Clar. *in d. §. teſtamentum. quæſtion.* 31. *num.* 6. *verſ.*
29. *& hac quidem.* vbi quòd etiam ſi legitimaretur †,
mortuo patre conualidaretur teſtamentum, & pu-
pillaris ſubſtitutio, dummodo pater iuſſiſſet filium
legitimari, nam legitimatio poteſt fieri poſt mor-
tem patris. *Authentic. item ſine. C. de natural. liber.*
& tunc etiam pupillaris reconualeſcit, & valet, Bar-
tol. *in d. l.* 2. *num.* 10. *ff. de vulgari,* & eſſe communem
opinionem atteſtatur *ibi* Alexand. *num.* 17. Iaſ. *num.*
20. Ripa *num.* 24. Alciat. *num.* 20. Socin. iun. *num.* 58.
Zaſ. *num.* 32. Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt.* 23. *numer.* 6.
legitimatio enim, quæ ſequuta eſt, & quæ trahitur † 30.
retrò, fingit medio tempore filium non fuiſſe ſpu-
rium, vel illegitimum. *§. illud. Authent. quib. modis na-*
ti effic. ſui. l. final. ff. de natal. reſtituẽd. & non ſolùm le-
gitimatio fingit filium legitimum à natiuitate, ſed
etiam à conceptione. *l. qua in prouincia. §. diuus. verſ.*
perinde ac ſi legitimi concepti fuiſſent. ff. de ritu nu-
ptiarum, & ita firmauit Bald. per illum textum, *in*
Additionib. ad Specul. in titul. de procurator. colum. 1.
Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, n.* 85. *ff. de liber. &*
poſthum. & in d. conſ. 127. *n.* 7. *verſ. & ſic nô obſtat. vol.* 4.
Ruin. *in conſil.* 124. *n.* 8. *vol.* 4. Natta *in conſ.* 504. *n.* 19.

Septimus caſus eſt, ſubſtitutio pupillaris † facta 31.
impuberi extraneo eſt valida, ſi is tempore mortis
teſtatoris reperietur ſuus, quia ab eo arrogatus fue-
rit, quoniam ſatis eſt impuberem pupillum eſſe in
poteſtate de tempore mortis teſtatoris, Bart. *in l.* 2.
num. 8. *ff. de vulgari,* & *ibi* Alex. *num.* 10. Iaſ. *num.* 14.
Socin. iun. *num.* 46. atteſtantur eſſe communem opi-
nionem, quoniam text. *l.* 2. *§. ſi extraneum. ff. de vulga-*
ri, expreſsè diſponit ſubſtitutionem pupillarem fa-
ctam extraneo † impuberi ab initio valere vt vul- 32.
garem, ſed propter qualitatem ſuperuenientem de
tempore mortis tranſmutari in pupillarem, & per
hoc fundamentum, quod ab initio valuit vt vulga-
ris, ceſſant omnia, quæ in contrarium allegantur
pro altera parte, quia dicta ſubſtitutio ab initio non
erat prorſus inutilis, ſed valebat vt vulgaris, & ſatis
eſt, quòd habilitas perſonæ, quæ recipit beneficium,
adſit de tempore mortis, cùm eo tempore omnia
diſpoſita recipiant confirmationem, & validitatem.
Item quia defectus † patriæ poteſtatis tolleret ſub- 33.
ſtitutionem pupillarem, ſi ille defectus duraret, de
tempore mortis, ſed hic præſupponitur ceſſare
tempore mortis, quia per arrogationem factus eſt
ſub poteſtate; ergo ſubſtitutio pupillaris eſt valida,
& hanc opinionem firmarunt Bald. *in tract. de ſubſt.*
in materia pupillaris. num. 8. Anton. Fumeus *in eodem*
tract. in materia pupillaris, num. 44. Paulus Leonius *in*
materia pupillaris. numer. 144. Craſſ. *in §. ſubſtitu-*
tio. quæſtion. 23. *numer.* 5. Trentacinq. *de ſubſtitut.*
part. 2. *cap.* 9. *numer.* 2. *verſ. ex ſupradictis.* Intrigliol.
centur. 1. *quæſt.* 67. omnes allegantes plurimos Do-
ctores, & atteſtantes de communi, & in practica ab
hac concluſione non eſſe recedendum, & licèt Vaſ-
quius *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 21. *numer.* 265. atteſtetur
etiam hanc eſſe communiorem, tamen ipſe tenet
contrariam partem *ibi,* ſed poſtea *in lib.* 2. *de ſucceſſ.*
progreſſu. §. 14. *num.* 58. tenet opinionem primam, &
eam probat.

Octauus caſus eſt, ſubſtitutio † pupillaris facta 34.
poſthumo, eſt valida, etiam ſi ille non naſcatur, ni-
mirum ſubſtitutio habet locum tanquam vulgaris
tacita ſub ea comprehenſa, Bald. *in l. final. num.* 7. *C.*
de inſtitut. & ſubſtitut. Alberic. *in rubric. ff. de vulgari.*
numer. 35. Alexand. *in l.* 1. *numer.* 33. *ff. eodem titul.* &
ibi Iaſ. *numer.* 28. & ita pleniſſimè reſponderunt De-
cius *in conſil.* 227. *per totum,* & in eodem facto Socin.
iun. *in conſil.* 181. *vol.* 2. & Decian. *in conſil.* 1. *in toto pri-*
mo dubio. volum. 1. Matzar. *in epitom. de fideicommiſſ.*
part. 2. *quæſtion.* 13. Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 65.
numer. 13. & 21. Gomeſ. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 3.
numer. 10. *verſ. ſeptimò infero.* Mantic. *lib.* 11. *ti-*
tul. 6. *numer.* 1. *verſ. ſed diligenter,* quia atteſtatur ita
fuiſſe

fuiſſe deciſum in centumuirali iudicio, patrocinante Cicerone, & ita noſtris etiam temporibus fuit deciſum, vt per Surd. *deciſ.* 37. *num.* 26. Franch. *deciſ.* 299. & hanc opinionem conſulendo defenderunt, reſpondendo contrariis, Laderchius *in conſil.* 31. *per totum, & in conſil.* 72. *numer.* 2. *& ſeq.* Petr. Caball. *in conſil. ciuil.* 164. *per totum, vol.* 1.

35. Nonus caſus eſt, ſubſtitutio pupillaris † facta filiæ in re certa inſtitutæ eſt valida. *cap. ſi pater. verſ. eidem filio. de teſtament. lib.* 6. & *ibi* hoc notat Gemin. *num.* 15. Aretin. *in l. iam hoc iure, propè finem. ff. de vulgari,* & eſſe communem opinionem, probat Coſta *in cap. ſi pater, in prima parte, verbo, eidem filio, num.* 3. *de teſtament. lib.* 6. quoniam dicta pupillaris facta filiæ

36. in re certa, complectitur omnia † eius bona, vndecunque illa habuerit. *l. cohæredi.* §. *final. ff. de vulgar.* Alexand. *in d. l.* 2. *numer.* 27. *ff. eod.* vbi Iaſ. *numer.* 29. dicit eſſe textum ſingularem, Mantic. *lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 14. Craſſus *in* §. *ſubſtitutio, quæſt.* 29. *num.* 3.

Declaratur iſte caſus, vt procedat ſi teſtator fi-

37. liam inſtituerit in domo, † cui ſubſtituerit, ſi moriatur antequam ſit nubilis, quia exponuntur ita illa verba habentia reſpectum ad ætatem pupillarem, prout eſt text. & *ibi* gloſſ. *in l. qui habebat. ff. de vulgari.* Ripa *in d. l.* 2. *num.* 38. *ff. de vulgari.* Oddus *in præludiis compendioſæ. part.* 3. *quæſt.* 6. *in princip.* & hanc opinionem probat Socin. iun. *in conſil.* 95. *num.* 10. *& ſeq. vol.* 1. *& in conſil.* 121. *eod. vol.* 1.

Declaratur iſte articulus, & omnes caſus in eo

38. contenti, vt procedat in patre † habili ad teſtandum, ſecus ſi eidem fuerit interdicta bonorum adminiſtratio vel à lege, vt quia reus ſit læſæ maieſta-

39. ſtatis diuinæ, aut humanæ: nam hæretici † non poſſunt. Iaſ. *in d. l.* 2. *num.* 19. *ff. de vulgari,* & *ibi* Ripa *numer.* 21. nec ſchiſmatici, vt *ibidem* præfati Doct. nec Iudæi filiis impuberibus Chriſtianis, vt poſt alios Viuius *in commun opinion.* 804. *num.* 19. & probat Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 1. *quæſtion.* 66. *numer.* 25. *& ſeq.* Idem in reo læſæ maieſtatis humanæ, cui ipſo iure ab initio delicti bona confiſcata intelliguntur, quæ verba ipſo iure important ſententiam eſſe latam à lege, Bald. *in conſil.* 480. *numer.* 2. *verſ. & eſt crimen, volum.* 3. & alij ad hoc allegari per Farinac. *de Inquiſit. quæſtion.* 10. *num.* 68. Vel ſit interdicta adminiſtratio ab homine, quia non poteſt teſtari. *l. is cui lege. ff. de teſtament.* ergo neque pupillariter ſubſtituere, quia pupillaris ſubſtitutio fieri non poteſt, niſi fiat teſtamentum paternum. *l.* 2. *ver. quiſquis. ff. de vulgari,* & latiùs de hoc ſcribit Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 10.

ARTICVLVS III.

Pupillaris ſubſtitutio quando excludat matrem.

SVMMARIA.

1. *Mater ſemper excluditur à pupillariter ſubſtituto.*
2. *. . idem ſi ſubſtitutio erit partim expreſſa, & partim tacita.*
3. *. . idem ſi fuerit partim expreſſa quò ad caſus.*
4. *Mater excluſa à ſubſtituto, cenſetur etiam à legitima.*
5. *. . non excluditur per pupillarem tacitam in vulgari comprehenſam.*

Doct. Martæ ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

IN omnibus caſibus, in quibus conſtat, quem eſſe pupillariter ſubſtitutũ, ſemper mater † ab eo excludenda eſt, ſiuè ſit pupillaris expreſſa verbis ſingularibus, aut generalibus, ſiue ſit partim expreſſa, & partim tacita, vel quoad caſus. Nam de expreſſa verbis ſingularibus, eſt caſus *in l. Papinianus.* §. *ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtament. c. ſi pater. de teſtament. lib.* 6. *l. Lucius. ff. de vulgari, & l. precibus. C. de impub. ſubſtitut.* vbi de expreſſa verbis generalibus, nimirum in compendioſa, & hanc opinionem eſſe in toto mundo obſeruatam, atteſtatur Bald. *in l. humanitatis. C. de impub. ſubſtitut.* quam exornant Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ. numer.* 15. *& num.* 57. *verſ. primò ergo quæro.* Craſſ. *in* § *ſubſtitutio. quæſt.* 30. Mantic. *lib.* 5. *titul.* 8. *numer.* 12. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 38. Trentacinq. *de ſubſtitut. part.* 2. *cap.* 16. Simon de Pret. *lib.* 3. *ſolut.* 6. *num.* 14. *fol.* 246. qui cæteros referunt, & ita fuit deciſum, vt *in Digeſt. Nouiſſim. tomo* 5. *titul. Subſtitutio pupillaris, cap. ſi plures.* Idem in partim expreſſa, † & partim tacita, non ſolùm quò ad verba, vt in reciproca, probat Menoch. *in d. præſumpt.* 38. *num.* 34. *lib.* 4. de quo ſcripſi ſuprà *in quæſtione de reciproca.* Idem ſi fuerit partim † expreſſa quò ad caſus, vt ſi dixerit, ſi filius meus hæres erit, & in pupillari deceſſerit, quia mater excluditur etiam ſi hæres non erit, quoniam hæc extenſio eſt de pupillari ad vulgarem tacitam in illa comprehenſam, quæ matrem excludit, vt eſt receptiſſima ſententia, de qua per Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 37. 1. 2. 3.

Quòd autem mater excluſa † per ſubſtitutum pupillariter ſit etiam excluſa à legitima, ſcripſi ſuprà *in parte* 2. *quæſt.* 3. *art.* 8. 4.

Item quòd mater non excludatur † per ſubſtitutionem pupillarem tacitam in vulgari comprehenſam, ſcripſi *in quæſt. præcedenti, artic.* 2. 5.

ARTICVLVS IV.

Subſtitutio pupillaris quando expiret.

SVMMARIA.

1. *Subſt. pupillaris finitur pubertate.*
2. *. . & an ſit neceſſarium attingere principium anni ſequentis.*
3. *Teſtamentum non poteſt fieri ante* 14. *annum.*
4. *. . & hoc caſu ſufficit attigiſſe vltimum diem quartidecimi anni.*
5. *Subſt. pupill. expirat pubertate, quamuis pubes non fecerit teſtamentum.*
6. *. . poteſt finiri ante pubertatem, ſi infanti ſubſtituerit.*
7. *. . teſtator poteſt reſtringere tempus pupillaris ætatis, quia ſemper eſt impubes.*
8. *. . facta infanti non finitur cum infantia, ſed in* 14. *anno.*
9. *. . etiamſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit in infantia.*
10. *Relatio non fit ad verba, quæ demonſtrationis gratia dicta ſunt.*
11. *Clauſula tunc, & eo caſu, quando ſtet reſtrictiuè, & quando non excludat ea quæ veniunt ex natura rei.*
12. *Subſt. pupill. extinguitur, ſi impubes liberos ſuſceperit.*

13. .. *non extinguitur natiuitate poſthumi, ſed conſeruatur.*
14. .. *idem teſtamento rupto per querelam.*
15. .. *extinguitur ſi pupillus ingreditur religionem.*
16. *Patria poteſtas extinguitur per ingreſſum religionis.*
17. *Monaſterium habetur loco filij.*
18. *Subſt. pupillaris extincta per emancipationem, reconualeſcit per arrogationem.*
19. ..*extinguitur per capitis diminutionem quamcunque.*
20. .. *expirat ſecundo ſubſtituto pupillariter præmoriente.*
21. *Subſtitutionis pupillaris ſpes non tranſmittitur.*
22. ..*non extinguitur per renuntiationem.*

QVANDO agimus de extinctione pupillaris ſubſtitutionis leges noſtræ principaliter conſiderarunt pupilli perſonam, atque diſpoſuerũt, per ad-
1. uentum † pubertatis illam finiri, *l. in pupillari. ff. de vulg. & pupill §. qua ratione, & §. maſculo, Inſtit. eod. tit.* quam regulam exornant Paul. Leon. *in materia pupillaris num. 259.* poſt Bald. *in eod. tit. num. 37.* Mantic. *lib. 5. tit. 12. num. 1.* Zaſ. *de ſubſtit. c. 2. n. 130.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio. quæſt. 22. num. 2.* Oddus *in præludiis compendioſa, part. 3. quæſt. 8. num. 1.*

Declaratur iſte caſus, vt pro extinctione dictæ pupillaris nõ ſolùm requiratur decurſus plenus anni quartidecimi in maſculo, & duodecimi in femina, ſed etiam neceſſarium ſit pertingi principium
2. anni ſubſequentis, † ita declarant Angel. Aretinus, Viglius, & Franciſcus Balduinus *in §. maſculo,* per illum textum *Inſtit. de pupillari ſubſtit.* Sed inductio illius textus non probat earum opinionem, quia verbum *exceſſerit*, poſitum *in d. §. maſculo*, debet intelligi iuxta principium eiuſdem §. *maſculo*, ad quatuordecim annos ſubſtitui poſſe, & iuxta principium illius tituli, vbi Imperator dicit: Nam moribus inſtitutum eſt, vt cùm eius ætatis filij ſint, in qua ipſi teſtamentum facere non poſſint, pa-
3. rentes pro eis faciant. † Sed vt pupillus teſtari poſſit, requiritur quòd pubertas completa fuerit. *l. qua ætate. ff. de teſtament. l. ſi frater. C. qui teſtament. fac. poſſ.* vbi quòd ante decimumquartum annum non poteſt facere teſtamentum; ergo illo completo facere poteſt, *l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Mantic. *de coniectur. lib. 5. tit. 12. numer. 9.* Craſſ. *in §. teſtamentum, quæſt. 20. numer. 3.* Viuius *in commun. opinion. ver. pupillus.*
4. *numer. 7.* & hoc caſu ſufficiet † attigiſſe vltimum diem quartidecimi, vel duodecimi anni, gloſſ. *in §. præterea, in verſ. impuberes. Inſtitut. quib. non eſt permiſſum fac. teſtament.* Paul. Leon. *in d. materia pupillaris, numer. 259. in fine*, Benedict. *in cap. Raynutius, in materia pupillaris, numer. 111. de teſtamentis.* Quamobrem Doctores firmarunt, quòd eo ipſo, quòd pupilli facti puberes, ius teſtandi conſequuti fuerunt, quamuis re ipſa non proponantur teſtamentum feciſſe, ipſa pupillaris ſubſti-
5. tutio expiret, † gl. & Doct. *in l. 2. ff. de vulgari,* Barr. *in l. in pupillari. numer. 4. ff. eod. tit.* Paul. Leon. *in d. materia pupillaris. num. 259.* & hanc opinionem eſſe magis communem, & veriorem, probat Emanuel Suarez *in addit. ad Gomeſ. in lib. 1. var. reſolut. cap. 4. num. 5. & plur. ſeq.*

6. Secundus caſus eſt, ſubſtitutio † pupillaris poteſt finiri ante pubertatem, ſi teſtator infanti ſubſtituerit, prout eſt caſus *in l. ſi ita quis ſubſtituerit. ff. de vulgari, & pupil.* Mantic. *d. lib. 5. titul. 12. numer. 9.* Trentacinq. *in d. parte 2. cap. 19. numer. 3.* quia teſtator † poteſt reſtringere tempus pupillaris ſubſtitutionis, quia infra quartumdecimum annum ſemper eſt pupillus, ſed non poteſt pupillarem facere vltra quartumdecimum in maſculo, & duodecimum annum in femina, *d. §. maſculo. Inſtitut. de pupill. l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulgari. l. precibus. C. de impuber. ſubſtitut.* Benedict. *in d. cap. Raynutius, in materia pupillaris, numer. 112.* 7.
Quamobrem ſi teſtator inſtituto infanti ſubſtituerit, non præſumitur ſubſtituiſſe vſque ad ætatem ſeptem annorum, quo tempore † finitur infantia, 8.
l. ſi infanti. C. de iure deliber. l. in ſponſalibus. ff. de ſponſalibus. Sed potiùs præſumitur ſubſtituiſſe vſque ad annum completæ pubertatis, ita probat Gratus *in conſil. 125. numer. 12. volum. 2. & in conſil. 156. eodem volum.* vbi reſpondet contrariis. Nam cùm regulariter pupillaris ſoleat fieri vſque ad pubertatem, credendum eſt teſtatorem non cogitauiſſe recedere à regula. Item cùm pupillaris ſit diſpoſitio fauorabilis filio, præſumendum eſt, teſtatorem non habuiſſe intentionem reſtringendi illum fauorem, ſed potiùs ampliandi. Item cùm ipſa pupillaris moribus inuenta fuerit, vt pater filio prouideat, quando ipſe teſtari non poteſt, *d. l. 2. ff. de vulgari,* quæ ratio locum habet vſque ad complementum pubertatis, præſumendum eſt, quòd vſque ad illud tempus ſubſtituere voluerit.

Declaratur iſte caſus, vt procedat, etiamſi teſtator, inſtituto infante, dixerit, † & ſi deceſſerit in ea 9.
ætate, eidem ſubſtituo Titium. nam præſumitur ſubſtituiſſe vſque ad pubertatem, ita reſpondet Gratus *in d. conſil. 125. num. 17. & in d. conſ. 156. num. 12. vol. 1.* quia relatio nunquam fit ad illud propter quod diſpoſitio fauorabilis reſtringeretur, quæ per ſui naturam largè interpretanda eſt, Alexand. *in conſil. 213. in fine volum. 2.* Item quia dicta verba ſi in ea ætate deceſſerit, ſtant demonſtratiuè, ſed cùm teſtator dixit, inſtituo filium meum infantem, hoc nomen *infantem* poſitum fuit ad demonſtrandam perſonam filij, non autẽ reſtrictiuè poſitum; ſed relatio non fit † ad ea verba, quæ demõſtrationis gra- 10.
tia poſita ſunt. Alex. *in l. ſi idem cum eodem. §. final. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Dec. *in cap. ſecundò requiris. col. final. verſ. ſeptimò. de reſcript.* Item illud pronomen *ea*, non refertur ad nomen *infantem*, vt reſtrictionem operetur. Imò etiamſi teſtator dixerit, & ſi in ea ætate deceſſerit, tunc & eo caſu † ſubſtituo Titium, etiam 11.
præſumendus eſt voluiſſe ſubſtitutionem facere vſque ad pubertatem, licèt illa verba, tunc, & eo caſu, ſtent reſtrictiuè, vt probat Gratus *in d. conſil. 156. num. 31. volum. 2.* quia cùm verba præcedentia comprehendant tempus pubertatis, ideo dicta clauſula non poteſt operari reſtrictionem, quia clauſula, *tunc & eo caſu*, non excludit illud quod venit ex natura ſubſtitutionis pupillaris, vt tenet Rota, vt per Caſſador. *deciſ. 1. de teſtamentis*, quam opinionem ſequutus ſum *in tractatu de clauſulis part. 3. clauſula 8. num. 3.*

Tertius caſus eſt, ſi impubes, † cui facta eſt pupil- 12.
laris, liberos ſuſceperit, ipſa pupillaris extinguitur, *l. ex facto. ff. de vulgari, & pupill.* Bartol. *in l. in pupillari. num. 8. ff. eod.* Mantic. *lib. 5. tit. 12. num. 2.* Trentacinq. *part. 2. cap. 19. numer. 3.* Intrigliol. *de ſubſtit. centur. 1. quæſt. 98. num. 23.* qui alios referunt.

Declaratur articulus, vt procedat in filiis legitimis, & naturalibus, ſed in naturalibus tantùm, Bart. *in d. l. ex facto,* tenuit affirmatiuam, ſed Bald. *in l. humanitatis*

manitatis. C. de impuber. ſubſtit. tenuit negatiuam, & hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, probat Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 17. *num.*8. Decius *in conſil.*412.*num.*8.

13. Quartus caſus eſt, † pupillaris extinguitur natiuitate poſthumi præteriti de iure antiquo, ſed hodie conſeruatur per *Auth. ex cauſa.C.de liber.præterit.* & hæc eſt communis opinio, vt probat Clarus *in §.teſtamentum.quæſt.* 54. Craſſus *in §.ſubſtitutio. q.*51.*n.*3. Idem dicendum eſt, ſi teſtamētum ruptum
14. fuiſſet per querelam inofficioſi, † Bartol. *in l.* 2. *ff. de vulgari*, & eſt communis opinio, vt probant Coſta *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 14 *num.* 136. Sed hodie etiam in hoc caſu conſeruatur pupillaris ſubſtitutio. Craſſ. *in d.* §. *ſubſtitutio. quæſt.* 51. *numer.* 4. Sed ſi teſtamentum ruptum eſſet per contra tabulas, pupillaris ſubſtitutio non extinguitur. Bartol. *in d.l.* 2. *ff. de vulgari*, & eſt communis opinio, vt per Craſſ. *in d. quæſt.* 51. *numer.* 5.

Quintus caſus eſt, vbi pupillus ingreditur re-
15. ligionem †, pupillaris ſubſtitutio extinguitur, Bartol. *in d.l.in pupillari, num.* 7. *ff. de vulgari*, Ripa *in l.* 2. *n.*65.*ff.eod.* qui atteſtatur eſſe communem, & plures alij ad hoc allegati per Trentacinq. *de ſubſtitut.part.*2.*cap.* 19.*numer.* 3. *verſ.ſexto*, & per Intrigliol. *centur.* 1. *quæſt.* 72. quoniam per ingreſ-
16. ſum † religionis liberatur à patria poteſtate, Atcan. de Clemengiis *in tract. de patria poteſt. cap. vltimo, numer.*67.*cap.indecorum. de ætate, & qualit.* Abb. *in cap. cùm ſcimus numer.*5. *de regularib.* Pinell. *in l.* 1. *part.* 1.*num.*46. *C.de bonis matern.* & quando filius exit de poteſtate, patre viuente, pupillaris extinguitur. *d.l.*2.*ff. de vulgari.* Item quia ſicut ſi pupillus ſuſceperit liberos, extinguitur pupillaris, vt ſcripſi in tertio caſu, ita etiam per ingreſſum religionis,
17. quia monaſterium † habetur locó filij, *cap. in præſentia.de probat. Auth.ſi qua mulier. C.de ſacroſ. Eccleſ.* Trentacinq. *de ſubſtit.part.*2.*cap.*19.*num.*3.*verſ.ſexto*, vbi atteſtatur eſſe communem. Et licèt per acquiſitionem dignitátis, quæ liberet à patria poteſtate, vt ſi factus fuerit conſul, non extinguitur pupillaris, Bartol. *in d.l.*2.*numer.* 15. *ff. de vulgari*, & eſt communis opinio, vt per Craſſ. *in d.* §. *ſubſtitutio. quæſt.* 23. *num.* 11. tamen ingrediens religionem tranſit in alterius poteſtatem, ſed acquirens dignitatem liberantem, non liberatur à patria poteſtate: ſed iſte caſus reſpectu dignitatis videtur fruſtratorius, cùm in ætate pupillari nullus conſularem aut Epiſcopalem dignitatem acquirere ſoleat.

Sextus caſus eſt per emancipationem, per quam liberatur à patria poteſtate, vt *Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſoluitur*; ergo pupillaris extinguitur, *d.l.* 2. *ff. de vulgari.* Sed ſi iterum filius arrogatus emancipatus, adoptaretur, verius eſt, vt
18. de iure Ciuili pupillaris † extincta reconualeſcat, quoniam ſatis eſt, vt tempore mortis teſtatoris ſit in poteſtate, & hanc eſſe communem concluſionem probant Oddus *in prælud. compendioſ. part.* 3. *quæſt.* 4. *numer.* 6. *in fin.* & Intrigliol. *centur.* 1. *quæſt.*73.

19. Septimus caſus eſt per capitis † diminutionem, vt per deputationem pupilli, Bartol. *in l. in pupillari num.*5.*ff.de vulgari.* Bald. *de ſubſtit.in materia pupillaris, num.* 38. Oddus *de compendioſa.part.* 4. *quæſt.* 19. *verſ.quarto*, Intrigliol. *d.quæſt.*98. *num.* 29. *centur.* 1. Trentacinq. *d.cap.* 19.*num.* 3. Ita etiam per deportationem patris ſubſtituentis, vt dicunt omnes præ-

Doct. Martæ ſumma ſucceſſ. leg. pars 4.

citati Doct. & Rip. *in l.* 2. *numer.* 64. *ff. de vulgari.* Item per capitis diminutionem vel minimam ipſius pupilli, Bald. *in d.l. materia pupillaris, numer.* 37. Trentacinq. *in d. cap.* 19. *numer.* 5. Intrigliol. *in d. quæſt.*98. *numer.* 26. vt ſi pupillus poſt patris mortem fuerit arrogatus. *l. neque ei.* §. *eorum. ff. de adoption.* Bart. *in d. l. in pupillari, numer.* 4. *ff. de vulgari.* Sed ſi à patre arrogatore poſtea fuerit emancipatus, tunc pupillaris antea facta reuiuiſcit, Vaſquius *de ſucceſſ.progreſſ.*§. 14.*num.*112.*& ſeq.* vbi probat hoc eſſe verum de iure prætorio. Idem in media capitis diminutione, vt probat Trentacinq. *in d. part* 2.*cap.*12 *& cap.*19.

Octauus caſus eſt, ſi teſtator inſtituit Caium filium ſuum, & ſi in ætate pupillari deceſſerit, ſubſtituit Titium eius fratrem, & ſi dictus Titius etiam
filius inſtitutus † in pupillari deceſſerit, ſubſtituit 20.
Sempronium, hoc caſu, ſi moritur Titius ante Caium, Sempronius ſecundus ſubſtitutus non ſuccedit, quoniam d. pupillaris expirauit. Decius *in conſil.* 427. *in fin.* Pariſ. *in conſil.* 18. *num.* 45. *vol.* 2. *& conſil.* 73.*num.*40.*vol.*3. Socin.iun. *in conſil.* 114. *numer.*25. *volumn.*1. Socin.ſen. *in conſil.* 52. *col.pen. verſ.ſecundus caſus.* Boër. *in deciſ.*38.*num.*21 *verſ.ſecundus caſus*, qui refert Bartol. & Bald. *in l.qui habebat.ff.de vulgari*, per illum text. quem ita interpretantur, & com-
muniter omnes dicunt rationem eſſe †, quia ſpes 21.
ſubſtitutionis pupillaris non tranſmittitur, niſi ex coniecturis, vt probat Menoch. *in conſil.*106.*n.*379. *volum.*2.

Nonus caſus eſt, pupillaris ſubſtitutio † non ex- 22.
pirat per renuntiationem, quia continet pactūm de omittenda futura ſucceſſione viuentis, Bartol. *in l. qui Romæ.*§.*duo fratres.quæſt.*7. *ff. de verb. obligat.* & *ibi* Iaſ. addit rationē, quia de hæreditate pupilli viuentis quis ſollicitus eſſe non debet. Item quia huiuſmodi pactum eſt à iure improbatum, *l. pactum. C de collat. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit.* & ita ſuper hoc caſu reſpondit Lancellot. Gallin. *in conſil.* 50.*per totum.*

QVÆSTIO XXXIII.

De exemplari ſubſtitutione, per duos articulos diuiſa.

1. Vtrùm ſubſtitutio exemplaris tacita contineatur ſub vulgari expreſſa.
2. Vtrùm poſt aditam hæreditatem locum habeat ſubſtitutio exemplaris, vel fideicommiſſaria.

ARTICVLVS I.

Vtrùm ſubſtitutio exemplaris tacita contineatur ſub vulgari expreſſa.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio exemplaris continetur ſub vulgari expreſſa facta filio inſtituto mente capto, vel aliter laboranti.*

2. *Subſt. pupillaris tacita, quare contineatur ſub vulgari expreſſa.*
3. *.. tacita exemplaris cenſetur facta etiam ſi defectus poſtea ſuperueniat.*
4. L. humanitatis, *procedit etiam in muto, & ſurdo à natura.*
5. *Subſt. exemplaris hodie poteſt fieri, nulla licentia impetrata à Principe.*
6. *Subſt. exemplarem poſſunt facere ambo parentes.*
7. *Legitima ab vtroque parente debet filio relinqui antequam fiat exemplaris ſubſtitutio.*
8. *In bonis maternis ſuccedunt proximiores ex parte matris, & in bonis paternis proximiores ex parte patris.*
9. *Subſtituti exemplariter à patre, & à matre quomodo ſuccedant in bonis aliunde prouenientibus.*
10. *Teſtatorem poſſe decedere cum pluribus teſtamentis.*
11. *Subſtitutio pupillaris poteſt fieri impuberi mente capto.*
12. *Subſtitutus pupillariter à patre eſt praferendus, & ceſſat poteſtas ſubſtituendi exemplariter.*
13. *Subſtitutus pupillariter, quomodo differat ab exemplariter ſubſtituto.*
14. *Mater non excluditur per ſubſtitutionem exemplarem tacitam.*
15. *.. in exemplari expreſſa an præteriri poſſit.*
16. *.. affirmatiua opinio eſt verior.*
17. *Subſtitutio vulgaris in bonis teſtatoris comprehendit exemplarem tacitam.*
18. *Subſt. exemplaris tacita reſultat ex vulgari facta muto, & ſurdo.*
19. *Subſtitut. directa poteſt induci ex coniecturis.*
20. *.. exemplaris reſultat à qualitate defectus, & infirmitatis expreſſa in inſtitutione.*
21. *Expreſſum dicitur, quod reſultat à verbis expreſſis.*

IAM ſatis ab aliis Doctoribus de
exemplari ſubſtitutione ſcriptum
eſt, & omnia à moderuioribus re-
petita, propterea reſtrinxi mate-
riam ad iſtos duos articulos, qui
frequentiùs in foro verſari ſolent. Et in hoc pri-
mo articulo, pro regula conſtituendus eſt primus
1. caſus, quòd ſi pater filio furioſo, † & mente
capto, ita ſubſtituit vulgariter, ſi filius meus hæ-
res non erit, ſubſtituo Cæſarem, & ſi contingat fi-
lium prædictum in furore, & dementia decedere,
Cæſar ſubſtitutus filio cenſetur per exemplarem,
Bartol. *in l. ex facto, numer.* 13. *ff. de vulgar. & pu-
pill.* Salyc. *in l. humanitatis. verſ. quæro quintò. C.
de impuber. ſubſtit.* Ripa *in d. l. ex facto, numer.* 77.
qui atteſtatur eſſe communem opinionem, Ruin.
in conſil. 103. *numer.* 7. *volumin.* 2. Cephal. *in conſil.*
423. *numer.* 98. *&* 112. *volumin.* 3. Menoch. qui
alios refert, *in lib.* 4. *præſumpt.* 41. quoniam ſicut
2. in ſubſtitutione † vulgari expreſſa facta filio im-
puberi lex coniecturam facit ineſſe tacitam pupil-
larem, *l. iam hoc iure. ff. de vulgari*, propter bene-
ficium pupilli, cui lex interpretatur ita patrem pro-
uidere voluiſſe, ita etiam ſubſtituendo filio fu-
rioſo, & dementi per vulgarem, lex interpretatur,
vt eueniente caſu furoris, & dementiæ, in qua filius
mortuus fuerit, ſubſtitutus admittendus ſit per
exemplarem. Nam ſicut ob infirmitatem conſilij,
lex interpretatur, patrem etiam pupillariter ſub-
ſtituere voluiſſe impuberi conſilio carenti, ita pa-
riter propter eandem rationem interpretandum
eſt ex mente legis, vt pater etiam voluerit facere
teſtamentum pro filio furioſo, & mente capto, qui
iudicio caret, & propterea diſpoſuit Imperator *in
d. l. humanitatis. C. de impuber. ſubſtit.* vt ſubſtitutio
exemplaris in ſui natiuitate, cenſeatur producta
ad inſtar pupillaris, nam hæc procedit propter de-
fectum conſilij prouenientem ratione ætatis; exem-
plaris verò procedat propter defectum conſilij
prouenientem ratione infirmitatis mentis, & ita
procedant ex diuerſo fonte. Item cùm exemplaris
introducta fuerit ad exemplum pupillaris; Docto-
res interpretati fuere hanc coniecturam, vt pater
prouidere voluiſſet filio furioſo, vel mente capto
in omni tempore; & ita etiam ſi furor, vel demen-
tia † ſuperuenerit poſt conditum teſtamentum, 3.
& poſt vulgarem ſubſtitutionem à patre factam.
Ripa *in d. l. ex facto, numer.* 77. *ff. de vulgari.* Lan-
cellot. Polit. *in tract. de ſubſtit. titulo de exemplari,
num.* 3. *verſ. Ego verò.* Zaſius *de ſubſtit. cap.* 3. *de exem-
plari, num* 8.

Primò declaratur iſte caſus, vt non ſolùm pro-
cedat in mente capto, prout loquitur *d. l. huma-
nitatis*, † ſed etiam in muto, & ſurdo, à natu- 4.
ra, qui teſtari non poteſt. *l. diſcretis. C. qui teſtam.
fac. poſſ.* & ideo ex identitate rationis diſpoſitio
d. l. humanitatis, procedit in muto, & ſurdo, vt
firmarunt Bald. Paul. de Caſtr. Bartol. Immol.
Alexand. & alij *in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill.*
Ruin. *in conſil.* 103. *in princip. volum.* 2. Mantic. *de
coniectur. lib.* 5. *titul.* 16. *numer.* 10. vbi atteſtatur
de communi, & Iaſ. *in d. l. ex facto, numer.* 39.
atteſtatur etiam de communi, quos ſequutus eſt
Riminald. iun. *in conſil.* 541. *numer.* 23. *volum.* 5.
& in conſil. 736. *numer.* 4. *volum.* 7. & Menoch. *in
conſil.* 303. *volum.* 4. eandem ſequutus eſt Gomeſ.
in tomo 1. *var. reſolut. cap.* 6. *numer.* 5. Politus *in
tit. de ſubſtit. exemplari, numer.* 10. Zaſ. *in titul. de
exemplari, columm.* 1. & Benedi[ct]. Capra *in ſuis re-
gulis. tit. de exemplari*, addit, rationem d. diſpoſitio-
nis reſpectu mente capti, eſſe generalem, & com-
prehendere omnes ſuas ſpecies, & idcirco etiam
mutum & ſurdum à natura, in quo militat eadem
ratio.

Secundò declaratur, nam diſpoſitio *d. l. ex facto.
ff. de vulgari*, vbi quòd vt exemplaris poſſit fieri, † 5.
debet impetrari facultas à Principe, hodie non eſt
neceſſaria, quoniam Iuſtinianus *in d. l. humanita-
tis*, conceſſit parentibus, vt dictam exemplarem fa-
cere potuiſſent, ita vt hodie neceſſaria non ſit im-
petratio licentiæ à parentibus obtinenda, & ita
firmarunt Zaſius, & Politus allegati in præce-
denti declaratione, & alij plures allegati à Vaſ-
quio *in libr.* 2. *de ſucceſſ. reſolut.* §. 17. *numer.* 75.
Neque *d. l. ex facto*, principaliter diſponit ſuper d.
facultate obtinenda, quia tunc *d. l. humanitatis*,
videretur inſerta in compilatione ad correctio-
nem *d. l. ex facto.* Sed nos ſæpiùs probauimus nul-
lam legem eſt in Codice, quæ corrigat aliquam le-
gem Digeſtorum; ſed *d. l. ex facto*, principaliter
diſponit, an d. ſubſtitutio exemplaris adhuc duret,
ſtante conceſſione Principis, ſi ille, cui facta fuit,
ſuſceperit liberos, ita vt conceſſio principis ibi
emendatiuè narretur, & poſtea fuit compilata *d.
l. humanitatis*, quæ principaliter diſponit ſuper fa-
cultate parentibus conceſſa.

Tertiò declaratur, nam ſi filius mente captus,
vel furioſus, aut ſurdus, & mutus à natura ha-
beant patrem, † & matrem, quia ſinguli eorum ſe- 6.
paratim poſſunt facere teſtamentum, ideo ſinguli
eorum ſeparatim poſſunt facere ſubſtitutionem
exem

exemplarem dictis filiis tales morbos patientibus,
& quòd vterque poſſit, probat Bartol. in d. l. ex
facto, numer. 36. dum quærit, vter ex ſubſtitutis
à patre, vel à matre præferatur, & hanc etiam te-
net Ripa ibi numer. 93. & ſeq. & Craſſ. in d. l.
humanitatis, numer. 4. & ibi Alex. numer. 47. Iaſ.
numer. 47. Corn. numer. 9. qui etiam atteſtatur
eſſe communem opinionem, quos etiam refert
Vaſquius de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. §. 17. numer. 40.
licèt ipſe diſſentiat ab hac communi. Quod po-
teſt confirmari, nam vterque parens in ſuo teſta-
7. mento tenetur relinquere † legitimam filio; ergo
dum idem diſponitur in d. l. humanitatis, in verſ.
legitima portione, & ita ibi firmarunt gloſſ. & Alex.
numer. 3. Corn. numer. 8. Angel. Immol. & Cu-
manus in d. l. ex facto, & ibi Ripa numer. 75.
Ioan. Fab. in §. qua ratione. Inſtit. de pupill. ſubſtit.
neceſſariò ſequitur, quòd vterque poſſit facere
ſubſtitutionem exemplarem filio ſuo, quo caſu,
quia d. l. humanitatis, diſponit, vt eidem filio ita
laboranti debeat ſubſtitui, vel eius filius ſi habet,
vel eius frater, ſi illo caret. Idcirco frater vteri-
nus ſubſtituendus eſt à matre, quoniam ſucceſſio
ex teſtamento regulatur à ſucceſſione ab inteſtato;
ſed ab inteſtato in bonis acquiſitis à linea materna
8. ſuccedunt proximiores † ex parte matris, & in
bonis à linea paterna proximiores ex parte patris.
l. quod ſcitis. C. de bonis quæ liber. & latiùs de hoc
ſcripſi ſuprà in parte 1. quæſt. 24. articul. 4. & ibi
etiam probatur quòd d. l. quod ſcitis, non eſt corre-
cta per auth. defuncto. C. ad Tertull. Sed ſi is, cui
9. ſubſtitutio † exemplaris facta eſt, haberet bona
aliunde acquiſita, & eſſet in poteſtate patris, præ-
ferretur ſubſtitutus à patre, quia in eo concurreret
duplicitas vinculi, quæ ſemper præponderat, Auth.
itaque. C. commun. de ſucceſſ. §. ſed hodie. Inſtit. de adopt.
§. ſi igitur. Auth. de conſanguin. & vterinis fratribus,
per quam regulam ita in puncto probat Intrigliol.
de ſubſtit. centur. 2. quæſt. 33. num. 17. & ſeq. ſi verò non
eſſet in poteſtate patris, tunc reſpectu bonorum a-
liunde acquiſitorum concurreret vterque ſubſtitu-
tus, & hanc eſſe communem opinionem probat
Craſſ. in §. ſubſtitutio. quæſt. 45. num. 7. in fin. Gomeſ.
in tomo 1. var. reſolut. cap. 6. num. 13. quia vterque ſub-
ſtitutus paris conditionis exiſtit, Bartol. in d. l. ex
facto, num. 37. Benedict. in cap. Raynutius. part. 2. in
materia exemplaris, num. 39. Oddus in præludiis com-
pendioſæ. part. 5. quæſt. 9. circa finem, vbi atteſtatur eſſe
communem Trentacinq. de ſubſtit. part. 3. cap. 3.
numer. 9. & ſeq. Intrigliol. in d. quæſt. 33. in fine, qui
alios referunt. Neque obſtat conſideratio Vaſquij
in d. lib. 2. de ſucceſſ. progreſſ. §. 17. numer. 40. verſ. ſe-
queretur, vbi quòd tunc ſequeretur quem poſſe de-
10. cedere † in duobus teſtamentis, quia hoc non eſt
inconueniens reſpectu duplicis patrimonij, Bald.
in d. l. humanitatis, num. 35. C. de impuber. ſubſtit. & ita
dicimus in filio arrogato, vt omnes ſcribunt, in l. ſi
arrogator. ff. de adopt. Immò Benedictus in d. cap.
Raynutius. part. 2. ver. ſi abſque liberis, in 2. in ma-
teria exemplaris, numer. 13. de teſtamentis, dicit,
quòd ſi dictus mente captus haberet etiam pa-
trem arrogatorem, poſſet decedere cum tribus te-
ſtamentis.

Quartò declaratur, nam ſi is, cui poteſt fieri
exemplaris, eſſet impubes, & in poteſtate patris,
11. tunc ſola pupillaris † facienda eſt. Bartol. in d.
l. ex facto, & ibi Alexand. numer. 31. atteſtatur
eſſe communem, Iaſ. numer. 22. Ripa numer. 6.
Paul. de Caſtr. numer. 20. Coraſ. in d. l. humani-
tatis, numer. 10. Benedict. Capra de ſubſtit. exem-
plari, numer. 50. Vaſquius de ſucceſſ. progreſſ. d. §.
17. numer. 98. atteſtatur etiam de communi, licèt
ipſe diſſentiat, Oddus de compendioſ. in præludiis.
part. 4. quæſt. 4. Suarez in Additionibus ad Gomeſ. in
tomo 1. cap. 6. numer. 10. atteſtatur eſſe commu-
nem, licèt ipſe diſſentiat, & ratio pro communi
eſt valdè potens, quoniam defectus naturæ, ſcili-
cet pupillaris ætas, præualere debet accidentali
ipſius morbi, effectus eſt maximus, quia tunc
ſubſtitutus à patre pupillariter † eſt præferen- 12.
dus, & debet ceſſare poteſtas exemplaris, quæ eſt
introducta ad exemplum pupillaris, id eſt, vbi
hæc fieri non poteſt. Item quia per pupillarem
poteſt ſubſtituere † quem vult, etiam extra- 13.
neum, & ſubſtitutus committitur ad omnia bo-
na pupilli vndecumque per eum acquiſita, ſed
pater per exemplarem non poſſet inſtituere ex-
traneum, niſi in defectum filiorum inſtituti, vel
eius fratrum. Item nec poſſet in bonis mater-
nis, ſi ipſa mater alterum feciſſet ſubſtitutum
in ſuis bonis, vt dixi in præcedenti declara-
tione.

Quintò declaratur, nam d. exemplaris † tacita 14.
non excludit matrem. Bartol. in l. ex facto, num. 35 ff.
de vulgar. & ibi Alex. num. 47. qui atteſtatur eſſe
communem opinionem, Rip. num. 85. Oddus in præ-
lud. compendioſæ. part. 4. quæſt. 9. verſ. tertius. Craſſ.
in §. ſubſtitutio. quæſt. 50. num. 2. Ita vt mater ſem-
per ſit præferenda ſubſtituto vulgariter, ſub cu-
ius ſubſtitutione poſſet cõprehendi dicta exempla-
ris tacita. Bald. de ſubſtit. in materia exemplaris, nu-
mer. 21. Mantic. de coniectur. lib. 5. titul. 16. num. 21.
& alij plures ad hoc relati per Intrigliol. in d. cen-
tur. 2. quæſt. 32. quia dicta exemplaris eſt inducta
ad inſtar pupillaris, ſed tacita pupillaris in vulga-
ri comprehenſa non excludit matrem; ergo nec
exemplaris tacita in vulgari comprehenſa illam
excludet, & idem eſt in omnibus caſibus, in qui-
bus pupillaris non excludit matrem. Item in aliis,
in quibus tacita pupillaris ſub vulgari comprehen-
ſa excludit matrem, ex coniecturis, in eiſdem caſi-
bus, & per eaſdem coniecturas tacita exemplaris
excludet matrem, licèt hæc opinio videatur dubi-
tabilis ſecundùm eos, qui affirmarunt, matrem † 15.
in exemplari expreſſa præteriri non poſſe, ſed poſt
filios, & fratres, ſubſtituendam eſſe. Iaſ. in d. l. ex
facto, numer. 43. Gomeſ. in tomo 1. var. reſolut. cap. 6.
numer. 7. ſicut poteſt in pupillari, l. Papinianus. §.
ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam. Bartol. in l. 2.
num. 31. ff. de vulgari. Nihilominus contraria opinio
eſt verior, quòd ipſa mater in expreſſa exemplari
ita poteſt præteriri, † ſicut in pupillari, Bartol. in d. 16.
l. ex facto. num. 30. ff. de vulgari, & pupill. Craſſ. in §.
ſubſtitutio. quæſt. 47. num. 2. in fin. Ripa in d. l. ex facto.
num. 85. Oddus in prælud. compend. part. 4. quæſt. 8.
verſ. quoad ſecundum, Zaſ. in materia exemplaris, n. 8.
Couar. in cap. Raynutius. §. 6. num. 6. omnes atteſtan-
tur de communi, & cæteros referunt, atque reſpon-
dent contrariis.

Secundus caſus eſt, quando teſtator filio muto,
& ſurdo, vel mente capto inſtituto in bonis ſuis †, 17.
ſubſtituit Titium, hoc caſu in hac vulgari expreſſa
cõtinetur exemplaris tacita. Neque obſtat quòd in-
ſtitutio facta fuerit de bonis teſtatoris, & ita etiam
ſubſtitutio, & ita ſubſtitutio vulgaris, quæ dici-
tur facta in bonis teſtatoris, non poteſt continere
exemplarem, quæ dicitur facta in bonis laboran-
tis, quia etiam in pupillari, quando pupillo inſti-
tuto in bonis teſtatoris datur ſubſtitutus vulgaris,
iſta continet tacitam pupillarem. Nec adhibetur

differentia, an teſtator dixerit, ſi ſubſtituit, ſigni-
ficando vulgarem, vel dixerit, eidem ſubſtituit,
ſignificando pupillarem, Bartol. *in l. centurio. n. 31. ff. de vulgari*, Iaſ. *num. 55.* Alexand. *in conſil. 1. num. 8. vol. 1.* & ita etiam probat Rimin. iun. *in d. conſil. 541. col. pen. vol. 5.*

18. Tertius caſus eſt, vbi ex verbis † expreſſis in diſ-
poſitione teſtatoris, poteſt colligi coniectura, quòd
voluerit facere ſubſtitutionem exemplarem, tunc
licèt expreſſerit tantùm ſubſtitutionem vulgarem,
tamen continetur tacita exemplaris, quoniam di-
19. recta † ſubſtitutio, etiam ex coniecturis inducta di-
ci poteſt, Alex. *in conſil. 91. col. 6. verſ. & licet. vol. 1.*
Idem & Iaſ. *in l. poteſt. num. 9. ff. de acquir. hæredit.*, &
ibi Iaſ. arguit, quia tenendo opinionem contrariam,
non poſſet dari tacita pupillaris, quæ reſultat ex
ſubſtitutione vulgari facta filio impuberi inſtituto.
Quamobrem, ſi teſtator inſtituto filio ſurdo, &
muto, vel mente capto, eidem ſubſtituerit, dicta
exemplaris tacita cenſetur ineſſe ſub vulgari ex-
20. preſſa, propter qualitatem † defectus, & infirmi-
tatis, quæ indigebat exemplari, quia verba ſemper
ſunt interpretanda ſecundùm qualitatem perſonæ,
cui applicantur. *l. plenum. §. equitij. ff. de vſu, & habi-
tat.* Imò ſecundùm ſubiectam materiam, in qua
proferuntur, *l. damni infecti ſtipulatio. ff. de damn. in-
fecto.* Item verba impropriantur, vt ſeruiant mate-
riæ, *l. ſi vno. ff. locati. l. inſulam. ff. de præſcript. verb. l.
ſi olei*, & *ibi* Bartol. *in fin. de locato*, & hanc eſſe ſuf-
ficientem coniecturam latè probat Riminald. iun.
*in conſil. 541. numer. 29. & ſeq. & in conſil. 542. nu-
mer. 27. & ſeq. vol. 5.* Bald. *in l. final. num. 9. C. de hæred.
21. inſtit.* dicit, quòd vbi ab expreſſo † ſequitur taci-
tum, illud dicitur expreſſum, Tiraquell. *in l. 5. con-
nubiali, num. 172.* Menoch. *de arbitrar. caſu 286.
numer...* Sed hæc tacita exemplaris reſultat ab ex-
preſſa vulgari facta muto, & ſurdo, vel mente capto
verbis expreſſis; ergo illa coniectura dicitur tam-
quam expreſſa, ita arguit Rimin. iun. *in conſil. 736. num. 93. vol. 7.*

ARTICVLVS II.

Vtrùm poſt aditam hæreditatem locum habeat ſubſtitutio exemplaris facta mente capto, vel fideicommiſſaria.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutio compendioſa reſtricta ad tempus exemplaris, non continet fideicommiſſariam.*
2. *..idem ſi reſtricta ſit ad tempus pupillaris ætatis.*
3. *Genus reſtringitur per enumerationem ſpecierum.*
4. *Fideicommiſſum non habet effectum ſi compendioſa facta furioſo verificabitur in furore.*
5. *Subſtitutio facta dementi in ſuis bonis non eſt fideicommiſſaria.*
6. *Subſtitutio facta furioſo in ſuis bonis eſt exemplaris, non autem fideicommiſſaria.*
7. *Ancharan.* in conſil. 8. *communiter reprobatur.*
8. *Subſtitutio facta furioſo, ita vt ſibi hæredem fecerit, non eſt fideicommiſſaria.*
9. *..cenſetur facta quæ conuenit perſonæ, & numer. 11.*
10. *Inſtitutionis qualitates, quando cenſeantur repetitæ in ſubſtitutione.*
12. *Subſtitutio ita debet iudicari, cuius forma obſeruata eſt.*
13. *Verba ſuperflua ſunt reiicienda, quando obſtat de mente teſtatoris.*
14. *Subſtitutio facta furioſo vulgariter & per fideicommiſſum, non continet exemplarem.*
15. *..contrarium eſt verius.*
16. *Subſtitutio vulgaris, & exemplaris in ea contenta, item fideicommiſſaria, quomodo cenſeantur ordinatæ à teſtatore.*
17. *Subſtitutio exemplaris, ſicut alia quæuis directa, inducitur etiam ex coniecturis.*
18. *Subſtitutio fideicommiſſaria contenta ſub compendioſa, non excludit, quin ſub ea etiam exemplaris contineri poſſit.*
19. *In ſubſtitutione exemplari an poſſit grauari mutus, & ſurdus.*
20. *..ſatis eſt ſi filij, vel fratres ſubſtituantur in certis bonis.*
21. *Subſtitutio vulgaris, & per fideicommiſſum cum prohibitione alienationis non excludit ſubſtitutionem exemplarem.*
22. *Legitima etiam continetur ſub prouiſione fauorabili facta filiis.*
23. L. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament. *in quibus caſibus non habeat locum.*
24. *Subſt. exemplaris continetur ſub compendioſa facta vt etiam bona vendantur, & diſtribuantur pauperibus.*
25. *..continetur etiam ſub compendioſa ſi deceſſerit ſine filiis, & ab inteſtato.*

QVANDO teſtator, filio, cui exemplariter ſubſtitui poteſt, inſtituto, dixerit, quandocumque deceſſerit, vel etiam addendo conditionem, ſine filiis, aut alia verba, ſubſtituo talem, tunc vtrùm durante furore poſt aditam hæreditatem, locum habeat vt exemplaris, vel vt fideicommiſſaria, ſæpe in foro controuerti conſueuit; ſed vt articulus latiùs exaretur, plures caſus explicandi ſunt.

Primus caſus eſt, ſi teſtator inſtituto filio ſurdo,
vel mente capto dixerit, quandocumque deceſſerit
in mutitate, & ſurditate, vel in furore, ſubſtituo ta-
lem; tunc hæc ſubſtitutio † eſt compendioſa, quæ 1.
non continet fideicommiſſum, quia eſt reſtricta ad
tempus infirmitatis: ſicut ſi dixerit, quandocumque
decederet in ætate pupillari, non continet fidei-
commiſſum, quia eſt reſtricta ad tempus pupillaris
ætatis †, ita firmarunt Bald. *in l. precibus in 11. no-* 2.
tab. verſ. vnum etiam aduerte. C. de impub. ſubſtit. quem
refert, & ſequitur Socin. *in conſil. 116. column. 2.*
Doct. *in l. precibus*, vbi Bald. *vol. 1.* Idem Bald *in conſ.
122. n. 2. vol. 1.* Corn. *in conſil. 297. col. 2. verſ. in tantum
quòd.* Baldus *vol. 1.* Socin. iun. *in conſil. 103. n. 7. vol. 1.*
& alij per Menoch. *in conſil. 846. n. 18. vol. 9.* vbi quòd
dicta compendioſa propter dictam reſtrictionem
poteſt continere plures ſubſtitutiones, ſed non cõ-
tinebit fideicõmiſſariã, quoniã enumeratio ſpecie-
rum † reſtringit genus, ex regula *l. cohæredi. §. qui pa-* 3.
*trem. ff. de vulgari, & pupill. l. alimenta. §. baſilica ff. de a-
liment. & cib. legat. cap. generi. de regul. iur. lib. 6.* Sed hic
enumeratæ ſunt plures ſpecies, nã reſtringendo cõ-
pẽdioſã ad pupillarẽ, tacitè enumerauit vulgarẽ, &
exemplarem,

exemplarem, quæ ſunt inſimul compatibiles, non
autem fideicommiſſariam, ita argumentatur Bald.
in conſil.20. colum. 2.verſ. ſecunda ratio. volum.3. Imò
etiam ſi ſubſtitutio compẽdioſa eſſet facta per ver-
ba excedentia tempus furoris, vel dementiæ, aut
ſimilis morbi, vt quia dictum fuiſſet, quandocum-
que decederet, etiam poſt furorem, vel poſt demẽ-
tiam, ſi tamen caſus venerit in ipſo furore, vel in
ipſa dementia, aut ſimili morbo, fideicommiſſum
4. eſt † nullius validitatis, vt *ibidem* probat Socin.
iun. *in d. conſil. 103. num. 7. verſ.& idem.volum.1.*

Secundus caſus eſt, ſi teſtator inſtituto filio de-
5. mente, vel mente capto in ſuis bonis, † dixerit,
quandocumque deceſſerit, ſubſtituo Caium, tunc
ſi decederet in dementia, habebit locum exempla-
ris, non autem fideicommiſſaria, quoniam dicta
verba, in omnibus ſuis bonis, dicta ſunt in inſtitu-
tione, non autem in ſubſtitutione, aliàs ſequeretur,
quòd nunquam exemplaris, nec pupillaris habe-
ret locum in compendioſa, quia Notarij ſemper
huiuſmodi verba ita apponere conſueuerunt, &
ita reſpondet Socin. iun. *in d. conſil. 103. num.8.vol.*
1. & licèt Dec. *in conſil. 371. num. ..* defendat, per
6. dicta verba, in ſuis bonis, † non poſſe eſſe exem-
plarem, ſed tantùm fideicommiſſariam, ſequendo
doctrinam Anchar. *in conſil.8.* Tamen Ruin. *in conſil.*
103. num.3.verſ.& ex prædicta deciſione. vol.2. qui re-
ſpondet in eadem facti ſpecie; & pro eadem parte
cum Decio, reprobat illius rationem, & reſpondet
etiam, pro vt Socin. iun. *in d.conſil.103. num.8.* ean-
dem etiam ſequitur Menoch. qui reſpondet in ea-
dem facti ſpecie pro altera parte *in conſil. 303.num.*
54.vol.4. & Riminald. iun. *in conſil. 541. col. pen. vol.*
5.& in conſil. 736. num.57. & plur.ſeq.vol.7. vbi la-
tiùs in iſta reſponſione ſe diffudit. Item doctrina
7. Anchar. † *in d.conſil. 8.* quam ſequitur Dec. non eſt
recipienda, prout dicit Alexand. *in addition.ad Bar-*
tol. in l.ſi ita.§. qui filio. ff.de bonor.poſſeſſ.ſecund.tabul.
& Matheſilan. *in ſingular.151.* quos refert, & ſequi-
tur Menoch. *in conſil.846. numer.16. verſ. non obſtat*
quartum.vol.9. Imò Bald. *in conſil.20.vol.3.* qui reſpõ-
det in eadem facti ſpecie, de qua Anchar. *in d.con-*
ſil.8. dicit, hæc verba, *ſubſtituit in omnibus bonis ſuis,*
ſignificare directam ſubſtitutionem, hoc eſt, exem-
plarem, & ad probandum hunc caſum plurimos
allegat Menoch. *in d. conſil. 846. numer. 17.* & con-
ferunt etiam ſcripta per Cephal. *in conſil. 689.num.*
3. vol.5.

Tertius caſus eſt, ſi teſtator inſtituto ita labo-
8. ranti, † ſubſtituit ſibi, vel ſuum hæredem fecit
Caium, hoc pronomen *ſibi*, non poteſt referri ad
teſtatorem, & ideo non poteſt dici ſubſtitutio fi-
deicommiſſaria, ſed exemplaris reſpectu laboran
tis inſtituti, quoniam ſubſtitutio non habet reſpe-
ctum ad teſtatorem, ſed ad inſtitutum, vt probat
Socin. iun. *in d. conſil.103. n. 10. vol.1.* Nam quan-
do teſtator expreſſis verbis inſtituit mente captum,
vel ſimili morbo laborantem, tunc ei ſubſtituen-
9. do cenſetur feciſſe illam ſubſtitutionem, † quæ ſi-
bi conuenit, videlicet exemplarem. Nam dictio, *ei*,
10. vel dictio, † *dicto*, repetit omnes qualitates inſtitu-
tionis præcedentis, Bartol. *in l.ſi quis ſeruum. §. fi-*
nal. de legat.2. & in l.1.§. final. ff. ſi famil. furt. feciſſ.
dic. & in l.ſanctio legum. ff. de pœnis. Ruin. *in conſil.*
182.num. 17. volum.1.& in conſil.139.num.15.vol.5.
Socin. iun. *in conſil. 139. numer.10.vol.1.* ergo quali
tas dementiæ, vel furoris, vel mutitatis apppoſita in
inſtitutione, cenſetur repetita in ſubſtitutione fa-
cta ei, vel dicto inſtituto, & ita potiùs debet iu
dicari ſubſtitutio exemplaris directa, quàm fidei

commiſſaria. Nam ſubſtitutio † debet iudicari, pro 11.
vt verba ipſius conueniunt perſonis. *cap. ſi pater. de*
teſtam. lib. 6. in verſ. præmiſſæ namque ſubſtitutiones, &
notatur *in l.verbis ciuilibus. ff. de vulgari,* Dec. *in l. in*
teſtamento. num.9. C. de milit. teſtam.& in conſil. 572.in
fin. Socin. iun. *in conſil.128. num. 192. vol. 1.* Socin.
ſen. *in l. centurio, numer. 21. in fin. ff. de vulgari.* Tira-
quel. *in l.ſi vnquã.in ver. reuertatur,num.209. C.de re-*
uoc.donat. qui probat ſemper in ſubſtitutionibus eſ-
ſe faciendam interpretationem, quæ conueniat ver-
bis, & perſonis, per *d. cap.ſi pater,* quæ dictio ſem-
per conſtituit regulam, ideo complectitur omnem
caſum, & omnem ſubſtitutionem. *l.1.& ibi* gloſſ. &
Doctor. *ff. ſolut.matrim.* Tantò magis ſi dicto inſti-
tuto ita laboranti ſubſtitutus eſt eius filius, vel fra-
ter, † quia tunc obſeruata fuit forma *d l.humanita-* 12.
tis. C. de impuber. ſubſtit. & diſpoſitio ſemper eſt iu-
dicanda ab eius forma, quæ obſeruata fuit, Alciat.
de præſumpt. regul. 3. præſumpt.36. in fin. Aretin. *in l.*
1. §.ſi quis ita, num.18. ff. de verb. obligat. Imò etiam
ſi dicta verba poſſent importare duas ſubſtitutio-
nes, videlicet vulgarem, & fideicommiſſariam, ta-
men quia vulgaris expreſſa continet exemplarem
tacitam, vt probaui in primo articulo huius quæ-
ſtionis, quando eſt facta muto, & ſurdo, vel ſimili
morbo laboranti, ideo iudicanda eſt exemplaris,
vt probat Menoch. *in d.conſil. 503. num.21.volum.4.*
& ideo hoc caſu non procedit doctrina Bartoli *in*
l. cùm in teſtamento. ff. de aur. & arg. legat. quia nos
ſumus in claris, & illa doctrina intelligitur in
dubio. Et cùm conſtet voluiſſe facere exemplarem,
illæ dictiones, ei ſubſtituit, vel ſuum hæredem fe-
cit, vel ſimiles clauſulæ quæ poſſent habere rela-
tionem ad teſtatorem, † tanquam ſuperfluæ, omni- 13.
nò ſunt reiiciendæ, gloſſ. *in l.1. ver. Caius. ff. de vul-*
gari, Bald. *in l. precibus. num.60. C. de impuber. ſubſtit.*
& alij plures ad hoc allegati per Menoch. *in conſil.*
362.num.24. & ſeq.vol. 3. vbi quòd non excluditur
pupillaris, licèt ſubſtitutio ſit reſtricta ad bona te-
ſtatoris, Mantic. *lib. 5. tit. 7. num. 5. & ſequent. &*
num.12. vbi idem dixerit, ſubſtituo in bonis meis, vel
in hæreditate mea.

Quartus caſus eſt, quando teſtator inſtituto ita
laboranti ſubſtituit vulgariter, † & per fideicom- 14.
miſſum, hæc ſubſtitutio non videtur poſſe conti-
nere exemplarem, quoniam expreſſum facit ceſſare
tacitum, præſertim ſubſidiarium, quod eſt intro-
ductum in defectum prouiſionis expreſſæ. *l. cùm ex*
filio. §. 1. ff. de vulg. & pupill. l.ex facto. §. item quæro.
ff. eod. Ruin. *in conſil.103. in fin.vol.2.* Dec. *in d. con-*
ſil. 371.n.6. Roland. *in conſil.68.n.68.verſ. octauò acce-*
dit. vol.4. Tantò magis, quia ſubſtitutio vulgaris
non inducitur, niſi adſint verba expreſſa illam ſi-
gnificantia. Bald. *in l. vnic. §. pro ſecundo,num.8. C.*
de caduc. toll. Rip. *in l. 1. num.38. & in l.centurio.num.*
38. ff. de vulgari, Alexand. *in conſil.14. col.final.vol.4.*
Menoch. *in d.conſil.303.num.6.* vbi quòd enumeratio
ſpecierum reſtringit caſus ad expreſſos tantùm.

Contraria opinio eſt † verior, & communis, quòd 15.
dicta ſubſtitutio contineat exemplarem, Bald. *in d.*
l.humanitatis. col.13. C. de impuber. ſubſtit. verſ. ſed pone
furioſo, vbi quòd ſi teſtator fecerit fideicommiſſa-
rium, & exemplarem furioſo, & curator furioſi pe-
tiit ſecundùm tabulas, & ita vulgaris expirauit. *l.*
cùm hæres. ff. ad Trebell. tamen exemplaris in ea con-
tenta perſeuerat, quæ doctrina decidit iſtum ca-
ſum, & hanc doctrinam ſequitur Riminald. iun. *in*
conſil.542.num.39.vol.5. & in d. conſil. 736. num. 80.
& ſeq. vol. 7. vbi probat multò fortiùs procedere,
quando teſtator priùs feciſſet vulgarem, & deinde
fidei

fideicommiſſariam, prout in hoc caſu præſupponi-
16. mus, & *num.* 85. addit rationem, quia vulgaris, †
& exemplaris ſub ea contenta, item fideicommiſſa-
ria non ſunt ordinatæ à teſtatore, vt quælibet ea-
rum ſimul, & eodem tempore concurrant, & locum
habeant; ſed ita ſi inſtitutus in morbo hæres non
eſſet, quia fortè morte præuentus, non potuit; ſi ve-
rò hæres extiterit, & in ipſo furore, vel ſimili mor-
bo decederet, haberet locum exemplaris; ſi verò li-
beratus ab illis defectibus vel Dei gratia, vel hu-
mana prouidentia operante, tunc haberet locum
fideicommiſſum, & hanc opinionem probauit etiã
idem Riminald. *in conſil.* 541. *& in conſil.* 542. *volum.*
5. quæ tria conſilia omnia ſunt ſuper hoc eodẽ ca-
ſu, Menoch. *in d. conſil.* 303. *num.* 38. *verſ. quartus ca-
ſus, volum.* 4. vbi quòd teſtator etiam poſt ſana-
tum morbum voluit ſibi prouidere de fideicom-
miſſaria, Cephal. *in conſil.* 689. *num.* 56. *& ſeq. vol.* 5.
vbi in hoc caſu reſpondet Dec. *in cõſil.* 371. & Ruin.
in d. conſil. 103. *vol.* 2. & Socin. *in conſil.* 103. *vol.* 1. qui
contrarium defendebant.

Neque obſtat ſupradicta reſtrictio cauſata ex
enumeratione ſpecierum, quia procedit, quando
ſub vna ex ſpeciebus enumeratis non contineretur
exemplaris, pro vt in caſu noſtro probatum eſt ſub
vulgari illam contineri, & ita reſpondet Menoch. *in
d. conſil.* 303. *num.* 50. *volum.* 4. & quòd ſubſtitutio
17. exemplaris † ſicut quælibet directa poſſit induci ex
coniecturis, etiam probaui, & latiùs probant Rim.
iun. *in d. conſil.* 541. & Menoch. *in d. conſil.* 303. *numer.*
45. *vol.* 4. *& in conſil.* 846. *num.* 5. *vol.* 9.

Quintus caſus eſt, ſi teſtator dixerit, quando-
cumque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Titium,
tunc certum eſt, iſtam eſſe compendioſam, & con-
tinere fideicommiſſariam, vt *l. precibus*, & *ibi* nota-
tur. *C. de impub. ſubſtit.* & probat Dec. *in d. conſ.* 371.
18. *num.* 5. quæ fideicommiſſaria † non excludit, quin
ipſa compendioſa poſſit continere exemplarem,
Menoch. *in d. conſil.* 303. *num.* 17. *& in d. conſil.* 846.
numer. 9. Cephal. *in d. conſil.* 689. *num.* 1. *&* 17. Et li-
cèt mutus, & ſurdus non poſſit grauari fideicom-
19. miſſo in exemplari, † ſicut nec pupillus poteſt in
pupillari, *l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. l. ex tri-
bus. C. de inoffic. teſtam.* & ita arguit Dec. *in d. conſil.*
371. *num.* 5. Tamen hoc procedit reſpectu legitimæ
illis debitæ; ſed in eo, quod eſt vltra legitimam
eiſdem relictam, grauamen imponi poſſe omnes af-
firmant, Bartol. & cæteri *in d. §. cum filiæ, & in d. l.
ex tribus*, & ſicut in eo poteſt grauari inſtitutus, ita
& ſubſtitutus, vt contra Dec. probat Coſta *in cap.
ſi pater, in ver. pupillares. col. final. de teſtam. lib.* 6. &
Gratus *in conſil.* 134. *num.* 20. *vol.* 1. probat nõn eſſe
neceſſe, quòd parentes ſubſtituant in totum deſcẽ-
20. dentes, † vel fratres, ſed ſatis eſt ſi in aliqua parte;
ergo in cætero quod ſpontè relictum eſt, grauamen
imponi poteſt.

Sextus caſus eſt, vbi teſtator muto & ſurdo in-
ſtituto ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum,
atque prohibuit bonorum alienationem, vt in fa-
21. milia conſeruentur, hæc diſpoſitio † non excludit
exemplarem ſub vulgari contentam, ita probat Ri-
min. iun. *in d. conſil.* 736. *num.* 69. *& ſeq.* quoniam
etiam ſurdus, & mutus poteſt alienare, & alios con-
tractus facere, Gomeſ. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 6. in
materia exemplaris, *num.* 5. ergo ſi dicta prohibitio
poteſt habere reſpectum ad exemplarem, nullo mo-
do debet referri ſolùm ad fideicommiſſum, cui im-
mediatè ſuperaddita fuit. Item quia dicta prouiſ-
22. ſio † fuit fauorabilis filio, idcirco etiam in legitima
fieri potuit. *l. filiis matrem*, & *ibi* Paul. de Caſtr. *C. de
inoffic. teſtam.* & probaui ſuprà *in quæſt... in articulo
de prohibitione alienationis facta filiis ad tempus*, &
Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 419. vbi repe-
tit † *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* probat 23.
præceptum de non alienando in ſimilibus caſibus
non eſſe reiiciendum, per *l. quoniam in prioribus.*
Quare hæc prohibitio ad vtramque ſubſtitutionem
reſpectiuè relationem habebit, & in ipſa exemplari
locum habere poſſe probat Berous *in quæſtione fa-
miliari* 87.

Septimus caſus eſt, vbi teſtator filio mente capto
inſtituto, ſi deceſſerit ſine filiis ſubſtituit Titium, &
illis deficientibus iuſſit bona ſua vendi, & diſtribui
pauperibus, hæc compendioſa † continet exẽpla- 24.
rem. Nam compendioſa facta pupillo, & ſubſtituta
pia cauſa, intra pupillarem decedente, eſt pupilla-
ris, etiam ſi ad bona teſtatoris reſtricta ſit, Bart. *in
l. centurio, num.* 21. *ff. de vulgari*, & *ibi* Angel. & Paul.
de Caſtr. & alij relati per Corn. *in conſil.* 189. *num.*
9. *& conſil.* 322. *num.* 9. *vol.* 3. & de hoc ſcripſi ſuprà
in articulis de compendioſa; ergo pariter contine-
bit exemplarem, Bald. *in conſil.* 20. *vol.* 3. vbi quòd
quando teſtator ſubſtituit piam cauſam in omnibus
bonis ſuis, ſignificat directam ſubſtitutionem, hoc
eſt, exemplarem, & hunc caſum probat Menoch. *in
d. conſil.* 846. *num.* 17. *& ſeq. vol.* 9.

Octauus caſus eſt, ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit
ſine filiis, & ab inteſtato, † ſubſtituo Titium, tunc 25.
etiam continebit exemplarem, nimirum vulgarem
ante aditam, exemplarem poſt aditam, ſi in furore
deceſſiſſet, & fideicommiſſariam ab inteſtato, ſi re-
ſipuiſſet, vel filios genuiſſet, in quibus caſibus fini-
tur exemplaris, & teſtamentũ non feciſſet, ita pro-
bat Cephal. *in d. conſil.* 689. *num.* 48. *&* 52. *vol.* 5.

QVÆSTIO XXXIV.

De ſubſtitutione, per ſex articulos diuiſa.

1. Subſtitutus vulgariter quando poſſit adire hæreditatem ante mortem inſtituti.
2. Subſtitutus pupillariter quid detrahere poſſit.
3. Subſtitutus exemplariter ad quæ bona admittatur.
4. Subſtitutus per fideicommiſſum quando, & quomodo agere poſſit.
5. Subſtitutus, per fideicommiſſum an, & quando excludat alias perſonas, vel ab illis excludatur.
6. Subſtitutus an excludat monaſterium, vel è contra.

ARTICVLVS I.

Subſtitutus vulgariter quando poſſit adire hæreditatem ante mortem inſtituti.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutus vulgariter quando poſſit capere ante mortem inſtituti.*
2. *.. quod eſt verius, quando eſt ſubſtitutus poſt mortem tertij.*

Inſti

INſtitutus poſt mortem alterius, ſi eſt perſona, quæ non poteſt deficere, ſicut eſt hoſpitale, vel Collegium, aut pia cauſa, poteſt adire hæreditatem
1. etiam ante mortem † primi inſtituti, ſicut eſt inſtitutus ad diem, poteſt ſtatim adire, & capere non expectata die, *l. hæreditas ex die. l. in tempus. ff. de hered. inſt.* & hanc opinionem tenet Bald. *in l. extraneum. C. de hæredib. inſtit. in quæſt. tertia.* vbi repellit tenentes contrariam partem, & dicentes quòd hoſpitale, vel Collegium poteſt deficere ante mortem vxoris inſtitutæ, probat Bald. hoc non eſſe verum, & latiùs hoc ſcribit Monteſperel. *in conſil. 236. per totum.* † Sed hoc intelligitur quando
2. fuit ſubſtitutus poſt mortem tertij, qui non fuit honoratus, vt probat Paul. de Caſtr. *in l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.* & Socin. iun. *in conſil. 87. num. 7. volum. 1.*

ARTICVLVS II.

Subſtitutus pupillaris, quid detrahere poſſit.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutus pupillariter ad quæ bona ſuccedat.*
2. *. . & quid ſi eſt pupillaris in re certa.*
3. *. . non detrahit legitimam, ſed Trebellianicam.*
4. *Fideicommiſſum quando cenſeatur iniunctum pupillo, vel eius ſubſtituto.*
5. *Subſtitutus pupillariter reſtituitur in integrum aduersùs immiſtionem pupilli.*
6. *Subſt. pupillaris facta in codicillis, quando trahatur ad fideicommiſſum.*

1. SVſtitvtvs † pupillariter ſuccedit ad omnia bona pupilli quomodolibet ad eum peruenerint, quoniam ſubſtitutio pupillaris eſt pupilli teſtamentum, & per eam ſucceditur pupillo, non autem patri, *l. moribus ff. de vulgari. cap. Raynutius, & c. Raynaldus. de teſtam. c. ſi pater de teſtam. lib. 6.* Quamobrem admittitur ad omnia bona, quæ ſiue à patre, ſiue à matre, vel aliunde ad illum peruenerint, *l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulgar.* Bartol. *in d. l. moribus, num. 30.* & *ibi* Iaſ. *num. 29.* Pariſ. *in conſil. 59. numer. 4. volum. 2.* Bero. *in conſil. 79. numer. 24. volum. 2.* Socin. *in conſil. 144.*
2. *num 6. volum. 1.* Idem eſt, ſi ſubſtitutio † pupillaris in re certa facta eſſet, quia nihilominus ſubſtitutus admittitur ad omnia. *l. cohæredes §. final. ff. de vulgar.* Iaſ. *ibi numer. 2.* qui alios refert, & *in d. l. moribus, num. 29.* Pariſ. *in d. conſil. 59. numer. 9.* qui dicit eſſe communem opinionem, Socin. iun. *in conſil. 121. numer. 15. & 18. volum. 1.* Cùm autem ipſe ſubſtitutus grauatus fuerit, dubitari ſolet, quid de dicta pupilli hæreditate detrahere poſſit, & omiſſis aliis detractionibus, quæ à quolibet hærede grauato fieri poſſunt, de quibus ſcripſi in præcedentibus, de duobus in hoc articulo dubitatur.

3. Primus caſus eſt, † ſubſtitutus pupillariter non detrahit legitimam, *l. ſi Titio. §. final & l. ſequent. de legat. 1.* & *ibi* gloſſ. Bartol. & Iaſ. *num. 6.* Paul. de Caſtr. *in l. ex tribus, numer. 3. in fin. C. de inoffic. teſtament.* & alij relati per Corn. *in conſil. 138. colum. 2. verſ. quia quando. volum. 4.* & per Menoch. *in lib. 4. præſumpt. 72. numer. 2. & ſequent. & præſumpt. 193. numer. 5. verſ. hic ſolum,* quia d. ſubſtitutus reſpectu pupilli eſt hæres extraneus, qui cùm grauatus eſt, non detrahit legitimam.

Secundus caſus eſt, ſubſtitutus pupillariter grauatus de reſtituendo, detrahit Trebellianicam, Bald. *in l. cùm virum, numer. 18. C. de fideicommiſſ. & in conſil. 316. volum. 5.* Paul. de Caſtr. *in d. l. ex tribus, in fin. C. de inoffic. teſtament.* Ripa *in l. hæredes mei. §. cùm ita, numer. 54. ff. ad Trebellian.* Coſta *in cap. ſi pater, in tertia parte, in verb. de illis, numer. 14. de teſtam. lib. 1.* Menoch. *in d. præſumpt. 193. num. 5. verſ. Trebellianicam. lib. 4. & in conſil. 681. num. 17. volum. 7.*

Declarantur iſti caſus ex ſcriptis per Menoch. *in d. præſumpt. 72. lib. 4.* qui omnes caſus plenè recenſet, quando onus fideicommiſſi † cenſeatur im- 4.
poſitum ipſi pupillo, vel ipſi ſubſtituto. Quibus ſcriptis addo, nam quando eſt impoſitum ipſi pupillo, etiam ſubſtitutus poteſt obtinere per remedium reſtitutionis † in integrum ex perſona pupil- 5.
li, & obtinere abſtenſionem à paterna hæreditate, atque illam ſeparare ab hæreditate pupilli, ita tenet Bartol. *in l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. ff. de vulgari, & in l. final. numer. 7. ff. de acquir. hæredit.* Paulus de Caſtr. *in d. l. ſed ſi plures. §. filio.* Immol. *in l. ſi filius qui. ff. de vulgari, & pupill.* Aretin. *in d. §. filio,* probat hanc eſſe communem opinionem. Idem atteſtatur Iaſ. *ibi num. 9.* Cuman. *in d. §. filio,* illam defendit, Alexand. *in l. quidam eulogio. C. de iure deliber.* & *ibi* etiam Iaſ. ex quibus patet non eſſe veram allegationem Bartoli *in l. ſi paterfamilias. ff. de priuileg. cred.* qui allegatur pro contraria parte, & dictam allegationem eſſe communiter reprobatam. Secus eſt ſi pupillariter ſubſtitutus poſſediſſet dictas hæreditates ſimul vt vnam per multum tempus poſt mortem ipſius pupilli, quia poſtea non poſſet obtinere ſeparationem dictarum hæreditatum, vt reſpondit Decian. *in toto conſ. 89. vol. 2.*

Secundò declaratur, nam quando teſtator fecit priùs teſtamentum, & poſtea in codicillis facit ſubſtitutionem pupillarem, † quia tunc trahitur ad fi- 6.
deicommiſſum, & venientes ab inteſtato cenſentur rogati reſtituere hæreditatem, ideo detrahent duas quartas, vt probat Theſaur. *in quæſt. 22. forenſ. lib. 3.* ſed ego ſequor illam opinionem, quando priùs feciſſet teſtamentum, aliàs in codicillis pater inter liberos etiam directò teſtari poteſt, vt pluries probaui in præcedentibus.

ARTICVLVS III.

Subſtitutus exemplariter ad quæ bona admittatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutus exemplariter arrogato, ad quæ bona ſuccedat.*
2. *. . & quid ſi eſt ſubſtitutus filio, legitima, & naturali.*

QVando exemplaris facta eſt filio † 1.
arrogato, tunc totaliter ſubſtitutus non admittitur ad bona filij arrogati, ſed ſolùm ad bona patris arrogatoris, *l. ſi arrogator. ff. de adopt. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill.* & latiùs probat Paul. Leon. *in tract. de ſubſtit. in materia exemplaris. numer. 92.*

Quan

Quando verò eſt facta filio legitimo ,& naturali,
2. tunc ſuccedit ad omnia bona patris , † & filij. Bart. *in l. ex facto , num.* 34. *ff. de vulgar.* Menoch. *in conſil.* 303. *numer.* 13. *volum.* 4. Oddus *in prælud. compend. part.* 4. *quæſtion.* 9. *numer.* 2. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio. quæſt.* 50. *numer.* 3. Riminald. iun. *in conſil.* 736. *numer.* 44. *volum.* 7. quia idem eſt in pupillari. *d. l. ſed ſi plures.* §. *ad ſubſtitutos. ff. de vulgar.* & exemplaris eſt inducta ad inſtar pupillaris. *l. ex facto. ff. eod. l. humanitatis. C. de impuber. ſubſtit.* & eſt teſtamentum filij furioſi, vel ſimili morbo laborantis. *d. l. ex facto, & d. l. humanitatis.*

ARTICVLVS IV.

Subſtitutus per fideicommiſſum quando, & quomodo agere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Subſtitutus per fideicommiſſum quando , & quomodo agere poſſit.*

1. HVNc articulum exaraui ſuprà *in quæſt.* 22. *art.* 1. *&* 2. *&* 3.

ARTICVLVS V.

Subſtitutio per fideicommiſſum an, & quando excludat alias perſonas, vel ab aliis excludatur.

SVMMARIA.

1. *Subſtitutus excludit cohæredem.*
2. *. . ſiue teſtator dixerit, ſi omnes inſtituti deceſſerint, ſiue dixerit , ſi quilibet deceſſerit.*
3. *. . præfertur coniuncto.*
4. *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
5. *Subſtitutus non excludit tranſmiſſarium , ſed ab eo excluditur.*
6. *Tranſmiſſarius ex potentia ſuitatis excludit ſubſtitutum.*
7. *Suitas quomodo, & quando tollatur per ſubſtitutionem vulgarem.*
8. *Hæreditas non adita non tranſmittitur ad extraneum , ſecus ad ſuos.*
9. *Tranſmiſſarius* l. vnic. C. de his qui ante apert. tab. *excludit ſubſtitutum.*
10. *Subſtitutus vulgariter, excluditur à patre ſi inſtitutus repudiauerit.*
11. *. . & in quibus caſibus ſubſtitutus excludat patrem.*
12. *Subſtitutus à teſtatore excludit illum, qui venit per repræſentationem.*
13. *Subſtitutus extraneus non excludit neptem ex filia.*
14. L. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſis, *habet locum etiam in ſubſtitutione.*
15. *Teſtatoris diſpoſitio eſt interpretanda ne ſequatur abſurdum.*
16. *. . & tunc recedendum eſt à proprietate verborum, & à regulis iuris.*
17. *. . quos præſumatur magis diligere.*
18. *Interpretatio ſemper eſt facienda , vt magis dilectus præferatur.*
19. *Subſtitutus vulgariter, vel per fideicommiſſum vter ſit præferendus.*

VALDE neceſſarius articulus plures caſus continet , & quidem practicabiles, quorum primus eſt , ſubſtitutus † excludit cohæredem , nam ſi 1. teſtator inſtitutis duobus, Titio , & Mæuio , ita ſubſtituerit , & quolibet eorum ſine filiis decedente ſubſtituo Sempronium , tunc altero tantùm eorum decedente ſine filiis , ſubſtitutus Sempronius admittendus eſt , Bartol. *in l. hæredes mei.* §. *cùm ita. ff. ad Trebellian.* & *ibi* Paul. de Caſtr. *numer.* 4. Alexand. *numer.* 19. Socin. ſen. *numer.* 26. Ripa *numer.* 129. Torniellus *numer.* 136. Couar. *in cap. Raynutius.* §. 8. *numer.* 4. *de teſtament.* Bald. *in conſil.* 271. *in princip. volum.* 3. Alexand. *in conſil.* 91. *numer.* 5. *verſ. probatur, volum.* 1. Gabriel *in conſil.* 121. *num.* 40. *verſ. ac ſi ſubſtitutio , & numer.* 43. *verſ. & cuilibet ſeparatim. volum.* 1. vbi etiam nullam facit differentiam an teſtator dixerit, & ſi omnes inſtituti † deceſſerint , vel dixerit , & ſi quilibet 2. deceſſerit , quoniam pronomen *quilibet* intelligitur de ſingulis , Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 31. *numer.* 11. *& ſequent.* eandem concluſionem firmarunt Gomeſ. *in tom.* 1. *var. reſolut. cap.* 5. *num.* 25. *verſ. ſi verò ſubſtituit* , vbi quòd etiam ſi ſimpliciter ſubſtituiſſet , vno eorum decedente, admittitur ſubſtitutus, & hãc probat Menoch. *in lib.* 4. *præſumpt.* 186. *numer.* 12. & latiùs *in conſil.* 1260. *volum.* 15. Vbi probat nihil referre an teſtator dixerit , & ſi ambo deceſſerint , vel ſi omnes deceſſerint , &c. nam vno tantùm eorum decedente ſine filiis, ſubſtitutus admittitur, & poſt plurimos relatos ab eo, hic caſus fuit deciſus in Rota *deciſion.* 804. *numer.* 1. *in nouiſſimis,* quam eſſe magis communem opinionem probat idem Menoch. *in d. conſil.* 1260. *num.* 13. *volum.* 13. licèt ipſe Menoch. diſſentiat *in d. præſumpt.* 186. *num.* 43. *verſ. cæterum à prædictis. lib.* 4. ſed durum eſt à communi opinione in iudicando recedere.

Secundus caſus eſt valde proximus , etiam pro declaratione præcedentis , nam ſubſtitutus † præ- 3. fertur coniuncto , Bartol. *in l. coniuncti,* & *ibi* communiter Doct. *de legat.* 3. *l. vnic. C. quando non pet. part.* gloſſ. & Doct. *in l. ſeruus communis ab extero. ff. de acquir. hæredit.* Bald. & cæteri *in l. quidam elogio. C. de iure deliber.* & alij plurimi relati per Vaſquium *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 2. *in præfatione, in princip.* & hæc eſt veriſſima concluſio per regulam tritam , quoniã 4. prouiſio † hominis facit ceſſare prouiſionem legis, *l. final. C. de pactis conuent.* Rota *deciſ.* 279. *part.* 2. *in nouiſſimis,* de qua regula etiam per Decian. *in conſil.* 78. *num.* 23. *& ſequent. volum.* 3. ſed ius accreſcendi deſcendit ex prouiſione legis *l. ſi Titio, & Mæuio.* §. *Iulianus. de legat.* 2. & ius ſubſtitutionis procedit ex expreſſa prouiſione hominis. *l. vnic. in princip. C. de caduc. tollend. & ff. de vulgari, per totum titulum.* Item quia expreſſum facit ceſſare tacitum. *l. cùm ex filio.* §. 1. *ff. de vulgari,* Surd. *deciſ.* 238. *numer.* 5. *& ſequent.* Et quòd iſte caſus procedat ſiue eſſent coniuncti verbis tantùm , ſiue re tantùm , ſiue mixtim, probat Vaſquius *in d. præfatione num.* 13. *& plur. ſeq.* & latiſſimè ego ſcripſi *in repetitione l. re coniuncti. de legat.* 3. in lectura Paduana.

5. Tertius caſus eſt , ſubſtitutus † non excludit tranſmiſſarium , ſed ſemper ab eo excluditur , & hoc in omni ſpecie tranſmiſſionis procedit , nam tranſmiſſarius iuris deliberandi excludit ſubſtitutum , & hanc eſſe communem opinionem , tam in conſulendo , quàm in iudicando amplectendam, probât Gomeſ. *in lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 9. *num.* 50. Craſſ. *in* §. *ſubſtitutio. quæſt.* 9. *numer.* 5. Item tranſ-

miſſa

6. miſſarius ex potentia ſuitatis, † excludit ſubſtitu-
tum, Alciat. *in l. 1. numer. 78. ff. de vulgari*, & *ibi*
Duaren. *in rubrica de effectu ſubſtitutionis vulgaris.*
verſ. ſuperioribus locis diſſeruimus, Gomeſ. *in lib. 1. var.*
reſolut. cap. 3. numer. 26. Petr. Gregor. *in Syntagma.*
iuris lib. 42. Loriot. *de apicibus iuris, in titulo de ſub-*
ſtitut. axiomate 21. vbi probat eſſe communem opi-
nionem. Maior ratio eſt in tranſmiſſione, quæ fit
à ſuo hærede, quàm in aliis ſpeciebus, quoniam
ſui hæredes illam hæreditatem tranſmittunt tan-
quam aditam, *l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquir. hære-*
dit. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum. Neque obſtat
7. quòd ſuitas † tollatur per ſubſtitutionem vulga-
rem, quia hoc intelligitur, reſpectu cæterorum
effectuum, quos poteſt producere fauore patris,
non autem fauore filij, Angel. *in l. Papinianus. §. quar-*
tam. num. 7. de inoffic. teſtam. Et regula quòd hære-
8. ditas † non adita non tranſmittatur, intelligitur, ſi
deferatur extraneo, non autem ſuo, in quo nulla
aditio eſt neceſſaria. *d. l. in ſuis*, quia ipſo iure eiſdem
9. hæreditas acquiritur. Idem ſi tranſmiſſio † fiat in
deſcendentes beneficio *l. vnica. C. de his qui ante a-*
pert. tabul. quia etiam hoc caſu tranſmiſſarius exclu-
dit ſubſtitutum. Bartol. *in d. l. 1. ff. de vulgari*, & *ibi*
Ripa *num. 131.* atteſtatur eſſe communem, Vaſquius
de ſucceſſ. progreſſ. §. 12. num. 12. verſ. ſic ergo, Craſſ. *in §.*
ſubſtitutio, quæſt. 9. numer. 3. verſ. aut ſecundò tranſmiſ-
ſio.

10. Quartus caſus eſt, ſubſtitutus † vulgariter à pa-
tre excluditur ſi filius repudiauerit hæreditatem,
gloſſ. *in l. final. §. 1. C. de bonis, quæ liber.* Bart. Alex. Soc.
& Iaſ. *in l. 1. ff. de vulgari*, Duaren. *in rubr. eiuſdem tituli*
de effectu ſubſtitutionis vulgaris, verſ. prima quæſtio eſt,
Loriot. *in tract. de apicibus iuris, in titulo de ſubſtitu-*
tionibus. axiomate 23. & 24. & 25. Benedict. *in cap.*
Raynutius, in verſ. ſi abſque liberis moreretur, in 2. in
materia vulgaris. num. 75. Vaſquius *de ſucceſſ. progreſſ.*
lib. 5. §. 5. numer. 17. & ſeq. Zaſius *in titulo de vulgari*
ſubſtitutione, verſ. ſecundus effectus, Oddus *in prælud.*
compendioſa, part. 1. quæſt. 5. verſ. limitatur tertiò, &
eſt communis opinio, vt per Craſſ. *in §. ſubſtitutio.*
quæſt. 9. num. 4. hoc enim caſu pater veniet titulo
inſtitutionis ex primo gradu. *d. l. final. §. ſimili modo.*
C. de bonis quæ liber. ideóque ſubſtitutum excludit,
quia ſecundus gradus non habet locum, niſi primo
extincto. Item quia repudiatio locum habere non
potuit in præiudicium patris. *l. is qui. §. fin. ff. de ac-*
quir. hæredit. & d. l. fin. C. de bonis, quæ liber. vbi quòd
filio repudiante, perinde habetur, ac ſi ab initio pa-
ter inſtitutus fuiſſet.

Declaratur iſte caſus, vt non procedat in repu-
11. diatione † tacita, Socin. *in l. 1. num. 27.* & *ibi* Alciat.
num. 92. ff. de vulgari, Trentacinq. *de ſubſtitut. cap. 6.*
num. 13. verſ. ſecundò limitatur. Item non procedit in
filio emancipato repudiante, Alciat. *in d. l. 1. num.*
90. ff. de vulgari. Item non procedit, quando ad-
ſunt coniecturæ pro ſubſtituto. Bald. *in d. l. final. in*
princip. num. 3. C. de bonis quæ liber. & *ibi* Salyc. *num.*
2. verſ. ſuper verbo pater. Socin. *in d. l. 1. num. 27.* &
ibi Alciat. *num. 89. ff. de vulgari, & pupillari.*

12. Quintus caſus eſt, ſubſtitutus † à teſtatore exclu-
dit illum, qui venit ex repræſentatione, nam iſte ve-
nit ex tacita vocatione à lege interpretata, ſed voca-
tus expreſsè à teſtatore illum excludit, vt ſcripſi in
ſecundo caſu huius articuli; ideo ſubſtitutus nomi-
ne proprio à teſtatore excludit nepotem ex filio,
qui venit per repræſentationem, Paul. de Caſtr. *in l.*
cum ita. §. in fideicommiſſo. num. 3. & *ibi* Alciat. *num. 4.*
verſ. quod adeò. de legat. 2. & iſtum caſum declara ſe-
cundùm Menoch. *in conſil. 100. n. 6. & plur. ſeq.* quan-
do nominatus vel ſub appellatione generali, vel ſub
ſpeciali, vel ſub ſingulari, vt quia per nomen pro-
prium ſubſtitutus eſt, excludet cæteros nominatos
de familia, vel agnatione, ad intellectum *d. §. in fi-*
deicommiſſo.

Sextus caſus eſt, quando teſtator inſtituit filios
maſculos, & deſcendentes maſculos ex eis ſubſti-
tuit, quibus deſcendentibus, ſubſtituit feminas, &
iſtis morientibus ſubſtituit agnatos, & extraneos,
tunc non ſuperexiſtentibus neque maſculis inſtitu-
tis, neque deſcendentibus maſculis ex eis, neque fi-
liabus feminis, ſubſtitutus extraneus † non exclu- 13.
dit nepotem ex filia dicti teſtatoris, quoniam dicta
filia inſtituta in defectum maſculorum, & deſcen-
dentium ex eis, cenſetur grauata reſtituere ſi ſine
filiis deceſſerit, per text. *l. cùm acutiſſimi. C. de fi-*
deicommiſſ. & l. final. §. cùm autem. C. de inſtitut. &
ſubſtitut. & in vtraque lege ponderando verſiculum,
Non aliter, qui neceſſitatem importat. Bartolus *in*
l. Gallus, in princip. & *ibi* omnes Doctores. *ff. de liber.* 14.
& poſthum. Et licèt dictæ leges loquantur in inſti-
tutione filiorum, tamen habent locum etiam in
ſubſtitutione, quæ eſt ſecunda inſtitutio, vt pro-
bat Decian. *in conſil. 106. numer. 8. volum. 2.* Nam
ratio legis *cum auus. ff. de condit. & demonſtrat.* de-
ducta ex coniectura pietatis paternæ ad exclu-
ſionem ſubſtituti extranei, ita militat in ſubſti-
tutione, ſicut in inſtitutione, præſertim cùm tra-
ctetur de nepote ex filia, de qua loquitur *d. l.*
cùm acutiſſimi. Item ratio *d. l. cùm acutiſſimi*, ne
videatur alienas ſucceſſiones propriis anteponere,
militat etiam in nepte ex filia grauata reſtituere
extraneis. Item ratio *d. l. final. §. cùm autem. C. de*
inſtitut. & ſubſtitut. etiam habet locum in nepte ex
filia grauata, quia non eſt veriſimile, quòd ſi pa-
ter de dicta nepte cogitaſſet, talem ſubſtitutionem
feciſſet.

Item quia ſemper † diſpoſitio teſtatoris eſt in- 15.
terpretanda, ne ſequatur abſurdum, *l. vxorem. §.*
codicillis. de legat. 3. Alexand. *in conſil. 17. numer. 6.*
volum. 7. Socin. *in d. l. cùm auus. num. 89. ff. de con-*
dit. & demonſtrat. Sed abſurdum eſſet, vt extranei
præferrerentur nepti ex filia, quæ præſumitur ma-
gis dilecta, cuius abſurdi vitandi † gratia, receden- 16.
dum eſt à proprietate verborum, & à iuris regulis.
Bartol. & cæteri, *in d. l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de*
liber. & poſthum. Ruin. *in conſil. 53. num. 3. vol. 2.* Cra-
uet. *in conſil. 62. num. 7.* Ripa *in l. centurio. num. 63. &*
ſeq. ff. de vulgari, & pupill. Et teſtator † præſumitur 17.
magis diligere filios, & nepotes, & deſcendentes
ex eis, quàm fratres, & alios extraneos. Menoch. *in*
conſil. 410. num. 22. volum. 5. Item æquè præſumi-
tur diligere nepotem ex filio præmortuo, ſicut ip-
ſum filium. Menoch. *in conſil. 668. num. 3. vol. 7. & in*
conſil. 724. num. 11. vol. 8. & in conſil. 877. num. 5. &
ſeq. vol. 9. & in conſil. 1152. num. 29. vol. 12. Item ma-
gis amare deſcendentes, quàm tranſuerſales, Surd.
in conſil. 565. num. 16. vol. 4. Et ſemper eſt capienda 18.
interpretatio, † vt magis dilectus præferatur. Ruin.
in conſil. 136. num. 14. vol. 2. & coniectura, ex qua po-
teſt præſumi mens teſtatoris, operatur hunc effectũ,
vt rigor verborum, & regularum iuris negligatur.
Paul. de Caſtr. *in conſil. 58. vol. 1.* multò magis pro-
pter hoc abſurdum euitandum, & non eſt facienda
interpretatio, vt minus dilectus præferatur magis
dilecto, ad quod abſurdum euitandum receditur à
proprietate verborum, & fit extenſio de vna perſo-
na in alteram, Gratian. *in diſcept. forenſi cap. 771. nu-*
mer. 23. vol. 4.

Sept. caſus eſt, inter duos ſubſtitutos, alterũ vulga-

19. riter, alterum per fideicommiſſum, † vter eorum præferendus ſit, nam ſi ſubſtitutus prætendit ex tacita vulgari, præferendus eſt is qui per fideicommiſſum expreſsè vocatus eſt, Trentacinq. *de ſubſtit. cap.*8. *in fin.* Si verò vulgaris fuit expreſſa, ſimul cũ fideicommiſſaria, vt ſi quis inſtituat Titium, quem rogat de reſtituendo hæreditatem Caio, & addit, ſi Caius hæres non erit, Sempronius hæres eſto, tunc ſi hæres inſtitutus adiuit hæreditatem, vulgaris extinguitur, & is admittendus eſt ſubſtitutus, qui per fideicommiſſum vocatus fuit; ſi verò non adiuit, ſed deceſſit, vel ante, vel poſt mortem teſtatoris, tunc purificatur ſubſtitutio vulgaris, & ſubſtitutus vulgariter eſt admittendus, dummodo hæreditas non eſſet ad alios tranſmiſſibilis, quia teſtator præſumitur dediſſe ſubſtitutum vulgariter, in caſu quo fideicommiſſum nullatenus eſſet effectum habiturum, videlicet, ſi inſtitutus decederet ante omne iuſſum iudicis de adeundo, & nulla tranſmiſſione facta, Immol. *in l.* 1. *num.*7. *ff. de vulgari*, Alexand. *ibid. num.*27. Idem Immol. *in l. ſi patroni filius.* §. *final. num.*9. *ff. ad Trebell.*

ARTICVLVS VI.

Vtrùm ſubſtitutus excludat monaſterium, vel è contra.

SVMMARIVM.

1. *Subſtitutus an excludat monaſterium, vel è contrà.*

ISTVM articulum plenè ſcripſi ſuprà *in parte tertia, quæſt.* 13. *art.* 4.

FINIS.

IPSE

IPSE LIBER
AD
LECTORES
Iuris Studioſos.

TOTAM *vltimarum voluntatum materiam exaraui, omnes quæſtiones, articulos, & caſus faciliori methodo diſpunxi per leges, communes concluſiones, & tribunalium deciſiones, nihil vtiliter omiſi, multa noua addidi, ſæpe ſæpiùs cæteris contradixi, Moderniorum errores, & falſas allegationes notaui, ex quibus magnam conſulentibus, & iudicantibus vtilitatem attuliſſe credo; vbi totum perlegeris, facilè cognoſces, ſine me materias ipſas pertractari non poſſe. Si quid igitur boni ſtudendo inuenies, Omnipotenti Deo da gloriam.*

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVÆ HAC QVARTA PARTE CONTINENTVR.

Primus numerus paginam, ſecundus columnam, tertius & ſequentes eiuſdem columnæ numerum deſignant.

A.

Abbas.

ABBAS habens iura Epiſcopalia, non eſt executor ad pias cauſas. 202.1.7.

Acceptatio.

Acceptare non dicitur, qui non petit infra tempus ſibi ſtatutum. 463.2.26
Acceptatio confeſſionis factæ in teſtamento non aufert vim reuocabilitatis ipſius. 80.2.9
Iuris, requiritur etiam promiſſore iurante. 72.2.15.
Iuris ſtipulati per Notarium, dicitur facta per ſolam ſcientiam ſtipulationis. ibid.1.12
Acceptatio & ratificatio faciunt actum irreuocabilem. 290.2.10

Acceſſorium.

Acceſſorium vigore attractionis ſequitur principale. 125.1.16

Accipiendi verbum.

τὸ *Accipiant*, quando faciat ſubſtitutionem directam. 557.2.19
An repugnet naturæ fideicommiſſi. 561.1.32

Accreſcendi verbum.

Accreſcere, & non decreſcere, an differant inter ſe. 512.2.21

Accurſius.

Accurſius *in §.poſthumus.Inſtit.de legatis*, reprobatur. 227.2.34

Acquiſitio.

Acquirens primus poteſt vocatis in inueſtitura præiudicium facere. 454.2.37
Idem in feudo nouo non conceſſo contemplatione filiorum. 455.1.38.
Idem in feudo ex pacto, & prouidentia nouo. ibid.39
Ex ſeipſo non poteſt alia lege dare, quàm ipſe habet, ſecus cum conſenſu directi domini. ibid.2.51
Cum conſenſu domini poteſt alterare primam inueſtituram, etiam in præiudicium vocatorum. 456.2.59
Quomodo poſſit vni totã rẽ prælegare. 504.2.35

Acquiſitio legati annui, quæ fit ſingulis annis, dicitur quid accidentale. 317.1.66
Acquiſitione non facta, quis non dicitur pati damnum. 145.2.32.

Acta, Actio, Actor, Actus.

Acta iudicialia habent virtutem omnium teſtium requiſitorum. 40.1.26
Actio tranſmittitur in hæredem ex ſola libelli oblatione. 185.1.47
Aliquando connumeratur inter mobilia, aliquando inter immobilia. 237.2.38
Actio quæ datur pro codicillis, dicitur ex teſtamento. 334.2.16
Actio ad reintegrandum fideicommiſſum, dicitur in rem ſcripta. 182.1.12
Dotis, non competit mulieri niſi poſt annum à morte mariti. 246.1.11
Ex *l.quoties.C.de donat.quæ ſub modo*, eſt in rem ſcripta. 182.2.14
Ex teſtamento, præſcribitur triginta annis. 308.2.68
Hypothecaria, in legato conditionali non oritur niſi à die euenientis conditionis. 317.2.68
Pro legato, fuit inducta per Iuſtinianum. 320.2.105
Pro legatis danda eſt pro illis, pro quibus competit officium iudicis. 321.1.107
An competat ſolùm pro legatis, pro quibus datur actio perſonalis. ibid.108
Poteſt competere ratione poſſeſſionis. ibid.2.115.
Pro legato, pro quanto detur. 322.1.120
Vtilis pro legato non parit interdictum Saluianum vtile. ibid.121
Perſonalis, in rem ſcripta, quæ ſit. 182.1.13.
Pro legatis quantum ſit acceſſoria perſonali actioni. ibid.2.127
Exercetur contra tertium in ſubſidium. ibid.2.16
In quibus caſibus exerceatur contra tertium. ibid.17.
Non datur contra tertium poſſeſſorem. 322.1.123.

Competit pro legatis etiam relictis in codicillis. 323.1.133
Ex teſtamento datur, etſi illud declaretur nullum, propter clauſulam codicillarem. ibid. 136.
Realis, datur pro legato partis hereditatis. ibid. 2.141
Datur pro legato generali bonorum. 324.1. 144
Actio & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto. 169.2.2
Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra tertium poſſeſſorem. 377.1.26
Oritur ex peruentione rei ad alterum. ibid.27
Et datur tanquam contra poſſeſſorem, non autem ſucceſſorem. ibid.28
Actio ex *l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo*, eſt in rem ſcripta. 377.1.29
Actio ſubſidiaria non poteſt intentari, niſi in ſubſidium. 382.2.45.
Hypothecaria competit, vbi competit actio perſonalis ex teſtamento. 462.1.13
Ex teſtamento contra grauatum competit fideicommiſſario reſpectu iuris vniuerſi hæreditarij. ibid..2.14
Actio non oritur ex promiſſione faciendi actum. 502.1.9
Actionum vtilium multiplicatio non permittitur. 209.1.58
Actor habet electionem per quod remedium agere velit. 570.1.10
Concludenter debet legitimare ſuam perſonam. 458.2.14
Etiam in iudicio ſummario. ibid.15
Actus in dubio ſemper præſumitur validus. 8.1. 25.
In dubio cenſetur factus ſecundùm ſuam naturam. 34.1.18.& 35.2.35
Nullus, confirmari non poteſt. 67.1.5
Superfluus, ſine nocumento tolli poteſt. 78.1. 38
Tacitus contrarius reuocat præcedentem. 104. 1.34
Etiam validus dicitur nullus, ſi non poteſt habere effectum. 170.1.8
Cum tertio celebratus cenſetur factus nomine hæreditario, non autem nomine proprio. 197.1.24
Vt ſuſtineatur, eſt coniectura potentior. 271.1. 17
Præſumitur factus ex cauſa, qua erat obligatus. ibid.2.19
Propter turpitudinem agentis reprobatus nulla ratione permitti debet. 307.1.51
Actus ſub conditione neceſſaria factus, dicitur purus. 402.1.67
Actus quilibet denominandus eſt à poteſtate, potius quàm à voluntate. 442.2.56
Actus perfecti recipiunt declarationem. 115.1.11

Ademptio.

Ademptio in vltimis voluntatibus facilius inducitur, quàm conceſſio. 97.1.23

Aditio.

Adire hæreditatem non poteſt, qui non poteſt ſe obligare. 194.2.31
Adire dicitur de iure ciuili, qui agnoſcit bonorum poſſeſſionem de iure prætorio. 231.2.6
Adiens hæreditatem debet eſſe certus illam ſibi fuiſſe delatam, & ex qua cauſa. 196.1.16
Aditio hæreditatis, per metum eſt valida, ſed reſcinditur. 61.1.21
Extenditur ad bona vbicumque ſita. 139.1.9
Eſt actus dependens à ſola voluntate. 191.1.2
Solo animo facta dicitur. ibid.2.7
Quot modis probetur. 195.1.1
Probatur cùm quis in iudicio comparat vt hæres. ibid.2.
Per exactionem creditorum hæreditariorum. ibid.5.
Dummodo exactionem à debitoribus feciſſet ad ſui commodum. ibid.6
Per impenſas funeralium factas ab hærede. 196.1.14
Per ſolutionem factam de patrimonio defuncti. ibid.15
Statim in hærede ſuo. ibid.2.19
Per venditionem rerum hæreditariarum. 197. 1.22.25
Per locationem bonorum hæreditatis. ibid.26
Per donationem & renuntiationem hæreditatis. ibid.2.29
An & quando probetur per inuentarium. 195. 2.9
An probetur per factum cauſa cautionis implendæ. 196.1.11
In dubio non præſumitur propter magnum hæredis præiudicium. ibid.12
Quomodo probari dicatur per renuntiationem illius. 197.2.30
Non probatur per poſſeſſionem bonorum, & habitationem, quæ alio iure fieri poterant, quàm hæreditario. 198.1.37
Ex quibus verbis prolatis probari poſſit. 198. 2.44
Poteſt probari per teſtes ſingulares. ibid. 45
Per retentionem dotium maternarum. ibid. 46
Inducitur per implementum facti à defuncto faciendi. 195.2.7
Non cenſetur facta, ſtante proteſtatione præcedente, de non adeundo. 196.2.17
Aditio mulieris facta ſine ſolemnitate, debet iterum fieri cum ſolemnitate. 193.1.13
Aditio, vel repudiatio hæreditatis, non poteſt fieri per Procuratorem. 191.1.1,9
Dicitur facta in ipſo actu conſtituti Procuratoris ad adeundum. ibid.2.6,8
Aditionis ſubſtantia conſiſtit, vt quis ſciat hæreditatem ſibi fuiſſe delatam. 195.2.4

Adoptatus.

Adoptatus ab extraneo de conſenſu patris naturalis non rumpit teſtamentum. 110.1.41
Ab auo paterno, ſiue materno poſt emancipationem filij, ſi eſt præteritus, rumpit teſtamentum. ibid.2.46

Adultus.

Adultus curatorem habens poteſt donare cauſa mortis. 509.2.20

Aduocatio, Aduocatus.

Aduocare prohibiti forenſes, cenſentur etiam in iure ſcribere prohibiti. 10.2.10
Aduocati non reſtituuntur aduersùs errores iuris. 157.2.12
Quandoque meliorem vitam faciunt, quàm fratres Prædicatores. 263.2.48
Quot fuerint ſancti. ibid.49

Æqualitas

Æqualitas.

Æqualitas in ſucceſſionibus ſeruanda eſt. 228.2.41.

Æquiparatio.

Æquiparatio inter Falcidiam & Trebellianicā non inducitur *ex l. Marcellus. ff. ad Trebell.* 522.1.7

Et ille text. habet locum etiam in caſibus in quibus ceſſat falcidia. ibid.8

Æquiparatorum in vno capite eadem eſt diſpoſitio. 439.2.18.

Æquitas.

Æquitas ſemper in iudicando eſt amplectenda. 532.2.9

Ætas.

Ætas maior non eſt tranſmiſſibilis. 407.1.50

Ætas pubertatis non eſt definienda de iure ciuili. 589.2.18.

Affectio.

Affectio maior teſtatoris probatur ex maiori coniunctione. 148.2.2

Maior erga filios, intelligitur etiamſi eſſent ex altera vxore. ibid.3

Maior præſumitur erga primò natos. ibid.8

Item ex eo quòd plura bona relicta fuere. 149.1.9.

Erga proximos ſuos, quàm erga proximos grauati. ibid.15

Erga hæredem in portione ſibi relicta, quàm erga cohæredem. ibid.2.18

Erga filios, vel hæredes, etiam extraneos inſtituti, quàm erga proprios filios. 150.1

Affectio teſtatoris cognoſcitur ex ordine inſtitutionis, & ſubſtitutionis. 149.2.21

Vincit affectum legis. 150.1.2

Eſt præponenda proprietati ſermonis. ibidem 2.3.

Præualet præſcriptioni, quòd teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione iuris. ibid.4

Non conſideratur in ſucceſſionibus ab inteſtato. ibid.10

Affectio maior teſtatoris præſumitur erga primo vocatos. 433.1.19

Præſumitur erga neptem ex filio vocato. ibid.2

Agnatio, Agnatus.

Agnatio eſt idem quod familia. 361.1.3

Agnationis conſeruandæ ratio non extenditur ad alium caſum. 341.2.44

Agnationis conſeruandæ ratio eſt reſtringenda ad perſonas expreſſas, neque ampliat ad alias perſonas. 354.2.39

Agnationis ratio habita cenſetur propter inſtitutionem maioratus. 359.2.36

Habita cenſetur, quando teſtator inſtituit extraneos ſub conditione aſſumendi cognominis. ibid.37

Dummodo plures extranei ſucceſſiuè vocati fuerint. ibid.38

Agnationis conſeruandæ ratio non eſt ſufficiens coniectura ad extendendum fideicommiſſum. 358.1.18

Attendenda eſt ſolùm in perſonis expreſſis. ibidem.19

Et in caſu à teſtatore conſiderato. ibid.20

Agnationis fauor non eſt extendendus ad alias perſonas non expreſſas. 358.1.22

Agnationis conſeruandæ ratio ex quibus coniecturis inducatur. ibid.2.23

Agnationis propagādę ratio habita cēſetur, cùm teſtator vocat maſculos, & feminas excludi. 358.2.26

Idem ſi teſtator vocauerit plures gradus maſculorum. ibid.27

Agnationis conſeruandæ ratio reſultat, quando teſtator in pluribus gradibus vocauerit maſculos. 359.1.28

Idem quando vltimo loco vocauit maſculos legitimatos. ibid.29

Non cenſetur habita quando in aliquo caſu vocauit feminas. ibid.30

Idem ſi primo loco inſtituit filiam, & eidem per plures gradus ſubſtituerit ſemper maſculos. ibid.31

Agnationis ratio reſpectu vocatorum ceſſat ex vocatione feminarum. ibid.32

Agnationis ratio habita cenſetur, quando teſtator dixit ſe velle ſtirpem ſuam propagare. 359.34

Agnationis conſeruandæ ratio non extenditur vltra perſonas expreſſas. 399.1.25

Agnationis fauore non ſunt multiplicandæ ſubſtitutiones. ibid.26

Agnationis ratio quando habita dicatur. 479.1.7

Agnationis conſeruandæ ratio non inducit, neque extendit fideicommiſſum. 495.1.38

Agnatus non differt à filio in feudo hæreditario. 176.1.36.

In feudo ex pacto non tenetur eſſe hæres vltimi, neque tenetur ad onera. ibid.2.40

Agnatus qui vult admitti ad fideicommiſſum, debet probare ſe eſſe proximiorem. 356.1.5

Et de tempore mortis. ibid.6

Poteſt reuocare pactum & conuentionem de ſuccedendo in feudalibus cum aliis agnatis. 499.2.13

Etiamſi ſciuerit conuentionem, & non contradixerit. ibid.14

Reuocat conuentionem factam contra ius feudale. ibid.15

Non contradicens infra annum, non videtur conſentire. ibid.17

Agnato aperitur locus ſuccedendi in feudis per delictum proximioris. 448.1.24

Sed hoc non procedit in filiis. ibid.25

Agnati, viuente fundatario, dicuntur eſſe in ſpe fallaci ſucceſſionis. 91.1

Quando incontinenti poſſunt probare dominiū, impediunt immiſſionē hæredis. 216.2.47.

Vocati per fideicommiſſum, quo ordine admittantur. 456.1.3

Proximiores ſi reperiantur plures in eodem gradu, ad quem deferatur ſucceſſio. 356.2.8

Et quòd ſenior ſit præferendus, contra Decianum aliter ſcribentem. ibid.9

Proximiores quando admittendi ſunt, de tempore euenientis conditionis. ibid.10

Agnati in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo debent eſſe hæredes ſanguinis. 424.1.17

Agnati ſunt priuati temporaliter, donec vixerit delinquens. 450.1.46.

Agnati, & affines poſſunt paciſci, quòd altero præmoriente bona ad alterū pertineant. 499.1.10

Dummodo conuentio ſit facta ſuper bonis particularibus. ibid.11

Alienatio.

Alienare in potentiorem prohibitus, non cenſetur prohibitus in filium. 136.1.15

Verbum *alienare*, quando reſtringitur per verbum *vendere*, importat ſolùm alienationem inter viuos. 483.1.16

Alienari prohibita poſſunt diſtrahi pro detrahenda Trebellianica. 384.2.68
Alienandi facultate conceſſa, nihil refert an fiat alienatio in vita, vel in vltima voluntate. 187.1.16.
Alienans contra expreſſam prohibitionem factam in contractibus, tenetur ſolùm ad intereſſe. 472.2.9
Etiam ſi iuramentum acceſſerit. ibid. 10
Alienantes contra voluntatem teſtatoris facti ſunt indigni eius ſucceſſione. 469.1.32
Alienata imputantur in legitimam pro quantitate pretij recepti, non autem pro valore de tempore reſtitutionis. 385.1.80
Alienatio de bonis fideicommiſſo ſubiectis eſt valida in præiudicium alienantis. 162.2.14
Rei Eccleſiæ, propter fauorem publicum reuocari poteſt. 178.2.17
Bonorum, dicitur facta de conſenſu permittentis, & ab eo tranſlata in emptorem. 187.2.18.
Ad effectum adimendi legatum, quando dicatur voluntaria. 496.1.40
Conditionalis, quando reducatur ad puritatem. 298.1.64.
Facta contra expreſſam diſpoſitionem teſtatoris, eſt ipſo iure nulla. 371.1.28
Facta ex cauſa dotis non debet reuocari, etiamſi poſteà alia bona acquiſiuiſſet. 379.2.11
Facta extraneis contra prohibitionem eſt nulla, etiamſi habitatores noluerint emere. 479.2.14.
Alienatio bonorum fideicommiſſi fraterni non permittitur, quando mater eſt diues, & dotes dare poteſt. 380.1.18
Alienatio permittitur vſque ad dodrantem, quando grauatus eſt de reſtituendo quidquid ſupereſt. 380.2.20.
Et an poſſit quartam etiam alienare pro dotandis extraneis. ibid.21
Alienatio fideicommiſſi facta pro aſſignandis dotibus in exceſſu, poteſt retractari vſque ad congruitatem dotis. 381.2.32
Alienatio quando eſt perfecta, fideicommiſſarius non poteſt reuocare oblato pretio. 386.1.89
Reuocabit partem excedentem æs alienum. ibid.90
Alienatio bonorum fideicommiſſi, quando poſſit fieri pro neceſſitatibus ipſius grauati. ibid.91
Alienatio fideicommiſſi quando valet, non præiudicat vocatis præter filios & deſcendentes. 414.2.29.
Alienatio permiſſa poteſt fieri etiam titulo vniuerſali. 417.2.72
Alienatio bonorum fideicommiſſi facta pro dotibus, non poteſt retractari. 444.1.74
Facta in annuis introitibus non multiplicatur per moram grauati non ſoluentis. 444.1.75.
Peregrin. in hoc caſu reprobatur. ibid.76
Alienatio vbi eſt permiſſa, cenſetur permiſſa hæredis inſtitutio. 454.2.35
Alienatio, & ſubinfeudatio eſt permiſſa de conſenſu directi domini. 455.1.42
Alienatio contra expreſſam teſtatoris voluntatem eſt nulla ipſo iure. 468.2.25
Alienatio prohibita ad tempus, poſt illud cenſetur permiſſa. 476.1.1
Etiam ad excluſionem ſubſtituti. ibid.2
Alienatio legalis non comprehenditur ſub prohibitione perſonali. 483.2.20
Alienatio non dicitur per fideicommiſſum ſimplex. ibid.21.
Alienationis ſpecies eſt delictum, per quod fit confiſcatio. 296.1.34
Alienationis verbum comprehendit omnem diſtractionem, etiam quæ fit in vltima voluntate. 371, 2.39.
Niſi reſtringatur per verbum vendere, & tunc ſolùm inter viuos. ibid.40
Etiam ſi dictum ſit, non poſſit vendere, nec alienare aliquo modo. 372.1.41
In teſtamento etiam aliquando intelligitur de ea quæ fit per venditionem. ibid.42
Alienationis prohibitio non poteſt conſiderari ex cauſa oneroſa. 383.2.58
Quando inter viuos impediat dominij tranſlationem. ibid.59
Alienationis prohibitione ſimpliciter facta, vſque ad certum tempus non cenſetur receſſum à fideicommiſſo præcedenti, quod eſt perpetuum. 425.1.27
Secus ſi teſtator negariuè prohibuit, cum dictione, niſi poſt 25. annos. ibid.28
Alienationis prohibitio facta in contractu non impedit dominij tranſlationem. 345.1.87
Alienationis ſpecies ſunt fideicommiſſum, inſtitutio, & omnis actus vltimæ voluntatis. 454.2.34.
Alienationis prohibitio duplex, ſcilicet legis, & hominis, ſi concurrant, tunc non poteſt fieri etiam in caſibus à lege permiſſis. 472.2.5
Alienationem bonorum fideicommiſſi aliquando poſſe fieri, qui ſcripſerunt. 378.2.1
Ex cauſa dotis fieri poteſt. ibid.2
Ex cauſa dotis eſt fauorabilis, & congruit menti teſtatoris. 379.1.3
Ex cauſa dotis poſſe fieri, etiam pro dotandis deſcendentibus conceptis, & natis poſt fideicommiſſum. ibid.4
Alienatione aliquando permiſſa, aliquando prohibita in eodem teſtamento, attenditur quod vltimo loco ſcriptum eſt. 187.2.19
Acceſſoria, non præſumitur ex mente teſtatoris legatum ademptum. 296.2.43
Alienatione prohibita extra familiam, non impeditur ſuccedere ab inteſtato, etiam is, qui non eſt de familia. 370 2.22
Etiam quòd in prohibitione eſſent appoſita verba vniuerſalia negatiua. ibid.23
Alienatione permiſſa, dominus tenetur ſcire qualitates emptoris. 455 2.48
Prohibita aliquando dicitur annullatum principium actus acquiſitionis. 468.2.26
Alienatione ſequuta, contra prohibitionem, ſtatim bona ſunt reſtituenda. 468.2.28
Prohibita bona ſtatim ſunt applicata his quorum fauore prohibitio facta eſt. 469.1.31
Facta contra prohibitionem legis non transfertur dominium. 472.1.3
Prohibita in certum genus perſonarum, nullus ex eis poteſt hæres inſtitui. 485.1.9
Prohibita extra familiam, non poteſt inſtitui hæres extraneus. ibid.10
Alienationes neceſſariæ non cenſentur prohibitæ per generalem alienationis prohibitionem. 484.1.3.

Alimenta, Alimentarius, & Alimentaria.

Alimenta vxoris, quibus deductis, & quomodo taxanda ſint. 250.1.52

Alimenta, & cauſa redimendorum captiuorum æquiparantur. 262.1.21
Alimenta & expenſæ litis quibus debeantur, etiam in prima inſtantia. 278.1.23
Alimenta, quomodo & qualiter ſint taxanda, & de quibus debeantur. 277.2.14
Præterita, an & quando peti poſſint. ibid.17
Etiam debita officio iudicis. 278.1.18
Non ſunt danda filio ſpurio aliunde habenti, vel quia ex operis ſuis viuere poteſt. 279.2.33
Spuriis data, aliquando repetuntur. ibid.34
Dandi filiis onus ineſt bonis paternis. ibid.35
Semel præſtita, & conſumpta, iterum præſtanda ſunt. ibid.36
Legata ſorori, ſemper cenſentur data in cauſam pietatis. 276.2.3
Reſtituenda compenſantur cum operibus præſtitis. ibid.4
Alimentorum legatorum appellatione quid contineatur. 277.1.8
Continetur habitatio. ibid.2.15
Alimentorum filiorũ onus inhæret bonis. 279.1.28
Alimentarius in domo debet habere illius claues. 277.2.16.
Alimentaria ſi ingrediatur religionem, an legatum extinguatur. 279.2.38
Alioquin eſt aduerſatiua conditionalis.
Importat conditionem. 360.2.53

Allegationes.

Allegationibus modernorum non eſſe fidendum, niſi videantur in fonte. 404.2.7

Alternatiua.

Alternatiua inter genus, & ſpeciem exponitur, pro id eſt. 580.1.30
Alternatiuæ vna pars impoſſibilis de iure, reiicitur, & remanet pura, & præciſa. 59.1.23

Amor.

Amor parentum in filios, & è contra, an ſit ſimilis. 120.2.19

Ancharanus.

Ancharan. *in conſil.* 8. communiter reprobatur. 597.1.7

Annus.

Annus adimplementi faciendi per hæredem, quando incipiat. 182.2.20
Annus in iure quotuplex ſit. 243.1.116
Annus naturalis quoad recollectionem fructuum quomodo computetur. ibid.117
Annui introitus non ſunt vſuræ, ſed ipſa ſors principalis debiti. 444.1.78

Appellatio.

Appellatur ab interlocutoria legitimationis perſonæ. 213.1.15
Appellatio non datur ab auocatione poſſeſſionis ad iudicem facta. 207.2.40
Non datur à decreto, quòd hæres immittatur in poſſeſſionem. 222.1.1 quod procedit etiam de iure Canonico. ibid.2.2
Cenſetur prohibita quoad effectum ſuſpenſiuum, non autem deuolutiuum. 313.1.5
Quoad effectum deuolutiuum permittitur in omnibus poſſeſſoriis. ibid.6
Si eſt prohibita, cenſetur permiſſa à notoria iniuſtitia. ibid.7
Nunquam cenſetur prohibita quando conſtat de notorio grauamine. ibid.2.10
Prohibita in poſſeſſorio, cenſetur permiſſa propter mixturam, cum petitorio. ibid.11
In poſſeſſoriis mixtis datur quoad vtrumque effectum. ibid.12
A ſententia ſuper immiſſione, & ſuper fructibus, valet ſolùm reſpectu condemnationis fructuum, ſed reſtituta priùs poſſeſſione. ibid.13.
Quando eſt prohibita in principali, cenſetur etiam prohibita ab interlocutoria ſuper incidentibus. 224.1.14
Permittitur à bonorum poſſeſſione ordinaria, ſecus ab extraordinaria. 230.1.56
Appellatione prohibita, minor petit ſe in integrum reſtitui, & impedit executionem. 224.1.15

Approbatio.

Approbatio teſtamenti qualis eſſe debeat. 70.1.10

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus propter negligentiam Epiſcopi eſt executor ad pias cauſas. 202.1.6

Ardor.

Ardor liciti amoris habet effectum clauſulæ codicillaris. 64.1.10.& 266.1.8

Argumentum.

Argumentum de caſu amiſſionis ſcripturæ ad caſum amiſſionis teſtium eſt validum. 43.2.9
De legato ad inſtitutionẽ hæredis in quibus valeat. 58.2.15
De matrimonio ad teſtamentum non valet. 61.1.24.
Valet à defectu poteſtatis ad defectum voluntatis. 67.2.10
A contractibus ad vltimas voluntates, eſt validum. 111.2.2
Ab vltimis voluntatibus ad ſtatuta, eſt validum. 113.1.20.
A contrario ſenſu non habet locum, vbi inducitur correctio. 141.1.7
Et procedit, quando contrarium prouenit à ſenſu directo. ibid.8
A contrario ſenſu non procedit, quando diſpoſitio eſt intelligenda ad literam. 147.2.19
A contrario ſenſu inducit nouam diſpoſitionem. ibid.20
Ab alimentis ad dotem, & è conuerſo, eſt validum. 262.2.26,28
De alimentis ad dotem, quando validum. 271.2.37
De re ad tempus, eſt validum. 330.1.7
De tempore ad perſonas eſſe validum. 400.1.35
De extẽſione ad tranſmiſſionẽ, non valet. 404.1.4
De fideicõmiſſis ad maioratũ, eſt validũ. 435.2.45
De perſonis ad res, eſt validum. 457.2.2
De re ad tempus eſt validum. 614.1.41
De exhæredato per legem ad exhæredatum per teſtatorem, non valet. 516.1.8
De Falcidia ad Trebellianicã non valet. 522.2.13
De amiſſione falcidiæ ad amiſſionem Trebellianicæ non valet. 523.1.15
à Trebellianica ad falcidiam non valet reſpectu prohibitionis. 528.2.21
De falcidia ad Trebellianicam non valet reſpectu *l. iubemus. C. ad Trebell.* 532.2.7
Ab inſtitutione ad ſubſtitutionem, non valet. 554.2.9
De feudis ad fideicommiſſa eſt validum. 458.1.4.
Ab exemplari ad pupillarem, non valet. 588.1.8.
Argumenta reſoluere per inſtantias non eſt boni Doctoris. 226.2.20

Aſcendentes.

Aſcendentes de reſtituendo grauati detrahunt duas quartas,computatis fructibus in Trebellianicam. 441.1.48

Aſſertio.

Aſſertio ſcripta per Notarium cenſetur facta ab ipſa parte. 197.1.27

Augmentum.

Augmentum poſt mortem teſtatoris contingens in bonis,non auget legitimam. 174.2.20

Athentica.

Auth.*vt liceat matri, & auia,in ver. diſponere* declaratur. 12.1.30.& 15.1.56

Presbyteros. C. de Epiſc. & cleric. habet locum in omnibus bonis. 21.1.22

Quod ſine.C.de teſtam. habet locum in legatis, & fideicommiſſis factis etiam extraneis. 96.1.11

Non habet locum ad pias cauſas. 120.2.22

Habet locum in fideicommiſſo vniuerſali. 124.1.17

An ſit limitatoria,vel correctoria §. *ex imperfecto.* ibid.2.10.

Eſt inducta fauore liberorum quoad diſtributionem partium. ibid.14

*Ex cauſa.C.de liber.preter.*habet locum in legatis, &fidei commiſſis vniuerſalibus. ibid.9.

Facta fuit propter conſeruandam voluntatem defuncti, non autem propter legata. 298.2.71

Vt facta noua conſtitutiones, habet locum in ſtatutis. 136.2.23

Vt neque milites, neque fœderatos, declaratur. 137.1.26.

Praterea.C.vnde vir & vxor,eſt ampliatiua *l.1. C. eod.tit.* 229.2.52. quæ ſit eius ratio deciſionis. 280.2.48

Res qua.C.commun. de legat. dat remedium ſubſidiarium. 379.1.6

Non habet locũ in tranſuerſalibus,niſi quando frater tenetur dotare ſorores. 379.2.12

Contra cùm rogatus, reſpectu quartæ diſtrahendæ non habet locum pro dotibus dandis extraneis perſonis. 380.2.22

Res qua,non habet locum in dotatione facienda per extraneos. 381.1.26

Habet locum pro dotanda filia naturali,item legitimata. 381.1.28

Eſt fundata in ratione publicæ vtilitatis. 382.1.39.

Procedit etiam in dotis reſtitutione. ibid.40

Procedit in caſibus , in quibus fideiuſſores pro dotibus dari debent. ibid.41

Dummodò bona data in dotem ſint difficilis recuperationis. ibid.42

Habet locum in alienatione quæ fit pro appenditiis,& apparatu dotis. 382.2.46

Et in conſtitutione,ſiue reſtitutione donationis propter nuptias. ibid.47

Non habet locum in arrhis, quæ dantur in regno Portugalliæ. 382.2.49.

Non habet locum in contractu inter viuos. 383.2.57.

Competit quando aliquid ſupereſt de legitima, etiamſi non ſumpſit. 384.1.67

Habet locum ſolùm in deſcendentibus. 447.2.67.

Etiam in deſcendentibus legitimatis. ibid.68

Etiam in filia naturali ibid.69

Habet locum in dote reſtituenda. ibid.70

Præterquam ſi dos fuerit confeſſata. ibid.71

Etiam in augmento dotis, ſiue prouenіente ex pacto,ſiue vigore ſtatuti. ibid.72

Etiam pro expenſis,quę fiunt pro apparatibus,& feſtiuitatibus nuptiarum. 444.1.73

Non eſt extendenda propter moram hæredis. 444.1.77

Habet locum, quando adſunt alia bona hæreditaria, ex quibus dos conſtitui poſſit.444.1.79

Item ſi non adſunt alia bona materna. ibid.80

Eſt remedium ſubſidiarium. ibid.2.81

Habet locum etiamſi filius grauatus conſumpſiſſet legitimam,& Trebellianicam. 444.2.83

Quod eſt verum ſi poſt conſumptionem receperit dotem. ibid.84

Habet locum, etiamſi teſtator ſpecialiter prohibuiſſet alienationem ex cauſa dotis. 445.1.86

*Sed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid.*loquitur de hærede extraneo.533.1.12.

Auus.

Auus dotando neptem non cenſetur fecіſſe contemplatione filij ſui. 272.1.26.

Auus paternus tenetur dotare neptem. ibid.

Contrarium num. 33. Sed hoc intelligitur in ſubſidium. ibid.30

B.

Baldus.

Baldi lectura antiqua *in Auth.res due*, non reperitur. 379.3.5

Bannitus.

Bannitus an poſſit vigore ſtatuti licitè occidi etiam in foro conſcientiæ. 88.2.4

Banniti perdunt bona, & non poſſunt condere teſtamentum. 27.1.41

Quando poſſint teſtari,& in quibus bonis. ibid.42.

Bannitos receptans contra prohibitionem, quando excuſandus. 61.1.30

Bartolus.

Bart.*in auth.excipitur.C.de bonis qua lib.*communiter reprobatur. 14.2.51

In l.Gallus.§.etiamſi parente,non recipitur.162.1.8

In §. Titio genero , ſibi contradicit. 256. 1.21.

In l.qui Roma.§.Flauius.ff. de verb.oblig. communiter reprobatur. 266.2.87

In l. huiuſmodi. §. cùm pater.de leg. 1. declaratur. 271.2.22

In l.ſi non dotem.§.ſi pater.ff.ſoluto matrimonio, improbatur. 273.2.48

Eius ratio *in l.is poteſt,num.* 8. *ff. de acquir. hæred.* non recipitur. 109.1.17

*In l.is poteſt.n.*8.*ff.de acq.hæredit.* communiter reprobatur. 405.2.25,28

*In conſil.*72.declaratur. 497.1.18

Bartoli opinio *in l. centurio*, de fructibus hæreditatis militis teſtatoris nõ eſt recipiẽda. 392.2.75

Beneficium.

Beneficium eſſe de iure patronatus, demonſtrationis gratia dictum cenſetur. 346.1.20

Beneficio ne quis teneatur vltra quàm facere poſſit, an poſſit renuntiari. 175.2.29

Etiamſi cum iuramento. ibid.30

Bona.

Bona caduca ſunt vacantia, & fiſco addicuntur.65.1.30,32

Rupta

Empta poſt teſtamentum, quando continenantur in legato domus. 238.1.46
Grauati quomodo remaneant affecta pro reintegratione facienda. 182.1.9
Manere hypothecata qui teneāt,& an ſit verum. ibid. 10.
Rebellis,ſunt confiſcata abſque aliqua ſententia. 194.2.32
Bona præſumuntur feudalia, Barone poſſidente. 372.2.47
Bona materna poſſunt alienari pro reſtituenda dote filiæ, quando patris bona non ſufficiunt. 381.2.33
Bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro dote,etiam ſi expreſsè teſtator illud prohibuerit. 383.1.55
Diuiſa à patre inter filios veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. 392.2.56
Diuiſa à patre ſuccedunt loco hæreditariæ portionis. ibid.58
Data filiis præſumuntur data in peculium. 393.1.67
Futura non veniunt in publicatione bonorum. 407.1.48
Damnatorum de iure communi poſſunt peruenire ad fiſcum, ſecus ſi vigore priuilegij. 456.1.1
Bona præſumuntur libera, niſi probentur fideicommiſſo ſubiecta. 457.2.3
Bona per filium poſſeſſa non omnia præſumuntur bona patris. 460.1.36
Bona aliena non veniunt in petitione fideicommiſſi ſingularis. 460.1.38
Alienata contra voluntatem teſtatoris, ſtatim ſunt reſtituenda. 467.2.38
Bonorum confiſcatio, poteſt tractari poſt mortem hæretici. 25.1.16
Deſcriptio, quando & qualis fieri debeat. 181.2.4
Poſſeſſio, quibus detur, & quibus denegetur à prætore. 225.1.1
Quas vtilitates afferat. ibid. 2,4
Secundùm tabulas quibus detur. ibid. 3
Eius tempus quando incipiat currere.ibid. 5
Secundùm tabulas quando detur. ibid. 2. 6,23. etiam ex teſtamento nuncupatiuo. ibid.7
Datur filiofamilias,etiam patre ignorāte. ibid. 8. & patre inuito. ibid.9
Ab inteſtato,quibus perſonis concedatur de iure prætorio. 228.1.37
Vnde liberi, datur in bonis patris, non autem in bonis matris. ibid.2.38
Vnde liberi, vtilis datur parentibus in bonis filiorum. ibid.39
Vnde liberi, cenſetur data ſub conditione,ſi eſt filius,& admittit probationem in contrarium. ibid. 42
Vnde legitimi, cui cognato concedatur. ibid. 43
Datur liberis per matrem deſcendentibus. 229.1.44
Quibus perſonis detur. ibid.45
Vnde cognati, quibus perſonis detur. ibid. 47 & an hodie neceſſaria. ibid. 48
Vnde vir & vxor, quo iure concedatur, & quid probandum ſit. ibid. 49. & infra quantum tempus. ibid. 2.50. datur etiam de iure ciuili. ibid. 51
Semper debet peti in iudicio, & eſt iudicialis. ibid. 54
Contra tabulas, dicitur ex teſtamento. 230.1.58
Quando conuertatur in ſecundùm tabulas. ibid. 59 & quis ſit effectus huius conuerſionis. ibid.2.60
Quibus perſonis detur. ibid.61
Impedit ſecundùm tabulas, ſed non impedit aditionem. ibid..62
Contra tabulas, & ſecundùm tabulas, an ſint contrariæ. ibid.63
An ſit de iure prætorio, vel ciuili. 231.1.1
Vt ex legibus, eſt de iure ciuili. ibid.3
Bonorum poſſeſſio, & hæreditas valde differunt. ibid.29
Bonorum poſſeſſionum petendarum tempora an multiplicentur, vel ſit vnicum in omnibus. 229.1.46
Bonorum poſſeſſor agit remedio *l. final. C. de edict. D. Adr. toll.* 231.2.7
Bonorum poſſeſſor, & hæres non differunt quoad originem. 231.2.4
Quomodo differant. 232.1.2
Bonorum poſſeſſio non tollit, ſed conſeruat quæ pupillis vtilia ſunt. 590.1.23
Bonis maternis ſuccedunt proximiores ex parte matris, & in bonis paternis proximiores ex parte patris. 595.1.8

C.

Cacheran.

Cacheran *in deciſ.* 161. reprobatur ex falſis allegationibus. 167.1.14

Cæſar Manentus.

Cæſar Manentus *in conſil.* 115. reprobatur,& defenditur Surdus. 573.1.20

Cap. iuris.

Cap. Raynaldus.de teſtam. declaratur. 305.1.40
c. Quia nos. de teſtam. generaliter loquitur de omnibus bonis, etiam ante clericatum acquiſitis. 21.1.25
c. quamquam. de vſuris lib. 6. comprehendit quamlibet diſpoſitionem. 126.2.14
c. cùm ſecundum. de hæret. lib. 6. declaratur. 26.1.35
c. 1. de pactis, verus intellectus. 4.2.20
c. ſi pater. de teſtament.lib.6. de qua ſubſtitutione loquatur. 564.1.15
Declaratur. 566.1.25
Capitulum ſede vacante non eſt executor ad pias cauſas. 202.1.5

Captiuus.

Captiui obſides non poſſunt teſtamentum facere. 28.2.55

Caſtrenſis.

Caſtrenſis opinio *in conſil. 16. volum.2.* reprobatur. 279.1.29

Caſus.

Caſus mixtus quomodo iudicandus ſit, ſub ſtatuto comprehenſus. 139.2.14
Caſus contingens præter verba teſtatoris non includitur. 338.2.3
Caſus impotentiæ eſt in eo, qui per mortem præuenitur. 575.2.15
Trahitur ad caſum voluntatis. ibid.17

Cauſa.

Cauſa falſa, vitiat omnem diſpoſitionem. 157.1.9
etiam inter viuos. 307.2.56
Finalis quæ ſit. 78.2.47

Eſt per quam inſpicitur commodum tertij. 155.2.16
Et quæ cohæret ſubſtantiæ diſpoſitionis. ibid.17
Et ſine qua agens aliter facturus non eſſet. ibid.18
Ex præfatione colligitur. 157.1.11
Dicitur, quæ reſpicit pietatem. 201.1.20
Eſt quæ reſpicit commodum tertij. 294.2.12
Sine qua agens non eſſet aliter facturus. ibid.14
Item quæ eſt prima in intentione, & vltima in executione. ibid.15
Item quæ colligitur ex diſpoſitione conditionali. ibid. 16
Iuſta, probari debet, quando Princeps diſpenſat contra ius naturale. 89.1.7
Præſumitur in Principe diſpenſante contra ius poſitiuum. ibid.8
Neceſſaria, eſt ſemper attendenda, etiamſi concurrat voluntaria. 270.2.9
Quæ ſapit conditionem de futuro, inducit famam. 155.2.19
Qualibet excuſat à dolo. 263.1.35
Quando cauſetur cohærere legato. 307.2.57
Quando cohæret legato, præſumitur finalis. 308.1.61
Et dicitur cohærere quando arctat de neceſſitate ad id quod legatur. ibid.62
Remota, dicitur occaſio. ibid.63
Non habetur in conſideratione. 307.1.53
Cauſæ ciuiles grauis præiudicij æquiparantur criminalibus. 92.1.48
Duæ lucratiuæ aliquando concurrunt in eadem perſona per indirectum, & per obliquum. 269.1.22
Duæ quando concurrunt, quæ illarum attendenda ſit. 294.2.18

Cautio.

Cautio Mutiana eſt præſtanda ſiue hæres ſit factus ſub modo, ſiue ſub conditione vel affirmatiua, vel negatiua. 185.2.55
Non eſt præſtanda de legato, donec vitam vidualem ſeruauerit. 252.1.80
Eâ nô præſtitâ hæres deſinit eſſe hæres. 185.2.54

Cenſus.

Cenſus præteriti debentur à poſſeſſore. 184.1.38

Cephalus.

Cephalus reprobatur *in conſil.* 406. 17.1.81
In conſil. 519. 98.2.55
Super intellectu *l. 1. C. communia de leg.* vt per ipſum *in conſil.* 98. 278.2.27
Cephali opinio de fructibus repertis in hæreditate non probatur per leges ab eo allegatas. 394.1.79

Ceſsio.

Ceſſio quando non eſt ordinata ad acquirendum, non inducit aditionem. 197.2.31

Circuitus.

Circuitus inutiles euitandi. 214.1.13

Citatio, Citatus.

Citatio quando eſt monitoria, & non arctatoria. 222.1.45
Citatus cenſetur habilitatus, etiamſi aliàs eſſet inhabilis. 221.2.43
Citatus cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, non eſt habilitatus, niſi doceat de ſuo intereſſe. ib.44

Ciuis.

Ciuis Romanus probatur ex facultate teſtandi. 27.2.47
Ciues omnes præſumuntur habitare in propria patria. 142.1.21

Ciuilitas.

Ciuilitas non acquiritur per incolatum cum animo reuertendi. 93.2.67

Clauſula.

Clauſula, *& hanc dixit*, &c. quomodo extendatur. 36.2.47
Clauſula, *Actum*, &c. denotat perfectionem teſtamenti, & cuiuſlibet actus. 36.2,48. & 54.2.6
Non obſtantibus, non comprehendit ſpecialiter prouiſa. 22.2.45
Omni meliori modo, facit teſtamentum valere titulo inſtitutionis. 51.1.30
Quando cenſeatur appoſita fauore filiorum. ibid.31
Habet effectum derogatoriæ, & clauſulæ codicillaris. 100.1.12, 14
Appoſita in ipſo relicto, importat hæredis inſtitutionem. 152.1.7
Ad quem effectum ſubintelligatur inter liberos. ibid.8
Præſentibus ſeptem teſtibus rogatus, quem effectum producat. 54.2.7
Pro omni eo, & toto, &c. quomodo extendatur. 258.2.73
Clauſula quælibet impediens reuocationem cuiuſlibet vltimæ voluntatis, non valet. 82.2.37
Clauſula, *quouis modo*, comprehendit omnem modum, & formam. 102.2.16
Reuocatoria generalis quibus deroget. 102.1.13
Quomodo reuocet omnes derogatorias teſtamenti. ibid. 2.14
Fecit teſtamentum, &c. eſt extendenda vt comprehendat derogatorias ad teſtamenta futura. 102.1.10
Saluis prædictis, eſt modificatiua, & reſtringit. 241.1.88
Et denotat amiſſionem rei. ibid.89
Si non valet iure teſtamenti, valeat iure donationis, cur ſit irreuocabilis in ſecundo teſtamento. 266.2.2.83
Supplentes, operatur in his ſolùm, de quibus Princeps eſt informatus. 73.2.6
Non tollit defectus prouenientes de iure naturæ. ibid.9
Non operatur expreſſa obreptione & falſitate. ibid.11
Reſtringitur ſolùm ad expreſſos defectus. ibid.12
Appellatione remota, non impedit appellationem à notoria iniuſtitia. 223.2.8
Caſſans, & irritans, &c. reuocat omnes derogatorias primi teſtamenti. 102.1.3
Quomodo extendenda. ibid.12
Habet effectum clauſulæ, præferri, & præualere. ibid.2.18
Extendenda eſt ad quæcumque verba poſita in primo teſtamento. ibid. 20
Quando faciat præferri teſtamentum poſterius. 207.1.38
Codicillaris, an ſuſtineat teſtamentum caducum. 63.2.6,11
Operatur ſolùm data inualiditate teſtamenti. 64.1.12
Operatur ſolùm poſthumo nato, ſi filius reſtatoris

tis erat inſtitutus, & teſtator diu ſuperuiuens teſtamentum non mutauit. 68.1.13
In teſtamento nullo ob filij præteritionem operatur fideicommiſſum. 97.2.34
Corruit, reuocato teſtamento, in quo fuit appoſita. 99.1.57
Reuocato primo teſtamento, nunquam reuiuiſcit, reuocato teſtamento ſecundo. ibidem 58
In primo teſtamento valido operatur vt hæredes ſcripti in eo teneantur reſtituere hæredibus ſcriptis in ſecundo teſtamento inualido. 97. 2. 33, 35. & quando fallit. ibid.36.
Nihil operatur quando filij ſunt inſtituti æqualiter, & nepos ex altero filio præmortuo eſt præteritus. 106.2.22
Operatur vt fiat reſtitutio illius quantitatis in qua quis directò inſtitutus eſt. ibid. 23
Operatur quando filij ſunt inæqualiter inſtituti, & nepos ex altero præmortuo præteritus fuit. 107.1.25
Operatur, vt filius præteritus cenſeatur grauatus de reſtituendo hæredi ſcripto. 121.2.10
Repetit ſucceſſionem ab inteſtato. 266. 1. 79
Eſt fauorabilior quàm authent. *ex cauſa*. 313. 1. 19
Quando operatur fideicommiſſum ab inteſtato. 323.2.138
Concepta per verbum futuri, vel præſentis temporis. ibid.139
Clauſula, *de conſenſu*, inducit conditionem & formam. 132.1.2
Eſt conditio mixta, & quando habeatur pro impleta. 133.1.14
De hærede in hæredem, quando importet de deſcendente in deſcendentem. 164.1.29
Derogatoria, expreſſa tollit conſenſum ab actu ſubſequente. 100.1.13
Poteſtatis teſtandi non eſt attendenda. 102. 1. 2
Generalis, vel ſpecialis, vel ſingularis, quæ ſit, & quomodo reuocanda ſit. ibid 4
Magis trahitur ad teſtamenta præterita, quàm futura. ibid.11
Tacita, reuocatur per reuocatoriam tacitam. 103.2.28
Voluntatis codicillandi probatur per duos teſtes. 335.2.9
De gradu in gradum, eſt reſtringenda quoad expreſſa. 340.2.28
Et non inducit nouam diſpoſitionem. ibid.29
In perpetuum, vel infinitum, eſt reſtringenda ad expreſſa. ibid.30
Ad qualificandum aliquid, ad illud tantùm referri debet. 341.1.31
De gradu in gradum, non inducit repetitionem de primo ſubſtituto in alterum. ibid.32
In infinitum, denotat tempus perpetuum. 341. 2.41
Et ſemper referenda eſt ad proximè immediata, & non ad alia. ibid.42
Ideo non refertur de deſcendentibus ad tranſuerſales. ibid.43
Poſita in vulgari, non extenditur ad fideicommiſſariam. 342.1.45
Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, datur electio ſubſtituto, ſi verificari poteſt in omni caſu. 348.1.48.
Codicillaris operatur effectum ad fauorem venientium ab inteſtato. ibid.2.56
Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quando faciat reciprocum per vulgarem, & quando per fideicommiſſum. 352.2.8
Codicillaris adiecta, vos inuicem ſubſtituo, aliquando non importat fideicommiſſum. ib.15
Confirmat, non autem ampliat fideicommiſſum. ibid.16.
Concepta per verba futuri temporis operatur vt ſubſtitutio vulgaris, & reciproca tranſeant in fideicommiſſariam. 365.2.3
Appoſita in teſtamento nullo ob filij præteritionem operatur fideicommiſſum. ibid.7
Operatur, quando teſtamentum eſt nullum ob defectum ſollemnitatum, & ob præteritionem, vel malam exhæredationem. ibid.9
Per verba futuri temporis an operetur fideicommiſſum, poſthumo ignoranter præterito. 366. 1. 10
Et ex lucubrationibus Menoch. *in conſ.* 499. apparet negatiuam partem eſſe magis cómunem, & veriorem. ibid. 11
Per verba futuri temporis operatur fideicommiſsũ in poſthumo ignoranter præterito, quãdo extraneus eſt inſtitutus. ibid.13
Non operatur quando extraneus eſt hæres factus. ibid.14
Nihil operatur, etiamſi teſtator diu ſuperuixit, & potuit mutare teſtamentum, & non mutauit. ibid.2.16
Tacitæ, & expreſſæ eadem eſt virtus. 367.1.23
Pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, poteſt transferri feudum etiam in extraneos. 396.1.111
Ad conſilium ſapientis, poteſt addi hypotheca, & iuramentum. 372.2.52
Tunc, & eo caſu, denotat extremitatem temporis. 402.2.70
Et ad aliud tempus referri non poteſt. ibid.71
Temporis de ſui natura eſt limitatiua, & reſtrictiua. 407.1.53
In ſtirpes, non excludit gradus repræſentationem. 408.2.64
Ad habendum, debet eſſe ſcript per extenſum, vt habeat maiores vires. 413.2.22
Ad alienandum, poteſt explicari per æquipollens. 414.1.25
Clauſula promittens habere ratum, nihil addit contractui. 415.1.33
Non confirmat contractum per errorem factum. ibid.35.
Generalis non extendit tranſactionem de re certa. ibid.36
Ponentes ſe in locum proprium, intelligitur in iure de præſenti. 417.1.59
Nec importat facultatem transferendi dominium. ibid.60
Ad habendum, poſita in inueſtituris quid operetur. 454.1.29
Codicillaris ſecundùm modernos facit ſubſtitutionem vulgarem inuerti in commiſſariam. 492.2.16
Contrarium eſt verius. 493.1.17
Etiamſi ſubſtitutio facta eſſet per verbum commune. ibid.18
Non habet effectum, quando teſtamentum poteſt valere iure directo. 493.2.21

Doct. Marta ſummæ ſucceſſ. leg. pars 4.

FFf Etiam

Etiamſi ſubſtitutio cenſeretur facta ordine ſucceſſiuo. ibid.22
Non ſupplet defectum voluntatis. 493.2.24
Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quando reſtringatur ad ſolam vulgarem. 494.1.31
Derogatiua facilius trahitur ad præterita teſtamenta, quàm ad futura. 500.2.11
Valeat iure donationis inter viuos, non habet effectum in teſtamento. 505.2.5
De hæredibus in hæredes, & de deſcendentibus in deſcendentes, non importat reciprocum fideicommiſſum. 543.2.17
De linea in lineam, non importat fideicommiſſum reciprocum. ibid.18
Sed intelligitur reſpectu deſcendentium cuiuſque lineæ. ibid.19.
De gradu in gradum, non operatur repetitionem fideicommiſſi. 544.1.25
Codicillaris nihil operatur, vbi deficit voluntas. 547.2.14
Operatur quando teſtamentum eſt inualidum, vt debeatur ab inteſtato. 548.1.15
Vim habet amoris liciti. 557.1.30
Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quas ſubſtitutiones importet. 559.1.8
Codicillaris mutat verba directa in fideicommiſſariam. 579.2.28
Tunc, & eo caſu, quando ſtet reſtrictiuè, & quando non excludat ea quæ veniunt ex natura rei. 592.2.11
Clauſulæ, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure cuiuslibet vltima voluntatis*, effectus. 17.2.92
Si non valet iure teſtamenti, valeat iure donationis inter viuos, quis ſit effectus. ibid.94
Codicillaris effectus reſtituendi hæreditatem aliis. 106.2.21
Tolli poteſt per declarationem teſtatoris probandam per teſtes. 366.2.18
Fuit inuenta ad conſeruandam voluntatem teſtatoris. 367.1.19
Nihil operatur ſtante defectu voluntatis. ib. 20
Inducit præſumptionem fideicommiſſi. ibid. 21
Semper cenſetur ineſſe pro conſeruanda voluntate inter liberos. ibid.22
per Clauſulam codicillarem omnis ſucceſſorum ſpecies grauata dicitur. 299.1.75
Clauſulâ codicillari teſtamentum remanet firmum, ſi filij in conditione poſiti ſunt vocati. 64.1.9
Clauſulâ *ad habendum*, transfertur dominium. 392.2.60
Idem ſi fuerint conſignati fructus in vita. ibid.61
Idem ſi fuerit facta traditio, reſeruatum ius teſtandi, & appoſitum iuramentum. ibid.62
Clauſulæ derogatoriæ teſtamenti poſſunt reuocari in codicillis. 103.1.23
Acceſſoriæ, ſequuntur principalem diſpoſitionem, & illam non ampliant. 301.1.99
Cæteratæ ſunt extendendæ ſecundùm naturam actus. 102.1.9
Derogatoriæ ſequentium teſtamentorum, cur inuentæ ſint. ibid.5
Cæteratæ ſunt extendendæ ad arbitrium iudicis. 413.2.23
Clauſulæ omnes quando cenſeantur in executiuis appoſitæ. 416.1.48
Clauſulæ acceſſoriæ renuntiationis, illam non augent. 416.2.56
Clauſulæ, & coniecturæ recipiunt validitatem à titulo. 508.2.12
Clauſulæ quando cenſentur appoſitæ de ſtilo Notariorum. 548.2.26
Clauſulæ in exequutiuis non alterant diſpoſitionem. 560.2.29
Taxatiuæ non excludunt illud quod venit ex natura ſubſtitutionis vulgaris. 578.1.12

Clericus.

Clericus etiam primæ tonſuræ eſt liberatus à patria poteſtate. 61.1.38
Factus poſt inchoatum iudicium, debet illud ſequi coram eodem iudice. 185.2.29
Clerici de omnibus bonis in clericatu acquiſitis poſſunt teſtamentum facere. 336.2.29
Non poſſunt fieri hæredes laicorum in teſtamento inualido. 113.2.29

Cluſia.

Cluſia piſcium legata, intelligitur de magna, non de parua. 241.1.100

Coactus.

Coactus dicitur qui timet poſſe cogi. 299.2.81

Codicillus.

Codicillus non probatur ſi vnus ex quinque teſtibus illi contradicat. 47.1.11
Imperfectus valet inter liberos vt teſtamentum. 119.2.8
Codicilli faciendi per cœcum debent fieri cum ſolemnitate. 41.2.12
Codicilli, & teſtamentum cenſentur eſſe vna diſpoſitio. 47.1.10
Codicilli primi non cenſentur reuocati per ſecundos. 300.2.96
An & quando cenſeantur reuocati per ſecundos. 337.1.22
Codicilli veniunt appellatione teſtamenti. 334.2.15,16
Nullam iuris ſolemnitatem deſiderant. 335.1.1
Valent facti de nocte coram teſtibus ingredientibus per feneſtras. ibid.2
Teſtes quinque in eis nullam qualitatem requirunt. ibid.3
Et ſemper debent eſſe quinque, & nunquam pauciores. ibid.4
Improbantur, ſi vnus ex teſtibus contradicat. ibid.2.8.
Codicillorum definitio qualis ſit. 333.2.5
Eorum ignorantia an, & quando præſumatur. 336.2.18
Codicillis non poteſt contrauenire qui teſtamentum approbauit. 336.2.17
Codicillos nō poteſt quis approbare pro parte. ib.19
Cenſentur approbati in totum, etſi eſſent producti in parte, ac partibus. ibid.20

Cœcus.

Cœcus ſi faciat teſtamentum inter liberos, non debet obſeruare formam *l. hac conſultiſſima*. 41.2.13
Poteſt facere donationem cauſa mortis non ſeruata ſollemnitate §. ex imperfecto. 507.1.22
Cœci cum qua ſolemnitate teſtari debeant. 28.1.50

Cognatus.

Cognati, etiam vſque ad decimum gradum ſuccedunt. 423.1.4

Cohæres.

Cohæres non tenetur de euictione alteri cohæredi. 183.1.26

Coitus.

Coitus & incontinentiæ ſuſpicio aliquando ceſſat. 306.1.42.

Comes Palatinus.

Comes Palatinus non poteſt legitimare vt ſint ſui hæredes,

hæredes,& non ſuccedant patri legitimanti,niſi habeat facultatem. 109.2.28

Communitas.

Communitates non poſſunt ſtatuta condere ſine Principis authoritate. 5.1.27

Comparatio.

Comparatio literarum habet effectum confeſſionis. 100.2.19.& 123.1.12

Compenſatio.

Compenſatio an & quando admittatur de ſpecie ad ſpeciem, & de quantitate ad quantitatem. 251.2.70.

Compenſatio debiti,non fit,quando hæreditas non eſt remanſura penes creditorem hæredem. 169.2.5

Ex quibus coniecturis eliciatur. 174.2.53

Compenſatio non admittitur de illiquido ad illiquidum. 251.2.71

Non impeditur fieri, ob diuerſitatem quantitatum. 271.2.21

Non fit de debito alterius. 272.1.25

Non inducitur,quando alia eſt perſona creditoris,alia legatarij. 271.1.13

Quomodo fiat cum debito maioris ſummæ.274 1.54

Eſt ficta ſolutio. 275.1 62

Quæ fit de debito neceſſario, eſt potiùs imputatio,& debiti extinctio. ibid.63

Fit de debito,cùm dies adhuc non venerit. ibid. 2.65

Aliquando fit pro rata. ibid.68

Conceſſio.

Conceſſio facta mediante pretio, reuocari non poteſt. 94.1.70

Conceſſionem fuiſſe realem, declaratur ab obſeruantia. 118.1.4

Conceſſum quod non legitur,cenſetur prohibitum. 109.2.29

Concilium.

Concilium non afficit,niſi poſt publicationem.137.1.25

Tridentinum *ſeſſ.*25.*cap.*16. non habet locum in renuntiatione ante ingreſſum. 19.2.8

Condemnatus.

Condemnatus cum publicatione bonorum, quando teſtetur ad pias cauſas. 126.1.10

Condemnati ad mortem, ſiue naturalem,ſiue ciuilem,non poſſunt facere teſtamentum. 26.2.37

Aufugientes è carceribus poſſunt condere teſtamentum. ibid.39

Idem ſi à ſententia appellauerint. ibidem 48

Condictio.

Condictio indebiti datur contra hæredes. 184.1.35

Conditio.

Conditio non importatur per dilationem breuis temporis. 35.1.27

Conditio voluntaria quos effectus producat in hærede ſuo. 49.2.16

Conditio, ſi monaſteria ingrediatur, eſt mixta. 52.2.50

Si nubet de conſilio talis,poteſt apponi in inſtitutione filiæ. ibid.54

Si moriatur ex teſtamento, non eſt tacitè in eo. 75.1.3,43

Viduitatis in vna diſpoſitione,non cenſetur repetita in altera. 117.1.15

Si ſine liberis, verificatur in pupillo. 127.2.7

Rei, mutatur per mutationem perſonæ. 190.2.11

Non poteſt diuidi. 246.2.19

Donec habitauerit cum filiis, poſt eorum mortem habetur pro non appoſita. ibid.20

Obligationis, non mutatur ex perſona hæredis. 250.1.58

Si honeſtè vixerit,comprehendit matrimonium. 251.2.72

Non nubendi, à iure reiicitur. 252.1.76

Impedit eſſe factam inſtitutionem, & donationem. 256.1.22

Deficit poſt moram contractam,& non eſt locus purgationi. 258.2.49

De futuro, importat cauſam finalem. 260.2.5

Conditio & qualitas quando non cenſeantur repetitæ inter omnia copulata. 276.2.3

Conditio omnino certa an impediat diem legati cedere. 284.1.19

Si deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, eo ipſo adimpleta dicitur, cùm grauatus religionem profeſſus eſt contra modernos. ibid. 20

Si filius fiat presbyter, verificatur, etſi non fiat, & diſcedat ſine filiis. ibid.22

Quando eſt appoſita ſolutioni, & præſtatio legati puri, non alterat eius naturam. ibid. 2.25

Legati, quæ ineſt ex natura rei, non impedit tranſmiſſionem. 285.2.33

Idem ſi tacita conditio inſit ex legis diſpoſitione. 286.1.34

Idem in tacita conditione reſultante ex tacita reſolutione. ibid.35

Tacita pupillaris ætatis,quando cẽſeatur repetita in legatario à ſubſtituto pupillari. ibid. 39.41

Tacita non alterat naturam legati puri. ibid. 40

Aliquando cenſetur appoſita ex abundanti.287.1.49

Importata per tempus omnino incertum,ſemper facit legatum conditionale. 288.1.62

Sed per tempus certum non alterat naturam legati. ibid.

In quacunque parte appoſita, cenſetur ineſſe ſubſtantiæ legati. 295.1.26

Quando cohæret perſonæ primi legatarij, non cenſetur tranſlata. 302.1.112

Si ſuperuixerit, in legato annuo retrotrahitur ad diem acceptationis. 317.2.69

Purificata, retrotrahitur ad ſuum principium. ibid.71

Non poteſt apponi in codicillis directæ inſtitutionis in teſtamento. 336.1.14

Conditio dicitur onus aſſumendi cognominis.360.2.51

Importatur per verba futuri euentus. ibid.52

Conditio,ſi ſine filiis,quando cenſeatur repetita in nepotes. 398.1.5 contrarium.ibid.7.

Voluntaria adimpletur per æquipollens,quando illi lex repugnat. 402.1.62

Conditio quando habet reſpectum ad grauamen, extenditur ad caſum ſimilem. 402.1.64

Conditio temporis incerti priùs debet exiſtere. 407.1.54

Conditio vbi eſt ſucceſſiua,non ſufficit fuiſſe adimpletam momento temporis. 427.1.55

Vbi deficit reſpectu primi ſubſtituti, non eſt locus ſecundo. 427.1.57
Conditio aſſumendi cognominis appoſita ipſi vltimo genito extraneo, ſi deficit, non poteſt adimpleri per eius filios,& deficit fideicommiſſum. 427.1.58
Vbi deficit per mortem vocati, non ſunt admittendi eius filij. ibid.59
Secus ſi conditio fuiſſet impoſita patri, & filiis. ibid.60
Conditio debet adimpleri ante aditionem,vt transmittatur ad filios. ibid.61
Importatur per grauamen,& onus. 428.1.72
Importatur per verba ſignificantia futurum euentum. ibid.73
Conditio, ſi ſine filiis,expirat,ſi decedit cum filio, licèt moriatur. 428.1.75
Et fideicommiſſum extinguitur,etiamſi cum vno filio decedat. ibid.76
Conditio etiam per momentum temporis dicitur defeciſſe. 428.2.77
Conditio, ſi ſine filiis, deficit, etiam per infantem extractum de vtero matris mortuæ. ibid. 78
Conditio,ſi ſine filiis,& hæredibus,non deficit,niſi illi ſint hæredes. 428.2.80
Et qualitas hæreditaria cenſetur adiecta gratia filiorum. ibid.81
Conditio,ſi ſine filiis,attenditur ad omnes vocatos, quando teſtator fecit fideicommiſſum perpetuum. 429.1.83
Cenſetur repetita propter tractum ſucceſſiuum temporis. ibid.84
Non cenſetur repetita propter rationem agnationis conſeruandæ. ibid.85
Nec ſi teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum. ibid.86
Et quo caſu cenſeatur repetita. ibid.87
Conditio adiecta quando importet modum. 453.1.19.
Quando retrotrahatur ad ſuum principium. 515.1.51
Conditio, ſi ſine filiis moriatur, habet locum illis non natis. 571.2.5
Conditio,ſi moriatur, & conditio, ſi non naſcatur, inter ſe non differunt. ibid.6
Conditio,ſi omnes prædicti ſine filiis morerentur, non habet effectum, ſi vnus tantùm ſine filiis moriatur. ibid.7
Si ſine filiis legitimis & naturalibus, verificatur in clerico. 572.1.8
Si ſine filiis, regulariter comprehendit filias feminas. 572.1.12
Voluntaria eſt extrinſeca, & facit actum conditionalem. 575.1.5
Si ſine filiis, quare ſubintelligatur in filiis,non autem in extraneis. 575.1.6
In vulgari ſubintelligitur. ibid.7
Etiam in vulgari contenta in compendioſa. ibidem 8.
Impoſſibilis an & quando vitiet diſpoſitionem, vel ipſa vitietur. 588.2.11
Conditionis voluntariæ implendæ ius non tranſmittitur ad hæredes. 410.1.85
Conditionem rei ſuæ quam vult, quis poteſt apponere. 5.1.55
Conditionem fuiſſe adimpletam, quis probare debeat. 426.2.53
Conditione voluntaria non impleta,diſpoſitio corruit. 152.2.13
Adimplenda poſt mortem adimpleta in vita, aliquando fideicommiſſum debetur. 284.1.21
Conditione caduceata in patre, filij non cenſentur vocati per fideicommiſſum fundatum in perſona patris. 359.2.39
in Conditione voluntaria non conſideratur effectus,ſed nudum factum, 401.2.61
Conditione non adimpleta,ceſſat omnis diſpoſitio. 426.2.52.
Conditiones neceſſariæ quæ dicantur. 402.1.66.
Conditionalis diſpoſitio ceſſat, quando conditio non eſt adimpleta. 385.1.26

Confeſſio.

Confeſſio teſtatoris de dote recepta, facta in teſtamento,acceptante vxore,tranſit in naturam contractus. 80.1.3
Facta in teſtamento, quando reuocari non poſſit. ibid.5
Ex ſui natura eſt reuocabilis. ibid.6
Debiti, quando habet vim relicti & legati. ibidem 2.8
Facta inter perſonas non prohibitas, quomodo præiudicet. ibid.11
Parentis, ad fauorem alterius filij, cæteris non præiudicat. ibid.13
Mariti,receptæ dotis,habet vim donationis.ibid. 14.
Dotis receptæ non confirmatur iuramento aſſertorio. 81.1.15
Poteſt reuocari ante probationem illius.ibid. 16
Facta in teſtamento pro exoneratione conſcientiæ,an,& quando præiudicet. ibid.17
Habet vim inſtrumenti publici. 180.2.47
Prætextu erroris quando poſſit reuocari ab hærede. ibid.48
Inducitur ex poſitionibus in iudicio factis. 195.1.3
In precibus facta plenè probat. ibid.2.10
Aduerſarij,æquiparatur inſtrumento. 205.1.8
Dotis receptæ, facta animo donandi, non firmatur iuramento aſſertorio. 246.1.6
Secus iuramento promiſſorio. ibid.7
Item ſecus ſi præceſſerit promiſſio. ibid.8
Mariti de dote recepta,facta in teſtamento,valet in vim legati. ibid.13
Confeſſionem partis non poteſt iudex nullam pronuntiare. 60.1.2
ex Confeſſione debiti facta in teſtamento,non oritur actio ſufficiens ad conſequendum illud. 80.2.12

Confirmatio.

Confirmatio actus inualidi,quibus modis fieri poſſit. 67.1.1
Contractûs nulli,eſt nouus contractus. ibid.4
Non retrotrahitur ad initium actus nulli confirmati,ſecus ſi fiat à lege. 67.1.6
Hominis, non fingit ſuper validitate actus. ibidem 7.
Inducitur propter repetitionem. 68.1.15
Per viam pacti debet fieri præſentibus, & acceptantibus. 70.1.12
Principis, intelligitur ſecundùm naturam actus. 85.2.4
Poſſeſſionis hæredis quando ſit fruſtratoria. 206.1.16.& quando neceſſaria. ibid.17

Confiſcatio.

Confiſcatio bonorũ cenſetur prohibita per fideicómiſſum

miſſum reſultans ex prohibitione alienationis. 449.1.35
Secus ſi ſunt prohibita alienari inter viuos. ibid. 36
Prohibitio alienationis quando dicatur inter viuos. 449.1.37
Non cenſetur prohibita, quando fideicommiſſum extinguitur in perſona de familia. 449. 2.38
Comprehendit ſolùm iura competentia de præſenti. 451.1.64

Coniectura.

Coniectura quæ verſatur in ſubſtantia diſpoſitionis, per quot teſtes probetur. 44.1.17
Coniectura quòd teſtator cenſetur ſe reddere conformem iuri communi, faciliùs eliditur. 11.2.3
Legalis interpretandæ voluntatis, eſt valde leuis. 112.1.9
Coniecturæ debent colligi ex ipſo teſtamento, vt probent inſtitutionem. 153.1.18
Quales eſſe debent ad prohibendam Trebellianicam. 532.1.29
Validæ ſumendæ ſunt ex verbis teſtamenti. 345. 1.5
Coniecturarum iudicium eſſe periculoſum. 345.1.1
Coniecturis non induci fideicommiſſum reciprocum. 352.1.2

Coniunctus, Coniunctio.

Coniunctus, & ſubſtitutus quoad materiam repetitionis onerum ſunt æquiparati. 425.2.40
Coniuncti verbis non ſunt, qui in duabus orationibus cum copula coniuncti ſunt. 512.1.12
Coniuncti ſunt, quando eadem res legatur pluribus in diuerſis orationibus. 512.1.14
Et an ſit exprimenda qualitas, ita quòd faciant ſibi partes per concurſum. ibid.15
Coniuncti mixtim, quando dicantur. ibid.2.22
Coniunctio verbalis qualis ſit. 511.2.5
Habet opus expreſſione æquis portionibus. 511. 2.9
Mixta, & verbalis, quomodo differant reſpectu expreſſionis partium. 511.2.11
Coniunctio ad effectum iuris accreſcendi debet procedere à teſtatore. 513.2.32

Coniux.

Coniuges alienantes feudum dotale poſſunt contrauenire. 178.2.15
Coniuges non poſſunt ſibi adinuicem donare cauſa mortis. 507.1.24
Etiamſi eſſet appoſitum iuramentum. ibidem. 25

Conſanguineus, Conſanguinitas.

Conſanguinei ſuccedunt vſque ad decimum gradum. 257.2.42
Conſanguinitas probatur per gradus cum redditione cauſæ ſcientiæ. 458.2.17
Quando poſſit probari per indicia & præſumptiones. 459.1.21
Conſanguinitatis poſſeſſorium quomodo probatur inter deſcendentes. 458.2.20

Conſenſus.

Conſenſus ſimultaneus requiritur in quolibet contractu. 70.1.14
Illius, de cuius hæreditate agitur, nullum ius tribuit contrahentibus ſuper eius hæreditate. 98.2.48
Alterius requiſitus per ſtatutum debet præſtari in ipſo actu. 133.2.15
Superueniens nihil operatur, quando actus fuit nullus. ibid.16
Quando ponitur pro conſilio, debet ſolùm requiri, & non tenetur ſequi. ibid.17
Mariti, requiſitus in teſtamento vxoris vigore ſtatuti, præſumitur ex diuturnitate temporis. 137.2.29
Quando requiritur pro authoritate, debet interuenire in ipſo actu. 305.2.35
Conſenſus domini requiritur in ceſſione iuris hypothecæ ſuper feudalibus, quando fit non poſſidenti. 395.2.107
Conſenſus vbi denegatur, poteſt peti ab alio ſuperiore. 455.2.46
Conſenſus denegatus, quando habeatur pro præſtito. ibid.47
Conſenſus directi domini poteſt alterare naturam feudi. 456.1.54
Conſenſus domini non alterat naturam fideicommiſſi reuocabilis vſque ad mortem. 456.2.6
Conſenſus quando habet naturam gratiæ, & quando naturam priuilegij. 456.2.64
Probatur per patientiam. 467.2.9.
Habetur pro præſtito per contractum factum cum altero ex contrahentibus. 500.1.2
Conſenſus patris præſentis habetur pro præſtito in conuentione facta inter filios. ibid.3.
Præſumitur per præſentiam aliquando, etiam in iis, quæ inferunt damnum. ibid.2.4
Præſumitur per præſentiam deuenientis ad actum poſitiuum. ibid.5
Conſenſus præſtitus ſuper conuentione hæreditatis propriæ poteſt reuocari. ibid.6
Conſenſus patris quando requiritur pro authoritate, & quando pro voluntate. 506.1.9
Conſenſum præſtare recuſans, quando poſſit compelli ad conſentiendum.

Conſilia.

Conſilia poſt mortem authoris oppreſſa quandoque habent tantam authoritatem, ſicut cætera in vita impreſſa. 349.1.60

Conſtitutarius, Conſtitutum.

Conſtitutarius ſi non capit naturalem poſſeſſionem, amittit ciuilem. 220.2.25
Conſtitutum nihil transfert in donatione cauſa mortis poſitum. 509.1.16

Conſuetudo.

Conſuetudo teſtandi vnius loci non extenditur ad bona extra territorium. 15.2.63
Eſt ius municipale, imò potentius, & quomodo differat à ſtatuto. 113.1.24
Quare potentius operetur, quàm ſtatutum. ibid. 25
Vt pro ſubſcriptione apponatur ſigillum, eſt valida. 123.1.9
Populi, non ligat clericos in deciſoriis. 126.1.7
Inuentarij conficiendi, quomodo probetur. 173. 2.5
Nulla poteſt induci, vt teſtator monaſterium excludere poſſit. 234.2.11
Quòd primogenitus habeat domum, de quibus rebus intelligitur. 238.1.44
Exorbitans loquens in ſimplici, non habet locum in caſu mixto. 248.2.34
Continens perplexitatem eſt nulla ipſo iure. 454.2.33
Conſuetudo interpretanda eſt, vt quantò minus deroget iuri communi. 455.1.40
Conſuetudo alienandi conformis iuri feudorum quomodo pariat effectum diuerſum à iure feudorum.

dorum. 455.1.41
Conſuetudo in exorbitantibus non eſt extendenda, vbi eſt diuerſa ratio. 588.1.3
Conſuetudines vicinorum quando obſeruandæ ſunt, eis cenſetur quis ſe conformem reddere voluiſſe. 113.2.26
Comprehendunt diſpoſitiones clericorum. ibid. 27.
Loci, non ligant forenſes, neque ſcholares ibi ſtudentes. 114.1.31
Non ligant extra territorium. ibid.34
Neapolitanæ, ligant Clericos in bonis antiquis. 143.2.10
Ciuitatis non habent locum extra diſtrictum. 244.1.128
Sunt pactiones ciuium. 273.2.40. & 455.2.45

Conſulentes.

Conſulentes aliquando adhærent verbis, aliquando menti, propter lucrum pecuniarum. 349.2.67.

Contractus.

Contractus, vt valeat, debet probari ſanitas mentis de tempore contractus. 7.2.18
Valet in præiudicium doloſi. 30.1.13
Non dicitur perfectus, ſi Notarius per conuentionem adhibendus erat. 35.2.34
Dicitur fieri in ſcriptis, quando expreſsè conuentum eſt. ibid.40.
Quomodo poſſit fieri in teſtamento. 44.2.27
Factus in teſtamento eſt validus, ſi ille pertinet ad materiam teſtamenti. ibid.30
Momentaneus, extraneus à teſtamento, illud non vitiat. 45.1.31
Dotis, metu factus, quare ſit nullus ipſo iure. 60.2.18
In teſtamento factus poteſt probari per duos teſtes. 71.2.3
Fiduciæ, factus in teſtamento cum teſtatore, probatur per duos teſtes. 72.2.20
Irreuocabilis, an poſſit fieri in teſtamento. 81.1.20.
Irreuocabilis factus in teſtamento, non retinet ſuam naturam irreuocabilem. 82.1.28
Primus, non cenſetur nouatus per ſecundum, qui eſt nullus. 170.1.9
Contractus ab alieno arbitrio dependere poteſt. 595.1.2
Contractus perfectio, conſiſtit in concluſione. 32.2.4
Inualidi confirmatio, requirit eaſdem ſolemnitates. 67.1.8
ex Contractu quolibet oritur ius, quod tranſit ad hæredes. 409.2.80
Contractus poſſunt fieri in teſtamento. 71.2.1
In teſtamento facti, an reuocari poſſint. 80.1.2
Facti in teſtamento non ſunt irreuocabiles, vt erronee ad hoc allegantur Doctores. 82.1.30
Qui poſſint fieri in teſtamento. ibid.32
Declarantur ab obſeruantia. 118.1.6
Contractus omnes tranſeunt ad hæredes. 409.2.78
Contractus in teſtamento factos eſſe irreuocabiles qui Doctores dicant, & quomodo ſint intelligendi. 82.1.31
Contrahentes poſſunt reuocare contractum nullum. 178.1.11

Contradictio, Contradictor.

Contradictio ſemper intelligitur de moleſtia facti, non iuris. 528.1.15
Contradictor legitimus, quis ſit ad effectum impediendi hæredem immitti. 218.2.1
An ſit, qui habuit titulum ab hærede, & poſſeſſionem ab alio ante mortem teſtatoris. 221.1.35.
Non eſt qui non poſſidet, nec habet titulum. ib. 2.41.
Eſt, citatus ab hærede, etiamſi non poſſideat, nec habeat titulum. ibid.42
Contrafacere dicitur qui non facit. 188.2.5

Contrarietas.

Contrarietas eſt euitanda etiam per ſubauditam interpretationem. 560.2.22

Contrauentio.

Contraueniens contractui priuatur omni illius commmodo. 472.2.12

Conuentio.

Conuentio de hæreditate viuentis, eſt contra bonos mores. 98.1.42
De obſeruando teſtamento reuocatur, ſtatim facto altero teſtamento. ibid.43
Iſta habet tacitam conditionem ſi teſtator perſeuerauerit in eadem voluntate. ibid.44
Conditionalis, euaneſcit ſublata conditione. ibid.45
Quando ſit de hæreditate acquirenda, vel conſeruanda. ibid.46
De hæreditate viuentis cum eius conſenſu, eſt reuocabilis per contrarium illius conſenſum. ibid.2.47
Inter patrem, & filios de hæreditate certo modo diuidenda habet vim vltimæ voluntatis. 477.1.19

Copia.

Copia ſcripturæ originalis nullam fidem facit. 45.1.35

Copulatiua.

Copulatiua, & diſiunctiua ſemper ponuntur inter diuerſa. 124.2.12

Correctio.

Correctio nulla eſt inducenda inter leges habentes caſus diuerſos. 51.2.39
Legis, non eſt inducenda in dubio. 141.1.6
Iuris, eſt euitanda. 147.1.14

Correlatiua.

Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio. 61.1.2. & 172.2.37
Idem iudicium. 148.1.16
Limitatur, quando ſtatutum mandat vt diſpoſitiones intelligantur ad literam. ibid. 17

Couarruuias.

Couar. *in cap. relatum, num.* 11. *de teſtament.* declaratur. 36.1.43

Creditor.

Creditor factus hæres, adeundo confundit creditum, & cenſetur ſibi ſoluiſſe. 169.2.1
In expenſis funerum præfertur quibuſcunque creditoribus habentibus expreſſam anteriorem. 170.2.15
Factus hæres, grauatus de reſtituendo, non confundit ſuum creditum cum hæreditate. 171.2.20
Etiamſi dictus creditor non confecerit inuentarium. ibid.21
Soluens debita, & legata, poteſt illa deducere ante reſtitutionem. 172.1.26
Non adit hæreditatem delatam debitori. 192.2.5

Creditor in diem, ante illius euentum agere poteſt, vt ſibi ſoluatur. 465.1.3

Creditores filij non poſſunt ex illius perſona detractiones facere. 385.2.81

Crimen.

Crimen læſæ maieſtatis non committitur à non ſubdito naturali. 93.2.68

Cuiacius.

Cuiacius *in §. nos igitur. in Auth. de reſtit. fideicommiſſi*, reprobatur, & defenditur illam diſpoſitionem eſſe factam cum iuſta ratione. 479.2.16, 20

Curator.

Curator datus imbecilli ad iudicia, non intelligitur datus ad extraiudiciales contractus celebrandos. 8.2.18

D.

Dandi verbum.

τὸ Dentur, & diſtribuantur, ſunt obliqua, & non faciunt directam. 560.1.20

τὸ *Dentur*, eſt obliquum. 561.2.36

Data cauſa conditionis implendæ non ſunt in hæreditate tempore mortis teſtatoris. 535.2.18

Datio.

Datione in ſolutum extinguitur hypotheca. 169.2.6

Secus ſi datio in ſolutum non habuit effectum. ibid.7

τὸ *De*, denotat materiam, & demonſtrat. 257.1.53

τὸ *Debet*, importat neceſſitatem. 251.1.65

Debitor, Debitum.

Debitor, factus hæres confundit ius debitum cum hæreditate. 172.2.36

Poteſt hæreditatem ſibi delatam repudiare, ne creditori acquiratur. 193.1.8.

Eligit in alternatiuis. 332.2.9

Debitor ex vltima voluntate tenetur cauere, vt adueniente die ſoluat. 465.1.2

Debitum, dicitur neceſſarium, quod ex neceſſitate legis inducitur, etiamſi habuerit originem ab actu voluntario. 250.2.62

Quando dicatur neceſſarium. 270.1.4

Neceſſarium dicitur quod debetur ex legis diſpoſitione, & habet originem ab actu voluntario. ibid.5

Voluntarium ab initio, factum lege diſponente dicitur neceſſarium. ibid.2.17

Decianus.

Decianus *in conſil.* 121. *vol.* 3. improbatur. 240.2.86.

Deciani ratio *in conſil.* 42. *num.* 6. *vol.* 4. non eſt recipienda. 477.2.21

Decius.

Decius *in conſil.* 381. & 472. communiter reprobatur. 257.1.30

Reprobatur *in conſil.* 196. & contrà fuit iudicatum. 82.2.53

Decius *in conſil.* 386. & Ruin. *in conſil.* 132. *vol.* 2. & Decian. *in conſil.* 78. *vol.* 3. reducuntur ad concordiam. 425.1.26

Declaratio.

Declaratio voluntatis teſtatoris, probatur per duos teſtes. 44.1.12

Vltimæ voluntatis inualidæ, per quot teſtes probetur. ibid.18

Probatur per ſeptem teſtes, quando teſtamentum per eum confirmatur. ibid.19

Teſtamenti, debet fieri coram legitimo numero teſtium. 125.2.14

Retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis factæ. 295.1.27

Defenſio.

Defenſio perſonalis eſt manualis, quæ dicitur propria defenſio. 92.1.44

In cauſis ciuilibus, & criminalibus non poteſt tolli per Principem. ibid.47

Cauſata à multiplicitate citationum tolli poteſt. ibid.49

Definitio.

Definitio teſtamenti competit codicillis. 333.2.2

Defunctus.

Defunctus non dicitur obligatus ad vſuras debitas per hæredis moram. 251.2.69

Delictum.

Delictum patris nocet filiis in feudis. 448.1.22

Non nocet filiis in feudo, quando pater illud non poſſidebat. 447.1.11

Non nocet filiis conceptis, & natis ante delictum. 450.1.42

Delictum feudale quale ſit, & quale non feudale. ibid.43

Delicta propter publicum intereſſe ſunt punienda. 446.1.1

Dementia.

Dementia probatur, probatis extremis temporibus. 7.1.14

Demonſtratio.

Demonſtratio officij magis attenditur, quàm nomen proprium. 260.2.8

Falſa, quando non vitiet diſpoſitionem. 308.1.64

Demonſtrationis verba quæ ſint. 236.1.16, 19

Deportatus.

Deportatus appellans, pendente appellatione quomodo teſtari poſſit. 25.1.18

Deportati in inſtanti latæ ſententiæ efficiuntur inteſtabiles. ibid.17

Derogatio, Derogatoria.

Derogandi contrariis facultas non eſt extendenda, quando inducitur perplexitas. 441.1.46

Derogatio generalis quando comprehendat ſpecialiter prouiſa. 23.1.46

Cenſetur facta ad conſeruandam, non autem ad augendam diſpoſitionem. 301.1.100

Derogationis validitas non eſt inquirenda poſt longum tempus. 104.2.40

Derogatoria ſpecialis teſtamenti, per quæ verba reuocetur. 102.2.15

Teſtamenti primi, cenſetur reuocata, ſi teſtator dixit: Volo ſecundum præualere, vel præferri. 102.2.17

Omnis teſtamenti, eſt reuocata per clauſulam, *caſſans, & irritans*, &c. ibid.21

Deſcendentes.

Deſcendens de linea grauati præfertur aliis. 433.1.17

Deſcendentes vocati ſimpliciter, cenſentur per fideicommiſſum reſpectu primorum vocatorum, ſed inter ſeipſos per vulgarem. 347.1.29

Secus vbi mortis conditio adiecta fuerit, tunc

enim etiam fideicommiſſariam continet. ibid. 30

Deſcendentes ex primogenito quandoque non ſuccedunt ad primogenituram. 405.2.23

Ex illegitimis ſunt de linea legitimorum. 432.1.9

Deſcendentes, inter quos eſt ordo neceſſitatis, non poſſunt dici vocari per fideicommiſſum, quia eſſent præteriri à primo gradu. 492.2.13

Deſcendentium appellatio continet eos, qui ſunt eiuſdem gradus. 354.1.53

Deſcendentium appellatione veniunt deſcendentes ex feminis. 432.2.15

Deſcendentium appellatione continentur feminæ. 340.1.20

Secus ſi teſtator in vna parte teſtamenti loquutus eſt de deſcendentibus maſculis. ibid. 21.

Deſcendentium appellatio denotat tractum temporis in futurum. 342.1.64

Et continentur omnes in infinitum. ibid.47

Etiamſi vocauerit deſcendentes ex filiis. ibid. 48

Et poteſt verificari in vno. ibid.49

Deſcendentium nomen aliquando non denotat tractum temporis in futurum. 342.2.50

Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum. 479.2.18

Deſtinatum.

Deſtinatum omne habetur pro facto. 238.1.42

Dictio.

Dictio taxatiua non extenditur, quando inducitur correctio aliarum legum. 17.1.85

Dictio, *dicti*, ſtat demonſtratiuè. 346.1.18

Dictiones contra ſubſtantiam actus ſunt remouendæ. 586.1.10

Dilatio.

Dilationes breuiores dandæ ſunt tam in cauſa alimentorum, quàm in cauſa dotis. 262.2.27

Dilectus.

Dilectus in inſtitutione cenſetur dilectus in fideicommiſſo. 149.2.22

Dilecti in inſtitutione, cenſentur dilecti etiam in ſubſtitutione. 150.1.24

Minus dilecti ſemper præſumuntur excluſi, ſi magis dilecti excluduntur. ibid.2.7

Magis dilecti in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus ſunt præferendi. ibid.8

Diſpenſatio.

Diſpenſatio de pupillari expreſſa ad tacitam, non eſt extendenda. 577.1.3

Diſpoſitio.

τὸ *Diſponere* pertinet ad vltimam voluntatem. 12.2.31

Quando referatur ad diſpoſitionem inter viuos. ibid.32

Diſpoſitio, de feudo antiquo, & paterno, quando valeat. 16.2.73

Quando habeatur pro non ſcripta. 63.2.3

In quibus caſibus dicatur pro non ſcripta. 65.2.38

Nulla generalis, comprehendit piam cauſam. 125.2.1

Ciuilis, quando eſt fundata ſuper defectu intellectus, & voluntatis, ligat piam cauſam. 126.1.8

Delinquentis, cuius bona non ſunt publicata ipſo iure, an & quando valeat. ibid.11

Generalis, non includit caſus, & perſonas priuilegiatas. 143.2.15

Captatoria, non corruit in totum, ſed ſolùm in eo, in quo eſt captatoria. 154.2.8

Non poteſt conſiderari in donatione inter viuos. ibid.9

Quando dicatur facta in vim modi. 155.1.13

Semper alteratur per conditionem, vbicumque appoſitam. ibid.14

Erronea, eſt nulla ex defectu voluntatis. 157.1.8

Facta de omnibus bonis, non comprehendit bona alteri debita. 240.1.77

Corruit, vna ex duabus cauſis ceſſante. 295.1.20

Inter viuos, vitiatur propter incertitudinem perſonæ. 304.2.15

Extenditur propter identitatem rationis. 321.1.9

Facta de eo, quod petitur iure actionis, extenditur ad id quod petitur per officium iudicis. ibid.12

Diſpoſitio hominis de vna perſona non extenditur ad alteram. 353.1.21

Diſpoſitio an amplietur propter rationem adiectam. 369.2.11

Habetur pro non facta, ceſſante conditione. 427.1.56

Diſpoſitio de bonis poſt mortem, eſt introducta per gratiam. 497.1.21

Diſpoſitio vna eſt in æquiparatis, etiamſi ſit exorbitans. 522.1.3

Non debet habere effectus inæquales. 545.2.9

Si non eſt integraliter explicata, aliquod verbum ſubaudiendum eſt. 559.1.14

Diſpoſitiones quando intelligantur ad litteram. 146.1.2

Diſtrictus.

Diſtrictus quis ſit, & vnde dicatur. 243.2.126

Ponitur pro vna re cum territorio. 244.1.127.

Diuidentes, Diuiſio.

Diuidentes acceptantes partes, videntur earum valorem æſtimaſſe. 418.2.80

Etiam ſi diuidentes ignoraſſent bona eſſe obnoxia. ibid.81

Multo magis ſi fuit habita ratio valoris bonorum. ibid.82

Diuiſio patris inter filios quando habeatur pro institutione. 121.2.5

Bonorum patris inter filios, eſt actus vltimæ voluntatis. 392.2.57

Diuiſio aliquando tranſit in naturam donationis inter viuos. 392.2.59

Diuiſio bonorum patris inter filios, ad vſumfructum, ſalua proprietate, non transfert dominium. 393.1.63

Prælegatorum habet naturam permutationis. 413.1.17

In partes cum ampliſſimis clauſulis an importet renuntiationem fideicommiſſi. 416.2.55

Diuiſione facta, & acceptatis partibus, non debent conferri allodialia & libera cum bonis feudalibus, vel fideicommiſſo ſuppoſitis. 418.1.77

Secus ſi inter fratres ſequeretur magna inæqualitas. ibid.78

Secus ſi diuidentes ſcienter acceptauerint partes inæquales. ibid.79

Doctor.

Doctor intelligitur ſecundùm legem quam allegat. 274.1.50

Doctori diſtinguenti magis credendum eſt. 14.2.52.& 109.2.35.

Doctores qui perfunctoriè loquuntur, non ſunt magnæ authoritatis, nec ſunt allegandi ad faciendam communem. 15.1.55

Qui non ſint allegandi ad faciendam communem. 366.1.12

Doctoribus ſex diſputantibus articulum magis credendum eſt, quàm quinquaginta non diſputantibus, ſed obiter dicentibus. ibid.54

Dolus.

Dolus, extrinſecus à ſubſtantia non inficit actum. 30.1.14

Dans cauſam contractui facit illum eſſe nullum ipſo iure. 29.2.4

Probatur per coniecturas etiam non ſufficientes. 29.2.9

Adhibitus in ſubſtantialibus vitiat actum. 30.1.16

Domicilium.

Domicilium habitationis eſt attendendum. 139.2.11

Dominium, Dominus.

Dominium, quomodo incontinenti probetur. 215.1.25

Vtile, ſemper eſt præferendum directo. 217.1.52 239.2.74

Rerum fideicommiſſo ſuppoſitarum, pendente conditione pertinet ad hæredem. 240.1.76

Tranſit recta via in piam cauſam. 266.2.85

In Eccleſiam transfertur irreuocabiliter, etiam abſque acceptatione. 267.1.91

Rei legatæ, quomodo recta via tranſeat in legatarium. 282.1.2

Probatur, vbi rei vendicatio conceſſa eſt. ibid. 2.3

Rei hæredis, an recta via tranſlatum dicatur in legatarium. ibid.4

Retrotrahitur ad ſua principia. 283.1.8

Legati, non acquiritur ante acceptationem, vt fiat irreuocabile. ibid.9

Quando retro transferatur ſine traditione. 319 1.93

Tranſit à primo fideicommiſſatio in ſecundum abſque reſtitutione. 341.2.39

Dominium bonorum quando eſt impeditum peruenire ad ſucceſſorem. 450.2.54

Legati, probandum eſt contra tertios poſſeſſores. 460.1.39

Dominij ſola probatio quando non ſufficiat ad impediendam immiſſionem hæredis. 217.1.49

Dominij tranſlatio quando impediatur per prohibitionem alienationis. 372.1.64

Impeditur per prohibitionem alienationis factam in vltima voluntate. 472.1.1

Dominij tranſlatio non impeditur per prohibitionem alienationis factam in contractibus. 472.2.8

Dominij tranſlatio impeditur ſi contrahentes reſeruarunt ſibi hypothecam ſpecialem in caſu contrauentionis, ſecus ſi generalem. 472.1.13

Et quòd opinio procedat, vbi etiam fuiſſet oppoſitum conſtitutum. 473.1.14

Et conſtitutum quibus verbis debeat fieri. ibid. 15

Item impeditur tranſlatio, quando contrahentes appoſuerunt pactum reale. ibid.16

Dominium fuiſſe commune ab initio, eſt falſa opinio. 2.1.3,5

Dominia fuiſſe diſtincta de iure naturali primæuo. 2.2.5

Dominus directus non poteſt conſentire poſt mortem vaſalli nulliter alienantis. 86.2.19

Finita linea poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem. 435.1.43

De iure feudorum non tenetur præſtare conſenſum alienationi, ſecus ſtante conſuetudine, vel pacto inueſtituræ. 455.1.43

Quando denegans conſentire, dicatur facere iniuriam, & poſſit cogi ad conſentiendum. ibid.44

Inueſtit emptorem cum ſuo conſenſu. 456.1.53

Conſentiens dicitur donare. 456.1.55

Ex feudo facit allodium, & è contra. 456.1.57

Solus dat ſpiritum feudo. ibid.58

Conſentiens remittit omne ſuum præiudicium. 456.2.63

Domini vnius ſerui legatarij ſunt coniuncti in domino, ſed non honore expreſſo à teſtatore. 529.2.31

Domus.

Domus appellatio quando intelligatur pro ædibus, & quando pro patrimonio. 236.1.15

Continet etiam tranſuerſales, reſpectu ſtatuti. 361.2.7

Donatarius, Donatio.

Donatarius ſecundus, agit contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorum per primum donatarium. 182.2.15

Non agit per rei vendicationem contra tertium poſſeſſorem bonorum donatorum. 267.1.89

Donatarius primus dicitur acceptare donationem etiam pro ſubſtitutis in eadem donatione. 376.2.22

Donatarius ſecundus ſubſtitutus primo quam actionem exerceat contra tertium poſſeſſorem. 377.1.25

Donatarius ſecundus venit iure proprio, non autem iure tranſmiſſionis. 410.1.83

Donatarij ſecundi acceptatio retrotrahitur ad tempus antequam fuiſſet reuocata donatio. 377.1.24

Donatarij cauſa mortis præſentia, & acceptatio poteſt probari per duos teſtes. 507.1.29

Donatio cauſa mortis, facta abſenti, poteſt acceptari per Notarium. 18.1.98

Facta cenſetur, etiamſi tacita mortis cogitatio interueniat. 81.2.27

Eſt actus vltimæ voluntatis. 154.2.10

Cenſetur reuocata per alienationem voluntariam. 295.2.31

Quomodo aſſimiletur legatis, & quomodo contractibus. ibid.32

Non alteratur per traditionem rei traditæ. 301.2.106

Inter viuos, etiam ad pias cauſas, facta in teſtamento, quando cenſeatur reuocata. 79.1.55

Inter viuos, quæ morte confirmatur, per alienationem voluntariam reuocari dicitur. 295.1.33

Quare ſit fortior legato. 298.2.70
Reciproca, facta in reſtamento inter coniuges an ſit reuocabilis. 81.1.19,21,24
Quomodo poſſit fieri inter coniuges. ibid. 2. 23
Inter coniuges valet, etiamſi bonorum donatorum traditio non fuiſſet facta in vita. ibid. 25
Hæreditatis propriæ, cenſetur cauſa mortis. ibid. 26
Facta in pœnam reuocationis teſtamenti, non valet. 82.2.34
Rei particularis in caſum reuocationis legati eſt valida ſecundùm aliquos: ſed contrarium eſt verius. ibid. 36,38
Facta Eccleſiæ, reuocatur per ſubuenientiam filiorum. 131.1.13
An reuocetur in totum, vel ſolùm quoad legitimam. ibid.2.14
Facta ſub conditione eſt valida, & irreuocabilis, & agitur ad obſeruantiam conditionis. 266.2.86
Facta poſt mortem primi donatarij non poteſt reuocari. ibid.88
Inofficioſa quando reuocetur in totum, & quando vſque ad legitimam. 179.1.28
Quando dicatur inofficioſa re, & conſilio. ibid. 2.29
Facta in teſtamento eſt reuocabilis. 266.2.84
Non eſt reuocata per ſuperuentum filiorum, quando de illis cogitatum fuit. 298.2.73
Omnium bonorum, non comprehendit ius patronatus Eccleſiæ. 305.2.32
Facta per clericum filio ſuo ſpurio non valet. 306.2.45
Prima ſi non valet, nec valet ſecunda facta Eccleſiæ. ibid.47
Facta ſpurio filio à Principe non recognoſcente ſuperiorem, eſt valida. 307.1.49
Facta in teſtamento non transfert dominium in accipientem. 312.2.15
Donatio cauſa mortis eſt verè contractus. 375. 2.3
Inter viuos in teſtamento facta, retinet naturam contractus. 376.2.21
Donatio reſpectu ſecundi donatarij poteſt reuocari de conſenſu primi. 376.2.23
Propter nuptias fit à ſolo marito, vel ab aſcendentibus, non autem ab extraneis. 381.1. 25
Facta in pœnam fideicommiſſi non facti, non valet. 502.2.11
Etiam ſi fieret ei, qui deberet hæres inſtitui, in pœnam teſtamenti non facti. ibid.12
Facta contemplatione matrimonij per quæ verba fieri debeat. 503.1.13
Cauſa mortis in quibus caſibus æquiparetur vltimæ voluntati. 505.2.3
Cauſa mortis per filiumfam. ſine cóſenſu patris, & cum iuramento, non conualidatur, quando fit ſui iuris. 506.2.15
Cauſa mortis in quibus æquiparetur vltimæ voluntati. 506.2.21
Cauſa mortis, vel inter viuos, ex quibus cognoſcatur. 508.1.1
Eſt quando donans reſeruauit ſibi facultatem alienandi. ibid.2
Cauſa mortis eſt, quando in ea fit valida prohibitio alienationis. 508.1.4
Inter viuos an poſſit fieri in teſtamento. 508. 1. 7
Cauſa mortis eſt, etiam ſi eſſet appoſitum pactum de non reuocando. ibid.2.8
Cauſa mortis eſt, etiam ſi facta eſt pro ſe, & hæredibus. 508.2.10
Eſt, etiamſi explicitus eſt titulus donationis cauſa mortis, licèt aliæ clauſulæ appoſitæ ſint, importantes inter viuos. ibid.11
Inter viuos eſt, ſi mentio mortis ſit poſita in executiuis ad differendum effectum. 508.2. 17
Et quando limitetur. ibid.14
Cauſa mortis quando eſt, iuramentum de non reuocando nihil impedit. 509.1.17
Cauſa mortis eſt etiamſi facta ſit filiis, & deſcendentibus. ibid. 19
Et an filij, qui habent ordine ſucceſſiuo, habeant vt filij, vel hæredes. ibid.20
Cauſa mortis facta abſenti, tranſit in naturam fideicommiſſi. ibid.2.1
Secus ſi fiat in teſtamento, vel codicillis ab infirmo. 510.1.2
Donatio ſimplex cum conditione ne hæres inferat moleſtiam, tranſit in naturam fideicommiſſi. ibid.3
Cum pacto de non reuocando eſt inter viuos. 509.2.22
Tamen ſi fiat filiofam. eſt cauſa mortis. ibid. 23
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, aliquando valet vt donatio cauſa mortis. ibid.24
Donationis animus reſpectu coniunctorum, ex quibus præſumatur. 280.1.40
Donationis cauſa mortis requiſita ſunt etiam ſtipulatio, vel pactum, & donatarij præſentia. 507. 1.26
Aut Notarius ſtipuletur pro abſente. ibid.27
Et quare in ea requirantur quinque teſtes. ibid.28.
Donationes quando cenſeantur tot, quot ſunt perſonæ. 179.2.31
Tot ſunt, quot ſunt res donatæ. 276.2.6
Donationi inter viuos non conuenit reſeruatio facultatis alienandi. 508.1.3
Donationem cauſa mortis facit filiusfam. de conſenſu patris, fratri ſuo. 506.1.6
Et etiam filiæ ſuæ donare poteſt, quia eſt in poteſtate aui. ibid.7
Donatione cauſa mortis, quæ actiones intentari poſſint. 510.1.4
Si facta eſt per pactum nudum, competit condictio ex lege. ibid.5
ex Donatione cauſa mortis quando transferatur dominium, & à quo tempore debeantur fructus. ibid.6
τὸ *Dono*, aliquando capitur pro legato. 316. 2. 55
τὸ *Donec*, facit conditionem. 246.2.17
Reſtringit onus, & limitat tempus. 247.1.24

Dos.

Dos, legata ſi monaſterium ingrediatur, debetur, etiamſi nubat viro. 52.2.51
Cenſetur legata, ſi quid fuerit legatum vltra dotem. 245.2.1
Non probatur per confeſſionem mariti. ibid.5
Legata ſtatim exigi poteſt. 246.1.12
Aliquando non ſuccedit loco legitimæ, ſtante ſtatuto. 256.2.27

Continet

Continet cauſam alimentorum. 262.2.25
Data nepti an imputetur in legitima filij. 272.1.27
Data nepti ab auo, quando imputetur in legitimam filij ſui. ibid.2.34
Relicta ſub modo non tranſmittitur à præmoriente. 288.1.66
Nullum recipit grauamen, & reiicit omne pactum, etiam ad fauorem dotantis. 289.1.71
Primùm deducitur de bonis patris, vt æs alienum. 290.2.9
Secus in extraneo legante dotem. ibid.10
Data filiæ ſpuriæ à presbytero non poteſt auocari. 306.2.44
Dos aliquando habetur pro exacta propter moram, & culpam mariti, in eius damnum, quam tenetur reſtituere. 383.1.54
An poſſit dari per grauatum, qui conſumpſit ſuam legitimam, & Trebellianicam. 384.1.62
Dos matris detrahenda eſt de bonis fideicommiſſi. 443.2.64
Dos deducenda eſt, etiam recepta poſt fideicommiſſum factum. ibid.65
Etiam pro natis, & conceptis poſt obitum fideicommittentis. ibid.66
Legata ab auo nepti dicitur aduentitia. 471.1.5
Imputatur in falcidiam, etiam ſi pater ſtipulatus fuerit illam ſibi reddi. 535.1.9
Capitur à filia inter viuos iure hæreditario. ibid.10
Dos reuerſura ad patrem, dicitur eſſe in patrimonio dotantis. 581.1.8
Dos computatur in legitimam ſi pater vult illam imputari. 581.1.11
Secus ſi non ſupereſſent alia bona pro legitima. ibid.12
Quando eſt permanſura penes filiam, dicitur illius patrimonium, & grauari non poteſt. 581.2.14
Dotis, intereſſe an debeatur à die mortis teſtatoris, vel poſt annum, & quid ſi legata fuerit. 257.1.30
Reſtitutio, facienda à marito eſt debitum neceſſarium. 270.2.6.273.2.45
Conſtituendæ, & reſtituendæ eadem ſunt priuilegia. 273.2.47
Relictum, habet tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequuntur. 288.2.68
Augmentum habet idem priuilegium, quod habet ipſa dos. 381.1.1.30
Priuilegia ſunt communicata contradoti. 382.2.48
Dotis reſtituendæ tempus inſpiciendum eſt, non conſumptionis quærratum. 284.1.66
Doti poteſt imponi onus poſt ſolutum matrimonium. 255.1.15
Dotem præferri creditoribus anterioribus in hypotheca expreſſa, an hodie ſit communis opinio. 171.1.18
Dote legata ſi nubet de conſilio talis, dicitur inuitati ad illud matrimonium contrahendum. 52.2.53
Et legatâ mulier debet probare numerationem. 245.2.2
Dotes qui tenetur dare, etiam virum inuenire debet. 380.1.17
Dotes non poſſunt dari de re in alterius dominium tranſlata. 380.2.60
Dotare qui tenetur, etiam maritare debet. 273.1.43
Dotandi neceſſitas prouenit à propinquitate ſanguinis. 272.1.31

Dubius.

Dubius de ſtatu ſuo teſtatur ad pias cauſas.

E.

Eccleſia, Eccleſiaſticus.

Eccleſia, & pia cauſa quando habeantur loco liberorum. 131.1.9
Eccleſia, dicitur eſſe in territorio ſtatuentium. 143.1.7
Subſtituta donatione, agit rei vendicatione pro conſequendis bonis donatis. 267.1.90
Eccleſia debet abhorrere ſpem ſuccedendi per pactum. 496.1.8
in Eccleſiam fideicommiſſariam tranſit dominium ipſo iure, abſque reſtitutione. 211.1.87
Eccleſiaſtici, non poſſunt teſtari de fructibus, & reditibus Eccleſiaſticis. 21.2.28
De conſuetudine loci poſſunt diſponere de omnibus bonis. 22.1.36
Dicuntur de diſtrictu temporali. 143.2.13

Electio.

Electio perſonæ incertæ de certis poteſt remitti ad alterius voluntatem. 58.1.9
Perſonarum, quæ ſint in magno numero, committi non poteſt in teſtamento. ibidem 11
Hæredis de certo genere poteſt committi ad arbitrium alterius. 154.2.6
Legati, pertinet ad hæredem vt legatarium, teſtatore ita mandante. 332.1.1
Legati alternatiui, pertinet ad legatarium. ibid.4
Secus ſi legatum alternatiuum eſt de rebus alienis, tunc pertinet electio ad hæredem. ibid.2.5
Rei legatæ in genere, quæ habeat fines determinatos facto hominis, pertinet ad hæredem. ibid.7
Electionis ius deuoluitur ad alterum propter negligentiam non eligentis. 333.1.12
Electione vnius ex agnatis non facto à commiſſario, omnes agnati admittuntur ad ſucceſſionem. 58.1.20

Emancipatio.

Emancipatio eſt duplex, expreſſa & tacita. 60.1.4
Tacita ſufficit ad validitatem teſtamenti. ibid.6
Facta in procinctu mortis ad effectum teſtandi cenſetur in fraudem. ibid.9
Ad ſolum actum teſtandi facta, non valet. ibid.1.12

Emphyteuſis, Emphyteuta.

Emphyteuſis Eccleſiæ non venit in reſtitutionem fideicommiſſi. 196.1.112
Niſi ſit conceſſa pro ſucceſſoribus quibuſcumque. ibid.113
Emphyteuſis conceſſa pro linea ſua intelligitur de deſcendentibus. 435.1.315
Eccleſiæ in dubio cenſetur conceſſa ad tertiam generationem lineæ acquirentis. ibid.40
Emphyteuta quando non cadat à iure ſuo, ſi non ſoluit canonem in biennio. 243.2.118

Emphyteuta aliquando admittitur, etiam ſi nullam habeat portionem. 520.2.39

Emptio, Emptor.

Emptio facta lege permittente, propter culpam hæredis non retractatur. 384.2.74
Emptor non tenetur creditoribus venditoris ſoluere, etiamſi illis promiſerit ſoluere. 72.1.8
Emptor in quem facta eſt alienatio rei prohibitæ per teſtatorem poteſt præſcribere. 472.1.4

Epiſcopus.

Epiſcopus, debet cognoſcere de cauſa executionis mutationis vltimæ voluntatis ad pias cauſas factæ per Papam. 86.2.23
Poteſt aliquando commutare legatum pecuniæ ad pias cauſas factum, in alteram cauſam piam. 87.1.26 & an in hoc requiratur conſenſus hæredis. ibid.27
Quis ſit executor legatorum ad pias cauſas. 201.2.3,8
Eſt executor ad pias cauſas, etiam teſtatore prohibente. ibid.4.& 265.1.67
Epiſcopus, & collegium aliquod facti executores, quomodo concurrant reſpectu vocum. 202.1.9
Epiſcopus eſt executor ad pias cauſas, etiam ſi teſtator prohibuiſſet. 561.2.38
Epiſcopi, & Cardinales poſſunt teſtari de bonis patrimonialibus, & de acquiſitis ex propria induſtria. 21.2.26 & de illis, quæ donantur eis quando ordinantur ad ſacros ordines. ibid.27
Epiſcopi, & Prætores non poſſunt alios executores ad pias cauſas deputare. 202.2.13

Error.

Error ſollemnitatis omiſſæ non poteſt corrigi per Notarium. 42.1.18
Notarij, commiſſus in teſtamento, poteſt probari per duos teſtes. 43.2.11
In ſubſtantia diſpoſitionis tot teſtibus probandus eſt, quot ad ipſam diſpoſitionem requiruntur. 44.1.15
Omiſſionis, non poteſt probari per alios teſtes, quàm eos, qui interfuerunt in teſtmento. ibid.16
In ſubſtantia, vitiat inſtitutionem. 156.2.1,6
Cauſæ finalis, remouet voluntatem ab actu. 157.1.10
In ſubſtantia vitiat diſpoſitionem. 346.1.15

Euictio.

Euictio non præſtatur, vbi partes diuidentes acceptarunt portiones electas cum ſuis grauaminibus. 418.2.83
Euictionis promiſſio quando non intelligatur de illa quæ venit ex natura rei. ibid.1.76
τὸ *Ex*, denotat cauſam immediatam. 131.1.2

Exæquatio.

Exæquatio reciproca per quæ verba inducatur. 316.1.50

Exceptio.

Exceptio liquidationis perſonæ poteſt opponi in quacumque ſpecie iudicij. 213.1.1
Etiamſi in cauſa procederetur ſummariè, & de plano. ibid.2
Etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo. ibid.3
Inhabilitatis teſtatoris an impediat hæredem immitti in poſſeſſionem. ibid.2.6
Quando dicatur incontinenti probari. ibid.7
Inhabilitatis hæredis, an illum impediat immitti. ibid.8
Quæ incontinenti docet de non iure agentis, obſtat in quolibet poſſeſſorio. 214.1.12
Tituli conſimilis, an impediat hæredem immitti. ibid.17. & facit, vt ordinario iudicio agendum ſit. ibid.18
Notorij dominij, & proprietatis impedit hæredem immitti. ibid.19
Impedit in poſſeſſorio adipiſcendæ. ibid.20
Falſitatis, non cenſetur excluſa à quacumque diſpoſitione reiiciente omnes exceptiones. 215.1.28
An & quando impediat immiſſionem hæredis. ibid.29
An, & quando executionem inſtrumenti. ibid.30
Non cenſetur excluſa per pactum. ibid.2.31
Nunquam cenſetur reiecta, quando conſtat ex actis. ibid.32
Præiudicialis inſtrumento, facit ceſſare illius executionem. ibid.35
Iuris tertij, an impediat hæredem immitti. ibid.36
Rei feudalis, an impediat hæredes feminas immitti. 216.1.40
Præſcriptionis, an impediat immiſſionem hæredis. 217.1.50
Quæ non probatur aliquo iure, non eſt vera. 239.1.58
Compenſationis, poteſt opponi, non obſtante ſtatuto prohibente omnes exceptiones. 275.1.61
Diſcuſſionis, non poteſt opponi contra legatarium. 222.2.130
Non opponitur in interdicto Saluiano. 223.1.131
Impedit exercitium actionis. ibid.132
Exceptiones competentes de iure tolli poſſunt. 5.2.38
Exceptiones plures poſſunt opponi aduersùs præſcriptionem. 217.2.57
Exceptiones detractionum à ſolo hærede opponi poſſunt. 445.1.90

Excluſa.

Excluſa ab inſtitutione vniuerſali dicitur excluſa à ſermone generali. 538.2.15

Excommunicatio, Excommunicatus.

Excommunicatio debet ferri ob ſolam contumaciam. 4.2.21
Excommunicatus quando non poſſit condere teſtamentum. 24.1.7,9
Retinet dominium ſuorum bonorum. ibid.8

Executio, Executor.

Executionis ad pias cauſas cognitio eſt mixti fori, & pertinet ad vtrumque iudicem. 201.2.2
Executiones vltimarum voluntatum ſunt mixti fori. 211.2.97
Executor teſtamenti aliquando eſt loco hæredis. 199.2.2
Quando poſſit agere, & conueniri. ibid.3
Cogit hæredem ad adeundam hæreditatem, & implendam voluntatem defuncti. ibid.4
Quantitatem diſtribuendam debet capere de manu hæredis. 200.2.11
Secus ſi ſint executores vniuerſales, & nullus ſit datus hæres. ibid.12
Vnus, aliquando agit contra alterum. ibid.2.15

Specialis,

Specialis, declarat mentem & voluntatem defuncti. ibid.17 & an declaret, etiam hærede non requiſito. ibid.18
Executor, an legatarius quis dicendus ſit, & quæ ſit ratio differentiæ. ibid.19
Non dicitur legatarius, quando conſideratus eſt vt executor. 201.1.21
Teſtamentarius, an & quando intentet remedium legis finalis. 211.2.96
Executor ad pias cauſas cenſetur datus à lege. 561.2.37
Executoris poteſtas, ob eius negligentiam, deuoluitur ad hæredes. 200.1.13
Dependet à facultate ei data à teſtatore. 199.2.5
Eius officium quanto tempore finiatur. 200.1.9
Executores teſtamentarij veniunt appellatione hæredis. 65.1.28.195.1.41
Aliquando præferuntur hæredibus. 199.2.6
Executores ad pias cauſas qui ſint dati à lege, nullo alio executore facto. 201.2
Executores quando habeantur loco hæredum. 559.2.16
Poſſunt conueniri actione ex teſtamento. ibid.17
In quibus ſint æquiparati hæredibus. 560.2.28
Sunt miniſtri hæredum, non autem pauperum quibus diſtribuendum eſt. 561.1.33
Executorum teſtamentariorum materiam qui Doctores ſcripſerint, remiſſiuè. 301.2.3
Executoribus pluribus datis, quis agere poſſit. 199.2.7
Litis, quibus debentur, etiam in prima inſtantia. 278.1.23
Explicandum propria voce non poteſt per alterum explicari. 57.2.5
Expreſſum dicitur quod eſt cogitatum in genere. 258.2.56
Quod ex mente colligitur. 274.2.52

Exhæredatio.

Exhæredatio dicitur fieri ad commodum hæredis inſtituti. 515.2.6
Exhæredatio etiam hodie poteſt fieri impuberi doli capaci. 589.2.21
Exhæredationis iuſta cauſa à teſtatore expreſſa, debet probari per hæredem. 515.2.5
Exhæredatus habetur pro mortuo, quando cauſa eſt probata, & declarata per iudicem. ibid. 2.7

Expenſæ.

Expenſæ pro Medicis ſunt ſpecies alimentorum. 277.1.9
Item expenſæ pro præceptoribus & magiſtris ibid.10

Expreſſio.

Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, quando operetur. 511.2.8
Expreſſio partium operatur, ne faciant patres per concurſum. ibid.2.10
Expreſſum in lege dicitur, in quo militat eadem ratio. 350.2.76
Dicitur, quod ex mente colligitur. 351.1.77
Dicitur etiam quod ſequitur à verbis expreſſis. ibid.78
Quibus modis dicatur. 563.2.7
Dicitur quod importatur per verba limitata. 476.1.4
Dicitur, quod reſultat à verbis expreſſis. 596.1.21

Extenſio.

Extenſio fit in correctoriis. 124.2.11
De perſona ad perſonam non fit, vbi ſtatutum intelligendum eſt ad litteram. 147.1.14
Non fit ad aliam perſonam, quando eſt expreſſum nomen proprium. 259.1.60
Fit ad aliam perſonam propter abſurdum euitandum. 318.2.85
Extenſio diſpoſitionis aliquando fit in correctoriis. 313.1.18
Non eſt facienda de gradu in gradum. 353.2.26
Extenſio ſubſtitutionis permittitur, vbi in caſu contrario minus dilectus præferendus eſſet. 398.1.6
Extenſio fideicommiſſi ad alterum caſum, nullatenus eſt facienda, & hoc procedit de regula. ibid.2.11
Extenſio fit de perſona ad perſonas, propter rationem generalem. ibid.2.16
Contrariam opinionem, probatur eſſe veriorem. 399.1.17
Extenſio ad perſonas non fit ex veriſimili mente teſtatoris. ibid. 1.20
Eſt facienda de vniuerſa hæreditate ad rem certam aliquando. 401.1.53
Cur faciliùs fiat in directis, quàm fideicommiſſariis ſubſtitutionibus. ibid.2.59
Extenſio fideicommiſſi eſt facienda, quando conſtat mente. 402.1.63
Perſonarum nunquam fit ex tacita mente teſtatoris. 474.1.5
Extenſiones de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonas, quando differat. 399.1.19

Extraneus.

Extranei non poſſunt directò inſtitui in teſtamento inter liberos. 124.2.13

F.

Factum.

FActum contra formam nunquam parit reo defenſionem. 178.2.19

Facultas.

Facultas derogandi legibus eſt reſtringenda quoad expreſſa tantùm. 105.2.30
Capiendi poſſeſſionem propria authoritate, multis modis tacitè permitti poteſt. 328.2.14
Capiendi poſſeſſionem propia authoritate, intelligitur hærede non opponente. 464.2.14

Falcidia.

Falcidia aliquando detrahitur fideicommiſſario ad inſtar hæredis. 291.2.24
Detrahitur etiam de donatione cauſa mortis. 296.1.35
Falcidia vna ex duabus hæreditatibus quando detrahenda ſit. 388.2.15
Falcidia, & Trebellianica fuerunt æquiparata in defalcando, & per quam rationem. 522.2.11
Falcidia detrahitur de rationibus inter virum, & vxorem. 524.1.4
Ex quibus aliis caſibus detrahatur. 525.2.13
An, & quando detrahatur de legato dotis. ibid. 2.15.

Detrahitur de commodo repræſentationis,id eſt, de intereſſe. 526.1.16
Detrahitur de legato ad pias cauſas, ſi pia cauſa ſit hæres facta. ibid.18
Detrahitur de legato ad piam cauſam ad certum vſum,qui poteſt expediri ſimul cum detractione falcidiæ. ibid.2.23
Non poterat prohiberi de iure Digeſtorum. 527.1.1
Hodie poteſt de iure nouiſſimo. ibid.2
Poteſt prohiberi etiam tacitè, & ex coniecturis. ibid.2.9
An ſit prohibita ſi teſtator inſtituit hæredem exceptis ſupradictis legatis. ibid.30
Non cenſetur prohibita quando verba generalia non accommodantur ad quantitatem. 528.1.11
Non cenſetur prohibita ſi legatis locis montium eſt grauatus hæres ad dandum ſchedulas ſuis ſumptibus. ibid.12
Nunquam cenſetur prohibita, quando verba generalia poſſunt aliud importare. ibid.15
Non cenſetur prohibita, ſi teſtator mandat non inferri moleſtiam legatariis. ibid.14
Falcidia, & Trebellianica quomodo differant. 522.1.6
Falcidia detrahitur de legatis particularibus. 524.1.1
Et de fideicommiſſis particularibus. ibid.2
Falcidia quæ retinetur, non eſt naturaliter debita legatariis. 525.1.9
Falcidia quomodo detrahatur de legato vſusfructus. 526.2.26
Quando non debeatur,nec habeat locum remedium,Quorum legatorum. ibid.27
Neque cautio à legatario præſtari debet. ibid.28
Falcidia detrahitur de legato pecuniæ ad alimenta. ibid.29
Poteſt prohiberi ſi teſtator non ignoret vires ſui patrimonij. 527.1.4
Prohibenda eſt expreſſis verbis, quòd teſtator patrimonij ſui non eſt ignarus. ibid.2.6
Non cenſetur prohibita ſi teſtator mandauit reſtitui tota legata, vel integraliter. 528.2.18
Cenſetur prohibita,quando verba aliam interpretationem habere non poſſunt. ibid.19
Non fuit inducta pro legatis vniuerſalibus. 530.1.11
Falcidiam & Trebellianicam eſſe æquiparata,quomodo probetur. 521.2.1 Contrarium eſſe verius. 522.1.5
In falcidiam imputantur omnia quæ iure hæreditario capiuntur, ſecus ſi alio titulo. 534.1.1
Imputantur omnia quæ teſtator mandat imputari. ibid.2.8
Non imputantur data cauſa conditionis implendæ pro legato, vel fideicommiſſo. 535.2.17

Familia, Familiaris.

Familia,progenies,proles,& ſtirps ſunt ſynonyma. 361.1.4
Familia tota vocata, ſolus proximior admittendus eſt. 469.1.33
Familiæ appellatio, de quibus intelligatur. 243.2.119
Familiæ appellatione regulariter veniunt deſcendentes. 361.1.2
Familiæ appellatione veniunt tranſuerſalès, quando teſtator non habuit conſiderationem perſonarum. ibid.2.6
Familiæ appellatio reſtringitur ad vocatos per dictionem *videlicet*. 362.1.8
Familiæ duplicata appellatio perſeuerãtiam requirit. 363.1.25
Familiæ appellatio intelligitur aliquando effectiuè, aliquando continuè, ſecundùm Peregrinum. 436.1.52
Quæ opinio reprobatur,quia ſemper intelligitur de deſcendentibus. ibid.53
Familiares intelliguntur domeſtici. 243.2.120

Fauor.

Fauor Eccleſiæ, & filiorum æquiparantur. 125.2.3
Filiorum, præferendus eſt fauori piæ cauſæ. 130.2.5

Femina.

Femina excluſa per ſtatutum in bonis ſitis extra diſtrictum,ſuccedit cum maſculis. 114.1.33
Hæres patris quando intentet interdictum, Quorum bonorum. 216.1.43
Femina nupta eſt de mariti familia, & exit de propria. 363.2.26
Femina de prima linea excludit maſculum de altera linea. 432.2.16
Femina quando ſuccedit in feudo, intelligitur per ordinem ſucceſſiuum, non exiſtentibus maſculis. 489.2.22
Feminæ etiam poſſunt eſſe teſtes ad declarandam voluntatem inualidam. 44.2.22
Poſſunt eſſe teſtes ſuper reuocatione voluntatis. ibid.23.
Item in codicillis. 141.1.4
In donatione cauſa mortis. ibid.5
Continentur in fideicommiſſo familiæ relicto. 362.2.17
Idem ſi relictum ſit generi, vel proximioribus. ibid.18
Secus ſi habita eſt ratio agnationis conſeruandæ. 363.1.19
Non conſeruat familiam, ſed eſt illius finis. ibid.20
Semper ponenda eſt in cognatorum numero. 21.
Non continentur appellatione familiæ,& agnationis, ſtante ſtatuto excluſiuo. ibidem 22
Idem ſi teſtator prohibuit alienationem, vt in familia bona conſeruentur. ibid.23
Feminæ deſcendentes ex maſculis ſunt de linea, quia agnatæ. 432.2.13

Feudum, Feudatarius.

Feudum hæreditarium conuenit cum cæteris rebus hæreditariis. 166.1.2
Venit in petitione hæreditatis. ibid.2.3
Mixtum,quot modis dicatur. 167.1.11
Aliquando conſideratur reſpectu concedentis. ibid.12
Eſt hæreditarium,eo ipſo quòd facta eſt mentio de hæredibus. 168.2.22
Datum pro hæredibus eſt ex prouidentia, & hæreditarium. ibid.23
Propter verbum *hæredibus*, eſt hæreditarium, & nun

& nunquam haberi poteſt, niſi ab hærede. ibid. 24
Alienatum à patre non reuocatur à filio, quando eſt promiſſum pro ſe & hæredibus. 180.1.37
Emptum de pecuniis Tirij pertinet ad emptorem. 206.2.27
Poteſt conſiſtere in iure piſcandi, & cluſia piſcium. 241.2.99
Feudum conſtituitur, deſtinatione domini. 373.2.41.
Feudum hæreditarium qui teneant venire in reſtitutionem fideicommiſſi. 395.2.102
Contrarium eſſe verius. ibid. 103
Feudum accedente domini voluntate poteſt in vita, & in morte in alium transferri. 396.1.109
Feudum non permutatur cum altera re, ſine conſenſu domini. 419.1.87
Feudum amittere dicitur, qui eſt de comprehenſis in inueſtitura, etiam ſi illud non poſſideat. 447.2.12
Et quando actio ad poſſidendum feudum eſt in bonis inueſtiti. ibid. 13
Feudum an ſit ius vniuerſale. 452.2.11
Eſt peculium caſtrenſe. 453.1.13
Poteſt dari in allodium propter clauſulam quibus dederis. 455.2.49
Conceſſum pluribus, intelligitur diſcretiuè, non autem inter ſe. 542.2.7.
Feudi nulla diſpoſitio valet ſine conſenſu directi domini. 16.1.68
Eius pretium quando eſt feudale. ibid. 2.78
Mixti exempla reſpectu eorum, quibus conceſſum eſt, qui declarent. 167.1.13,15
Feudo legato, debetur æſtimatio. 241.1.91
Etiam ſecundùm intentionem teſtatoris. ibid. 92
Feuda non trahuntur ex teſtamento, ſed ab inteſtato. 16.1.69.395.2.105
Non ſunt in commercio noſtro. ibid. 106
Dantur cum fidelitate præſumpta, & auferuntur cum infidelitate præſumpta. 448.2.27
Confiſcantur in crimine læſæ maieſtatis, donec viuit delinquens. 450.1.47
Alienari debent propter intereſſe laudemiarum. 454.1.31
Feuda Mantuæ poſſunt alienari per vltimam voluntatem. ibid. 2.36
Feuda hæreditaria imputantur in falcidiam. 534.2.2
Feudorum naturam habent omnia deſtinata pro feudis. 372.2.51
Feudalia, & emphyteotica veniunt in generali diſpoſitione. 162.2.13
Dicuntur eſſe in bonis noſtris. 239.2.73
Feudatarius habens facultatem ſubſtituendi non poteſt facere plures gradus ſubſtitutionis. 16.1.70
Habens facultatem teſtandi, non poteſt teſtamentum reuocare. ibid, 71
De feudo franco diſponere non poteſt. ibid. 72
Non poteſt diſponere de pretio feudi. ibid. 2.77
Prohibetur transferre dominium in alterum ratione contractus. 396.1.108.
Occidens proditoriè alterum præſumitur infidelis. 448.2.28
Non poteſt mutare naturam feudi. 453.2.24, 28
Feudatarius primus acquirens poteſt mutare naturam feudalem. 455.2.50
Feudatarius hæres tenetur præſtare facta defuncti. 534.2.6
Feudatario ſi eſt data poteſtas ſubſtituendi, non poteſt plures gradus ſubſtitutionum facere. 396.1.110
Feudatarij dicuntur omnes, qui ſunt inueſtiti de feudo. 447.2.15

Fideicommiſſarius, Fideicommiſſum.

Fideicommiſſarius venit appellatione hæredis. 165.1.39
Debet probare aliena bona fuiſſe relicta. 181.2.7
Agit contra tertios poſſeſſores bonorum grauati pro reintegratione fideicommiſſi. 182.1.11
Agit directò contra tertios poſſeſſores. ibid. 2.18
Immittitur in poſſeſſionem, quando nullus apparet hæres. 210.2.83
Non immittitur, quando reſtitutio facta eſt re. ibid. 84
Et ſibi competit immiſſio, quando reſtitutio ſola verbalis facta eſt. 211.1.85.
In quem transeunt iura actiuè, & paſſiuè, poteſt intentare remedium legis finalis. ibid. 86
Cui facta eſt reſtitutio verbalis, quando intentet remedium legis finalis contra tertium poſſeſſorem. ibid. 88
De iure Canonico immittitur in poſſeſſionem, etiam ante reſtitutionem verbalem ſibi factam. ibid. 89
Etiam ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem. ibid. 90
Non poſſidens non eſt legitimus contradictor. 219.2.17
Debet capere poſſeſſionem de manu hæredis etiam in caſibus, in quibus reſtitutio fit ipſo iure. ibid. 18
Poſſidens authoritate iudicis, parte non citata, debet reſtituere hæredi. 220.2.29
Non debet reſtituere hæredi, quando detractiones ſunt certæ quantitatis. 221.1.31
Idem ſi cepiſſet poſſeſſionem ab hærede. ibid. 32
An tunc cenſeatur remiſſa Trebellianica. ibid. 3
Capiens poſſeſſionem authoritate teſtatoris, debet illam reſtituere ſtante ſtatuto de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem. ibid. 34
Particularis, quando teneatur præſtare onera. 326.1.71
Capiens poſſeſſionem propria authoritate, cadit à iure ſuo. 328.1.3
Fideicommiſſarius cum titulo inſtitutionis capit poſſeſſionem propria authoritate. ibid. 6
Idem ſi fideicommiſſum eſt relictum cum clauſula, *omni meliori modo*. ibid. 7
Idem ſi fideicommiſſum per alia verba directa mutauit naturam. ibid. 8
Secus ſi inſtitutio reſolueretur in fideicommiſſum.

ſum. ibid.9
In caſu alienationis, ſtatim alienationem factam poteſt reuocare. 371.1.26
In caſum alienationis, & mortis, quandoque ſuccumbit in reuocatione alienationis ob diuerſum modum petendi, & probandi. ibid. 29
In caſum alienationis in omnibus præferendus eſt, excluſo fideicommiſſario in caſum mortis. ibid.30
Non recuperat alienata pro Trebellianica. 384. 2.70
Probare debet alienationem factam vltra legitimam. 385.1.76
Mortuo teſtatore, petit ab hærede fieri inuentarium. 393.2.81
Si eſt in mora petendi, hæres remanet dominus. 394.2.86
Secus ſi ignorauit fideicommiſſum. ibid.87
Idem ſi fideicommiſſarius eſt priuilegiatus. ibid. 88
Idem in omnibus caſibus, in quibus reſtitutio fit ipſo iure. ibid.89
Idem in omnibus caſibus, in quibus fructus recipiunt diuiſionem pro rata temporis. ibid.90
Dicitur ſuccedere in bonis teſtatoris fideicommittentis. 400.2.49
Non obſtante diuiſione poteſt petere pretium. 413.1.18
Fideicommiſſarius ſecundus cenſetur vocatus ſi primus præmortuus fuerit. 426.1.46
Idem ſi ſecundus præmortuus ſit, nam debet reſtitui tertio. ibid.47
Fideicommiſſarius reſtituendus contra præſcriptionem. 430.2.97
Debet probare alia bona libera extitiſſe, ex quibus dos conſtitui poſſit. 444.2.82
Debet probare fideicommiſſum. 458.1.6
Etiam per codicillos, non apparente teſtamento. ibid.7
Et poteſt etiam petere à venientibus ab inteſtato. ibid.8
Debet probare ſe eſſe de vocatis. ibidem 12
In dubio iudicatur contra fideicommiſſum. ibid.13
Non probans gradum proximitatis non poteſt obtinere. ibid.2.18
Tranſmittit, ſi fideicommiſſum eſt purificatum. 459 2.32
Quando agit contra hæredem grauatum, ſufficit probare defunctum poſſediſſe. ibid.33
Idem ſi intentet actionem hypothecariam. 460. 1.34
Idem ſi ageret contra hæredem hæredis. ibid.35
Fideicommiſſarius rei particularis agens contra tertium poſſeſſorem debet probare dominium. ibid.37
Fideicommiſſarius debet probare identitatem bonorum. ibid.2.40
Cogit hæredem, vt adeat hæreditatem. 461. 2.1
Etiamſi fideicommiſſum in codicillis factum fuerit. ibid.2
Secus in fideicommiſſario particulari. ibid.3
Cogit hæredem ad faciendum inuentarium. ibid.4
Fideicommiſſarius primus grauatus de reſtituendo ſecundo, debet facere inuentarium. ibid. 6
Fideicommiſſarius vniuerſalis an agat remedium legis finalis. 462.1.8
Particularis aliquando poteſt intentare Saluianum interdictum. ibid.9
Vniuerſalis ante reſtitutam ſibi hæreditatem agit contra grauatum actionem hypothecariam. ibid.12.
Fideicommiſſarius ante reſtitutam ſibi hæreditatem non agit hypothecaria contra tertios poſſeſſores. ibid.2.16
Non agit ad bona empta per hæredem, etiam ſi de pecunia hæreditaria. ibid.17
Multo minus ad eadem contra tertios poſſeſſores. ibid.18
Ante reſtitutam ſibi hæreditatem agit rei vendicatione. 463.1.19
Agit contra grauatum, vt præſtet cautionem de ſibi reſtituendo. ibid.20
Etiam ſi hæres eſſet ditiſſimus. ibid.21
Petit ſe immitti in poſſeſſionem bonorum ob fideiuſſionem de reſtituendo non præſtitam. ibid.22
Fideicommiſſarius, vel legatarius rogatus de reſtituendo alteri, debet præſtare cautionem de illi reſtituendo. ibid.23
Fideicommiſſarius habens facultatem à teſtatore capiendi poſſeſſionem authoritate propria, illam capere non poteſt ſtante ſtatuto de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem. 464. 1.1
Secus eſt ſi illam capiat ante aditionem hæreditatis. ibid.2
Poſt poſſeſſionem captam, ſi incontinenti docet de iure ſuo, repellit hæredem. 464. 1.5
Occupans poſſeſſionem, debet illam reſtituere hæredi ad effectum faciendi detractiones. ibid.2.8,10.
Debet capere de manu hæredis, etiam vbi fideicommiſſi reſtitutio fit ipſo iure. ibid.11
Non poteſt incontinenti docere de iure ſuo, ſi detractiones fieri debent. ibid.12
An debeat reſtituere poſſeſſionem hæredi, vbi certum eſt quid ſit retinendum, & quid reſtituendum. ibid.13
Pendente die certa, agit ad fideicommiſſum. 465.1.1
Statim agere poteſt, quando conditio fideicommiſſi non penitus eſt incerta. ibid.2.4
Quando non poteſt agere ad ſibi præſtandam cautionem de reſtituendo fideicommiſſo, tunc agit ad ipſum fideicommiſſum. ibid.5
Pendente conditione, quæ eſt penitus incerta, non agit. 466.1.6
Neque impedit grauatum ne alienet, aut diſſipet pendente conditione. ibid.7
Reuocat alienata, pendente conditione. 467. 1.1
Etiam ante reſtitutionem ſibi factam. ibid.2
Non agit contra hæredem ante reſtitutionem ſibi factam. ibid.3
Pro rebus alienatis non ſolùm agit contra poſſeſſores, ſed etiam contra hæredem ad pretium. ibid.4
Emens bona fideicommiſſo conditionali ſuppoſita, non cenſetur renuntiare fideicommiſſo. 467.2.11,19
Bona, poteſt poſtea incipere poſſidere ex cauſa fideicommiſſi, & petere pretium. 468. 1. 14

Fideicommiſſarius purè, ſi emerit rem, cenſetur illi renunciare. ibid. 17,20
Præſtans conſenſum rei fideicommiſſo conditionali ſuppoſito, ſibi non præiudicat. ibid. 18
Conſentiens alienationi, ſibi præiudicat etiam in pretio. ibid. 2.22
Datus in caſum alienationis, illa ſequuta ſtatim reuocat, & alienata vendicat. ibid 23
Etiam cum fructibus interim perceptis. ibid. 24
Fideicommiſſarius quando habeat actionem ante reſtitutionem ſibi factam. 469. 1. 35
In caſu alienationis, ſtatim poteſt vendicare. ibid. 2.36
Et bona capere propria authoritate. ibid. 37
In caſu alienationis, excludit eum qui ſubſtitutus eſt in caſu mortis. ibid. 2.39
Recuperat bona etiam ſi alienatio facta ſit ab ignorante ignoranti. ibid. 40
Fideicommiſſarius hæres grauati, non poteſt contrauenire illius facto. 470. 1. 1
Non poteſt repudiare hæreditatem patris & acceptare hæreditatem teſtatoris fideicommittentis. ibid. 2
Fideicommiſſarius quando ſtatim poſſit alienata reuocare ſimul cum fructibus. 472. 1. 2
Fideicommiſſarius hæres, & grauatus de reſtituendo alteri, poteſt recuperare alienata ex perſona alterius cui debet reſtituere. ibid. 3
Fideicommiſſarius tenetur ad onera nō adimpleta per hæredem. 471. 1. 1
Inter ipſum, & hæredem quomodo onera patienda ſint. ibid. 2
Fideicommiſſarius vniuerſalis quando teneatur dotare neptes teſtatoris. ibid. 1.4
Non conficiens inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias. ibid. 2.6
Et quando incipiat tempus inuentarij conficiendi per eum. ibid. 7
Non poteſt præiudicare ſucceſſoribus. 479. 1. 11
Fideicommiſſarius in caſum alienationis poteſt vēdicare contra fiſcum. 480. 1. 23
Idem ſi ſubſtitutus eſſet etiam in caſum delicti. ibid. 24
Fideicommiſſarius aliquo modo eſt hæres. 556. 1. 21
Fideicommiſſarij præmorientis hæres, cogit grauatum ad adeundam hæreditatem, vt ſibi reſtituat. 426. 1. 43
Quod eſt verum in fideicommiſſo puro, vel in diem certam. ibid. 44
Fideicommiſſarij probationes debent concludere de tempore purificatæ conditionis. 459. 3. 31
Fideicommiſſario vniuerſali non competit remediū legis finalis, ante reſtitutionem. 210. 2. 80
An ante reſtitutionem habeat aliquod ius in bonis. ibid. 81
Fideicommiſſario priuato ob contrauentionem, bona debent redire ad hæredem. 347. 2. 38
Fideicommiſſario ſunt reſtituenda omnia, quæ iure hæreditatis capiuntur. 388. 1. 1
Non ſunt reſtituenda, quæ aliunde habita ſunt, quàm de ſubſtantia teſtatoris. ibid. 2
Non veniunt quæ occaſione hæreditatis conſecutus eſt hæres, ſi non eſt hæreditarium. ibid. 3
Fideicommiſſario eſt reſtituendum quidquid acquiritur per ſubſtitutionem pupillarem. ibid. 11.
Fideicommiſſario quando ſint reſtituenda bona etiam pupillaria. ibid. 2. 13
Fideicommiſſario reſtituenda eſt portio cohæredis reciprocè ſubſtituti. 389. 1. 16
Sunt reſtituendæ portiones receptæ ex reciproco fideicommiſſo. ibid. 2. 25
Secus ſi hæres eſt grauatus de reſtituendo purè. ibid. 26
Reſtituenda ſunt bona redempta ex pecuniis hæreditariis. 398. 1. 99
Sunt cedendæ actiones, & iura acquiſita per hæredem ex cauſa hæreditaria. 399. 2. 101
Fideicommiſſario primo præmortuo, hæres tenetur reſtituere ſecundo. 426. 1. 45
Fideicommiſſarij dicuntur recipere feudum à domino conſentiente. 456. 1. 52
Fideicommiſſaria reciproca inter plures habentes portiones æquales quid requirat. 348. 2. 51
Fideicommiſſaria hæreditatis petitio, quando competat. 462. 2. 15
Fideicommiſſaria locum habere non poteſt, ſi inſtitutus moriatur ante aditam hæreditatem, & ante præceptum de adeundo. 576. 1. 12
Fideicommiſſaria eſt, ſi dictum ſit, ſubſtituo per fideicommiſſum. 579. 1. 25
Fideicommiſſum euaneſcit hæreditate non adita, & caducata. 63. 2. 5, 7
Poteſt relinqui per epiſtolam. 104. 1. 37
Fideicommiſſum, & inſtitutio directa quomodo differant. 105. 1. 5
Fideicommiſſum reciprocum intér filios quando ſit eluſorium. 107. 1. 26
Tacita inducitur, quando tranſit in diſpoſitionem. 115. 1. 5
Fideicommiſſum inducitur per clauſulam *de deſcendente in deſcendentem.* 164. 1. 30
Factum in donatione valde differt à donatione ſimplici. 179. 2. 33
A pupillo relictum ſuſtinetur, etiam eo non adeunte. 197. 1. 21
Vniuerſale factum in teſtamento inter liberos, eſt validum. 124. 1. 6
Fideicommiſſum non habet effectum ſi compendioſa facta furioſo verificabitur in furore. 197. 1. 4
Non inducitur, quando remittitur ad liberam hæredis voluntatem. 339. 1. 10
Inducitur, ſi teſtator vult bona ſua deferri de hærede in hæredem. 339. 1. 12
Item de deſcendente in deſcendentem ordine ſucceſſiuo. ibid. 13
Item de hærede in hæredem maſculum. ibid. 14
Et ſi ſunt prolata per modum cauſæ in prohibitione alienationis inducunt fideicommiſſum. ibid. 2. 15
Fideicommiſſum de hæredibus in hæredes comprehendit feminas. 340. 1. 19
De hærede in hæredem non comprehendi tranſuerſales. ibid. 22
Secus ſi conſtat de contraria voluntate diſponentis. ibid. 23
De hæredibus in hæredes requirit qualitatem hæreditariam. ibid. 2. 25
Fideicommiſſum inducitur per ſubſtitutionem deſcendentium de gradu in gradum. ibid. 26
Idem ſi dixit de antiquiore in antiquiorem. ibid. 27
Inducitur per verbum, *accreſcat aliis.* 341. 1. 33

Item inducitur per verbum *volo*. ibid.34
Item ſi teſtator vult talia bona remanere in ſua agnatione. ibid. 35
Inducitur per verbum *rogo*. 341. 2.37
Inducitur per verba denotantia tractum temporis in futurum. ibid.40
Fideicommiſſum factum à ſubſtituto pupillariter, expirat adueniente pubertate filij. 44 2.1.52
Oddus *in conſil*.65. qui tenet contrarium, reprobatur. ibid.2.54
Fideicommiſſum inducitur, ſi teſtator dixerit, ſuppono omnia bona mea fideicommiſſo,nulla certa perſona vocata. 302.2.52
Inducitur ex verbis partitiuis, ſeu distributiuis. 342.2.54
Inducitur verbis imperſonalibus. 343.1.55
Fideicommiſſum imperſonale ſtatim extinguitur, ac prima vice habuit effectum. ibid.56
Quando inducatur per verba commendatitia. ibid. 59
Inducitur, ſi teſtator mandat cuſtodiri fundum vt poſſit ad Titium peruenire. ibid.2.61
Quando inducatur per verba ſuppletiua. ibid. 64
Fideicommiſſum per coniecturas eſſe inductum, probari poteſt. 345. 1.2
Quando inducitur ex vocatione primogeniti,vel maioris natu. ibid.8
Si vocatus fuerit cum aliquo adiuncto. ibid.2.9
Inducitur ex vocatione primogeniti in infinitũ. ibid. 11
Idem ſi vocauit primum alicuius filiæ. ibid. 12
Inducitur ſecundùm ordinem ſucceſſiuum,ſi vocatus eſt pater, & eius filij, & deſcendentes nati,& naſcituri. 346.2.27
Inducitur inter hæredes ſcriptos in primo teſtamento confirmato per ſecundum, & ſcriptos in ſecundo. 347.1.31
Siue hæredes in ſecundo ſint vniuerſales, ſiue particulares. ibid.32
Etiamſi ſecundùm teſtamentum eſt validum de iure ſpeciali. ibid.33
Inducitur ex priuatione hæredis contrafacientis. ibid.34
Inducitur,ſi quis eſt inſtitutus in vita, & poſt eius mortem alter. ibid. 39
Etiam ſi cum dictione taxatiua. ibid.40
Etiam ſi ſubſtitutio facta fuerit verbis directis. 41
Multò magis ſi facta fuerit per verba communia. ibid.42
Inducitur per conditionem, ſi deceſſerit ſine filiis. 348.1.44
Inducitur per clauſulam,vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. ibid.47
Cenſetur inductum ex qualitate rei relictæ. ibid. 2.58
Inducitur ex mente. 349.1.61
Inducitur ex coniecturis contra propriam ſignificationem verborum, & quibus legibus probetur. ibid.62
Fideicommiſſum reciprocum, quando inducatur,à quibus ſcriptum eſt. 351.2.1
Quando ſit fruſtratorium. 352.2.12
Non inducitur inter deſcendentes ſimpliciter adinuicem ſubſtituros. ibid. 13
Niſi additum ſit, in perpetuum, vel in caſum mortis. ibid. 14
Induci per clauſulam, vulgariter, pupillariter,& per fideicommiſſum adinuicem. 352. 1. 3
Item ſi in codicillis dixerit, vos inuicem ſubſtituo. ibid.4
Item ſi clauſula,vos inuicem ſubſtituo, ſit ſimpliciter appoſita in teſtamento cum clauſula codicillari. ibid.5
Idem ſi teſtator vſus fuiſſet verbis æquipollentibus clauſulæ codicillari. ibid.6
Idem ſi dixerit,quandocumque alter veſtrûm acceſſerit, alterum ſubſtituo. ibid.7
Fideicommiſſum reciprocum factum dicitur, vbi tria requiſita concurrunt. 353. 1.17
Per coniecturas induci non poteſt. ibid.18
Niſi coniecturæ ſunt vrgentes,& neceſſariæ.ibid. 19
Non eſt inductum reciprocum inter filios ex eo, quia factum fuit inter nepotes ſubſtitutos. ibid. 20
Non cenſetur inductum, niſi euidenter conſtet. ibid.24
Non cenſetur in dubio inductum. ibid. 2.25
Non inducitur ex prohibitione alienationis. ibid. 28
Non inducitur inter filios ex eo,quia fuit inductum inter nepotes. ibid. 29
Factum inter filios non cenſetur repetitum inter tranſuerſales ſubſtitutos. ibid.30
Non extenditur de filiis inſtitutis,ad deſcendentes maſculos. 354. 1.32
Inter filios non extenditur ad filios filiorum.ibid. 36
Non dicitur inductum propter cauſam conſeruandæ agnationis. ibid.2.37
Fideicommiſſum ſimplex inducitur ob cauſam conſeruandæ agnationis. ibid.38
Reciprocum inducitur, quando concurrit alterum requiſitum cum ratione agnationis conſeruandæ. ibid. 40
Non inducitur ratione dilectionis inſtitutorum, quando eſt ſubſtitutus extraneus. ibid.41
Niſi concurrat alterum requiſitum. 355.1.42
Non inducitur per ſolam qualitatem deſcendentium, & liberorum inter eos. ibid.43
Fideicommiſſum inducitur ex ratione agnationis conſeruandæ à teſtatore expreſſæ. 356. 1. 1
Siue proferatur per ſe, ſiue per modum cauſæ. ibid.2
Fideicommiſſum conditionale purificatum, quomodo æquiparetur puro. ibid.11
Conditionale ad fauorem agnationis expirat per conditionem extinctam. 357.1.12
Fideicommiſſum inducitur etiam ex ratione agnationis per coniecturas cogitata. 358. 2. 24
Vt ſi teſtator maſculos inſtituerit, & feminas dotari iuſſerit. ibid.25
Cenſetur repetitum de perſona ad perſonas propter rationem agnationis conſeruandæ.359. 2. 35
Fideicommiſſum familiæ relictum, quot perſonas comprehendat. 361.1.1
Comprehendit extraneos ſub conditione vocatos aſſumendi cognominis. 363.2. 27
Familiæ relictum, id eſt, pro deſcendentibus,eſt perpetuum, & durat in perpetuum. ibid. 29
Factum agnationi non extenditur vltra decimum gradum. ibid.32
Secus ſi teſtator voluerit vlteriùs progredi.364. 1 33
Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis an

extea

extendatur vltra quartum gradum. ibid.37
Familiæ relictum intelligitur ſecundùm ordinem gradnum, vt primò proximiores admittantur. ibid. 2.39
Conditionale non eſt reſtringendum ad natos tempore teſtamenti. ibid. 41
Fideicommiſſum poteſt fieri in codicillis,& in epiſtola miſſiua. 365.1.1
Inducitur per clauſulam codicillarem. ibid. 2.2
An inducatur per prohibitionem alienationis. 368. 2.1
Inducitur ſolùm in caſum alienationis, quando prohibitio facta eſt nuda, & poſtea addita cauſa, quia volo in familia permanere. ibid. 2
Secus ſi prohibitio eſſet veſtita,vt prohibeo alienari extra familiam, & poſtea addita cauſa, tunc inducitur in caſum mortis. 369.1.3
Quando reſultat in caſu alienationis, non impeditur ſucceſſio ab inteſtato. 370.1.16,20
Etiam in extraneum,ſi ille ſucceſſurus eſſet.ibid. 17
In caſum contrauentionis finitur, eo ipſo quòd propter contrauentionem grauati peruenerũt ad primum fideicommiſſarium. ibid. 2. 24
In caſum mortis, vocatis aliis, quàm eis quorum fauore facta eſt prohibitio, adhuc dicitur in caſum alienationis. 371. 1.34
In caſum mortis inducitur, quando teſtator dixit verba denotantia perpetuitatem. 372.2.54
Idem ſi teſtator prohibuit alienationem eũ cauſa limitata ad ſuos filios,& deſcendentes, vt bona inter eos conſeruentur. 373.1.55
In caſum mortis inducitur, quando prohibitio alienationis eſt realis. ibid. 1.59
In caſum mortis inducitur ex prohibitione diuiſionis inter filios in perpetuum. ibid.2. 61
Tollitur per conceſſionem alienandi factam in diuiſionibus fratrum. 374. 2.70
In caſum mortis eſt inductum, quando prohibitio alienandi facta eſt, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate reſpectu hæredis extranei. ibid. 74
Idem ſi eſſet prohibita ſucceſſio ab inteſtato. ibid.75
Idem ſi eſſet prohibita detractio Trebellianicæ, falcidiæ, & legitimæ. ibid.76
Fideicommiſſum poſſe fieri in contractibus probatur eſſe communem opinionem contra Menoch. *in conſil.*1028.*num.*13. 375. 1.1.
Si eſt factum in contractibus, an differat ab eo, quod eſt factum in vltima voluntate. ibid. 2.4
Factum in contractu inter viuos, debetur in vim pacti. 376. 1.10
Poteſt fieri in contractu matrimonij. ibid.11
Poteſt fieri in contractu dotis, vt ſuccedat primogenitus. ibid.14
Et remanet validum in eo, quod excedit legitimam. ibid. 2.15
Poteſt fieri in contractu diuiſionis inter fratres. ibid. 16
Tacitè inducitur ſuper bonis emptis ex pretio bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum. ibid. 17
Quando emptor ita declarauerit. ibid.18
Fideicommiſſum conuentionale ſtrictius interpretandum, quàm ſi in vltima voluntate factum fuerit. ibid.19
Fideicommiſſum duplex inducitur, cùm quis rogatur, accepta pecunia, rem reſtituere. 391. 1. 39
Fideicommiſſum poteſt fieri ſuper bonis donatis,& legatis. ibid.2.47
Fideicommiſſum ex prohibitione alienationis quod reſoluitur in caſum mortis, extenditur de perſona ad perſonas. 397. 2. 1
Idem ſi inductum eſt onus reale in rebus hæreditariis. ibid.2
Quando extendatur de filiis in nepotes. 398. 1.4
Iniunctum, non extenditur ad nepotes. ibid. 2. 12
Extenditur de perſona ad perſonam, propter rationem generalem, quæ ampliat. 398.2.15
Reciprocum inter deſcendentes non extenditur ad perſonas. 399.1.23
Fideicommiſſum extenditur ad perſonas, quando teſtator reliquit rem inſignem. ibid.2.28
Menochij opinio in hoc caſu reprobatur. ibid. 29
Et Doctores à Menochio allegati non probant eius opinionem. ibid.30
Facilius probatur inductum, quàm extenſum. ibid.31
In feudalibus fieri non poteſt. ibid.32
Ex prohibitione alienationis faciliùs extenditur ad perſonas. ibid. 33
Factum ſub nomine collectiuo faciliùs extenditur. 400.1.34
Factum perpetuò in familia extenditur ad perſonas. ibid.38
An extendatur vltra decimum gradum. ibid. 39
Agnatitium non finitur per centum annos.ibid. 40
Fideicommiſſum non extenditur ad bona quæ teſtator erat grauatus aliis reſtituere. ibid.41
Pro agnatis ex linea maſculina non comprehendit feminam maſculis. 400. 1. 36
In dubio cenſetur factum de re pertinente ad hæredem. ibid. 2. 43
Et hæc opinio Menochij reprobatur. ibid. 44
Aliquando extenditur de tempore in tempus. 401. 1.54
Sed reſtrictum ad certum tempus non extenditur. ibid.55
Aliquando extenditur de caſu ad caſum. ibid. 56
Quod facilius fit in ſubſtitutionibus directis. ibid.2.57
Sub conditione voluntaria non extenditur de caſu ad caſum. ibid.60
Sub conditione neceſſaria, extenditur ad alterum caſum. 402. 1.65
Conditionale terminatum ad certum tempus non extenditur ad caſum alterius temporis. ibid.69
Sub conditione neceſſaria extenditur ad caſum, etiamſi teſtator dixiſſet, tunc & eo caſu. ibid. 72
Dummodo mens teſtatoris non repugnet. ibid. 73
Vel niſi teſtator dixiſſet, tunc, & eo caſu, & non aliter. ibid.74
Conditionale tranſmittitur, vbi prohibitio alienationis eſt facta ad fauorem fideicommiſſarij. 404. 1.1
Contrarium eſſe verius probatur cõtra Menoch. ibid.2
Vnitum cum iure accreſcendi reſpectu filiorum

tranſmittitur. 406.2.40
Vnitum cum iure accreſcendi non tranſmittitur in omnibus caſibus. ibid. 43, 46
Conditionale non tranſmittitur ad fiſcum. ibid. 47
Pro natu maiore non tranſmittitur. 407. 1.49
Conditionale factum filiis quando tranſmittatur ad nepotes. 408. 1.60
Non tranſmittitur ad eos, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, contra Menoch. ibid. 2. 67
Tranſmittitur ad filios poſitos in conditione. 409. 1.70
Non tranſmittitur in præiudicium deſcendentium. ibid. 72
Tranſmittitur, quando hæres eſt fiduciarius. ibid. 2.76
Tranſmittitur in contractibus. ibid.77
Factum in contractu donationis iuxta terminos l. quoties, non tranſmittitur ad hæredes.410. 1.82
Purum, & purificatum procedunt à pari. 412. 2.13
Fideicommiſſum non tollitur per clauſulam generalem. 415.2.46
Extenditur vltra decimum gradum,etiam in infinitum ex voluntate teſtatoris. 423.2.6
Fideicommiſſum familiæ relictum extinguitur in decimo gradu. ibid. 1. 2, 5
Fideicommiſſum finitur, quando teſtator illud reuocauit in codicillo, etiam inter liberos.424. 1 19
Fideicommiſſum inter liberos cenſetur reuocatum per conceſſionem alienationis inter eos. ibid. 2. 20
Fideicommiſſum cenſetur limitatum in caſu quo alienatio facta fuerit de parte prohibiti. ibid.21
Ex prohibitione alienationis, niſi poſt viginti-quinque annos, limitari dicitur ex expreſſa conceſſione poſt 25. annos. ibid.2.25
Extinguitur, ſi hæres grauatus præmoritur. 425. 1.29
Idem ſi hæres non adierit,ſed expreſsè repudiauerit. ibid. 30
Extinctum, debetur à venientibus ab inteſtato, quando eſt appoſita clauſula codicillaris.ibid. 31
Dummodo venientes ab inteſtato hæreditatem agnouerint. ibid.32
Peregrini opinio contraria in hoc reiicitur.ibid. 33
Fideicommiſſum à venientibus ab inteſtato, etiam teſtatoris iudicio reſtitui dicitur. ibid. 34
Fideicommiſſum extinguitur,quando fideicommiſſarius moritur ante hæredem. ibid. 2.35
Idem ſi à legatario relictum fuerit. ibid. 36
Idem ſi fideicommiſſarius factus fuerit incapax bonorum,vt quia Monachus,vel bannitus,vel deportatus. ibid.37
Extinguitur,ſi conditio deficit, ſub qua relictum eſt. 426. 2. 51
Fideicommiſſum ſi ſine filiis, extinguitur ſi inſtitutus mortuus eſt cum filiis, ſed ante mortem teſtatoris. 428.2.82
Impersonale habet locum in proximioribus.429. 2. 88
Quando ſemel habuit effectũ extinguitur. ib.89
Alternatiuum extinguitur ſi reſtitutum ſit alteri. ibid.90
Fideicommiſſum extinguitur ſi res reſtituenda, incendio, aut alio caſu perierit. ibid. 91
Extinguitur ſi nullam affert vtilitatem. ibid. 92
Cenſetur extinctum per obſeruantiam immediatè ſubſequentem. 430. 1.93
Extinguitur per præſcriptionem triginta annorum. ibid. 94
Extinguitur quando Princeps in totum illud euertit. ibid. 2.99
Poteſt fieri ab hærede hæredis ſub nomine appellatiuo, qui non ſit honoratus. 442.2.55
Approbatum in dubio intelligitur iure feudi. 446.2.8
Reale, quando dicatur. 452.1.1
Idem ſi grauamen ſit impoſitum pluribus per nomen appellatiuum. ibid.2
Idem ſi dictum ſit, bona perueniant ad deſcendentes. ibid. 5
Idem ſi grauatus fuerit ſuccedens ab inteſtato. ibid.4
Afficit quoſcumque poſſeſſores. ibid. 2.8
Particulare quale ſit. ibid. 9
Continens vniuerſitatem corporum non eſt vniuerſale. ibid.10
Non eſt vniuerſale, ſi teſtator diſpoſuit per particularia. 453.1.16
Vniuerſale vbi peti debeat, & vbi particulare. ibid.17
Fideicommiſſum ſub modo quale ſit. ibid. 18
Fideicommiſſum an conſtitui poſſit ſuper feudo pecunia empto ſtante conſuetudine Mantuana. ibid. 2.22
Non poteſt conſtitui ſuper re alienata ſtante cõſuetudine retrahendi. 454.1.25
Non poteſt fieri ſuper cenſu redimibili vigore pacti. ibid.26
Poſſe fieri ſuper feudo nouo Mantuæ, de conſenſu directi domini. ibid.32
Non præſumitur, niſi probetur. 457.2.1
Probatur per literas ſcriptas coram quinque teſtibus. 458. 1.9
Si eſt acceptatum, probatur hæredis iuramento. ibid.10
Si non ſit agnitum, iura, & actiones non tranſeunt. 463. 1.24
Præſumitur etiam cum mala fide hæredis. ib. 25
Per prohibitionem alienationis factam ad tempus, expirat ſolum quo ad bona alienata, cætera autem vendicari poſſunt. 477.1.14
Hæc opinio non probatur per allegationes modernorum. ibid.15
Contraria opinio eſt verior. ibid.2.16
Prohibitione expreſſa teſtatoris non intelligitur receſſum à tacita reſultante ex fideicommiſſo præcedenti. ibid. 17
Fideicommiſſum perpetuum, & in caſum mortis, non inducitur per rationem generalem, quia voluit in familia permanere. 477. 1. 12
Fideicommiſſum non eſt extinctum quando teſtator rogauit reſtituere quidquid ſupererit ex hæreditate. ibid 2.19
Fideicommiſſum familiæ relictum extinguitur in decimo gradu. 478. 2.2
Ad fauorem familiæ aliquando non includit feminas. ibid. 6
Ad fauorem familiæ in caſum contrauentionis alienationis extinguitur, ſi proximior de familia ſtatim reuocabit. 479.1.8
Fideicommiſſum cenſetur derogatum ſi teſtator ſtatim permiſit alienationem. 480.2.1
Fideicommiſſum purum,data portionum æqualitate

te eſt fruſtratorium. 494.1.33
Fideicommiſſum non fit in donatione inter viuos. 508.1.5
Fideicommiſſum,hoc nomen de quo ſit intelligendum. 523.1.18
Fideicommiſſum non poteſt fieri in contractibus. 530.2.21
Fideicommiſſum reciprocum per prohibitionem alienationis nunquam inducitur inter vocatos, ne in caſu quidem contrauentionis. 542.2.1
Inducitur quando in defectum deſcendentium in infinitum, alij fuerint ſubſtituti. 543.2.20
Contrariam opinionem probatur eſſe veriorem contra Peregrinum *in conſil.* 54. *volum.*1. 544.1. 21
Fideicommiſſum purum æqualiter inter omnes factum eſt fruſtratorium. 547.1.3
Data portionum æqualitate eſt fruſtratorium. 548.2.24
Niſi conditio mortis adiecta fuerit. ibid.25
Fideicommiſſum ſemper tranſit cum onere in alterum fideicommiſſarium. 572.1.10
Inter agnatos cenſetur factum, quando teſtator vocauit ſtipitem, ſeu cippum domus. ibid. 2.16
Et tunc feminæ non continentur. ibid.17
Nec continentur filij maſculi, qui erant odio habiti à teſtatore. ibid.18
Factum ad commodum agnationis, & familiæ, non comprehendit perſonas odioſas.573.1.19
Non comprehendit odioſos, nec eorum deſcendentes. ibid.22
Non debetur,niſi hæreditas adeatur. 474.1.5
Non debetur,niſi eueniat caſus,ſub quo relictum fuit. ibid.1.6
Non debetur à venientibus ab inteſtato,qui non ſuccedunt nomine appellatiuo hæredum. ibidem 7
Aliquando poteſt fieri ſuper dote. 581.1.9
Super dote fieri non poteſt, etiam ſuper portione,quæ excedit legitimam,quando eſt remanſura penes filiam. ibid.2.15
Quando cenſeatur iniunctum pupillo, vel eius ſubſtituto. 599.2.4
Fideicommiſſi bona non veniunt in legato vſusfructus omnium bonorum. 240.1.80
Fideicommiſſi onus quando cēſeatur repetitum de inſtitutis ad ſubſtitutos. 341.1.36
Cenſetur repetitum de primo in ſecundum, ſi teſtator prohibuit legitimam, & Trebellianicam. 342.2.51
Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro ſupplenda dote congrua. 381.2.31
In dotem data, vel pro dote alienata, cenſentur in perpetuum alienata. 383.1.50
Poſſunt alienari etiam pro intereſſe dotis. ibid. 51
Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro detractione legitimæ,& Trebellianicæ. 384.2.75
Poſſunt alienari pro ære alieno teſtatoris. 385.2.87.
Sed debet probari æs alienum extitiſſe vt alienatio teneat. 386.1.88
Fideicommiſſi renuntiatio,& reſeruatio quomodo ad concordiam reduci poſſint. 417.2.69
Fideicommiſſi reſeruatio non poteſt habere effectum, ſequuta alienatione ex vi facultatis conceſſæ. ibid.71
Fideicommiſſi acceptatio probatur per ſolam notitiam. 453.2.20
Fideicommiſſi tota virtus fundatur in conſenſu domini. 456.1.52
Fideicommiſſo facto pro familia, gradatim, & ſucceſſiuo ordine,illi admittuntur. 369.1.8
Facto in caſum mortis,non poteſt diſponi in aliquem remotiorem de familia. ibid.2.9
Facto in contractu, agitur actione ex fideicommiſſo. 375.2.6
Fideicommiſſo quando cenſeatur renuntiatum. 412.1.1
Per diuiſionem non cenſetur renuntiatum. ibid.2
Et opinio eſt vera etiam in fideicommiſſo puro. ibid.3
Puro non cenſetur renuntiatum per tranſactionem. ibid.2.12
Fideicommiſſo non eſſe renuntiatum,in dubio iudicandum eſt. 413.2.20
An cenſeatur renuntiatum per clauſulam ad habendum,&c. ibid.21
Fideicommiſſo cenſetur renuntiatum per clauſulam ad habendum,& alienandum. 414.1.24
Cenſetur renuntiatum per clauſulam ad alienandum, quando alienatio ſequuta fuerit. 414.1.26
Non ſolùm ſi titulo particulari, ſed etiam per hæredis inſtitutionem. ibid.27
Et an idem ſit in ſucceſſione ab inteſtato. ibid. 28
Quando cenſetur renuntiatum,an etiam ſit renuntiatum pretio. ibid.2.30
Non cenſetur renuntiatum,per promiſſionem de non contrauenìendo diuiſioni. ibid.31
Non cenſetur renuntiatum per clauſulam,pleno iure. 417.1.61
Nec ſi portiones diuiſæ liberè fuiſſent aſſignatæ. ibid.62
Nec ſi partes fuiſſent aſſignatæ æſtimatæ.ibid.63
Nec ſi fuerit renuntiatum omni iuri, & legum auxilio. ibid.64
Fideicommiſſo ſi eſt expreſsè renuntiatum,& poſtea eſt appoſita clauſula præſeruatiua ipſius, quid iuris. ibid.66
Fideicommiſſo non dicitur renunriatum per clauſulam ceſſionis iurium. ibid.1.58
Fideicommiſſo paterno in dubio renuntiatum dicitur, quando expreſsè eſt reſeruatum fideicommiſſum auitum. ibid.2.74
Fideicommiſſo renuntiatum non dicitur, ſi partes diuidentes promiſerint ſibi adinuicem de euictione. 418.1.75
Non cenſetur renuntiatum per tranſactionem, niſi cum ſpecifica ſcientia teſtamenti. 419.1.90
Secus ſi per aliquas coniecturas poſſit deprehendi. ibid.91
Cenſetur renuntiatum per tranſactionem,quando verba non poſſunt importare alium effectum. ibid.2.92
Et qui dicit contrarium probare debet. ibid. 93
Fideicommiſſo,& *l.de his*, poſſe renuntiari per verba generalia,cum iuramento. 421.2.116
Fideicommiſſo non poteſt grauari mutus,& ſurdus, ſicut pupillus. 580.1.33
Fideicommiſſa vniuerſalia poſſunt fieri in qualibet ſpecie proprij teſtamenti. 124.2.8
Fideicommiſſa aliquando ſunt exæquata legatis de iure Digeſtorum. 316.1.49
Fideicom

Fideicommiſſa ex quibus verbis induci poſſint. 338.2.7
Inducuntur ex verbis, *rogo, vt velis reſtituere*. ibid. 8
Fideicommiſſa non induci ex coniecturis hominis, à lege non approbatis, per quæ Doctorum conſilia probetur. 350.1.74
Fideicommiſſa, agnatis facta regulantur ſecundùm ſucceſſiones ab inteſtato. 364.1.34
Et in quibus caſibus dicatur perpetuum. ibid. 35
Quando dicatur reale. ibid. 36
Facta in contractibus ſumunt naturam vltimæ voluntatis. 376.2.20
Fideicommiſſa non ſunt extendenda ad perſonas. 399.1.21
Etiam ex identitate rationis. ibid. 22
Fideicommiſſa etiam pura non remittuntur per diuiſionem. 412.2.6,8
Fideicommiſſa contra fiſcum propter quam cauſam deberent prohiberi. 446.1.3
Fideicommiſſa regulantur ſecundùm ordinem ſuccedendi ab inteſtato. 453.2.21
Fideicommiſſa non patiuntur extenſionem per rationem generalem. 477.1.11
In fideicommiſſis linearibus non admittitur aliquis de linea poſteriori, donec exiſtat aliquis de linea priori. 433.2.26

Filia, Filius, Filiafamilias, & Filiusfamil.

Filia præterita ſubſtituta pupillariter fratri ſuo, dici teſtamentum nullum. 49.1.9
Filia ſemper dicitur dotata, etiamſi in altero tantùm caſu dos relicta fuerit. 52.2.52
Inſtituta ſub conditione mixta, teſtamentum valet ſi ipſa agnouit iudicium patris. ibid. 1.46
In dote aduentitia habet hæredem. 134.1.23
Quæ renuntiauit bonis paternis poteſt ſuccedere fratri in bonis quæ ad illum peruenerunt. 190.1.2
Nec impeditur petere materna quæ ad fratrem peruenerunt. ibid. 3
Dotata excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris, poteſt ſuccedere fratri in bonis paternis. ibid. 4,9
Hæres, non impeditur immitti, ſaluis iuribus agnatorum in petitorio. 216.1.42
Præſumitur habere notitiam qualitatis bonorum patris. 420.2.108
Item ſocij communiter habitantes. ibid. 109
A ſtatuto excluſa, ſi eſt præterita, non habet querelam inofficioſi teſtamenti. 490.1.27
Excluſa per ſtatutum, quando habeatur pro exhæredata. 516.1.9
Grauata de reſtituenda dote habet actionem conſequendi legitimam ſuper aliis bonis. 581.1.10
Filia habet electionem acceptandi dotem, vel petendi legitimam. 581.2.13
Filius qui poteſt teſtari de peculio quaſi caſtrenſi, an in conſequentiam teſtetur de aduentitiis. 16.2.79
Quando dicatur præteritus. 48.2.2
Sub conditione voluntaria inſtitutus, ſuccedit ab inteſtato. 49.2.17
Inſtitutus in re certa, etiam dato cohærede vniuerſali, non impugnat teſtamentum. 50.2.26
Emancipatus poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta. 51.1.42
Bannitus, ſi eſt præteritus, teſtamentum eſt nullum. 53.2.59
Quando præſumatur habere patris conſenſum in emancipatione. 60.1.5
Adeundo hæreditatem ſibi non præiudicat in legitima. 70.2.23
Sibi præiudicat in legitima, quando acceptat totam hæreditatem cum onere reſtitutionis. ibid. 25
Inſtitutus in certa re cum clauſula, *ſit contentus*, poteſt petere ſupplementum legitimæ. 71.1.26
Viuente patre, nullum ius futuræ ſucceſſionis habet. 91.2.36
Præteritus in ſecundo teſtamento cenſetur rogatus de reſtituendo, vocatis hæredibus in primo teſtamento, vbi appoſita fuit clauſula codicillaris. 98.1.40
Legitimatus præteritus rumpit teſtamentum. 107.2.1
Statim ac probatur filius, præſumitur hæres. 109.2.27
Adoptatus non eſt ſuus hæres adoptanti, & ei non debetur legitima. 110.1.42
Adoptatus, non eſt verè filius, ſed fictè. ibid. 2.43
Non ingreditur locum patris, quando ſtatutum mandat interpretationem fieri ad literam. 146.1.4
Non intrat locum patris quando computatio graduum eſt facienda de iure Canonico. 147.1.12
Naturalis præſumitur magis dilectus in bonis ſibi relictis. 149.1.14
Poteſt inſtitui ſub conditione voluntaria, & poteſtatiua. 152.2.9
Hæres patris, an & quando teneatur habere ratum factum illius. 157.2.15
In feudo ex pacto & prouidentia quomodo debeat eſſe hæres patris. 163.1.20. & ſi inuentarium fecerit, quomodo teneatur ad onera. 176.2.39
Hæres, venit contra factum defuncti, quando eſt fraudatus legitima. 179.2.29
Non poteſt petere legitimam ſuper bonis legatis. 185.2.50
Quando dicatur recuſare aditionem hæreditatis. 193.2.19
Per nonaginta annos poteſt ad patris hæreditatem peruenire. 194.1.26
Hæres, poteſt retinere domum pro dotibus maternis. 198.1.38
Habitans cum matre in domo quam vult retinere pro ſuis dotibus, non cenſetur patris hæreditatem adire. ibid. 41
Hæres ſuus ab inteſtato non intentat remedium legis finalis. 209.1.59
Pro legitima non intentat remedium legis finalis. 210.1.75
Vniuerſaliter inſtitutus, non poteſt acceptare legitimam, & repudiare hæreditatem patris. ibid. 2.79
Sine patris conſenſu in quibus iudicialibus eſſe poſſit, & agere. 226.2.16
Pro reſtitutione dotis poteſt alienare de bonis alienati prohibitis ante matrimonium. 273.2.46
Non tenetur alere patrem pauperem, qui nullam artem illi contulit. 277.1.11
Eſt creditor in bonis patris pro legitima. 290.1.5
Filius admittitur in defectum patris, quando eſt voca

vocatus ex perſona propria. 360.1.45
Per patris repræſentationem quando admittatur ad maioratum. ibid.48
Præteritus aliquando cenſetur rogatus reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto in primo teſtamento. 365.2.8
In feudo ex pacto, & prouidentia antiqua, omnino debet eſſe hæres patris. 424.1.16
Filius Regis non poteſt retinere regnum repudiata hærediiate patris. ibid.18
Filius quando per patris repræſentationem admittatur ad maioratum. 427.2.69
Filius putatiuus nihil penitus differt à legitimo, & naturali. 438.2.10
Succedit in feudis. ibid.11
Et in fideicommiſſis, & cum alio quolibet legitimo concurrit. 439.1.12
Filius putatiuus non habetur pro legitimo ſi natus eſt ex matrimonio clandeſtino. ibid.13
Filius dicitur legitimus ſi interuenit ignorantia impedimenti in vno ſolo ex coniugibus. ibid. 2.20
Legitimatus cum reſtricta facultate ſuccedendi, debet habere legitimam. 440.2.34
Et ab inteſtaio ſuccedit in toto. ibid.35
Filius acceptando ſibi relictum cum conditione ne petat legitimam, ſibi præiudicat in illa. 486.2.16
Filius non debet fieri locupletior ex delicto patris. 448.1.23
Filius occiſoris an excludatur à feudi ſucceſſione. 446.2.4
Filius præſumitur infidelis propter infidelitatem patris. 448.2.29
Debet eſſe hæres patris in feudo ex pacto,& prouidentia antiquo. 503.2.23
Filius hæres non poteſt impugnare factum patris in feudalibus antiquis. ibid.24
Filio exhæredato an fuerat datus cohæres in caſu *l.ſi pater.C.de inſtit.ſubſtit.* 51.1.33
Filio cenſetur conceſſum feudum contemplatione patris. 448.2.26
Filium non debere eſſe melioris conditionis quàm mater,quomodo intelligatur. 362.2.16
Filij inſtituti in primo teſtamento cenſentur magis dilecti. 98.1.37
Legitimati quoad honores tantùm, non ſuccedunt patri. 108.1.6
Filij ideo ſuccedunt patri, quia ſunt illi proximiores agnati. ibid.2.14
Succeſſibiles in legitima,ſuccedunt in toto.109.2.34
Cenſentur inſtituti, quando aſſignatis partibus bonorum alter ex eis grauatus fuerit. 121.2.6
Filij inſtitutorum excludunt piam cauſam ſubſtitutam. 131.1.10
Nati præſumuntur magis dilecti,quàm naſcituri. 148.2.4
Maſculi præſumuntur magis dilecti,quàm fœminæ.ibid.5.& in quo caſu limitetur, vt fœminæ ſint prædilectæ. ibid.6
Filij & deſcendentes ex eis præſumuntur eadem affectione prædilectiores. 149.1.11
Filij & hæredes inſtituti præſumuntur magis dilecti quàm ſubſtituti. ibid.12
Filij non reuocant donationem reciprocam vſque ad legitimam, quando eſt facta eiſdem. 179.2.30
Filij donatarij cum onere non detrahunt legitimam libetam, ſi eſt appoſitum pactum, vt donata non imputentur. ibid.35
Filij tenentur ſubſtituti ſub conditione, ſub qua fuit inſtitutus pater. 189.1.8
Filij ſpurij nobilium in quibus locis ſunt nobiles. 362.1.13
Naturales,& ſpurij dicuntur de domo. ibid.14
Legitimi ex illegitimis admittuntur ad feuda. ibid.2.15
Filij contrauenientis cenſentur priuati ſicut eius pater. 371.1.32
Filij caro eſt eadem cum carne patris. 406.1.30
Filij non poſſunt renuntiare iuri ſanguinis. ibid. 32
In conditione poſiti quando veniant iure propriæ vocationis, & quando iure tranſmiſſionis. ibid.2.42
Filij per legitimationem in patris poteſtatem redacti ſunt ſui hæredes. 441.1.44
Filij vaſalli puniti per leges feudales in amiſſione feudi,non ſuccedunt in illo feudo. 446.2.7
Filij vaſalli delinquentis non excluduntur à ſucceſſione feudi ſi pater illud non poſſidebat. Contrarium,num.20.& ſeq. 447.1.10
Priuantur feudo, quando commiſſum eſt delictum contra perſonam domini. 450.1.45
Filij,& deſcendentes,an,& quando cenſeantur vocati per ſucceſſiuum, vel ſimul admittendi. 489.1.19
Filij ſemper cenſentur ſubſtituti parentibus per vulgarem. 492.1.10
Filij fratrum,vel ſororum ſuccedunt in capita.541.1.4
Filiorum fauor qua ratione præferendus ſit piæ cauſæ. 130.2.8
Eorum appellatione quando non veniant fœminæ. 116.2.7
Eorum appellatione cum certa qualitate, non continentur nepotes. 146.2.10
Non veniunt nepotes, quando diſpoſitio locum habuit in filiis. 343.1.57.407.2.57
Non continentur nepotes regulariter. 438.2.9
Non veniunt deſcendentes. 474.2.12
Filiafamilias nupta non poteſt donationem cauſa mortis facere, ſine conſenſu patris. 506.2.16
Etiamſi eſſet vidua,& ſub patria poteſtate. ib.17
Poteſt donare dotem ſuam fratribus de conſenſu patris. ibid.18
Et pater non poteſt poſtea donationem reuocare. ibid.19
Filiusfamilias quare non poſſit facere teſtamentum. 12.1.26
An teſtetur de bonis aduentitiis illi relictis ſub conditione ne patri acquiratur vſusfructus. ibid.2.29
Teſtatur de lucris dotalibus, quæ lucratus eſt propter tranſitum ad ſecundas nuptias. ib.33.
Poteſt teſtamentum facere in aduentitiis de conſuetudine. 15.2.62
Quomodo teſtamentum faciat de feudalibus.16.1.64
Teſtatur de conſenſu patris,vt valeat in vim donationis cauſa mortis. 17.2.91
Poteſt facere ſubſtitutionem in donatione cauſa mortis. 18.1.99
Filiusfamilias clericus poteſt teſtari de omnibus in clericatu acquiſitis,etiamſi alia occaſione acquiſiuerit. ibid.103
Poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. 20.2.20

Diſponit

Diſponit de bonis aduentitiis. 21.1.21
Filiusfamilias habitans ſeorſum à patre, non dicitur ab illo abeſſe. 60. 1. 3 contrarium. ibidem. 8.
Quare non poſſit condere teſtamentum. ibid.7
Ingratus ingrediens religionem, non poteſt exhæredari. 62.1.37
Poteſt teſtari ad pias cauſas in aduentitiis, cum patris conſenſu. 125.2.6
Obligatus cum patre, illius hæres cum inuentario tenetur ſolùm in quantum facere poteſt. 175.2.26
Etiamſi eſſet obligatus per inſtrumentum guarentigiatum. ibid.27
Non procedit ſi in fraudem ſe feciſſet emancipari. ibid.28
In bonis caſtrenſibus vel quaſi tenetur vltrà quàm facere poſſit. ibid.32
Donat cauſa mortis de conſenſu patris, ſed non poteſt facere teſtamentum. 505.2.1
An poſſit donare ſine conſenſu patris res, quarum habet plenum dominium. 506.1.10
Non poteſt donare bona, quorum patri non acquiritur vſusfructus. ibid.13
Filiifamilias teſtamentum debet obſeruari, quando pater iurauit illud obſeruare. 17.1.88
Filiofamilias, etiam minori, debet dari curator quando pater non eſt vſufructuarius. 226.2.17
Filijfamilias non poſſunt teſtari, quia carent bonis. 13.1.34
Aliquando in aduentitiis teſtamenta facere poſſunt. 132.1.3

Fiſcus.

Fiſcus ſuccedit ad bona vacantia ob defectum legitimi ſucceſſoris. 65.1.29
Tenetur ad legata, & fideicommiſſa quando teſtamento facto caduco, ipſe ſuccedit. ibid. 2. 33.37
Vendicat bona caduca tanquam hæres. ibid. 2. 34
Eſt ſucceſſor loco hæredis. ibid.35
Tamquam hæres aliquando cogi poteſt adire, & reſtituere hæreditatem. ibid.36
Succedit ad hæreditatem, cancellato teſtamento propter indignitatem hæredum. 75.1.7
Quando ſuccedit cum onere adimplendi legata. ib.2.8
Venit appellatione hæredis. 165.2.43
Per quem modum ſuccedat delinquenti. ibid. 45
Eſt hæres anomalus. ibid.47
Non adit hæreditatem pro condemnato. 193. 1.7
Intentat medium legis finalis. 212.1.99
Experitur per petitionem hæreditatis. ibidem. 100.
Eſt ſimilis hæredi quoad omnia iura actiuè & paſſiuè. ibid.101
Intentat remedium legis finalis ex perſona indigni. ibid.102
Habetur loco hæredis extranei. 248.2.37

Forenſis.

Forenſis non habens bona in loco ſtatuti poteſt teſtari de iure communi. 139.1.6
Foris factum quid ſit. 263.1.41

Forma.

Forma *l. hac conſultiſſima*, non poteſt remitti pro parte. 28.1.51
Forma non ſeruata in minimo quando actus corruat. ibid.52
Data à ſtatuto ſemper eſt ſubſtantialis, & vſque ad minimum obſeruanda. 141.2.14
Statuti non adimpletur ex æquipollentibus. 142.1.17 & 143.1.2
Dicitur indiuidualiter in mente concepta. 394. 2.17
Non poteſt adimpleri per æquipollens. 514.1. 33

Frater.

Frater tenetur dotare honorem in ſubſidium. 273. 1.73
Quando tenetur ex diſpoſitione hominis, non tenetur iterum dare dotem ſorori. ibid.39
Dans alimenta ſorori in vita ſua, non præſumitur illa donare voluiſſe. 280.1.39
Quando ſuccedat in primogenitura. 346.2.20
Tenetur dotare ſororem pauperem. 380.1.14
Et aliquando tenetur dare dotes etiam in ſecunda vice. ibid.15
Frater, & eius filij naſcituri cenſentur vocati per ordinem ſucceſſiuum. 488.1.8
Non cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſed vna ſimul ſecundùm veriorem opinionem. 488.2.17
Multò magis quando eſt inſtitutus extraneus, & eius filij. 489.1.18
Fratris appellatione venit ſoror in qualibet diſpoſitione. 380.2.19
Fratres mendicantes ſunt incapaces bonorum. 19. 2.5
Fratres poſſunt reciprocè paciſci ſuper certis bonis, quòd altero præmoriente ſine filiis, alter ſuccedat. 498.2.4
Etiam in feudalibus, excluſis feminis. 499.1.5
Et interueniente ſuperioris conſenſu. ibid.6

Fructus.

Fructus Eccleſiaſtici præſumuntur conſumpti in alimentis, & aliis neceſſariis. 21.2.30
Percepti per hæredem creditorem grauatum de reſtituendo, non imputantur in extinctionem ſui crediti. 171.2.23
Rei legatæ quando pertineant ad hæredem. 242. 2.112
Legati ſpeciei debentur à die mortis teſtatoris. 281.2.7
Legati, perceptos hæres tenetur legatario reſtituere. 283.1.11
Qui augent hæreditatem, veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, tam puri, quàm conditionalis. 393.1.68
Pendentes dicuntur patrimonium teſtatoris, & augent hæreditatem. 393.2.72
In hæreditate repetiti tẽpore mortis teſtatoris, ſunt reſtituendi fideicommiſſario. ibid.73. & 80.
Percepti ante aditam hæreditatem ſunt reſtituendi. ibid.74
Fructus non durare vltrà triennium. ibidem 2. 76
Fructus inuenti tempore mortis teſtatoris ſunt reſtituendi ſubſtituto militari. 394.1.81
Maturi habentur pro collectis. ibid.83
Percepti poſt cedentem diem fideicommiſſi, quando ſint reſtituendi. ibid.2.85
Soluti quando non ſint compenſandi cum credito. 395.1.95
Fructus ſunt reſtituendi, alienatione prohibita. 469.1.30

Fructus dignitatis diuidi poſſunt. 503.2.21
Fructus percepti ante conditionis euentum imputantur in Trebellianicam. 536. 2.26
Accedunt rebus hæreditariis, non autem hæreditati. ibid. 27
Idem in nepotibus, aſcendentibus,& ſubſtitutis pupillariter. ibid. 28
Fructus omnes totius hæreditatis, conditione pendente,pertinent ad hæredem, etiamſi ſint plures Trebellianicæ, ſed in eam imputantur. ibid.2.29
Fructus pertinent ad fideicommiſſarium propter moram grauati. ibid. 31
Si non æquant quantitatem Trebellianicæ, poteſt ex aliis rebus peti illius ſupplementum. 537.1.32
Fructus non collecti augent hæreditatem militis teſtatoris. 552.2.9
Fructibus diſſipatis,hæres quando teneatur ſoluere æſtimationem. 394.2.91

Fundus.

Fundus conſtituitur ex vna eius parte, inſpecta iuris cenſura. 513.1.24
Fundi dotalis alienatio quare ſit nulla. 178. 2. 16
Fundi legatum non valet, niſi fuerit certis finibus deſignatus. 389.1. 21
Eſt vniuerſale, quia multa continet. ibid.22

Furor, Furioſus.

Furor & dementia quomodo probentur. 7.1.15
Furor mentis non poteſt argui ex eo quia ſeipſum quis occiderit. 24.1.4
Quando probetur ex proiectione lapidum. ibid. 5
Furoris & dementiæ ſigna quæ ſint, remiſſiuè. 7.2. 16
Furioſus præſumitur durare in furore. 7.1.13

G.

Gabella.

Gabella non ſoluitur vigore ſtatuti, vbi dominium non transfertur. 144. 2.23
De teſtamentis eſt ſoluenda tam de teſtamento patris, quàm de pupillari ſubſtitutione. ibid. 24
Gabella, quæ ſoluenda eſt de legato dotis,etiam eſt ſoluenda de commodo repræſentationis. 526. 1.17

Gabriel.

Gabriel *in conſil.* 98.*volum.* 1. improbatur. 236.1.22

Gallus Aquilius.

Gallus Aquilius non correxit ius ciuile in ſua formula. 227.2.30
Galli formula de poſthumo alieno. 105.1.3, 15
Intelligenda eſt de inſtitutione nepotis in primo gradu. 106.1.17
Gemina verba denotant præciſam mentem,etiamſi geminatio facta ſit ſtatim. 236. 1.18

Generalitas.

Generalitas non operatur in his quæ in facto ignorato conſiſtunt. 73. 1.5

Generatio.

Generationis appellatio quos comprehendat. 361. 2.5

Genitiuus.

Genitiuus ſignificat originem. 190.2.7

Genus.

Genus comprehendit ſuas ſpecies. 258.2.55
Dicitur ſubſtantialiter ineſſe ſpeciei. 316.1.53

Reſtringitur per enumerationẽ ſpecierũ. 596.2.3

Gloſſa.

Gl.*in l.Seius Saturninus.ff.ad Trebell.*eſt communiter recepta. 288.1.04
In l. Proculo.de legat. 2. reprobatur. 513.2.29
Gloſſæ opinio *in §.ſi rem. Inſt.de legatis*, non recipitur. 268. 2.10
Gloſſ.*in auth.vt liceat matri & auiæ*, eſſe communiter receptam, & quot Doctores illam ſequantur. 13. 1.37

Gomez.

Gomez ſuper *l.Tauri* 3. reprobatur. 75. 1.2

Gradus.

Gradus patris quando perpetuetur in filium. 22. 2. 42

Gratia.

Gratia facta ſuper alieno eſt ſpecies furti. 86. 2. 20

Gratianus.

Gratianus & cæteri Canoniſtæ in quibus errauerint. 222.2.4
Gratiani opinio reiicitur in diſceptatione forenſi c.136. 283.1.13

Gratus.

Grati opinio *in conſil.*8.*vol.*2. reiicitur. 548. 1.17

Grauamen, Grauatus.

Grauamen dici non poteſt,quod etiam lucrum poteſt afferre. 143.2.12
Grauamen reale afficit omnes perſonas, & quoſcumque poſſeſſores. 374. 2.73
Grauatus alteri dare videtur prius honoratus. 559. 2. 18
Grauato delinquente crimen dignum confiſcatione, fructus fideicommiſſi in vita delinquentis pertinent ad fiſcum. 450. 2. 48
Secus ſi ſubſtitutio facta eſſet etiam in caſu debiti, ad excludendum fiſcum. ibid.49
Idem ſi prohibitio alienationis expreſsè facta fuerit. ibid. 50

H.

Hæres.

Hæres, petens ſe immitti, narrans teſtatorem fuiſſe ſanum mente, an probare debeat. 6. 2. 3,8
Ex minus ſolemni teſtamento ob defectum teſtium,non poteſt retinere hæreditatem. 38.1.6
Nominandus eſt per plures qualitates. 57. 2.4
Repudiando hæreditatem, impugnat iudicium teſtatoris. 63. 2.2
Non poteſt contrauenire promiſſioni factæ teſtatori. 69. 2.3
Adeundo dicitur conſentire ſe teneri quatenus lex velit. ibid.8
Promittens ſoluere vnum legatum ex teſtamento inualido, non eſt obligatus ad alia. 70. 1. 15
Approbans teſtamentum inualidum, non obligatur ex illo, ſed ex pacto. ibid.16
Soluens ex teſtamento inualido, non poteſt ſolutum repetere. ibid. 17
Adeundo hæreditatem non tenetur obſeruare præceptum teſtatoris contra legem. ibid. 2.22
Hæres qui promiſit teſtatori obſeruare eius voluntatem, teneri dicitur obſeruare, in vim contractus. 71. 2.2
Promittendo teſtatori, quomodo dicatur promittere ſibi ipſi. ibid.4

Factus cum fiducia reſtituendi quando cóueniatur actione negotiorum geſtorum, vel mandati. 72. 2. 16
Fiduciarius, non detrahit Trebellianicam, & totam cum fructibus hæreditatem reſtituere debet. ibid. 17
Tenetur ex contractu reſtituere. ibid. 19
Poteſt reuocare confeſſionem erroneam defuncti. 80. 2. 7
Incertus de viribus teſtamenti, non poteſt adire hæreditatem. 95. 2. 3
Extraneus præſumitur magis dilectus in portione ſibi relicta, quàm proprius filius. 149. 2. 19
Non tenetur obſeruare factum inualidum defuncti. 157. 2. 16
Non tenetur obſeruare factum in fraudem. 158. 1. 17
Quando quis nó poteſt inſtitui vt habeat, poteſt inſtitui vt alteri reſtituat. ibid. 2. 25
Factus poſt mortem alicuius, illo viuente non habet beneficium falcidiæ, neque poteſt alteri interim tranſmittere. 160. 1. 13
Hæres vxoris inſtitutæ in vſufructu poſt illius mortem reſtituens alteri detrahit Trebellianicam. ibid. 14
Hæres & vſufructuarius non concurrunt in vſufructu. ibid. 2. 19
Hæres factus pleno iure concurrit cum vſufructuario omnium bonorum pro medietate. ibid. 20
Hæres hæredis, in quibus caſibus non ſit hæres teſtatoris. 161. 2. 2
Non venit quando teſtator vocauit hæredes ſuos. 162. 1. 3
Eſt propriè hæres. ibid. 7
Hæres hæredis vniuerſalis eſt hæres teſtatoris, non in re certa inſtitutus. 163. 1. 17
Hæres in feudo hæreditario quomodo conſideretur. ibid. 2. 21
In re certa an ſit propriè hæres. 165. 1. 38
In feudo mixto an debeat eſſe hæres primi, vel vltimi vaſalli, & qui teneant debere eſſe hæredem primi, ex falſis allegationibus. 166. 2. 8
Debet eſſe hæres vltimi, non autem primi. 167. 2. 16
Eſt hæres ſanguinis reſpectu primi acquirentis, hæres feudi reſpectu vltimi morientis. 168. 2. 21
In feudo hæreditario ſufficit eſſe hæres in quota hæreditaria. ibid. 25
Hæres grauatus præſumitur ſoluiſſe de ſuo, quando fecit inuentarium. 172. 1. 28
Aliquando obtinet fieri ſeparationem bonorum. ibid. 2. 32
Factus pro parte, non tenetur habere ratum niſi pro parte. ibid. 35
Cum inuentario habet electionem ſoluendi creditoribus, & legatariis vel in pecunia, vel in bonis. 173. 2. 7
Contraria opinio verior. 174. 1. 8
Tenetur vendere, & ſoluere creditoribus, vel vẽdenda eis tradere bona. ibid. 10
Vt cogatur vendere, quot concurrere debeant. ibid. 11
Quando poſſit offerre de bonis hæreditariis. ibid. 12
Conficiens inuentarium aliquando de rebus hæreditariis ſatisfacere debet. 175. 1. 23
Grauatus ſoluens legata & debita, reſpectu cuius temporis debeat deducere quantitates ſolutas. ibid. 24
Cum inuentario tenetur ad omnia onera ſimul cum hærede in allodialibus. 176. 1. 34
In feudo hæreditario, ſi non facit inuentarium, tenetur vltra vires. ibid. 35
Non poteſt impugnare factum defuncti. 177. 2. 1
Non poteſt factum illius à quo lucrum capit. ibid. 2
Petendo fideicommiſſum à ſuo defuncto quomodo repellatur. ibid. 3
Non reuocat alienata à teſtatore contra prohibitionem. ibid. 4
Non reuocat feudum alienatum per patrem. ibid. 5
Non impugnat factum defuncti ſolùm pro ea parte, pro qua eſt hæres. ibid. 6
Si fecerit inuentarium. 179. 1. 9
Quando reuocet pro parte quotitatiua, vel quantitatiua. ibid. 8
Factum inualidum defuncti reuocare poteſt. ibid. 10
In feudo hæreditario tenetur obſeruare factum defuncti, quod eſt validum. ibid. 12
Reuocat factum inualidum in fraudem legis. ibid. 13
Non reuocat alienationem feudi ſine conſenſu domini. ibid. 2. 14
Reuocat alienata per defunctum contra form am legis. ibid. 18
Non reuocat bona fideicommiſſi alienata per defunctum grauatum de reſtituendo. ibid. 20
Non reuocat alienata per defunctum, licèt ipſe non teneatur de euictione. 179. 1. 21
Non reuocat factum defuncti inualidum ex defectu conſenſus. ibid. 22
Reuocat factum teſtatoris in eius fraudem factum. ibid. 25
Non reuocat factum teſtatoris pro ſe, & hæredibus. ibid. 2. 36
Non detegit turpitudinem defuncti. 180. 2. 41
Non reuocat confeſſionem defuncti. ibid. 2. 44, 46
Non poteſt declarare voluntatem ambiguam defuncti. ibid. 45
Tenetur facere inuentarium ad beneficium fideicommiſſarij. 181. 2. 1
De bonis reſtituendis tenetur reddere rationem. ibid. 2. 2
Grauatus, qui diſſipauit, tenetur reintegrare fideicommiſſum. 182. 1. 8
Non implens voluntatem defuncti infra annum, priuatur hæreditate. ibid. 2. 19
An, & quando dicatur in mora ſine interpellatione. 183. 1. 21
Quando teneatur legatario de euictione. ibid. 22
Quando teneatur res legatas aliis obligatas redimere. ibid. 23
Tenetur litem inceptam ſequi coram eodem iudice. ibid. 27 etiamſi eſſet clericus. ibid. 28
Non debet ſoluere creditoribus poſterioribus ſciens eſſe alios anteriores. ibid. 32
Tenetur exonerare conſcientiam defuncti. 184. 1. 34
Puniri non poteſt, ſi non exonerat animam defuncti. 184. 1. 36

Hæres poſſeſſor tenetur ad cenſum inſolidum.ibid. 37
Vnus ex pluribus,ſi eſt poſſeſſor, quomodo debeat ſuſtinere iudicium. ibid.2.43
Hæres in mora ſoluendi legitimam, an teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis. 185.2.52
Inſtitutus cum conditione negatiua tenetur præſtare cautionem Mutianam. ibid.53
Quando tenetur,ſi non præſtat cautionem Mutianam, tenetur reſtituere fructus. ibid.56
Ante reſtitutionem primi deducit bona propria. 186.2.1
Item dotem maternam. ibid.2
Item pecunias, quas erogauit in extinctione æris alieni. ibid.3
Retinet bona ſecundùm æſtimationem de tempore factæ ſolutionis. ibid.4
Deducit funeris factas impenſas. ibid.5
Item expenſas factas ad perpetuam rei vtilitatem. ibid. 6. & ſi eſt filius, deducit duas quartas. ibid.7
Grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, poteſt diſponere de dodrante,& ſolùm quadrantem reſtituere debet. ibid.9
Secus ſi diſſiparet dodrantem in perniciem fideicommiſſarij. ibid. 10
Non poteſt diſſipare dodrantem tam de iure Digeſtorum, quàm Authenticorum. 187.1.11
Dicitur alienare in fraudem, quando alienat ſine cauſa. ibid. 12
Quando poſſit etiam quartam conſumere ob iuſtas cauſas. ibid.13
Rogatus de reſtituẽdo quidquid ſupererit,poteſt in vita alienare dodrantem, dummodo ſine fraude. ibid. 14
Sed ſi eſt eidem conceſſa facultas alienandi, poteſt etiam in vltima voluntate alienare, & hæredem facere. ibid.15
Hæres filius grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit, & data licentia alienandi medietatem, poteſt de toto diſponere. ibid.2.17
Hæres, grauatus de reſtituendo quidquid ſupererit vni familiæ, cui debet reſtituere. ibid. 20
Grauatus de reſtituendo familiæ,poteſt eligere remotiorem in familia. ibid. 21
Sed ſi teſtator præfigit formam electioni, ſecus eſt. ibid. 22
Grauatus de reſtituendo familiæ, omnibus extinctis de familia, poteſt liberè diſponere. 188.1.25
Quando priuandus ſit hæreditate ſiue inferat moleſtiam iuris,ſiue facti. ibid.2.1
Repudiando hæreditatem, quando dicatur contra facere. ibid.2.4
Vel in modico contraueniens quando amittat amplum patrimonium. 189.1.10
Non adimplens omnia,perinde eſt,ac ſi nihil impleuiſſet. ibid.11
Hæres ſemel, non deſinit eſſe hæres. ibid.2.16
Poteſt adire,vel repudiare hæreditatem per nuntium, vel procuratorem. 191.2.5
In dubio cenſetur facere actum nomine proprio, non autem hæreditario. 196.1.13
Renuntians hæreditatem non tenetur creditoribus. 197.2.32
Factus per poſſeſſionem rei hæreditariæ, præſumitur adire hæreditatem. 198.1.35
Inhabitando domum hæreditariam præſumitur adiuiſſe. ibid.36
Eſt executor vltimæ voluntatis, nullo alio executore dato. 199.1.1
Cogit executores ad ſibi reddendam rationem. 200.1.10
Non declarat voluntatem defuncti. ibid. 2.16
Quando intentet remedium *l.fin. C. de edict. D. Adr. toll.* 204. 2. 2
Debet citare poſſeſſorem in iudicio immiſſionis bonorum. 205.1.3
Hæres ſub conditione intentat remedium *l.fin.C. de edict. D. Adr. toll.* ibid.5
Sub conditione, quando ſit hæres. ibid.6
In teſtamento nuncupatiuo, ſiue in ſcriptis redacto,per Notarium intentat remedium d.l. fin. ibid.7
Hæres poſſidens intentat remedium d.l. fin.vt confirmetur.ibid.2.14.& quando hoc procedat.ibid. 15
Hæres hæredis non intentat remedium d.l. fin. 206. 1.20 & quando ſit hæres teſtatoris. ibid.2. 21.
Hæres teſtatoris eſt immittendus in poſſeſſionem bonorum quæ poſſidebat tempore mortis. ibid. 24,28
Hæres vxoris non immittitur in poſſeſſionem bonorum, quæ maritus emerat de illius pecuniis. ibid.25
Hæres quis ex duobus teſtamentis ſit mittendus in poſſeſſorio. 207.1.33
Hæres ſemper eſt legitimus contradictor legatariorum. 209. 1. 61
Præferendus eſt fideicommiſſario eiuſdem teſtamenti. 210.2. 82
Quando debet coadiuuare teſtamentum per teſtes, non immittitur per d.l. fin. ſed per alia remedia. 213.2.10
Hæres femina impeditur immitti ad feuda,ſi probetur incontinenti non eſſe ad illum tranſitoria. 216. 2.48
Non impeditur immitti à filio petente ſupplementum legitimæ. 219. 2. 15
Hæres inſtitutus aliquando concurrit cum legatario mobilium. 235.1.7,10
Quando in duabus orationibus ad eandem rem vocati fuerint. ibid. 8
Factus in teſtamento aliquando non ſuccedit,niſi poſt mortem vxoris vſufructuariæ omnium bonorum ita conſtitutæ in codicillo. 249. 1.43
Hæres in pœnam, poteſt à teſtatore priuari.ibid.2. 48
Repudiando hæreditatem,dicitur contrauenire. ibid.49
Hæres dicitur teneri ad debitum neceſſarium,ſicut tenebatur defunctus. 250.1.57,68
Non obligatur,niſi per aditionem voluntariè factam. ibid.2.61
Non tenetur de euictione prælegati facti alteri cohæredi. 268.1.13
Limitatur ratione qualitatis ſeruandæ. ibid. 14
Hæres extraneus non præſumitur grauatus duplici onere. 274. 2. 56
Hæres tenetur ad alimenta præterita,& debet releuare fideicommiſſum reſpectu bonorũ.279.1.30
Non conficiens inuentarium,tenetur vltra vires propter præſumptam fraudem. 280. 1. 43
Hæres ſubſtitutus legatario ſub conditione, ſi prædeceſſerit, non tranſmittit legatum ad ſuos hæredes, ſed pertinebit ad hæredes legatarij. 283. 2.18.

Hæres probat contra legatarium alienationem fuiſſe factam animo adimendi legatum. 297.1.49
Hæres prælegatarius habet ius retentionis quando quantitas legata erat vetuſtior legato. 305.1.26
Hæres in re certa poteſt propria authoritate capere. 314.1.32
Hæres regulariter tenetur ſoluere legata. 326.2.173
Regulariter eligit rem dandam legatario, niſi fuerit in mora. 332.2.8
Hæres prohibitus teſtari, cenſetur rogatus reſtituere venientibus ab inteſtato. 342.2.53
Fiduciarius quis dicatur. 343.3.60
Priuatus, cenſetur rogatus fideicommiſſum reſtituere. 347.2.35
Inſtitutus in vita tantùm, dicitur acquiſiuiſſe plenum dominium. 348.2.57
Inſtitutus in vſufructo tantùm, quãdo cenſeatur inſtitutus in proprietate. ibid.2.52
Inſtitutus in vita tantùm, poſt mortem cenſetur rogatus per fideicommiſſum. ibid.53
Inſtitutus in vita tantùm, nullo alio hærede facto, poſt mortem cenſetur rogatus reſtituere venientibus ab inteſtato. ibid.54
Et Rouiti conſilium 47. non recipitur in hoc caſu. ibid.55
Grauatus poteſt renuntiare fauori ſuo, & ſuorum hæredum. 384.1.63
Grauatus reſtituere familiæ, non poteſt remotiorem eligere. 364.2.40
Grauata quæ ſuas quartas conſumpſit, non poteſt dotes ſibi conſtituere ſuper aliis bonis fideicommiſſi. 384.1.65
Grauatus ſub conditione, interim alienare poteſt. ibid.2.69
Grauatus alienat pro Trebellianica, ſi aliquos fructus non percepiſſet. ibid. 71
Et Peregrini opinio contraria improbatur. ib. 72
Rogatus de reſtituendo quod ſupereſt, poteſt alienare vſque ad dodrantem. 385.2.83
Et de dodrante ad ſui libitum diſponere poteſt. ibid.84
Nec facienda eſt diſtinctio an dolo, vel fraude alienauerit. ibid. 85
Poterit alienare in vita, & in morte. ibid. 86
Grauatus tenetur reſtituere fideicõmiſſatio quod acquiſiuit per vulgarem ſubſtitutionem. 388.1.5
Fideicommiſſo grauatus poteſt ſuum creditum deducere. 391.1.40
Hæres tenetur de omni culpa etiam leuiſſima. 394.2.92
Quando poſſit retinere de bonis fideicommiſſi, ſi ex fructibus ſoluerit æs alienum. 395.1.93
Hæres hæredis vocatus non venit iure tranſmiſſionis. 408.2.66
Hæres grauatus penes quem remanet fideicommiſſum, tenetur ad onera. 425.2.38
Secus ſi eſſent impoſita ipſimet fideicommiſſario, vel legatario. ibid.39
Nihil debet reſtituere, quando ſubſtitutio habetur pro non ſcripta. 476.2.50
Poteſt deducere legata ſoluta legatariis. 443.1.60
Poteſt repetere fideicommiſſum reſtitutum, vt ſoluat legata. ibid.61
Poteſt deducere debita hæreditaria, quæ ipſa ſoluit, & retinet tot bona. ibid. 62
Item pro expenſis funeris. ibid.63
Hæres grauatus de reſtituendo, quas meliorationes detrahat. 445.1.88
Et quomodo ſoluendæ ſint. ibid.89
Hæres grauatus, pendente conditione eſt dominus, & poteſt interim alienare. 466.1.8
Impeditus reſtituere rem, tenetur ad pretium. 467.2.13
Prohibitus alienare, cenſetur grauatus per fideicommiſſum alteri reſtituere. 485.2.6
Hæres ſemel ne pro parte quidem poteſt deſinere eſſe hæres. 488.1.9
Hæres qui vendidit hæreditatem, remanet hæres, & poſſeſſor illius. 516.2.6
Hæres debet repræſentare perſonam defuncti in toto. 518.1.4
Hæres non conficiens inuentarium an amittat Trebellianicam. 522.1.4
Hæres qui falcidiam detrahit, ſolus eſt implicatus oneribus hæreditariis. 525.1.7
Sed qui detrahit Trebellianicam, tenetur ad onera pro rata. ibid.8
Hæres quando habeat electionem detrahendi falcidiam, vel Trebellianicam, & quæ ſit vtilitas. 525.2.12
Hæres ſi integraliter ſoluit vnum legatum, ſibi non præiudicat in falcidia. ibid. 14
Hæres grauatus ante declarationem fideicommiſſarij non eſt in mala fide. 430.1.96
Hæres in feudo tenetur ſoluere omnia legata ſine detractione falcidiæ. 534.2.3
Hæres non poteſt reſtituere fructus perceptos, & detrahere Trebellianicam in corporibus hæreditariis. 536.2.30
Hæres legitimus habet electionem ſuccedendi vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. 569.2.9
Habens facultatem eligendi, non poteſt eligere perſonam teſtatori odioſam. 573.1.23
Hæredis nominatio ab altero facta, & ab hærede approbata, quando non valeat. 11.1.13
Eius nominatio per relationem ad ſcripturam, penes aliquem relictam, an valeat. ibid. 2.20
Hæredis vocatio implicita, quando ſufficiat. ibid. 22
Eius nomen quomodo à cæco teſtante explicandum ſit. 41.2.9
Inſtitutio importat proprietatem, & dominium. 159.27
Hæredis appellatione veniunt ſucceſſores vniuerſales. 161.2.1
Quando veniat primogenitus. 163.2.22
Hæredis bona non ſunt obligata per clauſulam pro ſe & hæredibus. 180.1.38
Eius ſcientia quando ſit legitima. 183.2.33
Priuatio ob contrafactionem, tranſit in naturam fideicommiſſi, ita vt poſſit detrahere Trebellianicam. 189.2.17
Eius dicto ſtandum eſt cum iuramento in his quæ dependent ab animo. 189.2.43
Hæredis appellatio in feudis ſemper intelligitur de deſcendente maſculo. 340.1.24
Hæredi ſcripto incapaci non datur remedium immiſſionis. 219.1.11
Hæredem eſſe in feudo hæreditario, vel paratum eſſe, ſufficit. 166.2.6 & quando ſatis eſt ſi ſit hæres primi, vel vltimi. ibid.7
Eſſe primi inueſtiti in feudo mixto, quomodo intelligatur. 168.1.19
Hærede grauato de reſtituendo familiæ, non eligente,

gente, omnes de familia admittuntur 188.1.24
Priuato ob contrafactionem, cui applicetur hæreditas. 189.1.42
Negante teſtamentum non proceditur via executiua ad fauorem legatarij. 210.1.71
Priuato ob contrauentionem ad fauorem alicuius, reſtitutio facienda eſt illi ad cuius fauorem eſt facta. 347.2.36
Hæredes non poſſunt confirmare priuatam ſcripturam in vim teſtamenti. 69.2.6
Hæredes hæredum in infinitum, quando veniant. 162.1.5
Veniunt, quando diſpoſitio habet relationem ad vocatum, & eius hæredes, contra Peregrin. ibid. 2.11
Sanguinis cenſentur vocati ex coniecturis. 164.1.28
Legitimi intelliguntur ſuccedentes ab inteſtato. ibid.31
Eſt verum ſi ſunt poſiti in diſpoſitione, ſecus ſi in conditione. ibid.2.32
Maſculi intelliguntur de proximo deſcendente. ibid.33
Hæredes, & ſucceſſores extranei aliquando veniunt in feudis. 165.1.37
Hæredes plures, omnes tenentur ad cenſum inſolidum. 184.2.40
Non ſunt hæredes collectiuè, ſed diſtributiuè vt ſinguli. ibid. 44
Tenentur in pœnalibus actionibus, lite conteſtata cum defuncto. ibid.45
Hæredes quomodo efficiantur periuri contrauenientes iuramento defuncti. 180.1.40
Tenentur pro portionibus hæreditariis. 185.1.48
Priuandi ob moleſtiam illatam contra præceptum teſtatoris, intelliguntur tam de inſtitutis, quàm de ſubſtitutis. 188.2.7
Ab inteſtato non intentant remedium legis finalis. 209.1.55
Sed poſſunt intentare illud remedium vtile. ibid.56
Hæredum nomina in teſtamento cœci an ſint præponenda legatis. 41.2.10
Hæredum appellatione in feudis, qui veniant. 163.1.18
Veniunt agnati in feudis, cùm quis non poteſt habere deſcendentes. ibid. 19
In fideicommiſſis qui veniant. ibid.2.24
Hæredum appellatione veniunt hæredes hæreditatis, non autem ſanguinis. ibid.25
Hæredum vox quando intelligatur de deſcendentibus ex communi vſu loquendi. 164.2.34

Hæreditas.

Hæreditas aliquando aufertur ab hærede doloſo. 30.1.15
Aufertur per fiſcum ab hærede inferente metum teſtatori. ibid.2.20
Aufertur ab hærede, ſi teſtamentum factum eſt per metum. 61.2.33
Non poteſt dari pactis, nec conuentionibus. 81.2.21
Hæreditas, & legata an ſint æquiparata reſpectu facilis ademptionis. 97.2.31
Hæreditas, quando adiri non poteſt, omnia corruunt. 129.2.4
Reſpectu primi acquirentis non dicitur amplius hæreditas. 166.2.4
Adita efficitur proprium patrimonium adeuntis, ſecundùm communem. 190.1.1
Adita adhuc dicitur hæreditas defuncti, contra communem. ibid.5,8
Etiam ſecundùm communem vſum loquendi. ibid.2.6
Semper dicitur eſſe reſpectu vltimi morientis. ibid. 10,12
Non dicitur debitori acquiſita ante aditionem. 193.1.6
Hæreditas ſiue legatum poteſt refutari ſine ſollemnitate ſtatuti. 197.2.35
Hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento incerti temporis. 207.1.35
Adiri non poteſt pendente conditione, ſed bonorum poſſeſſio datur. 226.2.24
Non poteſt eſſe ſine operibus. 324.1.143
Directò neque datur, neque adimitur in codicillis. 335.2.11
Hæreditas non adita complet vſucapionem, & acquirit fructus. 464.2.9
Hæreditas pactionibus dari non poteſt, etiamſi ſuperſint bona pro faciendo teſtamento. 497.1.16
Non poteſt dari per pactum. 502.2.10
Hæreditas non adita non transmittitur ad extraneum, ſecus ad ſuos. 601.1.8
Hæreditatis tacitam repudiationem, quæ cauſatur ex curſu temporis, non poteſt hæres ſuus reuocare. 194.1.27
Hæreditatis renuntiatio tacita nocet patri, non autem expreſſa. ibid. 28
Hæreditatis naturam ſequitur quidquid ei accidit. 388.2.12
Hæreditatis appellatio indefinita, an æquipolleat vniuerſali. 389.1.17
Hæreditatis appellatio cur non poſſit dici indefinita. 389.1.23
Hæreditatis venditio intelligitur de ea quæ poſſidebatur tempore venditionis. 516.2.4
Hæreditates, & legata quot modis antea erant caduca. 65.1.31
Hæreditates ſunt fauorabiliores, quàm legata 564.1.13

Hæreticus.

Hæretici bona cenſentur ipſo iure confiſcata. 25.1.15
Hæretici, & illi credentes non poſſunt condere teſtamenta. 24.2.11
Hæretici ante ſententiam declaratoriam poſſunt condere teſtamenta. ibid. 12
Hæretici ad fidem reintegrati ſunt capaces ſucceſſionis. 158.1.23

Homicidium.

Homicidium commiſſum ad vindictam, non excuſatur in foro conſcientiæ. 88.2.5

Hoſpitale.

Hoſpitale quando ſit Eccleſiaſticum, & quando laicale. 261.1.10
Hoſpitale etiam laicorũ dicitur locus pius. ibid.11

Hypotheca, Hypothecaria.

Hypotheca acquiſita delinquenti, quando tranſeat in fiſcum. 165.2.44
Hypotheca extinguitur, acquiſito dominio irreuocabiliter. 169.2.3
Extincta quando reuiuiſcat. ibid.4
Eſt diuidua ſicut debitum principale, & quomodo ſit indiuiſa. 182.2.41
Cenſetur contracta ſuper eiſdem bonis cenſualibus. 184.1.39
Importatur per verba, ſuper bonis. 242.1.103

Datur pro legato, quia dominium competit iure ſpeciali. 278.2.26
Pro legatis, eſt conceſſa, vt plenius voluntas teſtatoris impleatur. 321.1.110
Tacita, conceſſa contra tutorem, extenditur contra alterum. ibid. 111
Hypotheca tranſit in quemcumque ſucceſſorem bonorum affectorum. ibid. 2.117
Plus inhæret rei, quàm perſonæ. ibid. 118
Pro legato quando detur contra bona hæredis. 322.1.119.
Cenſetur conſtituta etiam pro ipſius intereſſe. 325.1.153
Hypotheca extincta, aliquando reuiuiſcit. 391.1.41
Hypothecæ appellatione ſemper in dubio intelligitur de expreſſa. 170.1.12
Hypothecæ tacitæ priuilegium fuit conceſſum *in l. aſſiduis*, & non antè. ibid. 13
Hypothecæ ſpecialis, & generalis aliquando conſtituitur differentia. 150.2.60
Hypothecaria non datur pro ſupplemento legitimæ. 185.2.51

I.

Iaſon.

IAſ. *in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit.* reprobatur. 51.1.34
Reprobatur *in l. 1. C. qui admitti.* 225.2.10
Iaſonis differentia inter legata, & hæreditatem reprobatur. 38.2.13

Identitas.

Itentitas non præſumitur niſi probetur. 640.2.41
Identitas bonorum probatur per circunſtantias, & confines. ibid. 42
Item per poſſeſſionem continuatam inter plures. ibid. 43
Item ſi probetur fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco. ibid. 44
Item per probationem ſingularium nominum bonorum cum aliquibus confinibus. ibid. 45
Item per coniecturas, & præſumptiones in antiquis. ibid. 46
Item per deſcriptionem bonorum in æſtimo. ibidem 47
Quibus modis probetur, remiſſiuè. ibid. 48

Imbreuiatura.

Imbreuiatura dicitur ſcriptura matrix, etiamſi minus contineat. 62.2.41

Immola.

Immola *in l. 1. de teſtament.* quòd ingreſſurus religionem poſſit reuocare teſtamentum ſecundùm ſuam diſtinctionem, reprobatur. 84.2.15

Impedimentum.

Impedimentum iuris errore excuſatur. 439.2.21

Imperator.

Imperatores gloriabantur ſe eſſe de genere Aduocatorum. 263.2.50

Improprietas.

Impropriè dictum, quot modis ſumatur. 333.2.7
Improprietas non cadit inter genus & ſpeciem. 334.1.8

Impubes.

Impubes aliquando filios ſuſcepit. 571.2.3
Quando contrahat matrimonium. ibid. 4
Impuberes nullo modo teſtari poſſunt, ne ad pias quidem cauſas. 28.2.57
Poſſunt reſtari, vt valeat tanquam donatio cauſa mortis cum iuramento. ibid. 58

In.

τὸ *In*, plus importat, quàm τὸ *de.* 257.2.34

Inæqualitas.

Inæqualitas temporis, & rerum non impedit ſubſtitutionem reciprocam. 538.1.9
Titulorum impedit effectum ſubſtitutionis reciprocæ. ibid. 10

Indefinita.

Indefinita æquipollet vniuerſali contingenter. 389.1.18
Continet totum, quando apparet de mente teſtatoris. ibid. 19
Prolata à lege æquiparatur vniuerſali, & quando. 554.1.6,8

Indiuiduum.

Indiuiduum aliquando conſtituitur ex pluribus ſeparabilibus ratione formæ. 34.1.16

Infamis.

Infamis quilibet reſtari poteſt. 25.1.23

Ingrediens religionem.

Ingrediens religionem an poſſit renuntiare etiam hæreditati ſibi deferendæ. 20.1.10
τὸ *In perpetuum*, multas ſignificationes habet. 518.1.76
Reſtringitur ad tertiam generationem, & intelligitur quo ad tempus, non quo ad qualitatem hæredum. 435.1.41
Et non includit extraneos. ibid. 42
τὸ *Inſolidum*, differt ab ipſa ſolida re legata. 412.1.17

Inſtantia.

Inſtantia defuncti non tranſit ipſo iure in hæredem, & quid ſit faciendum. 183.2.30

Inſtitutio, Inſtitutus.

τὸ *Inſtituit, in l. Gallus,* non eſt ſumendum pro ſubſtitutione. 492.2.14
Inſtituendi voluntas per quæ verba poſſit explicari. 315.2.45.
Inſtitutio hæredis quomodo poteſt eſſe valida, facta ab eo, qui non poteſt articulatè loqui. 10.2.11
Eſt valida teſtatore dictante teſtamentum, & ſuam voluntatem Notario exponente. 11.1.14
Ad nominationem alterius facta valet, quando ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, & quando dicitur conſtare. ibid. 2.19
De pauperibus in genere facta, eſt valida. 58.1.13
Agnati, quem Tirius nominauerit, dicitur facta ſub conditione. ibid. 17
Eſt valida per relationem ad ſcripturam penes guardianum. ibid. 21
Inſtitutio, & legata dicuntur quid indiuiduum ratione voluntatis. 97.1.25
Inſtitutio propter conditionem mortis de iure ciuili redditur inualida. 106.1.14
Facta inter liberos in codicillo valet vt teſtamentum. 119.2.9
Tacita, inducitur per diuiſionem bonorum inter filios. 121.1.2
Inſtitutio eſt valida quibuſcumque verbis facta ſit, dummodo de voluntate appareat. ibidem 3
Præſumitur facta ex conſequenti ademptione. ibid. 2.7
Quando eſt nulla, etiam ſubſtitutiones ab ea depen

pendentes ſunt nullæ. 151.2.1
Inducitur per clauſulam, *omni meliori modo*. 152. 1.6.
Poteſt fieri ſub conditione, ſi nupſeris tali. ibid. 2.10
Poteſt fieri ſub conditione, ſi litem cum aduerſario proſequutus fueris. ibid. 11
Non poteſt fieri ſub conditione reſolutiua. ibid. 15
Quando dicatur facta ex coniecturis. ibid. 16
Directa, facta in codicillis trahitur ad fideicommiſſum. 153.1.10
Facta in re certa dato cohærede vniuerſali habetur loco legati. ibid.2.23
Inſtitutio, & eius declaratio per quot teſtes probari debeat. ibid.26
Inſtitutio remiſſa ad arbitrium alterius eſt nulla. 154.2.5
De filio, qui non eſt, non valet. 156.2.2
Legitimati, non valet, ſi legitimatio eſt inualida. ibid.3
De eo, quem credebat fratrem, qui non eſt, non valet. ibid.4
Quando vitiatur ob errorem in perſona, tunc valebit quoad reliqua. ibid. 5
Facta de perſonis incapacibus eſt inualida. 158. 1. 22.
De incapacibus cum clauſula codicillari quomodo valeat. ibid. 2. 24
Inſtitutio non dicitur facta per pactum præcedens de inſtituendo. ibid. 26
Facta de Titio, & eius hæredibus, quos hæredes contineat. 162.2.10
Tacita, ex quibus inducatur. 205. 2.13
In re certa, quomodo dicatur tertia ſpecies inſtitutionis. 210.1.73
Poſthumi alieni, quare de iure ciuili erat inutilis. 228.1.35
Facta ſub conditione mortis eſt valida de iure prætorio. ibid.36
Facta in teſtamento, cenſetur reformata in codicillo per legatum vſusfructus omnium bonorum. 249.2.45
Filiorum, eſt inducta pro forma. 314.1.34
Filij expreſſa requiritur in formula Galli. ibid. 35. & non ſufficit filium eſſe honoratum. ibid. 2.36
Directa non poteſt fieri in codicillis. 335. 2. 10
Inſtitutio generalis non comprehendit bona, quæ teſtator poſt mortem tenetur alteri reſtituere. 400.2.48
Inſtitutio ſcienter facta in aliena hæreditate non valet. ibid. 51
Inſtitutio de filiis, & nepotibus, intelligitur ordine ſucceſſiuo. 487. 2.2
Inſtitutionis titulus probatur per duos teſtes. 44. 2. 21
Eſt neceſſarius pro validitate teſtamenti. 50.1. 19.
Comprehenditur ſub relicto legitimæ. ibid. 23
Inſtitutionis vim habet diuiſio hæreditatis facta à patre in filios. 205.2.12
Inſtitutionis qualitates, quando cenſeantur repertæ in ſubſtitutione. 597.1.10
Inſtitutione facta de filiis, & extraneis ſimul, quando portio extraneorum accreſcat filiis. 124. 2. 15
Inſtitutione ſublata, expirant omnes fideicommiſſatiæ ſubſtitutiones. 582.2.4
Inſtitutiones in quibus caſibus præſumantur. 153.1. 19
Inſtitutus in re certa etiam eſt hæres. ibid. 2.24
In vſufructu omnium bonorum, nullo alio dato cohærede, eſt hæres in toto. 159.1.1
In re certa aliquando remanet hæres in toto. ibid.2.6
In vſufructu habet electionem eligendi dominium. 160. 1. 10
Poſt mortem alicuius cenſetur inſtitutus ſub conditione. ibid. 11
Nec poteſt ante mortem illius adire hæreditatem. ibid.12
Inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali non intentat remedium legis finalis. 210. 1.72

Inſtrumentum.

Inſtrumentum probatur à fide teſtium. 47. 1. 17
Inſtrumento an ſtandum ſit, ſi duo ex teſtibus illius contradicant, & Notarius cum duobus teſtibus pro illo deponat. 47.1.14

Interdictum.

Interdictum retinendæ, & recuperandæ ſunt æquiparata. 208.1.47
Saluianum directum, & vtile, quibus competat. 209.1.57
Adipiſcendæ, quomodo differat ab aliis interdictis. 214. 2.21
Qua ratione concedatur. ibid.22
Quorum bonorum, habet locum in fideicommiſſatio vniuerſali. 464. 2.7

Intereſſe.

Intereſſe dotium poſt annum non dicitur debitum hæreditarium, ſed hæredis. 251.1. 66
Intereſſe & acceſſiones legatorum debentur ſtatim poſt moram hæredis. 325.1.152
Intereſſe debetur ex natura contractus bonæ fidei propter moram. 383.1.52
Intereſſe patris nõ poteſt cogere aliquem ad emendum. 519.2.30

Interpellatio.

Interpellatio requiritur ad incurrendum pœnam, propter negligentiam, vel culpam. 258.1.47
Etiam in vltimis voluntatibus, ad hoc, vt inducatur priuatio. ibid.48
Semper requiritur ad aliquid faciendum. 263. 1.37

Interpretatio.

Interpretatio facienda eſt, vt quanto minus corrigatur ius commune. 77. 2. 33
Semper capienda eſt, vt magis dilectus præferatur minus dilecto. 98. 1. 38 & 150. 2.6.
Non eſt facienda contra leges. 109.2.31
Interpretatio, per quam fit reditus ad ius commune, faciliùs eſt admittenda. 113. 1. 23
Expoſitiua cohæret verbis. 146. 1.3
Nunquam facienda eſt contra voluntatem teſtatoris. 206.2.22
Eſt facienda in dubio contra piam cauſam. 166. 1. 54
Pro actus validitate, aliquando non eſt facienda. 305. 1.25
Quando facienda ſit contra piam cauſam, in vltimis voluntatibus. 560. 2. 27
Semper eſt facienda, vt magis dilectus præferatur. 601.2.18
Interpretatio communis quando ſit recipienda pro lege. 566. 2.28
Interpretatio voluntatis ſemper facienda eſt ſecun-

dùm potentiam diſponentis. 569.2.6

Inteſtatus.

Inteſtatus pro parte quis poteſt decedere per ſententiam. 312.1.7

Inteſtatus quoad hæredis inſtitutionem dicitur qui ſine teſtamento decedit. 323.1.134

Inuentarium.

Inuentarium in quibus proſit hæredibus. 173.2.1

Cum quibus ſolemnitatibus fieri debeat. ibid.2

Defectus minimæ ſolenitatis illud vitiat. ibid.3

Non vitiatur ſi fiat ſecundùm conſuetudinem loci. ibid. 4

Eſt validum, ſi in citatione aliorum non eſt appoſitum aduerbium *peremptoriè*. ibid.6

Non eſt ſicut herba betonica, vt omnibus proſit. 174.1.9

In feudo hæreditario non releuat, niſi vt hæres non teneatur vltra vires, & valorem feudi. 176.1.33

Nihil releuat in feudo mixto, ſicut in hæreditario. ibid.2.38

Ad inſtantiam fideicommiſſarij, & ſubſtituti quale eſſe debeat. 181.2.3

Inuentarium qui non fecit, non tenetur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditaris. 174.2.14

Inuentarium faciendum ab hærede grauato de reſtituendo, non debet eſſe ſolemne, ſed ſola bonorum deſcriptio. 461.2.5

Non prodeſt filio, neque agnato in feudo hæreditario. 534.2.4.

Sed releuat, vt teneatur ad ſolam quantitatem valoris feudi. ibid.5

Non facit, vt hæres habeatur pro non hærede. ibid. 2.7

Inuentarij omiſſio non nocet hæredi creditori grauato de reſtituendo. 171.2.22

Beneficium, & effectus habent locum etiam in foro Eccleſiaſtico. 174.1.13

Effectus in hærede qualis. 178.1.9

Confeſſio non pertinet ad alimentarium, ſed ad vſufructuarium. 247.2.30

Inueſtitura, Inueſtitus.

Inueſtitura pro ſucceſſoribus quibuſcumque comprehendit legatarios. 237.2.35

Inueſtitura ſemper refertur ad conſuetudinem patriæ. 454.1.27

Inueſtiti ſuccedunt ad ſolam adminiſtrationẽ, ſicut ſui hæredes. 447.2.16

Non dicuntur ſuccedere, ſed quæſitum capere. ibid. 17.

Io. Andreas.

Ioan. Andr. circa renuntiationem fideicommiſſi per clauſulas ampliſſimas eſt communiter reprobatus. 416.2.57

τὸ *Ita vt*, reſtringitur ad præcedentia. 339.2.18

Iudex

Iudex quilibet cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. 203.1.17

Quando poſſit poſſeſſionem captam ab hæredibus à ſe auocare, & ſequeſtrare fructus. 207.2.39

Secularis, eſt competens ſuper poſſeſſorio rerum ſpiritualium, vel quaſi. ibid. 43

Et hæc opinio obſeruatur quaſi in tota Europa. ibid. 44

Et qui ſcriptores Romæ ſequuti ſint iſtam opinionem. 208.1.45

Iudex quando dicatur cognoſcere de mero facto ſpiritualium. ibid. 49

An poſſit manutenere clericos turbatos in poſſeſſione. ibid. 50

Cognoſcit de cauſa meri facti. ibid. 52

Laicus, non cognoſcit de poſſeſſorio adipiſcendorum ſpiritualium. ibid. 54

Iudex ex officio debet cognoſcere de legitimatione perſonæ actoris. 213.1.4

Iudex per ſententiam non poteſt prohibere alienationem rei. 473.1.19

Et quando hæc concluſio limitetur. ibid.2.20

Iudices plures poſſunt acquirere iuriſdictionem priuatiuè ad alium per conſuetudinem. 202.2.15

Iudicum laicorum quis ſit competens pro executionibus ad pias cauſas. ibid. 12

Iudicium.

Iudicium criminale falſitatis impedit executionem inſtrumenti. 215.2.33

Eſt excluſiuum petitionis ciuilis. ibid. 34

Executiuum, quando eſt vulneratum, fit tranſitus ad iudicium ordinarium. 221.2.39

Executiuum vigore ſtatuti non mutatur propter probationes extrinſecus faciendas. 462.1.11

Iudicij tranſlatio fit mediante decreto iudicis. 183.2.31

Iuramentum.

Iuramentum ſupplet præſentiam partis abſentis. 72.2.13

Operatur tranſlationem iuriũ ſine ceſſione. ib.14

Sequitur naturam contractus ſuper quo interponitur. 76.1.18

Non auget obligationem, ſed tantùm addit vinculum religionis. ibid.19

Poſitum in teſtamento habet effectum clauſulæ derogatoriæ. 103.2.29

Plus operabitur in ſecundo, quàm in primo teſtamento. ibid. 31

Habet vim ſpecificæ expreſſionis. ibid. 32

Fidelitatis, non cenſetur factum contra Principem. 125.2.2

In litem, non datur fideicommiſſario contra hæredem. 181.2.6

Habet vim clauſulæ codicillaris. 266.1.78

Non extendit actum ad incogitata. 416.1.52

Non auget conſenſum. ibid. 49

Quando habeat vim ſpecialis expreſſionis. ibid. 50.53

Habet vim ſpecialis expreſſionis, quando eſt cogitatum in genere. 420.1.98

In litem non datur contra hæredem grauatum, non conficientem inuentarium. 461.2.7

Contra bonos mores non eſt obligatorium. 496.1.4

Præſtitum à filiis diuidentibus de cõſenſu patris, an dicatur appoſitum à patre. 500.2.8

Habet vim clauſulæ derogatoriæ. ibid. 2.9

Habet vim clauſulæ codicillaris. 557.9

Iuramenti virtus poteſt tolli per ſtatutum ad cuirandas fraudes. 4.2.23

Iuramento creditoris quando probetur quantitas. 246.1.10

Ius.

Ius publicum non tollitur pactis, & iuramentis priuatorum. 5.1.30

Acquiſitum cauſa Principis poteſt tolli per Principem. ibid.2.36

Adeundi, & deliberandi, eſt introductum de iure ciuili. ibid. 39

Acquiſitum tertio ex prouidentia legis non poteſt ei auferri ſine eius voluntate. 15.2.59

Patto

Patronatus, fundatum ab Eccleſiaſtico habente patrimonium, aliquando præſumitur laicale. 22.1.32
Accreſcendi habet locum inter cohæredes. 64. 1.13
Publicum, pactis priuatorum alterari non poteſt. 69.2.7
Ciuile, an debeat obſeruari etiam in foro conſcientiæ. 89.2.12
Agnationis, nõ eſt ſeparatum à iure ſucceſſionis. 108.1.9
Non contrahitur inter naturales, & ſpurios. ibid. 10
Filiationis, non poteſt ſeparari à iure ſucceſſionis. ibid. 13
Succeſſionis, dependet à iure ſanguinis. ibid. 2. 15
Agnationis non poteſt tolli quoad effectum ſuccedendi, & opinio contraria Peregrini reprobatur. ibid. 16
Suitatis non eſt ſeparatum à iure ſuccedendi. 109.1.22
Municipale, dicitur ius commune loci. 112.1.11
Acquiſitum de iure communi, non poteſt reuocari per nouum ſtatutum. ibid. 2.18
Accreſcendi, habet locum inter inſtitutum in re certa, & inſtitutum vniuerſaliter. 153.2.25
Adeundi, non eſt in bonis noſtris, ſed ius acquirendi eſt. 191.2.4
Immiſcendi, quod competit ſuis hæredibus, præſcribitur. 194.1.25
Accreſcendi habet locum inter plures executores. 200.1.8
Tertij, eſt clarum, quando eſt iuſtificatum in alia cauſa. 215.2.37
Quando poſſit opponi. ibid. 38
Quando ſit coniunctum cum iure excipientis. ibid. 39
Prætorium, in omnibus adhæſit iuri ciuili. 227. 1.27
Canonicum, & ciuile, qualiter ſint connexa. 263. 2.46
Perfectè nõ poteſt intelligi ſine legibus. ib. 47
Accreſcendi, habet locum inter legatarios vſusfructus. 331.1.3
Ius, & potentia ſuccedendi vigore primogenituræ an tranſmittatur ad filios. 405.1.15
Ius filiationis an ſit diſtinctum à iure ſucceſſionis. ibid. 1.16
Succedendi in tranſuerſalibus non eſt ſeparatum à iure agnationis, & cognationis. 406.1.29
Succeſſionis in filiis dependet à iure ſanguinis. ibid. 1.31
Accreſcendi habet locum inter verbis coniunctos. ibid. 36
Tranſmittitur. ibid. 1.38
In quibus caſibus locum non habeat. ibid. 2.41
Non poteſt eſſe vnitum cum fideicommiſſo facto extraneo. ibid. 2. 44
Implendi conditionem poteſtatiuam in contractibus ad hæredes non tranſit. 410.1.86
Agnationis non eſt ſeparatum à iure ſucceſſionis. 440.1.29
Filiationis non eſt diſtinctum à iure ſucceſſionis. ibid. 2.30
Agnationis tolli non poteſt ad effectum ſuccedendi contra Peregrinum. ibid. 2.36
Vt ſit ſeparatum à iure ſucceſſionis debet fieri per derogationem ſpecialem, & clauſulæ generales non ſufficiunt. 441.1.45
Legitimæ, & Trebellianicæ ex fideicommiſſo deducendæ non veniunt in confiſcationem. 450. 2.55
Legitimæ deducendæ non poteſt tranſmitti in fiſcum ex potentia ſuitatis. 451.1.59
Accreſcendi trahit originem à coniunctione hominis, vel legis. 511.1.1
Habet locum in legatis, & fideicommiſſis. ib. 2
Et competit ex mente teſtatoris regulata à lege. ibid. 3, 6
Habet locum inter duos legatarios verbis coniunctos. ibid. 2.4
Inter quos prohiberi poſſit. 511.2.7
Habet locũ in legatariis re coniunctis. 512.1.13
Habet locum inter legatarios mixtim coniunctos. ibid. 2.20
Non habet locum inter legatarios. 513.1.23
Contrarium probatur. ibid. 26
Inducitur ad exemplum alluuionis. ibid. 2.35
Non habet locum in legatis per verbum diſtributiuum. 514.1.36
Non habet locum in legato annuo. ibid. 8
Non habet locũ in legatis limitatè factis. ib. 40
Non habet locum in portionibus cum diſtributione relictis. ibid. 42
Non decreſcendi non habet locum in legato annuo acceptato. 515.1.52
Accreſcendi poteſt prohiberi à teſtatore, expreſsè, & tacitè. ibid. 53
Habet locum in legitima. 515.2.1, 3
An tranſeat in ſucceſſorem vniuerſalem. 516.2.1
An tranſeat in ſucceſſorem ſingularem. ibid. 2
Non tranſit ad emptorem hæreditatis. ibid. 3
Nõ datur, niſi ei, qui fuit expreſsè honoratus. ib. 5
Habet locum in donatione cauſa mortis, ſicut in legatis. 517.2.1
Habet locum inter cohæredes, etiamſi nulla eſſet facta. 518.1.2
Habet locum inter inſtitutum in re certa, & inſtitutum vniuerſaliter. ibid. 7
Non habet locum poſt aditam hæreditatẽ. ibid. 8
Et procedit tam in filiis teſtatoris, quàm in extraneis. ibid. 2.9
Habet locum inter ſubſtitutos quomodolibet coniunctos. ibid. 10
Poteſt prohiberi in fideicommiſsis vniuerſalibus. ibid. 11, 24
Habet locum inter ſubſtitutos in re certa, & vniuerſaliter. ibid. 12
Habet locum in vſufructu. ibid. 13
Vincit ius conſolidationis in vſufructu. ibid. 14
Ceſſat poſt acceptationem partis. 519.1.15
Non impedit tranſmiſsionem ex benefic. *l. 1. C. de his qui ante apert. tab.* ibid. 16
Impedit tranſmiſsionem quæ fit ex potentia ſuitatis. ibid. 17
Ceſſat per ſubſtitutionem expreſſam. ibid. 18
Ceſſat per ſubſtitutionem tacitã vulgarem. ib. 19
Ceſſat propter clauſulã, *Ad habendum*, &c. ib. 20
Non habet locum inter ſuccedentes diuiſo iure. ibid. 21
Non habet locum ſi inſtitutio facta ſit de rebus alienis. ibid. 22
Excludit ſucceſſorium edictum. 519.2.25
Quam actionem producat. ibid. 26
Non habet locum in contractibus. ibid. 27
Portio non tradita, non poteſt alteri accreſcere. ibid. 28
An habeat locum quando intereſt promittentis. ibid. 29

Ius

Ius non decreſcendi habet locum in contractibus. 519. 2.31
Non habet locum inter eos,qui faciunt ſibi partes per concurſum. ibid. 32
Accreſcendi habet locum in indiuiduis, & iure patronatus. 520. 1. 35
Habet locum in donatione facta pluribus à Principe. ibid. 36
Non habet locum in emphyteuſi. ibid. 37
Non habet locum in emphyteuſi, ſed pactum ſucceſſorium in inueſtitura appoſitum. 520. 2. 40.
Quomodo differat à pacto ſuccedendi in inueſtitura. ibid. 41
An habeat locum in emphyteuſi conceſſa cum titulo oneroſo. ibid. 42
Habet locum in feudo antiquo. 521. 1.45
Sed illud eſt potiùs pactum ſucceſſorium in inueſtitura appoſitum. ibid. 46
Non habet locum in feudis regulariter. ibid. 47
Nec habet locum in feudo conceſſo à ſupremo Principe. ibid. 48
Ius vniuerſale non poteſt occultari, neque minui delictum hæredis. 523. 1.17
Accreſcendi iunctum cum vulgari, tribuit illi ſuam naturam. 575. 1. 9.
Iuri adeundi hæreditatem præſcribitur. 194. 1.24.

Iuriſconſultus.

Iuriſconſulti ſæpe ſolent repetere eadem ſcripta. 124. 1. 3
Non habent authoritatem corrigendi ius antiquum. 227. 2.31

Iuriſdictio.

Iuriſdictio etiam per cóſuetudinem acquiri poteſt. 202.2.16

Iuſtum.

Iuſtum dicitur quod eſt ſecundùm leges. 333. 2.3

L.

Laudemia.

LAudemia habendi ſpes, quando penitus extinguatur. 456. 2. 61
Per fideicómiſſum nó eſt penitus extincta. ib. 62

Laudum.

Laudum auferens liberam teſtandi facultatem non poteſt confirmari per pactum. 70.1.11

Lego, Legatum.

Lego, vel *relinquo*, adiectum vniuerſitati bonorum quando importet inſtitutionem. 151.2.3, 5.315. 1. 41
Additum vniuerſitati bonorum, nullo alio cohærede facto, importat hæredis inſtitutionem. 159.1.3 & 249. 2. 44
Non importat hæredis inſtitutionem. 313.1.21
Lego, & *relinquo* nihil differunt. ibid. 23
Legari à ſeipſo nullo tempore poſſe, contra opinionem Peregrini declaratur. 391.1.37
Legatum factum furioſo donec in furore permanſerit, ad hæredes tranſmittitur, ſi moriatur in furore. 7. 1. 12
Legatum poteſt fieri per relationem ad ſcripturam relictam penes aliquem. 11. 2. 21
Legatum validum, ſed verbis obſcurum, probatur per duos teſtes. 44. 2. 20
Factum per viam contractus in teſtamento, probatur per duos teſtes. ibid. 28
Rei alienæ, data ſcientia eſt validum, & debetur æſtimatio. 50. 2. 27
Factum in tempore nuptiarum, debetur etiamſi in vita teſtatoris nupſerit. 52. 2.48
Sibi adſcripta per vnum ex Notariis, comprobatur per alterum Notarium in teſtamento adhibitum. 56. 2.31
Debetur hæredi repudianti hæreditatẽ. 65.1.13
Traditum in vita teſtatoris tranſit in naturam donationis, ſed adhuc reuocari poteſt. 80.2.10
Ad pias cauſas non debetur ex teſtamento inualido. 127.1.3
Compenſatur cum debito neceſſario. 150. 1.56
Diſtribuendum inter pauperes eligendos per tertium, eſt validum. 154.2.7
In ſpecie præſtatur ſine obligatione euictionis. 183.1.24
Pro dotandis puellis eſt ad pias cauſas. 200.1.14
Legatum mobilium, quæ bona comprehendat. 234. 2.1
Etiam quæ victus cauſa comparata ſunt. ibid. 2
Omnium mobilium exiſtentium in domo, an comprehendat mobilia exiſtentia extra domũ. 235. 2.14
Mobilium reſtringitur ad ea quæ habebat tempore teſtamenti. 236. 1.23
Generale dicitur per verba, omnium, & quorumcumque. ibid. 24
Mobilium, continet fructus collectos, ſecus pendentes. ibid. 25
Non comprehendit merces, nec venalia. 237. 1. 28
De omnibus bonis ſuis, quæ & quot bona comprehendat. ibid. 2. 32
Generale de omnibus, & quibuſcumque ſcripturis, continet nomina debitorum. ibid. 39
Domûs, quid comprehendat. ibid. 40, 43, 45
Poſſeſſionis, comprehendit omnia comparata ad vſum dictæ poſſeſſionis. 238. 1.41
Domûs, intelligitur etiam de ea, in qua teſtator habebat directum dominium. ibid. 47
Directi dominij, per quæ verba ſignificetur. ibid. 48
Semper eſt interpretandum, vt aliquid operetur. ibid. 49
Domûs, comprehendit etiam apothecas vnitas cum domo. ibid. 2.50
Apothecæ, comprehendit domum ad eius vſum comparatam. ibid. 51
In qua verificetur ſi teſtator habeat duas domos. ibid. 52
Factum coniunctæ perſonæ interpretatur latè, contra hæredem. 339.1.63
Veſtimentorum quæ comprehendat. ibid. 64
Non comprehendit veſtes prohibitas per ſtatutum, & quando ſecus. ibid. 66
Vſusfructus, aliquando continet proprietatem. ibid. 2.69
Fundi ad vſumfructum continet proprietatem. ibid. 70
Vſusfructus verbis generalibus comprehendit bona emphyteotica, item feudalia, item fideicommiſſaria, ſecundùm aliquot. ibid. 72
Vſusfructus omnium bonorum, comprehendit bona fideicommiſſi, ſecundùm Menoch. 240. 1.75
Comprehendit pecuniam. ibid. 2.84
De feudo fieri non poteſt. 241. 1.90
Rei Eccleſiæ valet quoad æſtimationem. ib. 2.93
Caſtri cum iuribus, & pertinentiis, non cóprehẽdit ea quæ teſtator poſſidet iure particulari. ibid. 94
Generaliter factum non comprehendit illud quod

quod per ſe ſubſiſtit. ibid. 96
Interpretatur ab æqualitate ſeruanda. ibid. 97
Quantitatis primò expreſſæ non intelligitur de bonis ſecundò expreſſis. 242.1. 102
Quantitatis pecuniæ ſuper bonis, poteſt fieri forenſibus prohibitis per ſtatutum acquirere immobilia. ibid. 101
De debitis ſuis, intelligitur de creditis. ibid. 105
Nominis debitoris ſoluitur per ceſſionem factã per hæredem. ibid. 6
Quantitatis pecuniæ poteſt fieri cum cõditione, vt aſſignentur introitus feudales. ibid. 108
Crediti, intelligitur de liberatione. ibid. 2.109
Intelligitur cum vſuris, & intereſſe. ibid. 111
Duplicatum, quando vtrũque debeatur. ib. 113
Argenti, vel auri, non comprehendit pecuniam. ibid. 114
Fructuum hæreditatis illius anni, de quo intelligatur. 243.1.115
Victûs, & veſtitûs, comprehendit habitationem. ibid. 2. 121
Alimentorum, cõprehendit habitationẽ. ib. 122
Factum familiæ, quando ſit reſtringendum ad vnum, & proximiorem. ibid. 123
Comprehendit ſolùm natos, & conceptos ante mortem teſtatoris. ibid. 124
Tritici, in ciuitate comprehendit triticum exiſtens in diſtrictu. ibid. 125
Non comprehendit farinam. 244.1.132
Omnium librorum, comprehendit omnes libros cuiuſcumque profeſſionis. ibid. 135
Dotiũ, eſt incertum, & debet liquidari. 245.2.3
Dotis in maiori quantitate, cenſetur donatum. 246.2.16
Factum vxori, donec habitauerit cum filiis, quomodo interpretetur. ibid. 18, 21
Factum ſub conditione mixta, quando deficiat. 247.1. 22
Sub conditione habitandi cum filiis, debet ſolui, ſi filia nuptua iret ad domum mariti. ibid. 23
Debetur, ſi propter diuiſionem inter eos factã, mater cum illis habitare non poteſt. ib. 25
Vſusfructus omnium bonorum reducitur ad alimenta, filiis inſtitutis hæredibus. ibid. 2.26
Et hoc procedit ex præſumpta voluntate teſtatoris. ibid. 27
Alimentorum compenſati cum intereſſe dotium debito per hæredem poſt annum, qui teneant. 250. 1. 55
Contrarium verius. ibid. 64
Cenſetur factum in compenſationem debiti, pro quo omnia bona erant obligata. ibid. 2.59
Cenſetur factum in compenſationem debiti habentis originem ab actu voluntario. 251.1.63
Factum, ſi honeſtè vixerit, an debeatur ſi nubat. ibid. 2.73
Factum, donec vitam vidualem ſeruauerit, eſt annuum. 252.1.78
Et in quolibet anno eſt conditionale. ibid. 79
Factum, ſi vidua permanebit, & poſt eius mortẽ Fullano, debetur ſubſtituto ſtatim ac nubit, non aliter expectata morte. ibid. 2. 82
Factum vxori, ſi tranſiuerit ad ſecundas nuptias, & ſi vidua permanebit, vſumfructum omnium bonorum, an vtrumque debeatur. ibid. 83
Non agnitum à legatario, non tranſmittitur. ibid. 84
Factum, ſi nupſerit Sempronio, eſt validũ. ib. 85
Factum, ſi nupſerit de cõſenſu talis, eſt validum. 253.1.86
Factum, ſi mulier nubat de conſenſu agnitorum, eſt validum. ibid. 87
Et agnati quando cogi poſſint ad conſentiendum. ibid. 88
Dotis cùm nupſerit, debetur, etiamſi religionem ingrediatur. 254. 1. 1
Eſt legatum purum, & eius ſolutio eſt dilata ad tempus nuptiarum. ibid. 2
Dotis pro ingreſſu monaſterij, debetur, ſi alteri nupſerit. ibid. 3
Pro dote aliquando habetur loco inſtitutionis. ibid. 4
Dotis, debetur, etiamſi ante mortem teſtatoris nupta ſit. 255.1.12,19
Non relinquitur, ſed confirmatur per implementum cauſæ. ibid. 13
Dotis cùm viro tradetur, debetur, etiamſi ante mortem teſtatoris nupta ſit. ibid. 15
Dotis, habet tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur. ibid. 2.20, 23
Dotis factum filiæ an tranſmittatur ad hæredes ante nuptias. 256. 2. 26, 28
Dotis reſtituendę, non eſt conditionale. 257.1.29
Dotis factum vxori ſit caducum, ſi illa moritur ante teſtatorem. ibid. 31
Dotis ſoluendum de bonis, vel in bonis, quomodo ſolui debeat. ibid. 32
Dotis factum filiabus Titij, non comprehendit filias natas poſt teſtamentum. ibid. 2. 35
Secus ſi pater legat filiabus ſuis. ibid. 36
Factum filiabus Titij non comprehendit neptes illius. ibid. 38
Factum feminis proximiorib. de ſua familia, comprehendit naſcituras. ibid. 39
Factum familiæ comprehendit exiſtentes vſque ad decimum gradum. ibid. 40
Factum Titio pro maritandis ſuis filiabus ſit caducum ſi Titius moritur ante teſtatorem. 258. 1. 43.
Debitum in tempore incerto, eſt conditionale. ibid. 44
Dotis, ſi nupſerit Titio, eſt validum. ibid. 45
Et conditio nubendi Titio eſt implenda poſt tres annos à pubertate finita. ibid. 46
Factum filiæ ſpuriæ, pro quanto valeat. ib. 50
Spuriis factum, non debet excedere modum cõuenientem alimentorum. ibid. 2. 51
Dotis, factum filiæ pro omni, & toto, quid comprehendat. ibid. 52
Factum filiæ, aliquando cenſetur factum in compenſationẽ dotium maternatum. ibid. 54
Sub conditione renuntiandi legitimæ patris, non comprehendit legitimam matris. 259.1.58
Factum Eccleſiæ, vel monaſterio, eſt ad pias cauſas. 260. 2. 1
Factum Monacho talis monaſterij eſt ad pias cauſas. ibid. 2
Factum certis Monachis, qui celebrabunt in tali Eccleſia, eatenus debetur, quatenus celebrabunt. ibid. 3
Factum Monachis nominatis, qui celebrabunt, debetur etiam Monachis ſurrogatis. ibid. 6
Et Monachi legatarij ſunt appoſiti demonſtrationis gratia. ibid. 7
Factum hoſpitali, dicitur ad pias cauſas. 261.1.9
Factum pauperibus, dicitur ad pias cauſas. ib. 12.
Factum pauperi conſanguineo an cenſeatur intuitu pietatis, vel religionis factum. ibid. 13

Et

Et quòd ſemper cenſeatur factum intuitu pietatis. ibid. 14
Factum conſanguineo, vel amico diuiti etiam pro anima, non dicitur ad pias cauſas. ibid. 2. 15
Factum miſerabilibus perſonis, ſemper cenſetur ad pias cauſas. ibid. 17
Alimentorum, dicitur ad pias cauſas. 262. 1. 20
Dotis, dicitur ad pias cauſas. ibid. 24
Pro maritandis puellis, non comprehendit viduas. ibid. 2. 29
Et quando vidua veniat appellatione puellarum. ibid. 30
Dotis, factum mulieribus de ſua familia, cenſetur intuitu pietatis factum. ibid. 31
Dotis, præſtandum eſt ab vnoquoque hærede inſolidum. ibid. 32
Pro incertis, & malè ablatis, dicitur ad pias cauſas. 263. 1. 39
Pro emendandis foris factis, dicitur ad pias cauſas. ibid. 40
Libertatis, eſt ad pias cauſas. ibid. 2. 43
Cauſa ſtudij, eſt ad pias cauſas. ibid. 44
Etiamſi pro ſtudio iuriſprudentiæ relictum ſit. ibid. 45
Factum fratri intelligitur ſecundùm tempus teſtamenti. 264. 2. 61
Qualiter interpretetur ex iunctione ſanguinis. ibid. 62
Legatum quod poteſt adimpleri de iure, & de facto, ſolus Papa poteſt in alium vſum conuertere. ibid. 64
Secus ſi teſtator in caſu adimplementi alterũ ſubſtituiſſet. ibid. 65
Legatum in vſus pios declarandos debetur etiam non facta declaratione per teſtatorem. 265. 1. 66
Factum monaſterio, vt aliquam puellam recipiat in monialem, an ſit ſimoniacum. ibid. 68
Factum alicui monaſterio pro celebrandis Miſſis an ſit ſimoniacum. ibid. 69
Annuum factum piæ cauſæ in perpetuum, nõ extinguitur per centum annos. ibid. 2. 73
Annuum, præſcribitur quadraginta annis pro præterito. ibid. 74
Iuris patronatus erigendi ad fauorem tertij, acceptatum per eum cum conſenſu Epiſcopi, nõ poteſt reuocari in ſecundo teſtamento. 266. 1. 81
Rei alienæ, an & quomodo debeat ab hærede præſtari. 267. 2. 1
Vineæ communis, cenſetur factum de parte teſtatoris. ibid. 4
Rei alienæ, factæ coniunctæ perſonæ ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, debetur. ibid. 6
Etiamſi illa res aliena eſſet Eccleſiæ. 268. 1. 7
Rei alienæ, non debetur, quando æſtimatio illius abſorberet hæreditatem totam. ibid. 8
Rei alienæ magni valoris, non debetur, etiam ſi eſſet factum coniunctæ perſonæ. ibid. 9
Rei alienæ factum ab hærede, alteri cohæredi an debeatur in æſtimatione. ibid. 12
Quando eſt factum in genere, tunc hæres tenetur de euictione. ibid. 2. 15
Rei alienæ ignoranter factum pro anima, an debeatur. ibid. 16
Factum piæ cauſæ, cenſetur factum Deo. ib. 17
Rei meæ mihi factum aliquando eſt validum, ſi erat alteri obligata. ibid. 18
Rei teſtatoris, alteri obligatæ pro tanto pretio, quanti valet, eſt validum. ibid. 19
Factum Titio de eadem re, vt à duobus hæredibus præſtetur inſolidum, ab eorum altero debetur in æſtimatione. 269. 1. 21
Legatum, an & quando cenſeatur factum animo compenſandi. 270. 1. 1
Cenſetur factum animo compenſandi, quando debitum eſt neceſſarium, ſecus ſi voluntarium. ibid. 2
Cenſetur factum animo compenſandi in debito voluntario ex coniecturis. ibid. 3
Factum filiæ, cenſetur factum animo compenſandi cum dote ſibi debita. ibid. 2. 10
Non compenſatur cum dote promiſſa genero inter viuos. ibid. 11
Factum filiæ ingreſſæ monaſterium, non compenſatur cum dote promiſſa monaſterio. 271. 1. 14
Factum filiæ pro dote, an debeatur, ſi pater dederit dotem inter viuos. ibid. 15
Generis, per exactionẽ non euaneſcit. ibid. 17
Dotis, extinguitur per dotem datam in vita. ibid. 18
Dotis, & dotatio facta in diuerſis ſcripturis, in vnica ſumma debetur. ibid. 2. 20
Dotis, compenſatur cum dote data in vita ab vna & eadem perſona. 272. 1. 24
Dotis, factum ab auo paterno, extinguitur per dotationem ab ea poſtea factã in vita. ibid. 28
Factum à fratre aliquando compenſatur cum dote ab eodem in vita data. 273. 1. 41
Factum vxori à marito, compenſatur cum reſtitutione dotis. ibid. 44
Legatum compenſatur dum debito voluntario ex coniecturis. 274. 2. 57
Factum creditori pro omni, & toto, cenſetur in compenſationem debiti. ibid. 58
Factum ab hærede cenſetur, in computationem legitimæ debitæ per defunctos. 275. 1. 60
Factum fideicommiſſario non compenſatur cum fideicommiſſo reſtituendo. ibid. 2. 67, 69
Habitationis, & victus, ac veſtitus, non eſt vnũ, ſed plures. 276. 2. 1
Victûs, commodius præſtatur in domo. ibid. 4
Alimentorum, non imputatur filio in legitimam. 278. 1. 19
Alimentorum, à dictis hæredibus præſtandum an debeatur ab hæredibus hæredum. ibid. 2. 24
Alimentorum, factum vxori pauperi, compenſatur cum quarta ei debita. 280. 1. 45
Si eſt minus quarta, ſuppleri debet. ibid. 2. 47
Factum vxori, non impedit quartæ deductionem. ibid. 51
Factũ ſpurio, reſtringitur ad alimenta. 299. 1. 31
Alimentorum debet minui ſecundùm vires patrimonij, ſi hæres nõ fecerit inuẽtariũ. 280. 1. 42
Purè factum, nõ acceptatũ à legatario, poſt ipſius mortem tranſmittitur ad ſuos hæredes. 282. 1. 1
Non tranſit recta via, quando continet aliquam incertitudinem. ibid. 2. 5
Vt eſt legatum ſpeciei genericè, vel alternatiuè factum. ibid. 6
Cõditionale, nõ trãſmittitur ad hæredes. 283. 2. 13
Cedit à die purificatæ conditionis. ibid. 14
Extinguitur, mortuo legatario ante purificatam conditionem. ibid. 15
Conditionale, pendente conditione transfertur ad filios. ibid. 16
Non meretur nomen legati. 285. 2. 27
Alimentorum, poſt mortem alimentarij conſolidatur cum hærede hæredis. ibid. 32

Adem

Ademptum ſub conditione,ſub contraria conditione videtur datum. 286.1.36
In diem quando pertineat ad hæredes legatarij, non autem hæredis morientis. ibid.2.42
Legatum eſt purum,etiamſi mortis mentio facta ſit. ibid.44
Reſtituendum poſt mortem, quando remaneat apud hæredem grauati. 287.1.46
Reſtituendum poſt mortem legatarij,pertinebit ad hæredem hæredis teſtatoris. ibid. 47
Sub duobus præceptis,vno extincto,alterum remanet firmum propter aliud. ibid.48
Sub modo aliquando tranſmittitur ad hæredes legatarij præmorientis. 287.1.50
Vt hæredem teſtatoris defendat in litibus,poteſt adimpleri per hæredem. ibid.2.51
Modale, ſemper debetur,etiamſi per caſum deficiat. ibid.52
Quando dicatur ſub modo factum. ibidem. 53, 56
Item quando eſt appoſitum onus exemptioni diſpoſitionis. ibid.54
Et ſub modo,quando oritur actio,ſed impeditur propter implementum. ibid.55,59
Non dicitur conditionale per expreſſionem conditionis,quæ tacitè ineſt. 288. 1.58
In dubio potius præſumitur ſub modo,quàm ſub conditione. ibid.60
Dotis, an ſit conditionale, & tranſmittatur ad hæredes puellæ præmortuæ. ibid.65
Dotis,factum à patre,quando cenſeatur pro legitima. 389.1.72
Pro alimentis factis filiis ſpuriis, quando tranſmittatur ad hæredes ſpuriorum. ibid.74
Alimẽtorum, quando intelligatur etiam de proprietate. ibid.75
Alimentorum, pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale. ibidem 76
Dotis priùs detrahendum, ad quod cætera legata debent contribuere. 290.1.7
Non debent contribuere cum aliis. ibidem 2.8
Ad pias cauſas defalcatur, ſicut alia legata, quando hæreditas non eſt ſoluenda. ibidem 11
Ad pias cauſas debetur à ſingulis hæredibus inſolidum. ibid.12
Legatum ſpeciei eſt defalcandum cum legato quantitatis pro rata. ibid.15,18
Legatum vbi diminuitur, etiam onus intrinſecum diminuitur, ſecus ſi extrinſecum. 291.2.23
Legatum cum onere, cenſetur reuocatum, adempto onere. 293.2.1,5,11
Legatum eſt ademptum, cauſa finali legati adempta. ibid.3
Potius iudicandum eſt nullum,quàm hæres grauetur. 294.1.7
Factum ſeruitoribus in recognitionem ſeruitutis, an cenſeatur ademptum ſi teſtator viuens ſoluit ſalarium. ibid.8
Cenſetur ademptum per alienationem voluntariam. 295.2.28,30
Vt per donationem alteri factam. ibidem 29
Ad pias cauſas reuocatur per alienationem voluntariam. 296.1.36
Sed ſi teſtator redemerit, legatum debetur. ibid.37
Reuocatur propter cauſam proficuam,ibid. 2.41
Non cenſetur reuocatum,niſi probetur de mente teſtatoris contraria. ibid.45
Non cenſetur reuocatum per pignorationem. ibid.46,55
Quantitatis pecuniæ, debetur etiamſi teſtator ex illa pecunia aliquam rem comparauerit. 297.1.54
Prædij alienati,non cenſetur ademptum,ſi ex illius pretio aliquod prædium comparauerit. ibid.2.56
Super tali re ſoluendum, non cenſetur ademptum,ſi illa res alienatur. ibid.57
Niſi dicta res fuerit appoſita ſubſtantiæ legati. ibid.58
Rei in tempore perituræ non cenſetur ademptum per alienationem. ibid.59
Reuocatum cenſetur,etiamſi alienatio eſt nulla ipſo iure. ibid.60
Cenſetur ademptum propter inimicitiam ſuperuenientem,etiamſi culpa teſtatoris. 298.1.67
Secus ſi reconciliatio fuerit ſubſequuta. ibid. 68
Reuocatur per natiuitatem poſthumi. ibidem 69
Nominis debitoris, cenſetur ademptum per exactionem ab eodem factam. 299.1.79
Secus ſi ex neceſſitate exegit,& quomodo hoc intelligatur. ibid.2.80
In dubio non cenſetur ademptum. ibidem 83
Exacto nomine debitoris, appoſito demonſtratiuè, non cenſetur ademptum. ibidem 84
Factum vxori cenſetur ademptum ſi maritum infirmum deſeruerit. ibid.85
Rei eiuſdem,factum ſecundo legatario,cenſetur ademptum pro parte. 300.2.92
Etiamſi in ſecundo legato facta eſſet commemoratio primi legatarij. ibid.93
Etiamſi ſecundum legatum factum eſſet in codicillis. ibid.94
Rei alteri relictæ, non cenſetur ademptum in totum, etiamſi appoſuerit clauſulas prægnantes pro ſecundo legatario. 301. 1. 98
Domûs ſpecialiter factum non cenſetur ademptum per legatum generale bonorum. ibidem 101
Factum præſenti,& acceptanti, etiam eſt reuocabile. ibid.2.107
Conditionale, dicitur tranſlatum cum eodem onere. ibid.109
Præſertim ſi concurrat mens teſtatoris. ibid. 110
Item ſi concurrat eadem ratio in ſecundo legatario. ibid.111
Legatum poteſt fieri à legatario. 303.2.1
Etiam de re propria ipſius. ibid.2.2
A legatario poteſt fieri ſolùm, vt valeat in vim fideicommiſſi. ibid.4
Non autem iure directo. ibid.5
Factum filiofamilias eſt nullum. 304.1.6
Contrariam opinionem probatur eſſe veriorem,quia poteſt teſtari. ibid.7
Factum ad alterius voluntatem non valet. ibidem 8
Quantitatis, quam Titius arbitrabitur, eſt validum. ibid.9
Vitiatur,quando ſimul committitur declaratio

tio perſonæ,& rei. ibid. 10
Non vitiatur ob incertitudinem perſonarum ad pias cauſas. ibid. 11
Non valet, quando non apparet certa perſona, cui præſtari debeat. ibid. 13
Vitiatur propter incertitudinem perſonæ. ibid. 2. 14
A ſeipſo fieri non poteſt. 305. 1. 24
Iuris patronatus, non valet conſenſu Epiſcopi. ibid. 2. 29
Secus ſi legetur Eccleſiæ. ibid. 30
Non valet factum filio alterius compatroni. ibid. 31
Quando eſt inualidum, ipſa res remanet penes hæredem. ibid. 33
Factum concubinæ à milite, non valet. 306. 1. 36
Et an præſumatur factum ex turpi cauſa. ibid. 37
Et an ſit validum factum à clerico ſuæ concubinæ. ibid. 38
Factum concubinæ à priuato, eſt validum. ibid. 39
Dummodo concubina ſit talis, quæ potuiſſet eſſe vxor. ibid. 40
Factum à clerico ſuæ concubinæ eſt inualidum, dummodo probetur concubitus. ibid. 41
Factum filio ſpurio, pro nõ ſcripto habetur. ibid. 2. 43
Factum cum falſa cauſa expreſſa non valet. 207. 2. 55
Cum errore in qualitate filiationis, eſt nullum. 307. 2. 58
Quantitatis ſibi debitæ, non valet, ſi illa debetur. ibid. 59
Sed ſuſtinetur in quantitate debita. 308. 1. 60
Quanto tempore præſcribatur. ibid. 2. 67
Annuum, non præſcribitur vnica præſcriptione. ibid. 70
Contrarium eſſe verius probatur. ibid. 71
Legatum præſcribitur, etiamſi non conſtet de acceptatione. 309. 1. 72
Aliquando importat hæredis inſtitutionem. 313. 2. 24
Præſertim ſi eſt factum de vniuerſitate bonorum. ibid. 25
In contrarium eſſe communem opinionem. ibid. 26.
Omnium bonorum nullo alio hærede facto, non importat inſtitutionem. 314. 2. 37
Omnium bonorum importat fideicommiſſum. ibid. 38
Qui teneant importare hæredis inſtitutionem. ibid. 39
Omnium bonorum quomodo differat à legato quotæ hæreditatis. 315. 2. 43
Quotæ, differt ab inſtitutione in quota hæreditatis. ibid. 44
Factum in teſtamento non alteratur propter verbum *dono*. 316. 1. 54
Vbi non affert commodum, non valet. ibid. 2. 56
Poteſt fieri in donatione inter viuos, vt ſit legatum. ibid. 58
Annuum, pro ſequentibus annis eſt conditionale. ibid. 59
Quantitatis, diſtribuendum ſingulis diebus Veneris, eſt annuum. ibid. 60
Annuũ æquiparatur legato vſusfructus. ibid. 61
Legatum, conditione purificata, habetur ac ſi ab initio fuiſſet purum. 317. 2. 70
Annuum, qua ratione dicatur vnum, & non plura. ibid. 72
Vnica præſcriptione amittitur. ibid. 73
Extinguitur cum perſona legatarij. ibidem 74
Etiamſi teſtator leganerit in perpetuum. ibid. 75
Annuum in perpetuum factum ciuitati, vel Eccleſiæ, an debeatur vltra centum annos. 318. 1. 77
Legatum ſemper eſt interpretandum, vt ſit vtile legatario. ibid. 78
Eſt titulus lucratiuus. ibid. 79
Eſt nullum, ſi nullam affert vtilitatem. ibid. 80
Eſt interpretandum, vt quanto minus granet hæredem. ibid. 81
De ſimplicibus, continet mixta. ibid. 2. 83
Strictè interpretatur, quando legatarius non eſt capax largæ interpretationis. ibid. 87
Magnum, æquiparatur hæreditati. ibid. 88, 98
Latiſſimè interpretatur in neceſſariam conſequentiam. 319. 1. 90
Generale, eſt factum per verba, omnia, & quæcumque. ibid. 96
Quando ex intentione teſtatoris dicatur vniuerſale. ibid. 97
Omnium bonorum ſuorum, non comprehendit niſi præſentia. 320. 1. 100
Idem ſi teſtator vſus fuerit caſu poſſeſſiuo. ibid. 101
Hæreditatis, non differt à legato peculij. 323. 2. 142
Legatum ſolui debet de pecunia, quæ valebat tempore teſtamenti. 325. 1. 156
Quantitatis pecuniæ, non poteſt ſolui in bonis ſtabilibus. 326. 1. 165
Quantitatis, ſoluitur in bonis, quando conſtat de mente. ibid. 167
Partis fructuum, poteſt ſolui in pecunia. ibid. 168
Annuum, debet ſolui de fructibus ibidem 2. 174
In dubio, non cenſetur multiplicatum. ibidem 176
Etiamſi legatum eiuſdem quantitatis factum eſſet in diuerſa ſcriptura. ibid. 177
Secus ſi teſtator variauit vel cauſam, vel modum, vel quantitatem, ſine qualitate legati. ibid. 178
Legatum ſpeciei pluries factum, ſemel tantùm debetur. 317. 1. 180
Secus ſi à duobus hæredibus eadem res inſolidum legata fuerit. ibid. 181
Cum onere ſucceſſiui temporis, debet adimpleri per omne tempus. 330. 1. 4
Præceptionis quomodo differat à prælegatis. 390. 2. 34
Alteri relictum non venit in reſtitutionẽ. 391. 2. 46
Patris bonorum non transfert dominium ipſo iure. 393. 1. 70
Factum liberè, reſtringitur à conditione ſuperaddita, ſi deceſſerit ſine liberis. 424. 2. 22
Feudi non eſt vniuerſale. 453. 1. 14
Hæreditatis ſibi obuentæ eſt particulare. 453 1. 15

Partis

Partis maiorem affinitatem habet cum hæreditate quàm cum legato alterius partis. 513.1.25

Legatum debetur ſeruo ex naturali æquitate. ibid. 2.28

Legatum vſusfructus cadit à die aditæ hæreditatis. ibid.30

Quod morte finitur non tranſmittitur ad hæredes. 514.1.39

Annuum dicitur acceptari tam pro primo, quàm pro ſequentibus annis. ibid.2.44

Ad pias cauſas, non onerat cæteros legatarios pro falcidia. 526.2.24

Priùs detrahitur de hæreditate, tanquam æs alienum. ibid.25

Legatum tranſit ad ſubſtitutum cum onere, etiam reſpectu temporis. 580.2.2

Legati ſubſtantia, non poteſt remitti ad alterius voluntatem. 58.2.16

Quantitas, declaratur ab obſeruantia. 118.1.3

Legati feudi æſtimatio, de quibus etiam fieri debeat. 241.2.98

Legati rei alienæ ſcientia, probatur per coniecturas. 267.2.3

Legati ademptio conditionalis, non impedit tranſmiſſionem. 286.1.37

Idem ſi tacita conditio fieret per ſubauditionem. ibid.38

Legati cauſa, non recipit duplicitatem. 293.2.4

Onus, ad fauorem alterius, eſt cauſa finalis legati. 294.1.6

Solutio, præſumitur facta in extinctionem nouæ cauſæ. ibid.7

Soluti, datur repetitio non adimpleta cauſa finali. ibid.2.13

Cauſa appoſita, non alterat illius ſubſtantiam. 295.1.21

Legati adimendi animum teſtatoris, hæres probare debet. 299.2.82

Legati onus de vna perſona transfertur in duos legatarios. 302.1.114

Legati annui ſubſtantia, conſiſtit in acceptatione. 317.1.62,65

Acceptatio ſemel cenſetur facta pro ſequentibus annis. ibid.63

Legati augmentum factum poſt teſtamentum, pertinet ad hæredem. 319.2.94

Etiamſi teſtator per verba generaliſſima legaſſet. ibid.95

Multiplicatio præſumitur, ſi vnum purè, alterum ſub conditione factum fuerit. 327.1.179

Legati verba comprehendunt caſum, ſi alterum caſum comprehendere non poſſunt. 419.2.94

Subſtantia conſiſtit in acceptatione. 514.1.43

Legati annui acquiſitio quæ fit ſingulis annis eſt res accidentalis. ibid.2.48

Legati annui tot eſſe legata, quot ſunt anni, quomodo intelligatur. ibid.49

Legato rei alienæ facto, etiam cum ignorantia, ſemper debetur æſtimatio coniunctæ perſonæ. 50.2.28

Facto, ſi vidua permanebit, tenetur reſtituere fructus perceptos ſi nubat. 252.2.81

Facto mulieribus, maſculinæ quando admittantur ex perſona parentum. 257.2.41

pro Legato alimentorum omnia bona teſtatoris ſunt obligata. 278.2.25

Legato facto cum onere, naſcitur obligatio vltrò citróque inter hæredem legatarium. 293.2.2

Ad tempus facto, illo finito res ipſo iure reuertitur ad hæredem. 319.1.92

pro Legato quot actiones competant. 320.2.104

Legato in genere facto, electio pertinet ad legatarium. 332.1.2

Legata, quando ſint partes integrales teſtamenti. 33.2.12,15,17

In minus ſolemni voluntate ob defectum numeri teſtium, non debentur in foro conſcientiæ. 38.1.10,12

Quomodo debeantur in caſu *Auth.ex cauſa.C.de lib.pret.* 39.1.16

Legata, & fideicommiſſa, quæ habentur pro non ſcriptis, accreſcunt hæredi. 56.2.30

Legata facta dictantibus teſtamenta, ſunt valida. ibid.32

Legata non debentur, teſtamento facto irrito. 64.2.21

Conſeruantur propter clauſulam codicillarem. 65.1.24

Tot eſſe cenſentur, quot ſunt res legatæ. ibidem 26

Hæredi repudianti debentur vel à cohærede, vel à venientibus ab inteſtato, aut ab executoribus teſtamenti. ibid.27

Legata & fideicommiſſa cenſentur reuocata per ſolam pœnitentiam, etiamſi teſtator alium hæredem non inſtituat. 79.2.56

Aliquando debentur ex teſtamento nullo de æqualitate iuris prætorij. 96.2.19

Legata non debentur hæreditate non adita. ibid. 20

Debentur quando inſtitutio eſt inualida per errorem. ibid.21

Legata in teſtamento valido, reuocantur in teſtamento inualido. 97.1.22,30

Legata ſunt accidentia teſtamentorum. ibidem 26

Non ſunt acceſſoria teſtamenti neceſſaria, ſed voluntaria. ibid.28

Poſſunt deberi etiam ex teſtamento imperfecto. ibid.29

Non cenſentur facta per verba enuntiatiua. 115.1.9

Secus in fauorem Eccleſiæ. ibid.10

Legata pia non debentur, hæreditate non adita. 127.1.4

Legata non debentur, quando hæreditas non poteſt adiri ex teſtamento inualido. 129.1.1

Legata pia deberi ex teſtamento inualido, qui teneant, & qui contrarium defendant. ibidem 2,3

Non deberi ex teſtamento inualido, eſſe communem opinionem Ciuiliſtarum, & Canoniſtarum. ibid.2.6

Non debentur ſtante præteritione filiorum. 131.2.15

Legata facta à feudatario non grauant feudum hæreditarium. 176.1.37

Legata non ſunt ſtrictè interpretanda. 238.2.53 contrarium. ibid.55

Legata, & vltimæ voluntates ſemper ſunt largiùs interpretandæ. ibid.55

Semper ſunt interpretandæ ad fauorem legatarij. 239.1.59

Legata quantitas intelligitur, & bona eſſe deducta pro cautione. 242.1.101

Legata certa quantitas vt debita, quando debeatur. 245.2.4

Legata facta miſerabilibus perſonis dicuntur pia, quando concernunt actum pietatis, 261.2.19

Pia, ſi non ſoluuntur ſtatim, an ſint ſoluenda duplicata. 261.2.33
Ad pias cauſas, non extenduntur acquiſita poſt teſtamentum. 263.2.51
Facta coniunctis perſonis non comprehendunt futura. 264.2.60
Pia an Epiſcopus poſſit in aliam piam cauſam conuertere. ibid.63
Non debentur ex teſtamento inualido, cuius hæreditas adiri non poteſt. 265.2.75
Nec debentur ſi hæreditas adiri poſſit, ſed non adeatur ex teſtamento, ſed ab inteſtato. 266.1.76
Quando dicantur repetita à venientibus ab inteſtato. ibid.77
Legata tot ſunt, quot ſunt res particulares legatæ. 276.2.5
Legata ſi ſint duo diuerſarum rerum, vtrumque debetur. 278.1.20
Legata diminuuntur pro rata, quando teſtatur legauit vltra dodrantem. 289.2.1
Diminuuntur pro rata ad ſoluendam legitimam filij. 290.1.2
Soluenda ſunt poſt æs alienum. ibid.1.4
Ad pias cauſas, ſtante ſub communi regula, quando non reperiantur in ſpecie priuilegiata. 296.1.38
Facta vxori reuocantur per alienationem voluntatiam. ibid.39
Non debentur, niſi ſoluto ære alieno. ibidem 2 42
Quando debentur tanquam confirmata, etiam poſt alienationem. 297.1.50
Debentur etiamſi alienata, ſi teſtator poſtea confirmauit in codicillis. ibid.51
Alienata, & redempta vigore pacti, non cenſentur adempta. ibid.52
Facilius adimuntur, quàm hæredis inſtitutio. 298.1.65
Non cenſentur adempta per natiuitatem poſthumi, quando eſt appoſita clauſula codicillaris, etiam per verba futuri temporis. ibid. 2. 72.73
Pro reſtitutione ablatorum nó cenſentur adempta, etiamſi poſthumus ignoranter præteritus rumperet teſtamentum. 299.1.76
Cenſentur adempta pro æqualitate ſeruanda inter hæredes. ibid.77
Quantitatis facta in diuerſis ſcripturis ſemper cenſentur multiplicata. 300.2.97
Legata omnia primi teſtamenti cenſentur reuocata per ſecundum, etiamſi eſſet imperfectum. 301.1.103
Reuocantur ſola pœnitentia, etiamſi reuocatio ſit inualida. ibid.104
Reuocantur, etiamſi teſtator rem legatam tradidiſſet. ibid.2.105
Quot modis transferantur. ibid.108
Legata, ex teſtamento reuocato non valent. 304.2.17
Secus ex teſtamento reformato in parte. ibid. 18
Ex teſtamento reformato debentur tanquam relicta in codicillis. ibid.19
Ex teſtamento nullo an debeantur in foro conſcientiæ. 305.1.21
Legata ſunt acceſſoria teſtamentorum. 311.2.1
Non ſunt pars integralis teſtamenti. ibid.2
Conſeruantur quando teſtamentum corruit in parte. ibid.4
Non corruunt, quando teſtamentum annullatur in parte. 312.1.6
Quando ſint pars integralis teſtamenti in ſpecie. ibid.8
Quando cenſentur repetita venientibus ab inteſtato. ibid.2.11
Debentur à venientibus ab inteſtato propter clauſulam codicillarem. ibid.15
Secus ſi teſtamentum annullatur odio inſtituti. ibid.16
Legata & fideicommiſſa qua ratione conſeruentur per auth. *ex cauſa*. 313.1.17
Legata debentur propter clauſulam codicillarem, rupto teſtamento fratris. ibid.20
Quomodo ſint exæquata fideicommiſſis. 315.2.47
Et an per viam regulæ. 316.1.48
An multiplicentur ſecundùm numerum annorum, in legato annuo. 317.1.67
Interpretantur latiſſimè ad ſeruandam æqualitatem inter filios. 318.2.89
Legata magna non conſeruantur per clauſulam codicillarem. 320.1.99
Legata per verba ſubiunctiui modi, comprehendunt futura. ibid.103
Ex teſtamento nullo, quando non debentur. 323.2.137
Etiam hæreditate non adita, hodie debentur. 324.2.149
Pura, facta cum onere conſiderantur vt vnum legatum, ratione indiuiduæ voluntatis. 329.2.3
Caducata veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. 390.1.29
Remanent penes hæredem cum onere reſtituendi fideicommiſſario. ibid.30
Legata ſemper dicuntur pars hæreditatis per quæcumque verba inſtitutio facta ſit. ibid.31
Legata quæ poſt teſtamentum in codicillis facta ſunt, veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. 391.1.44
Legata eſſe reſtituenda, quando teſtator commiſit totam hæreditatem ſuam reſtituendam eſſe. ibid.2.45
Legata ſub conditione neceſſaria tranſmittuntur pendente conditione. 402.1.68
Legata plura vnius rei poſſunt fieri pluribus legatariis dupliciter. 412.1.16
Particularia, & fideicommiſſa vniuerſalia non ſunt æquiparata. 522.2.9
Ad pias cauſas debent ſolui à fideicommiſſario partis bonorum. 471.1.3
Legata, & fideicommiſſa ſunt exæquata quoad naturam intrinſecam, & extrinſecam. 524.1.3
Legata non debentur hæreditate nó adita. 527.2.5
Legata vniuerſalia quæ ſint. 53.1.20
Legatorum annuorū ſolutio pertinet ad hæredem grauatum. 172.1.27
Legatorum interpretatio aliquando fit ſtrictè, aliquando latè, propter varias coniecturas. 239.1.62
Contritio, eſt facienda, etiamſi aliquod legatum priùs ſolutum fuiſſet. 291.1.19
Verba, latè interpretanda ſunt. 318.1.82
Intereſſe, debetur à die litis conteſtatæ. 324.2.150
Solutio, pertinet ad onus hæreditarium. 326.1.169
Secus quando teſtator voluit grauare hæredem. ibid.170

Defalca

Defalcatio ſit pro rata etiam in legatis ad pias cauſas, quando hæreditas non ſufficit. 526. 1. 22
Legatis diminutis per contributionem, an onera in legatis appoſita etiam diminura cenſeantur. 291. 1.21
Et quid ſi legatum ſcinditur pro parte, vel annullatur in toto. ibid.22
Legatæ rei pars magis accedit alteri parti, quàm hæreditati. 513.2.34

Legatarius.

Legatarius poteſt aliqua legata acceptare, & aliqua repudiare. 65.1.25
Præſumitur magis dilectus in re ſibi legata. 149. 2.20
Legatarius mei hæredis non eſt meus legatarius. 162.1.4
Legatarius non poteſt dici, etiam ita à teſtatore vocatus, ſi ſubſtãtia diſpoſitionis facit illum executorem. 201.1.22
An poſſit conſequi legatum per viam executiuam. 209.2.63
Nullo modo eſt hæres. ibid.64
Semper de manu hæredis debet legatum capere. ibid.65
Capiens poſſeſſionem propria authoritate ante aditam hæreditatem, debet illam reſtituere hæredi. ibid.66
Poteſt agere via executiua ſecundùm veriorem opinionem. 210.1.68,70
Non poſſidens, non eſt legitimus contradictor. 219 2.19
Legatarius fundi, & legatarius vſusfructus fundi, dicuntur re coniuncti in vſufructu. 235.2.11
Legatarius totius rei, & legatarius partis ſubſtantialis illius rei, faciunt ſibi partes per concurſum. 235.2.12
Legatarius ſi eſt creditor, & acceptat legatum minoris quantitatis pro omni, & toto, ſibi præiudicat. 275.1.59
Legatarius alimentorum, ſi vult habitare extra domum, debet habere veſtitum. 276.2.2
Legatarius non tranſmittit legatum propter incertitudinem conditionis. 285.2.28
Etiamſi incertitudo reſpiciat perſonam legatarij. ibid.29
Non tranſmittit legatum, vbi dies certæ ætatis fuit appoſitus in perſona hæredis. ibid.30
Etiamſi dies certæ ætatis fuiſſet appoſitus ad extinctionem legati. ibid.31
Grauatus reſtituere poſt mortem, debet ei reſtituere, qui reperitur hæres. 287.1.45
Non obſtante diminutione, debet integraliter adimplere onus extrinſecum. 291.2.25
Multò magis quando legatum eſt indiuidualiter præſtandum. ibid.26
Dicitur acceptaſſe cum tota ſua cauſa. 295. 1. 24
Aliquando non poteſt vnam rem legatam acceptare, & alteram repudiare. 301.1.102
Legatarius iuris patronatus ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt præſentare. 305.2.34
Legatarius reſtituitur in integrum aduersùs præſcriptionem. 309.1.73
Capit de manu hæredis. 314.1.31
Quotæ hæreditatis, an ſit in totum hæres. 315.2. 42,46
Legatarius annui relicti poteſt petere in iudicio, vt ſibi ſatisfiat pro ſequentibus annis. 317.1.64
Vſusfructûs, non ſoluit æs alienum, quando legatum eſſet inutile. 318.2.86
Legatarius an habeat hypothecam ſuper re propria. 321.1.114
An intentet hypothecariam contra tertios poſſeſſores. 322.1.122,124
Per actionem hypothecariam præfertur creditoribus hæredis. ibid.1.126
Legatarius ſpeciei alienatæ pendente conditione, poterit aliquando reuocare. ibid.128
Legatarius agens contra tertios poſſeſſores an priùs debeat excutere bona hæredis. ibidem 129
Poteſt etiam intentare actionem executiuam prò conſequendo legato. 324.1.145
Non agit aliquam actionem pro conſequendo legato ante aditionem hæreditatis. ibidem 146
Niſi fauore piæ cauſæ. ibid.147
Quando habeatur loco hæredis, & excludat venientes ab inteſtato. ibid.2.149
Pro intereſſe legatorum præferendus eſt creditoribus hæredis. 325.1.154
Idem in fructibus naturalibus perceptis poſt mortem teſtatoris. ibid.155
Poſſeſſionem rei legatæ propria authoritate capere non poteſt. 327.2.1
Ante aditam hæreditatem poſſeſſionem captam tenetur reſtituere. ibid.2
Eſt inſtitutus in re certa, & ex ſeipſo poſſeſſionem capit. 328.1.4
Qui poteſt capere poſſeſſionem propria authoritate, non poteſt conueniri interdicto, Quorum legatorum. ibid.10
Capit poſſeſſionem propria authoritate ſi conceſſum fuit ſibi à teſtatore. ibid. 2.11
Et tunc non tenetur interdicto, Quorum legatorum. ibid.12
Sed hoc procedit, vbi poſſeſſio erat vacans, ſecus ſi ab hærede capta eſſet. ibid.13
An capiat ex ſe poſſeſſionem, ſi prohibitum eſt ſibi fieri moleſtiam ab hærede. ibid.15
Idem ſi factus eſt executor teſtamenti, vel tutor hæredis pupilli. 329.1.16
Idem in legatario vſusfructus vniuerſalis. ibidem 17
Idem ſi ipſe legatarius priùs poſſideat. ibidem 18
Quando perdat ius ſuum, ſi propria authoritate occupauit. ibid.19
Occupans poſſeſſionem ante aditam hæreditatem non priuatur iure ſuo. ibidem 20
Non poteſt manuteneri in poſſeſſione occupata, etiam hærede ratificante occupationem. ibid.21
Capit poſſeſſionem ex ſe, ſi nullus ſit hæres. ibid. 22
Idem ſi extet hæres, & nolit adire. ibidem 2. 23
Idem ſi extat hæres, qui adiuit, ſed declarauit ſe nolle detrahere falcidiam. ibid.24
Tenetur ad onus ſibi à teſtatore iniunctum. 329. 2.1
Non poteſt partem legati acceptare, & partem repudiare. 330.1.5
Contraueniens in parte oneris, etiam ratione temporis, amittit totum legatum. ibid.6
Acceptans legatum, tenetur ad onus, etiamſi eſſet maius legato. ibid.8

Secus ſi illud onus ſit appoſitum per viam modi. ibid.9
Acceptando legatum cum maiori onere poteſt illud repudiare, ſi iuſta ignorantia præcedebar. ibid.2.10
Legatarius fundi concurrit in vſufructu cum legatario vſusfructus eiuſdem fundi. 330.2.1
Intelligitur tam in proprietate, quàm in vſufructu. ibid.2
Concurrit cum vſufructuario omnium bonorum. 331.1.7
Secus ſi vſusfructus omnium bonorum fuit reſtrictus ad certam quantitatem. ibid.8
Legatarius fundi, & legatarius vſusfructus ipſius non concurrit in vſufructu ſi ex coniecturis colligitur mens diſponentis. ibid.2.12
Legatarius qualem rem eligere debeat. 332.1.3
Electurus non poteſt eligere rem legatam alternatiuè in duabus partibus. ibid.2.6
Eligit rem legatam, hærede negligente. ibidem 10
Imperrat à iudice, vt præfigatur terminus hæredi ad eligendum. 333.1.11
Emens rem purè ſibi legatam, ſibi non præiudicat. 412.2.7
Sub conditione, iſta pendente, habet ius conſiderabile. 514.2.45
Annui relicti poteſt petere ſatisfieri etiam pro ſequentibus. ibid.46
Quantitatis ſub conditione non habet hypothecam contra tertium poſſeſſorem pendente conditione. ibid.50
Sub conditione non meretur nomen legatarij ante conditionis implementum. 426.2.54
Capiens poſſeſſionem ante aditam hæreditatem, non perdit ius ſuum. 464.1.4
Emens rem legatam, poſtea poteſt petere pretium. 467.2.12
Legatarij poſſeſſio eſt vitioſa, & non eſt legitimus contradictor. 209.2.67
Legatarij omnes habent vnum, & idem ius ex teſtamento, non attento priori vocatione. 291.1.20
Non intentant remedium l.finalis. 299.1.60
Legatarij plures eiuſdem rei, ſuper illa concurrunt. 300.1.88
Et inter eos eſt locus iuri non decreſcendi. ibid. 89
Legatarij eiuſdem rei inſolidum, ſunt re diſiuncti, & vnus habet rem, alter verò æſtimationem. ib. 91
Legatarij non poſſunt eſſe teſtes in codicillis. 335.1.5
Nec in teſtamento, in quo requiritur minor numerus teſtium. ibid.2.6
Nec quando aliquid relinquitur etiam filiis. ibid.7
Legatariorum, & creditorum damno cedit diminutio bonorum poſt mortem teſtatoris. 175.1.22
Legatariis nihil eſt diminuenda, quando cauſa diminutionis habet originem poſt mortem teſtatoris. 291.2 27

Legatus.

Legati Principum detenti ab hoſtibus non amittunt dominium bonorum. 28.2.56

Legitima.

Legitima abſque onere deduci non poteſt, quando tota hæreditas relicta fuit. 14.1.44
Debetur patri in bonis filiæ meretricis, niſi fuerit leno illius. 25.1.22
Eſt relinquenda filio, titulo inſtitutionis, etiam de iure Canonico. 50.1.21
Poteſt prohiberi filio ſi inſtituatur in tota hæredirate. 70.2.14
Num debeatur filio poſt profeſſionem patris. 84.1.11
Debetur filio ſtatim poſt profeſſionem patris. ibid.2.17
Legitima filij delinquentis non poteſt tolli per Principem. 92.2.51
Legitima, viuente patre, confiſcari non poteſt. ibid.52
Debet dari filiis à patre ingrediente, & profitente religionem, etiam habentem bona in communi. ibid.54
Debetur iure ſucceſſionis ab inteſtato. 109.2.33
Non debetur patri, quando per ſtatutum diſponitur, vt filius patrem non poſſit inſtituere, & quando hoc procedat. 132.2.5, 7
Non poteſt in totum auferri. ibid.6
Non debetur excluſo à ſucceſſione. ibidem 8.
Legitima maior aſſignata in vita reducenda eſt ad quantitatem bonorum de tempore mortis patris. 175.1.21
Legitima conſequenda non habet hypothecam ſuper bonis teſtatoris. 185.1.49
Legitima quando non debeatur filiæ per ſtatutum excluſæ. 288.2.69
Legitima detrahitur vt æs alienum. 290.1.6
Eſt quota bonorum, non hæreditatis. 210.1.76
Detrahitur ante legata. 290.1.3
Detrahitur de fideicommiſſo facto in contractibus 375.2.7
Aliquando debet ſolui in vita patris, ob publicam vtilitatem. 381.2.37
Detrahenda eſt ex bonis fideicommiſſi, ſi alia bona non extent. 385.1.77
Potentior eſt legatis ad pias cauſas. ibidem 78
Etiam ex legatis aliquando debetur. ibidem 79
Detrahenda eſt, etiam de ſubſtitutione vulgari accreſcente filio grauato de reſtituendo hæreditatem. 388.1.6
Non poteſt grauari in fructibus. 395.1.97
Legitima filij per aditionem factum eſt proprium illius patrimonium, ideo venit in reſtitutionem faciendam à ſubſtituto pupillari grauato. 441.1.50
Legitima ſola relicta filio impuberi poteſt grauari fideicommiſſo à ſubſtituto pupillari. ibid. 52
Legitima non reiicit onus fauore filij inductum. 451.1.58
Aliquando imputatur in falcidiam. 535.1.1
Legitima ab inteſtato non debetur, niſi totam hæreditatem habeat. 577.2.8
Ab vtroque parente debet filio relinqui antequam fiat exemplaris ſubſtitutio. 595.1.7
Legitima etiam continetur ſub prouiſione fauorabili facta filiis. 598.1.22
Legitimæ ſupplementum præſcribitur triginta annis. 71.1.27

Legitimæ

Legitimæ in bonis maternis non dicitur apponi onus,ſi prohibetur patri vſusfructus, etiam ſuper ea. 13.1.36
Illi non poſſe onus imponi eſt priuilegium perſonale. ibid.2.41
Vt onus imponi non poſſit,eſt lex diſpenſabilis, & quomodo. 15.2.57
Non fit præiudicium ſi bona diminuta ſunt poſt mortem teſtatoris. 174.2.19
Aliquando cenſetur renuntiatum per acceptationem legati. 259.1.57
Legitimæ portio accreſcens an veniat in reſtitutionem fideicommiſſi. 388.1.7,9
Filij exhæredati, accreſcit hæredi, non autem aliis filiis. ibid.8
Legitimæ nunquam cenſetur renuntiatum. 486.1.12
Etiam per approbationem teſtamenti. ibid.13
Legitimam non poſſunt petere filij, patre diſſipante omnia bona in vita. 92.2.53
Legitimam, & Trebellianicam quando detrahat mater ex pupillari reciproca inter filios impuberes facta. 390.1.28

Legitimatio, Legitimatus.

Legitimatio poteſt à Principe fieri in præiudicium ſucceſſionis agnatorum. 91.2.38
Poteſt fieri quoad honores tantùm, citra ius ſucceſſionis. 108.1.5
Legitimatio perſonæ etiam in iudicio ſummario facienda eſt. 218.2.3
Legitimatio facta cum reſtricta facultate ſuccedendi, quando non valeat reſpectu dictæ reſtrictionis. 440.2.31
Legitimatio fingit medio tempore filium non fuiſſe ſpurium. 590.2.30
Legitimationis clauſula, dummodo legitimis hæredibus non præiudicet, aliquando inducit perplexitatem, & eſt reiicienda. 441.1.41
Præſertim propter facultatem faciendi ſuos hæredes. ibid. 42.
Legitimatione facta pleniſſimè, cum limitatione ſucceſſionis, qui teneatur filios ita legitimatos debere habere legitimam. 109.2.32
Legitimatus nihil differt à filiis verè legitimis. 107.2.1,40
Habetur loco poſthumi quoad rumpendum teſtamentum. 108.1.3
Quoad honores tantùm ſi eſt præteritus, non rumpit teſtamentum. ibid.4
Legitimatus cum reſtricta facultate ſuccedendi, ſi eſt grauatus de reſtituendo, detrahit duas quartas. 441.1.40
Legitimati ampliſſimè, ſi ſunt præteriti rumpunt teſtamentum. ibid.1.7
Etiamſi dictum ſit quòd patri non ſuccedunt ab inteſtato, & ex teſtamento ſolùm in ea parte, quam pater noluerit eis dare. ibid.8
Redacti in patriam poteſtatem, & ſui hæredes facti, non poſſunt per aliquam clauſulam excludi à ſucceſſione legitimantis. ibid.2.12
Legitimati per reſcriptum ſunt in omnibus æquiparati legitimè natis. 381.1.29

Leges.

L. Quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. loquitur, quando filius in ſola legitima eſt inſtitutus. 14.1.45
Quando procedat. 15.2.58
Non habet locum in contractu inter viuos. 179.2.33
L. fin. C. de inoffic. teſtam. declaratur. 17.1.81
L. 1. §. quæ onerandæ ff. quod met. cauſ. quando procedat. 31.1.30
L. ſi is qui. ff. de teſtam. in quibus caſibus procedat. 34.2.21
L. contractus. C. de fide inſtrumen. declaratur. 35.1.33
L. fin. C. de fideicommiſſ. declaratur. 39.1.17
L. omnium. C. de teſtam. procedit in illis Principibus qui poſſunt leges condere. 40.1.24
Non habet locum quando teſtamentum nullum producitur coram iudice. 68.2.19
L. ſi pater. & l. ſuus quoque, qui teneant eſſe correctas per *l. quoniam. C. de inoffic. teſtam.* 51.1.36
L. ſanus. §. cùm autem. C. de inoffic. teſtam. declaratur. ibid.2.37,40
L. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. declaratur. 52.1.47
L. non tale. §. reſcriptum. ff. de condit. & demonſtr. declaratur. 53.1.56
L. 1. §. tria lumina. ff. de ventre inſpic. declaratur. 55.1.17
L. iubemus, in quo ſit correcta per *auth. & non obſeruato. C. de teſtam.* 57.2.6
L. fin. ff. de ſolut. declaratur. 71.2.5
L. militis. §. veteranus. ff. de milit. teſtam. declaratur. 77.1.31
L. ſancimus. C. de teſtam. declaratur. ibid. 2. 35, 42
L. vnic. ff. ſi tabulæ null. extab. declaratur. ibid. 2.36
L. 2. C. de crim. ſacrilegij, declaratur. 89.2.17
L. item ſi verberatum. ff. de rei vendic. declaratur. 90.2.29
L. Titius, & Seius. ff. de hæred. inſtit. declaratur. 97.2.32
L. fin. in princ. de leg. 2. declaratur. 104. 1. 33, 36.
L. pen. de leg. 1. declaratur. 105.1.6
L. etiam. §. libertis. ff. de bonis libert. declaratur. 106. 106.1.13
L. Gallus, in princ. quis ſit verus intellectus. ibid.2.19
L. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. quæ ſit vera ratio deciſionis. 124.1.1
L. cùm annus. ff. de condit. & demonſtr. habet locum etiam contra piam cauſam. 131.1.11
L. captatorias. ff. de hæred. inſtit. declaratur. 154.1.3
L. cùm à matre. C. de bon. quæ lib. procedit, quando defunctus tenet de euictione. 158.1.18
L. antiquitas. C. de vſufruct. declaratur. 162.2.15
L. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. declaratur. 164.1.26
L. fin. C. de edict. D. Adr. toll. remedium competit executoribus teſtamenti. 165.2.42
Habet locum in feudis. 205. 1.4, 30.216.1.41
Ex quibus teſtamentis imperfectis detur, 205.2.11
Quando ſit iudicium ſummarium, & quando ordinarium. 206.1.18
An poſſit intentari ab eo, qui poſſeſſionem propria authoritate capere poteſt. 209.1.62
L. in rebus. C. de iure dot. concedit priuilegium doti contra creditores anteriores. 170. 1. 11

L. penult. ff. de relig. & ſumpt. funer. intellectus. ibid. 2.14
L. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell. declaratur. 171.2.24
L. ex iudiciorum. ff. de accuſat. declaratur. 185.1.46
L. Lucius. §. Titius. de legat. 2. declaratur. 202.2.11
L. 3. §. 1. ff. de aliment. & cib legat. declaratur. ibid. 2.14
L. fin. C. quorum bonorum, declaratur. 215.1.23
L. 2. C. de edict. D. Andr. toll. inducitur. ibid. 24
L. 1. C. qui admitti, loquitur de hæreditate aduentitia. 225.2.11
Non eſt correctoria legis Digeſtorum. 226.1.12
L. fin. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſeruetur, declaratur. ibid. 14.
L. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur. declaratur. ibid. 2.18, 21
L. poſthumum. ff. de lib. & poſth. inducitur, & declaratur. 227.1.28
L. eius ſeruum. ff. de hared. inſtit. inducitur, & declaratur. ibid. 29
L. 2. §. Iulianus. C. de veter. iur. enucl. inducitur, & declaratur. ibid. 2.33
L. fin. C. qui admitti, an, & quando ſit correctoria. 229.2.55
L. puberem. C. de iur. delib. declaratur. 232.1.11
L. 1. ff. de legib. & Senatuſconſ. declaratur. ibid. 1.13
L. ſi chorus. §. 1. de leg. 3. declaratur. 237.1.29
L. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg. non procedit, quando variatio ſit circa idem. 239.2.68
L. Titio centum. §. Titio. ff. de condit. & demonſtr. declaratur. 256.1.24
L. qui duos. ff. de manumiſſ. teſtam. declaratur. 264.1.58
L. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrban. præd. declaratur. ibid. 59
L. cùm alienam. C. de legat. habet locum in inſtituto in re certa. 267.2.5
L. ſi pater pro filia. ff. de collat. dotis, verus intellectus. 270.2.12
L. quinquaginta. ff. de probat. declaratur. 271.2.23
L. qui liberos. ff. de ritu rupt. declaratur. 272.2.32
L. vnic. §. ſciendum. C. de rei vxor. act. declaratur. 274.1.49, 51
L. huiuſmodi. ff. quando dies leg. ced. declaratur. 284.1.23
L. in cauſa. §. Pomponius. ff. de minorib. declaratur contra modernos. 286.2.43
L. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtr. & l. ex his. C. quando dies leg. ced. concordia. 288.1.61
L. quærebatur. ff. ad leg. falcid. loquitur de legato ſpeciei. 291.1.16
L. filia legatorum. C. de legat. non procedit quando noua cauſa ſuperuenit. 294.1.9
L. ſi tibi. ff. de adim. leg. verus intellectus contra Cephalum, & contra Menochium. 302.1.115
L. Imperator. §. ſi certum. de leg. 2. declaratur. 303.2.3
L. ſi quis cum teſtamento. ff. de teſtam. non applicatur ad legata. 312.2.10
L. creditoribus. ff. de ſeparat. declaratur. 320.2.106
L. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolut. declaratur. 326.1.166
L. voluntas. C. de fideicommiſſ. quot modis limitetur. 363.1.24
L. ſi mater. ff. de inoffic. teſtam. quomodo obſeruetur. 366.2.15
L. peto. §. fratre. de legat. 2. declaratur. 369.1.4
Et qui perperam allegent illam legem. ibid. 5
L. fideicommiſſa. §. hæc verba. de legat. 3. declaratur. 369.2.10
L. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. loquitur de fideicommiſſo in caſum mortis. 386.1.92
L. cùm patronus. de legat. 2. habet locum etiam in legitima filij. 388.2.10
L. Titia Seio. §. Seia libertis. de legat. 2. declaratur. 389.1.20
L. ſi Titius. de legat. 2. declaratur. ibid. 2.24
L. eum qui ædes. ff. de vſucap. quando procedat. 391.2.50
L. à filia. ff. ad Trebellian. declaratur. 392.1.53
L. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebellian. declaratur. ibid. 54
L. iubemus. C. ad Trebellian. in quibus non procedat. 393.2.78
L. centurio. ff. de vulgari, reſpectu fructuum declaratur. 394.1.82, 84
L. qui patri. ff. de acquir. hared. non habet locum in fideicommiſſo facto extraneo. 406.2.45
L. hæredes mei. §. vita. ff. ad Trebell. declaratur. 409.1.71
L. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſis, non habet locum in extraneis. 409.1.73
L. Titius. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolu. declaratur. 412.1.4
L. inde Neratius. ff. de vſufruct. accreſc. declaratur. ibid. 2.18
L. item quod Sabinus. §. vnde idem. ff. de hæred. inſtit. declaratur. ibid. 19
L. ſi fundum per fideicommiſſum. de legat. 1. declaratur. 413.1.19
L. ſi certa. C. de tranſact. recepta eſt in omni contractu. 415.1.39
L. ſi cognatis. ff. de reb. dub. non procedit ſi teſtator intellexit de reſtituris. 433.2.25
L. Titio vſusfructus. ff. de condit. & demonſtrat. non debet allegari in materia ſubſtitutionis. 434.2.37
L. iubemus. C. ad Trebellian. non habet locum in nepotibus, etiamſi teneant primum locum. 438.2.5
Non habet locum in filiis naturalibus. 440.1.27
L. final. C. de fideicommiſſ. declaratur. 458.1.11
L. ſi fundus per fideicommiſſum. de legat. 1. quando non procedat. 468.1.21
L. fin. §. fin. de legat. 2. non habet locum quando teſtator expreſsè prohibuit alienationem. 469.2.41
L. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obligat. intellectus. 479.1.12
L. miles. C. de pact. loquitur de pacto reciproco. 496.1.9
L. de his. ff. de tranſact. non habet locum in donatione

tione cauſa mortis. 507.1.23

L. quoties. C. de donat. quæ ſub modo, non diſponit de fideicommiſſo. 508.1.6

Non habet locum in donat. cauſ. mort. 509.1.21

L. Manio. de legat. 2. verus intellectus. 513.1.26

L. & Proculo. de legat. 2. verus intellectus. ibid. 27.

Eius ratio dubitandi, & ratio decidendi. 513.2.33

L. 1. C. de fideicommiſſ. habet locum in quibuſlibet annuis relictis. 514.2.47

L. ſi totam. ff. de acquir. hæredit. declaratur, & exornatur. 517.1.7

L. cùm alienam. C. de legat. non habet locum in inſtitutione hæredis. 519.1.23

L. proprium. ff. communi diuidundo, declaratur. 520.1.33

L. fundus ille. ff. de contrah. empt. non probat ius accreſcendi. ibid.2.43

L. Iulianus. §. idem Celſus. ff. de act. empt. non probat ius accreſcendi. 521.1.44

L. filiusfamilias. ff. ad leg. falcid. inducitur ad probandum loqui de falcidia. 524.2.5

L. iubemus. C. ad Trebellian. non eſt correcta per *Auth. ſed cùm teſtator.* 533.1.11

Declaratur. ibid.13

Habet locum etiam quando ſunt detrahendæ duæ quartæ. ibid.2.14

Etiam ſi legitima filiatum eſſet ſemis. ibid.15

Non procedit in nepotibus, etiam ſi ſint hæredes ſui. ibid.16

Non habet locum in filiis approbantibus teſtamentum. ibid.17

L. in quartam. ff. ad leg. falcid. declaratur in omnibus caſibus reſpectu Trebellianicæ. 536.1.20

L. iam hoc iure, in verſ. tantummodo. ff. de vulgari, declaratur. 547.1.2

L. centurio. ff. de vulgari, explicatur. 552.1.2

L. precibus. C. de impuber. ſubſtit. non contradicit *l. centurio.* ibid.1.6

L. verbis ciuilibus. ff. de vulgari, declaratur. 553.2.2

L. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de legat. 1. declaratur. 554.2.10.555.1.12

L. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ff. de fideicommiſſ. libert. declaratur. 555.1.14

L. Scæuola. ff. ad Trebellian. declaratur. ibid. 2.16

L. 3. ff. de adimend. legat. declaratur. 503.2.11

L. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebell. declaratur. 564.1.12

L. centurio. ff. de vulgari, quas ſubſtitutiones complectatur. 564.1.14

L. Lucius Titius. §. filiam. de legat. 2. declaratur. 567.1.37

L. Lucius. §. Lucius Titius. de legat. 2. declaratur. 573.1.21

L. ſi mater, in princip. ff. de vulgari, declaratur. 588.1.7

L. humanitatis, procedit etiam in muto, & ſurdo à natura. 594.2.4

L. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament. in quibus caſibus non habeat locum. 598.2.23

L. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſis, habet locum etiam in ſubſtitutione. 601.2.14

Lex quando punit ſcribentem ſua manu, an & quando habeat locum in dictante, vel mandante ſibi adſcribi. 56.2.34

Poteſt auferre beneficium, quod alicui conceſſit. 93.1.56

Loquens de ſimplicibus non comprehendit caſus mixtos. 210.1.74

Ciuilis, aliquando vtitur remediis prætoriis. 232.2.14

Poſitiua diſtinguit, & limitat ius diuinum.

Lex ampliatur per ſuam rationem generalem. 527.2.8

Eſt certa de euentu, & vniformiter determinatur. 565.2.21

Legis perfectio incipit poſt publicationem. 136.2.24

Eius qualitas probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in lege. 379.2.9

Legem nullam reperiri in Codice, quæ alteram corrigat. 51.2.38

Lege correcta, cenſentur correcta omnia, quæ eius occaſione facta fuere. 136.2.20

Leges conditæ ab habente poteſtatem ligant ſubditos etiam in foro conſcientiæ. 38.1.7

Adducentes ſollemnitates poteſt Princeps habere pro infectis. 73.2.7

Loquentes de filiis non habent locum in adoptiuis. 110.2.45

Nouæ, non ligant, niſi publicentur, & recipiantur. 112.1.13

Plus fauent filiis, quàm Eccleſiæ, etiam vltra legitimam. 130.2.6

Inſtituuntur, quando promulgantur. 136.2.22

Non ligant, niſi fuerint vſu receptæ. 137.1.27

Leges feudales ſemper ſeruandæ ſi non ſunt contrariæ iuri Romanorum. 447.1.9

Liber.

Liber decretorum quando dicatur approbatus pro Iure Canonico. 222.2.3

Liberi.

Liberi inſtituti in teſtamento inter liberos ſuccedunt ex teſtamento. 119.1.4

Non poſſunt teſtari inter parentes, vt ſit teſtamentum inter liberos. 120.2.17

Liberorum nomen eſt collectiuum, & facit ordinem ſucceſſiuum. 488.2.13

Libertas.

Libertas non debetur hæreditate non adita. 129.2.5

Seruo alieno ex quibus verbis poſſit intelligi data per fideicommiſſum. 555.1.13

Licentia.

Licentia alienandi tacita, quæ colligitur ex prohibitione alienandi ad tempus expreſſa, præiudicat fideicommiſſo præcedenti. 374.1.69

Linea.

Linea, quæ non incepit, nullius conſiderationis eſt. 359.2.41.405.1.18.427.2.63

Nec poteſt quis dici de linea primogeniti, quæ non incepit. ibid.19

Linea à I.C. accipitur pro funiculo, etiam cognationum. 431.2.1

Eſt qualitas habens principium, & finem. ibid.2

Incipit à filio, non autem à patre. ibid.3

Continet plures gradus, ſed aliquando capitur pro gradu. ibid.4

Capi ſolet effectiuè, & contentiuè. ibid.5

Capitur effectiuè, ſi teſtator voluit bona conſeruari in linea. 432.1.6

In

In dubio ſemper intelligitur de deſcendentibus. ibid.7
Linea inuitata comprehenduntur etiam nati tempore euenientis conditionis. 432.1.8
Linea non dicitur defecta ſi ſupereſt femina, ex qua vocatus de linea naſci poſſit. 433.1.18
Linea quæ non incipit, an poſſit dici aliquando finita. 434.1.32
Si non incepit, an ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato. ibid.2.33
Quæ non incepit, poteſt dici deficere, ſecundùm communem opinionem. ibid.36
Linea in primogenitúris intelligitur de deſcendentibus. 435.1.44
Materna ſemper capitur contentiuè, nunquam effectiuè. ibid.2.46
Comprehendit auunculum, ſecundùm Ruinum, contra Decium. ibid.47
Quomodo differat à bonis maternis. ibid. 48
Linea patris capitur contentiuè, quando diſpoſuit fauore agnationis. ibid.49
Maſculina comprehendit tranſuerſales. ibid. 50
Linea in fideicommiſſis odioſis ſemper capitur effectiuè. 436.1.51
Linea ſumitur contentiuè, quando ita eſt communis vſus loquendi. ibid.54
Idem in ſtatutis excluſiuis feminarum. ibid. 55
Linea contentiuè capienda eſt propter generalitatem additam lineæ. ibid.2.57
Item quando aliter intelligi non poteſt, quàm contentiuè. ibid.58
Lineæ primæ extremo deficiente, non poſſunt filij admitti. 360.1.42
Lineæ primæ vltimus cenſetur grauatus reſtituere proximiori alterius lineæ. 433.2.27
Lineæ rectæ alter renuntians fideicommiſſo non facit præiudicium alteri. 435.1.38
de Linea primogeniti, quando fit tranſitus ad lineam ſecundogeniti. 405.1.20
de Linea qui ſperatur facit partem ad excluſionem alterius. 433.1.23
Linearum aliarum diſpoſitio ſtat in ſuſpenſo, donec ſit ſpes, vt quis de priori linea naſci poſſit. ibid.1.22

Locutio.

Locutio potius præſumitur facta vti à domino, quàm vti à creditore. 197.2.28

Locus.

Locus loci eſt de ſollemnitate neceſſaria teſtamenti. 54.2.11
Locus in vno inſtrumento appoſitus quando cenſeatur repetitus in altera. 55.1.13
Quomodo cenſeatur appoſitus gratia taxationis, & quando gratia demonſtrationis. 308.1.65
Et quando dicatur appoſitus poſt perfectam legati diſpoſitionem. ibid.2.66
Loci generalis appoſitio in inſtrumento non ſufficit. 55.1.12

Loquendi verbum.

Loqui dicitur, qui ſcribit. 10.2.8
Loqui prohibitus cum monialibus, & preſbytero, etiam litteras ſcribere prohibitus cenſetur. ibid. 9

Lucrum.

Lucrum dotis poteſt remitti à marito in præiudicium creditorum. 193.1.9
Lucra à lege declarata non dicuntur repudiari in fraudem creditorum. 385.2.82

M.

Maioratus.

Maioratus natura eſt, vt tranſeat de perſona in perſonas. 398.1.3
Maioratus ius non eſt tranſmiſſibile. 404.2.10
Maioratus requirit ætatem maiorem de tempore ſucceſſionis. 409.1.51
Maioratus, & regna deferuntur vltra decimum gradum. 423.2.8

Mandatum.

Mandatum hæredis probatur per coniecturas. 195.2.8
Mandatum de adeunda hæreditate includit bonorum poſſeſſionem. 232.2.15

Manentus.

Manenti opinio quòd fideicommiſſum Mantuæ non poſſit fieri ſuper feudo à primo acquirente, ibid.23 contrarium num.32.& ſeq.

Manifeſtum.

Manifeſtum dicitur quod ex coniecturis conſtat. 153.1.17.

Manus.

Manus regia remanet firma, vbi ius Ciuile receptum non fuit. 4.1.17
Manus regiæ de iure gentium virtus transfuſa eſt in actione de iure Ciuili. ibid.14.16

Maritus.

Maritus confitendo ſe recepiſſe dotem, adhuc poteſt illam petere. 81.1.18
Poteſt per ſtatutum prohiberi ad aliquid relinquendum vxori. 137.2.30
Et tunc non poteſt donare cauſa mortis, nec relinquere per fideicommiſſum. ibid.31
Nec poteſt relinquere per interpoſitam perſonam. ibid.32
Eſt dominus fundi empti ex pecunia dotali. 206.26
Non poteſt acquirere vxori, niſi præcedat punctum inter eos. ibid.28
Deſerens vxorem egentem, amittit omne lucrum dotis. 300.1.86
Mariti conſenſus in teſtamento vxoris vigore ſtatuti, quando interuenire debeat. 135.1.8
Mariti conſenſus loco, quando poſſit interuenire iudicis authoritas. ibid.2.9
Mariti conſenſus, quando poſſit interuenire per procuratorem. ibid.10
Marito an fiat iniuria per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias. 251.2.74,77

D. Marta.

D. Marta ſe defendit à contradictione, ſibi oppoſita à moderniſſimis Mantuanis. 424.1.13

Maſculinitas, Maſculus.

Maſculinitatis qualitas, non cenſetur repetita in altera parte teſtamenti, & qui teneant contrarium. 116.2.6,8
Contrarium. ibid.9
Cenſetur repetita in feudalibus. ibid.10
Maſculus poſtea natus auocat feudum à femina, ad quod ſucceſſerat. 489.2.23

Mater.

Mater etiam poteſt teſtari inter liberos. 120.1.14

Tenetur

Tenetur dotare filiam in ſubſidium. 272.2.35
Ex magna & probabili cauſa. ibid.36
Tenetur in ſolidum dotare filiam, exiſtente fratre,& caſu neceſſitatis. 273.2.42
Mater diues tenetur dotare filiam pauperem. 380.1.16
Tenetur dotare filiam in ſubſidium. 381.2.34
Tenetur alere filium in ſubſidium. ibid.35
Tenetur dotare filiam, dote alimentorum. ibid.36
Præſumitur voluiſſe permittere alienationem bonorum ſuorum pro dote filiorum. 382.1.38
Semper eſt excluſa à ſubſtituto pupillari in bonis paternis. 540.1.11
Et in quibus bonis poſſit ſuccedere ſimul cum fratre. ibid.12
Excluditur, quando perſona magis dilecta teſtatori eſt ſubſtituta per compendioſam verbis communibus factam. 566.2.30
Superuiuens qua ratione non ſit excludenda. ibid.31
Facta inimica, & odioſa teſtatori excluditur. 567.1.32
Excluditur ſi quid ei à teſtatore relictum eſt in compenſationem portionis debitæ in bonis filij. ibid.34.
Non excluditur à ſubſtituto pupillariter tacito. 577.1.2
Excluditur à fratre ſubſtituto tacitè pupillariter. 578.1.10
Poteſt facere ſubſtitutionem pupillarem filio impuberi. 587.2.1
Contraria opinio eſt verior. 588.1.2,5
Non dat tutorem filiis. ibid.6
Si vigore ſtatuti habet filios in poteſtate, an poſſit pupillariter ſubſtituere. ibid.2.9
Semper excluditur à pupillariter ſubſtituto. 591.2.1
Idem ſi ſubſtitutio erit partim expreſſa,& partim tacita. ibid.2
Idem ſi fuerit partim expreſſa quò ad caſus. ibid.3
Excluſa à ſubſtituto, cenſetur etiam à legitima. ibid.4
Non excluditur per pupillarem tacitam in vulgari comprehenſam. ibid 5
Non excluditur per ſubſtitutionem exemplarem tacitam. 595.2.14
In exemplari expreſſa an præteriri poſſit. ibid.15
Affirmatiua opinio eſt verior. ibid.16
Matris fauor conſideratur ſolùm vbi tractatur de luctuoſa hæreditate filij. 552.1.5
Matri fauendum eſt in dubio. 566.1.26

Matrimonium.

Matrimonium metu contractum eſt nullum. 29.2.3.& 60.2.17
Propter dolum non irritatur. 29.2.6
Quando dicatur clandeſtinum ex diſpoſitione Tridentini. 439.1.14
Putatiuum dicitur, etiamſi alter ex coniugibus habeat bonam fidem. 439.2.16
Ex defectu denuntiationum, non eſt malum ratione clandeſtinitatis. ibid.17
Celebratum coram ſacerdote,& teſtibus, non eſt nullum ex capite clandeſtinitatis. ibid.19
Eſt nullum, ſi celebratum eſt ab eo, qui ſe intruſit in iuriſdictione proprij parochi. 440.1.23
Ex defectu parochi, talis communiter reputati facit prolem legitimam. ibid.24

Medium.

Media præſumuntur habilia probatis extremis. 217.2.56

Menochius.

Menochius *in conſil.* 104. *n.* 17. reprobatur ex falſis allegationibus. 167.1.9
Reprobatur *in conſ.* 690. ex erroneis allegationibus. 168.1.18
Reprobatur in inductione *l. ſi contendat. ff. de fideiuſſor.* 206.1.19
In defenſione opinionis Baldi. 210.1.77
In conſ. 129.*& conſ.* 955. 240.1.81
In conſ. 169.*vol.* 2. 254.1.5
Sibi contradixit *in conſ.* 555.*vol.* 6. ibid.6
Improbatur *in conſ.* 1280. 266.1.82.
Reprobatur ex falſis allegationibus. 401.1.52
In conſil. 95.*vol.* 1. reprobatur. 408.2.68
Reprobatur *in conſil.* 129. 349.1.59
Menochij doctrina *in conſil.* 97. *num.* 75. non eſt recipienda. 364.2.43
Eius opinio de renuntiatione fideicommiſſi puri reprobatur. 413.1.14

Mens.

Mens ſana præſumitur ineſſe homini à natura. 6.1.1
Per quæ ſigna probetur. 7.2.19
Expreſſa, præualet præſumptæ. 187.2.23
Mens teſtatoris coniecturis, & præſumptionibus probari poteſt. 345.1.3
Mens nunquam poteſt colligi, niſi per verba expreſſa appareat. 349.2.64
Mens, & voluntas debet attendi per coniecturas contra verba expreſſa, quando coniecturæ ſunt à lege approbatæ. ibid.68
Et ex quibus legibus probetur. ibid.69
Attendenda eſt contra verba per coniecturas legis extendendas ad caſum ſimilem. 350.2.75
Mentis vna qualitas durare præſumitur in toto actu. 34.2.22
Mentem,& voluntatem eſſe præferendam verbis, Doctores firmant, tanquam iuris elementum. 349.2.63

Meretrix.

Meretrix an, & quando faciat teſtamentum. 25.1.20
Occulta, non acquirit ſibi, ſed fiſco. ibid.2.24
Non poteſt teſtari ad fauorem piæ cauſæ. ibid.25
Meretrix quando propriè aliqua dicatur. ibid.26
Meretrix eſſe poteſt, etiamſi vnius tantùm libidini patuit. ibid.28
An eſſe poſſit, quando fuit duorum amaſia. ibid.29
Dicitur, cognita à duobus, etiam ſine quæſtu. 26.1.30
Meretricis publicæ bona tranſmittuntur ad hæredes. 25.1.21
Meretricibus quomodo ſuccedatur ab inteſtato in vrbe Roma. 26.1.32

Metus.

Metus.

Metûs ſpecies quot ſint. 30.2.23
Metus reuerentialis per impreſſionem quis,& qualis ſit. ibid.24
Metus, & reuerentia æquiparantur. 31.1.25
Metus reuerentialis arguitur ex authoritate, vel dignitate perſonæ. ibid.26
Quomodo excuſet à peccato. ibid.27
Facit deficere conſenſum. ibid.28
Metus debet probari cum ſua qualitate. ibid. 29
Metus reuerentialis non præſumitur propter ſolam præſentiam perſonæ. ibid.30
Metus probatur ex perſonæ præſentia, cui niſi ob temperetur, aliquid mali poteſt accidere. ibid. 2.31
Metus ægroti quando præſumatur propter ſolam præſentiam hæredis. ibid.33
Conditionalis, vel præciſè illatus quis ſit. 61.1. 25
Teſtatori illatus probatur per eius confeſſionem. ibid.2.31

Mobile.

Mobilia quando computentur inter immobilia. 235.1.4.237.1.26
Mobilium & mouentium appellationes, quomodo differant. 234.2.3,5
Mobilium appellatione, quando veniant animalia, & beſtiæ teſtatoris. 235.1.6

Modus.

Modus non impedit natiuitatem actionis, ſed executionem. 287.2.57

Moleſtia.

Moleſtia facti, quando ſola intelligatur in prohibitione de non moleſtando. 188.2.3
Iudicialis, ſine ratione iuris dicitur facti moleſtia. ibid.6
Prohibita ſub pœna, poteſt deduci legitima, & Trebellianica. 528.1.16
Comprehendit etiam moleſtiam iuris, quando teſtator prohibet quandocumque, & qualitercumque. ibid.17

Monachus.

Monachus factus Epiſcopus debet viuere iuxta regulam,& illam obſeruare. 20.1.13
Factus Epiſcopus à quibus ſit liberatus. ibid. 2.14
Monachus poteſt teſtamentum facere de Papæ licentia. ibid.15
Ex diſpenſatione Papæ poteſt penſiones retinere. ibid.17
Dicitur mortuus mundo. 83.2.2,4
Profeſſus quando dicatur mortuus ciuiliter. 84. 1.9
In poteſtate Abbatis non poteſt teſtari de illius conſenſu. ibid.2.14
Monachi non poſſunt facere teſtamentum poſt profeſſionem emiſſum. 19.1.1
Ante profeſſionem cum qua ſolemnitate debeat facere teſtamentum. ibid.2
Monachi, & Moniales quomodo poſſint habere vſumfructum bonorum. 20.2.16
Monachi & religioſi an debeant recipi in teſtes cum licentia ſuperioris. 45.2.39

Monaſterium.

Monaſterium adit hæreditatem, etiam Monacho inimico. 192.2.1
Non adit hæreditatem poſt mortem Monachi. ibid.2
Intentat remedium l.finalis. 212.1.98
Habetur loco filij. 593.1.17
Monaſterio, vel Monacho deferatur hæreditas. 20. 1.2

Monoculus.

Monoculus teſtando non obſeruat formam teſtamenti cæci. 42.1.14

Monteſperellus.

Monteſperell. *in conſil.* 105. reprobatur. 426. 1. 20

Mora.

Mora non inducitur ex tempore, ſed ex interpellatione. 251.1.67

Mors.

Mori non dicitur, qui nunquam natus eſt. 64. 2. 10
Mors ciuilis æquiparatur naturali. 83.2.3
Solùm in caſibus iure expreſſis. 84.1.8
Æquiparatur naturali reſpectu legitimæ dandæ filiis poſt profeſſionem. ibid.2.18
Mortis appellatione intelligitur naturalis. ibid. 1.7
Morte ſequuta appellatione pendente, non poteſt amplius cognoſci de crimine. 24.2.14

Mos.

Mores de iure ciuili ſunt etiam de iure Canonico, ſi non ſunt ab eo emendati. 496.1.5

Mulier.

Mulier per ſtatutum poteſt prohiberi, ne faciat teſtamentum. 135.1.4
Pro ſuis dotibus præfertur cuicumque creditori anteriori. 170.1.10
Præfertur mutuanti in refectionem, vel in emptionem domus. ibid.2.16
Poteſt retinere bona mariti contra creditores anteriores in hypotheca expreſſa, vt ſe & ſuos alat. 171.1.19
Adit hæreditatem ſine conſenſu propinquorum, ſtante ſtatuto quòd ſine illorum conſenſu contrahere non poſſit. 193.1.10
Et qui teneant opinionem contrariam. ibid. 11
Adiens hæreditatem contra formam ſtatuti poteſt dicere de nullitate aditionis. 193.1.12
Prohibita contrahere à ſtatuto ſine conſenſu propinquorum, an validè contrahat illis repugnantibus. 226.2.19,22
Quæ nubit, dicitur caſtè viuere. 252.1.75
Agens ad dotes vigore *auth.res quæ*, quid probare debeat. 379.1.8
Agens contra bona fideicommiſſi pro dotibus, debet probare non adeſſe alia bona. 379.1. 10
Agens contra bona fideicommiſſi, tenetur cedere iura ſua qualia habet fideicommiſſario. 382. 2.44
Et quando non poſſet cedere, neque poſſet obtinere. ibid.45
Dicitur eſſe in errore iuſto ſi illi perſuaſum fuerit ſacerdotem celebrantem matrimonium eſſe proprium parochum. 440.1.22
Si promittat cum iuramento non alienare, tunc eius alienatio etiam cum iuramento facta non valet. 472.2.7

Mutatio.

Mutatio ſtatûs etiam dolo facta, proficit tertio. 60.2.11

Naturales.

N.

Naturales.

Naturales veniunt appellatione familiæ in fideicommiſſo. 362.1.11
Faciunt deficere conditionem, ſi abſque filiis deceſſerit. ibid.12
Naturales, & ſpurij ſunt de domo, & familia, ſicut legitimè nati. 432.1.11

Natus.

Natus incapax ex perſona incapaci admittitur ad ſucceſſionem feudi. 432.2.12

Negatiua.

Negatiua quòd teſtator non nominauerit talem, quomodo probetur. 55.2.19
Probatur ex inſpectione ſcripturæ. 157.1.7

Nepos, Neptis.

Nepos poſthumus præteritus rumpit teſtamentum. 105.1.2
Factus ſuus hæres præteritus in teſtamento aui, rumpit illud. 106.1.18
Præteritus rumpit teſtamentum auiæ. ibid.2.20
Venit ad ſucceſſionem aui ex perſona propria, non autem ex perſona patris. 109.1.18
Nepos legitimus, & naturalis natus ex legitimato filio, ſi eſt præteritus, rumpit teſtamentum. 110.1.56
Nepos ex filia legitimata eſt de deſcendentibus aui materni. ibid.57
Ex filio legitimato ſuccedit ex perſona propria tamquam ſuus hæres. ibid.58
Nepos in teſtamento inſtitutus, & poſtea adoptatus in filium, non rumpit teſtamentum. ibid. 2.47
Nepos excludit filiam vigore ſtatuti, ſi habet eandem qualitatem. 360.1.46
Non venit appellatione filij habentis diuerſam qualitatem. ibid 47
Mortuo filio, non ſuccedit in ius filiationis, 406.1.53
Succedit auo, ex propria perſona. ibid 54
Non ſuccedit ex perſona patris tranſmiſſiuè. ibid.55
Non venit appellatione filij natu maioris. 407.2.56
Ex primogenito non excludit patruum, quando vocatus eſt filius natu maior. 407.2.58
Excludit amitam vigore ſtatuti, propter eandem qualitatem. 417.2.67
Venit appellatione filij, quando habet eandem qualitatem. ibid.68
Ex primogenito excludit patruum in ſucceſſione regalium. 434.1.30
Etiam proximus auo, nunquam dicitur de liberis primi gradus, contra Berengarium. 438.2.6
Mortuo patre ſuccedit in ius filiationis ſimul cum iure ſucceſſionis. 441.1.37
Venit ad ſucceſſionem aui ex propria perſona. ibid.38
Et ſuccedit vt nepos, non autem vt filius. ibid.39
Nepoti legitimo quando non obſtet origo patris, vel matris. ibid.1.39
Nepote præterito ab auo, etiam materno, teſtamentum eſt nullum. 53.2.6
Nepotes, qui non ſunt ſui hæredes, poſſunt inſtitui ſub conditione caſuali, vel mixta. 52.1.43

Non cenſentur priuati ex veriſimili mente teſtatoris. 106.2.24
Quando veniunt appellatione filiorum, dicuntur ſuccedere ex propria vocatione, non autem iure tranſmiſſionis. 408.1.61
Tenentes primum locum grauati, quare detrahant duas quartas. 438.2.8
Poſt filios cenſentur vocati per ordinem ſucceſſiuum etiam ſi cum alternatiua vocati ſint. 488.1.4
Non poſſunt ſuccedere, quandiu filius acceptat. ibid.5
Etiamſi eſſent vocati filij, & nepotes in caſum delicti. ibid.6
Neptis ex maſculo non excludit amitam, ſi pater hæreditatem aui non adierit. 405.2.24
Neptis ex maſculo comprehenditur ſub emphyteuſi pro deſcendentibus. 432.2.14
τὸ *Nihilominus*, eſt implicatiuum. 331.1.6
τὸ *Niſi*, appoſita à teſtatore poſt prohibitionem negatiuam, dicitur expreſſa illius diſpoſitio. 424.2.23
Etiam ſi dicta ſit à ſtatuto. ibid.24
Poſtpoſita negatiuæ, affirmat. 586.2.14

Nomen.

Nomen debitoris quando eſt adiunctum perceptioni legati, tunc hæres agere debet. 242.1.107
Nomen proprium aliquando non attenditur, ſed demonſtratio officij. 346.1.14
Nomen alicuius quando dicatur appoſitum cauſa demonſtrationis. ibid.1.16
Nomen collectiuum inducit coniunctionem verbalem, quæ reſoluitur per diſtributiuum. 514.1.37
Nomina ſonantia delictum, quando verificentur. 25.2.27
Nomina debitorum comprehenduntur ſub legato omnium bonorum. 237.2.34.37
Non veniunt appellatione mobilium, vel immobilium. ibid.36.
Nomina collectiua non alterant ordinem ſubſtitutionis vulgaris. 493.2.27
Sed reſtringuntur ad perſonas, quæ extant tempore delatæ ſucceſſionis. ibid.28
Etiamſi eſſent nomina collectiua geminata. ibid.29

Nominatio.

Nominatio hæredis ad alterius voluntatem, non eſt captatoria. 154.1.4

Notarius.

Notarius aſſerens teſtatorem eſſe ſanum mente, nullam fidem facit. 6.2.6
Notarius, & teſtes quando debeant ſe ſubſcribere in ipſo actu. 41.2.8
Notarius tenetur ad intereſſe, ſi amittit ſubſtantialia teſtamenti. 30.1.17
Omittens ſollemnitatem in teſtamento cœci, tenetur ad intereſſe hæredis, & legatariorum. 42.1.17
Supplet vicem teſtis neceſſarij ad actum. 46.2.7
Quando dicatur ſuſpectus ſi deponeret pro inſtrumento ſuo. ibid.9
Scribens inuentarium debet eſſe rogatus. 54.1.2
Quando poſſit rogare teſtes. 56.1 23
An, & quando computandus ſit in numero teſtium. 141.2.10
Vt ſit teſtis, debet ſe ſubſcribere pro teſte. ibid.11

Notarij onus an ſit perquirere de ſanitate intellectus teſtatoris. 6.2.5
Eius atteſtationi de ſana mente creditur, concurrentibus adminiculis. 8.1.21
Notario aſſerenti non repetiri alios teſtes, an ſit credendum. 41.2.5
Atteſtanti teſtatorem eſſe cœcum, credendum non eſt. 42.1.15
Non eſt credendum, niſi in iis, de quibus rogatus eſt. ibid.1.16
Notarij de conſuetudine ſolent apponere clauſulam, *ſanus mente.* 6.2.7

Notorium.

Notorium non ſolùm dicitur ex ſententia, ſed etiam ex actis. 215.1.26

Nouatio.

Nouatio non inducitur ſuper actione dotis priuilegiata. 271.1.16

Nullus, Nullitas.

Nullus homo poteſt diſponere ſuper impedimentis reuocationis vltimarum voluntatem. 83.1.59
Nullitas poteſt reuocari ab eo, ad cuius fauorem eſt inducta. 179.1.24

Numerus.

Numerus pluralis quando verificetur in ſingulari. 304.2.16
Requirit ſaltem duos. 538.2.14
Quando ſumatur pro ſingulari. ibid.15

Nubendi verbum.

τὸ *Nupſerit*, includit omne tempus, etiam præcedens. 355.1.14

Nuptiæ.

Nuptiæ naturæ contrariæ ſunt intelligendæ de vitio Sodomitico. 26.2.36

O.

Obligatio.

OBligatio naturalis non oritur ex actu ipſo iure nullo. 38.2.11,14
Ambigua declaratur ab obſeruantia. 118.1.8
Bonorum defuncti non comprehendit bona hæredis. 180.1.39
Obligatio bonorum reſpicit futurum euentum, quando non fuit adimpletum. 383.1.53
Cameralis non poteſt habere executionem in non expreſſis. 560.1.24

Obliuio.

Obliuio præſumitur ex lapſu decennij. 78.1.41

Obſeruantia.

Obſeruantia declarat quamlibet diſpoſitionem, tam legis, quàm hominis. 117.2.2
Vt declarat actum præcedentem, debet eſſe immediata, cùm primùm occaſio ſe obtulerit. 118.1.10
Declarat actum, etiamſi non fuerit præſcripta. ibid.1.11

Obſes.

Obſides, & captiui non poſſunt teſtamentum facere. 28.2.55

Occidens ſeipſum.

Occidens ſeipſum, an & quando poſſit facere teſtaſtamentum. 23.2.1
Occidens qui eſt proximior ſuccedit occiſo, donec fiſcus ab illo auferat. 447.2.19
Occidens fratrem nocet omnibus ſequentibus in gradu. 448.1.21
Occiderint ſeipſos cum magno conſilio qui fuerint. 24.1.6

Oddus.

Oddus reiicitur, tanquam ſibi contrarius. 370.1.19
Eius opinio reiicitur, quòd remedium *auth. res qua*, ſit ordinarium. 379.2.7

Oldradus.

Oldradi doctrina *in conſil.* 21. ab omnibus recipitur, & obſeruatur. 357.1.13
Eius opinio recepta eſt, etiam ſi teſtator expreſſerit agnationis conſeruationem. ibid.2.15
Etiam ſi teſtator feciſſet plures gradus ſubſtitutionum, in infinitum. ibid.16
Eius *conſilium* 21. eſſe vbilibet communiter receptum. 398.1.10

Onus.

Onus appoſitum ei, qui ſubſtitutus eſt poſthumo naſcituro, non tranſit ad hæredem inſtitutum ſi ille natus non fuerit. 64.2.19
Quando dicatur iniunctum in executione, non autem in acquiſitione. 155.2.20
Appoſitum in executione pro reſolutione actus, non alterat ſubſtantiam diſpoſitionis. 295.1.22
Aſſumendi cognomen, cenſetur tranſlatum in fideicommiſſarium. 302.1.113
Iniunctum legato, indiuidualiter eſt exequendum. 329.2.2
Aſſumendi cognominis ſemper cenſetur in vim conditionis impoſitum, quod debet impleri ante aditionem. 363.2.28

Opinio.

Opinio communis quæ propriè dicenda ſit. 2.2.4
Fit ex numero illorum Doctorum, qui diſputant articulum. 14.1.53
Non eſt attendenda, quæ iure non probatur. 171.1.17
Opinio communis eſt, pro qua ſtat Accurſius cum duobus aliis. 380.2.24
Opinioni adhærendum eſt, quæ fauet validitati teſtamenti. 50.2.25

Oratio.

Oratio indefinita in legatis non æquipollet vniuerſali. 257.2.37

Ordo.

Ordo ſucceſſiuus inter quos inductus eſſe dicatur. 211.2.94
Ex quibus cauſis inducatur. 487.2.1
Inducitur per vocationem filiorum naſciturorum. 488.1.7
Habet locum in emphyteuſi. ibid.10
Quando filij ſunt ſub poteſtate, ſecus ſi ſunt ſui iuris. ibid.11
Inducitur inter vocatos nomine collectiuo. ibid.2.12
Inducitur ex ratione charitatis, & affectionis. 481.2.15
Non inducitur in vocatione extranei, & eius deſcendentium. 489.1.20
Inducitur ex ratione ſucceſſionis ab inteſtato. ibid.21
Inter ſuccedentes ab inteſtato, quomodo inducatur. 489.2.24
Inducitur ex neceſſitate inſtituendi præciſa, vel cauſatiua. 487.2.3

An inducatur inter fratrem, & eius filios naſcituros. 490.1.29
Inducitur ex veriſimili mente teſtatoris. ibid. 30
Regulariter intelligitur per ſubſtitutionem vulgarem. 491.1.2
Niſi fuerint adiecta verba tractum temporis ſignificantia in futurum. ibid.3
Per vulgarem non inuertitur per ſubſtitutionem factam poſt mortem inſtituti. 492.1.9
Per vulgarem non inuertitur, ſi ſunt ſubſtituti filij naſcituri. 492.1.11
Cauſatus ex ratione neceſſitatis, eſt per vulgarem. ibid.12
Per vulgarem non poteſt tranſire in naturam fideicommiſſi. 493.2.23
In quibus caſibus cenſeatur per fideicommiſſum. ibid.25
Diſtinctionem non eſſe attendendam in vltimis voluntatibus. 391.1.43

P.

Pactum.

PAciſcentes poſſunt imponere onus ſuper fructibus feudi dignitatis. 503.2.22
Paciſcentibus ſuper hæreditate alicuius, nullum eſt acquiſitum ius. 500.2.7
Pactum nudum, quare de iure Ciuili non producat actionem. 4.1.15
Illud non obſeruans, non peccat mortaliter. ibid.19
Pactum de re certa quando dicatur. 376.1.9
Pactum in contractu matrimonij ſuper ſucceſſione Regni aliquando non valet. ibid.13
Pactum de non alienando rem propriam, eſt nullius momenti. 393.1.64
Nec impedit dominij tranſlationem. ibid.65
Et facit præſumi donationem cauſa mortis. ibid. 66
Pactum cum renuntiatione futuri, quando producat effectum de præſenti. 410.2.106
Pactum potius interpretandum ſuperfluum, quàm iuri contrarium. 440.2.32
Pactum redimendi, quando exerceri poſſit contra tertium poſſeſſorem. 473.1.17
Pactum de ſuccedendo alteri etiam cum iuramento non valet. 496.1.3
Non valet etiam ad fauorem piæ cauſæ cum iuramento. ibid.6
Factum cum authoritate Principis valet. ibid. 2. 10
Super certis bonis hæreditatiis, vel ſuper quota ipſius, eſt validum. ibid.13
Contrarium eſſe verius, probatur. ibid.14
Per ſtatutum, vel conſuetudinem poteſt fieri validum. 497.2.26
Ita vt ſemper remaneat reuocabile. 498.1.27
De non ſuccedendo eſt validum, quia non inducit votum captandæ mortis, nec impedit liberam teſtandi facultatem. ibid.28
Pactum viciſſitudinarium, & reciprocum de ſuccedendo, tollit votum captandæ mortis. 498. 2.1
Et quomodo fiat huiuſmodo pactum. ibid.2
Et eſſe validum qui Doctores affirmarint. ibid.3
Pactum, & conuentio ſimplex de quota hæreditatis, non valet. 498.1.20

Pactum de non ſuccedendo negatiuum, & de ſuccedendo affirmatiuum, vtrumque eſt validum accedente conſenſu illius de cuius hæreditate agitur. ibid.30
De non ſuccedendo negatiuum firmatur iuramento. ibid.31
Reciprocum de ſuccedendo inter coniuges, eſt validum. 499.1.7
Pactum & conuentio de ſuccedendo in feudalibus non nocet agnatis. ibid.2.12
De ſucceſſione viuentis eſt validum de conſenſu illius, cuius eſt hæreditas. 500.1.1
Pactum quòd primogenitus ſuccedat in omnibus bonis allodialibus, non valet. 501.2.1
An habeat effectum donationis cauſa mortis. ibid.2
In certis bonis ſpecificè nominatis, eſt validum. ibid.3
Declarandi facultas poſt mortem extinguitur. ibid.2.4
Pactum in contractu matrimonij, quòd primogenitus ſuccedat, poteſt reuocari. 502.1.5
Quia intelligitur, ſi paciſcentes in eadem voluntate permanſerint. ibid.6
Idem in maioratu, qui poteſt reuocari. ibid. 7
Pactum in contractu matrimonij quòd ſuccedat primogenitus in feudalibus eſt validum, quando de iure ille ſuccedit. 503.2.19
Pactum in contractu matrimonij de relinquendo omnia bona primogenito, præter legitimam aliis filiis, an ſit voluntas patris inter liberos. ibid.1. 14
Quòd ſuccedat primogenitus non habet locum in illis regnis, in quibus ſucceſſio debetur iure ſanguinis, & regni. 504.1.17
Vt eſt in regno Franciæ. ibid.28
In quo tale pactum aliquando fuit reprobatum. ibid.29
Pactum de non reuocando non impedit donationem cauſa mortis poſſe reuocari. 508.2. 9
De reemendo poteſt exerceri à ſingulis venditoribus inſolidum. 520.1.34
Pacta quælibet matrimonio adiecta ſequuntur illius naturam. 376.1.12
Inueſtituræ non debent ſtare fruſtratoriè. 454.1. 30
Futuræ ſucceſſionis vtroque iure ſunt prohibita. 495.2.1
Sunt contra bonos mores, quia votum captandæ mortis inducunt. ibid.2

Paganus.

Paganus non poteſt directò ſubſtituere in codicillis, neque poſt pubertatem. 556.1.17.

Palatium.

Palatium intra fines præſumitur feudale. 372.2. 49

Papa.

Papa ſolus poteſt commutare voluntates ad pias cauſas. 86.2.22
De plenitudine poteſtatis poteſt commutare morientium voluntates, etiam ſine cauſa. 87. 1.24
Poteſt donata Eccleſiis, etiam laicis donare. ibid. 25

Par.

Paria ſunt, aliquem excludi repudiatione, vel morte. 346.2.25

Patia ſunt in vltimis voluntatibus res non eſſe teſtatoris,& poſt eius mortem deſinere eſſe ſuas. 400.2.45

Paragraphi iuris.

§. *Illud.auth.de monach.* non eſt correctus per Concilium. 19.2.9

§. *Hac autem. auth.vt cùm de appellatione cognoſc.* declaratur. 30.1.18

§. *Aliud quoque capitulum.auth. vt cùm de appell. cognoſc.* declaratur. 50. 2. 24. 313.2.27.567.1.36

§. *Sed & hoc præſenti. auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* declaratur. 53.1.57

Et reprobatur intellectus Menochij. ibidem. 58

§. *In primo. C. de caduc. tollend.* habet locum ſolùm in legatis pro non ſcriptis, ſecus in inſtitutione, & hæreditate. 66.1.43

§. *Poſthumo. Inſt. de legat.* declaratur. 105. 2. 8,9

§. *Prouinciarum. auth. vt facta noua conſtitutiones*, declaratur. 136.2.21,28

§. *Commodum. Inſt.de interdict.* quomodo intelligatur. 207.1.16

§. *Reſponſa prudentum. Inſt. de iure naturali*, inducitur,& declaratur. 227.2.32

§. *Quos autem. Inſt. de bon. poſſ.* intellectus. 231. 2.10

§. 1. *Inſt. de vſufruct.* declaratur. 235.2.13

§. *Sed & hoc præſenti. auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* declaratur. 254.2.9

§. *Item mixta. Inſt. de action.* declaratur. 262.2. 34

§. *Nos igitur. auth. de reſtit. fideicommiſſi*, declaratur. 364.1.38

§. *Titius. ſi de feudo defuncti*, quomodo intelligatur. 499.2.16

§. *Sancimus. in Authent. de hæred. & falcid.* quare fuit factus. 522.2.14

§. *Sed quia heres. Inſtit. de fideicommiſſar. hæredit.* intellectus verus. 524.2.6

Parentes.

Parentes qui non poſſint facere ſubſtitutionem pupillarem. 591.1.39

Parochus.

Parochus vbi adhibeatur vt Notarius ad faciendùm teſtamentum. 40.2.31

Parochi proprij præſentia non fuit inducta à Tridentino ad tollendam clandeſtinitatem, ſed reſpectu iuriſdictionis. 439.2.15

Pars.

Partes adiectæ in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione. 149.2.23

Veniunt appellatione totius. 334.2.14

Pater.

Pater non poteſt ex perſona filij conqueri de onere impoſito à matre ſuper legitima ipſius. 14. 1. 43

Super legitima filij in bonis maternis vnita cum tota hæreditate nullum intereſſe prætendere poteſt. ibid.46

Habet vſumfructum in feudo aduentitio filij. 16.2.74

Colligit fructus feudi filij iure patriæ poteſtatis. ibid.75

Ratione commoditatis percipiendi fructus feudi ad filium pertinentis eſt legitimus adminiſtrator. ibid.76

Non poteſt conſenſum præſtare filio ad eius commodum. 18.1,101

Legitimans, non poteſt excludere filios ab eius ſucceſſione. 108.2.11,19

Non poteſt facere, vt filij legitimati ſint ſui, & ſibi non ſuccedant. 109. 1. 24

Non adit hæreditatem mortuo filio. 192. 2.3

Aliquando non eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij. ibid.4

Solus hæreditatem aduentitiam filio delatam adit, ſi ille repudiet. 193.2.18

Adit hæreditatem filio furioſo delatam. 194.1. 29

Pro filio hærede, quando intentet remedium l.fin. 205.2.10

Eſt legitimus adminiſtrator filij ſolùm in iis, in quibus habet vſumfructum. 226.1. 15

Tenetur ſubminiſtrate expenſas filio ſtudioſo, volenti incumbere. 277.1.12

Et hoc ſolùm infra quinquennium, & non vltrà. ibid.

Vbi ex lege municipali poteſt diſponere de quinta parte bonorum, poteſt illam legare ſpuriis. 479.2.32

Quando dicatur cognoſcere filiam vt ſuam. 289. 1.73

Non poteſt bona ſua ſupponere fideicommiſſo in præiudicium dotis debitæ filiæ ſuæ. 381. 1.27

Non poteſt grauare filium, vt de fructibus ſuæ legitimæ ſoluat dotem filiæ. 395.1.96

Quando cogatur iure actionis, & quando iudicis officio ad dotandam filiam. ibid.94

Non nocet filiis in delicto communi, ſecus in delicto feudali. 450.1.44

Non poteſt priuare filios iure primogenituræ. 504.1.25

Niſi ex cauſa quæ debet exprimi à patre, & probari per hæredem. ibid.26

Pater primus acquirens poteſt facere pactum quòd primogenitus ſuccedat. ibid.30

Poteſt præiudicium facere filiis, & ſucceſſoribus. ibid.2.31

Et multò magis poteſt facere primogenituram. ibid.32

Pater non poteſt præſtare conſenſum donationi cauſa mortis ſibi faciendæ per filium. 506. 1.8

Patris conſenſus in donatione filij an requiratur ratione ſui præiudicij. 506.1.11

Imò requiritur pro authoritate actus, ſecundùm veriorem opinionem. ibid.12

In donatione filij requiritur ratione patriæ poteſtatis. ibid.2.14

Patria.

Patria quælibet ſuo ſenſu abundat. 114. 1.32

Patruus.

Patruus quando excludat nepotem ex primogenito. 407.2.59

Paul. de Caſtro.

Pauli de Caſtro opinio circa ordinem ſucceſſiuum per fideicommiſſum eſt communiter reprobata. 492.1.8

Pauper.

Pauperes, ſi non ſunt electi per commiſſarium, Epiſcopus eliget. 58.1.14

Pauperes

Pauperes dicuntur, etiam qui viuere non poſſunt ſecundùm qualitatem perſonæ. 262.1.22

Pecunia.

Pecunia quanta præſumatur præſidij loco eſſe comparata. 237.1.31
Succedit loco fructuum, quæ imputanda in quartas. 393.2.77
Pecuniæ non continentur in legato mobilium. 236.1.27

enſio.

Penſionis ſolutio cur ſit debitum neceſſarium. 270.2.8

Peregrinus.

Peregrini non poterant condere teſtamentum, hodie poſſunt. 27.1.46
In quibus locis nihil poterant acquirere, nec diſponere, & quomodo habiles facti fuerint. ibid. 2.48

Peregrinus I.C.

Peregrinus *articul*, 32. *numer.* 64. reprobatur. 162.2.16
Reprobatur *in art.* 15. *n.* 12. 175.1.25
In conſil. 139. *volum.* 5. 357.1.14.17
In conſil. 50. *vol.* 3. 400..37
In conſil. 1. *vol.* 2. 405.1.14
In art. 15. *num.* 26. 425.2.41
In conſil. 27. *vol.* 3. 440.1.28
In d. conſil. 54. *vol.* 1. reprobatur ex ſuiſmet ſcriptis *in conſil.* 30. *vol.* 3. 544.1.24
Reprobatur per falſas eius allegationes *in conſil.* 54. *vol.* 1. ibid. 26
Peregrini opinio reprobata à Menochio. 371.1.33
Reprobatur ex mala legum inductione. 391.1.38
De fructibus fideicommiſſi conditionalis reprobatur. 393.1.69
Reprobatur circa intellectum *l. ſi Titius, & l. coheredi, in princip. ff. de vulgari*, quæ intelliguntur etiam in fideicommiſſaria. 426.1.4
In conſil. 58. *num.* 15. *vol.* 1. non eſt recipienda. 479.2.13, 17
Circa ordinem ſucceſſiuum filiarum ſtante ſtatuto, reprobatur. 489.2.25
Eius authoritas deficit ex falſis allegationibus. 540.2.19

Permiſſio.

Permiſſio legis in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto. 472.2.6
Facta ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum. 476.1.3

Permutatio.

Permutata bona veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi. 395.1.98

Perſona.

Perſona non exempta delinquens in loco exempto, remanet ſub poteſtate ſtatuentium. 143.1.6
Perſona ſola capientis, non autem intermedia, conſideranda eſt. 560.2.20
Perſonæ miſerabiles, quæ ſint. 261.2.18
τὸ *Pertinere*, eſt commune. 563.1.3
τὸ *Perueniat*, eſt commune, ſicut verbum *ſubſtituo.* 537.2.2
τὸ *Peruenire*, eſt obliquum, & requirit alterius miniſterium. 343.2.63

Petitio.

τὸ *Peto*, importat fideicommiſſum, ſicut verbum *volo.* 369.1.7
Petitio hæreditatis, non datur in legitima. 210.2.78
Facti, requiritur contra eum, qui tenetur ad faciendum. 263.1.36

Pia cauſa.

Pia cauſa, & filij, ſunt æquiparati reſpectu ſucceſſionis. 98.2.51
Pia cauſa, præualet admixta cum inſtitutione hæredis. 125.2.4
Propter maiorem dilectionem cenſetur pupillariter ſubſtituta. 127.1.6
Non reperitur priuilegiata contra filios. 130.2.7
Admittitur contra matrem ex tacita pupillari. 131.1.12
In dubio pro ea iudicandum. 274.2.55
Non dicitur priuilegiata in præiudicium aliorum. 290.2.15
Et ſemper in dubio contra piam cauſam, quando non reperitur expreſsè priuilegiata. ibid. 14
Non dicitur liberatio carceratorum, etiam ſi non ſint pro maleficio. 380.2.23
Habet priuilegia militibus conceſſa. 496.1.7
Non dicitur priuilegiata contra expreſſas regulas iuris communis. 560..25
Piæ cauſæ in dubio fauendum eſſe. 130.1.1
Plus fauendum eſſe, quàm filiis, qui dixerint. ibid. 2
Non eſt fauendum, niſi vbi ſpecialiter eſt priuilegiata. 264.1.52
Eſt fauendum quando verba patiuntur. ibid. 53
Non eſt fauendum contra regulas iuris communis. ibid. 56
Piæ cauſæ non eſt fauendum per verba ſubintellecta. 560.2.26

Pietas.

Pietas non conſiſtit in nomine pietatis, ſed in ſubſtantia. 261.2.16, 23

Pignus.

Pignus remanet indiuiſum tam actiuè, quàm paſſiuè. 184.2.42
Pignus, & hypotheca, an, & quando poſſint eſſe ſuper re propria. 321.1.113

Pluralitas.

Pluralitas non reſoluitur in ſingularitates in extraneis. 409.2.74

Pœna.

Pœna applicatur læſo in vltionem ſuæ iniuriæ. 189.1.13
Non imponitur, niſi liquidò conſtet de culpa, & dolo. ibid. 2.14
Impoſita ob iniuriam paſſi, debet applicari offenſo. 347.2.37
Pœna confiſcationis ſublata per ſtatuta ex cauſa rationabili. 446.1.2
Pœna debetur in caſu contrauentionis alienationis. 472.2.11
Vt veſtiat prohibitionem, debet eſſe reſpectu rei prohibitæ. 485.2.8

Portio.

Portio deficiens accreſcit coniuncto cum onere. 64.1.14

Accreſcit cohæredibus pro portionibus hæreditariis. ibid.2.15
Quando accreſcat cum onere, & quando ſecus ibid. 16
Accreſcit cohæredi inſtituto in re certa. ibid. 17
Portio cohæredis quæ habetur pro non ſcripta accreſcit cohæredi cum onere. 66.1.39
Pro non ſcripta accreſcit collegatario ſine onere. ibid.42
Portio accreſcens poſſidetur eodem iure, ſicut poſſidebatur à primo. 380.1.13
Portio filij exhæredati an accreſcat fratribus, vel hæredi. 515.2.2
Accreſcit hæredi. ibid.4,10
Portio deficiens accreſcit hæredi etiam inuito. 518.1.3
Quando accreſcat cum onere. ibid.5
Etiam in legatariis coniunctis vel verbis tantùm, vel re & verbis, ſecus ſi re tantùm. ibid.6
Portiones in inſtitutione cenſentur repetitæ in ſubſtitutione. 538.1.7
Niſi aliqui fuerint coniuncti re, & verbis. ibid.8

Portus.

Portus hoſtium an ſint regulandi de iure gentium. 140.1.19

Poſitio.

Poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis cenſentur vocati. 541.2.6
Et quando ſint reciprocè ſubſtituti. ibid.7
Secus ſi ſint poſiti ſimpliciter in conditione. ibid.8

Poſſeſſio, Poſſeſſor, Poſſeſſorium.

Poſſeſſio transfert onus probandi in aduerſarium. 21.2.31
Poſſeſſio rei feudalis continuatur in hæredes ſuos. 216.2.45 Contrarium. ibid.46
Poſſeſſio non acquiritur propter incertitudinem. 219.2.16
Debet eſſe ſine vitio, vt quis ſit legitimus contradictor. 220.1.22
Vitioſa quando dicatur. ibid.23
Vitioſa non dicitur quando quis ingreditur vigore clauſulæ conſtituti. ibid.2.14
Dicitur legitima per conſtitutum in diuiſione inter fratres. ibid.26
Dicitur legitima ſi capta eſt authoritate propria, de licentia teſtatoris. ibid.27
Poſſeſſio bonorum legatorum quæ eſt in hærede, remanet affecta legato. 321.2.116
Poſſeſſio in feudalibus ſemper continuatur in proximè ſucceſſurum. 447.2.18
Continuatur in immediatè ſucceſſuros vigore ſtatuti. 449.1.33
Poſſeſſio caſtri tranſit ſimul cum iuriſdictione vigore ſtatuti. ibid.34
Poſſeſſio ciuilis quam habet fideicommiſſarius, præferenda eſt naturali, quam habet hæres vigore ſtatuti de illa continuanda. 464.1.6
Longiſſimi temporis quomodo probetur. 467.2.8
Poſſeſſor tenetur reſtituere, quando deficit titulus. 38.1.8
Poſſeſſor illegitimus poteſt à iudice ſpoliari, etiam non citatus. 207.1.37
Sine titulo non eſt legitimus contradictor. 218.2.2,6
Poſſeſſor quilibet eſt citandus, vt amoueri poſſit. 218.2.4
Etiam ſtante clauſula, Amoto poſſeſſore. ibid. 5
In iudicio immiſſionis hæredis, quæ allegare poſſit. ibid.7
Etiam nullam habens cauſam poſſidendi non tenetur reſtituere poſſeſſionem niſi ei qui docet de iure ſuo. 219.1.8
Aliquando abſoluitur per non ius actoris. ibid.9
Admittitur ad probandum, defunctũ non poſſediſſe de tempore mortis. ibid.10
Eſt legitimus contradictor, quando habuit poſſeſſionem ab hærede. ibid.14
Cum titulo, eſt legitimus contradictor, & impedit immitti hæredem. 220.1.20
Et probatur in fideicommiſſario, & legatario, & donatario. ibid.21
Poſſeſſor legitimus etiam debet reſtituere hæredi ad effectum faciendi detractiones. ibidem. 2.28
Poſſeſſor factus cum clauſula, ſine præiudicio, habetur pro non poſſeſſore. 221.1.30
Cum derogatione fideicommiſſi eſt legitimus contradictor contra fideicommiſſarium. ibid.2.37
Poſt mortem teſtatoris ſi oſtendat iuſtum titulum, eſt legitimus contradictor. ibidem 40
Poſſeſſore opponente exceptiones concernentes petitorium, probationes incontinenti fieri debent. 219.1.12
De ſua poſſeſſione non amouetur, niſi plenè diſcuſſis ſuis iuribus. ibid.13
Poſſeſſores omnes poſt litis conteſtationem dicuntur malæ fidei. 324.2.151
Poſſeſſorium hæreditatis temporalis eſt temporale, & cognoſcitur à iudice ſæculari. 207. 2. 41
Etiam rerum ſpiritualium eſt temporale. ibid 42
Quando poſſit ſeparari à titulo. 208.1.48
Quando habeat complicatam cauſam præſumptionis falſitatis. 221.2.36
τὸ *Poſſit*, importat neceſſitatem. 343.2.62

Poſthumus.

Poſthumus non mutus adhuc, eſt capax ſucceſſionis ex teſtamento. 105.2.10
Alienus, de iure antiquo poterat hæres inſtitui. 106.1.16
Non poteſt hæres inſtitui de iure ciuili, ſecundùm communem. 227.1.25
Contrarium eſt verius, etiam ante Gallum. ibid.26
Poſthumi alieni inſtitutio quare reddatur inualida. 106.1.12
Poſthumo alieno fideicommiſſa relinqui poſſe. 105.1.4
Poſthumorum inſtitutio quare vitiatur. 105.1.7, 11

Potentia.

Potentia ſuccedendi in parte caducata, non tranſmittitur ad filios. 359.2.40
Potentia ſuccedendi patris aliquando non tranſmittitur ad filios. 360.1.49
Quando ſit prorſus inanis. ibid.50
Potentia ſuccedendi cum excluſione aliorum tranſmittitur, quando illa qualitas inceperit in capite lineæ. 405.1.17

Potentia

Potentia ſuccedendi tranſmittitur ad filios, quando qualitas inceperit à capite lineæ. 427. 2.70
Eſt prorſus inanis. 428.1.71

Poteſtas.

Poteſtas patria non eſt in conſideratione reſpectu aditionis hæreditatis, nec reſpectu inſinuationis donationis. 195.2.23
Non eſt conſiderabilis de iure prætorio. 226. 1. 13
Extinguitur per ingreſſum religionis. 595. 1.16
Poteſtas inter partes poteſt eſſe non per viam legis condendæ. 231.2,18
Poteſtatis plenitudo, quid ſit. 89.2.16

Præcedentia.

Præcedentia inter concurrentes lineas ad electionis imperialis dignitatem, reſpectu deſcendentium ex Duce Saxoniæ, quomodo terminanda. 433.2.28
Et quomodo reſpondeatur collegio Patauino, & Iacobo Gallo defendentibus opinionem contra D.Martam. 434.1.29

Præceptum.

Præceptum cum clauſula iuſtitiæ eſt faciendum in via executiua. 210.1.69

Prælatus.

Prælatus habens facultatem teſtandi, non poteſt diſponere de mobilibus Oratorio ſuo priuato applicatis. 22.2.44
Prælatus, & tutor præſumuntur contrahere nomine adminiſtratoris. 94.1.75
Prælati quando præſumantur acquiſiuiſſe bona ex ſuo proprio patrimonio. 21.2.29
Quando de bonis Eccleſiæ. ibid.33
In dubio ex quibus bonis præſumantur acquiſiuiſſe. ibid.34
Habentes patrimonium debent facere inuentarium authenticum ſuorum bonorum, aliàs ſunt in culpa. ibid.35
Poſſunt teſtamenta facere de omnibus bonis, ex permiſſione Papæ. ibid.37
Habentes facultatem teſtandi debent ſeruare ſollemnitates à iure requiſitas. ibid.38

Prælegatum.

Prælegatum eſſe nullum, & ex mente non venire in reſtitutionem, ſimul ſtare poſſunt. 305.1.27
Prælegatum dari non poteſt, quod à ſolo codærede capiatur. 392.1.51
Prælegatum dotis non venire in reſtitutionem fideicommiſſi. ibid.52
Prælegatum dotis quando pro portione hæreditaria veniat in reſtitutionem fideicommiſſi. 392.1 55
Prælegati portio, quæ à cohærede accipitur, imputatur in falcidiam ope exceptionis. 335.2.14
Prælegata facta eodem hæredi inſtituto, non valent. 305.1.22
A ſeipſo grauato de reſtituendo, non veniunt in reſtitutionem. ibid.33
Prælegata an, & quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſi. 390.2.32
Solùm pro portione hæreditaria veniunt in reſtitutionem. ibid.33
Pro portione propria dicuntur haberi titulo hæreditario. ibid.35
Siue ante, ſiue poſt fideicommiſſum facta ſint, ſolùm pro portione hæreditaria reſtituenda ſunt fideicommiſſario. 391.1.36
Siue ante, ſiue poſt fideicommiſſum facta, eſſe reſtituenda, qui probent communem non eſſe veram. 391.1.42
Non veniunt appellatione hæreditatis. ibidem 2.48
Veniunt pro portione hæreditaria. ibid.49
Imputantur in falcidiam pro portione hæreditaria. 535.1.13
Prælegatorum, & fideicommiſſorum differentia. 413.1.15
Prælegatis cenſetur renunciatum per diuiſionem. ibid.16

Præſcriptio.

Præſcriptio iuris adeundi hæreditatem aduentitiam, currit contra filium. 193.2.20,22
Præſcriptio fit etiam eorum quæ ſunt facultatis priuatæ. 308.2.69
Currit contra fideicommiſſarium, etiam non facta ſibi reſtitutione. 430.1.95
Contra fideicommiſſarium non nocet ſucceſſoribus in fideicommiſſo. ibid.2.92
Longi temporis non habet locum in fideicommiſſis. 467.1.6
Secus eſt de præſcriptione longiſſimi temporis. ibid.2.7
Annalis non currit, niſi ſpecificè ſit expreſſa. 499. 2.18
Præſcriptionis exceptio debet opponi in proceſſu, & non ſufficit opponi in allegationibus. 217. 1. 54
Quando dicatur incontinenti probari. ibid. 2. 55
Præſcriptione acquiratúrne dominiũ vtile, vel directum. 217.1.51
Acquiritur dominium vtile, & directum, diuerſis reſpectibus. ibid.53

Præſentia.

Præſentia conſanguineorum quando introducatur pro forma actus. 133.2.19

Præſumptio.

Præſumptio fraudis ob non confectum inuentarium tollit præſumptionem quòd hæres ſoluerit de ſuo. 172.1.29
Præſumptio quando ſit iuris, & de iure. ibidem 30
Præſumptio ex coniunctione ſanguinis tollitur per præſumptionem ignorantiæ tanti valoris. 268.1. 10
Præſumptio duplex non eſt ſumenda ex eodem fonte. 359.1.33.
Præſumptio ſubtractionis bonorum ob omiſſionem inuentarij non habet locum in Trebellianica. 523.1.16
Æqualitatis ſeruandæ excludit præſumptionem pupillaris tacitæ. 579.1.21
Præſumptiones iuris releuant ab onere probandi, ſed non ab onere allegandi. 7.1.9

Prætor.

Prætor an habeat authoritatem legis condendæ. 231.2.8,16
Per viam iuriſdictionis conſtituit ius inter partes. 231.2.17
Interpretando corrigere poteſt legem. ibid.19

Pretium.

Pretium ſuccedit loco rei. 467.1.5
Reſpectu cuius temporis ſit reſtituendum. 468. 1.16

Primogenitura, Primogenitus.

Primogenitura poteſt erigi à Principe in præiudicium agnatorum. 91.2.34

Conſtituta in numero ſingulari, comprehenditur quilibet primogenitus ſucceſſiuè. 345. 2. 10
Nihil aliud eſt, quàm fideicommiſſum. 346. 2. 23
Super feudo recto non potuit fieri in præiudicium vocatorum. 449.2.39
Primogenituræ confirmatio cenſetur facta reſpectu præiudicij conſentientium. ibid.40
Primogenitus præſumitur magis dilectus inter filios maſculos. 148.2.7
In quibus feudis ſuccedat. 163.2.23
Primogenitus familię vocatus non venit iure tranſmiſſionis. 408.2.65
Primogenitus ſuccedit ad dignitatem indiuiſibiliter. 503.2.20
Tenetur conferre partem pretij feudi ſecundo genito. 504.2.33
Æſtimandi de tempore mortis. ibid.34

Princeps.

Princeps ex iuſta & probabili cauſa poteſt alterare teſtantium voluntates de iure gentium. 5. 1. 31
Pro bono pacis publico poteſt compellere aliquos ad contrahendum matrimonium. ibid 32
Pro bono publico poteſt derogare iuri gentium. ibid.33
An poſſit tollere pœnam indictam de iure diuino. ibid. 34
De poteſtate ordinaria tollit acquiſita median te iure ciuili. ibid.2.40
Poteſt diſpenſare, quòd copia teſtamenti plenè probet. 45.1.36
Tollit omnes defectus iuris poſitiui. 73.1.3
Non tollit defectus iuris non ſpecificatos. ibidem 4
Tollit defectum ſubſtantialis ſollemnitatis.ibid. 2.8
Non poteſt approbare teſtamentum furioſi.ibid. 10
Poteſt reuocare teſtamentum factum ab aliquo. 86.1.12
Poteſt occurrere libertati condendi teſtamenti. ibid.13
Non poteſt penitus tollere libertatem faciendi teſtamenti. ibid.14
Niſi concurrente magna cauſa. ibid.15
Propter iuſtam cauſam poteſt mutare voluntates morientium. ibid.16
Non poteſt reuocare teſtamentum poſt mortem teſtatoris, & hæreditatis aditionem. ibid.2.17
Non poteſt confirmare teſtamentum nulliter factum poſt mortem teſtatoris. ibid.18
De poteſtate abſoluta poteſt mutare, alterare, & reuocare morientium voluntates, etiam ſine cauſa. ibid.21
Eſt Dei miniſter, maritus reipublicæ, & pater patriæ. 88.1.1
Poteſt ex cauſa ius diuinum limitare. ibidem 2
Sine cauſa non poteſt derogare iuri naturali, vel gentium. 89.1.6
Nihil debet attentare in præiudicium iuriſdictionis alterius. ibid.9
Poteſt obligare ſuos ſubditos ad obſeruantiam legis in foro conſcientiæ. ibid.10
Si lex facta eſt ad bonum publicum, ſecus ad priuatam vtilitatem. ibid.11
De plenitudine poteſtatis poteſt rem alterius auferre, & dare alteri. ibid.2.14,23
Etiam ſine cauſa poteſt aliquem priuare iure ſuo. ibid.15
Auferens bona alterius ob publicam vtilitatem, debet ſoluere pretium. 90.2.28
De plenitudine poteſtatis non aufert ius alterius acquiſitum ex contractu. 91.1.30
De plenitudine poteſtatis poteſt præiudicare in iure quærendo. ibid.31
Poteſt tollere filio potentiam ſuccedendi patri. ibid.2.35
Poteſt tollere ius adeundi hæreditatem.ibid. 37
Poteſt mutare omnes clauſulas teſtamentorum. ibid.39
Poteſt infectos, vel ſuſpectos de peſte, de ſuis domibus expellere, & eorum bona mandare comburi. ibid.40
Propter publicam vtilitatem quamcumque legem condere poteſt. 92.1.41
Propter pacem publicam poteſt tempore belli damna ſubditis illata remittere in perpetuum. ibid.42
Etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt tollere defenſionem naturalem in criminalibus, nec in ciuilibus. ibid.43
Poteſt tollere defenſionem in iudiciis ex iuſta cauſa. ibid.2.50
Poteſt inferre ius quæſitum, quando ipſe fuit cauſa acquiſitionis. 93.1.55
De plenitudine poteſtatis non poteſt reuocare priuilegium, quod tranſiuit in contractum. ibid.58
Non vtitur plenitudine poteſtatis contra non ſubſidium. ibid.60
Debet habere conſtantem voluntatem. ibidem 62
Reuocando priuilegium pręſumitur circumuentus à miniſtris. ibid.2.63
Non poteſt reuocare ius quæſitum tertio ex contractu ſuo. ibid.69
Dicitur contrahere tanquam priuatus. 94.1.73
Suſtinet duas perſonas. ibid.74
In dubio præſumitur reſcribere ſecundùm leges. ibid.76
Nec præſumitur velle facere præiudicium.ibid. 77
Aliquando præſumitur vti plenitudine poteſtatis. ibid. 2.79
Ex cauſa poteſt tollere liberam teſtandi facultatem. 134.2.1
Non poteſt inſtitui ſub conditione, vt litem proſequatur. 152.2.14
An poſſit facere ſtatutum, vt filij ſpurij ſuccedant. 307.1.50
Poteſt facere, vt filij ſpurij ſuccedant patribus, ſicut ſuccedunt matribus. ibid.52
Poteſt legitimare filium ſpurium, vt ſibi ſuccedat. ibid.54
Princeps conſentiens cenſetur reſeruaſſe ſibi futuras deuolutiones. 450.1.41
Conſentiendo ſuper particulari ſucceſſione in feudalibus facit gratiam. 497.2.22
Poteſt conſentire ſuper pacto de ſuccedendo in feudalibus. 496.2.12
Principi auferens rem alterius ſine cauſa, non tenetur obedire. 90.3.24
Principes etiam mali ſunt tolerandi, neque ſubditi aliquid opponere poſſunt. 90. 1. 18

Princi

Principes habent dominium diſponendi de rebus ſui ſtatus,lege non prohibente. ibid.19
Non tollunt ius alterius,niſi vrgente neceſſitate. ibid.20
Auferentes iura alterius, tenentur dare excambium. ibid.21
Non dicuntur poſſe quod cum peccato poſſunt. ibid.22
Principes auferentes rem alterius cum cauſa,tenentur dare excambium. ibid.26
Poſſunt auferre rem alterius, quando aliter paci conſuli non poteſt. ibid.27
Non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt facere pactum de ſuccedendo. 496.2.11

Priuatus,Priuatio.

Priuatus ob contrafactionem intelligitur in quibus ius non reſiſtit. 189.2.15
Priuatio,& beneficium non poſſunt ſequi ex eodem facto. 530.2.24

Priuilegium.

Priuilegium perſonale non egreditur perſonam, & ad alium non transfertur. 13.2.40
Priuilegium non dicitur ablatum, ex eo quia Princeps illud reducit ad terminos iuris communis. 93.1.57
Non ſubdito conceſſum, reuocari non poteſt. ibid.59
Non ſubdito conceſſum propter quam cauſam reuocari poſſit. ibid.2.64
Aliquando ſapit naturam, facio vt facias. ibid. 65
Conceſſum in præmium remunerationis reuocari non poteſt. 94.1.71
Priuilegium eius,qui tractat de lucro captando,non eſt attendendum contra eum, qui tractat de damno vitando. 145.2.33
Priuilegium actionis perſonalis pro dote non tranſmittitur ad hæredes. 410.1.84
Priuilegium ſpecialiter conceſſum non poteſt competere fiſco. 451.1.60
In ſpecie ſuperat priuilegium in genere.526. 1. 21.
Priuilegio conceſſo ratione reuerentiæ renuntiari poteſt, ſecus ſi ratione contractus. 175. 2. 31
Priuilegia teſtandi conceſſa militibus, cenſentur conceſſa clericis. 21.1.24
Quæ tranſeunt in contractum, nullatenus poſſunt reuocari. 93.1.61

Priuilegiatus.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum. 263. 1. 38 & 103. 1. 25
Contra priuilegiatum vtitur iure communi.526. 1.19

Probatio.

Probatio legitima voluntatis debet fieri per ſeptem teſtes. 115.2.15

Procurator.

per Procuratorem quæ explicari poſſint. 141. 1.3

Prodigalitas,Prodigus.

Prodigalitatis cauſa quomodo debeat expediri, & cuius citatio requiratur. 27.1.45
Prodigus pronuntiatus, non poteſt teſtamentum facere. ibid.43
Si poſtea frugaliter viuat,non deſinit eſſe prodigus,niſi denuo declaretur frugalis. ibid.44

Proditor.

Proditor quis dicatur. 446.2.6

Productio.

Producens ſcripturam in iudicio poteſt illam impugnare. 68.2.22
Productio ſcripturæ in iudicio non alterat illius qualitatem. ibid.21
Productio ſcripturæ in parte, & partibus, ſemper cenſetur in totum approbata. 336.2.21

Prohibitio,Prohibitorium,Prohibitus.

Prohibita venditione, cenſetur prohibita omnis alienatio. 371.2.37
Prohibitio alienationis non cenſetur repetita in ſecundo teſtamento. 117.1.12
De non alienando lite pendente, non habet locum in alienatione, quæ fit in vltima voluntate. 152.2.12
Prohibitio alienationis facta hæredi non cenſetur facta hæredi hæredis. 162.1.6
Prohibitio ne bona alienentur extra familiam,comprehendit ſolos hæredes ſanguinis. 164.1.27
Non moleſtandi ſub pœna,comprehendit etiam moleſtiam iuris. 188.2.2
Facta hæredi quando afficiat etiam ſubſtitutum. 249.2.50
Prohibitio alienationis potius cenſetur facta ad fauorem filiorum, quàm vt inducat fideicommiſſum reciprocum inter prohibitos. 354. 1. 35
Quando eſt conſecutiua ad fideicommiſſum. 356.1.4
Prohibitio alienationis nuda,vt familiæ remaneant bona,inducit fideicommiſſum in caſum contrauentionis. 369.2.12
Nuda,eſt incerta,& nulla. 370.1.15
Prohibitio de non alienando non afficit eum, qui non fuit vocatus,ſed ſucceſſit ab inteſtato. ibid. 2.25
Prohibitio alienationis extra familiam, & in caſum contrauentionis vocatis aliis de familia,dicitur ſolum in caſum contrauentionis.371.2.35
Extra familiam,vel extra deſcendentes,nulla adiecta ratione dicitur fideicommiſſum contrauentionis. ibid.36
Prohibitio venditionis, & alienationis, inducit fideicommiſſum in caſum venditionis inter viuos. ibid.37
Prohibitio alienationis facta in contractu, etiam ſine cauſa eſt valida, & non importat fideicommiſſum in caſum mortis. 372.1.43
In bonis antiquis etiam ſine cauſæ expreſſione eſt valida. ibid.44
Idem ſi bona ſint expreſsè per legem alienari prohibita, & prohibitio legis concurrat cum prohibitione hominis. ibid.45
Vt inter deſcendentes conſeruentur inducit fideicommiſſum in caſum mortis, ſi verba denotantia perpetuitatem appoſita ſint. 373.1. 56
Vel dictum fuerit,de deſcendentibus in deſcendentes,vel de hæredibus in hæredes. ibid.57
Vt conſeruentur inter deſcendentes, eadem eſt, ſicut ſi dictum ſit,vt conſeruentur in familia. ibid.58
Quando dicatur realis. 373.2.60
Quando dicatur acceſſoria fideicommiſſi præcedentis,& ab eo reſtringenda ſit. ibid.62
Facta poſt pupillarem ſubſtitutionem ab ea regulanda eſt,etiamſi verba eſſent apta comprehendere

hendere fideicommiſſum in caſum mortis. 374.1.63
Facta in penitus ſeparata parte teſtamenti, non regulatur à fideicommiſſo præcedenti, ſed nouum fideicommiſſum inducit. ibid.64
Refertur etiam ad fideicommiſſum immediatè ſequens. ibid.65
Et interpretanda eſt, vt non eneruet vires fideicommiſſi. ibid.66
Facta ad tempus, finito tempore non ſunt eneruatæ vires fideicommiſſi præcedentis. ibid.67
Sed contraria opinio eſt verior. ibid.68
Verbis ampliſſimis facta, non ſtat conſecutiuè ad fideicommiſſum præcedens, ſed nouum fideicommiſſum inducit. ibid.2.71
Idem ſi prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum reale. ibid.72
Quando eſt expreſsè facta, tunc non eſt facienda diſtinctio an ab ignorante, vel à ſciente facta fuerit. 371.1.27
Facta in contractu, quando non differat ab ea quæ fit in vltima voluntate. 384.1.61
Prohibitio de non alienando inter viuos comprehendit aliquando caſum mortis. 399.1.18
Prohibitio alienationis facta filiis, non extenditur ad nepotes. 404.1.3
Reſtringitur ad terminos fideicommiſſi præcedentis. ibid.1.5
Quando duret in perpetuum. 423.2.7
Quando annullet principium contrauentionis. 450.2.53,56
Quando dicatur realis. 452.1.5
Item fit ex ratione prohibitionis permanendi in familia. ibid.2.6
Imperſonaliter, & indefiuitè facta eſt realis. 452.2.7
Prohibitio alienandi ad certum tempus facta filio non tollit prohibitionem reſultantem ex fideicommiſſo. 467.2.10
Prohibitio alienationis expreſſa impedit dominij tranſlationem. 468.2.29
Nunquam extendenda eſt. 473.2.1
Cum ratione generali extenditur ſecundùm opinionem multorum. Contrarium eſt verius. 474.1.3
Quæ eſt vera ſolùm circa extenſionem ad caſum, non autem circa extenſionem ad perſonas. ibid.4
Non eſt extendēda de filiis ad nepotes. ib.1.6.10
Immediatè adiecta poſt fideicommiſſum, non inducit nouum fideicommiſſum. ibid.8
Et quando contrarium eſt verius. ibid.2.9
Facta filiis, & filiorum filiis, non extenditur ad pronepotes. ibid.11
Facta deſcendentibus, & poſteris, comprehendit omnes in infinitum. 375.1.13
Facta hæredibus comprehendit hæredes hæredum. ibid.14
Facta dictis hæredibus inſtitutis comprehendit etiam ſubſtitutos. ibid.15
Secus ſi vocaſſet hæredes per nomina propria. ibid.16
Facta ipſis hæredibus reſtringitur ad nominatos. ibid.17
Facta realiter omnes comprehendit. 2.18
Et quando dicatur realiter facta. ibid.19
Oddi opinio de prohibitione alienationis mixta, non eſt recipienda. ibid.20
Prohibitio alienationis ad certum tempus facta poſt fideicommiſſum cenſetur facta ad fauorem fideicommiſſarij. 476.2.5
Reſultans ex fideicommiſſo dicitur limitata per prohibitionem alienationis factam ad tempus. ibid.6
Reſultans ex fideicommiſſo dicitur derogata per expreſſam permiſſionem alienationis factam à teſtatore, & ita per tacitam. ibid.7
Ad tempus redditur perpetua propter rationem generalem, quia voluit perpetuò in familia permanere. ibid.8
Contraria opinio eſt verior. ibid.2.9
Quando eſt nuda conualidatur per rationem generalem, & inducitur fideicommiſſum in caſum contrauentionis. 477.1.13
Prohibitio tacita ex fideicommiſſo, quæ aliquando ceſſauit, non debet iterum incipere. ib.2.18
Expreſſa facit ceſſare tacitam quo ad omne tempus. ibid.20
Prohibitio alienandi facta filio ad tempus minoris ætatis includit legitimam, & Trebellianicam. ibid.2.22
Secus ſi facta fuerit ad quadraginta annos. ibid. 23
Et filij non poſſunt renuntiare fauorabili diſpoſitioni de non alienando infra 25. annos. ibid. 24
Prohibitio alienationis extra familiam, quando inducat fideicommiſſum. 478.2.1
Non poteſt intelligi reſpectu propriorum filiorum. ibid.5
Prohibitio alienandi extra familiam non extenditur vltra quartam generationem. 479.2.15
Prohibitio alienationis ex quibus extendatur ad tempus perpetuum. 480.1.19
Extra familiam comprehendit eam quæ fieret per delictum. ibid.22
Extra familiam nō comprehendit ſucceſſionem ab inteſtato. 481.2.1
Non comprehendit alienationem quæ fit in vltima voluntate. ibid.2
Etiamſi ſit dictum, quòd bona perpetuò perueniant ad ſucceſſores. ibid.3
Et quòd ille, qui ab inteſtato ſuccedit, non ſit de familia teſtatoris. ibid.4
Perſonalis, an, & quando fiat realis ex adiectione rationis, quia vult, &c. 482.1.6
Quando non inducit ſimplex fideicommiſſum, non impedit ſucceſſionem ab inteſtato. ibid.7
Extra familiam, quando inducat fideicommiſſum ſolum in caſum alienationis. ibid.8
Facta cum verbis, nullo modo, non excludit ſucceſſionem ab inteſtato. ibid.9
Quando prohibitio fuit perſonalis. ibid.2.10
Perſonalis nō impedit inteſtati ſucceſſionē. ib.11
Secus ſi prohibitio ſit realis, & ſint appoſita verba generaliſſima. ibid.12
Perſonalis cum ratione adiecta, an efficiatur realis. ibid.13
Quando eſt facta in penitus ſeparata parte teſtamenti, ita vt inducat nouum fideicommiſſum. ibid.14
Venditionis comprehendit omnem alienationem inter viuos. ibid.15
Etiamſi prohibuiſſet venditionem, & alienationem. 483.1.16
Alienationis expreſſa, concurrens cum tacita ex fideicommiſſo, an impediat ſucceſſionem ab inteſtato. ibid.18
Quando expreſſa prohibitio eſt concepta in rem. ibid.2.19

Aliena

Alienationis duplex non impedit ſucceſſionem ab inteſtato, quando ſubſtitutus eſt extraneus. ibid.22.
Nuda, an veſtiatur ex qualitate rei. ibidem 23
Et ſola affectio teſtatoris non eſt cauſa ſufficiens veſtiendi prohibitionem. ibid.24
Simpliciter facta, non impedit hæredis inſtitutionem. 484.1.1,4
Et quæ ſit ratio huius prohibirionis. ibid.2
Sine cauſa non valet. 485.1.1
Etiamſi eſſet facta contemplatione plurium vocatorum. ibid.2
Et quandó valeat cum cauſa tacita. ibid.3
Facta cum pœna eſt valida. ibid.4
Dicitur ſine cauſa, ſi in pœnam debeat reſtitui altera res. ibid.2.7
Non poteſt fieri reſpectu legitimæ, & Trebellianicæ. 486.1.7
Et legitima debet detrahi, etiamſi filius per aditionem approbauerit teſtamentum. ibid. 10
Non inducit reciprocum fideicommiſſum. 487.1.17
Semper regulatur infra terminos fideicommiſſi præcedentis. 542.2.2
Intelligenda diſcretiuè reſpectu filiorum prohibiti. 542.2.4
Vbi eſt realis, inducit reciprocum fideicommiſſum. ibid.5
Contrarium eſſe verius, probatur. ibid.6
Realiter facta cum requiſitis reciprocæ inducit fideicommiſſum reciprocum. ibid.8
In caſum contrauentionis non inducit fideicommiſſum reciprocum. 543.1.11
Niſi vltimo prohibitorum morienti quis ſit ſubſtitutus in tota hæreditate. ibid.12
Cum verbis denotantibus perpetuitatem inducit reciprocum fideicommiſſum. ibid.15
Contrarium eſſe verius probatur. ibid.16
Prohibitioni alienationis non dicitur contrauentum per in ſolutum dationem, factam à iudice. 473.1.18
Prohibitione alienationis reuocata in codicillis, non eſt reuocata ſubſtitutio directa. 336.1.15
Extra familiam facta vltimus de ea alienare poteſt. 480.1.21
Extra familiam facta, poteſt hæres inſtitui. 484.2.6
Secus ſi prohibuit extra familiam, cum ratione expreſſa, quia vult, &c. ibid,7
Prohibitorium non extenditur ad actum extra territorium. 140.1.17
Prohibitum quomodo ſit admittendum in conſequentiam permiſſi. 17.1.8,87
Prohibitus alienare per teſtamentum, cenſetur etiam per codicillos. ibid.16
Prohibitus alienare extra familiam poteſt in remotiorem alienare. 478.2.3
Etiam in feminam. ibid.4
Prohibitus alienare extra familiam an poſſit alienare extraneo, ſi illi de familia volunt emere. 479.1.9
Extra familiam non poteſt relinquere venientibus ab inteſtato qui non ſint filij ipſius prohibiti. 482,1.5

Promiſſio.

Promiſſio hæredis facta teſtatori de obſeruando, non prodeſt abſentibus intereſſe habentibus. 72.1.6
Promiſſio de non contraueniendo reſpicit actum diuiſionis, non autem fideicommiſſi. 414.2.32
Reſtringenda eſt ad ſpecificata. 415.1.41
De non contraueniendo in actu inter viuos non trahitur ad teſtamentum. ibid.2.45
De non contraueniendo ſemper cenſetur appoſita in executiuis. 416.1.47
Habendi ratum, & firmum, ſemper eſt vnita cum promiſſione de non contraueniendo, & habent eundem effectum. ibid.54
Promiſſio inter viuos, quòd bona promittentis poſt mortem ad alium pertineant, quare ſit valida. 497.2.23
Et hoc non dicitur pactum de futura ſucceſſione. ibid.24
Et Fachinei opinio contraria reprobatur. ibid. 25
De faciendo fideicommiſſo ad fauorem primogeniti, non ſubſiſtit. 502.1.8
De non reuocando intelligitur ſecundùm ſubſtantiam donat.cauſ.mort. 509.1.18

Pronomina.

Pronomen *eius*, eſt repetitiuum præſentium, non præteritorum, & refertur ad proximum, non autem ad remotum. 162.2.9.
Pronomen *aliquod*, comprehendit omnes ſpecies contentas ſub eodem nomine generali. 280.2.46
Pronomina *meum*, & *tuum*, denotant dominium. 237.2.33
Pronomina poſſeſſiua quando ſtent demonſtratiuè, & non reſtrictiuè. 320.1.102

Proteſtatio.

Proteſtatio iurata præcedens facit actum ſequentem nullum. 30.2.22
Proteſtatio præcedens ordinatur ad tollendam mentem à facto. 196.2.18
Proteſtatio non impedit aditionem, quando poſt aditionem donat alteri. 197.2.34
Proteſtatio contraria facto, nihil releuat. 417.2.67
In præiudicium aliquorum non eſt valida. 479.1.10

Prouiſio.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. 600.2.4

Proximus, Proximitas.

Proximi grauati, ex ſolis coniecturis excluduntur. 149.2.17
Proximior vocatus ex diſpoſitione hominis an excludat ſubingreſſionem. 22.2.40
Et quid in ſtatutis. ibid.41
Proximioris vocatio excludit repræſentationem. 146.1.6,9,11
Proximiores in vna linea admittendi ſunt etiamſi eſſent remotiores primi inueſtiti. 168.1.17,20
Proximioribus vocatis per fideicommiſſum, attendenda eſt proximitas grauati. 582.1.4
Secus ſi vocentur poſt prohibitionem alienationis, non intelliguntur de proximioribus teſtatoris. ibid.5
Item ſi ſubſtituerit proximiores ſuos, intelliguntur de proximioribus teſtatoris. ibid.6
Proximitas grauati, non grauantis, attendenda eſt in fideicommiſſis, & quando limitetur. 149.1.16

Proximitas non præſumitur, ſed eſt probanda per fideicommiſſarium. 458.2.16
Reſpectu vltimi attenditur in feudalibus. 459.1.24
Item in ſucceſſione regnorum, & ſtatuum. ib. 25
Proximitas vltimi attenditur in fideicommiſſis linearibus. ibid. 2.26
Teſtatoris attenditur, ſtante contrauentione grauati. ibid. 27
Item quando vocatio proximiorum habet reſpectum ad perſonam teſtatoris, vel ad eius familiam. ibid. 28
Item ſi iuſſerit aſſumi nomen, cognomen, & familiam ipſius. ibid. 29
Item ſi ſuccedītur per vulgarem ſubſtitutionem. ibid. 30
Proximitas an ſit probanda reſpectu teſtatoris, vel vltimi defuncti. 459.1.22
Proximitatis incerta probatio interpretatur contra producentem. 458.2.19
Proximitatem grauati eſſe attendendam, receptum eſt in omni foro. 459.1.23

Publicatio.

Publicatio teſtamenti, quando pertineat ad ſollemnitatem illius. 34.2.25
Non eſt coniuncta cum voluntate teſtatoris, ſed cum ſcriptura. 35.1.31
An ſit pars integralis ipſius. ibid. 32
Publicatio teſtamenti in ſcriptis debet fieri citata parte, & præuio iuramento calumniæ petentis fieri. 37.1.50

Pupillaris.

Pupillaris tacita non continetur ſub vulgari expreſſa, quando ſtatutum mandat intelligi ad litteram. 147.1.18
Inducitur contra verborum ſignificationẽ. ib. 19
Reciproca requirit reciprocationẽ pro vtraque parte. 545.2.6
Vſque ad certam ætatem, poſt illam nullo iure valebit. 554.1.4
Et quare non poſſit valere iure fideicommiſſi. ibid. 5

Pupillus.

Pupillus non teſtatur ad pias cauſas, niſi de conſenſu Principis. 126.1.9
Dicitur ſine liberis decedere. 571.2.2
Pupilli hæreditas accreſcit cohæredi pupillo. 540.2.14

Q.

Qualitas.

Qualitas adiecta actui contra eius ſubſtantiam reiicitur. 109.1.20, 25
Inducens perplexitatem actus reiicitur, & vitiatur. ibid. 21
Qualitas in vna parte teſtamenti quando ſubintelligatur in altera. 116.2.5
Circa vnam perſonam, non extenditur ad aliam. 253.1.23
Perſonalis requiſita tempore mortis non tranſmittitur. 404.2.9
Qualitas aliquando eſt de ſubſtantia actus. 407.1.52.
Adiecta reiicitur, quæ inducit perplexitatem. 440.2.33

Quarta.

Quarta vna quando detrahenda ſit, & non duæ. 535.1.12
Quartæ duæ quando detrahantur à filio ſub conditione grauato de reſtituendo. 437.2.1
Et quando importent ſemiſſem hæreditatis. 438.1.2.
Et quando ſeptem vncias. ibid. 3
Detrahuntur etiam à nepote ex filio ſub conditione grauato. ibid. 2.4
Detrahuntur filio legitimato per ſubſequens matrimonium, & de reſtituendo grauato. ibid. 9
Detrahi poſſunt à filio inſtè legitimato per reſcriptum, & de reſtituendo grauato. 440.1.25
Quod eſt verum etiam ſi legitimatio fuerit facta cum ſtricta facultate ſuccedendi contra Peregrinum, & Surdum. ibid. 26
An detrahantur à patre inſtituto à filio, & de reſtituendo grauato. 441.1.47
Quando poſſint detrahi ab hærede ſecundi filij reciprocè ſubſtituti ex perſona primi. 442.2.57
Secus ſi ſubſtitutus eſſet vltimo morienti. 443.1.58
τò *Qui* relatiuum iunctum verbo futuri temporis importat conditionem. 260.2.4

Quaſi poſſeſſio.

Quaſi poſſeſſio exigendi inducitur ex compenſatione. 275.2.66

Querela.

Querela præſupponit validitatem teſtamenti. 51.2.41
Querela inofficioſæ donationis non poteſt intentari, quando eſt facta eiſdem filiis. 179.2.32
Querelæ æquiparata eſt bonorum poſſeſſio ad rumpendum teſtamentum. 48.2.8

Quietatio.

Quietatio generaliſſimis verbis facta, non comprehendit fideicommiſſum. 415.1.37
Reprobata gloſſa, quæ contrarium tenet. ibid. 38, 40
Quietatio, & liberatio reſtringenda eſt ad ſuam cauſam. ibid. 2.43
τò *Quomodolibet*, includit omnem modum, & omnes caſus. 21.1.23

R.

Ratio.

Ratio maior verſatur in ſuſtinendo teſtamento facto, quàm in faciendo de nouo. 86.1.9
Generalis in lege dicitur expreſſa per modum regulæ. 89.2.13
Adiuncta diſpoſitioni, facit vt recedamus à propria ſignificatione verborum. 299.1.78
Generalis reſtringitur ſecundùm naturam actus. 399.24
Agnationis conſeruandæ militat in linea effectiuè, & in linea contentiuè. 436.2.56
Generalis de conſeruando in familia ſemper reſtringitur ad caſum præcedentem. 477.1.10
Intenſionis non habet locum in materia pœnali, etiam ob identitatem rationis. 522.2.12

Rebellis.

Rebellis patriæ non adit hæreditatem. 194.1.30

Recuſatio.

Recuſatio iudicis tollitur per actus ſequentes iudiciales. 104.1

Redemptio.

Redempta vigore pacti dicuntur eſſe penes hæredem ex cauſa prima. 395.1.100

Redimere vigore pacti, differt à reemere. 297.1.53

Reformatio.

Reformare non eſt tollere in totum, ſed in partem. 305.1.20

Regalia.

Regalia an fuerint conceſſa, declaratur ab obſeruantia. 118.1.7

Regna.

Regna deuoluũtur etiam in milleſimo gradu. 423.2.9

Deferuntur iure hæreditario contra Manticam, & alios moderniſſimos Mantuanos. ibid. 10

Quæ deferuntur iure ſanguinis, dicuntur etiam deferri iure hæreditario. 424.1.14

Regnorum ſucceſſio regulanda eſt de iure feudorum. ibid. 15

Regula.

Regula iuris debet eſſe vniuerſalis. 238.2.56

Prohibitiua, quæ nocet, attendenda, quando concurrit cum regula permiſſiua. 295.1.19

Regula, *vbi non proſunt ſingula, multa iuuant*, quomodo intelligatur. 417.1.65

Regula limitatur, vbi ſuadet æquitas. 552.1.4

Regulæ ſtandum eſt, cùm non probatur exceptio. 238.2.57

Relatio.

Relatio non fit ad verba, quæ demonſtrationis gratia dicta ſunt. 592.2.10

Relatum eſt in inferente cum omnibus qualitatibus. 11.2.23

Relicta.

τὸ *Relinquo*, eſt aptum comprehendere inſtitutionem, & fideicommiſſum. 151.2.4

Adiectum vniuerſitati bonorum, quando importet inſtitutionem. ibid. 3.5

Vide *Lego.*

Relictum pro legitima filio, cenſetur datum titulo inſtitutionis. 50.1.22

Relictum pro legitima non dicitur titulo inſtitutionis, aliquando ſecus. ibid. 28.30

Relictum fauore filiorum eſt latiſſimè interpretandum. ibid. 2.29

Relictum à ſcribente ſibi aſcriptum poteſt probari per teſtes. 56.2.28

Secus ſi teſtamentum probaretur per inſtrumentum. ibid. 29

Relictum quantitatis diſtribuendæ pauperibus eſt validum. 58.1.12

Relictum in voluntate minus ſollemni non parit actionem, ſed pro eo datur retentio ſoluti. 70.1.18

Relictũ pro anima dicitur ad pias cauſas. 263.1.42

Ad tempus, eo finito, debet reſtitui per fidei commiſſum. 348.1.43

Religioſus.

Religioſus poſt profeſſionem de quibus poſſit in iudicio conueniri. 84.1.10

Religioſi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. 45.1.37

Poſſunt deponere pro ſuo Monaſterio. 45.1.38

Religioſi forenſes habitantes in loco, poſſunt interuenire pro teſtibus ciuibus in teſtamentis. 141.1.19

Remuneratio.

Remuneratio dicitur titulus oneroſus. 94.1.72

Renuntiatio.

Renuntiatio bonorum facta alicui intuitu religionis eſt valida. 19.2.7

Renuntiatio non extenditur ad alteram perſonam, nec ad alia bona. 219.1.59

Eſt donatio. 412.2.9

Et requirit inſinuationem. ibid. 10

Renuntiatio generalis ad ſuam cauſam reſtringenda eſt. 415.2.44

Renuntiatio quando eſt realiter facta, tunc non eſt opus videre verba teſtamenti. 420.1.99

Quando dicatur realis. ibid. 101.

Conuentionalis poteſt fieri etiam iuri de futuro. ibid. 105

Renuntiatio valet, etiam non inſpectis verbis teſtamenti, quando renuntians veriſimiliter notitiam habere potuit. ibid. 107

Renuntiatio fideicommiſſi non eſt præſumenda. 486.2.15

Generalis cum iuramẽto an includat legitimam. 486.2.14

Renuntians ſucceſſioni ſui patris cum iuramento, cenſetur etiam legitimæ renuntiaſſe. 416.1.51

Renuntians realiter, dicitur ſe eximere de medio, & habetur pro mortua. 420.1.100

Renuntians cenſetur prius adiuiſſe, & poſtea vti deuoluenda ceſsiſſe. ibid. 103

Renuntians hæreditati, poteſt hæres inſtitui. 498.1.29

Renuntiari poteſt iuri quærendo. 20.1.11

Renunciari non poſſe *l. de his. ff. de tranſact.* qui teneant. 420.2.111

Oddus in hoc reprobatur, ex falſis allegationibus. ibid. 112

Et an poſſit renunciari cum iuramento. 421.1.113

Oddus item reprobatur ex falſis allegationibus. ibid. 114

Renuntiari poſſe *l. de his. ff. de tranſact.* cum iuramento, eſſe veriorem opinionem. ibid. 115

Repetitio.

Repetitio maſculinitatis in filiis non cenſetur facta de vna oratione in alteram. 579.1.19

Repræſentatio.

Repræſentio quando non eſt permittenda. 22.2.43

Non datur in feudo, vbi ſuccedit proximior. 146.2.7

Requiſitum.

Requiſita duo, quando requiruntur, an ſufficiat alterum. 412.1.5

Res.

Res eſt in bonis eius, qui habet actionem ad illam. 447.2.14

Re coniuncti ſunt duo, etiamſi eadem res non fuerit relicta inſolidum. 235.1.9

Re certa legata, ſub conditione, ne petat dotem, mulier habet electionem. 246.1.14

Re coniuncti quando dicantur, vt ſit locus iuri accreſcendi. 300.1.90

Reſcriptum.

Reſcriptum Principis ſemper de iure eſt interpretandum. 85.2.3

Reſeruatio.

Reſeruatio nihil operatur, vbi non eſt reſeruabile. 417.2.68

Reſeruatio legalis ſuccesſionis importat eumdem effectum, quem reſeruatio fideicõmiſsi. 417.2.73

Reſpublica.

Reſpublica poteſt præferre vtilitatem ſuam publicam vtilitati Eccleſiæ. 145.2.31

Reſtitutio.

Reſtitutio in integrum non competit aduerſus iudicium ſortis. 419.1.88

Etiam ſi interueniret læſio vltra dimidiam. ib. 89
Reſtitutio aduerſus præſcriptionem fideicommiſſi quando detur. 463.2.28
Reſtitutio quando principaliter non eſt ordinata ad acquirendum, non importat aditionem. 558. 2. 6
in Reſtitutione fideicommiſſi non venit datum hæredi cauſa conditionis implendæ. 388. 1. 4
τὸ *Reſtituas*, non poteſt referri ad ſubſtitutionem vulgarem. 558.2. 5
τὸ *Reſtituat*, non poteſt conuenire ſubſtitutioni pupillari. 559. 1. 10
τὸ *Reſtituo*, quando ſit directum. ibid. 11
τὸ *Reſtituere*, reſpectu ſubſtitutionis differt, ſi habet relationem ad teſtatorem, vel ad ſubſtitutum. 579.1.24

Retentio.

Retentionis ius tranſit ſine ceſſione in ſucceſſorem ſingularem. 198.1.40

Reus.

Reus excludit actorem per non ius ipſius. 79. 1. 50

Rex.

Rex poteſt tollere beneficium, quod alicui conceſſit. 5.2.37

Ripa IC.

Ripæ opinio malè allegata à Menochio declaratur. 389 1. 17

Rogo.

τὸ *Rogo*, importat præceptum. 341.1.38
Rogatus per tacitum fideicommiſſum vigore clauſulæ codicillaris cenſetur rogatus pure, & detrahit ſolam quartam. 98.1.39

Rogitus.

Rogitus teſtamenti poteſt probari per duos teſtes. 44. 1.13
Rogitus Notarij in teſtamento condendo eſt præcipua ſolemnitas illius. 54. 1. 1
Rogitus Notarij non præſumitur. ibid. 3
Præſumitur per ſcripturam generalem in principio, vel in fine ſui protocolli. ibid. 2. 4
Idem ſi in fine inſtrumenti appoſuerit ſignum. ibid. 5
Præſumitur concurrentibus coniecturis. ibid. 9
Rogitus Notarij, & teſtium poteſt probari per duos teſtes. ibid. 10
Rogitus teſtium ſi deficit, teſtamentum eſt nullum. 55.2.21
A quocumque debet fieri de voluntate teſtatoris. 56. 1.24

Ruinus.

Ruinus *in conſil.* 20. *vol.* 2. reprobatur. 155.1.12
In conſil. 85. *num.* 2. *vol.* .. minus accuratè ſcripſit. 284 2.14
In conſil. 99. defenditur ab impugnationibus Peregrini. 425.2.42

Ruſticus.

Ruſticus in teſtamentis condendis quomodo ſint priuilegiati. 41. 1. 2
Teſtantes in ciuitate non habent priuilegium. ibid. 4
Ruſticorum appellatione qui comprehendantur. ibid. 3

S.

Sacerdos.

Sacerdos in celebratione Miſſæ ſe defendendo, non incurrit irregularitatem. 92. 1. 45
Non poteſt interuenire loco ſecundi Notarij à ſtatuto requiſiti. 141.2.15

Salarium.

Salarium meretrici an ſit de iure debitum. 26.1.31

Sanitas.

Sanitas mentis non probatur per aſſertionem Notarij. 6. 2. 4

Scriptura.

Scriptura præſumitur cogitata ad faciliorem probationem. 35.2.39
Scriptura priuata quomodo probetur per duos teſtes. 44.2.25
Scriptura matrix eſt illa, quæ baſtardello ſcripta fuit. 62.2.41
Diuerſa manu ſcripta, quando reddatur ſuſpecta. ibid. 43
Scriptura teſtamenti paterni vt valeat, debet habere tempus certum. 100.2. 20
Scriptura quando dicatur eſſe in actis, & de actis. 68. 2.10
Scriptura parentum aliquando ſolet eſſe præparatio voluntatis ad teſtandum. 121. 2. 3
Continens multas cancellationes non habetur pro teſtamento inter liberos. ibid. 4
Patris, ſubſcripta ſolum à liberis an habeat vim teſtamenti. 123.1. 10
Parentis ſine teſtibus debet recognoſci per comparationem, vt valeat tanquam teſtamentum. ibid. 11
Parentum inter liberos ſine teſtibus, quæ reperitur extra arcam, etiam ſi penes Notarium, non valet vt teſtamentum. ibid. 2.16
Parentis inter liberos cum ſuſcriptione duorum teſtium valet etiam quoad legata, & fideicommiſſa. 124. 1. 4
Scripturæ tenor quando per ſolam productionem efficiatur de actis. 68.1.16

Secundogenitus.

Secundogenitus ſi vocatus eſt primogenitus, primogenitura non dicitur conſtituta in eius deſcendentes. 345. 2.15
Quando fiat primogenitus. 346.2.26

Senſus.

Senſus contrarius in argumento, vnde deſumendus eſt. 141. 1.9

Sententia.

Sententia aliquando fertur contra communem concluſionem. 13.2.38
Continens peccatum, eſt ipſo iure nulla. 90.2.25
Lata in bonorum poſſeſſionibus ordinariis præiudicat in prætorio. 230.1. 57
Non requiritur, quando priuatio fit ipſo iure. 468. 2. 27
Sententia lata, & concluſum in cauſa, paria ſunt. 215.1.27

Sepultura.

Sepultura Eccleſiæ quando ſit deneganda occidentibus ſeipſos. 24. 1. 3

Seruitus.

Seruitus non habet cauſam naturalem. 458.1.5

Sequeſtrum.

Sequeſtrum quando fieri non poteſt, debet fieri bonorum deſcriptio. 181.2.5

Sigillum.

Sigillus in fine appoſitus æquiparatur ſubſcriptioni. 122.2. 8
Sigilli amotio ab inſtrumento teſtamenti nuncupatiuo, illud non reuocat. 75.2.13

Signi

Significatio.

Significatio conſtructa eſt quando aliquid conuertitur ad inuicem. 334. 1. 11

Simonia.

Simonia non committitur, niſi interueniat pactum, & conuentio. 265.1.70
Committitur, quando vigore pacti aliquid ſoluitur pro ingreſſu monaſterij. ibid.71
Simonia eſt, ſi quis recipitur in religionem, dummodo deferat vnde viuat. ibid.2.72

Socinus.

Socin.iun. *in conſil.* 167.*vol.* 2. communiter reprobatur. 283.2.17
Socinus reprobatur propter contrarietatem opinionis ſuæ. 369.1.6

Sodomita.

Sodomitæ non poſſunt condere teſtamenta. 26.1.33
Statim ipſo iure perdunt dominium. 26.1.34

Sollemnitas.

Sollemnitas quando ſit de eſſentia actus. 39. 1. 15
Sollemnitas teſtium non poteſt per alios ſanari. 47.1.12
Sollemnitas eadem requiritur in actu faciendo, & in illo diſſoluendo. 77.1.30
Non requiſita ad actum, ſi malè obſeruetur, non præiudicat. ibid.2.38
Sollemnitas ſtatuti omiſſa per Notarium, non poteſt ſuppleri. 143. 1. 4
Sollemnitates ſtatuti non ſunt ſeruandæ in teſtamento inter liberos. ibid.2.14

Solutio.

Solutio anticipata retrotrahitur, vt extinguat debitum neceſſarium. 275.1.64
Legati facienda eſt inſpecto tempore teſtamenti. 325. 2. 158
Solutio continuanda eſt ſecundùm valorem prius à partibus obſeruatum. ibid.162
Solutio vniformis per decennium præſcribitur. ibid.1.163

Soror.

Soror renuncians patri, aliquando non ſuccedit fratri, in bonis paternis. 420.1.102

Spes.

Spes ſuccedendi de futuro non eſt in conſideratione. 15. 2. 61
Succeſſionis ad feudum tolli poteſt. 91.1.32
Succedendi non eſt in conſideratione. 405.2.26
Spes, & potentia ſuccedendi quando non tranſmittitur ad filium primogeniti. ibid.27

Sponſa, Sponſalia.

Sponſa violenter cognita poteſt ingredi monaſterium. 61.1.28
Sponſalia à patre contracta pro filio non conualidantur per conſenſum generalem filij adeuntis hæreditatem. 179.1.23

Spurius.

Spurij nobilium in quibus partibus Europæ ſint nobiles. 432. 1. 10

Statutum.

Statutum in modo ſuccedendi debet eſſe confirmatum à Principe. 4.2.26
Confirmatum à Principe, quando dicatur eſſe eiuſdem Principis. 5.1.28
Ad euitandas fraudes dicitur conditum ob publicam vtilitatem. ibid.29
Auferens omnes exceptiones, non dicitur auferre exceptionem innocentiæ. 92.1.46
Quòd teſtamentum vltimum valeat, non obſtantibus clauſulis derogatoriis in primo, non valet. 102.1.7
De filiis non habet locum in captiuis, 110. 2. 44
Loci dominantis non habet locum in loco ſubdito, qui habet ſua ſtatuta particularia, etiamſi ille caſus non haberet ſtatutum proprium. 112.1.12
Quòd filiusfamilias teſtetur cum conſenſu patris, intelligitur de expreſſo. 132. 1.1
Quòd mulier non teſtetur ſine conſenſu mariti, an ſit validum. ibid.2.9.& 11
Statutum poteſt inducere teſtamentum fieri cum voluntate captatoria. 133. 1. 12
Statutum admittens filiam ad teſtandum de dote, intelligitur de aduentitia, & aliquando de profectitia. 134. 1. 22
Vocans dotantes, vel eius filios, excludit agnatos. ibid.24
Tollens teſtamenti factionem, dicitur fauorabile. 135.1.3
Statutum poteſt diſponere tam ſuper iure formæ teſtandi, quàm ſuper iure perſonæ. ibid.1.6
Statutum inhabilitans perſonam habet locum extra territorium. ibid. 1.7
Generale non comprehendit ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt. 136. 1. 14
Excludens feminas, comprehendit natas antea. ibid. 18
Statutum poteſt prohibere patrē ne plus relinquat alteri filio. 137. 2. 33
Statutum quòd mater non poſſit diſponere, niſi de certa portione, quomodo intelligatur. 138. 1. 34
Simpliciter inducens nouam formam teſtandi, includit forenſes. ibid.2.1
Ligat forenſes reſpectu bonorum ſitorum in territorio. ibid. 2
Factum ad commodum ciuium habet locum in forenſibus. ibid. 3
Statutum loci rerum acquirendarum obſeruandum eſt. ibid. 4
Præter vel contra ius ſemper inducit formam, & continet clauſulam annullatiuam actus. ibid. 5
Statutum, & conſuetudo loci, vbi actus celebratur, eſt attendenda. 139.1.8
Statutum de teſtamentis ciuium, non comprehendit ciues per priuilegium. ibid.2.12
Loquens in caſu ſimplici, non verificatur in mixto. ibid. 13
Reddens habiles, vel inhabiles ad teſtādum, non comprehendit forenſes. ibid. 15
Loquens cum modificatione ſemper comprehendit forenſes. 140. 1. 16
Quòd teſtamenta valeant coram quinque teſtibus maſculis, non includit codicillos, & donationes cauſa mortis. 141. 1. 2
Statutum ſemper eſt interpretandum, vt quantò minus corrigat ius commune. ibid. 3
Statutum quòd duo Notarij interueniant, debet ſeruari ad vnguem. ibid. 2.13
Statutum de contractu emptionis debet ſeruari inter perſonas Eccleſiaſticas. 143.2.11
Quòd pro teſtamento ſoluatur gabella, non habet locum filio inſtituto. ibid. 16
Prohibens alienari in potentiorem, non comprehendit filium potentiorem. 144.1.17
Statutum de ſollemnitate donationum, non comprehendit eam, quæ fit filiis. ibid. 18

Quòd de teſtamento ſoluatur gabella, intelligitur de vltimo. ibid. 2.22
Statutum poteſt facere, vt quis decedat pro parte inteſtatus. ibid. 2.27
Inducens captatoriam voluntatem eſt validum. 145. 1.29
Quòd bona ingredientium applicentur proximioribus, eſt validum. ibid. 1. 30
Quòd teſtamenta intelligantur ad literam, intelligitur de teſtamentis in ſcriptis. 146. 1. 1
Prohibens interpretationem, excludit extenſionem. ibid. 2.8
Prohibens interpretationem, de qua ſit intelligendum. 147.2.21
Auferens appellationem, non comprehendit notoriam iniuſtitiam. 223. 2. 9
Loquens de debito, & credito, intelligitur in actione perſonali. 242. 2. 110
Statutum contra corrumpentem frumentum non habet locum in aliis frugibus. 244. 1. 130
Statutum quòd filia dotata non ſuccedat cum maſculo, intelligitur, ſi priùs dotetur. 288.2.70
Statutum de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem, non habet locum in feudo ex pacto & prouidentia. 448.2.30
Secus in feudo hæreditario redacto ad inſtar patrimonialium. ibid. 31
De continuanda poſſeſſione habet locum in feudis alio non poſſidente. 448.2.32
De continuanda poſſeſſione in hæredem, intelligitur, dummodo poſſeſſio ſit vacua. 464.1.3
De ſucceſſione ab inteſtato non poteſt regulare ſucceſſionem ex teſtamento. 490.1.28
Statutũ quòd verba intelligantur ad literam, quomodo intelligendum. 578. 1. 14
Quòd verba intelligantur ſine interpretatione, quomodo intelligendum. ibid. 2.15
Statutum interpretandum eſt, vt quantò minus corrigat ius commune. 589. 2. 16
Statutum quòd pupillaris ætas duret ad 25. annos, in quibus caſibus intelligatur. ibid. 17
Statuti vna pars alteram declarat. 116. 1. 3
Statuto, & lege correcta, cenſentur correcta omnia quæ eius occaſione facta fuere. 117. 1. 17
Statuto de inſinuando teſtamento, hæres ſtatim poteſt adire hæreditatem. 144. 1.19
Statuto induci poteſt, vt nullus hæres gaudeat beneficio inuentarij. 174. 2.15
Statuto prohibente alienationem in forenſes, cenſetur etiam prohibita per vltimam voluntatem. 485. 1.11
Statuta, & conſuetudines laicorum ſunt ſeruandæ in facultatibus competentibus circa rem. 114. 1. 10
Statuta declarantur ab obſeruantia. 118. 1. 5
Statuta, & conſuetudines loci debent ſeruari in facultate competente circa rem. 143. 2. 9
Statuta loquentia de hæredibus habent locum in bonorum poſſeſſore. 231. 2. 5
Statuta aliquando interpretantur ab effectu. 244. 1. 131
Statutis reuocatis, omnes reformationes reuocatæ cenſentur. 117. 2. 18

Stipulatio, Stipulator.

Stipulati poſſe alteri, poteſt à ſtatuto induci. 71. 1. 10
Stipulatio poteſt fieri à iudice, & Notario pro intereſſe habentibus. 72. 1. 9
Stipulatio pro ſe, & filiis, cenſetur facta pro hæredibus. 409. 2. 79
Rei non tranſmiſſibilis, non tranſit ad hæredes. 410. 1. 81
Stipulatio poteſt concipi poſt mortem, ſiue in ipſo mortis articulo. 497. 1. 17
Stipulatione Notarij non acquiritur ius irreuocabile ante acceptationem. 72. 1. 11
Stipulatores cenſentur acquiſiuiſſe portionem pro virili. 510. 2. 38

Subauditur.

Subauditio in interpretandis legibus permiſſa, ne correctio inducatur. 256. 2. 25

Subditus.

Subditi appellatione in priuilegiis propriè intelligitur de naturali, non autem per incolatum. 93. 2. 66

Subiectum.

Subiecti qualitas reſtringit diſpoſitionem. 346. 1. 21

Subingreſsio.

Subingreſſio non datur, quando ſtatutum vocat proximiores. 146. 1. 5

Subrogatio.

Subrogatio bonorum non fit quando non eſt locus euictioni inter diuidentes bona fideicommiſſi. 418. 2. 84
Vt fiat, expreſsè debet actum eſſe. ibid. 86
Subrogatum quando non aſſumat naturam, & qualitatem eius, cui ſubrogatur. ibid. 85

Subſcribens, Subſcriptio.

Suſcribens dicitur virtualiter ſcribere omnia præcedentia. 122. 2. 5
Præſumitur habere notitiam de contentis in ſcriptura. ibid. 6
Subſcriptio in fine fieri debet. ibid. 7

Subſtitutio.

τὸ *Subſtituo*, quando intelligatur de ſubſtitutione directa. 116. 1. 2
τὸ *Subſtituo*, & *ſuccedat*, ſunt communia. 490. 2. 1
Subſtitutio prima poſt aditam reſoluitur in fideicommiſſariam. 66. 1. 40
Facta de filiis tuis, vt tu ſubſtituas filios meos, eſt captatoria. 155. 1. 11
Quando dicatur eſſe captatoria. 155. 2. 15
Eſt nulla, quando prima inſtitutio non valet. 306. 2. 48
Non habet effectum, ſi in perſona eius, à quo incipere debebat, caducata eſt. 360. 1. 43
Semper referri debet ad lineam inchoatam. ibid. 44
Facta ſub conditione mortis dicitur compendioſa. 348. 1. 45
Et habet effectum fideicommiſſi. ibid. 46
In caſum mortis eſt intelligenda in caſu quo grauatus non eſſet priuatus propter contrauentionem alienationis. 371. 1. 31
Si abſque filiis, euaneſcit, ſtatim filiis ſuſceptis. 398. 1. 8
Et vbi, & quoties ita fuerit iudicatum. ibid. 9
Facta duobus proximioribus de parentela, vel de domo, extenditur ad alias perſonas. ibid. 2. 13
Facta ſub nomine appellatiuo, in dubio facta eſt non fauore perſonarum, ſed agnationis. ibid. 14
Extenditur, non obſtantibus verbis, vbi conſtat de mente. 401. 2. 58

Non

Non dicitur verificata, ſi illius linea non incepit. 405. 2. 21

Refertur ad lineam inchoatam, non autem ad caducatam. ibid. 22

Sub conditione, ſi deceſſerint ſine filiis, quando dicatur facta vltimo morienti. 409. 2. 75

Deficit, ſi non habuit principium in perſona illius, à quo debebat incipere. 417. 2. 64

Debet referri ad eam lineam, quæ inchoata erat. ibid. 65

Secus ſi vocatio eſt facta de patre, & filiis. ibid. 66

Quæ non incepit, finire non poteſt. 434. 1. 31

Facta de his qui naſcentur, comprehendit eos non natos. ibid. 2. 34

Finita linea, eſt compendioſa. ibid. 35

Facta cum verbis expreſſis ordinis ſucceſſiui, ſemper intelligitur per vulgarem. 444. 1. 30

Quæ non poteſt valere iure directo, propter clauſulam codicillarem valet iure fideicommiſſi. 548. 2. 16

In re certa ſimpliciter aliquando continet vniuerſitatem bonorum. 567. 2. 40

Sub conditione, ſi ſine liberis, poſt venditam hæreditatem reſoluitur in fideicommiſſariam. 572. 1. 9

De filiis, & poſt eos ſubſtitutio ſui, eſt vulgaris, non autem fideicommiſſaria. 579. 2. 29

In dubio eſt interpretanda directa potius, quàm fideicommiſſaria. 580. 1. 31

Facta dementi in ſuis bonis non eſt fideicommiſſaria. 597. 1. 5

Facta furioſo in ſuis bonis eſt exemplaris, non autem fideicommiſſaria. ibid. 6

Ita debet iudicari, cuius forma obſeruata eſt. ibid. 2. 12

Facta furioſo vulgariter & per fideicommiſſum, non continet exemplarem. ibid. 2. 14

Contrarium eſt verius. ibid. 15

Filiorum, & poſt eos ſubſtitutio Caij, eſt fideicommiſſaria. 579. 2. 26

Facta furioſo, ita vt ſibi hæredem fecerit, non eſt fideicommiſſaria. 597. 1. 8

Facta dicitur per verba communia relata ad perſonam pupilli. ibid. 16

Subſtitutio compendioſa continet vulgarem, à qua teſtamentum ſuſtineri poteſt. 49. 2. 13

Habet locum per vulgarem, quando inſtitutus moritur ante teſtatorem. 64. 1. 8

Inducitur per verba ſignificantia tractum temporis in futurum. 551. 2. 9

Poteſt eſſe reſpectu teſtatoris, ſed vulgaris reſpectu ſubſtituti. 491. 2. 6

Facta imparibus non continet pupillares. 545. 1. 3

Compendioſa quare fuerit introducta, & quid ea ſit. 549. 2. 1

Poteſt fieri etiam ſine dictione *quandocumque*. ibid. 2

Ex quibus verbis dicatur in eſſe deducta. ibid. 3

Non eſt, ſi ſola mentio pupillaris ætatis facta fuerit, ſed pupillaris. 550. 1. 4

Non eſt, ſi dictum ſit, rogo vt reſtituas, ſed fideicommiſſaria. ibid. 5

Non eſt ſi teſtator inſtituto extraneo ſubſtituerit Caium quandocumque, ſed eſt vulgaris. ibid. 6

Facta à pagano non eſt propria ſpecies ſubſtitutionis, ſed adiectio. ibid. 7

Contrarium eſſe verius probatur. ibid. 8

Subſtitutio militaris eſt ſeparata ab aliis. ibid. 9

Non dicitur adiectio reſpectu effectus. ibid. 2. 10

An ſit ſubſtitutio mixta ex duabus. ibid. 11

Eſſe quartum genus, quòd prædicatur de ſuis ſpeciebus. ibid. 2

Eſt ſpecies diſtincta, licet ſecundùm varia accidentia varietur. ibid. 13

Directa militaris ſuccedit loco fideicommiſſariæ factæ à Pagano. 551. 1. 14

Pupillaris ſub compendioſa facta à milite transmutatur in militarem. ibid. 15

Compendioſa militaris ſemper valet iure directo, etiamſi mater ſit in medio. 552. 1. 3

Facta verbis obliquis omni tempore eſt fideicommiſſaria. ibid. 2. 10

Facta verbis communibus matre non exiſtente in medio, ſemper eſt directa. ibid. 11.

Per verba communia poſt pubertatem matre exiſtente in medio, valet iure fideicommiſſi. 553. 1. 13

Compendioſa à pagano verbis directis facta poſt pubertatem euaneſcit. ibid. 2. 1

Facta à pagano per verba directa, poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi. 555. 1. 15

Cum dictione *quandocumque*, quando trahatur ad fideicommiſſum. 556. 2. 26

Trahitur ad fideicommiſſum propter clauſulam codicillarem. 557. 1. 27

Item propter iuramentum. ibid. 28

Verbis directis facta maiori, vel extraneo, ſemper trahitur ad fideicommiſſum. ibid. 2. 31

Idem ſi teſtator prohibuiſſet detractionem Trebellianicæ. ibid. 32

Facta à pagano per verba obliqua, ſemper eſt fideicommiſſaria. 558. 1. 1

Facta per verba obliqua à pagano an contineat vulgarem. ibid. 3

Compendioſa militaris facta verbis directis, omni tempore valet iure directo. ibid. 2. 1

Compendioſa per quæ verba poſſit importare vulgarem. ibid. 7

Facta à pagano per verba obliqua an importet pupillarem. 559. 1. 9

Quando habeat vim pupillaris, matre exiſtente in medio. ibid. 12

An valeat iure fideicommiſſi quando bona ſunt diſtribuenda pauperibus. 561. 1. 35

Verbis communibus facta non continet vulgarem. 562. 2. 1. contrarium. 563. 1. 4

Secundùm omnes continet pupillarem, ergo, & vulgarem. ibid. 4

Per verba communia intelligenda eſt, etiam ante aditam. ibid. 2. 10

Per quæ verba non contineat vulgarem. 564. 2. 16

A pagano verbis cõmunibus de tota hæreditate non continet pupillarem, ſed omni tempore eſt fideicommiſſarium. ibid. 17. contrarium. ibid. 19

Per verba communia non continet pupillarem, quando conſtat per verba expreſſa teſtatoris. 565. 2. 22

Verbis communibus facta aliquando ſemper eſt fideicommiſſaria. ibid. 23

Neque matri ſola legitima aſſignanda eſt, ſed vtraque quarta. 166. 1. 24

Verbis communibus facta cum expreſſa dinumeratione temporum excludit matrem. ibid. 2. 29

Verbis communibus facta in parte hæreditatis, ſemper eſt fideicommiſſaria. 567. 1. 35

Per verba communia in quota hæreditatis, vel in quota bonorum, quando contineat ſolam pupillarem. 568.1.44
Secus ſi hæreditas non fuiſſet diſtributa per quotas, ſed per partes bonorum. ibid.45
Poteſt fieri per verba directa, & cōmunia ſimul. 569.1.1
Non eſt reſtringenda quando ſimul fit per verba directa, & obliqua. 570.1.13
Facta filio impuberi ſi deceſſerit ſine filiis, poſt aditam hæreditatem, eſt omni tempore fideicommiſſaria. 571.2.1
Facta impuberi ſine dinumeratione ætatum eſt omni tempore fideicommiſſaria. 572.2.13
Quando per verba communia, & in bonis teſtatoris facta eſt. ibid.14
Extincta eſt præmorientibus ſubſtituto, & inſtituto ante aditionem. 574.1.4
Reſpectu pupillaris expirat, mortuo pupillo ante teſtatorem. ibid.8
Expirat in totum. 583.1.5
Tollit ius accreſcendi etiam inter coniunctos re, & verbis. ibid.6
Etiam ſi eſt vulgaris tacita. ibid.7
Non expirat per aditionem alterius ex inſtitutis ſeparatim. ibid. 8
Secus ſi inſtitutus eſt perſona valde dilecta. ibid. 2.9
Tollit ius accreſcendi etiamſi filius eſſet coniunctus. ibid. 10, 12
Aliquando non tollit ius accreſcendi ſi ex coniecturis appareat. ibid.11
Reſtricta ad tempus exemplaris, non continet fideicommiſſariam. 591.2.1
Idem ſi reſtricta ſit ad tempus pupillaris ætatis. ibid.2
Subſtitutio directa pupillaris, aliquādo trahitur ad fideicommiſſum. 153.2.21
Directa tacita per clauſulam codicillarem obliquatur. 365.2.4
Secus ſi expreſſa fuerit vulgaris, vel reciproca. ibid. 5
Subſtitutio directa tranſit in fideicommiſſariam, propter clauſulam codicillarē, etiamſi facta fuerit ordine ſucceſſiuo. ibid.6
Subſtitutiones directæ non inducuntur præſumptionibus, & coniecturis. 539.2.5
Et qui teneant contrariam partem. 540.1.6
Et quomodo iſtæ opiniones contrariæ poſſint ad concordiam reduci. ibid.7
Subſtitutio exemplaris aliquando trahitur ad fideicommiſſum. 153.2.22
In omnibus eſt ad inſtar pupillaris, & qui dicit contrarium, probare debet. 580.1.34
Continetur ſub vulgari expreſſa facta filio inſtituto mente capto, vel aliter laboranti. 594.1.1
Hodie poteſt fieri, nulla licentia impetrata à Principe. ibid.2.5
Sicut alia quæuis directa, inducitur etiam ex coniecturis. 598.1.17
Continetur ſub compendioſa facta vt etiam bona vendantur, & diſtribuantur pauperibus ibid. 2.24
Continetur etiam ſub compendioſa ſi deceſſerit ſine filiis, & ab inteſtato. ibid.25
Subſt. exemplarem poſſunt facere ambo parentes. 594.2.6
in Subſtitutione exemplari an poſſit grauari mutus, & ſurdus. 598.1.19
Satis eſt ſi filij, vel fratres ſubſtituantur in certis bonis. ibid.20
Subſtitutio fideicommiſſaria inter deſcendentes, quando ſit inducta. 347.1.28
Requirit tēpus mortis, & ſine eo valebit vt vulgaris. 548.1.49
Eſt fruſtratoria inter filios æqualiter ſubſtitutos. ibid. 2.50
Vnitatum iure accreſcendi, tranſmittitur. 406.1.37
Quando probet reciprocum inter inſtitutos. 540.2.15
Comprehenditur ſub verbis ſubſtit. directæ. 556.1.19
Contenta ſub compendioſa, non excludit, quin ſub ea etiam exemplaris contineri poſſit. 598.1.18
Subſtitutio pupillaris expreſſa, quare excludat matrem à legitima. 13.2.39
De extraneo facta in teſtamento ſollemni reuocatur in minus ſollemni, ſi venientes ab inteſtato ſubſtituti fuerint. 96.1.8
Contenta in vulgari, an excludat matrem, poteſt declarari per verba teſtatoris enunciatiua. 115.2.19
Non poteſt fieri in teſtamento inter liberos. 125.1.17
Non eſt omni reſpectu acceſſoria ad inſtitutionem. ibid. 1.18
Eſt teſtamentum filiorum. 144.2.25
Aliquando extinguitur ante tempus pubertatis. 351.1.79
Quando deeſt, etiam deeſt fideicommiſſaria. 494.2.32
Propter inæqualitatem non poteſt contineri ſub compendioſa, etiamſi teſtator pupillarem expreſſerit. 545.1.4
An contineatur ſub compendioſa, ex eo quia cōtinetur fideicommiſſaria. ibid.5
Non habet locum inter impuberes, quando etiā extraneus eſt ſubſtitutus. 545.2.1
Secus ſi impuberes eſſent coniuncti in inſtitutione. 546.1.11
Pupillaris reciproca euaneſcit ſi alter ex impuberibus fuerit emancipatus. ibid.14
Idem ſi alter ex impuberibus factus ſit maior ætate. ibid. 15
Manticæ doctrina circa rationem inducendi reciprocam, non eſt recipienda. 546.1.16
Pupillaris expreſſa excludit matrem, item ea quæ continetur in reciproca. ibid.2.17
Mater non excluditur in illis caſibus, in quibus pupillaris non continetur in reciproca. 546.2.18
Pupillaris facta in codicillis valet inter liberos. 547.2.9
Subſtitutio directa non valet in codicillis inter extraneos, ſecus inter liberos. ibid.10
Reciproca compendioſa eſt fideicommiſſaria. ibid.11
Reciproca facta in teſtamento cum clauſula codicillari continet fideicommiſſum. ibid. 12
Contrarium eſſe verius probatur. ibid. 13
Pupillaris quando non poteſt verificari, neque poteſt fideicommiſſaria. 548.2.22
Expreſſa in genere ſub compendioſa militari excludit matrem. 552.2.12
Pupillaris tempus à lege definitum nō poteſt extendi. 554.1.7
Pupillaris verbis generalibus ſub compendioſa expreſ

expreſſa, non eſt directa, quando mater eſt in medio. 566. 2.27
Dicitur expreſſa in genere ſub compendioſa. 563. 1.6
Pupillaris ſub compendioſa excludit matrem ſecundo nubentem. 567. 1.33
Pupillaris dicitur procedere ex intentione teſtatoris, quando pupillaris ætatis compendioſa mentio facta eſt. ibid.2.41
Eſſe non poteſt facta filiis ſi prædecederent teſtatori abſque filiis. 576.1.20
Pupillaris tacita cenſetur facta ſub conditione intrinſeca, ſi mater pupilli nó ſuperuiuat. 577. 1.4
Comprehenditur ſub expreſſa vulgari, ex præſumpta mente teſtatoris. 578. 1.16
Et vbi lex non poteſt præſumere, non cenſetur inducta. ibid.17
Non præſumitur ſi in vna teſtator expreſſit pupillarem, in altera non. ibid.18
Pupillaris non habet locum inter filios impuberes in poteſtate, & emancipatum. 583. 2.12
Facta dicitur filio impuberi decedẽti in pupillari ætate. 585.2.1
Requiſita ipſius quot ſint. ibid. 2
Requirit poteſtatem in liberis ſolùm tempore mortis. ibid. 3
Pupillaris facta extraneo non eſt valida ſi poſtea adoptetur. ibid. 4
Non confirmatur por exiſtentiam ſuitatis dato cohærede extraneo, aut ſubſtituto vulgariter. 586. 1.5
Pupillaris eſt, ſi impuberi inſtituto, ei ſit datus ſubſtitutus. ibid.1.7
Sed ſi dictum fuerit, ſit mihi & ei hæres, tunc facta dicitur vulgaris, & pupillaris. ibid.8
Subſtitutio facta in forma pupillaris, eſt talis, & dictio *mihi*, vel *meus*, eſt reiicienda. ibid. 9
Pupillaris facta filio exhæredato, per verba, mihi ſuccedat, eſt omninò inutilis. 586.2.12
Facta dicitur pupillo per hæc verba, *che la mia robba non vadi a altri, che alle ſorelle*. ibid.13
Reſtricta ad bona teſtatoris, trahitur ad omnia bona etiam pupilli. ibid.15
Pupill. cognoſcitur ex forma ipſius ad excluſionem matris. 587.1.18
Poteſt fieri à parentibus, etiam in codicillis, vt valeat iure directo. ibid. 19
Facta à matre, an tranſmutetur in fideicommiſſariam. 588. 2.10
Eſt contraria fideicommiſſariæ. 589. 1. 12
An poſſit fieri puberi, ſtante ſtatuto, quòd minor 25. annis non poſſit teſtari. ibid. 13
Non poteſt fieri furioſo. ibid.14
An poſſit fieri puberi, ſtante ſtatuto quòd pupillaris ætas duret ad 25. annos. ibid.2.15
Non poteſt fieri impuberi emancipato. 589.2. 19
Poteſt fieri impuberi exhæredato. ibid. 20
Conſeruatur teſtamento reſciſſo per contra tabulas. 590.1.22
Remanet valida, ſi alter filius præteritus approbat teſtamentum patris. ibid.24
Conſeruatur filio præterito, per Authent. ex cauſa. ibid.25
Idem ſi pupillaris fieret ſoli filio præterio. ibid. 26
Non poteſt fieri filio ſpurio. ibid. 27
Sed prius facta ſpurio, conualidatur, ſi ille legitimetur. ibid. 28
Etiam ſi legitimetur, mortuo patre. ibid.29
Facta extraneo, valebit, ſi tempore mortis reperietur ſuus. ibid. 2. 31
Ab initio valebit, vt vulgaris. ibid. 32
Tollitur; ſi adeſt defectus patriæ poteſtatis de tempore mortis. ibid. 33
Facta poſthumo eſt valida, etiamſi non naſceretur. ibid. 34
Facta filiæ in re certa inſtitutæ eſt valida. ibid. 35
Et complectitur omnia bona pupilli. ibid. 36
Dicitur facta filiæ per hæc verba, ſi moriatur antequam ſit nubilis. ibid.37
Debet fieri à patre, habili ad teſtandum, cui non fuerit interdicta adminiſtratio bonorū. ib. 38
Finitur pubertate. 592.1.1
Et an ſit neceſſarium attingere principium anni ſequentis. ibid.2
Expirat pubertate, quamuis pubes non fecerit teſtamentum. 592.1.5
Poteſt finiri ante pubertatem, ſi infanti ſubſtituerit. ibid. 6
Teſtator poteſt reſtringere tempus pupillaris ætatis, quia ſemper eſt impubes. ibid. 2. 7
Facta infanti non finitur cum infantia, ſed in 14. anno. ibid. 8
Etiamſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit in infantia. ibid. 9
Extinguitur, ſi impubes liberos ſuſceperit. 592. 2.12
Non extinguitur natiuitate poſthumi, ſed conſeruatur. 593. 1.13
Idem teſtamento rupto per querelam. ibid. 14
Extinguitur ſi pupillus ingreditur religionem. ibid. 15
Extincta per emancipationem, reconualeſcit per arrogationem. 593.1.18
Extinguitur per capitis diminutionem quamcunque. ibid. 19
Expirat ſecundo ſubſtituto pupillariter præmoriente. ibid.2.20
Subſtitutionis pupillaris ſpes non tranſmittitur. 593. 2.21
Non extinguitur per renuntiationem. ibid. 22
Pupillaris tacita, quare contineatur ſub vulgari expreſſa. 594.1. 2
Tacita exemplaris cenſetur facta etiam ſi defectus poſtea ſuperueniat. ibid.2. 3
Pupillaris poteſt fieri impuberi mente capto. 595. 1.11
Facta in codicillis, quando trahatur ad fideicommiſſum. 599. 2.6
Reciproca per ſui naturam eſt directa. 352.2.11
Reciproca tacita, non reperitur in iure. 353. 2. 27
Reciproca eſt fauorabilis, & fauor non extenditur. ibid. 31
Reciproca inter fratres non eſt inducta. 494. 2. 34
Niſi adſit coniectura neceſſaria. ibid.35
Reciproca inducitur propter dictionem *adinuicem*. ibid. 36
Subſtitutio an dicatur fideicommiſſaria propter fauorem agnationis. ibid. 37
Reciproca expreſſa, quibus verbis facta dicatur. 537. 2.1
Reciproca dicitur etiam ſi verba non conueniāt ſubſtitutioni pupillari. ibid.3
Poteſt continere ſolam vulgarem reciprocam. ibid.4

Et poteſt habere effectum ante aditam hæreditatem. 538.1.5
Poteſt fieri, etiam ſi inæqualitas portionum interueniat. ibid. 6
Non inducitur inter filiam inſtitutam in dote,& maſculos vniuerſaliter inſtitutos. ibid. 11
Secus inter inſtitutos in quota, & inſtitutos in cæteris bonis. ibid.2.12
Inducitur ſi verba aliter verificari non poſſunt. ibid. 14
Facta verbis ſingularibus, vel ſpecialibus, nunquam extenditur ad perſonas non nominatas. 538. 2.17
Inter inſtitutos, vigore ſubſtitutionis factæ de vltimo moriente in omnibus bonis, an habeat locum in vulgari. 539.2.1
An habeat locum in pupillari facta ſuis impuberibus. ibid.2
Et quid ſi mater ſit in medio. ibid.3
Subſtitutio pupillaris non cenſetur reciprocè facta inter inſtitutos. ibid. 4
Reciproca pupillaris nunquam inducitur attentis terminis *l. Titia Seio. §.Seia libertis. de legat.* 2. 540. 1.8
Reciproca inter pupillos non eſt inducta, quando mater non eſt in medio. ibid. 10
Reciproca facta duobus impuberibus continet pupillares. 545.2.7
Secus ſi facta fuerit imparibus, ſiue inæqualitas procedat à natura,ſiue ex accidenti. ibid.8
Regulariter non continet fideicommiſſarias. 547. 1.1
Reciproca ſine compendioſa, & ſine tractu temporis non importat fideicommiſſaria. 548. 1.18
Non egreditur effectum ſubſtitutionis directæ. ibid. 19
Cum clauſula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, continet fideicommiſſariam. ibid. 20
Et hoc procedit quando ſubſtitutio poteſt verificari in omnibus caſibus in clauſula expreſſis. ibid. 2. 21
Reciproca quando non poteſt valere niſi per modum vulgaris. ibid. 23
Reciprocæ ſubſtitutionis requiſita neceſſaria omnino exprimenda ſunt, vt illa inducatur. 544.1.22
Nec ſufficiunt verba æquipollentia. ibid.23
Subſtitutio reciproca an reſultet inter filios poſitos in conditione. 541. 1.1
Reſultat quando teſtator vocauit ſuperſtites. ibid. 2
Et quando vocauit in ſtirpes, & non in capita. ibid. 3. 5
Non inducitur per clauſulam de hærede in hæredem, & de deſcendentibus in deſcendentes. 543.1.9
Non inducitur per rationem agnationis conſeruandæ. ibid. 10
Non poteſt eſſe, niſi inter vocatos concurrat reciprocatio tam actiuè, quàm paſſiuè. ibid. 14
Ad minus continet duas, vel plures ſubſtitutiones. 545. 1.1
Quando contineat duas vulgares. ibid. 2
Facta in codicillis reſoluitur in fideicommiſſum. 547. 1.4
Admixta cum compendioſa continet fideicommiſſariam. 548.2.17
Subſtitutio vulgaris dicitur facta per verbum, *ſubſtituo*, quod eſt commune, ſi nulla ſint appoſita verba tractū temporis ſignificantia. 211.2.92
Quando colligatur ex ordine ſucceſſiuo. ib.2.93
Coniecturis probari poteſt. 345.1.4
Vulgaris ſola, eſt inducta per clauſulam, *vos inuicem ſubſtituo*. 351. 2. 10
Vulgaris expreſſa non continet pupillarem tacitam, quando eſt appoſita clauſula denotans extremitatem temporis. 407.1.55
Poteſt fieri in fideicommiſſis. 491. 2. 5
Poteſt fieri ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis. ibid. 7
Vulgaris, quæ expirauit, non poteſt valere vt fideicommiſſum. 495. 1. 19
Quæ valuit iure directo nunquam obliquatur. ibid. 20
Nunquam ſubintelligitur ſub fideicommiſſaria. 563. 1. 2
Continetur ſub pupillari, etiamſi verba pupillaris repugnent. ibid. 2.8
Habet locum præmoriente inſtituto ante teſtatorem. 572.2.1
Habet locum quando inſtitutio habetur pro non ſcripta, vel quia incapax fuit inſtitutus. ibid. 2
Poteſt fieri ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis. 574.2.1
Et non facit illam fideicommiſſariam. ibid.2
Facta ſub conditione intrinſeca non eſt conditionalis, ſed pura. 575. 1.3
Pupillaris facta ſub conditione, ſi hæres erit, non eſt conditionalis. ibid.4
Vulgaris eſt, ſi dictum ſit, & ſi non extiterit, nec inſtitutus, nec eius filij. ibid. 10
Intelligitur vulgaris, ſi fuerint ſubſtituti Titius, & eius filij. ibid.2. 13
Idem ſi dixerit, ſi contingeret aliquem ex inſtitutis præmori ante teſtatorem ſine filiis. ibid. 14, 16, 19
Subſtitutio eſt vulgaris, ſi inſtituit Titium, & poſt eius mortem Caium. 576.1.23
Eſt vulgaris, ſi dictum eſt, inſtituo Titium, & Caium ſubſtituo. ibid.26
Secus ſi dictum ſit, inſtituo Titium hæredem. ibid. 2, 27
Vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam, etiamſi mater ſit in medio. 577. 1.1
Vulgaris continet pupillarem, etiam ſi pater pupilli ſuperuiuat. ibid.2.6
Si fuerit datus illi cohæres. ibid. 7
Vulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam, etiam ad excluſionem fratris. ibid.9
Non continet pupillarem tacitam, quando ſubſtituit vulgariter tantùm. 578. 1. 11
Non continet pupill. tacitam, ſtante ſtatuto quòd teſtamenta intelligantur ad literam. ibid. 13
Vulgaris reſoluitur in fideicommiſſariam ſi teſtator dixit, volo, vt hæreditatem reſtituas. 579. 1.22
Facta muto, quando non contineat exemplarem, ſed ſit fideicommiſſaria. 580. 1.32
Vulgaris expreſſa continet exemplarem tacitam. ibid.35
Et ex quibus coniecturis probari poſſit, illam contineri. ibid. 36
Vulgaris poteſt fieri in legato. ibid.2.1
Facta de illis, qui ſuccedere poſſunt, quomodo intelli

intelligenda. 581. 2. 1
Facta de proximioribus comprehendit tam maſculus, quàm feminas. ibid. 2
Et intelligitur de proximioribus teſtatoris. 582. 1. 3
Quare expiret poſt aditam hæreditatem. ibid. 2. 1
Primo gradu vulgaris extincto, cæteri extinguuntur. ibid. 2
Dummodo omnes ſequentes ſubſtitutiones ſint ſubordinatæ ad primam. ibid. 3
Non tollitur per ſuitatem, niſi ſequatur immiſſio. 584. 1. 14
Et tūc ſi neque ſe immiſceat, neque abſtineat, ex euentu apparebit vtrùm ſubſtitutus ſit admittendus. ibid. 15
Contenta ſub compendioſa non tollit ſuitatem. ibid. 16,20
Facta in caſum impotentiæ tantùm, non tollit ſuitatem. ibid. 17
Facta iuxta conſilium Galli, dicitur facta in ſolo caſu impotentiæ. ibid. 18
Contenta ſub reciproca ſuitatem tollit. ibid. 2. 19
Vulgaris facta in legitima non tollitur per ſuitatem. ibid. 21
Vulgaris an, & quomodo dicatur facta in legitima. ibid. 22
In bonis teſtatoris comprehendit exemplarem tacitam. 595. 2. 17
Exemplaris tacita reſultat ex vulgari facta muto, & ſurdo. 596. 1. 18
Exemplaris reſultat à qualitate defectus, & infirmitatis expreſſæ in inſtitutione. ibid. 20
Vulgaris, & exemplaris in ea contenta, item fideicommiſſaria, quando cenſeantur ordinatæ à teſtatore. 598. 1. 16
Vulgaris, & per fideicommiſſum cum prohibitione alienationis non excludit ſubſtitutionem exemplarem. ibid. 21
Subſtitutionis vulgaris effectus, vt poſt aditionem primi expiret in omnibus. 211. 2. 95
Subſtitutionis effectus eſt duplex, & quando non eſt directus, valet vt fideicommiſſaria. 553. 2. 3
Subſtitutionem fuiſſe omiſſam à Notario, quando probetur per duos teſtes. 44. 1. 14
Directam trahi ad fideicommiſſariam conuenit intentioni teſtatoris. 556. 2. 23
Compendioſam verbis directis factam trahi ad fideicommiſſum, eſſe de æquitate. ibid. 24
Poſſe fieri in contractibus. 375. 2. 2
Subſtitutione ſecunda extincta, ſuccedunt ceteræ ſubſtitutiones. 151. 2. 2
in Pupillari mortuo pupillo fingitur non adiuiſſe hæreditatem. 540. 1. 9, 13
Subſtitutione vulgari facta pluribus copulatiuè, altero adeunte cenſetur facta quę conuenit perſonæ. 597. 1. 9, 11
Subſtitutiones non ſunt extendendæ ad alias perſonas. 353. 1, 22
Non ſunt multiplicandæ propter fauorem agnationis. 358. 1. 21
Subſtitutionum pluribus gradibus caducatis, ſemper fit locus alteri gradui ſubſequenti. 572. 1. 11
in Subſtitutionibus is qui dicit caſum comprehenſum, probare debet. 561. 1. 31

Subſtitutus.

Subſtitutus vltimo per fideicommiſſum ſuccedit primo immediatè. 86. 1. 41
Subſtitutus filio non ſtatim eſt admittendus poſt eius mortem, ſed poſt mortem illius matris vſufructuariæ. 249. 1. 41
Subſtitutus in re certa, propria authoritate poſſeſſionem capit. 328. 1. 5
Subſtitutus pupillaris à patre grauari poteſt per fideicommiſſum reſtituere. 388. 2. 14
Subſtitutus ſubſtituti ſuccedit hæredi, & ſatis eſt, quòd portio ſubſtituti fuiſſet acquiſita per hæredem. 426. 2. 49
Subſtitutus ſub conditione, ſi ſine filiis, excluditur per ſolam exiſtentiam vnius filij, & grauatus poterit diſponere. 428. 2. 79
Subſtitutus non admittitur, donec ſit ſpes, quòd inſtitutus liberos habere poſſit. 433. 2. 24
Subſtitutus pupillariter grauatus de reſtituendo alteri, ſolam Trebellianicam detrahit. 442. 1. 49
Subſtitutus filij puberis non poteſt grauari in eius legitima. ibid. 51
Subſtitutus in caſum alienationis, excludit ſubſtitutum in caſum mortis. 450. 2. 51
Reuocat alienata cum fructibus. ibid. 52
In caſu delicti, admittitur per vulgarem. ibid. 2. 57
In caſum alienationis cenſetur ſi alienatio fieret inter viuos, non autem in vltima voluntate. 484. 2. 5
Subſtitutus excluditur, niſi probet ſe eſſe de vocatis. 539. 1. 18
Subſtitutus militaris capit hæreditatem teſtatoris ſimul cum fructibus, excluſa matre. 552. 1. 7
Et de quibus fructibus intelligatur *l. centurio.* ibid. 8
Simpliciter filio in re certa inſtituto, dicitur ſubſtitutus in tota hæreditate. 567. 2. 42
Videlicet ſi filius nihil habebat in bonis. ibid. 43
Simul per verba directa, & obliqua habet electionem per quam ſuccedere velit. 569. 1. 2
Subſtitutus habet electionem per quam ſubſtitutionem ſuccedere velit. ibid. 2. 8, 11
Habet electionem quando plures ſubſtitutiones ſunt factæ in vna oratione. 570. 1. 14
Subſtitutus vniuerſo gradui non eſt admittendus, niſi deficiat totus gradus perſonarum. 575. 1. 12
Subſtitutus tacitè pupillariter admittur, matre pupilli repudiante. 577. 2. 5
Vulgariter in re certa, quando admittatur ad omnia. 580. 2. 3
Poteſt fieri in legitima filij. 581. 1. 4
Non continet onus filij. ibid. 5
Subſtitutus filio pupillo poteſt grauari de reſtituenda legitima alteri. ibid. 6
Poteſt fieri in dote. ibid. 7
Subſtitutus vulgaris admittitur poſt aditam hæreditatem, ſi inſtitutus aduerſùs illam obtinet reſtitutionem. 584. 2. 23
Subſtitutus pupillo, & extraneo, quando habeat bona teſtatoris, & quando pupilli. 586. 1. 6
Subſtitutus pupillariter capit omnia bona, vndecumque prouenjant. 588. 1. 4
Subſtitutus an excludat monaſterium, vel è contra. 592. 2. 1
Subſtitutus pupillariter à patre eſt præferendus, & ceſſat poteſtas ſubſtituendi exemplariter. 595. 2. 12
Subſtitutus pupillariter, quomodo differat ab exemplariter ſubſtituto. ibid. 13
Subſtitutus vulgariter quando poſſit capere ante mortem

mortem inſtituti. 599.1.1
Quod eſt verius, quando eſt ſubſtitutus poſt mortem tertij. ibid.2
Pupillariter ad quæ bona ſuccedat. 599.1.1
Et quid ſi eſt pupillaris in re certa. ibidem 2
Non detrahit legitimam, ſed Trebellianicam. ibid. 3
Reſtituitur in integrum aduersùs immiſtionem pupilli. ibid.2.5
Exemplariter arrogato, ad quæ bona ſuccedat. ibid. 1.1
Et quid ſi eſt ſubſtitutus filio, legitima, & naturali. 600.1.2
Subſtitutus per fideicommiſſum quando, & quomodo agere poſſit. ibid. 1
Subſtitutus excludit cohæredem. ibid. 2.1
Siue teſtator dixerit, ſi omnes inſtituti deceſſerint, ſiue dixerit, ſi quilibet deceſſerit. ibid.2
Præfertur coniuncto. ibid. 3
Non excludit tranſmiſſatium, ſed ab eo excluditur. ibid. 2.5
Subſtitutus vulgariter, excluditur à patre ſi inſtitutus repudiauerit. 601.1.10
Et in quibus caſibus ſubſtitutus excludat patrem. ibid.10
Subſtitutus à teſtatore excludit illum, qui venit per repræſentationem. ibid. 12
Subſtitutus extraneus non excludit nepotem ex filia. ibid.2.13
Subſtitutus vulgariter, vel per fideicommiſſum, vter ſit præferendus. 602.1.19
Subſtituti præmorientis portio accreſcit hæredi cum onere. 64. 2. 18
Subſtituti vulgariter veniunt appellatione hæredis. 165.1.40
Subſtituti directò intentant remedium legis finalis. 211. 1.91
Subſtituti quando cenſentur ex ratione maioris amoris, & charitatis, cenſentur per vulgarem. 492.2.15
Subſtituti quando ſunt plures, & vnus eſt hæres, & alter fideicommiſſarius. 570. 2.17
Et quando vterque eſt hæres directus. ibid.18
Subſtituti vulgariter non poſſunt venire per fideicommiſſum. 576.1.18
Subſtituti plures, inter quos cadit ordo charitatis, intelliguntur per vulgarem. 581.1.7
Subſtituti reciprocè poſſunt ſuccedere per vulgarem, & per ius accreſcendi. 584. 1. 13
Subſtituti exemplariter à patre, & à matre quomodo ſuccedant in bonis aliunde prouenientibus. 595.1.9

Succeſsio.

Succedendi potentia non verificata in patre, non tranſmittitur ad filios. 427.1.62
Succedentes ab inteſtato non dicuntur portionem capere iure hæreditario. 145.1.28
Succedentes ab inteſtato quomodo, & quando immittantur in poſſeſſionem. 214.1.11
Succedentes ex propria vocatione poſſunt alienata reuocare, ſecus ſi ſuccedant iure tranſmiſſionis. 408. 2.62
Succedentes per clauſulam in ſtirpes, veniunt ex propria vocatione, non autem iure tranſmiſſionis. ibid.2. 63
Succedentes ex propria vocatione, non veniunt iure tranſmiſſionis. 409.1.69
Succeſſio ſecũdùm gradus de iure Canonico, excludit repræſentationem. 147. 1. 13
Feudalis eſt tertia ſpecies ſucceſſionum. 216.1. 44
Ex teſtamento regulatur à ſucceſſione ab inteſtato. 356. 2.7
Succeſſio deſcendentium nullis gradibus terminatur. 363.2.30
In feudis, regnis, & maioratibus, eſt in infinitum. ibid. 31
Succeſſio ab inteſtato non impeditur, prohibita alienatione bonorum perpetuò, quia vult deuenire ad ſucceſſores. 370. 2.21
Succeſſio an, & quando poſſit dari pacto, & conuentione. 376.1.8
Succeſſio cum qualitate primogenituræ non tranſmittitur. 404.2.8
Ex teſtamento, in dubio regulatur ſecundùm ſucceſſionem ab inteſtato. 423.1.1.
Ab inteſtato non progreditur vltra decimum gradum. ibid. 3
Non impeditur per prohibitionem alienationis. 543. 1.13
Succeſſionis ius potuiſſe conſiderari de iure naturali primæuo. 2.1.2. & 6
Succeſſionis nomine venit etiam hæredis inſtitutio. 134. 1. 25
Succeſſionis modis ſtabilitis de iure, nemo poteſt alium introducere. 496.2.15
Succeſſionem fuiſſe de iure gentium, probari de iure ciuili. 3. 1.8
Succeſsiones debent eſſe viciſsitudinariæ, actiuè & paſsiuè. 228. 2.40
Succeſſor in feudo hæreditario debet eſſe hæres vltimi feudatarij. 166.1.1.& 5
Succeſſores ab inteſtato non tenentur in foro conſcientiæ reſtituere hæredi nulliter facto. 38.1.9
Succeſſurus ab inteſtato, admittitur etiam ex teſtamento. 370.1. 18

Superfluitas.

Superfluitas non cauſatur ob verbi expreſsionem ad declarationem. 522.2.10

Surdus.

Surdus *in conſil.* 475.*num.*1. reprobatur ex falſis allegationibus. 167.1.10

Suus, Suitas.

Suus hæres deſinit eſſe ſuus ſi eſt inſtitutus ſub conditione voluntaria. 49. 2.15
Non poteſt inſtitui ſub conditione turpi. 52.1. 44
Poteſt inſtitui ſub conditione caſuali vel mixta purificata in vita teſtatoris. 52. 1.45
Sui ſunt ipſo iure hæredes nomine & effectu. 109. 2.26
Suitas eſt ius continuans dominium in filios. 109. 1. 23
Confirmat tabulas pupillares. 196. 2.20
Eſt ius, per quod dominium patris continuatur in filios. 441.1.43
Quomodo, & quando tollatur per ſubſtitutionem vulgarem. 601.1.7
Suitatis potentia eſt intelligenda in his quæ concernunt fauorem filij, ſecus in ſibi odioſis. 451. 2. 62

T.

Tò *Antùm*, eſt excluſiuum omnium aliorum caſuum. 17.1.84
Tò *Tantummodo*, non extenditur ad caſus ſimiles, quando verſantur in prohibitis. ibid. 85

Tempus.

Tempus.

Tempus dicitur eſſe de forma, quando per legem requiritur. 100.2.21
Aliquando eſt de ſubſtātia conceſſionis, & obligationis. 255.1.16
Quando apponitur ad differendam ſolutionem, tunc etiam poſt tempus obligatio & conceſſio ſunt validæ. ibid.17
Vt dicatur dilatiuum ſolutionis, quot concurrere debeant. ibid.18
Tempus præſens non trahitur ad futurum. 323.2.140
Euenientis conditionis attenditur in diſpoſitionibus conditionalibus. 364.2.42

Tertius.

Tertius non opponit de iure tertij, quando ſua non intereſt. 14.1.47
Non opponit de iure tertij non declaratis prius velle opponi. ibid. 48
Non opponit de iure tertij, quod nullatenus eſt validum. ibid.49
Tertij ius quando indiget ſententia, non eſt penitus excluſiuum iuris aduerſarij. ibid. 50

Teſtamentum.

Teſtamentum an ſit de iure gentium, vel ciuili. 2.1.1
Etiam fuit de iure gentium ſecundario. 3.1.7
Vt valeat de conſenſu alterius, poteſt de iure municipali introduci. 5.2.41
Semper pręſumitur factum ab homine ſanę mentis. 6.2.2
Præſumitur factum à demente, vel furioſo, ſi teſtator erat huiuſmodi. 7.1.11
Vt valeat, factum ab habente dilucida interualla, quid requiratur. ibid.2.17
Eſt validum ſi tempus intermedium multum diſtabat à tempore furoris. 8.1.23
Legitimè, & ſapienter conditum præſumitur factum inter dilucida mentis interualla. ibid. 24
Imbecillis ingenij eſt validum. ibid.27
Eſt validum, ſi teſtator loqui non valens, hæredis nomen ſua manu ſcripſerit. 10.2.7
Per ſcripturam lectam eſt validum ſi teſtator ita mandauit. ibid.12
Ad interrogationem valet, quando conſtat de intentione teſtatoris. 11.1.15
Ad interrogationem, cum inſtitutione illorum, in quorum poteſtate erat teſtator, non valet. ibid.18
Ab eo qui bonis caret, fieri non poteſt. 12.1.27
Nullum poteſt confirmari ex poſtfacto. 17.2.89
Contra legis prohibitionem poteſt approbari, data ſcientia. ibid. 90
Filiifam. nullum non poteſt valere per clauſulam, *valeat iure codicillorum*. ibid.93
Filiifamilias quando poſsit valere in vim donationis cauſa mortis. ibid. 95
Filiifam. quod valet vt donatio cauſa mortis, requirit præſentiam hæredis, qui habetur loco donatarij. 18.1.97
Filiifamil. in quo inſtituit patrem de eius conſenſu, non valet, nec vt donatio cauſa mortis. ibid. 100
Monachi poſt profeſsionem emiſſam in religione capace bonorum non valet. 19.2.4
Factum ante ingreſſum Monaſterij non rumpitur ab ipſo Monaſterio poſt profeſsionem. ibid.6
Factum ab eo, qui occidit ſeipſum propter metum pœnæ, non valet. 24.1.2
Factum ante ſententiam declaratoriam non poteſt in dubium reuocari. ibid.13
Deportati factum appellatione pendente, quando remaneat nullum. 25.1.19
Condemnatorum valet ad pias cauſas. 26.2.38
Cœci ſi non valet, nec valebit iure codicillorum. 28.1.53
Cœci imperfectum quando poſsit valere iure donationis cauſa mortis. ibid. 2.54
Teſtamentum eſt nullum, ſi filiusfamiliàs eſt præteritus. ibid. 1
Quando præſumatur dolo, vel metu confectum. 29.2.1
Dolo factum an ſit nullum ipſo iure. ibid. 2
Dolo, vel metu factum, eſt validum, ſed reſcindendum. ibid. 5.
Blanditiis factum eſſe inualidum. ibid. 7
Quando blanditiis vitietur. ibid. 8
Poſterius quomodo reddatur nullum propter blanditias. ibid.10
Metu factum aliquando eſt nullum ipſo iure, ſi priùs proteſtatum fuerit cum iuramento de non teſtando. 30.2.21
Metu factum eſt validum, ſed reſcindendum. ibid.19
Ad interrogationem an, & quando valeat, remiſsiuè. 31.2.34
Non valet, quando non eſt completum vſque ad vltimam ſyllabam. 32.1.1
Eſt quid indiuiduum, & pro parte valere nō poteſt. ibid. 1.2
Non completum dicitur imperfectum ratione voluntatis. ibid.1.3
Dicitur imperfectum ratione voluntatis, quando apparet quòd teſtator aliqua volebat addere. ibid. 5
Non completum eſt inualidum, etiam inter liberos, & ad pias cauſas. ibid.7
Inter liberos eſt validum vbi apparet de voluntate patris. 33.1.8
Cum legatis quando ſit quid indiuiduum. ibid, 14
Eſt validm, etiam ſi legata non ſint facta. 34.1.20
Quando ſit perfectum, etiam ſi teſtator non publicauit. ibid. 2. 23
Ordinatum à teſtatore, ſed remiſſum ad publicationem ad craſtinum diem, non dicitur imperfectum ratione voluntatis. ibid.26
In dubio cenſetur validum abſque publicatione. 35.2.37
Nuncupatiuum ſcriptum per Notarium nō probatur per teſtes. 36.1.44
Eſt validum eo ipſo quòd eſt approbatum in ſingulis partibus à teſtatore coram teſtibus. ibid. 45
Si non poteſt probari per teſtes, tunc publicatio eſt de illius ſubſtantia. 37.1.51
Nuncupatiuum corruit, ſi ante publicationem vnus ex teſtibus præmoriatur. 39.1.18
In loco hoſtili poteſt à quocumque fieri de iure militari. ibid. 19
Factum tempore peſtis, quot teſtes requirat. ibid. 20
Factum tempore peſtis valet cum quinque teſtibus. ibid. 21
Factum in carceribus, metu tyranni, valet cum quinque teſtibus. ibid. 22
Coram Principe valet ſine teſtibus, & quando requi

requirantur duo. 40.1.23
Inualidum coram iudice non poteſt fieri validum per productionem alterius validi apud acta Notarij. ibid. 27
De iure Canonico eſt validum coram parocho, & duobus teſtibus. ibid.28
At hoc non procedit in terris imperij. ibid.2.29
Clerici factum à Notario Apoſtolico non valet in Regno. ibid.30
De iure Canonico non valet cum duobus teſtibus ſine parocho. ibid.32
In terris Eccleſiæ eſt validum ſine parocho, cum quatuor teſtibus. ibid.33
Ruſtici quando ſit validum cum quinque teſtibus. 41.1.1
Cæci quas ſollemnitates habere debeat. ibid.2.6
Cæci an vitietur propter præfationem omiſſam. ibid. 7.
Teſtamentum deperditum poteſt probari per duos teſtes. 43.1.1
Sub qua forma probetur validum per duos teſtes. ibid. 3
In fraudem falſitatis poteſt probari deperditum. ibid. 4
Non vitiatur propter actum momentaneum extraneum. 45.1.33
An ſit nullum, ſi vnus ex teſtibus teſtamenti, dicat ſe illi non interfuiſſe. 46.1.1
Omninò corruit, ſi omnes teſtes illi contradicant. 47.1.16
Eſt nullum, etiamſi filius præteritus non opponat. 48.2.3
De iure prætorio an ſit nullum, ob præteritionem filij. ibid.4
Ob præteritionem filij reſcinditur per contra tabulas. ibid. 5
Nullum poſt 30. annos cenſetur approbatum de iure ciuili. ibid.6
Nullum conſeruatur à prætore, ſi filius non contradicat. ibid. 7
Non poteſt incipere valere à ſubſtitutione pupillari. 49.1.10
Secus à ſubſtitutione vulgari. ibid 11
Incipit habere validitatem à ſubſtitutione vulgari tacita contenta pupillari. ibid.12
Eſt validum, ſi filius non fuerit inſtitutus, ſed ſub conditione voluntaria deſinit. ibid.2.14
Vitiatur ob præteritionẽ filij, qui remanet ſuus, & neceſſarius. ibid.18
Non valet, ſi teſtator poſtquam teſtari inceperit, diuertit ad extraneos actus. ibid. 19
Eſt validum de iure Canonico, ſi filio relinquatur quocumque titulo. 50.1.20
Eſt nullum ſi filius inſtitutus eſt ſub conditione caſuali, vel mixta. 51.1.32
Eſt nullum filio inſtituto, prout in caſu *l. ſi pater C. de inſtit. & ſubſtit.* ibid.35
Inualidũ poteſt confirmari per hæredẽ. 52.2.49
Eſt nullum ſine rogitu teſtium. 54.2.8
Poteſt fieri etiam de nocte. 55.1.14
Factũ de nocte an requirat tria lumina. ibid.15
Eſt nullũ ſi adhibitus ad ſcribendum ſemetipſum ſcripſit hæredem. 56.1.25
Scriptum manu hæredis eſt validum, ſi fuerit publicatum à Notario. ibid.26
Idem ſi teſtator illam ſcripturam dediſſet Notario. ibid.27
Eſt nullum ſi filius, vel ſeruus ſcripſerint patrem, vel dominum hæredem. ibid. 2.33
Non poteſt fieri ad alterius voluntatem. 57.2.3
Quomodo dicatur demandari ad alterius voluntatem. ibid.2.7
Valet ſi ſola nominatio agnati remittatur ad alterius voluntatem. 58.1.8
Eſt nullum ſi in ſubſtantia remiſſum eſt ad alterius voluntatem. ibid.2.18
Eſt validum factum per relationem ad aliam ſcripturam. ibid.20
In quo filius qui vixit ſeorſum à patre per viginti annos, dixit ſe non eſſe emancipatum, an valeat. 59.2.1
Quando vigore ſtatuti dependet ab alterius conſenſu, tunc poteſt fieri ad illius voluntatem ibid.1.25
Reſpectu patris emancipantis ſubſtituti, eſt nullum. 60.1.10
Eſt nullum reſpectu eius, qui fuit particeps fraudis. ibid. 2.13
Per vim, & metum factum, an valeat. ibid.14
Quando non ſit perfectum ratione voluntatis. ibid.15
Metu factum eſt validum, nec ſucceditur ab inteſtato. ibid.20
Iudæi contra ius Moſaicum, quando ſit nullum. 61.2.34
Eſt nullum ſi aufert filiæ primogeniturã. ibid.35
Teſtamentum an vitietur propter contractum ibi factum. ibid.1.39
Eſt nullum ſi eſt exemplatum diuerſum à ſcriptura matrice facta ſine ſollemnitate ſtatuti. ibid. 2.44
Quando dicatur caducum. ibid. 1.1
Quod poteſt recipere validitatem à ſubſtitutione vulgari non dicitur caducum. ibid. 2.4
Nullum & inualidum poteſt confirmari abſque expreſſione verborum ſcriptorum in illo teſtamento. 67.1.2
Inualidum debet confirmari cum ſeptem teſtibus. ibid.3
Nullum non dicitur confirmatum ſi teſtator diu tacuit, & non mutauit. ibid.9
Ruptum natiuitate poſthumi, an retineat validitatẽ propter clauſulam codicillarem. ibid.2.12
Nullum an confirmetur ſi à teſtatore producatur in iudicio penes acta iudicialia. 68.1.14
Fieri coram iudice, & produci coram eo, differunt. ibid.2.18
Inutiliter factum quomodo poſſit reperi in iudicio. ibid.23
Nullum poteſt confirmari ab hærede. 69.1.1
Ob filij præteritionem eſt nullum, ſi filius velit, & contrarium eſſe verius. 69.2.2.& 5
Nullum non poteſt approbari, niſi data ſcientia nullitatis. 70.1.19
Cum captatoria voluntate confirmati non poteſt ab hærede. 71.1.28
Nullum ob defectum ſollemnitatum poteſt confirmari per reſcriptum Principis. 73.1.1
Furioſi aliquando fuit approbatum à Senatu. ib.1
Teſtamentum factum ſub conditione ſi deceſſerit in illa infirmitate, eſt reuocatum ſi ſuperuiuat. 75.1.1
Inductum, vel cancellatum, eſt omnino reuocatum. ibid.4
Nuncupatiuum non reuocatur per cancellationem. ibid.2.11
Cancellatum præſumitur reuocatum, quando reperitur penes teſtatorem. ibid.14
Cancellatum, repertum penes Notarium, præſumitur falſum. ibid.15

Teſtamentum poteſt reuocari etiamſi teſtator iurauit non reuocare. 76.1.17
Non reuocatur per ſimplicem reuocationem illius. ibid.2.22
Prius reuocatur, ſi teſtator dixerit ſe velle decedere inteſtatus. ibid.24.& 26
Quando dicatur conditum ad fauorem venientium ab inteſtato. ibid.25
Quando dicatur reuocatum ope exceptionis. 77.2.34.& 50
Primum an ſit reuocatum ſi teſtator ita reuocauit, quia aliud volebat facere. 78.2.44
Teſtamentum quando dicatur reuocatum ope exceptionis. 79.1.49.& 51
Cenſetur reuocatum, quando teſtator impeditus fuit illud reuocare. ibid.52
Primum in quo ſunt inſtituti hæredes extranei, poteſt reuocari coram quinque teſtibus. ibid. 53
Teſtamentum vitiatur ſi in eo fiat contractus de altera materia. 82.1.29
Nullo remedio poteſt fieri irreuocabile. ibid.2. 35
Factum à laico an poſſit ab eodem reuocari, ſi religionem ingreſſus, illam profeſſus fuerit. 83.2.1,5.& 12
Factum à laico poſſe reuocari ab eodem facto monacho profeſſo, qui communiter teneant. ibid.6
Laici poteſt reuocari ab eodem facto monacho de licentia Papæ. 84.2.13
Teſtamentum irreuocabile à nullo fieri poteſt. ibid. 16
Confirmatum à Principe, etiam eſt irreuocabile. 85.1.2
Teſtamentum habet tacitam conditionem, niſi fiat ſecundum. ibid.5
Vltimum inutiliter factum cenſetur confirmatum per facultatem teſtandi ſuperuenientem. ibid.8
Primum confirmatum in ſecundo, habet effectum codicillorum. 95.2.1
Primum omnino cenſetur ſublatum per ſecundum. ibid.4
Etiamſi primum fuerit iuratum, & in ſecundo non ſit facta mentio de iuramento. ibid.5
Sollemne reuocatur per alterum pariter ſollemne. ibid.6
Sollemne reuocatur per non ſollemne cum quinque teſtibus ſi in primo fuerint inſtituti extranei, & in ſecundo venientes ab inteſtato. 96.1.7
Primum eſſe reuocatum per ſecundum probari per teſtes examinatos ad perpetuam rei memoriam. ibid.12
Primum validum non reuocatur per ſecundum inualidum ob filij præteritionem. ibid.2.16
Teſtamentum eſt nullum etiamſi filius præteritus approbauerit. ibid.17
Inter liberos eſt vna ſpecies teſtamenti de per ſe. ibid.1.9
Suſtinetur etiam inter extraneos in vim fideicommiſſi. ibid.10
Primum validum non reuocatur per ſecundum inualidum, etiamſi filij promiſerint cum iuramento obſeruare ſecundum. 98.1.41
Primum reuocatur per ſecundum, etiam ſi in illo eſſent inſtituti liberi ipſius teſtatoris. ibid.2.49
Primum habet tacitam conditionem, ſi non fiat ſecundum. ibid.50
Primum reuocatum per ſecundum, non reconualeſcit reuocato ſecundo. ibid.52
Secundum ſufficit eſſe validum per momentum temporis, ad hoc vt ſit reuocatum primum. ibid.53
Primum ipſo iure reuocatum non reconualeſcit ipſo iure. ibid.54
Minus ſollemne inter liberos tollit primum ſollemne factum inter eoſdem. ibid.1
Secundum factum iure ſpeciali, tollit primum de iure communi. ibid.2
Primum ſollemne, in quo eſt inſtituta pia cauſa, tollitur per ſecundum minus ſollemne, in quo ſit inſtituta alia pia cauſa. ibid.3
Secundum, ex quo poſſit adiri hæreditas, ſemper tollit primum. ibid.4
Secundum inter liberos ita demum tollit primum inter eoſdem, ſi fuerit magis fauorabile liberis. ibid.5
Etiamſi liberi eſſent inæqualiter inſtituti. ibid.6
Et quid ſi eſt magna inæqualitas. ibid.7
Secundum eſt validum, filio præterito de eius conſenſu. ibid.8
Primum inter liberos non reuocatur niſi per teſtamentum ſollemne. ibid.9
Primum inter liberos non reuocatur per ſecundum in quo aliqui filij ſunt inſtituti in rebus particularibus. 100.1.11
Secundum inter liberos quãdo valeat vt codicillus. ibid.15
Primum inter liberos reuocatur per ſecundum, quod ſola patris ſubſcriptione factum eſt. ibid. 16
Imperfectum inter liberos eſt vera, & propria ſpecies teſtamenti. ibid.17
Inter liberos non intelligitur reſpectu filiorum adoptiuorum. ibid.2.22
Habens clauſulam derogatoriam quomodo reuocetur per ſecundum. 101.1.1.& 3
Secundum quando præſumatur potius factum ad importunitatem. 102.1.6
Inter liberos continet tacitam derogatoriam ad ſequentia. 103.1.24
Duorum inter liberos, quale ſit attendendum. ibid.26
Inter extraneos nõ reuocat factum inter liberos, niſi cum reuocatione derogatoriarũ. ib. 2. 27
Secundum iuratum tollit primum iuratum, abſque alia reuocatione. ibid.30
Sollemne cum clauſulis derogatoriis cenſetur reuocatum per minus ſollemnem voluntatem, concurrente ſpacio decem annorum. 104.38
Teſtamẽtũ rumpitur agnatione ſui hæredis. 105.1.1
Declaratur per verba enuntiatiua teſtatoris. 114. 2.1
Declaratur ex dictis à teſtatore poſt illud factum. 115.2.12
Secundum an poſſit declarari ex teſtamento reuocato. 116.2.11.& 14
Primum cenſetur reuocatum quoad omnia per ſecundum. ibid.1.13
Declaratur per obſeruantiam ſubſequutam. ibid. 2.1
Inter liberos eſt vera ſpecies teſtamenti. 119. 1.2
Quare dicatur imperfectum. ibid.3
Inter liberos dupliciter fit. ibid.5
Non poteſt fieri nutu. ibid 2.6
Factum nutu valebit vt codicillus. ibid.7

Inter liberos,vt valeat, debet conſtare de voluntate. 119.2.10
Imperfectum ratione voluntatis inter liberos. quando dicatur. 120.1.12
Inter liberos, de quibus ſit intelligendum. ibid. 13
Teſtamentum non valet inter liberos naturales.ib. 2.15
Non habet locum in extraneis. ibid.16
Inter liberos non habet locum in adoptiuis.ibid. 20
Nec in monaſteriis. ibid.21
Inter liberos valet ſine inſtitutione expreſſa.121. 1.1
Inter liberos non valet ſine inſtitutione ſaltem tacita. ibid.4
Inter liberos ex præteritione alterius corruit. ib. 2.9
Parentum inter liberos, eſt ſcriptura eorum in arca reperta. 122.1.1
Ad pias cauſas valet ſine teſtibus,dummodo ſcriptura recognoſcatur. 123.1.13
Parentum ſcriptum in pluribus chartis, non poteſt habere ſuſpicionem falſitatis. ibid.14
Inter liberos ſcriptum,debet habere certum tempus,& diem,aliàs non valet. ibid.15
Inter liberos ſine teſtibus non præiudicat tertio. 124.1.2
Inter liberos valet non ſolum ſi eſt ſcriptum manu teſtatoris, ſed etiam ſi eſt ſcriptum per Notarium. 124.1.5
Ad pias cauſas non comprehenditur ſub ſtatuto prohibente fieri teſtamentum, niſi ſub certa forma. 125.2.5
Vſurarij quomodo poſſit reconualeſcere.126.2. 16
Teſtamentum quando dicatur factum ad pias cauſas. 127.1.1
In inſtitutione hæredis, non autē in legatis.ib.2
Dicitur ad pias cauſas,vbi iſta eſt in quocumque gradu ſubſtituta. ibid.5
Dicitur ad pias cauſas, ſi legata pia continent maiorem partem patrimonij. ibid.2.8
Mulieris ſine conſenſu mariti contra formam ſtatuti non eſt validum. 133.1.10
Teſtamentum vigore ſtatuti faciendum in præſentia conſanguineorum. ibid.2.18
Vxoris ſine conſenſu mariti,quomodo poſſit reconualeſcere. 135.2.11
Teſtamentum præcedens an reddatur inualidum, propter ſollemnitatem à ſtatuto poſtea inuentam. 136.1.17.& 19
Forenſis in loco ſtatuti,& ſecundùm eius ſollemnitates,habet locum in bonis vbique exiſtentibus. 139.1.7
Forenſis debet regulari à ſtatuto loci vbi factum eſt. ibid.10
Forenſis apud Turcas, vel Saracenos, vel in eorum portu recipit validitatem de iure gentium. 140.1.18
Apud hoſtes factum, non eſt validum ſecundùm illorum conſuetudinem. ibid.20
Iudæi debet fieri ſecundùm ſollemnitates iuris Romanorum. ibid.2.21
Quando eſt probandum per inſtrumentum,tunc Notarius non computatur in numero teſtium. 141.2.12
Corruit, ſtatuti forma non obſeruata. ibidem 16
Extra ditionem ſtatuētium factum cum teſtibus, qui non ſunt ciues,eſt validum. Ibid.20
Quod poteſt fieri cum duobus teſtibus, poteſt cum totidem reuocati, & valebit quoad omnia vbilibet exiſtentia. ibid.22
Corruit in totum, ſi non adhibeantur ſollemnitates ſtatuti. 143.1.1
Laici,in quo clericus eſt factus hæres ſpretis ſollemnitatibus ſtatuti,eſt nullum. ibid.2.8
Teſtamentum validum ab initio, aliquando reſoluitur ex accidenti. 144.1.20
Quando reſoluitur propter culpam hæredis, remanet validum quoad legata. ibid.21
Inter liberos non valet ex defectu voluntatis. 157.2.14
Teſtamentum poſterius eſt potentius. 207.1.31
Et cognoſcitur ex poſteriore hora. ibid.32
Teſtamentum eſſe nullum eſt tolerabilius, quàm aliquem admitti contra voluntatem teſtatoris. 268.1 11
Teſtamentum ſine inſtitutione filij non ſuſtinetur per legatum alimentorum. 278.1.21
Et filius acceptando illud non impeditur dicere de inofficioſo. ibid.22
Teſtamentum aliquando declaratur nullum,ſolùm ad obtinendam legitimam. 312.1.5
Eſt indiuiduum. ibid.9
Sine legatis,quando ex deſtinatione non valeat. ibid.2.12
In fieri non dicitur propriè teſtamentum.ibid.13
Dicitur voluntas imperfecta. ibid.14
Teſtamentum propriè continet codicillos, ſed non ſtrictè. 334.1.12
ſtamentū in genere datur,cōtra Alciatū.333.2.4
Teſtamentum & codicilli an differant in origine. 334.1.9.13
Teſtamentum reciprocum, & inſtitutio viciſſitudinaria poteſt fieri inter coniuges. 499.1.8
Sed teſtamentum eſt reuocabile. ibid.9
Primum iuratum debet ſpecialiter derogari per ſecundum. 500.2.12
Filijfamilias cum clauſula, valet vt donatio cauſa mortis. 505.2.4
Teſtamentum hæreditate repudiata, quare hodie non infirmetur. 527.1.3
Patris inter filios valet etiam in codicillis factum. 547.1.6
Teſtamentum poteſt habere validitatem à ſubſtitutione vulgari. 573.2.3
Poteſt incipere à ſubſtitutione vulgari.575.1.11,24
Poteſt incipere habere validitatem à quocumque vulgari,etiam tacita. 576.1.25
Non poteſt fieri ante 14.annum. 592.1.3
Et hoc caſu ſufficit attigiſſe vltimum diem quartidecimi anni. ibid.4
Teſtamenti nulla ſp.cies valet,ſignis facta. 10.1.5
Teſtamenti ſubſtant alia non deſunt,ſi dolus adhibetur. 30.1.12
Continentia, & ſcriptura Notarij ſunt diuerſa. 35.1.28
Inſtrumentum quos effectus producat. ibid.29
Publicatio non dicitur de forma ex ſimplici voluntate teſtatoris. ibid.2.36
Publicationis defectum, qui teneant facere illud nullum. 36.1.41
Et quomodo illorum opinio ſit reprobata. ib.42
Publicatio quotuplex ſit. 37.1.49
Subſtantia probatur per voluntatem teſtatoris coram ſeptem teſtibus. ibid.2.1
Validitas conſiſtit,ſi probetur per ſeptem teſtes. ibid.2

Subſtantia conſiſtit in teſtium numero. 38. 1.3
Forma ſubſtantialis conſiſtit in voluntate,& numero teſtium. ibid.5
Teſtamenti cœci ſcribendi commiſſio præcedere debet. 41.2.11
Teſtamenti amiſſio quomodo probetur, & an per iuramentum. 43.2.6
Deperditi copia cum atteſtatione Notarij plenam fidem facit. 45.1.34
Teſtamenri ſeptem teſtes debent deponere de toto tenore ipſius. 46.1.2
Teſtamenti tenor non probatur, ſi vnus deponit plus altero, etiamſi omnes eſſent concordes in reſiduo. ibid.3
Septimus teſtis, quando videatur calumnioſè ſe à teſtamento ſubtrahere. ibid.4
Septimus teſtis, quando dicatur conuinci de mendacio. ibid.2.5
Teſtamenti publicati per Notarium fides vacillat ſi vnus ex teſtibus contradicat. 47.1.13
Teſtamenti ſubſtantialia deficiunt,ſi vni teſti factus eſt metus. 61.1.23
Teſtamenti ſi extent duæ ſcripturæ contrariæ, cui ſtandum ſit. 62.1.40
Teſtamenti approbatio, quando proſit omnibus, etiam abſentibus. 69.2.4
Poteſt fieri per pactum in concernentibus intereſſe priuatum. ibid.9
Non obligat hæredem erga abſentes. 70.1 13
Teſtamenti, & conuentorum in eo quando requiratur ſcientia explicita, & indiuidua.ibid. 2. 20
Teſtamenti inductio, & cancellatio præſumitur facta ad fauorem venientium ab inteſtato. 75. 16
Cancellatio non præſumitur facta animo deliberato,fauore piæ cauſæ, & libertatis. ibid.2. 10
Teſtamenti nuncupatiui inſtrumentum non eſt de ſubſtantia,ſed ad probationem fit. ibid.12
Teſtamenti cancellatio non valet, facta ab eo,cuius iuſſus fuit reuocatus. 76.1.16
Teſtaméti reuocationé induci, etiamſi teſtator non dixerit ſe velle decedere inteſtatum, qui teneant. 77.1.27
Quæ opinio eſt vera,ſi concurrat lapſus decennij. ibid.28
Teſtamenti reuocatio debet fieri coram ſeptem teſtibus. ibid.29
Teſtamenti primi reuocatio, aliquando dicitur nouum teſtamentum. ibid 2.32
Teſtamenti reuocatio poteſt fieri coram duobus teſtibus,ſtante ſtatuto. ibid.37
Quando habeat effectum teſtamenti in genere, id eſt,vltimæ voluntatis. 78.2.45
Non vitiatur ex defectu cauſæ impulſiuæ. 79.1. 48
Teſtamenti faciendi facultas conceſſa impotenti de iure.an intelligatur pro prima vice. 85.2.6
Semper eſt intelligenda de vltimo. 86.1.10
Semper retrotrahitur ad vltimum teſtamentum. ibid.11
Subſtantia poteſt probari per duos teſtes. 96. 2. 15
Teſtamenti reuocatio aliquando eſt valida,etiamſi teſtator non dixerit, quòd volebat decedere inteſtatus. 99.1.56
Scriptura paterni poteſt probari per comparationem literarum. 100.2.18
Teſtamenti primi derogatoriarum reuocatio poteſt probari per coniecturas. 105.1.22
Teſtamenti error an poſſit probari per pauciores teſtes. 115.2.16
Teſtamenti vna pars alteram declarat. 116.1. 1.& 4
Teſtamenti forma impletur ex tacita inſtitutione. 121.2.8
Teſtamenri inter liberos vim tunc habet ſcriptura parentum in arca reperta, quando eſt perfecta. 122.1.2
Teſtamenti validitas inſpicitur de tempore mortis. 133.2.21
Factio per ſtatutum,vel conſuetudinem tolli poteſt. 134.2.2
Teſtamenti ſollemnitas de iure municipali debet obſeruari, etiam ſi illud fieret in loco exempto. 147.1.5
Libera factio aufertur dum quis lucri ſpe inuitatur ad teſtandum. 154.1.2
Tenor, & ſollemnitas probatur per teſtes. 205. 1.9
Vitium viſibile impedit immiſſionem. 213. 2.9
Quando non poſſit remoueri per teſtes probantes veritatem. 214.14
Quando impediat immiſſionem hæredis. ibid. 15
Teſtamenti verba videnda non ſunt,ſi ad bona per conuentionem ſuccedere non poteſt. 420.1. 104
Verborum notitia præſumitur, quando eſt nuncupatiuum. ibid.2.110
Approbatio reſtringitur ad ipſius vires. 486.1. 11
Teſtamento perdito, debet probari caſus fortuitus amiſſionis. 43.1.5
Cancellato in vno nomine hæredis,illius portio accreſcit alteri. 75.2.9
Reuocato propter decennium,quando hoc tempus currere incipiat. 78.1.40
Reuocato,omnia,quæ in eo ſcripta ſunt,reuocata cenſentur. 79.1.54
Primo reuocato, etiam omnia legata ibi facta ſunt adempta. 300.2.95
Teſtamenta quomodo ſint de iure gentium, & quomodo de iure ciuili. 3.1.9
De iure ciuili omnem validitatem habere inceperunt. ibid.2.11
De iure gentium nullam habent validitatem etiam in foro conſcientiæ. 4.1.18
Hodie dicenda ſunt de iure ciuili. ibid.2.22.& 24
De iure gentium alicubi poſſunt remanere valida vigore ſtatuti. ibid. 25
De iure ciuili poſſunt derogari per Principem. 5.1.35
Teſtamenta facientium habilitas, in quibus conſiſtat. 10.1.1
Teſtamenta quæ per actionem de dolo reuocentur. 30.1.11
Facta coram iudice valent ſine teſtibus. 40.1. 25
Teſtamenta clericorum non ſubiacent diſpoſitioni iuris ciuilis. 61.2.36
In actis producta non ſunt iudicialia. 68.2. 24
Teſtamenta duo ſi reperiantur facta eadem die, in diuerſis contextibus propter incertitudinem temporis vitiantur. 95.2.2

Teſtamenta clericorum recipiunt interpretationem de iure communi. 113.2.28
Teſtamenta inualida quando non poſſint reconualeſcere. 126.2.17
De iure municipali an trahantur ad bona ſita extra territorium. 133.2.20
Teſtamenta poſſunt valere cum minori numero teſtium de iure ſtatutorum. 141.1.1
Teſtamenta duo ſunt mariti, & vxoris,teſtantium in vna charta. 144.2.26
Non valent propter incertitudinem temporis. 207.1.34
Teſtamenta requirunt claritatem verborum. 338.2.5
Teſtamenta duo ſi iurata fuerint, attenditur ſecundum. 500.2.13
Teſtamentorum virtus de iure gentium transfuſa eſt in ſpeciem teſtamentorum de iure ciuili. 3.2.12
Solemnitas de iure ciuili inuenta eſt ad euitandas fraudes,& ratione publicæ vtilitatis. 3.2.13.& 29
Diuerſæ formæ à Iuriſconſultis excogitatæ,nunquam conſiderant tria lumina ſi de nocte fierent. 55.1.16
Species quot ſint. 119.1.1
Teſtandi formæ à Concilio traditæ non poteſt renuntiari. 19.1.3
Facultas in proximiores hæredes conceſſa, de quibus intelligatur. 22.1.39
Facultas inhabili conceſſa intelligitur ſecundùm naturam teſtamenti,id eſt, vt reuocari poſſit. 85.2.2
Teſtandi facultatem habens de iure ſpeciali,poteſt teſtamentum reuocare. 85.2.7
Teſtandi forma eſt de iure poſitiuo. 135.1.5
Teſtari nemo præſumitur de alienis bonis. 240.1.78

Teſtator.

Teſtator quando dicatur articulatè loqui. 10.1.2
In dubio præſumitur articulatè loquutus. ibid. 2.6
Tempore peſtis non eſt excuſatione dignus ſi ſeptem teſtes non adhibet. 39.2.20
Poteſt ſuam voluntatem declarare etiam per ſcripturam priuatam. 44.2.24.
In teſtamento poteſt diſponere etiam de pertinentibus ad inter viuos. 45.1.32
Quam formam in teſtamento faciendo obſeruare debeat. 57.2.2.
Poteſt dicere in ſecreto Titio, vt talem faciat hæredem. 58.2.19
Poteſt in ſuo teſtamento ordinare quòd credatur vni teſti. 59.1.22
Non videtur voluiſſe quod non expreſſit. 67.2.11
Si petat teſtamentum publicari, dicitur iterum teſtari. 68.1.17
Non poteſt ſtipulari ab hærede pro intereſſe habentibus. 72.1.7
Mutando teſtamentum iuratum, efficitur periurus. 76.1.20
Et non excuſatur à noua cauſa ſuperueniente. ibid.21
Teſtator & hæres non poſſunt ſimul cancellare aliqua verba teſtamenti ſcripti in protocollo, niſi cum authoritate iudicis. 83.1.40
Teſtator nunquam videtur velle recedere à primo teſtamento valido per ſecundum inualidum. 97.1.24
Poteſt facere, vt teſtamentum valeat, & legata adimantur. ibid.1.27
Per lapſum decennij non præſumitur recordari de clauſula derogatoria. 104.2.39
Cenſetur ſe conformem reddere cum iure communi. 111.2.1
Cenſetur velle id quod verba diſponunt. ibid. 4
Cenſetur ſe conformem reddere cum eo iure, quod obſeruatur. 112.1.10
Cenſetur ſe conformem reddere cum iure communi,ſi nullum ſtatutum factum ſit in eo caſu. ibid.14
Cenſetur ſe conformem reddere cum verbis diſpoſitiuis ſtatuti,non autem cum enuntiariuis. ibid. 2.15
Cenſetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione ſtatuti,quod vigebat tempore ſuæ diſpoſitionis. ibid.17
Quando vocauit feminas, non cenſetur habere rationem agnationis,neque ſtatuti illas excludentis propter maſculos. 113.1.22
Non præſumitur voluiſſe, quod verbis diſpoſitiuis non expreſſit. 115.1.4
Præſumitur plus ſibi,quàm filiis proficere voluiſſe. 130.2.3
Magis præſumitur diligere filios, quàm alios quoſcumque. 148.1.1
Præſumitur ita diligere nepotem ex filio præmortuo,ſicut ipſum filium. 149.1.10
Cenſetur diſponere de iure quod habet. 162.2.12
An,& quando cenſeatur relinquere animo compenſandi. 172.1.25
Faciendo hæredem creditorem ſuum,poteſt prohibere confuſionem crediti cum hæreditate. 172.1.31
Poteſt grauare hæredem, vt ſibi debitum remittat. ibid.2.33
Poteſt vnum ex hæreditate grauare,vt omnia debita ſoluat. ibid.34
Poteſt prohibere hæredi confectionem inuentarij. ibid. 16
Poteſt diſponere de re hæredis. ibid. 17
Poteſt prohibere inuentarij cōfectionem in præiudicium legatariorum. ibid.18
Cenſetur legare ius, quod habet in re. 183.1.25
Poteſt apponere pœnam contrauenienti. 189.1.9
Præſumitur quãto minus grauare hæredem. 238.2.54
In ſua diſpoſitione non præſumitur includere bona quæ poſt mortem tenebatur alteri reſtituere. 240.1.79
Quod non dixit,non creditur voluiſſe. ibid.2.87
Cōtra legē expreſsā diſponere nō poteſt. 254.1.7
Non poteſt præcipere hæredi clerico,vt patiatur conueniri coram iudice laico. ibid. 2 8
Non poteſt facere prohibitionem in præiudicium religionis. ibid.10
Legando rem, quam habet commumem cum altero, cenſetur legaſſe partem ſuam. 267.2.2
Non poteſt apponere conditionem in reſolutionem hæreditatis. 295.1.25
Plus creditur diligere legatarium in re legata, quàm hæredem. 318.2.84
Non præſumitur velle,quod nō expreſſit. 338.1.1
Si mandat bona reſtitui Fullano in eius vita,poſt eius mortem reuertuntur ad ius hæreditariū. 343.1.58.

Sibi

Sibi imputet ſi non expreſſit quod volebat. 349.2.66
Si diu ſuperuixit, & non mutauit teſtamentum ruptum, præſumitur voluiſſe decedere inteſtatus. 366.2.17
Non poteſt prohibere diſpoſitionem Auth. *res quæ.* 383.2.56
Magis præſumitur diligere cum cui plura bona reliquit. 384.1.64
Etiam de bonis hæredis diſpenſare poteſt. 400.2 42
In dubio cenſetur diſponere de iure, quod habet. ibid.46
Et in dubio non videtur teſtatus de rebus alienis. ibid.47
Non præſumitur diſpoſuiſſe de bonis, quæ ad ipſum non pertinebant poſt eius mortem. ibid. 50
Magis præſumitur amare fratrem, quàm nepotes ex eo. 415.2.6
Potius cenſetur ſe conformem reddere cum iure municipali obſeruato. 423.2.11
Præſumitur dirigere voluntatem ſuam de gradu in gradum. 433.1.21
Præſumitur voluiſſe, quod non expreſſit. 473. 2.2
Non poteſt facere hæredem pro parte temporis. 485.2.5
Cenſetur ſe conformem reddere cum ſtatuto ſuper eo, quod expreſsè diſponit. 489.2.26
Teſtator an fiat periurus reuocando primum teſtamentum iuratum. 500.2.14
An præſumatur eſſe ignarus ſui patrimonij. 527. 2.7
In codicillis quando præſumatur voluiſſe facere teſtamentum. 548.2.8
Poteſt mandare, vt teſtamentum non interpretetur de rigore iuris. 456.2.25
Quando cẽſeatur voluiſſe prouidere filio pupillo de eius legitimo ſucceſſore. 568.2.47
Poteſt facere, vt ſubſtitutio valeat iure directo, & obliquo. 569.2 5
Quod non expreſſit, non præſumitur voluiſſe. 579.1.20
Teſtatoris verba non bene loquentis, ſatis eſt, quòd exaudiantur à teſtibus. 10.1.3
Reſponſio affirmatiua, quando non faciat teſtamentum validum. 11.1.16
Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*18. *num.*16. declaratur. ibid.17
Teſtatoris ſcriptura penes aliquem relicta, quando probet intentionem relatam teſtatoris. 12.1.24
Quando poſſit probari per comparationem literarum. ibid.25
Teſtatoris voluntatis perfectio, quomodo probetur. 36.2.46
Teſtatoris mens cenſetur conformis ſtatuto, dummodo quanto minus corrigatur ius commune. 113.1.19
Non cenſetur conformis iuri communi, quando ab eo receſſit. ibid.21
Voluntas eſt intelligenda ſolum ex iis, quæ ſcripta ſunt in inſtrumẽto teſtamenti. 115.1.6
Affectio cognoſcitur ex ordine vocationis. 149. 1.13
Voluntas ex eiuſdem affectione interpretanda eſt. 150.1.1
Eſt intelligenda, vt verba ſonant. 206.2.23
Teſtatoris vnica dicitur voluntas, quæ indiuidualiter morte confirmatur. 295.1.23
Doct. Martæ ſummæ ſucceſſ. pars leg. 4.
Teſtatoris beneficium non meretur, qui contrauenit eius voluntati. 469.1.34
Verba ſemper ſunt interpretanda, vt non ſint fruſtratoria. 480.2.2
Voluntas eſt interpretanda ſecundùm regulam. 528.2.20
Aliquando præſumitur mutandi verba directa in obliqua. 554.2.11
Teſtatoris diſpoſitio eſt interpretanda ne ſequatur abſurdum. 601.2.15
Et tunc recedendum eſt à proprietate verborum, & à regulis iuris. ibid.16
Quos præſumatur magis diligere. ibid.17
Teſtatorem poſſe decedere cum pluribus teſtamentis. 595.1.10

Teſtatus.

Teſtatus pro parte quando quis poſſit decedere, & pro parte inteſtatus. 17.1.86
Pro parte bonorum quando quis poſſit decedere. 132.1.4

Teſtis.

Teſtes deponentes de ſana mente præferuntur teſtibus deponentibus de dementia. 7.1.10
Conſanguinei quando admittantur in ciuilibus. 8.1.20
Deponentes de ſana mente quare præferendi ſint teſtibus de inſania. ibid.22
De iure Canonico requiſiti pro teſtamẽto etiam fœminæ eſſe poſſunt. 40.2.34
Duo probant teſtamentum ſollemniter factum fuiſſe. 43.1.2
Etiam ſingulares, probant voluntatem defuncti. 43.2.7
Mortui præſumuntur concordare cum viuentibus. ibid.10
Dicentes ſe habere notam manum, an, & quando probent. 44.2.26
Inſtrumenti quot debent ſupereſſe, vt illud probent. 46.2.6
Duo ſupernumerarij contradicentes inſtrumento, illud vacillare non faciunt. 47.1.15
Inſtrumenti quando dicantur illud coadiuuare. ibid.18
Sub qua forma debeant deponere pro inſtrumento. ibid.2.19
Supernumerarij contradicentes teſtamento illud faciunt vacillare. ibid.20
Teſtamentarij debent exaudire teſtatorem, & nomen hæredis, aliàs teſtamentum non valet. 55.2.18
Dicentes, non audimus, probant negatiuam. ibid. 20
Teſtes eſſe rogatos à quocumque ſatis eſt. 56.1.22
Teſtes ad perpetuam rei memoriam poſſunt examinari ſuper prioritate donationis factæ inter coniuges. 96.2.13
Ad perpetuam rei memoriam debent examinari ad inſtantiam eius, cuius intereſt. ibid.14
Subditi adhibendi in teſtamentis vigore ſtatuti, ſunt etiam incolæ. 142.1.18
Teſtes ſunt de forma ſubſtantiali ipſius teſtamenti. 143.1.3
Teſtium numero ad teſtamentum requiſito, adhuc requiritur idoneitas ipſorum. 40.2.35
Teſtium idem numerus requiritur in conſtructione, & deſtructione actus. 100.1.10
Teſtibus teſtamentariis omnibus mortuis, an duo tantùm ex illis probent teſtamentum. 42. 2.8

Theſaurus.

Theſaurus *in quaſt. forenſi* 88. improbatur. 304.1.12

Tiraquellus.

Tiraquell. *de pia cauſa priuilegio* 47. improbatur. 264.1.57

Titulus.

Titulus ſaltem coloratus an ſit probandus in omni poſſeſſorio. 208.1.46

Titulus clericatus quotupliciter poſſit deduci in iudicium. ibid.51

Titulus quando cognoſcatur pro informatione facti. ibid.2.53

Inualidus non prodeſt præſcriptioni. 217.2.58

Tractus.

Tractus temporis in futurum colligitur à natura codicillorum. 547.1.5

Traditio.

Traditio in donatione cauſa mortis ſemper intelligitur, niſi fuerit donatio reuocata. 508. 2.15

Tranſmiſſarius.

Tranſmiſſarius ex potentia ſuitatis excludit ſubſtitutum. 601.1.6

Tranſmiſſarius *l. vnic. C. de his qui ante apert. tab.* excludit ſubſtitutum. ibid.9

Tranſmiſsio.

Tranſmiſſio quare non præſupponat vocationem expreſſam. 404.2.6

Fit contra iuris regulas. ibid.11

Ceſſat, quando conditio implenda eſt defecta in perſona ſtipulatoris. ibid.12

Tranſmiſſioni fideicommiſſi locus non eſt, quando minus dilectus præferretur magis dilecto. 150.2.5

Non eſt locus, quando vocatur filius ſuperſtes. ibid.13

Tranſmitti non poteſt ius remouendi oneris à legitima. 15.2.42

Trebellianica.

Trebellianica non detrahitur, quando hæreditas reſtituenda eſt ex conuentione. 72.2.18

Detrahitur etiam pro relictis in fideicommiſſo vniuerſali. 186.2.8

Non perditur ob non confectionem inuentarij. 280.1.44

Detrahitur de tempore reſtitutionis, ſed imputatio in eam fit per retrotractionem de tempore alienationis. 364.2.73

Non detrahitur de fideicommiſſo facto in contractu. 375.2.5

Detrahitur de quacumque re vigore fideicommiſſi vniuerſalis. 443.1.59

Non poteſt prohiberi liberis primi gradus. 486.2.15

Eſt inducta propter rationem falcidiæ. 522.1.2

Secundùm veriorem opinionem non amittitur ob non confectionem inuentarij. 523.1.19

Quæ detrahitur, erat prius naturaliter debita fideicommiſſario. 525.1.10

Detrahitur de fideicommiſſis particularibus attenta origine, ſecus attenta executione. ibid.11

Non cenſetur prohibita, ſi teſtator mandet reſtitui totam hæreditatem. 528.2.22

Detrahitur de fideicommiſſis vniuerſalibus. 529.2.1

Et poteſt detrahi à quocumque grauato, ſiue ſubſtituto, ſiue pupillo. ibid.2

In fideicommiſſo conditionali detrahitur tempore euenientis conditionis. ibid.3

Ante conditionis euentum non debetur. ibid.4

Detrahitur de bonis, quæ reſtituenda ſunt. ibid.5

Non detrahitur de legatis quæ ſtatim ſoluuntur, & Trebellianica, verificata conditione. ibid.6

Detrahitur de legatis, & fideicommiſſis purè relictis. ibid.7

Sed portio legatorum ſeruat naturam falcidiæ. & portio fideicommiſſi naturam Trebellianicæ. ibid.8

Detrahitur etiam de legatis vniuerſalibus. 530.1.9

Detrahitur à venientibus ab inteſtato propter clauſulam codicillarem. ibid.12

Secus à poſthumo ignoranter præterito, qui illam legitimam detrahit. ibid.13

Non eſt detrahenda de rebus melioribus. ibid.14

Non poteſt detrahi de maioratu, & primogenitura. ibid.15

Debet detrahi de illis rebus, prout teſtator ordinauerit. ibid.16

Non detrahitur ab inſtituto in re certa. ibidem 17

Niſi ſuſtineret vicem hæredis, nullo dato cohærede. ibid. 2.18

Non detrahitur, quando inſtitutus eſt grauatus de reſtituendo hæreditatem creditori teſtatoris. ibid.19

Non detrahitur ex contractu inter viuos. ibid. 20

Non detrahitur, quando quis per iudicem adire compellitur. ibid.2.22

Non detrahitur quando in pœnam priuatus eſt à teſtatore. ibid.23

Non detrahitur de fideicommiſſo, quod ſuccedit loco pupillaris ſubſtitutionis. ibidem 25

Non detrahitur de fideicommiſſo fauorabili. 531.1.26

Non detrahitur, quando teſtator illam prohihibuit. ibid.27

Illius prohibitio poteſt etiam per coniecturas induci. ibid.28

Non detrahitur de fideicommiſſo reſtituendo piæ cauſæ. ibid.30

Etiamſi reſtitutio eſſet facienda mediante tertia perſona. ibid.2.31

Secus ſi reſtitutio facienda eſt ſub conditione. ibid.32

Non poteſt prohiberi liberis primi gradus. 532.1.1

Et in quibus tribunalibus fuerit ita iudicatum. ibid.2.

Et deciſiones contrariæ quomodo refellantur. ibid.3

Etiam deciſio Rotæ Romanæ contraria. ibid.4

Non poteſt prohiberi filiis, etiamſi relicta legitima, reliquum relinquatur extraneo. ibidem 2.5

Non poteſt prohiberi filiis ſecundùm conſuetudinem iudicandi per totum mundum. ibidem 6

Trebellianica prohibitio non poteſt fieri ex *l. iubemus. C. ad Trebell.* 533.1.10

Trebellianicæ deducendæ ius non poteſt venire in confiſcationem. 451.1.65

Trebellianicæ prohibitio probat fideicommiſſum 493.2.26

Trebel

Trebellianicam non poſſe prohiberi filiis, eſſe opinionem æquiorem. 532.2.8
In Trebellianicam imputantur quæ capiuntur quocumque titulo, iudicio teſtatoris. 536.1.19
Imputatur tota pecunia hæreditaria. ibidem. 21
Et quæ ſit differentia inter pecuniam, & corpus hæreditarium. ibid.22
Imputantur accepta à grauato per ablatiuum abſolutum. ibid.23
Imputantur in vtramque quartam, quæ vniformiter capiuntur. ibid.24
Et quæ dicantur capitulo vniformi, vel difformi. ibid.2.25

Triticum.

Tritici appellatio quales fruges comprehendat. 244.1.129

Turpitudo.

Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus. 180.1.42
Turpitudinem ſuam, vel defuncti, quando allegare liceat. ibid.43

Tutor.

Tutor ſolus non adit hæreditatem pupillo delatam, ſed cum ipſo pupillo. 193.2.14
Secus in tutore infantis. ibid.2.15
Idem in patre legitimo adminiſtratore infantis. ibid.2.16
Non tranſmittit ius hæreditatis infanti delatæ. ibid.17
Tutorum datio quando dicatur pars integralis teſtamenti. 33.2.13

V.

Valor.

VAlor pecuniæ debetur de tempore diſpoſitionis. 325.2.159,161
Pœnæ intelligitur de tempore ſtatuti. ibid.160.

Vaſallus.

Vaſallus de allodio poteſt facere feudum. 372.2.50
Vaſallus per ſuam vltimam voluntatem non poteſt mutare ordinem ſucceſſorium. 395.2.104
Quare propter proditionem feudum amittat. 446.2.5

Vaſquius.

Vaſquius de cauſis impotentiæ teſtandi in filiofamilias reprobatur. 12.1.28
Reprobatur, quia leges ab eo allegatæ non probant. 96.2.18
Vaſquij opinio reprobatur, volentis teſtamentum eſſe de iure ciuili. 3.2.10

Venditio.

Venditio rerum hæreditariarum non poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis. 197.1.23
Venditio non comprehendit ea, quæ non ſunt de natura rei venditæ. 241.2.95
Venditio pro pretio æſtimando ad arbitrium tertij, eſt conditionalis. 297.2.61
Item ſi facta fuerit ad menſuram. ibid.62
Ad menſuram eſt conditionalis reſpectu executionis contractus. 298.1.65
Venditione, & alienatione prohibita bonorum, non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio. 484.2.8
Venditiones aliquando tot ſunt, quot ſunt res venditæ. 236.2.7

Verbum.

Verbum commune adiectum certæ rei non trahitur ad hæredis inſtitutionem. 313.1.22
Vltimum ſemper eſt attendendum in derogationem primi, etiamſi in eadem oratione. 480.23
Commune vnitum impuberi facit ſubſtitutionem directam. 556.1.18
Obliquum, quando poſſit fieri directum. 558.2.4
Directum ſubauditum inter obliqua, eſt obliquum. 560.1.21
Obliquum non trahitur ad directum, propter mentionem pupillaris ætatis. 561.1.34
Reſpiciens plures perſonas, & plura tempora, pariformiter determinat. 564.2.18
Continens plura tempora quomodo interpretandum. 565.2.20
Commune trahitur ad inſtitutionem, quando nullus alius eſt hæres inſtitutus. 568.1.46
Commune adiectum totalitati bonorum non trahitur ad directam ſubſtitutionem. ibid.2.48
Nullum debet eſſe fruſtratoriè appoſitum ſine effectu. 569.1.3
Nec ſufficit operari maiorem mentis declarationem. ibid.4
Commune, quod eſt ambiguum, an poſſit declarari per directum. 570.1.12
Commune quando determinandum ſit per verbum directum. ibid.15
Directum in compendioſa quando intelligendum ſit demonſtratiuè, non autem diſpoſitiuè. ibid.2.16
Verba teſtatoris in dubio ſunt referenda ad teſtatorem, non autem ad hæredem. 572.2.25
Verba priùs prolata probant intentionem agentis. 32.2.6
Verba, *quia aliud volo condere teſtamentum*, non ſunt cauſa finalis. 78.2.46
Verba præciſa derogatoria in primo teſtamento, quando non ſint reuocanda. 102.2.19
Verba potius intelliguntur de facto, quàm de iure. 111.2.5
Verba, & mens, an, & quando ſint ſimul dicenda, vel alterutrum. ibid.6
Verba, vbi repugnant, non eſt capienda interpretatio legalis. ibid.7
Verba narratiua legis non diſponunt. 112.2.16
Enuntiatiua ante teſtamentum prolata non inducunt diſpoſitionem. 115.1.8
Generalia ab homine prolata, prohibent omnem deductionem. 236.1.17
In dubio ſunt interpretanda potius demonſtrationis gratia, quàm diſpoſitionis. 230.1.20
Generaliſſima non debent remanere ſine effectu. 236.1.21
Ambigua ſunt latè interpretanda quando conſtat de voluntate. 239.1.61
Verba, *facio vxorem meam donnam, & patronam*, important præeminentiam in domo reſpectu filiorum. 247.2.28
Verba *domina, & patrona*, important dominatum iuris, & aliquando etiam inſtitutionem. 249.1.42

Verba diſpoſitionis intelliguntur ſecundùm tempus diſpoſitionis illius. 325.1.157
Verba teſtatoris quando vitiant, & quando vitiantur. 339.1.11
Enuntiatiua prolata per modum cauſæ inducunt fideicommiſſum. ibid.2.16
Verba, *de heredibus in heredes*, non repetunt fideicommiſſum inter eorum hæredes. ibid.17
Verba teſtamenti ſunt obſeruanda ad cognoſcendam voluntatem. 345.1.7
Demonſtratiua qualia ſint. 346.1.17
Reſpiciunt ſubſtantiam diſpoſitionis. ibidem. 19
Verba in dubio præſumuntur dicta potius demonſtrationis, quàm diſpoſitionis gratia. ibid.2.22
Verba eſſe præferenda menti, quibus legibus probetur, niſi manifeſtiſſimè appareat de mente. 349.2.65
Nihil operantur, quando iuris ratio non patitur. 350.1.70
Sed reducenda ſunt ad intellectum iuris. ibid. 71
Semper ſunt attendenda contra mentem ex coniecturis probatam, quando non ſunt à lege approbatæ, ſed ab homine. ibid. 72
Verba, *quia volo in familia permanere*, & verba, *vt in familia remaneant*, inter ſe nihil differunt. 369.2.13
Et quando limitetur. 370.1.14
Verba ſemper præſumuntur relatiuè ad perſonas expreſſas tantùm dicta. 399.2.27
Verba generalia ſequuntur naturam actus ſpecificè expreſſi. 415.1.34
Reſtringuntur ad ſuam cauſam. ibid.42
Diſpoſitionis contraria ſunt reducenda ad concordiam. 417.2.70
Renuntiationis nulla debent eſſe ſine effectu. 419.2.95
Etiamſi trahatur ad extraneam ſignificationem. ibid.96
Generalia cum iuramento comprehendunt caſum, quando aliter verificari non poſſunt. 420.1.97
Denotantia tractum temporis in futurum, in qua parte ſubſtitutionis debeant eſſe appoſita ad faciendam illam fideicommiſſariam. 491.2.4
Verba poſt illorum mortem æquipollent poſt mortem omnium, ad inducendam reciprocam. 540.2.16
Præſertim quando inſtitutus ab inteſtato excluderet ſubſtitutum. ibid.17
Verba, *ſi nullus eorum extaret*, æquipollent verbis, *poſt mortem omnium*, ad inducendam reciprocam. ibid.18
Verba, *finita linea vocatorum*, æquipollent verbis, *poſt mortem omnium*, ad inducendam reciprocam. 541.1.20
Verba, *vt bona vadant integraliter ad vocatos*, quomodo interpretanda. 542.2.3
Verba directa in codicillis obliquantur, quando voluit facere codicillos. 547.2.7
Verba ſunt impropriãda, vt aliquid operentur. 556.1.20
Verba obliqua quæ ſint. 558.1.2
Quando poſſint eſſe directa. 559.1.13
Verba ſubaudita non poſſunt operari pluſquam expreſſa. 560.1.23
Directa relata ad certam rem, an importent ſolum legatum, non autem inſtitutionem. 567.2.38
Communia adiecta certæ rei, quando non importent inſtitutionem. ibid.39
Adinuicem contraria non poſſunt eſſe appoſita declaratiuè. 569.2.7
Verba, *ſi heres non eris*, quomodo trahantur ad fideicommiſſariam. 579.1.25,26
Verba habentia relationem ad pupillarem, auferunt relationem ad teſtatorem. 586.2.11
Communia relata ad bona ſunt obliqua, ſed relata ad perſonam fiunt directa. 587.1.17
Superflua ſunt reiicienda, quando obſtat de mente teſtatoris. 597.2.13

Verum.

Verum non eſt in iure, quod iure ſcripto non probatur. 239.1.60

Veſtis.

Veſtes nouiter emptæ poſt legatum veniunt in legato veſtium. 239.2.67
Veſtium appellatione veniunt camiſiæ, & tegmina capitum. ibid.1.65
τὸ *Videlicet*, eſt reſtrictiua præcedentium. 361.1.9
Aliquando ſtat declaratiuè. ibid.10

Virgo.

Virgo cenſetur, cuius animus non eſt corruptus. 61.1.29

Vitium.

Vitium inuiſibile poteſt fieri viſibile per euidentiam rei. 214.2.16
Vitioſum de iure reiicitur, & remanet quod eſt validum. 59.1.24

Vocatus.

Vocati ſub nomine collectiuo an & quando faciant vnam ſolam vocem in electione. 202.1.10
Vocati in eodem gradu, cenſentur per vulgarem. 354.1.34
Vocati per nomen collectiuum ſemper cenſentur per vulgarem. 488.2.14
τὸ *Volo*, aliquando eſt directum, aliquando obliquum. 338.2.9

Voluntas.

Voluntas probatur ex teſtamento nullo, & inutili, & in quibus procedat. 33.1.9.& 10
Non poteſt colligi ex teſtamento, in quo in ſubſtantialibus erratum eſt. ibid.11
Voluntas faciendi legata non probat illa eſſe de forma teſtamenti. 34.1.19
Voluntas, & publicatio ſcripturæ ſunt actus ſeparati. ibid.2.24
Voluntas teſtatoris quomodo concurrat ad actum publicationis teſtamenti. 35.1.30
Perfecta non vitiatur ob publicationem non ſequutam. ibid.2.38
Teſtatoris eſt nulla, quæ teſtibus ſeptem non probatur. 38.1.4
Voluntas eſt anima volens, quæ non poteſt eſſe alterius. 57.1.1
Voluntas teſtatoris debet eſſe libera. 60.2.16
Per metum coacta aliquando facit actum nullum. ibid.2.19
Coacta quando ſit voluntas, ſi per electionem fiat. 61.1.26
Voluntas non poteſt dici propter metum præciſè illatum. ibid.1.27
Voluntas coacta non eſt libera, nec ſpontanea. ibid.31

Voluntas præſumitur mutata per cancellationem. 75.1.5
Voluntas prima perfecta, & diſpoſitiua non reuocatur per ſecundam nudam, & imperfectam. 76.2.23
Vltima voluntas vſque ad extremum vitæ ſpiritum mutari poteſt. 80.1.1
Voluntas hominis conſiſtit in verbis. 111.2.8
Teſtatoris non attenditur, niſi tranſiuerit in diſpoſitionem. 114.2.2
Declaratur ex eo quod poſtea geſtum eſt. 115.2.13
Voluntas explicita in teſtamento poteſt declarari in codicillo. ibid.17
Teſtatoris quæ eſt ambigua in iure poteſt probari per verba teſtatoris, & per pauciores teſtes. ibid.18
Deprehenditur ex actu nullo. 117.2.19
Vltima voluntas, & voluntas vltima quomodo differant. ibid.20
Voluntas non colligitur ex actu reuocato. ibid.21
Voluntas teſtatoris ſemper cenſetur adiecta cum magis dilecto. 150.2.9
Voluntas captatoria quando dicatur. 154.1.1
Voluntas deficit, vbi aliquid aſſeritur cum mendacio. 157.2.13
Probatur ex actu nullo. 158.1.19.298.1.68
Et in quibus procedat. 158.1.20
Voluntas teſtandi inter liberos non colligitur ex actu nullo. ibid.21
Teſtatoris inter liberos, quando conſtare non dicatur. 120.1.11
Tacita colligitur etiam ex actu inualido. 305.2.28
Teſtatoris non eſt inducenda per ſubauditionem verborum. 338.2.6
Voluntas probari dicitur, quæ tranſiuit in diſpoſitionem. 345.1.6
Dici non poteſt niſi tranſiuerit in diſpoſitionem. 350.1.73
Vltima volũtas conſiſtit in vltimo verbo. 480.2.4
Voluntas patris etiam imperfecta ſeruanda eſt inter filios. 503.1.15
Voluntas de futuro non eſt voluntas. ibid.2.16
Declaratur ex actu nullo in diſpoſitis tantùm. ibid.17
Non eſt voluntas quæ eſt à iure reprobata. ibid.18
Voluntas teſtatoris eſt interpretanda de tempore teſtamenti. 546.1.13
Voluntas aliquando arguitur ex poteſtate. 556.1.22
Non expreſſa aliquando habetur pro expreſſa, ad fideicommiſſum inducendum. 559.2.15
Permiſſiua, & voluntas vocatiua quæ ſint, & quando differant. 561.2.39
Voluntatis mutatio non præſumitur, quæ tranſiuit in diſpoſitionem. 115.1.7
Præſumitur, quando res non permanet in eodem ſtatu. 117.1.16
Non præſumitur. 296.2.47
Voluntati paternæ in dubio fauendum contra filios. 120.2.18
Voluntatem fuiſſe mutatam, quis probare debeat. 297.1.48
In interpretanda voluntate teſtatoris non eſt diuinandum. 114.2.3

Vox.

Voces inarticulatæ quæ ſint. 10.1.4

Vſufructuarius.

Vſufructuarius aliquando eſt hæres, & proprietarius. 239.271
Vſufructuarius omnium bonorum factus in codicillo cenſetur grauatus de reſtituendo hæreditatem hæredi inſtituto in teſtamento. 249.2.46
Vſufructuarius omnium bonorum tenetur ſoluere annua legata. 326.2.172
Non tenetur ſoluere annuum legatum, quando illud ferre non poteſt. ibid.175
Vſufructuarius omnium bonorum non concurrit in vſufructu cũ hærede ſimpliciter facto. 331.2.9
Vſufructuario quando cenſeatur relicta proprietas. 319.1.91

Vſurarius.

Vſurarius manifeſtus non poteſt condere teſtamentum, niſi ſub certa forma. 24.2.10.126.2.13
Non poteſt facere donationem cauſa mortis. 126.2.15

Vſus.

Vſus communis loquendi quomodo probari debeat. 164.2.35
Non debet attendi quando voluntas teſtatoris repugnat. ibid.2.36

Vſusfructus.

Vſusfructus in bonis aduentitiis poteſt prohiberi patri, ita vt prohibitio habeat locum etiam in legitima filij. 13.1.35
Vſusfructus non acquiritur patri antequam proprietas ſit acquiſita filio. 15.2.60
Non poteſt acquiri in bonis feudalibus, & emphyteoticariis. 16.1.65
Quando non acquiritur patri, acquiritur illi commoditas fructuum. ibid.1.66.
Acquiſitus patri per mortem filij non extinguitur, ſed commoditas fructuum. ibid. 1.67
Vſusfructus Monachi tranſit ad ſecundam religionem, quam ingreditur. 20.2.18
Vſusfructus ſpecialis extinctus an redeat ad vſufructuarium omnium bonorum, vel ad proprietarium. 240.2.85
Plenus quando debeatur vxori legatariæ, etiam filiis inſtitutis hæredibus. 247.2.29
Legatus vxori, vt reſtringatur ad alimenta, quæ perſonæ conſiderandæ ſint. 248.2.35
Legatus vxori vnà cum filiis, intelligitur de pleno. ibid.39
Vſusfructus aliquando debetur vxori etiam in legitima filij. 250.1.53
Cedi non poteſt, ſecus in commoditate fructuum. ibid.54
Tollitur in toto, vel in parte ſpatio decennij. 326.1.164
Legatus ſtatim dicitur acquiſitus. 331.1.14
Pertinens ad patrem, ſi remittatur filio, cenſetur donatio, quæ non valet, niſi poſt mortem patris. 412.2.11
Vſumfructum in feudalibus vaſallus conſtituere non poteſt. 240.1.82
Nec in emphyteuſi. ibid.2.83

Vxor.

Vxor tranſiens ad ſecunda vota non tenetur reſeruare filiis proprietatem dotis confeſſatæ. 80.1.4
Vxor quæ non poteſt teſtari ſine conſenſu mariti, non poteſt illum hæredem facere. 135.2.12
Vxor per ſtatutum prohibita, poteſt teſtari inter liberos. ibid.13
Prohibita per ſtatutum, poteſt teſtari ad pias cauſas.

cauſas. 136.1.16

Relicta vſufructuaria in vita, nulloalio cohæde facto, eſt etiam proprietaria. 159.1.2

Inſtituta in vſufructu omnium bonorum in vita ſua, & poſt eius mortem, ſi alter eſt hæres factus, an ſit vſufructuaria tantùm. ibid.4

Cenſetur inſtituta in proprietate ſecundùm veriorem opinionem. ibid.2.5

Inſtituta in vſufructu quando cēſeatur rogata de reſtituendo alteri hæredi ſcripto poſt eius mortem. 160.1.8

In vſufructu inſtituta ſi non eſſet hæres, teſtator decederet pro parte temporis inteſtatus. ibid.9

Si eſt inſtituta in vſufructu in vita, & poſt eius mortem filij, iſti cenſentur inſtituti, & hæredes in vita eorum matris. ibid. 2.15

Et filij poſſunt detrahere falcidiam. ibid.2. 16

Relicta vſufructuaria omnium bonorum, filiis exiſtentibus, non debet aliud habere, quàm alimenta. ibid.17

Relicta domina, & patrona, cenſetur habere ſolùm præeminentiam in domo. ibid. 18

Vxor poteſt retinere domum viri pro ſuis dotibus. 198.1.39

Vxor relicta, & eius filius quomodo cēſeantur poſſidere iure familiaritatis. ibid.2.42

Relicta prægnans ventre præterito, petit bonorum poſſeſſionem. 229.2.53

Facta vſufructuaria debet habere alimenta quando ſoli filij ſunt inſtituti, ſecus ſi ſunt inſtituti cum aliis. 248.1.31

Quo caſu hæreditas non eſt diuidenda, ita vt ipſa mater reſpectu portionis extranei debeat habere plenum vſumfructum. ibid.32

Sed debet habere plenum vſumfructum, etiam reſpectu filij. ibid.33

Facta vſufructuaria, poſt mortem filij inſtituti non debet habere ſola alimenta, ſed plenum vſumfructum contra ſubſtitutum. ibidem. 36

Vxor debet habere plenum vſumfructum de legato particulari, filiis hæredibus inſtitutis. ibid. 38

Quando cenſeatur facta plena vſufructuaria. 249.2.47

Facta hæres, & teſtamento rupto per natiuitatem poſthumi, debet habere alimenta. ibid.51

Habens patrem diuitem, à quo poſſit habere alimenta, non ſuccedit marito diuiti in quarta. 280.2.49

Vxor, & ſeruus reſpectu ſeruitij præſtandi ſunt æquiparata. 300.1.87

Vxor pro ſuis dotibus debet agere contra tertios poſſeſſores quando bona fideicommiſſi dilapidata ſunt poſt dotis receptionem. 444.2. 85

INDICIS FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google